
C
III 57

C. 11. 60.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

THOMÆ WALDENSIS

DOCTRINALE FIDEI CATHOLICÆ.

Digitized by Google

THOMÆ WALDENSIS

CARMELITÆ ANGLICI

DOCTRINALE ANTIQUITATUM FIDEI CATHOLICÆ ECCLESIÆ

Ad vetera Exemplaria recognitum & Notis illuſtratum

A REVERENDO PATRE

F. BONAVENTURA BLANCIOTTI

ORDINIS FF. BEATÆ MARIÆ VIRGINIS DE MONTE CARMELO
IN PROVINCIA PEDEMONTANA PRESBYTERO.

TOMUS PRIMUS.



VENETIIS CIƆIƆCCLVII.

TYPIS ANTONII BASSANESII AD S. CANTIANUM

CUM FACULTATE ET PRIVILEGIO.


F. Thomas Vetter Carmelita Anglus a Walden,
Controversistarum Princeps



REVERENDISSIMO PATRI

JOACHIMO MARIÆ PONTALTI

TOTIUS ORDINIS CARMELITARUM PRIORI GENERALI
AC VISITATORI APOSTOLICO.

Quod præclariſſimi Thomæ Waldensis primum Doctrinalis Volumen per me ſerio recognitum, Commentariis adauctum, Notis illuſtratum, cum Tuo ampliſſimo Nomine in lucem prodire, Tuisque fortunari auſpiciis, & exornari patrocinio vehementer concupierim, ſi Tu, Pater Reverendissime, factum non reprehendas, nec damnes audaciam, nemo cordatus, arbitror,

tror, erit, qui conſilium audeat improbare. Et ſane mihi verendum nequaquam fuit, quin conatus iſte qualiſcumque meus in tam egregio Authore illuſtrando, qui Catholica Dogmata adverſus Wicleviſtas, alioſque Catholicæ Eccleſiæ infenſiſſimos hoſtes ſtrenue propugnavit, a Te minime probaretur, Cui nihil magis eſt cordi, quam Religionis, Catholicæque Doctrinæ incrementa & defenſionem a Tuis alacriter ſuſcipi, & in dies promoveri; nihilque vehementius exquiris, quam quæ ad optima & utiliora ſtudia, & Ordinis Noſtri decora & ornamenta augenda conferre poſſunt. Vix Ordini Noſtro cooptatus, quanto & fovendæ Religionis, & Proximorum ſalutis procurandæ ſtudio flagrares, ſtatim oſtendiſti, tum ſacris concionibus, quibus, celebriores Italiæ Urbes perluſtrando, vitiis ubique, & criminibus bellum indixiſti, errantes in viam ſalutis revocaſti, & piorum animos ad Dei amorem, ad pietatis, virtutumque cultum pertraxiſti: immo incredibili plane vi, ac ſuavitate ſermonis animos demulcendo, pene dixerim rapuiſti: tum Aſceticis Operibus Tuis typis editis, mirifica Sancti Spiritus unctione, ac Cœleſti doctrina perfuſis, ad Charitatis proinde igniculos in durioribus etiam cordibus excitandos, & in mollioribus augendos fovendoſque apprime idoneis. Hujuſce eximiæ pietatis Tuæ, ac zeli teſtes ſunt Sacræ illæ Virgines, quæ hic Venetiis in almo Sanctæ Theresiæ Gynæceo Deo famulantes, Te vitæ ſpiritualis Duce ac Magiſtro, tantam exiſtimationis famam, laudemque pietatis ſunt conſecutæ, ut ore omnium ubique celebrentur, & cæteris omnibus Ampliſſimæ Urbis Cœnobiis eximiarum virtutum ſtudio, & Regularis diſciplinæ ſanctimonia, facile valeant præire. Nil mirum proinde, ſi Tui flagrantiſſimo teneantur deſiderio, Tuam abſentiam moleſte ferant; licet gaudeant & lætentur, Lucernam non amplius ſub modio latitare, ſed ſupra Candelabrum poſitam, jam non uni Earum utilitati, ſed totius Ordinis beneficio ſplendeſcere. Verum ne hæ dumtaxat Venetæ Virgines Te ad Dei gloriam & ad Proximorum utilitatem a Cœlo datum expertæ ſunt; ſed & agnovere, atque teſtati ſunt etiam Forocornelienſes Cives tunc, cum exacto ea in Urbe politioribus tradendis Diſciplinis ſexennio, & jam diſceſſum parantem, omnia moliti ſunt ut retinerent, tamquam præcipuum Urbis ornamentum. Agnoverunt, & experta ſunt florentiſſima Italiæ Cœnobia, ac Studiorum Collegia, quæ Te Philoſophiæ, ac Theologiæ Lectorem exoptarunt, expetierunt; & per plures quoque annos ſapientiæ theſauros recludentem avidiſſime audierunt, maxima diſcipulorum auditorumque jucunditate, ac uberrimo fructu: adeo quippe Sacris in ſtudiis excelluiſti, ut qui Te ſingulari quadam dicendi facultate de obſcuris dilucide, de confuſis ac perturbatis ordinate, de dubiis enucleate differentem audierunt, inter cæteros hac ſcientia præſtantes principem locum Tibi facile ultroque concederent. Agnoverunt denique quamplures Præſules Antiſtites, ac etiam Purpurati Patres, qui Te ſummo ſemper honore habuerunt, & ſua benevolentia exornarunt, quod eorum Amplitudini ex contubernio, & familiaritate Tua non minimum ſplendoris accedere probe cognoſcerent. Immo ipſemet Summus Pontifex Clemens XII. Optimorum Virorum æſtimator æquiſſimus, ac Mœcenas magnificus, quanti Te faceret

palam

palam oſtendit, dum Te, cum vix adoleſcentiæ fines excederes, tam benevole audivit, tam diſerte laudavit; atque, ut ſtatim ad graviora Ordinis munia promovereris, cum Supremo tunc Ejus Moderatore tam ſollicite egit. Hiſce igitur animi Tui præclaris dotibus, atque virtutibus, viam jam Tibi ſtraveras ad ampliſſimam in noſtro Ordine dignitatem, ſupremi videlicet Præſulis, quam nuper in Comitiis Generalibus Cæſenæ habitis (quibus & mihi intereſſe conceſſum fuit) ſumma felicitate noſtra, cunctis plaudentibus, jure meritoque es conſecutus. Quod tamen ſolius Divinæ Providentiæ & Sapientiæ, non hominum conſilio & induſtria, factum affirmare non verebor. Quamquam enim Tu unus eſſes, qui turbatis rebus pacem afferre, Religioſorum felicitati proſpicere, totius Carmeli ſplendori ac utilitati inſervire Tua prudentia, juſtitia, fortitudine, magnanimitate, quam maxime valeres: Tu tamen ipſe pro ſumma, & (ſit verbo venia) nimia modeſtia Tua ac humilitate, communi bono obſiſtebas, & honori ſimul ac oneri dorſa ſubmittere detrectabas; atque magno noſtro periculo pene voti compos effectus es. Qui enim Tua dignoſcebant merita, virtutes, animique ad omnia inſtructi magnitudinem, procul aberant; & aliis ſingulari animi modeſtia Tua ab omni honorum, & dignitatum ambitu prorſus aliena, pene impoſueras: adeo ut nullo ferme opitulante, nullo noxium errorem detegente, nullo omnino promovente, ſed ſolo Deo, qui corda ſcrutatur & renes, Electorum animos inviſibili quadam occulta vi & inſpiratione flectente, præter Tuam expectationem, & omnium ſpem, Generalis Ordinis Moderator fueris renunciatus. Hinc dici vix poteſt, quantum, ſtatim ac de Tui electione erupit notitia, omnium corda gaudium perfuderit: quanto plauſu exceptus Nuncius, non a ſolis Veronenſibus, qui ſibi jure de tanto gratulantur Concive; ſed etiam a tota Veneta Gente, illis præſertim Sereniſſimi Dominii Patribus, qui (quod ipſis diu ante Tua placeret virtus quam dignitas) Veneto Carmelitarum Cœnobio Te adſcribi voluerunt. Nec quemquam fefellit præconcepta de optimo ſuaviſſimoque regimine Tuo ſpes atque fiducia; ſed electionis æquitatem comprobarunt quæ jam dediſti prudentiæ, vigilantiæ, & amoris erga Gregem Tibi commiſſum clariſſima argumenta. Nondum elapſus eſt Tui regiminis annus, & jam totius Ordinis facies in melius demutata ſplendeſcit; magis æſtuat pietatis ardor, pacis, unionis & concordiæ innovantur fœdera; legum obſervantia floreſcit, ſtudiorum amor in dies augetur; prœmia & honores meritis, non favoribus rependuntur: pœnis coercetur iniquitas; & juſtitia, omni prorſus perſonarum acceptione abjecta, cunctis æqua lance miniſtratur. Ideoque quotquot ſunt in Carmelitica Familia, cujuſcumque conditionis Fratres, de Tua promotione congaudent, & Electoribus gratias agunt. His omnibus illud accedit, quod maxime Tibi omnium animos devincit, & ſpem cunctorum maxime fovet, mira videlicet dignitatis Tuæ indivulſa comes humanitas & manſuetudo, quæ cæterarum virtutum Tuarum decorem mirum in modum adauget, ac amabiliori quadam luce conſpergit; humanitas inquam illa Tua, qua facilem omnibus præbes acceſſum, ille jucundiſſimus cordis cum ſermone perpetuò conſentientis candor; blandum illud &

ſuave

ſuave alloquium, quo Tibi aut neceſſitudine conjunctos, aut Tecum converſantes allicis, atque demulces. Quod plane quam verum ſit, non incerto rumore, nec aliorum dumtaxat ſermonibus; ſed facto ipſemet didici: quippe qui, longe etiam antequam novam dignitatem conſequereris, Tua amicitia & ſodalitate honeſtatus, innocentiam, animi demiſſionem, clementiam, ſine fuco benignitatem ſum demiratus. Unde prudens quiſque colligat, hæc qualiacumque obſequii, & venerationis erga Te meæ argumenta, & ſoli virtutis merito rependi, & ex ſola veritatis cognitione proficiſci, non ex aſſentatione, ſervitiove fortunæ. Supereſt igitur, Ut Tu, Præsul amplissime, exiguum munus, quod in aliquam obſervantiæ meæ, gratique animi ſignificationem Tibi offero nuncupoque, ſolita benignitate ſuſcipias; & Opus qualecumque meum Tuo nomini dedicatum, velut jam plene Tuum agnoſcas, & tuearis. Deum interim Optimum Maximum adprecabor, ut Te diu ſoſpitem incolumemque ſervet, ad Eccleſiæ utilitatem, ad Studiorum incrementum, ad totius denique Ordinis noſtri ſplendorem, & felicitatem.

Dabam Venetiis in Ædibus Carmelitarum pridie Kal. Junii MDCCLVII.

Addictiſſimus & Obſequentiſſimus Tuus
F. Bonaventura Blanciotti.

NOI RIFORMATORI
Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la fede di Reviſione, ed Approbazione del *P. Fr. Gio: Paolo Zapparella* Inquiſitore Generale del Sant' Offizio di Venezia, nel Libro intitolato *Thomæ Waldenſis Carmelitæ Anglici Doctrinale Antiquitatum Fidei Eccleſiæ Catholicæ ad Fidem veterum Codicum reſtitutum & notis illuſtratum a P. F. Bonaventura Blanciotti Ordinis F.F. B. M. V. de Monte Carmelo*, non v'eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica; e parimente per atteſtato del Segretario noſtro, niente contro Principi, e buoni coſtumi concediamo Licenza ad *Antonio Baſſaneſe* Stampator di Venezia che poſſi eſſer ſtampato, oſſervando gl' ordini in materia di ſtampe, e preſentando le ſolite Copie alle Publiche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 29. Novembre 1756.

Barbon Moroſini Kav. Proc. Rif.
Alviſe Mocenigo 4°. Kav. Proc. Rif.

Regiſtrato in Libro a Carte 54. al Num. 534.

Giacomo Zuccato Segr.

Adì 6. Decembre 1756.
Regiſtrato nel Magiſtr. Eccellentiſs. degli Eſec. contro la Beſtemmia.

Franceſco Bianchi Segr.

JUDICIUM THEOLOGORUM ORDINIS

REverendiſſimi P. M. Joachimi Mariæ Pontalti totius noſtri Ordinis Præſulis præſtantiſſimi mandatum executuri, ſedulo legimus & expendimus *Thomæ Waldenſis Carmelitæ Anglici Doctrinale Antiquitatum Fidei Catholicæ Eccleſiæ ad vetera Exemplaria recognitum, & notis illuſtratum a P. F. Bonaventura Blanciotti ejuſdem Ordinis in Provincia Pedemontana Presbytero*, in quo nihil offendimus, quod rectæ Fidei dogmatibus, & Chriſtianæ Ethicæ legibus adverſetur; immo in clariſſimo Authore, ubi Hæreticorum verſutias detegit, errores confutat, Religionis inſtituta confirmat, Diſciplinæ canones adſerit, Sacerdotii & Imperii concordia jura defendit, deprehendimus ſummam ingenii ſagacitatem, rationum pondus, & gravitatem, doctrinæ profunditatem, ſacræ & prophanæ eruditionis copiam, animi virtutem, & & integritatem. In his vero, de quibus præfatus Editor, quæque in notis quum brevibus, tum fuſioribus animadvertit, confert, exponit, vindicat, aut caſtigat, mirati ſumus dictionis nitorem, judicii rectitudinem, impigri laboris ſedulitatem, mentis perſpicuitatem, veritatis ſtudium, nec non prudentiam, & comitatem. Quamobrem prædictum opus, ad omnes pene hæreſes extirpandas aptiſſimum, jam pridem a Martino V. P. M., & a laudatis viris magnopere commendatum, nunc novæ Editionis præſtantia clariore in lumine poſitum, dignum cenſemus, quod magno Catholicæ Eccleſiæ bono recudi queat & mereatur.

Dat. in Carmelo Patavii pridie Non. Jul. 1757.

F. Joannes Philibertus Periconi.
F. Albertus Maria Ercolini.

NOS FR. JOACHIM MARIA PONTALTI

Sacræ Theologiæ Magiſter & Doctor, humilis Prior Generalis, nec non Commiſſarius & Viſitator Apoſtolicus totius Ordinis Fratrum Beatiſſimæ ſemperque Dei Genitricis Mariæ de Monte Carmelo Antiquæ Obſervantiæ Regularis.

CUm Libros, quibus titulus eſt: *Thomæ Waldenſis Carmelitæ Doctrinale, cum Notationibus &c. R. P. Bonaventuræ Blanciotti Carmelitæ Provinciæ Pedemontanæ &c.* Reverendi Patres Joannes Philibertus Periconi, & Albertus Ercolini ejuſdem Religionis Definitores, & Doctores Theologi, quibus per Nos commiſſum fuit, recognoverint, & in lucem edi poſſe probaverint; authoritate noſtra concedimus, ut typis mandentur, ſi ita jis, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem &c.

Datum in Conventu Noſtro S.S. Silveſtri & Martini in Montibus de Urbe die 19. Auguſti anni 1757.

Fr. Joachim Maria Pontalti Prior Generalis Carmelitarum.

Fr. Angelus Maria Agoſtini Socius, & Secr. Generalis Italiæ.

FR. ISIDORUS A S. MARIA MAGDALENA DE PAZZIS

Humilis Prior Provincialis Ordinis Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo in Provincia Pedemontana.

AUthoritate noſtra, ac tenore præſentium, licentiam facimus R. P. Bonaventuræ a S. Marco dicti Ordinis, & præfatæ Provinciæ Profeſſo Sacerdoti, & Concionatori, nunc Romæ in Conventu noſtro S. Mariæ Tranſpontinæ degenti, typis edendi librum, cui titulus eſt: *Thomæ Waldenſis Doctrinale antiquitatum fidei Eccleſiæ Catholicæ ad vetera exemplaria recognitum, & notis illuſtratum a R. P. Bonaventura Blanciotti a S. Marco Ordinis Fratrum B. M. de Monte Carmelo in Provincia Pedemontana Presbytero.* Dummodo tamen prius examinetur & approbetur a duobus Ordinis noſtri in Theologia Magiſtris.

Dat. in Carmelo noſtro Taurinenſi die 28. Januarii anno 1756.

F. Iſidorus a S. Maria Magdalena de Pazzis Prior Provincialis.

Fr. Gerardus a B. Margharita Aſſiſtens & Secr.

DOctrinale Thomæ Waldenſis a R. P. Bonaventura Blanciotti recognitum & Notis illuſtratum attente perlegimus; & cum nihil occurrerit quod vel catholicæ fidei, vel moralis diſciplinæ puritatem commaculet, dignum cenſemus ut Taurinenſis quoque Provincialis calculo probetur, & quantocyus ad Eccleſiæ utilitatem exquiſitioribus formis recuſum publica luce donetur.

Dat. Venetiis Kalendis Auguſti 1757.

F. Valerius Antonius Zarrabini.
F. Aloyſius Maria Gilli.

CON-

CONTENTA IN TOMO PRIMO.

PRæfatio generalis in novam Editionem Thomæ Waldenſis.
§. 1. Conſpectus hujus novæ editionis.
§. 2. Acta & ſcripta Thomæ Waldenſis.
§. 3. Selecta virorum illuſtrium de Thoma Waldenſi teſtimonia.
§. 4. De Wicleffo, ejuſque ſecta, libris, & erroribus.
§. 5. Authores & libri, quos in Doctrinali ſuo citat & recitat Thomas Waldenſis.
Thomæ Waldenſis Epiſtola nuncupatoria ad Martinum V. pag. 1
Prologus in Decem Wicleviſtarum Doctrinas. 5
Doctrina prima Wicleviſtarum. Docent primo Wicleviſtæ, ſicut & veteres hæretici, damnandum eſſe quidquid Papa, vel vocata Eccleſia dicunt, ſi non illud ex Scriptura Sancta probaverint. 11
Doctrina ſecunda. Wicleviſtæ poſtquam ſtatuerunt, quod Scriptura Sancta ſola eſt Fidei regula, ſpernendum prædicant quidquid Eccleſia communis, aut Sancti Patres docuerint; immo quidquid ſacroſancta Concilia decreverint. 13
Doctrina tertia. Nedum Sanctorum Doctorum ſpernunt Wicleviſtæ doctrinas, ſed illorum etiam expoſitiones rejiciendas aſſerunt; exemplo Wicleffi, qui omnes Sanctos Patres citra primum Millenarium erraſſe dicebat. 14
Doctrina quarta. Se arroganter extollunt Wicleviſtæ, jactantes ſe longe doctiores Epiſcopis, aliiſque Catholicis, ut ſic, cum aperte vincuntur, poſſint evadere; & in comparatione ſui viles facere Orthodoxos. 16
Doctrina quinta. Doctores Catholicos ad intelligenda Wicleffi doctrinas ineptos prædicant Wicleviſtæ. 17
Doctrina ſexta. Wicleffi libros plurimum laudant, ut ad eos legendos provocent Orthodoxos. 19
Doctrina ſeptima. Pietatem affectant, contra vitia declamant, & Divinam Scripturam inculcant, ut ſic artificioſius ſimpliciores decipiant. 20
Doctrina Octava. Non ſolum verba, ſed mores quoque ſuos componunt Wicleviſtæ, ut validius per bonæ vitæ opinionem ſeducant. 21
Doctrina nona. More priſcorum hæreticorum garriunt contra Catholicos, & dicunt, quod ipſi non intelligunt dicta Wicleffi; vel falſo recitant; vel temere ei imponunt non dicta. 22
Doctrina Decima. Magiſtrum ſuum Wicleffum excuſant, dicentes, quod plura ipſe ante obitum retractavit, immutavitque nonnulla; & quod Scriptores Catholici quædam reticent, & quædam oſtentant in odium ejus. 23
Authoris ad Deum oratio pro felici ſui Operis conſummatione. 24

LIBER PRIMUS.

PRologus libri primi, qui eſt de Capite Eccleſiæ Jeſu Chriſto in Naturis ſuis diſparibus. 31

ARTICULUS PRIMUS

Qui eſt de Eſſentia, Potentia, & Scientia Dei.

Cap. 1. Quod Wicleffus, inficiens logicam Scripturæ Sacræ, concedit quamlibet creaturam, vel quidlibet, eſſe Deum. pag. 33
Cap. 2. Quomodo quælibet Creatura eſt Deus, ſecundum ipſum; ſed Deus non eſt quælibet Creatura. 38
Cap. 3. Quomodo Eccleſia reſpondeat inſtantiis hujus hæretici. 43
Cap. 4. Quomodo dicat Apoſtolus Deum eſſe omnia in omnibus: & de grammatica Wicleffi in hac parte. 47
Cap. 5. Quod Wicleffus in hac materia *de ideis* conſentit Manichæis, & Idololatris. 52
Cap. 6. Quod *eſſe*, tam ſecundum ſubſtantiam, quam ſecundum præſentiam, eſt proprium ſoli Deo; & ideo vix competens creaturæ in ſtatu ſuo optimo: & hic de *prolixo* ſuo *eſſe*. 55
Cap. 7. *Eſſe* in tempore *parte*, & *re temporali*, eſt mixtum cum *non eſſe*: & non eſt purum, niſi in primo: ideo non excedit eſſe præſens. 59
Cap. 8. Res in eſſe intelligibili, vel in eſſe potentiali in cauſis ſecundis, antequam ſit in proprio genere, eſt ſimpliciter *non eſſe*. 63
Cap. 9. Res æviternæ non perfecte ſunt, multo magis nec res caducæ: & reſpondetur ad ſophiſma Wicleffi. 68
Cap. 10. Contra errorem Wicleffi, dicentis, Deum non poſſe quidquam facere, niſi quod facit: & eſt vetus error. 71
Cap. 11. De *eſſe* rei naturali, & obedientiali, ſecundum quod poteſt Deus multa, quæ non facit, nec vult unquam facere. 74
Cap. 12. Probatur ex Scripturis, quod multa poteſt Deus facere, quæ non facit: unde creatio Dei actualis, & ejus potentia non æquantur. 78
Cap. 13. Quod Deus poteſt ampliare numerum rerum, ultra ſtatutum: & de diviſione Continui in infinitum. 83
Cap. 14. De infinitate Creaturarum ſimpliciter ſaltem, ut de punctis & numero; & quod Continuum non componitur ex indiviſibilibus. 86
Cap. 15. Contra ſubterfugium illud Wicleffi, *Poteſt Deus ſi vult*, ſub quo negat Deum poſſe quod poteſt, ſi vult. 90
Cap. 16. Ad argumentum Wicleffi de Dei invidia, vel impotentia, teſtimoniis Auguſtini, Chryſoſtomi, Lactantiique plene reſpondetur. Et ibi oſtenditur plane, quod Deus, & homines multa poſſunt, quæ nec ſunt, nec fuerunt, nec futura ſunt. 95
Cap. 17. Contra hoc, quod Wicleffus dicit, Deum non poſſe adnihilare quidquam. 98
Cap. 18. Ad objecta Wicleffi, ne Deus poſſit adnihilare quidquam propter vacuitates infinitas in ente analogo, vel deſtructionem finalem illius entis. 103
Cap. 19. Quid ſit creatio, & per hoc quid adnihilatio. 110
Cap. 20. Quod creatio eſt de omnino nihilo, & non ſolum ab eſſe intelligibili, vel a nihilo in effectu. 113
Cap. 21. Quomodo Wicleffus ponit neceſſitatem abſolutam omnium futurorum eventuum: & qualiter contra Doctrinam Eccleſiæ. 117
Cap. 22. De authoribus, & fautoribus hujus hæreſis a principio. 121
Cap. 23. Quomodo Wicleffus declarat neceſſitatem ſuam: & quam clare Eccleſia docet, & doce-

docebat oppoſitum ab antiquo. pag. 126
Cap. 24. Quod prima radix peccati eſt voluntas, & ante eam nulla neceſſitas. 131
Cap. 25. Quod neceſſitas omnis ab æterno proveniens, & præcedens rem, tollit ambulatoriam hominis voluntatem. 135
Cap. 26. Quæſtiones implexæ de incerto futurorum eventu, & ſolutiones earum. 140
Cap. 27. Quod præſcientia poteſt variari in objecto ſine omni variatione ſui in principio. 146
Cap. 28. Contra quoſdam ponentes neceſſitatem prævenientem in futuris eventis, conſequentem tamen cauſas primas, ſic, quod non evenire non poſſint univerſa futura. 151
Cap. 29. Solvuntur objecta contra omnimodam contingentiam actuum humanorum: & declaratur logica catholici fundamenti. 157
Cap. 30. De variis modis dicendi *poſſibilis* & *impoſſibilis*, & *neceſſarii*, & de modis eſſendi: & contra neceſſitatem prædictam. 162

ARTICULUS II.

Qui eſt de Compoſitione Hominis.

Cap. 31. Contra trinitatem ſpiritus immortalis, corporis corruptibilis, & animationis mediæ, quam ponit Wicleffus in compoſitione hominis. 168
Cap. 32. Contra dualitatem formarum, ſpiritus ſcilicet, & animæ, apponendam in homine, ſecundum Wicleffum. 173
Cap. 33. Quod ſpiritus rationalis non eſt completa perſona hominis. 179
Cap. 34. Quod Wicleffus a Sanctis Patribus non habet fundamenta ſua, ſed a Gentilibus, & Philoſophis reprobatis. 184
Cap. 35. Quod duplici ratione fideli ſpiritus hominis immortalis non eſt per ſe completus & totus homo. 188
Cap. 36. Quod Chriſtus non fuit animatus animatione, quam poſuit Wicleffus, nec talis eſt natura ſeparata a ſpiritu, ſed portio ejus inferior. 192
Cap. 37. Quod ſuperfluum eſt ponere *animationem* naturam diſtinctam a ſpiritu immortali. 196
Cap. 38. Quod eſt quoddam vinculum naturale & ligamentum animæ ad corpus ſuum: unde non poteſt extranea corpora informare ex ſua potentia. 201

ARTICULUS III.

De Chriſto qui eſt Deus & Homo.

Cap. 39. Quod Chriſtus in humanitate ſua continet tantum duas naturas, corporis ſcilicet & animæ; nec eſt alterum eorum, niſi per ſynechdochen. 207
Cap. 40. Quod Wicleffus in favorem ſui male deſcribit Synechdochen: & quod figurata locutio non ſit loco propriæ extendenda. 212
Cap. 41. Quod humanitas Chriſti non eſt totus Chriſtus, nec Chriſtus eſt ſic Creatura. 216
Cap. 42. Quod Chriſtus non eſt tripartitus, ſed eſt Deitas, anima, & caro conjunctim, & neutra harum naturarum plenus Chriſtus diviſim. 221
Cap. 43. Chriſtus non erat homo in triduo, excepta figura loquendi: fuit tamen Chriſtus in triduo. Et reſpondetur ad argumenta. 228
Cap. 44. Quod humanitas Chriſti ſeparata non eſt adoranda latria: & qualiter Verbum potuiſſet aſſumpſiſſe aliam naturam. pag. 231

LIBER SECUNDUS.

Prologus qui eſt de Corpore Chriſti quod eſt Eccleſia, & de membris ejus variis. 241

ARTICULUS PRIMUS.

De Petri Epiſcopatu, & ejus eminentia inter Apoſtolos.

Cap. 1. Quod Petrus Apoſtolus fuit omnium Apoſtolorum Princeps, & Caput Eccleſiæ. 243
Cap. 2. Quod omnes Apoſtoli erant honore & poteſtate pares: & tamen Petrus Caput omnium, authoritatis poteſtate & honore præcellens. 247
Cap. 3. Ad rationes Wicleffi de Scripturis, in quibus Paulum Petro non inferiorem reddit. 253
Cap. 4. Quod Petrus præferri debet Jacobo Hieroſolymorum Epiſcopo. 257
Cap. 5. Quod Petrus fuit univerſalis Magiſter poſt Chriſtum, & Caput Eccleſiæ. 261
Cap. 6. Quod Petrus eſt fundamentum Eccleſiæ poſt Chriſtum, & Petra ſuper quam fundatur Eccleſia. 266
Cap. 7. Quod Petrus Romæ fuit: quo etiam tempore & quanto Præſul Romanus. 270

ARTICULUS II.

Qui eſt de Eccleſia in communi, de qua eſt fides in Symbolo.

Cap. 8. Quid ſit Eccleſia Catholica jam præſens. 274
Cap. 9. Quod univerſi electi non ſunt intra Eccleſiam Catholice militantem, nec omnes reprobi extra eam. 279
Cap. 10. Quod tres partes ſunt Catholicæ militantis Eccleſiæ, ſecundum diviſionem gratiarum. 284
Cap. 11. De mixtione, & concurſu membrorum majoris Eccleſiæ. 289
Cap. 12. De tribus Ordinibus, vel Partibus, tam communis, quam Electorum Eccleſiæ, ſecundum diviſionem miniſtrationum. 295
Cap. 13. Quod Monachi, & cæteri profeſſi clauſtrales, tenent in Eccleſiis Chriſti Statum continentium. 300
Cap. 14. De diviſione Operantium in Eccleſia, & quod penes hanc dividuntur perfecti viri ab imperfectis. 305
Cap. 15. Quod Eccleſia Chriſti eſt una & multiplex: & in ea variæ fidelium regulæ in una regula Chriſtiana. 312
Cap. 16. De vera unitate Corporis Chriſti, & de *Individuatione* Eccleſiæ jam currentis. 319
Cap. 17. Quod Eccleſia noſtra Symbolica eſt Eccleſia catholica. 326
Cap. 18. Quod Eccleſia Symbolica neceſſario eſt Apoſtolica, & una. 329
Cap. 19. Quod authoritate Eccleſiæ Symbolicæ ſunt omnia dubia definienda. 333
Cap. 20. Quod authoritas Eccleſiæ Symbolicæ fundatur ab antiquo: & quod ſecundum ipſam taxatur numerus librorum Scipturæ Canonicæ. 343
Cap. 21. Quod authoritas univerſalis Eccleſiæ ſubdita eſt authoritati Scripturarum tam novi quam veteris teſtamenti. 348
Cap. 22. Quod Eccleſia taxavit numerum articulorum fidei, nec poteſt creare novum: & quod

quod veritas requiſitæ fidei eſt reperienda quatuor viis. pag. 352
Cap. 23. Quod neceſſe eſt ad inveniendam veritatem Fidei, præter Scripturas, rimari dicta Majorum. 361
Cap. 24. Quod citra Scripturam Canonicam, & authoritatem univerſalis Eccleſiæ, dicta Prælatorum & Patrum Eccleſiæ ſunt reverenter ſuſcipienda. 365
Cap. 25. Quod adeundæ ſunt concordes ſententiæ Patrum, & conſuetæ expoſitiones, ad cognoſcendam fidem Catholicam. 369
Cap. 26. De authoritate generalis Concilii in Eccleſia Chriſti. 375
Cap. 27. De utilitate generalis Concilii. 381

ARTICULUS III.

Qui eſt de membris Eccleſiæ Jeſu Chriſti ſecundum profeſſiones ſuas & officia ſeriatim.

Cap. 28. De membris Eccleſiæ Symbolicæ. 387
Cap. 29. Quod ex Petro poſt Chriſtum tota ſucceſſive fluxit Eccleſia, quaſi membrum de membro, ſecundum Apoſtolum. 395
Cap. 30. De regulari & publica ſucceſſione Summorum Pontificum, tam in lege veteri, quam in nova. 399
Cap. 31. De Serie veneranda Romanorum Antiſtitum, ſuccedentium Sancto Petro. 405
Cap. 32. Quod Romana Sedes tenet Primatum ſuper omnes Eccleſias. 409
Cap. 33. Quod præeminentia poteſtatis Papalis eſt in Chriſti lege fundata, non ex poteſtate cæſarea derivata. 415
Cap. 34. De præeminentia poteſtatis Papæ juriſdictionaliter coactivæ. 421
Cap. 35. Quod omnis Romanus Epiſcopus, ſeu Papa rite ingrediens, in poteſtatem & præeminentiam Eccleſiæ ſuccedit cum Petro. 426
Cap. 36. Quod Papa fideliter appellatur *Sanctiſſimus Pater*. 430
Cap. 37. Quod Papa ſit Pater Beatiſſimus. 434
Cap. 38. De hoc nomine *Papa*, quod non ſit per Cæſarem introductum. 437
Cap. 39. De electione Papæ per cœtum Cardinalium. 443
Cap. 40. Reſpondetur ad objecta Wicleffi contra electionem Papæ per Cardinales. 447
Cap. 41. De Sede Papæ in Roma. 453
Cap. 42. De privilegiis Papalibus, & fundatione eorum. 459
Cap. 43. Reſpondetur ad expugnatores privilegiorum Papalium. 463
Cap. 44. De obedientia Occidentalis Eccleſiæ ad Papam, & ſimiliter Orientalis. 470
Cap. 45. Quod obedientia Orbis debetur ſimpliciter & univerſaliter Romano Pontifici: nec obſtant ſchiſmatica intervalla. 476
Cap. 46. Qualiter Wicleviſtæ cum aliis hæreticis impudenter deobediunt monitis Romani Pontificis, ne judicet in cauſa hæreticæ pravitatis. 481
Cap. 47. Quod Papa habet ab antiquo poteſtatem infringibilem ad determinandum fidei veritates, & debellandum, & cancellandum omnes falſitates hæreticas. 487
Cap. 48. De prærogativa perpetuæ immunitatis Romanæ Eccleſiæ in fide Chriſti, & ab omni contagione hæreſis illibatæ. 493
Cap. 49. Reſpondetur, non eſſe Papam Antichriſtum propter quinque argumenta Wicleffi. 497
Cap. 50. Declaratur, quod Papa non ſit patulus Antichriſtus, ſecundum quatuor proprietates Antichriſti. pag. 502
Cap. 51. Reſpondetur ad argumenta, quod oportet eſſe Papam, quamvis Chriſtus perpendiculariter reſideat in Cœlis ſuper omnes juſtos. 509
Cap. 52. Quod Papa non ſit Antichriſtus propter citationes ſuas ad Sedem, vel propter patrimonium Crucifixi. 515
Cap. 53. Reſpondetur ad argumenta Wicleffi, argumentantis, non expediens eſſe fore Papam: nec ſequi Petrum fuiſſe Papam ex verbis Chriſti. 520
Cap. 54. De Cardinalibus Romanæ Eccleſiæ. 525
Cap. 55. De Patriarchis, Primatibus, & Archiepiſcopis. 532
Cap. 56. De Epiſcopis. 536
Cap. 57. De neceſſitate Epiſcoporum in Eccleſia Dei propter Confirmationes, Conſecrationes, & Ordines. 541
Cap. 58. Quod a ſolis Epiſcopis conſecrari poſſunt Altaria, vel Baſilicæ, aut Veſtes ſacræ, vel Virgines benedici. 546
Cap. 59. De Benedictionibus Epiſcopalibus. 553
Cap. 60. Quod non omnino ſit idem Epiſcopus cum inferiore Sacerdote; ſed ſint gradus diſtincti in eodem ordine. 558
Cap. 61. De electione & inſtitutione Epiſcoporum, ut ſint digna membra corporis Chriſti. 565
Cap. 62. De Archidiaconis, Officialibus, & Decanis. 572
Cap. 63. De Paſtoribus ſecundi ordinis, & inſtitutione eorum per Eccleſias locorum. 575
Cap. 64. Quod liceat Paſtoribus locorum exigere Decimas per Cenſuras, tamquam res Dominicas, non ſuas; & ad bonum ac meritum Decimantis. 580
Cap. 65. Quod Sæculares Decimas dent, & offerant apud Paſtores delinquentes in Eccleſia. 586
Cap. 66. Ne Subditus temere judicet de vita Paſtoris. 590
Cap. 67. De Doctoribus ſcholaſticis, & Univerſitatum, & Studiorum fundatione catholica. 597
Cap. 68. Quod Scholaſtici in Sacra Theologia & aliis Facultatibus dicuntur *Doctores* licite, & *Magiſtri*. 604
Cap. 69. De Collegiis Cathedralibus & Univerſitatibus, quod non ſint caſtra *Caimitica*, nec Fratres *Caimitæ*. 611
Cap. 70. De Prædicatoribus, quod non uſurpent Evangelium, ſi non mittantur a Deo per hominem. 618
Cap. 71. Quod quidam presbyteri impediri rite poſſunt, ne prædicent. 624
Cap. 72. Quod Fratribus catholicis ad prædicandum admiſſis, non propter hoc tolerantur hæretici. 629
Cap. 73. Contra quemdam Doctorem Wicleviſtam, quod non licet ſingulis Chriſtianis paſſim prædicare quibuslibet, ſine authoritate Antiſtitis. 636
Cap. 74. De Sacerdotio Chriſtiano: qualiter Regibus comparatur. 644
Cap. 75. Ad duo argumenta principalium Æmulorum, ne regno ſuccumbat Sacerdotale faſtigium, reſpondetur. 648
Cap. 76. Ad argumentum de regalia Chriſti temporali, reſpondetur. 652
Cap. 77. Chriſtum non fuiſſe Regem temporalem, convincitur ex teſtibus veris. 660
Cap. 78. Quod poteſtas & regalis authoritas ſit immediate a Deo donata. 665
Cap. 79. Quod non licet in materia fidei vel Ec-

Eccleſiæ appellare terrenum principem poſt judicium Epiſcoporum. pag. 671
Cap. 80. Reſpondetur ad argumentum Wicleffi, quod Paulus appellavit ad Cæſarem. 675
Cap. 81. Contra hæreſim Wicleffi, docentem, nullum vere ſæculariter dominari, dum eſt in mortali peccato. 681
Cap. 82. Qualiter Deus dedit & donat extremis peccatoribus mundi dominia. 685
Cap. 83. Quod titulus juſti Sæcularis Dominii non regulariter reſpicit voluntatem Dei beneplacitam, ſed Dei providentiam. 689

LIBER TERTIUS.

PRologus, qui eſt de Religioſis perfectis in lege Chriſti. 697
Quæſtio Authoris. Proponit dubium de Religione perfectorum, an ea ſit divinis legibus inſtituta, an tranſcendat vulgi meritum, etiam quatenus variis diſtincta ſignis & ritibus a religione Chriſtianorum communi. Simul exponit quid intelligat pro *Religione perfecta:* ac demum, recitatis contra eamdem Wicleffi erroribus, gradum ſibi facit ad catholicam præmiſſi dubii reſolutionem. 700
Proteſtatio authoris. Intentionem declarat ſuam, qua nihil in fide minus rectum, aut in moribus minus pium molitur. Quod ut certius ſuadeat, ſanctæ Apoſtolicæ Sedi cuncta a ſe dicenda ſubmittit. Deinde ſibi ignoſci poſtulat, ſi quid forte contra hæreticos nimis aſperum proferat, 702

ARTICULUS PRIMUS,

Qui eſt de fundatione Religionis perfectorum in Lege Chriſti.

Cap. 1. De fundatione Religionis Perfectorum naturali inſtinctu in ſtatu naturæ. 703
Cap. 2. De fundatione religionis perfectorum inſtinctu naturæ, tempore Legis ſcriptæ. 707
Cap. 3. De applicatione modernorum Religioſorum ad veteres, quia utrobique additur legi Dei. 710
Cap. 4. De fundatione Religionis perfectorum tempore Legis ſcriptæ per ſebjectos Legi. 711
Cap. 5. Quod Jetræi Religioſi gentiles erant, & non Judæi. 715
Cap. 6. De fundatione Religionis perfectorum in primitiva Eccleſia Jeſu Chriſti. 718
Cap. 7. Quis Apoſtolorum vel Diſcipulorum inſtituerit Religioſos perfectos in Eccleſia primitiva. 722
Cap. 8. De multiplicatione religioſorum perfectorum per partes Aſiæ. 725
Cap. 9. Quomodo religio Perfectorum diffundebatur per partes Africæ. 729
Cap. 10. De multiplicatione Religioſorum perfectorum ad partes Europæ. 731
Epilogus primi Articuli. Cuncta recenſet quæ de Religionis perfectæ fundatione, cum in veteri, tum in nova lege diſſeruit: & hinc Wicleffum perſtringit, quod mendaciis aſſuetus Inſtitutores religionum temere irrideat, vocando eos *Religioſarchas*, qui Evangelicam Chriſti perfectionem nequaquam attigerint. 734

ARTICULUS II.

Qui eſt de eminentia perfectionis Evangelicæ Religionis Chriſti ſupra Religionem ejus vulgarem.

Cap. 11. De perfectione Religionis Chriſti perfectæ ſupra Religionem ejus vulgarem. pag. 735
Cap. 12. Quod Religioſus perfectus, eſt eo fortior, quo magis votum paupertatis tenetur implere, 738
Cap. 13. Quod religioſus perfectus, eſt ex vi religionis quam ſpondet, & ſervat, perfectior religioſo vulgari. 741
Cap. 14. Probatur quod Religio perfectorum eſt non ſolum extenſive, ſed intenſive perfectior Religione vulgari. 744
Cap. 15. Quod utraque Religio eſt magnæ perfectionis, tam vulgaris, quam perfecta; ſed ſecunda perfectior per tres rationes famoſas. 747
Cap. 16. Quibus differentiis diſtent omnes Religiones; & de diſpoſitione earumdem, & latitudine. 748
Cap. 17. Deſcriptio Religionis communis, & multiformis Religionis particularis in ea contentæ, 753
Cap. 18. Quod minoris perfectionis eſt obſervationes clauſtrales ducere in ſæculo, quam illas easdem tractare in Clauſtro. 757
Cap. 19. Quod ratione voti excedit Clauſtralis vulgarem, quamvis ſint aliter pares in factis. 761
Cap. 20. Quod votum promiſſionis, & ſponſionis, & fidei factæ, ſit fundatum in illo Pſalmi, *Vovete & reddite Domino Deo veſtro:* & in illo Evangelii, *Sunt Eunuchi, qui ſe ipſos caſtraverunt propter regnum cœlorum: qui poteſt capere capiat;* contra Armachanum. 764
Cap. 21. Quod vovere promiſſive auget meritum, & intendit perfectionem actus; ita ut ſit perfectior & meritorior actus ſub voto, quam ſine voto, contra eumdem Armachanum. 770
Cap. 22. Quod Jacob, David, Apoſtoli, & Beata Virgo, voverunt promiſſive ex conſuetudine fidelium primitivæ Eccleſiæ, contra eumdem Richardum Armachanum. 773
Cap. 23. De fundatione voti obedientiæ, & de excellentia ejus inter vota. 778
Cap. 24. Fundatio voti obedientiæ, ut profeſſores ſimpliciter obediant, & ſine Superiorum arbitrio nihil agant. 783
Cap. 25. Fundatio ſanctæ obedientiæ exhibendæ ſimpliciter homini peccatori, ſaltem non hæretico. 786
Cap. 26. Quod obediendum ſit Præpoſito mandanti poſtponere magis bonum, minus bono, & quod obediendum ſit uſque ad mortem. 788

ARTICULUS III.

Qui eſt de ſignis & ritibus congruentibus Religioſis perfectis.

Cap. 27. Quod laudabiliter utuntur Religioſi perfecti ſeparato habitu ab habitu vulgari. 790
Cap. 28. De habitu ſingulari Religioſorum perfectorum in veteri Eccleſia approbato, & cæteris ſignis & ritibus. 794
Cap. 29. Reſpondetur ad dicta hæreſiarchæ Wicleffi, & probatur, quod Chriſtus inſtituit quatuor Sectas præfatas; & primo quod Epiſcopos. 799
Cap. 30. Reſpondetur ad dicta Wicleffi hæretica, & probatur, quod Chriſtus inſtituit plures religiones diſtinctas, & quod inſtituit religionem perfectorum. 802
Cap. 31. Reſpondetur ad ſophiſma prædicti hæretici, & probatur Chriſtum ſtatuiſſe Eccleſiam

in

in religionibus variam, & tamen unam. pag. 805
Cap. 32. Reſpondetur ad prædictum hæreticum, quod in Scriptura inſtituuntur diſtinctæ religiones ſecundum diſtinctas obſervantias: & quod non eo aliqua religio melior, quo eſt in obſervantiis parcior. 807

LIBER QUARTUS

PRologus quomodo Religioſi in Eccleſia Dei poſſunt licite exigere victum ſuum. 817

ARTICULUS PRIMUS.

Qui eſt de victu Religioſorum perfectorum ex mendicitate.

Cap. 1. De diviſione mendicitatis. 822
Cap. 2. De definitione ipſius mendicitatis. 826
Cap. 3. Quod Chriſtus perſonaliter mendicavit, & vocaliter a Samaritana. 828
Cap. 4. Quod Chriſtus mendicavit perſonaliter in diverſis ætatibus. 835
Cap. 5. Quod Chriſtus inſtituit diſcipulos ſuos mendicare. 839
Cap. 6. Quod electa mendicitas fuit multis Sanctis votiva. 844
Cap. 7. Ad inſtantiam illam, *Omnino egens & mendicus non erit inter vos*, reſponſio. 850
Cap. 8. Ad illud in Proverbiis, *Divitias & mendicitatem ne dederis mihi*, reſponſio. 853
Cap. 9. Ad illud Pſalmiſtæ, *Non vidi juſtum derelictum a Domino, nec ſemen ejus quærens panem*, reſponſio. 856
Cap. 10. Ad illud Wicleffi, quod dandum ſit cæcis, debilibus, & claudis. 858
Cap. 11. Num dandum ſit tantum vicinis, ſic quod non ignotis, ut volunt Wicleffus & Vigilantius. 862
Cap. 12. Ad illud quod Apoſtolus jubet manibus operandum reſponſio pro religioſis contra Wicleffum. 865
Cap. 13. Ad illud, *Beatius eſt dare magis quam accipere*, reſponſio. 867
Cap. 14. Contra id quod Wicleviſtæ dicunt, quod conſilium Evangelii de renunciando omnibus debeamus proſequi in affectu. 870
Cap. 15. Contra gloſſam Wicleffi, tenentem, quod illud Evangelicum, *Si vis perfectus eſſe &c.* habet locum in indiſpoſito tantum &c. 873
Cap. 16. Contra inferentes, quod profeſſores paupertatis ſponte exponunt ſe periculo vitæ. 878
Cap. 17. Utrum ſcrutandum cui eleemoſinam porrexeris, ne forte dederis peccatori. 881
Cap. 18. Ad idem propter illud, *Deſudet eleemoſina in manu tua*. 884
Cap. 19. Contra dicentes, quod omni petenti ſit dandum, ſed ſolum verbum aſperum peccatori. 887
Cap. 20. Contra definitionem uſurpatam a Wicleffo de Religioſo mendicante. 891

ARTICULUS II.

Qui eſt de Religioſis viventibus laboritio manuali.

Cap. 21. Quod religioſi laborare tenentur in ſuis monaſteriis propter victum, exemplo & præceptis Patrum ſuorum. 896
Cap. 22. De duobus erroribus circa laboritium Monachorum. 898
Cap. 23. Quibus de cauſis laboravit Apoſtolus Paulus. 901
Cap. 24. Quod Evangeliſtæ eximendi ſunt inter religioſos ab opere manuali. pag. 905
Cap. 25. Quod erudientes, ſcribentes libros, ſive curati, ſive gratuiti, eximendi ſunt inter Religioſos ab opere manuali. 908
Cap. 26. Quod religioſi primævi tempore Apoſtolorum, ſicut & diſcipuli Chriſti, vacabant quotidie ſtudio legis Dei: unde non poterant indulgere artificio; ſed vixerunt ex eleemoſina ſanctæ plebis. 911
Cap. 27. Quod miniſtri Altaris paſcendi ſunt, & non cogendi ad victum manibus acquirendum. 914
Cap. 28. Quod validi contemplativi ſine laboritio victum ab eleemoſinis impetrabunt. 917
Cap. 29. Quod infirmis & viris olim nobilibus non eſt labor coacte imponendus. 920
Cap. 30. Quod non habentes unde vivant aliunde niſi de Monaſterio; ſi de prædictis, quos diximus eximendos, non ſint, operari manibus debent. 922
Cap. 31. Ne Religioſi operarii præſumant ea quæ ſunt Clericorum; vel Clerici, faſtidiendo officium, opera eorum aſſumant. 925
Cap. 32. Quod monaſteriorum neceſſitates ſupplendæ ſunt ex eleemoſinis fidelium, nec ſubtrahi debent quovis modo, quamvis operarii laborare teneantur. 928

ARTICULUS III.

Qui eſt de Religioſis perfectis, viventibus de certa poſſeſſione redditnum & prædiorum.

Cap. 33. Quomodo Wicleffus intendit omnem Eccleſiam in ſuo Clero debere expropriatariam eſſe: & graviter peccaſſe omnes qui admiſerunt dotem, ſeu donationem Conſtantini. 932
Cap. 34. De trina lege Dei, in qua Wicleffus expropriętatem fundat: & de trina lege oppoſita, ubi fundatur proprietas Eccleſiæ. 935
Cap. 35. De Levitis veteris legis, qui admiſerunt dotem de facto. 938
Cap. 36. Recitat ex Wicleffo tria teſtimonia legis novæ contra dotationem Eccleſiæ: & ponit reſponſa clara ad eadem. 941
Cap. 37. Quod in primitiva Eccleſia Clerici & Epiſcopi fuere dotati in perſonis ſuis. 945
Cap. 38. Quod Eccleſia fuit in communi dives, & dotata a primitivis ſuis continue per totum trecentenarium Wicleffi. 948
Cap. 39. Quare Eccleſia non fuerit in primitivis dotata terra ſancta. Et hic eripitur Conſtantinus de tribus ſcandalis Wicleffi. 952
Cap. 40. Quod nullo modo licet principibus, vel aliis auferre invite bona, quæ contulerunt Eccleſiæ. 957
Cap. 41. Quod Eccleſiaſticæ perſonæ tenentur ſubvenire Principibus, & laicis perſonis de bonis Eccleſiæ, ubi exceſſiva adeſt egeſtas. 961
Cap. 42. Quod omnes Eccleſiaſtici ſunt pauperes: & de latitudine paupertatis eorum. 964
Cap. 43. Quod Eccleſiaſtici nullatenus ſunt domini Eccleſiaſticarum rerum. 969
Cap. 44. Quod per hoc ſine repugnatione profeſſores Religionis perfectæ poſſunt in Epiſcopatu ſubire officium diſpenſationis Eccleſiaſticæ. 972
Cap. 45. Quomodo diſpenſanda ſint bona Eccleſiæ, & qualiter multi errent in diſpenſando. 976
Cap. 46. Quod hoſpitium & menſa Sacerdotum non recte excuſant eorum diſpenſationem in pauperes debitam. 981
Cap. 47. & ultimum, quod eſt licentiatorium & concluſivum Operis de Perfectis. 986

NOTÆ FUSIORES

in Tomum Primum Doctrinalis.

HÆretici corporalibus pœnis juſte afficiuntur. pag. 989
Libri Hæreticorum jure prohibiti. 992
S. Cyrillus a Gennadii calumnia vindicatus. 994
Thomiſtarum ſententia cum Thoma Waldenſi conciliata. 996
Hæretici ſanctos Patres ad ſuas hæreſes detorquere ſoliti. 997
Melchioris Cani adverſus Thomam Waldenſem cenſura refellitur. *ibid.*
Altera Melchioris Cani adverſus Thomam Waldenſem criminatio rejicitur. pag. 999
Tertia Melchioris Cani adverſus Thomam Waldenſem accuſatio repellitur. 1002
Eccleſiæ authoritas divinis Scripturis ſubdita recte aſſeritur. 1004
Novum fidei articulum condere præſens Eccleſia non poteſt. 1006
Romani Pontificis a Wicleffi obtrectationibus vindicantur. *ibid.*
D. Hieronymi ſententia de Epiſcopali dignitate rite a Waldenſi explicata. 1007
Thomæ Waldenſis de Concilii generalis, & Summi Pontifices authoritate declaratur ſententia. 1008
Celebriores Judæorum Sectæ recenſentur. 1014
Semper turbidæ, ſeditioſæ, ac feroces ſunt hæreſes. *ibid.*

PRÆFATIO GENERALIS

IN NOVAM EDITIONEM DOCTRINALIS

THOMÆ WALDENSIS.

1\. UNiverſis Eccleſiæ filiis, qui ſunt docibiles Dei, DOCTRINALE fidei catholicæ [*Joan.* 6. 45.] nova hac Editione expurgatum illuſtratumque jam profero, quod nulli non acceptiſſimum fore ipſa ſtatim ſuadet Operis dignitas, Authoris celebritas, doctrinæ ubertas, atque præſtantia. Illud quippe eſt DOCTRINALE, quod THOMAS WALDENSIS elucubravit: illud inquam, quod omnia Eccleſiæ dogmata & Eccleſiaſtica jura a Wicleffo ſubverſa tuetur ac vindicat, ſuum Deo aſſerens cultum, Principibus dominium, Prælatis dignitatem, Papæ Primatum, Cardinalibus eminentiam, Paſtoribus decimas, mendicantibus ſtipem, religioſis honorem, cunctis denique hominibus pacem, ſpem, libertatem, vitam, atque æternæ ſalutis felicitatem. In quibus omnibus mirificum DOCTRINALE apparuit: nam cum ex Anglia ab Authore ſuo Romam tranſmiſſum fuiſſet*, ut Summo Pontifici *Martino V.* primum exhiberetur, ab eoque probaretur; ipſe Pontifex [* *anno* 1426.] valde gaviſus, quod validum & copioſum ibi fidei orthodoxæ armamentarium haberetur, ſtatim illud tradidit Cardinali *Jordano Epiſcopo Albanenſi* tunc in Germaniam adverſus hæreticos cum Legati munere profecturo, ut eo uteretur *ad inſtructionem veritatis, & confuſionem hæreticæ falſitatis**. Gratulatorias [* *Vide infra* §. 3.] quoque Authori dedit literas, quibus ipſi tamquam de Eccleſia optime merito non ſolas laudes impendit, ſed magnos etiam honores promiſit. Cum autem ſequenti anno * alterum DOCTRINALIS Volumen, quod eſt *de Sacramentis*, ipſe Pontifex accepiſſet, auditis Commiſſariis ſuis *Joanne Cardinali Cervantes*, & *Bernardo Cavallacenſi* Epiſcopo, qui illud ſedulo examinaverant, ſolemniter in publico Conciſtorio, præſentibus Cardinalibus & Prælatis, illud magno encomio probavit, ſummaque authoritate munivit. [* 1427.] [Summus Pontifex opus Thomæ Waldenſis laudat & approbat in Conciſtorio.]

2\. At vero evulgatum inde per orbem, mirum eſt, quantam THOMÆ WALDENSI comparaverit nominis celebritatem. Tot enim admiratores, quot lectores habuit, ob dilucidam ac validiſſimam, quam ad refellendos univerſos chriſtianæ religionis hoſtes, & ad confirmanda ſacra dogmata rationem tradit. Hinc THOMAS WALDENSIS uno omnium ore CONTROVERSISTARUM PRINCEPS, PERPETUUS OMNIUM HÆRETICORUM MALLEUS; & non tam WALDENSIS, quam VALIDUS ECCLESIÆ ENSIS nuncupatus eſt. Quibus laudibus adſtipulatus eſt de eo ſcribens ſanctitate & eruditione præſtantiſſimus *Nicolaus Jaquerius* (*a*) magnus fidei Inquiſitor, ratus pro hoc [a] DOCTRINALI habendo SACROS etiam CALICES ESSE VENDENDOS.

3\. Sed proh dolor! Aureum hoc DOCTRINALE non modicam ſcoriam induxit, cum per ferme centum annos ab Amanuenſium tereretur inſcitia, prout nobis argumento ſunt pene innumerabilia menda, quæ a MSS. in impreſſa quoque tranſierunt Exemplaria. Jam enim per tres Editiones lucem aſpexit: Primo Pariſiis, ubi typis *Badii Aſcenſii* prodiit ſecundus Tomus anno MDXXI. & tertius anno MDXXIII. hortante ac impellente D. D. *Stephano Porcherio* Senonen. [Tres *Doctrinalis* hujus editiones.] Archiepiſcopo, qui ſic voluit magis confundi hæreſim Lutheranam, ab ipſo in ſua percelebri ſynodo paulo ante damnatam. Deinde anno MDXXXI. apparuit Tomus primus ex officina ejuſdem Aſcenſii, qui illum Summo Pontifici Clementi VII. nuncupavit. Secundo prodierunt anno MDLVI. Salamanticæ in Hiſpania ſecundus & tertius Tomus typis *Joannis Mariæ de Terranova*, & *Jacobi Archarii*, auſpicantib. clariſſimis illuſtriſſimiſque Dominis, Dominis *Petro Portocarrero*, & *Petro Luna* Abbati Montaragonenſi, tunc Academiæ Salmanticenſis rectoribus. Tandem tertio omnes tres Tomos nobis recuſos dedit Venetiis an. MDLXXI. *Jordanus Ziletti* (*b*), [b] Pio V. Pontifici Maximo dicatos. De duabus prioribus Editionibus, Pariſienſi videlicet & Salmaticenſi, ſupervacaneum duco meam proferre ſententiam, cum ex tertia, quæ adeo mendoſa ab illis exhauſta eſt, facile de jis & certo ab unoquoque dijudicari poſſit. [De editionibus Pariſien. & Salmaticenſi.] De tertia, Veneta nempe Editione refert ſcire, quod mandante, ſollicitante, ac fovente F. *Joanne Baptiſta Rubeo Ravennate* (*c*) tunc Generali Carmelitarum Moderatore, eam expurgandam illuſtrandamque aggreſſus eſt inſignis ex Ordine meo Theologus *F. Nicolaus Aurificus Senenſis*: cui non parum laboribus ſuis opitulati ſunt eximii alii viri, inter quos *F. Laurentius Lauretus* (*d*) Venetus, & prælaudatus *Joannes Baptiſta Rubeus*, qui de ſuo validas addidit ad calcem vindicias, ut nonnullas THOMÆ WALDENSIS tueretur propoſitiones, ſæva ab aliqui- [De editione Veneta] [c] [d]

(*a*) Anno 1472. defunctus poſt conſcriptum opus *Flagellum hæreticorum faſcinariorum*, a Joanne Myntzemberg Carmelita, apud Nicolaum Baſſeum editum Francofurti, an. 1581. in 8.

(*b*) Quamquam Veneta hæc Editio excuſorem *Zilettum* manifeſte præſeferat, plures nihilominus eam Vincentio *Valgriſio* adſcribere debuerunt: nec ſine injuria redargui poſſunt, ut ab eruditis quibuſdam Cenſoribus nuper factum eſt. Nam ſciendum quod eodem anno 1571. Doctrinale Thomæ Waldenſis impreſſum fuit a Jordano Ziletto & a Vincentio Valgriſio ſub eodem ſchemmate, eiſdem formis, eodemque prælo, cum eadem utrobique reperiantur errata typographica. Unum Exemplar quod Valgriſium præfert vidi Patavii in Bibliotheca PP. Carmelitarum Excalceatorum. Reliqua cum Ziletti nomine mihi occurrerunt. Unde hæc evenerit nominum variatio, aliis divinandum relinquo.

(*c*) Ravennæ adhuc extat hæc *Rubeorum* familia, non minus opulentia, quam avita nobilitate præfulgens. Jam ab olim ex *Marchionibus ſancti Secundi* Parmæ in Lombardia potens, pugnantibus *Gibellinis* & prævalentibus, cum ſecedere an. MCCCCXLIII. coacta fuiſſet, in hac Æmiliæ urbe meritos honores, & quæſitam tranquillitatem invenit. Joannis autem Baptiſtæ Rubei egregia alia opera recenſet in ſuo *Apparatu Sacro* Antonius Poſſevinus.

(*d*) Eximius Veneti Carmelitarum cœnobii alumnus, doctrina celebris, Gregorii XIV. Pontif. Max. Theologus, poſt altiora ſuſcepta in ſuo ordine munia, Epiſcopus *Adrienſis* creatus obiit anno 1595. De eo videſis Lezanam Tom. 4. annal. ad an. 1206.

bus (*a*) cenſura taxatas. Quis igitur tot tamque eximiis viris adlaborantibus, expolitam prorſus, & omnibus numeris abſolutam Editionem non expectaſſet? At ne veritatem inutili adulatione tegamus, fatendum eſt, quod Editionem quidem fecerunt, ſed non perfecerunt. Siquidem celeritati forte ardentius quam par eſt inſiſtentes, & ſoli *Pariſienſi* ac *Salmaticenſi* textui innixi, atque ſolas priores Editiones ſuperare contenti, nullam in melioris notæ MSS. Codicibus perſcrutandis operam impenderunt. Hinc *Veneta* impreſſio, quæ informis duarum priorum eſt fœtus, adhuc retinet interpunctiones, & frequentes lacunas: ſæpe ſententias aut lepidis ridiculiſve, (ſi ſuperis placet) ſolloecíſmis deturpat: ſæpiſſime citationes omittit, aut falſas apponit: in pleriſque locis verba Editoris a verbis Authoris non diſcernit, & fere ubique, ex permultis etiam Typographi erratis, confuſio; adeo ut celeberrimus Doctor Thomas Waldensis vix ſe ipſum, & ſuam, quæ non minima eſt, venuſtatem ibi queat dignoſcere. Hæc cum adtenderent rerum Polemicarum ſtudioſi, in votis ſemper habuerunt, ut hoc tam doctum, tamque validum adverſus hæreticos Doctrinale, quod ſic præteritæ infecerunt, nova tandem repurgaret Editio. De hoc jam olim teſtatus eſt Cl. V. *Daniel a Virgine Maria* in ſuo *ſpeculo Carmelitarum*, tomo I. dicens: *Plurium eſt deſiderium, ut opera illa* (Thomæ Waldenſis) *dudum variis locis edita* (*verumtamen nullibi amplius reperibilia venalia*) *cum ſcholiis recudantur. Id qui efficeret, operam Eccleſiæ utiliſſimam navaret.*

4. Nec ſegnis unquam fuit Carmelitarum pro *utiliſſima* hac Editione zelus, quamquam nonnullos deterreret cum rei difficultas, tum magnitudo laboris: ſed adverſæ vitæ hujus viciſſitudines cunctos hactenus ab incœpto deturbarunt. De hoc, inter alios, jure nunc queritur P. *Timotheus Bergerot*, quem vera pietas, ſingularis morum comitas, & eximia doctrina plurimum apud omnes commendant. Ipſe quippe cum Reverendiſſimi Generalis Carmelitarum Aſſiſtens & Secretarius Romæ degeret, huic Operi ab anno jam MDCCXLV. manum admovit, & exactas cum pervetuſto Codice Vaticano collationes fecit, (quas benigniſſime nuper ad me tranſmiſit). Sed dum vir ſapiens expectabat otium ut ſcriberet ſapientiam, revocatus in Galliam, omne illius ſtudium ſurripuerunt graviſſima quæ illi demandata ſunt negotia, ſicut & aliæ plures regiminis curæ, donec ſenio ac morbis præfractus de ſuo perficiendo opere plane illi deſperandum neceſſe eſſet. Hoc ego ægre ſentiens, digitum, quem de tabula jam removeram, iterum applicui, ut quod omnes exoptabant, plurimi etiam poſtulabant, ipſe tandem Deo auxiliante perficerem. Magnum quidem opus, quod magnum exigebat virum; ſed ut ingenue fatear, etſi vir ego exiguus, non exiguus ſane fuit labor, ut tria hæc Volumina tot mendis conſpurcata, tot tenebris obſita, ſuæ tandem puritati ac luci reſtituerem. Qua autem ratione id ego præſtiterim, jam aperire nunc pergo.

§. I.

Conſpectus hujus novæ Editionis.

1. IN hac nova conficienda Editione primo cavendum duxi ab iis imitandis, „ qui lucrum „ papyraceis mercibus aucupaturi (verbis utor Cl. V. Marchionis Scipionis Maffeii *) de „ atramento, ac de chartarum plauſtris unice ſunt ſolliciti, remque librariam e literatis homi- „ nibus pendere ignorantes, Editiones alibi factas nullo ſtudio recudunt, conſilio nullo. Ii ſi- „ quidem ne de præfatiuncula addenda cogitant quidem, nedum illuſtrari novis curis, atque „ augeri veterum Scriptorum opera ſatagunt. „ Ab hoc ego vitio potiſſimum abhorrens, non ad recudendum ſolummodo, ſed ad caſtigandum, augendum, illuſtrandumque hoc Doctrinale, quantum ingenii mei tenuitas valuit, totum me contuli. Ac in primis de integro & genuino reſtituendo textu ſerio cogitans, duos in Italia vetuſtos Codices diu verſavi, *Vaticanum* nempe in Alma Urbe, & *Ferrarienſem* apud florentiſſimum S. Pauli Cœnobium.

* *In præfat. ad Opera S. Hilarii Ed. Veronen.*

Veteres in Italia Doctrinalis Codices.

2. *Vaticanus* codex exaratus perhibetur anno MCCCCXXXI. ab ipſo Amanuenſi F. *Joanne Novel* Carmelita. Liber quidem eſt maximi moduli, & membranæ magnificentiam oſtendens, atramento in flavum vergente, & late circumalbicantibus oris. Sed multis in locis deficit, præſertim in tertio Tomo, qui magna ex parte vacua conſtat membrana. Deficit in ipſa etiam Epiſtola nuncupatoria ad Martinum V. ubi intempeſtive & præpropere nimis indiligentia apparet Scriptoris, qui finem cum medio copulans, orationem confundit, ac prorſus reddit informem. Neſcio propterea quomodo penes multos ea pervaſerit opinio, quod Authographus ſit Codex iſte, atque illemet, quem Author ipſe per Nuntios ſuos *Joannem Keningale* (*b*) & *Joannem Taceſphalum* Doctores Oxonienſes *Martino V.* Summo Pontifici humiliter præſentavit. Quamquam enim non inveriſimile cuiquam videri poſſit, quod Author tanto Pontifici adeo mutilum Codicem præſentaret, ipſa temporis nota ab hac opinione nos revocat: nam Nuntii prælaudati libros attulerunt Romam anno MCCCCXXVI. & MCCCCXXVII. ut infra nos docent *Martini V.* ad Thomam Waldensem Epiſtolæ: Codex autem iſte, ut prædictum eſt, non exaratus fuit ante annum MCCCCXXXI. quando Author, ex multorum relatu, & ipſe quoque Martinus V. Papa jam e vivis exceſſerant. Cæterum hujus Codicis vetuſtatem ego attendens, & textus puritatem, tantam ſibi fidem mereri viſus eſt, ut ejus lectionem fere ſemper aliis præponendam judicaverim.

b Codex Vaticanus non eſt authographus.

3. Jam vero de Codice *Ferrarienſi* non minori laude mihi dicendum occurrit. Ipſum enim commendant textus integritas, characteris (ſi tertium tomum excipias) elegantia, papyri ſoliditas, & trium Voluminum a temporis injuriis hactenus ſervata venuſtas. Notat aliquando variantes, quæ tunc jam irrepſerant, lectiones; quod argumento mihi eſt, *Ferrarienſem* in antiquitate *Vaticanum* Codicem minime æquare. Fatendum tamen, quod non eſt *Vaticano* longe poſterior

(*a*) A Melchiore Cano Epiſcopo Canarienſi, Alphonſo de Caſtro, Andrea Vega, Dominico Soto, infra lib. 3. recenſendis.
(*b*) Joannes Keningale Carmelita Anglus hujus legationis ſuæ ſcripſit *Itinerarium*, de quo in ſuo *Apparatu ſacro* Antonius Poſſevinus.

ſterior: erat enim ad uſum literatiſſimi ac meritiſſimi Fratris *Joannis Baptiſtæ Pellagati* (quem honoris cauſa nomino) qui in ſuorum Ferrarienſium Carmelitarum Æde diem obiit extremum anno MCCCCLXVI. ut in eodem Codice diligenti ac extera manu notatum eſt. Nec parum gaviſus fui, quod uberrimas ex illo utilimaſque animadverſiones & correctiones ad novæ Editionis emolumentum haurire potuerim.

4. Nil amplius exoptabam, niſi quod vix mihi ſperandum jam videbatur, duas nempe vetuſtiores DOCTRINALIS Editiones *Pariſienſem* & *Salmaticenſem* perluſtrare. Sed iſtas diu perperam quæſitas, tandem Romæ in ditiſſima celeberrimaque *Caſanatenſi Bibliotheca* ſæpe verſavi: variantes excerpſi lectiones, quæ hic ſuis locis adhibita diſcretione ponuntur. Sed præter iſta, alia adhuc, & conatui meo oportuna, immo neceſſaria non defuere adjumenta. Adſuit ſiquidem eximius Theologiæ Magiſter & Doctor P. M. *Joannes Philibertus Periconi*, vir nedum in Carmelitico Ordine ob ſapientiæ & morum laudem clariſſimus, ſed Literatorum quoque cœtui plurimum in Italia ob exquiſitam eruditionem acceptus, iis præſertim in urbibus ubi per vigintiquinque annos inter confodales ſuos theologicas diſciplinas edocuit, Panormi ſcilicet apud concives ſuos, Neapoli, Bononiæ, atque Patavii. Ipſe eſt, qui unice aliorum ſe beneficio obſtrictum exiſtimans, non parum huic etiam Editioni profuit, tum explanans quæ mihi erant impervia, tum aperiens quæ mihi erant abſcondita. Profuit etiam D. *Alexander Orologi* generis nobilitate, ac eruditione inter C. R. L. ſpectatiſſimus, Patavinæ Bibliothecæ *Sancti Joannis in viridario* cuſtos, qui unum Thomæ Waldenſis Opuſculum MS. adverſus quadraginta quinque Wicleffi articulos a Patribus Conſtantienſibus damnatos mihi humaniſſime communicavit, quod in Appendice Tomi tertii evulgabitur.

5. Tot ergo fretus auxiliis, tamque amplam ſupellectilem aſſecutus, cum de felici inſtituti mei exitu ſpes in dies augeretur, ad Sanctorum Patrum & Doctorum veras citationes reſtituendas alacri ſtudio me tranſtuli. Celebriores in hanc rem Editiones adhibui, eas præcipue quas Patres Benedictini Congregationis ſancti Mauri ſumma cum laude adlaborarunt: & frequenter notavi in quo illæ variant a citato per WALDENSEM textu, quem vel parumper immutare nefas duxi: immo ipſas Authoris citationes, etſi a noſtris Editis diſcrepantes, plerunque intactas relinquo, rejecta in marginem correctione, cum notum ſit, non omnes veteres Codices, quoad rerum ſeriem, noſtris convenire Exemplaribus. Celebriorum autem Editionum delectus mihi ſemper licuit quoad Patres Latinos: ſecus autem quoad Græcos, quorum potius quam Editiones, debui verſiones attendere, ne ab ea, qua uſus eſt THOMAS WALDENSIS, temeraria unquam variatione recederem. Non tamen Dionyſii, Chryſoſtomi, Nazianzeni, aliorumque Græcorum Patrum veteres omnes nanciſci potui Verſiones: quas ſane operoſum cuique nimis foret perquirere, & vix poſſibile reperire. Nam præter celebriores a Hieronymo ac Ruffino elaboratas, vix aliæ ad nos genuino primorum Interpretum ſermone pervenerunt. Aliæ ſiquidem vel non fuerunt editæ, vel novorum Editorum fuerunt interpretatione immutatæ. Quod in pluribus quidem, ſed præſertim in Operibus Divi Joannis Chryſoſtomi animadvertere quiſque poteſt. In eorum etenim translatione laudabiliter inſudavit clariſſimus civis Piſanus *Joannes Burgundio*, quem ideo laudat THOMAS WALDENSIS Tomo ſecundo in *Epiſtola Nuncupatoria* ad Martinum V. P. M. ſed hanc translationem ineditam jacere teſtatur *Philippus Labbeus* in de *Scriptorib. Eccleſiaſt.* Quæ autem typis evulgatæ fuerunt, tum a *Sebaſtiano Guldebech* in Baſileenſi Editione, tum a *Philippo Montano* in Pariſienſi, tum denique in noviſſima a *Bernardo de Montfaucon* novam dictionis formam acceperunt. Hinc fit ut plerique Gratiani Canones, plerique etiam apud Angelicum Doctorem textus ſententias potius Græcorum Patrum, quam translata ac edita verba præſeferant. Hinc & mihi frequenter non verba, ſed ſententias ſcrutari, ac citare neceſſe fuit.

Maurinæ editiones ad correctionem adhibitæ.

6. Porro animadvertens quod in prioribus Editionibus non modicam ſæpe confuſionem parit eadem ſemper in caractere ſervata æqualitas, diligenter curavi, non ſolum ut variis formis hic cuderentur particulares ac notabiliores ſententiæ; ſed etiam ut Patrum, Doctorum, immo & hæreticorum prolixi textus a WALDENSIS verbis ſecernerentur. Sic ad majorem claritatem, ac venuſtatem, ſeparato ab alienis verbis noſtri Authoris eloquio, plane ſupervacaneum viſum eſt poſt ſingulas Patrum ſententias interſerere *Author*, poſt unumquodque Doctorum aſſertum, *Author*, poſt quodlibet hæreticorum dictum, *Author*. Quod etſi ad diſtinctionem loquentium habeant priora Exemplaria (etiam MSS.) videtur nihilominus adeo tædioſa ac inutilis alternatio, ut arrogantiæ inſimulari non metuam, ſi ea in hoc deſerere propoſuerim.

7. Jam vero paucis monendum cenſeo Lectorem de hujus DOCTRINALIS ſtylo, difficilioribus quoque argumentis, & de more, quo pertractare ea ſolet. Equidem ſtylus frequentiſſimis ſcatet allegoriis, quibus non modicam ſæpe jucunditatem præſert: ſatis quoque in rebus altioribus gravis, humilis in demiſſis, expeditus in obviis, acer contra impudentes. Sed in pluribus ſcholaſticam ſui ævi ruditatem non penitus exuit; in pluribus etiam aut aliquanto obſcurior. In quo quidem WALDENSIS minime eſt nunc culpandus, utpote qui uſitatam ſuo tempore dicendi formam ſecutus fuit: & alloquens inſulſum Wicleffum, & rudiores Scholaſticos, importunum cenſuit ſelectiſſimas Oratorum formas affectare, cum barbarum vix, niſi barbarica, ſuadeas loquela. Neque in hac Editione id plurimum legentes offendet: quia antiquatæ ejus dictiones quando occurrunt notantur, & ubi operæ pretium eſt, explicantur. Porro difficiliora argumenta ſtatim occurrunt in primo libro, ubi de *eſſentia*, *omnipotentia*, & *ſcientia* Dei. Ibi utique per altiores Philoſophiæ regiones WALDENSIS graditur: ibi per ſubtilium ſpeculationum anfractus excurrit: obſolœtas quæſtiones, *utrum creatura*, *utrum aſinus ſit Deus*, in medium revocat ac ſtudioſe diſcutit, & his ſimilia; quæ ſane nec inepta nec inutilia fuerunt adverſus Wicleffum, qui per hujuſcemodi logicalia paradoxa ſimplicibus fidelibus illudebat; & etiam victus, & captus, fugas ibi reperiebat, vel fingebat. Oportunum ergo fuit ut Waldenſis Wicleffum ſuis ſubtilitatibus revinceret, ut ſic Philiſtæum proprio pugione confoderet, & Appollonium Appollonii enſe proſterneret; quemadmodum oportune egerunt Tertullianus in lib. adverſus Praxeam, & Auguſtinus adverſus Manichæos. Sed quorſum hæc moneo? Numquid ut nihil utilitatis, & delectus pro legentibus in primo libro definiam? Immo cunctis annuo rerum Eccleſiaſticarum ſtudioſis ut hunc librum ſedulo evolvant: non parum etenim proderit præcipuarum ibi hæreſum fontem in Gentilium de-

liramentis inſpicere ; nec parum delectabit tum nitida & peculiaris ratio explicandæ certiſſimæ præſcientiæ Dei ſimul cum contingentia actuum voluntatis humanæ, tum illud quod mirifice inter omnes Theologos præſtat Waldensis, dum ſcilicet omnium Philoſophorum placita per Auguſtini verba aut explicat aut corrigit; ita ut ubique logicus, ubique metaphyſicus Auguſtinus appareat; & nihil proponatur *de Continuo*, *de Tempore*, de quolibet Philoſophiæ arcano, quod aut involutum ſtatim oportuna Auguſtini verba non explicent, aut abjectum Auguſtini dicta non elevent, aut prophanum Auguſtini ſenſa non conſecrent, aut diſtortum Auguſtini ſententiæ non erigant. Jam vero quoad morem quo Waldensis ſua argumenta pertractat, id omnes norunt, quod eſt & brevitate facilis, & doctrina perutilis. Sed cum veterum ſententias continue ex inſtituto ſuo citet ac recitet, non potuit ſolutæ ac liberæ orationis venuſtati inſervire, cum fere ſemper aliorum explicet ſententias, quas ut interſerat, neceſſe habet ſermonem proprium contrahere, ſicut & citationum ac reſumptionum modos repetere. Nihilominus viget, & legenti perſpicua eſt argumentationis robuſtiſſima ubique virtus. Cum ex propria loquitur ſententia Scripturam allegat juxta vulgatam verſionem: ſecus cum Patrum dicta in medium profert. Id etiam conſtanter ſervans, ut in fine cujuslibet capitis validiori ratione adverſarium ſuum configat.

8. Abſit autem ut quiſpiam hujus clariſſimi Authoris vitium credat, quod Epiſtolas interdum citet ſub nomine Summorum Pontificum ante Papam *Siricium* (quod ſæpe inter veteres non a Waldenſi ſolo fiebat) ſub nomine alicujus Eccleſiæ Patris aut ſpurios aut dubios alleget libros, & alia quoad chronologiam & hiſtoriam in medium proferat, quæ poſterior ætas aut incerta definivit, aut falſa correxit, Hoc, quis non videat, non Authoris ſed ſui ſæculi vitium fuiſſe? Claruit ſiquidem egregius Doctor labente ſæculo xiv. & ineunte xv. quando ſcilicet literati homines fere unice de ſcholaſticis ſubtilitatibus gloriantes, ſeverioris *critices* vix nomen audierant. Quid ergo mirum, quod vulgaribus opinionibus detenti non recta ſemper diſcretione ſanctorum veterum uterentur teſtimoniis, aut hiſtoriæ monumenta revolverent? Omnem veritatem non uno tempore omnes aſſequimur: nec nos ipſos jure culpandos eſſe crederemus, ſi in quo nos deceptos hac noſtra ætate errare contingeret, poſt nos diligentiori inveſtigatione alii animadverterent, atque corrigerent.

9. Non tamen ego de ſic vindicando Authore ita cogito, ut eum, ubi opus ſit, minime corrigendum præſumam. Immo in §. v. hujus Præfationis exactam præmiſi notitiam librorum & Authorum, quos ibi citat & recitat Thomas Waldensis; ac deinde in decurſu ſuis locis Aſteriſco in margine notavi ſi quid dubium aut ſpurium allegetur, ut qua ratione tale cenſeri debeat, commode ſtatim in prædicto §. v. poſſit lector inſpicere. Atque ibi quæ ſolis catholicis doctoribus dubia ac ſpuria viſa ſunt adnotavi: nam ab inſtituto meo alienum cenſui prope innumera illa recenſere, quæ inter dubia ac ſpuria relegarunt Eraſmus, Dallæus, Blondellus, aliique ejuſdem genii Scriptores. Quoad alia vero cum hiſtorica tum chronologica, brevibus notis, ubi occurrunt, quæ nunc ſit doctiorum virorum ſententia, ſemper expoſui.

10. Nec propterea imbecillis putanda erit authoritas, ſi quandoque eam non eſſe *Auguſtini*, aut non *Hieronymi*, aut non *Chryſoſtomi*, aut non *Anſelmi* demonſtrabitur: quo enim per aſteriſcum remitto lectorem, ibi invenietur eam eſſe vel *Vigilii* Tapſenſis, vel *Proſperi*, vel *Bedæ*, vel alterius ſanctitate, & antiquitate ſpectatiſſimi; quod ad Eccleſiaſticam traditionem evincendam, & Doctrinalis inſtitutum plane ſufficit. Quod attinet ad Epiſtolas Summorum Pontificum ante *Siricium*, non omnes ſuppoſitæ ſunt, ut monet & notat cl. V. e Congregatione S. Mauri Monachus *P. Couſtant* * in Præf. ad Epiſtolas Romanorum Pont. §. x. Et ſi quæ ſubdititiæ invenientur, non a quo illæ ſcriptæ ſint, ſed quid in eis ſcribatur velim attendas, & quando. Antiquitatem enim Scriptoris & ipſæ præſeferunt, & quacumque ex parte eas hic adſpicias, quamlibet breves exileſque ſint nonnullæ, nihil in eis jejunum inopſque rerum, nihil quod fructu vacet, vulgo reperias. Totæ huc præſertim ſpectant, ut catholicæ fidei dogmata vel fidelibus exponant apertius, vel ab hæreticorum telis defendant; ut edoceant præcepta morum, Chriſtianæque pietatis officia; ut puriores diſciplinæ leges vel confirment jam ſtabilitas, vel in lapſum pronas attollant.

Epiſtolæ Pontificiæ ante *Siricium* non omnes ſunt ſuppoſitæ.

* Vide infra §. 5. in *Alexandro*.

Notæ breves atque fuſiores.

11. Præter notas quas ſubter paginam *breves* adjeci, ut vel variantes lectiones exhiberem, vel ea, quæ ſub involucro ab Authore dicuntur, exponerem; alias *fuſiores* addidi ad calcem cujuſque Tomi, ut quæ mihi digna viſa ſunt, ampliori diſcutione firmarem; & ſic locupletiori Doctrinalis ornatui, & uberiori legentium eruditioni conſulerem. Indices quoque auxi, ut ex hoc *fidei armamentario* facilius cuiquam occurrant quæ ad debellendos hæreticos aut neceſſaria ſunt, aut utilia.

12. Reliquum eſſet ad mei inſtituti coronidem, ut *quartum* etiam *tomum*, quem *de jejuniis*, *de Indulgentiis*, *de fide*, *infidelitate &c.* Waldenſis confecit, & quem pariter omnes exoptant, hic evulgarem: ſed cum longinquis (ſi adhuc extat) & pene inacceſſis locis deliteſcat, difficilius illum exquirere, & e latebris ſuis eruere viſum eſt, quam meæ vires nunc valeant. Verumtamen ſi votis meis Deus omnipotens aderit, cum ab hiſce tribus me expedivero, nulli induſtriæ, nulli parcam labori, ut ad publicam utilitatem & ille prodeat. Omnes interim rogo Catholicæ Eccleſiæ filios, ut quam exhibeo tanti Doctrinalis Editionem benevolo atque hilari animo excipiant, non exiſtimantes aut nobis, aut noſtræ ætati hujuſmodi Catholicæ fidei Tractatus parum prodeſſe. Si enim quotidie vel ad mores inſtituendos, vel ad excolendas artes ſtudioſe undique conquiruntur libri, quomodo non neceſſarii ac perutiles exiſtimandi ii ſunt, qui cum veram fidem edoceant ac firment, omnium præſtant virtutum ac æternæ ſalvationis fundamentum? Quamvis autem jure lætemur, quod a nobis longe abſit inimica ac ærumnoſa hæreſis, non tamen ad eam debellandam contemnenda ſunt arma: quia hæreſis ſemel & iterum pulſa, niſi maxime caveatur, iterum ſe obtrudit ut mactet & perdat. Sic illa hæreſis de *materia æterna*, quam in vetuſto *Hermogene* antiqua proſcripſit Eccleſia, audacior in Wicleffo & Wicleviſtis apparuit: & quamvis in Wicleffo enervata, nuper in *Michaele Serveto*, ac *Benedicto Spinoſa* vires reſumpſit. *Gnoſticorum* infandæ obſcœnitates denuo apparuerunt in *Wicleviſtis* atque *Foſſariis*. *Manichæorum* inſaniæ in *Waldenſibus* antiquatæ, in *Calviniſtis* renovantur. Quid plura? *Hæreſis*, inquit Thomas Waldensis *, *creſcit ad modum malæ herbæ*. Solet nempe etiam reciſa ſucre-

* To. 1. lib. 2. cap. 73.

creſcere. Cur ergo non arripiemus falcem, ne pernicioſa repullulet? Saltem id nobis cordi ſit, ut fidem catholicam quæ donum Dei eſt, & Patrum noſtrorum præcipua hæreditas, omni ſtudio tueamur, ne in nobis verum ſit de quo lugebat Waldensis *, quod ſcilicet *ad ſpargendas hæreſes plures habeat diabolus prædicatores, & præcipites defenſores, quam vera fides ſtrenuos laudatores*.

* ibid. num. 6.

13. Quia vero plurimum intereſt ad Doctrinalis intelligentiam, ea, quæ ad Thomam Waldensem, & ad *hiſtoriam Wicleffianam* ſpectant, prænoſcere; otioſum non erit aliqua hic de actis & ſcriptis Thomæ Waldensis delibare; de nonnullis etiam, quæ in ejus laudem prolata ſunt teſtimoniis; ac denique de *Wicleffi* doctrina, ſecta, damnatione &c. breviter hic diſſerere.

§. II.

Acta & ſcripta Thomæ Waldenſis.

1. THomas vulgo Waldensis, alias Waldenus, aut Walden ab Oppido ſuo Patrio nuncupatus, *Angliæ* in *Oſtroſaxiæ* Comitatu a clariſſimis Parentibus *Joanne* Nettero & conjuge *Mathilde* natus eſt. Sed quo anno tam fauſtum Sydus toto orbi affulſerit, cum plane ignotum ſit, duntaxat ex rerum circumſtantiis conjicere licet. Quare cum ipſe in Doctrinali ſuo * aſſerat, impium Wicleffum ſibi non fuiſſe coævum, niſi quod tempore infantiæ ſuæ forte ille vixerit: *Nec mihi* (inquiens) *Wicleffus quidquam ſurripuit, nec in mea generatione, niſi forte dum infans fueram ipſe fuit;* non immerito cenſeri poteſt, quod moriente Wicleffo, fere ſeptennis foret Thomas Waldensis. Sed Wicleffum anno MCCCLXXXIV. obiiſſe fere omnes ſcribunt. Unde facile concedendum videtur, circa annum MCCCLXXVII. ipſum mundo natum, ſeu potius cœlitus datum.

Waldenſis Patria atque Parentes.

* *To. 2. Doct. 6.*

2. Adoleſcens Carmelitis ſe addixit Londini ad Beatiſſimæ Virginis Mariæ ampliſſimam tunc hujus Ordinis domum. Atque ibi ſtatim moribus gravis, eloquio ſuavis, comis, mitis, modeſtus, ſubtilis ingenio, & omni vitæ ſanctimonia conſpicuus magnam de ſe ipſo ſpem præbuit. Quamobrem poſitis jam intra Monaſterii parietes primis doctrinæ fundamentis ad ſublimiora capeſſenda miſſus eſt *Oxonium*, ubi profecit in Theologicis maxime. Interim animadvertens verum theologum præſtare illum vix poſſe, qui ſine literarum humanarum cognitione, linguarumque orientalium peritia, jejune dijudicandis ſcholæ quæſtionibus horas omnes impenderit, non ſolum ab his diſciplinis, præſertim a Græca, & Hebraica lingua egregia ſibi comparavit adjumenta, & ornamenta, ſed & inſignem Poeſeos cultum veluti elegantiſſimam veſtem pulchro corpori adjunxit. Quo magis inſtructus, & ſupremi Magiſterii laurea communis *Oxonienſis Athenæi* ſuffragio inſignitus, mirum eſt, quam celeri pede ad omnia fere cum Eccleſiæ tum Regni munia pervenerit.

Carmelitis ſe adjungit.

Fit Doctor Oxonien.

3. Ac primum in Oxonienſi Licæo ſacras literas docuit. Deinde, cum diurna nocturnaque legis Dei meditatione plurimum incaleſceret, foras exiliens, concionatoris munus ſuſcepit, ut divinum quo urebatur ignem effunderet ſuper urbes Iſrael. Quod ſane fauſtis ſucceſſibus ipſi contigit: nam ut *Pitſeus* inſigni de ipſo laude teſtatur, *in exhortando potens, plerumque apud auditores quæcumque volebat, efficiebat*. Cumque admirandæ ſanctitatis, & omnigenæ doctrinæ vir omnibus jam innoteſceret, a Clero Anglicano ſæpe audiri & laudari meruit: immo ab *Henrico IV.* Angliæ Rege Concionator adſcitus, coram Rege ipſo & Regni proceribus multos habuit ſermones, quos poſtea in unum collatos evulgavit. Ad ipſum quoque ut ſapientiæ oracula audirent, multi confluebant viri clariſſimi: ex quibus *Joannes Luk* Theologiæ Doctor, & Præpoſitus Eccleſiæ Majoris *Oxonii* librum ſuum *de Dialogis* ipſi nuncupavit. Et ſane talis ac tantus vir oportune adfuit Angliæ ad arguendos Prophetas Baal, qui florentiſſimum illud regnum tunc infeſtabant. De Wicleviſtis loquor, de quibus nunc pauca ſubjiciam.

Munus concionandi ſuſcipit.

Ad Clerum & ad Regem conciones habuit.

4. *Angliæ*, ſeu *Britanniæ* Inſula, propter antiquiſſimam Sedi Apoſtolicæ præſtitam obedientiam, Primogenita Eccesiæ filia appellabatur. Hanc autem tam caſtam, tam formoſam, tamque dilectam Dei filiam primogenitam dehoneſtare primus omnium conatus eſt quidam *Joannes Wicleffus*, qui circa annum MCCCLXVI. contra Deum, contra Eccleſiam, contra Sacramenta, contra Clerum inſurgens, omnia Religionis nitebatur evertere fundamenta: & qui in dies augebantur factionis ſuæ nequiſſimi viri, omnia rebellionibus aliiſque turpiter geſtis deturbabant. Quamobrem cum ad jugulandum hoc monſtrum multi undique ſurgerent, nonnulli etiam prodierunt ex Carmelitarum familia: inter quos ſtrenuiſſimi etiamnum memorantur *Joannes Kiningamus* Prior Provincialis, qui omnium primus cum Wicleffo ad publicam concertationem deſcendit; *Petrus Stokus*, *Stephanus Patringtonus*, *Richardus Maidſtonus*, *Thomas Lombe*, *Gualterus Diſſe*, *Joannes Marrey*, aliique non pauci. Sed iſtos omnes, immo alios quoque, longe antecelluit Thomas Waldensis: & quamquam fere noviſſimus ad pugnam venerit, cunctis palmam præripuit: nam tanta doctrinæ vi, tam ſtrenua opera contra Wicleviſtas intendit, ut ſimul cum illis reliquos omnes cum ſuperioris, tum poſteræ ætatis hæreticos unico quaſi ictu protriverit: dictus proinde *Controverſiſtarum Princeps*, *Validus Eccleſiæ enſis*, *Defenſor fidei*, *Perpetuus omnium hæreticorum malleus:* & non vano cognomine Netter, quod ſonat anglice *compoſitor retium*, cum ſcriptis ſuis omnes fidei catholicæ hoſtes omni præcluſa fuga veluti in rete illaqueaverit.

Nicolaus Sanderus de ſchiſm. anglicano.

Balleus de illuſtrib. Angliæ ſcriptoribus.

Netter quid ſignificet.

5. Cœpit autem cum iis manus ſuas conſerere, qui poſt mortem Wicleffi novæ factionis Anteſignani ſurrexerant. Ex his unus erat *Joannes de Caſtro veteri* * vir militaris; atque hunc vir Dei ad publicam concertationem vocavit, & coram *Thoma Arundellio* Cantuarienſi Primate, ac immenſa populi concione valide refutavit ſuper articulo *de obedientia* Prælatis Eccleſiaſticis debita. Alter erat *Petrus* cognomine *Clerk* (a) ſeu *Clericus*, Anglus, Presbyter, & Doctor Philoſophus, qui ſeducere turbas diu non potuit; nam in ſcholis publicis *Oxonii* eum aggrediebatur vir

* *Vide infra in Epiſt. ad Martin. V.*

Publice diſputat contra Wicleviſtas

(a) Appellabatur etiam *Paganus* vulgo *Petrus Payne*, de quo plura habebis apud Thomam Waldenſem.

vir ſtrenuus, & publice contra illum diſſerebat *de Peregrinationibus de Euchariſtia*, *de Religione*, & *de Mendicantium votis*. Unde tot increpationibus vexatus, regiis etiam minis ac pœnis perterritus, Bohemiæ regionem ad ſuæ vitæ tutelam petiit; ibique tandem miſerando mortis genere interiit. Multo durius ſe habuit contra quemdam *Guillelmum Whyte* acerrimum *Wicleffi* diſcipulum, quem cum deprehendiſſet catholico gregi perniocioſiſſimum, una cum Epiſcopo Nordovicenſi eum damnavit, &, ut Nordovici vivicomburio plecteretur, effecit. Contra reliquos etiam Heterodoxos pene quotidie diſputavit, conciones frequenter habuit, multos libros ſcripſit, atque aliis viris doctis ſuadebat contra tales nocte dieque docendum, concionandum declamandum, ſcribendum, ut vel reſipiſcerent aliquando, vel nullam quietis horam haberent. Dum autem plurimi Doctores in Wicleffi erroribus detegendis inſudarent, alii ex ejus voluminibus ſupra ducentos, alii ſupra trecentos collegerunt. At THOMAS WALDENSIS adhuc diligentius Hæretici ſcripta cum materna, tum latina lingua exarata diſcutiendo, ſupra octingentos errores excerpſit*, & reſutavit. Alia inſuper multa & magna pro tuenda excolendaque pietate in Anglia efficiebat, cum ad univerſalis Eccleſiæ cauſam ſtudia ſua debuit convertere.

Balæus citatus. — Thomæ Walden. zelus adverſus hæreticos. — *Piſſius citatus.* — *Nicolaus Harpſfeldius in hiſtoria Wicleffiana.* — * *Vide infra in Epiſt. ad Martinum V.*

6. Anno quippe MCCCCIX. juſſu *Henrici* IV. Anglorum Regis ad *Piſanam Synodum* Regius Orator ſe contulit. Quo in munere vix percipi poteſt quam bene de Eccleſia meritus fuerit, niſi prius ad rationem cogendæ Piſanæ Synodi paululum divertamus. Cum itaque a triginta jam annis infauſto ſchiſmate ſcinderetur Eccleſia, & Cardinales tam diuturni ſcandali jam tæderet, vel potius puderet, ſerio tandem diſpoſuerunt unionem introducere. Quamobrem Cardinales Romæ exiſtentes & in Conclavi ſimul collecti, ſtatuerunt, juraverunt, & ſolemniter ſe voto adſtrinxerunt, quod ſi eorum aliquis in Summum Pontificem eligeretur, pro reducenda unione ſe abdicaret a Pontificatu, & a jure quod ſibi poſſet competere in illo, dummodo Domini Cardinales, qui ex adverſo Avenione exiſtebant, vellent ſic convenire ad electionem unius veri & indubitati Paſtoris. Hoc inter alios juravit *Angelus Corarius* * in Summum Pontificem ab ipſis Cardinalibus in Romano Conclavi poſtea electus; & poſt electionem idem ſcripto, ſub nomine *Gregorii* XII. confirmavit. Hoc itidem jurarunt invicem Cardinales Avenione exiſtentes, & inter illos juravit *Petrus de Luna*, qui poſt electionem ſuam *Benedictus* XIII. voluit appellari. Sed cum tanto unionis apparatu vere conqueri unuſquiſque potuit, & dicere: *Expectavi ut faceret judicium, & ecce iniquitas; & juſtitiam, & ecce clamor*. Cum enim *Petrus de Luna* Pontificatum abjicere nollet, *Gregorius* XII. in ſuo quoque retinendo totam operam dedit. Quamobrem Cardinales Conſilii ſui clam ab ipſo tamquam a fœdifrago ſecedentes, convenerunt *Piſas*, ubi XXIV. Junii MCCCCVIII. Concilium indixerunt XXV. Martii ſequentis anni inchoandum. E contra *Gregorius* XII. Cardinales ipſos tanquam rebelles, & eorum Concilium tanquam acephalum & ſchiſmaticum damnavit. Immo ipſe aliud Concilium *Juſtinopoli* * indixit; & ex adverſo Petrus de Luna aliud *Perpiniani*. Ambigua igitur videbatur authoritas futuri *Piſani Concilii*, quod reluctante Pontifice a ſolis Cardinalibus cogebatur. Hinc Cardinales apud catholicos Principes plurimum efficiebant, ut propoſitam ab ipſis in Piſano Concilio unionis cauſam promoverent. Et *Franciſcus Burdigalenſis* Tit. 55. *quatuor coronatorum* Preſbyter Cardinalis Angliam profectus, *Henricum IV.* Regem adhortatus eſt, ut ſuas etiam manus adjutrices daret. Id libenbenter præſtitit *Henricus*, mittens Piſas una cum aliis THOMAM WALDENSEM: qui cum ad Concilium unionis & pacis amore flagrans perveniſſet, tam pro agendis, quam pro agendorum authoritate laboravit. Aderant quippe nonnulli, & præcipue Roberti Regis Romanorum Oratores, qui non convocatam jure Synodum contendebant, objiciebantque moliri Cardinales novum ſchiſma: nullum juris ſervaſſe ordinem: Concilium indictum a Cardinalibus deficientibus a Pontifice non prodeſſe: ſi de *Gregorii* Pontificatu ambigant, de ipſorum quoque Cardinalatu ambigere deberi: nec de creando novo Pontifice, qui & ipſe ſit ambiguus, utpote creandus ab his, quorum foret ambigua authoritas, ſe ingerere jure poſſe: pleraque alia addebant, a quibus Piſani Patres non ſe facile explicarent. Verum ad omnia hæc pro tuenda Concilii authoritate præclariſſimus Doctor objecta reſpondit, & *Gregorii*, ac *Benedicti* fautores valide reſutavit pluribus ſermonibus quos publice habuit coram Sigiſmundo Imperatore, & univerſo Patrum Conventu, ac potiſſimum egregio conſcripto libro, qui incipit *Tempus & reſponſionem cor ſapientis intelligit*, & quem adverſantibus in Concilio Oratoribus tradidit. Ex tot tantiſque ingenii, multiplicis doctrinæ, ſingularis prudentiæ, & ferventiſſimi zeli pro domo Domini argumentis celebriorem ſibi famam adeptus eſt. Sicque tandem pacatis in Concilio rebus, unanimi ſententia *Gregorium XII.* & *Benedictum XIII.* Patres depoſuerunt, & pro ſtabilienda unitate Capitis in Eccleſia, elegerunt in Summum Pontificem F. *Petrum de Candia* Ordinis Minorum, qui *Alexander V.* dictus eſt.

Mittitur ad Piſanam ſynodum Regius orator. — De cauſa convocatæ Piſanæ ſynodi. — *Odoricus Raynald. ad ann. 1408.* — * *Venetus* — *Iſa. 5. 7.* — * *Urbs eſt capitalis in Iſtria.* — Laborat pro tuenda ac vindicanda Concilii authoritate.

7. Ad Patriam reverſus a ſodalibus ſuis, ob aſſumptionem Stephani Patringtonii ad Menevenſem Epiſcopatum, unanimi ſuffragio ſuffectus eſt Angliæ Provincialis vigeſimus tertius. Nunquam tamen adduci potuit ut Pontificalibus quoque inſulis donaretur; nam ſæpe oblatos Epiſcopatus, aliaſque ampliſſimas dignitates, ſæpe itidem ſincera animi humilitate rejecit (*a*). Cum autem inter ſuos conſtitutus non tam dignitate præeſſet, quam præſulgeret exemplo, tot nobilium Authorum volumina majuſculis literis Romanis ſcripta Carmelitis Londinenſis Cœnobii dedit, quot illa ætas duobus ad minimum aureorum millibus ea æſtimaverit. „ Unde (ſubdit „ Lelandus apud Balæum cent. VII. pag. 571.) quamvis jam inſigniter diminutus ſit librorum „ numerus: nulla tamen eſt Londini Bibliotheca (tota nunc periit) quæ vel multitudine, vel „ antiquitate Exemplariorum cum Carmelitana conferri poſſit. „ Interim extremum diem obiit (*b*) Henricus IV. Angliæ Rex, cui cum acceptiſſimus ſemper fuiſſet, ipſi quoque meruit in ſolemni funere meritas laudes (*c*) perſolvere: quas diſerte proſequutus eſt, incipiendo ab illis verbis, *Rex*

in

a — Bibliothecam Carmelitarum auget ac ditat. — b — Regi Henrico IV. funeratur. — c

(*a*) Joannes Balæus ab impio ſuo ac mordaci ſtylo nunquam deflectens, hanc in *Waldenſi* humilitatem *hypocriſim* vocare non erubeſcit.

(*b*) Die 20. Martii. anno 1413. Londini in ædibus Abbatis Weſtmonaſterienſis.

(*c*) Vere *meritas laudes*: nam Wicleviſtas Henricus IV. inſectatus eſt; & Eccleſiæ commodas leges tulit. Pacato Regno, de ſacra in Palæſtinam expeditione conſilia agitavit, comitiaque Regni indixit, ea de re cum Ordinibus deliberaturus. Vide Nicolaum Harpſfeldium hiſt. Eccleſ. Angl. ſæc. XV.

in æternum vive. Tum ſuccedenti filio Henrico V. factus eſt intimus a conſiliis pro iis quæ Rempublicam concernebant, & pro illius conſcientia moderanda a Confeſſionum ſecretis. Addit * Balæus citatus, quod *e ſuggeſtu publico Regem ipſum Henricum tunc V. ſocordiæ admonuit in puniendis hæreticis:* quod de modeſtiſſimo ac diſcretiſſimo WALDENSI noſtro non facile ego crediderim. Certe cum *Henricus V.* aures ſuas & animum daret huic eximio viro, qui adverſus hæreticos invicti erat & implacabilis ſpiritus, mirum non eſt quod adeo vehementer contra Wicleviſtas ſemper intenderet, & eos quoſcumque perduellionis damnaret, ſuſpendio necandos propter Regem, in quem conjurabant, & igne cremandos propter Deum, quem blaſphemabant *. Certum porro eſt, quod ad illos penitus evertendos ſæpe in concionibus ſuis excitabat Dominum Regem, Clerum, Magiſtratus, & plebes, ut de ſe ipſe teſtatur *. Atque in his majori adhuc vi laborabat vir Dei ex quo oculis ſuis videre meruit inſigne portentum in favorem ſacroſanctæ Euchariſtiæ, quod ipſe narrat, dicens: „ Hiſtoriam refero, quam præſens vidi oculis „ carnis meæ. Sartor quidam ex partibus Wigorniæ in hæreſi deprehenſus, Londini in Eccleſia „ Cathedrali Sancti Pauli coram Cantuarienſi Antiſtite *Thoma Arundellio*, atque aliis Angliæ „ Proceribus, poſt varias interrogationes de fide Euchariſtiæ, juſſus facere reverentiam ſacræ „ hoſtiæ, reſpondit blaſphemus: *vere*, inquiens, *dignior eſt aranea reverentia*. Ac ſtatim de alto „ culmine tecti deſcendens ingens & horrida viſu aranea, ad os blaſphemi directo filo perve- „ nit, & polluta labia ingredi tentabat; vixque multorum manibus potuit prohiberi.

* *Id teſtatur Waldenſis To. 2. Epiſt. ad Martinum V.*

* *Vide infra Epiſt. ad Martinum V.*

* *Infra in præf. ad decem Doctrinas, n. 5.*

To. 2. cap. 63. Videt prodigium de Euchariſtia.

8. Quos ergo Deus tam palam damnabat, THOMAS WALDENSIS nihil amplius prætermiſit, ut univerſo orbe deleret, præſertim poſtquam a clero Anglicano, & univerſo Nobilium cœtu electus eſt Generalis Inquiſitor fidei ad puniendos Wicleviſtas, ut refert *Andreas Thevetus* in vitis hominum illuſtrium lib. III. capite LXXVI. At dum laudabilibus curis a peſtifero lolio Angliæ repurgabat agrum, ab Henrico V. Rege, anno MCCCCXIV. ad Magnum *Conſtantienſe* Generale Concilium Regius Orator miſſus fuit. Duplex erat in hoc Concilio agenda cauſa: una adverſus Huſſitas, hæreticos nempe Wicleviſtas, qui in Anglia primum orti, poſtmodum metu ſuppliciorum inde ſedes vertere coacti in Bohemiæ partes auſugerant, ubi *Wenceslai* Regis ignavia incautum Vulgus ſeducentes in ingentes turbas jam creverant, & duce *Joanne Hus*, ſeditionibus, conjurationibus, rapinis, armorum vi, ima ſummis vertebant. Altera erat de extirpando ab Eccleſia ſchiſmate: nam etſi plurimum ad hoc laboraſſet celebratus ſuperiore anno MCCCCIX. Piſanus Conventus: quotquot tamen unionis cupidi inde diſceſſerant, vere de illis erant, qui cum acceſſiſſent ad hauriendam aquam, *reportaverunt vaſa ſua vacua*: quia ex pertinacia *Benedicti XIII.* & nonnullorum Principum adverſantibus ſtudiis, potius auctum in tertio Pontifice, quam deletum ſchiſma videbatur. Meliori ergo nunc illuceſcente ſpe, THOMAS WALDENSIS lætus *Conſtantiam* petiit; ibique coram *Sigiſmundo* Cæſare luculenter peroravit; & incipiens ab illis Apoſtolorum ſimul collectorum verbis, *Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael*, multa graviter diſſeruit de evertendis hæreſeos & ſchiſmatis malis, quibus Eccleſia angebatur, ut eo Cæſareum etiam gladium fortiter impelleret. Tum ad Præſules publice quoque affatus eſt, ut quod Principes poteſtate, ipſi zelo & exemplo perficerent. Aſtitit Deus ſuis & omnium votis: nam die VI. Julii MCCCCXV. Seſſione VIII. damnati a Patribus ſolemniter fuerunt errores *Joannis Wicleffi*, & ſigniferi ſui *Joannis Hus*. Ac demum jus ſuum abdicantibus *Gregorio XII.* & *Joanne XXIII.* electus eſt die XI. Novembris MCCCCXVII. in Pontificem Maximum *Otho Columna*, qui a die feſto ſuæ electionis *Martinus V.* eſt appellatus, & lætitiam ſimul cum pace catholico gregi reddidit.

Eligitur Inquiſitor generalis Angliæ.

De cauſis Concilii Conſtantien.

Hieremia. 14. 3.

Pro fide & unione publice perorat.

Act. 1. 6.

9. Sed Patres Conſtantienſes cum THOMAM WALDENSEM ad grandia factum animadvertiſſent eum ad ſedandum maximum tunc in Polonia bellum, regium Nuntium, ſeu potius Angelum pacis deſtinari curarunt. Hoc autem de quo loquimur Poloniæ bellum a pluribus jam annis exardere cœperat inter *Uladislaum* Poloniæ Regem, & Equites cruciferos, ſeu *Ordinis Teutonici* (a); eo quod iſti *Lithuaniam*, jam *Witoldo* Uladislai fratri adſtrictam, invaſerant. Quibuſdam interpoſitis pactis bellicus furor ſemel jam ſopitus, denuo exarſit anno MCCCCXIV. nec amplius ceſſavit, donec Patres Conſtantienſes anno MCCCCXVIII. inducias unius anni inter ipſos *Equites Teutonicos* & Regem Polonum Apoſtolica authoritate ſtatuerunt. Sed ne labentibus induciis redirent certamina, *Martinus V.* & catholici Principes, cupientes *Uladislaum* hoc bello ſolutum contra hæreticos Bohemos victorias ſuas proferre poſſe, nedum inducias prorogare, ſed & pacem firmare miſſis in Poloniam idoneis Oratoribus ſatagebant. Omnium aptiſſimus ad hoc opus viſus eſt *Thomas Waldenſis*, qui alacriter Regiam hanc expeditionem ſuſcipiens, ſtatim ſpectatiſſimis comitantibus viris, Anglia diſceſſit *. Cum Viennam Auſtriæ perveniſſet, quædam ibi de *vocali confeſſione* ab Hebræis ſciſcitatus eſt, ad rem Sacramentariam illuſtrandam non parum utilia, quæ idcirco in libro *de Sacramentis* ipſe refert his verbis: „ Cum iter agerem in Vienna, præ- „ clara civitate Auſtriæ, iturus ad Regem Poloniæ ex Nuntio Regis Angliæ illuſtris Henrici „ V., & obviam haberem gregem Judæorum in vico, proceſſi de medio ſociorum, qui me tum „ bono numero comitabantur, petens & inſtans informari, ſi adhuc haberent de more confite- „ ri vocaliter Sacerdoti. Ipſe vero deliberatus reſpondit, quod ſic (b); maxime in tribus caſi- „ bus; ſcilicet, privato adulterio, homicidio æque occulto, & occulta blaſphemia magni Dei „ nominis. Interrogavi, utrum Sacerdos injungeret pœnitentiam ſic confeſſo? Dixit quod ſic, „ & pro unoquoque ſcelerum pœnam ſuam. „ In Polonia demum apud *Uladislaum* Regem fauſtiſſimo exitu non longo intervallo ardua extricavit injuncta ſibi negotia pacis, quæ inter *Uladislaum* & Equites Teutonicos in celeberrimis Conventibus apud *Kermark* ſancita fuit. Sic abſolutis in ea regione civilibus rebus, ad Religionis quoque profectum labores ſuos voluit impendere. Et tamdiu prædicationibus diſputationibus, ac precibus egit, donec *Witoldum* Uladis-

Andreas Thevetus in vitis vitor. illuſtr. cap. 76. Antonius a Wood in hiſt. univerſit. Oxon. & alii.

Regia ejus in Poloniam expeditio.

* *an. 1419.*

Viennæ ab Hebræis aliqua diſcit de Confeſſione.

lai

(a) Equites Sanctæ Mariæ latinæ, vulgo *Teutonici*, & *Sanctæ Mariæ de latina*, manebant primo in urbe Hieruſalem; ſed ea amiſſa, diverterunt in Pruſſiam. Nunc in Franconia Alemanniæ morantur.

(b) Confeſſionem hanc non *Sacramentalem*, ſed *figuralem* & *cærimonialem* præcepit Deus Hebræis Numeror. 5. 7. Nunc autem Hebræos, qui nonnullas alias myſteriorum noſtrorum figuras retinent, etiam hanc confeſſionis vocalis affectare credibile eſt. Quod etiam teſtatur S. Antoninus 3. p. tit. 14. §. Summ. Theolog. Vide infra To. 2. cap. 137.

lai fratrem & *Lithuaniæ* Ducem cum tota Lithuanica gente ad Chriſti fidem convertit, & baptizavit (*a*), omni penitus ſuperſtitione deleta: dignus propterea qui & LITHUANIÆ APOSTOLUS etiamnum vocetur, ſicut Hyberniæ *Patritius*, Germaniæ *Bonifacius*, & Britanniæ *Auguſtinus*. Ne autem recens parta religio ſtatim male enutrita aut langueſceret, aut omnino periret, Carmelitas ſuos per varia cœnobia in ea regione propagavit, ut ope ſua jam ibi floreſcentem Chriſti fidem excolerent, & ad uberes fructus promoverent. Addit *Andreas Thevetus* libro citato, capite LXXVI. quod ad Religionis etiam emolumentum impetravit ab Imperatore, & a ſummo Pontifice, ut Lithuaniæ ille Dux in Regem ſuæ gentis crearetur.

a *Andreas Thevetus loco ſupracitato.*

Dicitur Lithuaniæ Apoſtolus.

Ibi Carmelitas propagavit.

10. Tot manipulis ditatus THOMAS WALDENSIS jam a Polonica Legatione revertebatur, cum illius fama permotus *Conradus Tremonius* Carmelita, natione Germanus, Doctor præclarus in Bononienſi Lycæo, quem Balæus vocat *magni nominis virum, & ſcriptorem clariſſimum*, Patriæ valedixit, ut *Waldenſi* adhæreret, cum eo pergens in Angliam, ibi cum eo victurus ac moriturus. Hic eſt ille *Conradus*, qui plurimas WALDENSI ſcripſit Epiſtolas, & plurimas ab eodem recepit, (ut narrat Balæus Centuria XIII.) quæ utinam adhuc ſupereſſent, ut aliquando in lucem prodire poſſent. Deſideramus etiam Epiſtolas, quas familiariſſimo ſibi *Joanni Lucke* clariſſimo Doctori & Præpoſito Majoris Oxonienſis Eccleſiæ reſcripſit, quibus diſceptat quidem cum præfato Doctore, ſed *officioſe & amanter, Dominum ſuum ac magiſtrum illum appellans*, inquit Balæus Centur. VII. cap. LXI. Sed inter Epiſtolas, unam hic memorare fas eſt, eam nempe quam vir Dei circa annum MCCCCXXV. *ad Nordowicenſes fratres* ſuos ſcripſit *adverſus Thomam Scropæum*, ſeu *Bradleyum* Carmelitam, qui, relicto clauſtro, Evangelium Dei profugus *in ſacco & cilicio, cathena ferrea cinctus prædicabat*. Clamabat enim *novam Hieroſolymam, agni nuptam, e cœlo brevi deſcenſuram, & mox in adventum ſui ſponſi paratam fore*. Atque addebat, *illam ſe cum ingenti gaudio in ſpiritu vidiſſe*. Qua quidem illegitima, fanatica, ac nugatoria prædicatione non leviter offenſus WALDENSIS, arrepto ſtylo, eodem anno ad ſuos præfatos Nordovvicenſes fratres ſcripſit Epiſtolam, in qua poſt prolixam ejus rei narrationem, in hæc prorumpit verba: *Hæc ſcandalum Eccleſiæ: hæc ſchiſma & commotionem in populis generant; ac ruborem illis Ordinibus inferunt, quos ita tranſcurrit* (*b*). Poſt hæc reſipuit ille *Thomas Scropæus*, & ad Nordovvicenſe ſuum Cœnobium reverſus, ibi per viginti annos in privata cella anachoriticam vitam duxit orando & ſcribendo, donec conſentiente *Eugenio IV.* Summo Pontifice, cui pro ſuo Ordine Opuſculum dedicaverat, anno Domini MCCCCXLVI. de ſolitudine illa prodivit, factus in Hybernia *Dromorenſis* Epiſcopus.

Balæus in Centuria XIII.

Conradus Tremonius Waldenſi ſe addicit.

Apoc. 21.

Adverſus Thomam Scropæum ſcribit.

b *Apud Balæum Cent. 8. c. 54.*

11. Non diu poſt Polonicam expeditionem & Lithuaniæ *Apoſtolatum*, Henrico V. in Gallias redeunti comitem ſe dedit Thomas Waldenſis, eique paulo poſt morienti oportune adfuit. Siquidem cum reſciviſſet *Henricus* fratrem ſuum Clarentiæ Ducem, quem ad regendas, tuendaſque res Gallicas conſtituerat, inito cum hoſtibus certamine, occubuiſſe; ſtatim ipſe, ut fratris necem, & res ſuas vindicaret, remeavit in Gallias, ibique ad repellendam e regno Delphini factionem omni vi conabatur. Verum dum hoſtes armis ſuis torqueret, ipſe belli laboribus fractus eſt, & in caſtro *nemoris Vicennarum* * prope Lutheriam Pariſiorum lethali morbo correptus finem ſuum valde quidem præcocem adeſſe cognovit. Ipſi THOMAS WALDENSIS extrema officia ſumma charitatis lenitate præſtitit. Quibus pie ſuſceptis, poſtquam ſe angi & pœnitere profeſſus fuiſſet, quod arma ſua contra infideles non convertiſſet, in ipſius ſancti viri ſinum animam ſuam eſſlavit die XXX. Auguſti, an. MCCCCXXII.

Henricum V. in Galliam comitatur.

* *Bois de Vicennes.*

Morienti Henrico V. adeſt.

12. Reliquit Henricus V. Angliæ Rex unicum filium & hæredem ſuum *Henricum VI.* cujus ſpiritualem tutelam WALDENSI moriens commendaverat. Sed cum ille unius anni infans tunc eſſet, a regiis curis vir Dei aliquantulum otii accepit. Quare expeditior fuit ad abſolvendos libros, quos adverſus hæreticos jam inchoaverat, nec non ad alia egregiæ pietatis officia. Tunc Sanctimonialium Carmelitarum in Anglia propagator, plura earum Monaſteria erexit: inter quæ præcipuum locum tenebat *Nordowicenſe* in Cantuarienſi Diœceſi. Ibi ſolemni ritu velum dedit ſub *Anachoretarum* titulo *Emmæ* filiæ *Milonis Stapiltonis* Equitis aurati. Item Northamptoni *Aleciam Wakleyne* illuſtris quoque generis fœminam velavit: Gippeſuvici *Margaritam Hautuen*; & Lynnæ *Joannam Caſfelde; Agnetem Granſeter* Cantabrigiæ, atque alias alibi Deiparæ conſecravit nobiliſſimas puellas. Ut autem in ſpiritualibus proficerent, idoneos eis conſtituit pro conſcientia Sacerdotes, inter quos Balæus Centur. VII. *Joannem Thorpe* commemorat Carmelitam, virum ſuo tempore undequaque percelebrem. Interim abſoluto jam primo DOCTRINALIS Volumine, in quo quatuor libris *de Deo Chriſto, Eccleſia, & Religioſis* fuſe agit, ipſum *Martino V.* Pontifici Sanctiſſimo nuncupavit, & Romam mitit * a S. Sede diſcutiendum & probandum, ut Apoſtolicæ authoritatis pondere gravius poſſet adverſarios premere. Summus autem Pontifex cum tam egregias lucubrationes ſtupenti animo conſpexiſſet, Authori ſignificavit ſe maxime optare alterum videre Volumen in materia *de Sacramentis* pari ſtudio ac diligentia perfectum. Quare vir Dei, ut tanti Pontificis deſiderio morem gereret, altero hac de re confecto Volumine (quod prius jubente Henrico V. inchoaverat) ſequenti anno MCCCCXXVII. Romam per *Joannem Taceſphalum* miſit, ſanctæ Sedi pariter ſubjiciendum. Atque Martinus V. duobus delectis magnæ doctrinæ viris, ſcilicet, *Joanne Cervantes* tit. S. Petri ad Vincula Cardinali, & *Bernardo* Epiſcopo Cavallacenſi, ipſis, quod hilariter acceperat, Volumen tradidit examinandum.

Sanctimoniales Carmelitas in Anglia velat.

* *Per Joannem Keningale Carmelitam.*

(*a*) Hæc Balæus, & poſt ipſum Scriptores alii. Verum nemo in Polonica hiſtoria tam peregrinus & hoſpes ut neſciat, quod jam ab anno 1386. Poloniæ Proceres, qui Heduvvigem in ſucceſſionem paterni ſolii adſciverant, communi conſenſu in dando ei ſponſo conſpirarunt, ac Uladislaum Lithuaniæ Principem cum Hedvvige ac ſolio Polonico junxere ea lege, ut cum Lithuanico populo, ſacro baptiſmate tingeretur. Quod ſequenti anno 1387. factum eſt, ingenti chriſtiani orbis lætitia. Ne igitur falſis inventis turpiter indulgeamus, id dumtaxat de Waldenſi noſtro libenter credimus, quod nempe veteris ſuperſtitionis & ignorantiæ reliquias apud agreſtes viros prædicatione ſua penitus delevit; atque primus omnium Carmelitas ſuos in ea Regione propagavit, ut jam partam religionem ope ſua nutrirent augerentque.

(*b*) Alludit ad levem, inſtabilemque *Scropæi* genium, qui primo S. Benedicti Monachus, dein Ordinem Prædicatorum, poſtea Minorum, ac tandem Carmelitarum ingreſſus, ſic diu per varios Ordines, Balæo teſte, *tranſcurrere* viſus eſt. Epiſcopus *Dromorenſis* in Hybernia factus, eum nec ibi pacem colere poſſet, abjecto Præſulatu, Epiſcopi Norvvicenſis Vicarius Generalis obiit anno 1491. ut habet J. A. Fabricius in ſua Bibliotheca latina mediæ & infimæ ætatis.

dum. Nec diu ſub judice res fuit: nam examinatio a die XVII. Junii incœpta, ultra XXIII. Julii protracta non fuit, ſed exquiſitis laudibus exornatum Opus a prædictis Examinatoribus, oblatum fuit Papæ præſentibus Cardinalibus in Conciſtorio. Hinc VIII. die ſequentis Auguſti *Martinus V.* gratulabundas literas dedit THOMÆ WALDENSI ſimul cum Bulla damnationis librorum Wicleffi, ut deinceps ſecurius poſſet damnatas illius Concluſiones refellere. Porro paternum cordis ſui amorem effundens, ejus ſtudium Eccleſiæ utile, & ſalutare commendat; tertium de Sacramentalibus Volumen rogat; inſuper uberiora Dei chariſmata per ſanctam benedictionem ipſi impertitur. Demum ſequenti anno MCCCCXXVIII. quo oſſa Wicleffi exhumata fuerunt & publice exuſta, tertium THOMAS WALDENSIS perfecit *de Sacramentalibus* tomum, ut Pontificiis ſatisfaceret votis, ac Sanctæ Sedi pariter ſubjecit. Immo addidit pro totius operis colophone quartum etiam *de jejuniis*, *indulgentiis*, *juribus*, *&* *immunitatibus Eccleſiaſticis*, *de fide* quoque *&* *hæreſibus*, aliiſque non paucis. Sed quartum hoc Volumen, quod in vitæ veſpera, & poſt tria prima jam approbata & evulgata edidit, nunquam prælo demandatum fuit. Sunt qui verentur illud periiſſe non minima catholicæ Eccleſiæ jactura. Alii vero ſcribunt deliteſcere ſimul cum pluribus aliis WALDENSIS Operibus in publicis Bibliothecis *Oxonienſi* & *Cantabrigienſi*, & in privata *Baronis de Lumlejo*, nec non in Collegio ſancti Benedicti apud Cantabrigiam. Martinus V. ei gratulatur.

13. Interim Anglorum res in Gallia retro dilabi cœperant, ex quo ab Urbe Aurelianenſi, quam anno MCCCCXXIX. obſidebant, mirabiliter pulſi fuerant. Plures quippe Urbes Carolo VII. ultro ſe dederant; & anno MCCCCXXX. *Philippus* Burgundiæ Dux, qui ex odio contra Carolum VII. ſe Anglis adſtrinxerat, ad ineunda amicitiæ fœdera ſollicitabatur. In tanto itaque diſcrimine cogitaverunt Britanniæ proceres nutantem jam ſuorum Gallorum fidem excitare poſſe, & omnia inſtaurare, ſi *Henricum VI.* vix decennem in Gallias mitterent, & Pariſiis coronarent: quod anno MCCCCXXXI. ſolemniter fecerunt. Itaque THOMAS WALDENSIS, qui *Henrico VI.* adhuc pene puero erat a Sacris Confeſſionibus, Galliam petiit, animo quidem celebrandi coronæ, qua Rex ſuus donatus fuerat, impoſitionem; ſed vere ipſe æterna gloria coronandus. Nam cum Rothomagum perveniſſet, tot tandem jam laboribus conſumptus, inter Carmelitas ſuos ex hac vita migravit die tertia Novembris anni MCCCCXXXI. (*a*) & ibidem in Templo Ordinis ſui honorifice ſepultus fuit. Sicque Henricus VI. Patrem ſuum, ſuum Anglia decus, ſuum quoque meritiſſimum Doctorem Eccleſia, ſuum denique Lithuania amiſit Apoſtolum. Quoad vitæ ſanctitatem, ipſum inter Beatos referunt Trithemius, Gerbrandus, Ægidius faber, & Julianus Hadert (*b*). Quod merito eos feciſſe abunde probant non ſolum pro Eccleſia Dei innumera bene geſta; verum etiam præclaræ, quibus excellebat, virtutes, præſertim humilitas, qua ſe ipſum contemnens a dignitatibus abhorrebat, fides, pro qua mortem optabat pati; charitas qua omnium, etiam hæreticorum deflebat mala, & erga omnes leniter agebat. Quot tandem vigilias & labores ad commune bonum impenderit, ſatis oſtendit ſequens Operum ejus ſeries, cum eorum titulis, quos hactenus potuimus reperire. Henricum VI. in Gallias comitatur. [a] Moritur Rothomagi. Inter Beatos aſſertus. [b] *To. 1. in Prologo n. 1.* *Ibidem.* *Tom. 2. Doctr. 10.*

14. Præter DOCTRINALE antiquitatum fidei Eccleſiæ catholicæ quatuor tomis digeſtum, ſcripſit etiam; Operum ejus ſeries.

Commentariorum in Geneſim librum unum.
In Exodum, librum unum.
In Leviticum, librum unum.
In Sapientiam, unum.
In Epiſt. B. Pauli ad Rom., unum. *Accepimus gratiam &c.*
In Acta Apoſtolorum, unum.
In primam S. Petri Canonicam, unum. *Aſcendit Petrus &c. in ſuperiora.*
Quæſtiones ordinarias, librum unum. *Propoſita quæſtio rem difficilem &c.*
Lecturas ordinarias, unum.
Determinationes, unum. *Sicut intemerata Mater Eccleſia &c.*
De veritate Evangelica, unum.
De Corpore Chriſti, unum.
De præſcientia & prædeſtinatione, unum.
Defenſorium pacis, libros duos. *Omnia quippe regno &c.*
Sermones ad Clerum Oxonienſem lib. unum. *Cum gratias egiſſet, diſtribuit &c.*
Sermones coram Rege unum. *In terra pax hominibus bonæ voluntatis &c.*
Sermones in funere Regis, unum. *Rex in æternum vive &c.*
De Religione & Divinitate ad Principes, unum.
Faſciculus Zizzaniorum Wicleffi, lib. unum. *Inimicus homo hoc fecit &c.*
Reſponſa in Concilio Piſano, lib. unum. *Tempus & reſponſionem cor ſapientis intelligit &c.*
Ad clerum in eodem Concilio, lib. unum. *Dedi te in lucem gentium, ut ſis &c.*
Coram Sigiſmundo Cæſare Orationum librum unum. *Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael &c.*
Ad Concilium Conſtantienſe, unum.
Unum Epiſtolarum centum ſexagintaquatuor.
Collationes ſolemnes, librum unum: *Benedictionem jubilæam Domine &c.*

(*a*) Communiter quotquot ex Balæo reſcripſerunt, ferunt *Waldenſem* obiiſſe an. 1430. Sed ego non vereor ad ſequentem annum illius obitum differre. Nam Theodoricus Niemius apud Raynaldum, illorum temporum ſcriptor coævus, iter Henrici Regis in Gallias & coronæ impoſitionem ſtatuit an. 1431. Polydorus vero Virgilius an. 1432.

(*b*) Thomæ Waldenſis cum titulo *Beati* vitam nobis exhibet *Philippus a Sanctiſſima Trinitate* Carmelita excalceatus. Nicolaus quoque Harpsfeldius, in ſequenti §. 3. citandus, refert illum *ex Pontificio decreto* inter Beatos relatum. Porro Joannes Baptiſta Lezzana to. 4. Annalium Carmelitar. ſic hac de re loquitur: *Einſengrenius* eum abſolute *Sanctum* vocat, quod etiam facit Poſſevinus, Brovius quoque &c. Cum opinione etiam ſanctitatis obiiſſe plures ex adductis notant. Cum eadem quoque vixiſſe, recte ponderat relatus Biſcaiettus, dum ab eo vocatur *firmus in fide*, *integer in religione*, *omnique vitæ ſanctimonia conſpicuus*. *Coria* noſter in Chron. lib. 2. cap. 19. quamvis inter Sanctos eum non numeret, quia non eſt ab Eccleſia canonizatus; bene tamen inter Beatos Religionis. Hæc Lezzana ad an. 1430.

Propoſitiones ad Principes, librum unum. *Illuſtriſſime Princeps &c.*
Gravamina fratrum contra Oxonienſes, librum unum. *Supplicant Reverendiſſimi &c.*
In remediarium converſorum, lib, unum, *De abſtinentia, quæ contra ventres &c.*
De re grammatica, unum.
Summulæ logicales, lib. unum. *Nomen eſt vox ſignificativa &c.*
De Prædicabilibus, librum unum. *In materia univerſalium ante &c.*
De decem Prædicamentis, libros tres.
Introductiones naturalium librorum, librum unum. *Natura eſt duplex, naturans &c.*
Quæſtiones naturalium librorum, unum. *Utrum definitio naturæ ſit vera &c.*
In Phyſicam Ariſtotelis, libros octo. *Cum omnis ſcientia cauſas &c.*
In ejuſdem librum de cœlo & mundo, libros quatuor. *Natura hic liber &c.*
De generatione & corruptione, libros duos. *Liber incipit de generatione &c.*
In Metheora, libros quatuor. *De primis liber iſte &c.*
In libros de anima, libros quatuor. *Bonorum honorabilium &c.*
Quæſtiones de Anima, librum unum. *Circa literam Philoſophi quæritur &c.*
In ejus Metaphyſicam, libros duodecim. *Reverendi Patres, ſicut cætera &c.*
In ejus Ethicam, libros decem. *Ariſtotelis Ethica narranda &c.*

Scripſit etiam Ambaſerta, & alia opuſcula non pauca, quæ adſervari dicuntur partim MS, partim impreſſa in publica Oxonienſi Bibliotheca. Addit Joannes Pitſæus alium adhuc librum de religione perfectorum; *Sæpe expugnaverunt me a juventute mea &c.* Sed iſte liber non videtur a corpore DOCTRINALIS ſejungendus, cum ſit liber tertius primi Tomi. Scripſit etiam *Rationes & motiva adverſus quadraginta quinque articulos Wicleffi*. Librum hunc ex Codice Lipſienſi erutum nobis dedit *Philippus Labbeus*. Eumdem ego ad tertii tomi calcem dabo, cum codice Patavino S. Joannis in viridario Canonicorum Lateranenſium collatum, & emendatum.

15. Tot igitur literariis theſauris a THOMA WALDENSI ditati, atque integerrima vivendi credendique regula imbuti, non temere Deo Optimo Maximo gratias reddimus iis plane verbis, quibus ipſe de Beati *Auguſtini* uberrima doctrina reddidit: *Gloria tibi Trinitas, quæ ſic inſpiraſti tuum ſervulum* (Thomam Waldenſem) *ut ſub ejus calamo plene ſtemus inſtructi, qualiter vera fides contra patrem mendacii in filiolo ejus Wicleffo* (aliiſque ab eo progenitis Luthero & Calvino) *pleno robore perſeveret*. Mendacium Wicleffi & aliorum hæreticorum effutit, ſtultum eſſe in clauſtris pie vivere; ſed THOMAS WALDENSIS verbo & opere perfectiſſimum ibi vitæ genus oſtendit. Et dum illud falſis dogmatibus conatur Eccleſiam dehoneſtare, ipſe perſpicuis veritatis radiis eam illuſtrat ac tuetur. Hinc vere VALIDUS ECCLESIÆ ENSIS, ſed utrinque mendaciſſimos hæreticos feriens, mira ſcilicet doctrina, ac ſanctitate.

§. III.

Selecta virorum illuſtrium de Thoma Waldenſi teſtimonia.

MARTINUS PAPA V. (*a*) *Dilecto filio Thomæ Waldenſi Magiſtro in Theologia, Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmeli in Anglia Provinciali.* Dilecte fili, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Gratiſſimum nobis munus accepimus librum tuum, quem adverſus Huſſitas hæreticos, & eorum perverſam hæreſim deteſtabilemque doctrinam edidiſti; &, ſicut nobis aſſeritur, de tuo ingenio temere non præſumens, examini Magiſtrorum in ſacra pagina ſubjeciſti. Ex quo devotionem tuam multipliciter commendamus. Primum, quod pro fide & Eccleſia Dei talentum tibi datum a Domino expoſuiſti, & in opere maxime hoc tempore utili & neceſſario exercuiſti ingenium tuum. Deinde quod de tua ſapientia non confiſus expetiviſti etiam aliorum judicium humiliter & prudenter. Delatus autem, & per manus dilecti filii *Joannis Kenyngale* Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmeli Magiſtri in ſacra pagina nobis liber ipſe fuit præſentatus in tempore, quando ſcilicet Venerabilis frater noſter Jordanus* Epiſcopus Albanenſis, quem cum pleno legationis officio ad hanc perfidam & crudelem hæreſim extirpandam tranſmiſimus in Germaniam, erat de Urbe receſſurus. Itaque dedimus illi hunc librum, ut cum Magiſtris in Theologia, quos ſecum ducit, utatur ipſo in caſibus oportunis ad inſtructionem veritatis, & confuſionem falſitatis hæreticæ. Gratulare igitur, fili dilecte, de labore tuo, qui gratus eſt Deo, & ejus Eccleſiæ fructuoſus; a quo gratiam intellectus & ſcientiæ recepiſti. Noſtra præterea intentio eſt, oblata oportunitate, honorare virtutem tuam remuneratione condigna. Cæterum id quod reſtat in materia de Sacramentis ſimili ſtudio diligentiaque perficias, & ad Nos, cum perfeceris, cures ſimiliter deſtinare. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 1. Aprilis, Pontificatus noſtri anno nono.

* Urſinus

MARTINUS PAPA V. *Dilecto filio Thomæ Waldenſi Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, Provinciali Angliæ, ſacræ Theologiæ Magiſtro.* Dilecte fili, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Placuit primo nobis Opus, quod edideras contra Huſſitas hæreticos; teque fuimus hortati, ut id quid reſtabat in materia de Sacramentis ſimili perficeres ſtudio & diligentia: quod te feciſſe gaudemus, & tuum ſtudium utile & ſalutare Eccleſiæ commendamus. Recepimus enim nuper de manu dilecti filii *Joannis*, (*b*) Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmelo Magiſtri in ſacra pagina, latoris præſentium, Volumen ſecundum *de Sacramentis*, quod per ſolennes viros videri & examinari fecimus, ſicut primum, quod pariter fuit ab omnibus commendatum. Ex quo

(*a*) Hæc Epiſtola ex Codice Vaticano eruta, nunc primum publica luce donatur.
(*b*) Joannis Taceſphali, qui vere harum literarum lator deſtinatus fuerat; ſed vix abſoluto legationis ſuæ negotio, obiit Romæ, & hunc alteri honorem ceſſit. Erat natione Anglus, Patria Norvicenſis, & ejus Civitatis Carmelitici cœnobii Prior. De ejus doctrina & zelo loquuntur Sixtus Senen. Joan. Trithemius, *Poſſevinus* & alii apud Lezzanam ad an. 1427. pag. 808.

quo deſideramus, ut volumen tertium *de Sacramentalibus*, cum illud perfeceris, nobis mittas. Cæterum ut damnatas Concluſiones Wicleffi ſecurius valeas confutare, mittimus tibi Bullam de damnatione librorum prædicti hæretici. Et cupientes quantum poſſumus erga te propitiare Dei gratiam, pro cujus cauſa laboras, benedictionem noſtram dedimus tibi, & omnibus fratribus tuæ Provinciæ. Datum Romæ apud Sanctos Apoſtolos ſub annulo Piſcatoris, die VIII. Auguſti, Pontificatus noſtri anno decimo.

Gulielmus Alanus Anglus S. R. E. Cardinalis. Longe omnibus in hac religionis palæſtra excellens Thomas Waldenſis carmelita, totius Ordinis Provincialis in Anglia. Qui vir, cum omnem antiquitatem teneret, & ſcholaſticam diſciplinam ita exacte noſſet, ut in utraque facultate pene par eſſe videatur; hanc ſectam Sacramentariam tribus Doctrinalis ſui voluminibus (ſic enim illud divinum Opus appellat) tam potenter expugnat, ut nihil ſupra deſiderari poſſit. *Lib. de Euchariſt. art.* 4.

Robertus Cardinalis Bellarminus Soc. Jesu. Thomas Waldenſis, Anglus, Ordinis Carmelitarum Prior Provincialis, floruit tempore Martini V. Pontificis, cui Opus ſuum dedicavit.... Scripſit *opus egregium*, quod inſcripſit *Doctrinale fidei antiquæ*, tribus tomis diſtinctum. *Lib. de Scriptorib. Eccleſiaſt.*

Joannes Cardinalis Bona. Thomas Waldenſis Carmelita, magno pollens ingenii acumine, ut ex Doctrinali fidei colligitur, quo hæreſes extirpantur. *In notitia Authorum*. Et *de divina Pſalmodia cap.* IV. §. III. Contra quem (nempe Wicleffum) ſtetit murus æreus & columna ferrea pro domo Dei Thomas Waldenſis, fidei Catholicæ eximius propugnator.

Joannes Thomas de Rocaberti Archiepiscopus Valentinus. Thomas Waldenſis ſub ſancta diſciplina regulari jugum Domini didicit ab adoleſcentia portare. Facta debito tempore profeſſione ſolemni, illud ſtadium ita feliciter cucurrit, ut, juxta Prophetæ vaticinium, *Carmelum* reddiderit Paradiſum Domini -- Homo publicæ utilitati natus ſuper candelabrum poni debuit, ut Regibus ipſis, & populis, & Patribus Eccleſiæ Catholicæ affulgeret -- Admirandum hominis ingenium, & multiplicem doctrinam plerique mirabantur, inimici etiam commendabant: erat enim optimis quibuſque naturæ dotibus imbutus, & omni genere divinarum, humanarumque diſciplinarum inſigniter inſtructus. Scripſit quamplurimos libros, ex quibus non modo magnam utilitatis, ſed & gloriæ meſſem collegit. *To.* 20. *Biblioth. Pontificiæ.*

Henricus Spondanus Apamiarum Episcopus. Hiſtoriam (Wicleffianam) proprio Commentario complexus Nicolaus Harpsfeldius Archidiaconus Cantuarienſis ait, nonnullos ſcriptores catholicos ex ejus voluminibus ſupra ducentos errores, alios ſupra trecentos collegiſſe: Thomam autem Waldensem Ordinis Carmelitani, qui diligentius ejus ſcripta tam latina, quam materna lingua exarata examinavit, & accuratiſſimis commentariis confutavit, octingentos reperiiſſe. *Et num.* 8. Scripſerunt adverſus eos (Wicleviſtas) quamplurimi ejuſdem nationis viri doctiſſimi omnium Ordinum, quos Harpsfeldius nominatim recenſet. Sed omnium copioſiſſime, & accuratiſſime, quem jam ſuperius nominavimus, Thomas Waldenus Ordinis Carmelitarum, cujus extant prolixi Commentarii titulo Doctrinalis fidei (ſcripſit namque & alia plurima) Martino Papæ V. vindicati, tanta diligentia & arte compoſiti, ut inde poſtea, tamquam ex fonte, omnes qui contra novas hæreſes ſcripſerunt, hauſerint. *Ad an.* 1377. *num.* 7.

Joannes Abbas Trithemius. Thomas Waldenſis natione Anglicus, hæreticorum malleus, & fortiſſimus expugnator ..... Moritur non ſine opinione ſanctitatis. *In Cathalogo ſcriptor. Eccleſiaſticor.*

Facultas Parisiensis. Decreverunt Decanus, & Facultas Theologiæ Scholæ Pariſienſis, librum hunc (Doctrinalis) a præclariſſimo Doctore Thoma Waldensi ſtudioſe compoſitum, utilem admodum eſſe, dignumque ut educatur; quandoquidem ad enervandas Lutheranas calumnias atque hæreſes Reipublicæ chriſtianæ perniocioſiſſimas, plurimum conducit. Quod Notarii ejuſdem Facultatis ſigno manifeſtum eſt ſatis, his ſubſcribendo anno chriſtiano milleſimo quingenteſimo vigeſimo tertio, Idibus Decembris.

De mandato Domini Decani, ex ordinatione Sac. Facultatis. I. *Tavvel.*

Joannes Pitsæus Anglus, S. T. D. et Liverduni in Lotharingia Decanus. Hic extra meum morem, bona lectoris venia, liceat mihi in præſtantiſſimi viri (Thomæ Waldensis) laudes & virtutes paulo liberius exſpatiari, quas ex tribus præcipue capitibus & certo colligere & merito decantare poterimus: primo, a teſtimoniis hominum literis & pietate inſignium: ſecundo, a ſummis quæ obivit pene omnis generis in Republica muneribus: tertio, ab eruditiſſimis, quos ſcripſit libris, quibus de re literaria, de catholica Eccleſia, & de omni poſteritate, eum optime meritum eſſe conſtat. *De illuſtrib. Angliæ viris, ad an.* 1430.

Petrus Opemeerus Amstelodamensis. Thomas Waldenſis Carmelita Anglus vita defungitur: qui præter Commentaria in Ariſtotelis Phyſicam, & Scripturæ complures libros, etiam omnium doctiſſime contra Wicleffi paradoxa ſcripſit. *In opere Chronologico ad an.* 1431.

Antonius Possevinus Soc. Jesu. Thomas Waldenſis ſui temporis hæreſum expugnator, ac deinceps exortarum everſor fuit, a Martino V. Pontifice Maximo commendatus, cui opus ſuum commendaverat. A noſtri ævi Scriptoribus, præſertim a Joanne Cochlæo, ac Stanislao Hoſio Cardinali magnopere celebratus: qui mortuus eſt non ſine opinione ſanctitatis. *In Appar. Sac.*

Teophilus Raynaudus Soc. Jesu. Inter primævos doctrinæ ſoliditate, acumine, ubertate lectionis ſacræ, dexteritate elidendi adverſarios, omnibus denique inſignis Scriptoris ornamentis eminet (meo quidem ſenſu) Thomas Netterus, a Patria cognomento Waldensis, Wicleffi debellator. Immo ſi optimis cenſoribus Andreæ a Vega, & Alphonſo de Caſtro Ordinis Minorum inſignibus hæreſeologis credimus, nemo nervoſius, ſolidius, ac plenius ejus ævi hæreſes excidit. Ex ejus armamentario quotquot deinceps Lutherum & Calvinum, ac hujuſmodi ſpuria vitulamina impetiverunt, habuerunt unde inſtruerentur, ſive ad feriendum, ſive ad obſiſtendum. *Martinus V.* ejus temporis Pontifex Thomam, cujus volumina ad ſe directa admodum accepta habuit, *Enſem prævalidum Eccleſiæ* ſolebat dicere (ex eo ſcilicet enſium genere, quod Chriſtus præcingit) ut Rupertus Apoſtolos nominat. Inter hos ſacros enſes jure optimo recenſitus eſt Thomas Waldensis, adeo feliciter fecit in hoc gladio ancipiti Spiritus Sanctus vindi-

ctam in nationibus Angliæ & Germaniæ, & increpationem in populis cum *Wicleffo*, & ejus propaginibus Huſſo, ac Hieronymo Pragenſi, adverſus caſtra Eccleſiæ conjuratis: quorum magnas ſtrages, vibrante calamum Deo, THOMAS & tunc edidit, & fato functus perrexit edere. ...... Gutiam exhibui (ut ſic dicam) pro mari præconiorum egregio huic Scriptori jure pendendorum. Sed tenuitatem meam ſupplebunt alii in Thoma collaudando uberiores. *In ſcapulari illuſtrato & defenſo*.

JOANNES DE ARAGUSIS O. P. Magiſter Thomas (Waldenſis) Anglicus doctrinam Wicleffi pleniſſime legit, optime intellexit, & fortiſſime atque acerrime, ut verus Eccleſiæ catholicæ filius, & Doctor catholicus, impugnavit. *Lib. cont. communion. Laicorum.*

SIXTUS SENENSIS. Thomas Walden, Carmelita Anglus, qui primus contra Huſſitas & Wicleviſtas erudita ac fortia emiſit Volumina, ſcripſit in Pentatheucum ſcholaſticam poſtillam. *Lib. 4. Biblioth. ſanctæ.*

ANDREAS VEGA. Thomam Waldenſem conſtat eſſe fontem, a quo poſtea univerſi, qui contra novos Hæreſiarchas ſcripſere, hauſerunt. *Lib. de juſtificatione.*

CONRADUS GESNERUS. Thomas Walden, Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo, Prior Provinciæ Anglicanæ, ſcripſit inter cætera ingenii ſui monumenta OPUS INSIGNE tribus magnis Voluminibus diſtinctum contra Wicleviſtas & Huſſitas. *In Biblioth. univerſali.*

PHILIPPUS LABBEUS Soc. JESU. Thomas a *Walden*, natione Anglus, Ordinis Carmelitarum in Anglia Prior Provincialis, &, ut ferunt, Henrici V. Regis Anglorum a Confeſſionibus & ſecretis, Theologiæ eximium decus, obiit Rothomagi in Normannia die 3. Novembris anni 1430. Cætera ejus opera latent adhuc in tenebris. Unicum DOCTRINALE ANTIQUITATUM FIDEI in tres tomos digeſtum, in quibus adverſus Wicleviſtas, Huſſitas, eorumque recentiores aſſeclas exactiſſime diſſeritur, excuſum fuit elegantibus typis in alma Venetiarum Urbe anno 1571. In oratione habita paulo poſt ejus obitum in Concilio Baſileenſi meminit ejus *Joannes de Raguſa* (*a*) O. P. Sixtus Senenſis lib. 4. Bibliothecæ teſtatur ſcripſiſſe in Pentatheucum ſcholaſticam poſtillam; ſed eam videre mihi nondum contigit, ut neque ea, quorum cathalogum Poſſevinus contexuit. Idem ſub finem cathalogorum MSS. in judicio & cautione de ecloga Oxonio-Cantabrigienſi Thomæ Jameſii hæc habet: Quamobrem per viſcera miſericordiæ Chriſti obſecro *Anglos*, qui ſpecie aliqua decepti ſunt hactenus, ut ipſius Thomæ Waldenſis Angli, viri doctiſſimi, opus perlegant, quod prænotatum eſt, DOCTRINALE ANTIQUITATUM FIDEI ET ECCLESIÆ CATHOLICÆ. *Differt. de Scriptorib. Eccleſiaſt.*

NICOLAUS HARPSFELDIUS ARCHIDIACONUS CANTUARIENSIS. Supra cæteros, non modo hujus hoc ſæculo ſocietatis (Carmeliticæ); ſed & quoſcumque hoc ſæculo in Anglia alios, THOMAM WALDENUM, ab oppido, quo natus eſt in Eſſexia, ita dictum, ſed a Parentibus *Netterum*, ſuo merito referimus. Abſolvit enim plane omnibus ſuis numeris illum, quem bonarum literarum orbem appellant; conſummatus plane philoſophus, conſummatus adeo theologus. Cujus rei luculento ſunt documento inſignes illi libri, quos in Ariſtotelem, quos in ſacram Scripturam, & contra peſtifera illis temporibus dogmata in Anglia & Bohemia graſſantia, ſumma diligentia & incredibili pene labore accuratiſſime contexuit. Doctrinæ ſuæ magnitudini totius chriſtianæ pietatis ſingularis præſtantia adeo reſpondit, ut neſcias, utra utri præponderet. Ampliſſimos honores ſæpe oblatos, Evangelicam paupertatem amplexus, conſtantiſſime recuſavit. Hunc illuſtriſſimus ille Rex Henricus V. divinas hominis dotes admiratus, in oculis præ cæteris habuit: eumque in ſacratius ſuum Conſilium legit, ut nihil majoris momenti in re ſacra aut prophana inconſulto THOMA obiretur. Apud ſe eum poſtea quaſi unicas delicias Henricus Rex retinuit, nec niſi ægre a ſuo latere dimiſit, in cujus quaſi ſinu animam eflavit. Obiit Rothomagi. Sunt qui tradunt eum, poſt obitum, Pontificio decreto Divorum albo conſcriptum. *Hiſt. Eccleſiaſt. Anglicanæ* ſæc. 15. cap. 17.

ANDREAS DUCHESNIUS. Diem extremum obiit Wicleviſtarum atque Huſſitarum malleus THOMAS WALDENSIS, vir, qui magna ſui laude, in toto vitæ ſuo curriculo verbo & ſcriptis pugnavit pro defenſione Eccleſiæ catholicæ adverſus omnes, qui illam tum temporis exagitabant. Quare poſt obitum meruit inter ſanctos referri. *In vita Martini V. Summi Pont.*

ANDREAS THEVETUS. Nihil ſane deteſtabilius quam eorum opinio, qui ignorantiæ & pertinaciæ tenebris oberrantes divina transformant inſtituta, ut ſuis concupiſcentiis, invita veritate, accomodent: & veluti araneæ, quæ fragiliſſima tela quam texunt capiunt & irretiunt muſcas, ſperant ſimplices & modicæ experientiæ homines facile ſe decepturos. At non valent alioquin illos capere, qui robuſtis alis ſurſum ad veritatem ſe elevant, ac falſas opiniones inſectantes ad nihilum redigunt. Inter iſtos audeo aſſerere THOMAM WALDENSEM majorem ſibi laudem promereri; utpote qui ſuo tempore *hæreticorum malleus* appellari dignus fuit. Eos enim tam fortiter oppugnavit, atque devicit ſubtili ſua ſapientia, ut illi reſiſtere nuſquam valuerint. Idcirco dignum duxi, ut inter illuſtres viros hic locum haberet. *In vitis virorum illuſtrium* cap. 76.

RAPHAEL VOLATERRANUS. In Carmelitico Ordine jam famam conſecuti ſunt Albertus Hieroſolomytanus, Andreas Præſul Feſulanus, Cyrillus vir græcus, Franciſcus Martini, Gerardus Bononienſis Doctor Pariſienſis, Guido Perpinianenſis, Generalis, qui poſtea fuit Præſul Majoricenſis, Joannes de Baccone, Joannes. Baliſtari, Petrus de Caſa, Petrus Thomas Patriarcha Conſtantinopolitan., THOMAS WALDENSIS, qui ad Martinum V. contra Sectam Wicleviſtarum ſcripſit. Qui omnes doctiſſimi viri ſcripta etiam plura reliquere. Duo quoque ultimi inter Beatos connumerati. *lib. 21. Antropologiæ.*

ALPHONSUS DE CASTRO. Credimus autem THOMAM WALDENSEM, virum doctum perinde ac religioſum, libros ejus (Joannis Wicleffi) ad ultimum inſpexiſſe, quod anglicus eſſet ipſe ut alter; ideoque eos legiſſe, ut Patriam, quam ab Wicleviſtarum errore infeſtatam videbat (nam fere

(*a*) Non *Joannes de Raguſa*, ſed *Henricus Kalteſein* Doctor Colonienſis, qui in Concilio, Baſileenſi illum allegans, vocat eum virum *venerabilem* ac *honorabilem*.

ſere coævus Joanni Wicleffo fuit) expurgare poſſet , *Lib. 2. de hæreticis , cap. de adoratione* .

Joseph Andres Soc. Jesu . Thomas Waldenſis ſolum Wicleffi erroribus profligandis & confutandis ſuo ſæculo viſus eſt natus & a Deo datus. *In Decore Carmeli, num. 22.*

Aubertus Miræus . Thomas Waldenſis , Carmelitarum in Anglia præfectus , invictus hæreticorum Antagoniſta publicavit *tres tomos Doctrinales contra Wicleviſtas & Huſſitas*, a Martino V. Pontifice laudatos . Obiit magna ſanctitatis opinione Rothomagi , anno 1430. In *Auctario de Scriptor. Eccleſiaſt.*

Abraham Bzovius O. P. Quædam beſtia in Anglia ſurrexit, Joannes ſcilicet Wicleffus Sacerdos , Magiſter in artibus , vir ingenio acer & eloquens , qui omnium præcedentium hæreticorum impia dogmata exſuſcitans, præſertim vero Waldenſium , & Richardi cujuſdam Armachani, ita Anglicanam regionem labefactavit, ut pene univerſa in hæreſim delaberetur. Verum, cum ea ſit divinæ providentiæ ratio!, ut ſi dæmonem aliquem de terra juſto imperſcrutabilique ſuo judicio ſurgere permittat, Angelum etiam demittere ſoleat, qui gladio verbi ſui eum feriat atque occidat (ut ſacras hiſtorias perlegenti ſatis conſtare poteſt); idcirco egregium hunc Carmelitam , ideſt, Thomam Waldensem , zelo pietatis implevit , catholica veritate munivit , ac vero eloquentiæ ſpiritu ornavit , ut adverſus impium hæreſiarcham tria ingentia Volumina conſcribens, non ſolum Anglicanam regionem ab ejuſdem hæreſi maculatam emundaret , eamque in Catholica veritate confirmaret , ſed & univerſis Chriſti fidelibus viam ac methodum refutandæ hæreſeos , tuendæque veritatis aperiret . Tribus his Voluminibus Doctrinale Antiquitatum Ecclesiæ nomen imponere voluit, propterea quod antiquiſſima ac pervetuſta illa veritate ſive doctrina, ſuper quam Eccleſia Dei fundata eſt, in convellendis hæreſibus ſe uſum fuiſſe profitetur, ut validius cum Davide impiiſſimum Apoſtatam , ſacrilegumque Wicleffum hæreſiarcham trucidaret, jureque optimo ab Eccleſia Dei in Concilio Conſtantien. condemnatum aperte oſtenderet . *To. 15. Annal. ad an.* 1430.

Jacobus Gaulterus Soc. Jesu . Thomas Waldenſis Tomo 1. Doctrinalis fidei omnia ferme ſeptem capita articuli primi, libri ſecundi in eo conſumit, ut S. Petri Primatum defendat, ac demonſtret contra Wicleffum . Pergratum ſane erit lectori illa legere , ſolideque refutatam cernere prætenſorum Reformatorum hæreſim in perſona Wicleffi. Similem autem oblectationem pro Eccleſiæ Romanæ Primatu capiet. *Tabula Chronolog. ſtatus Eccleſiæ, Sæc.* 15.

Petrus Angelus Spera . Thomas Waldenſis, Anglicus, Prior Provincialis Angliæ, Scripturarum divinarum ſtudioſus, ſæcularique literatura doctus, hæreticorum malleus & expugnator fortiſſimus, qui obiit anno Mccccxxx. cum complura Theologica , & Eccleſiaſtica ſcripſiſſet, Rudimenta Grammaticorum quoque tractavit . Lib. 5. *de nobilitate profeſſorum Grammaticæ.*

Jacobus Gretserus Soc. Jesu. Non deſunt authores doctrina & nominis celebritate conſpicui , qui putent ipſam Dominicam Crucem primam & veram , de qua hactenus tam multa diſſeruimus, redintegrandam fore divina poteſtate , Chriſtumque ad judicium cum multa gloria venientem præituram. Ita ſentit Thomas Waldensis Theologus graviſſimus Tomo 3. cap. 158. *Tom.* 1. *de Sancta Cruce, lib.* 1. *cap. 92.*

Joannes Carthagena . Deſipiunt Joannes Hus & Hieronymus de Praga procaciſſimi hæretici, errores Berengarii adverſus Petri claves oblatrantis ab orco ſuſcitantes; ſed illos interimunt Sanctus Vincentius Ferrerius , Beatus Thomas Waldensis , ac ſapientiſſimus Joannes Capreolus. *Lib. 17. de arcanis Deiparæ V. M. hom.* 4.

Hieronymus Platus Soc. Jesu . Idem nos poſſumus affirmare de reliquis Ordinibus, qui omni tempore viros doctos , immo aliquando etiam valde eminentes habuerunt. Sic Auguſtiniani Ægidium Romanum anno 1280. protulerunt ; Carmelitæ Thomam Waldensem anno 1430. *De bono ſtatus religioſi, parte 2. cap.* 32.

Dionysius Petavius Soc. Jeſu. Hoc tempore (initio ſæculi xv.) præſtantis ingenii fama vixerunt Petrus Alliacenſis Cameracen. Epiſcopus , Joannes Gerſon Pariſienſis, Thomas Waldensis. *Rationar. temp. lib. 9. cap. 8. p.* 1.

Ellies Du Pin . Thomas Waldenſis errores Wicleffi fortiter impugnavit . Quod ut nervoſe præſtaret, ac ſolidius Fidei & Eccleſiæ veritatem ſtabiliret , magnum confecit opus , cui titulus , Doctrinale *Antiquitatum fidei Eccleſiæ Catholicæ contra Wicleviſtas & Huſſitas* . Ex iſto opere, tamquam ex uberrimo fonte plures Controverſiſtæ, qui poſt eum ſcripſere, ad novos refellendos hæreticos ſaluberrimas hauſerunt doctrinas . *Tom. 12. Biblioth. Auctorum Eccleſiaſticorum.*

Antonius a Wood. Tandem quæſtio de ſchiſmate penitius diſcuſſa eſt, & Academia noſtra ingentem ſibi exiſtimationem conciliavit, partim utique alumnorum ſuorum (quorum de numero fuiſſe opinor Thomam Waldensem) diſputationibus -- & *pag.* 209. -- Quod ad Oxonienſes ejus temporis inclareſcentes attinet , permultis recenſendis non eſt ut inſiſtam . Præ aliis vero memorandus Thomas Waldensis e fratrum de Monte Carmelo familia . Fuit iſte (inquit Gaſcoinus) Confeſſor *Henrici V.* & VI. Regum Angliæ; cujus nomen fuit, ante introitum in Ordinem Carmelitarum, Netter , ideſt *compoſitor retis:* quia fecit rete, in quo capientur & convincentur hæretici per evidentias & dicta Sanctorum Patrum. *In hiſt. & antiquitatib. Univerſitatis Oxonien. ubi de Concilio loquitur Piſano.*

Henricus Warthon. Thomas Waldenſis, Oxonii bonis literis inſtitutus, & Magiſterii pileo donatus claruit anno 1409. quo ab Henrico IV. Angliæ Rege ad Concilium Piſanum legatus eſt, ubi pro ſchiſmate tollendo ſtrenue diſſeruit . Anno 1419. ad Uladislaum Poloniæ Regem , & Michaelem Teutonici Ordinis Magiſtrum pacis componendæ gratia legatus eſt . Inter legationem iſtam obeundam, Witoldum Lithuaniæ ducem, ferociſſimum totius orbis tyrannum, ad fidem chriſtianam convertit . Henricum V. victricia per Galliam arma circumferentem ſecutus, anno 1422. ultimos invictiſſimi Principis ſpiritus vitales in ſinum ipſius eflatos excepit . *In append. ad hiſt. literar. Gulielmi Cave.*

Casimirus Oudinus. Thomas Netterus, Waldensis a natali ſolo appellatus, claruit anno 1409. quo ab Henrico IV. Angliæ Rege ad Concilium Piſanum legatus eſt, ubi pro ſchiſmate tollen-

do

do ſtrenue diſſeruit. Contra Wicleviſtas ſummo animi fervore decertavit; tanto ſane partium ſtudio abreptus, ut Henricum V. Regem ſocordiæ in puniendis hæreticis acriter pro concione increpare non vereretur. Hinc tamquam unicus fidei pugil ſpectatus, Henrico Regi a ſacris Confeſſionibus adhibitus eſt, & ad Concilium Conſtantienſe anno 1415. miſſus, ut adverſus Huſſitas declamaret. *Tom.3. ſæc.14. de Scriptoribus Eccleſiæ antiquis.*

Joannes Baptista Gonet O. P. Reſpondeo Thomam Waldenſem, magnum ſuæ Patriæ, & familiæ Carmelitanæ ornamentum, diſputare contra Wicleſium, qui jam Calvino præludebat. *In Apolog. Thomiſtar.* art.6.

Ignatius Hiacynthus Amat de Graveson O. P. Quod ſpectat Ordinem Carmelitarum, Myriadem proferre poſſem Scriptorum hujus Ordinis, qui ſæculo xv. in Anglia præſertim floruerunt, de quibus late diſſerunt *Balæus* in lib. illuſtrium Scriptorum Majoris Britanniæ, & *Pitſæus* in lib. de illuſtrib. Angliæ Scriptoribus. Verum de his omnibus impræſentiarum agere cum nec operis noſtri ſit, nec otii, his referendis ſuperſedebo; & unum tantummodo Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Scriptorem, qui aliorum omnium facile Princeps eſt, producam in medium, Thomam videlicet Waldensem, natione Anglum, ex vico *Walden* ortum, qui Regibus Angliæ gratiſſimus fuit -- Innumera pene ſcripſit, e quibus unicum typis excuſum habetur opus inſcriptum Doctrinale antiquæ fidei contra *Wicleviſtas* & *Huſſitas*. Hoc opus plurimum arriſit *Martino V.* qui illud Apoſtolicis literis commendavit. *In hiſt. Eccleſiaſt. ſæc.* 15.

Petrus Maria Grassi O. E. S. Augustini. Iſtam porro impio huic homini (Wicleffo) potiorem fuiſſe cauſam apoſtatandi, teſtatur illorum temporum Scriptor Thomas Waldensis Anglus, Carmelitici Ordinis decus, fideique orthodoxæ contra Wicleviſtas ſtrenuus propugnator. cap. 1. de *Wicleviſticæ hæreſis ortu & progreſſu.*

Joannes Albertus Fabricius. *Thomas Netterus*, Waldensis a Vico *Walden* in agro Eſſexienſi, Magiſter Oxonienſis, Ordinis ſui Provincialis, intimus & confeſſarius Regis, miſſus eſt anno 1409. ad Concilium Piſanum, anno 1415. ad Concilium Conſtantienſe, anno 1419. ad Regem Poloniæ, & Ordinis Teutonici Magiſtrum. Obiit Rhotomagi Regem ſecutus anno 1430. In *Biblioth. Scriptor. mediæ & infimæ ætatis.*

Badius Ascensius. Quia pernicioſiſſima hæreſis hac noſtra tempeſtate criſtam erexit, & Walden contra illam optime ſcripſit; inceſſit omnibus ejus quamprimum imprimendi ſanctiſſima libido. Et quia ſecundum & tertium Tomum pridem impreſſeram, primumque apud Carmelitas Gandavenſes eſſe R. P. F. *Nicolaus Audet Generalis Prior* intelligeret, anxie curavit illum a Patribus illis per virtutem obedientiæ debitæ ad nos mittendum, & nomini tuo Sanctiſſimo nuncupandum & dicandum. Quod nos quoque lubentiſſime facimus, multiſque de cauſis faciendum eſſe ducimus. *Epiſt. ad Clementem VII. P. M.*

F. Ludovicus de Lyra O. C. Cum renaſcenti hæreticorum veneno ſedula indagatione antidotum ego & F. *Joannes Hortus*, Theologiæ & Carmelitani inſtituti una mecum Profeſſor, inveſtigaremus, omneſque angulos Bibliothecæ noſtræ excuteremus, inciderunt in manus noſtras præclara duo volumina in *Wicleviſtas* & *Huſſitas*, teterrimas Eccleſiæ Catholicæ peſtes, per Venerabilem Sacræ Theologiæ & Carmelitanæ religionis profeſſorem, ejuſdemque in Anglia Provincialem F. Thomam Walden ſtudioſe ſcripta, unum de *Sacramentis*, alterum de *Sacramentalibus*: quorum id quod de *Sacramentis* prius emittendum duximus, quod circa ea & turpius & periculoſius erratum videremus. In quo quidem opere conficiendo, neſcio quæ quibus anteferam, quæve prima commendem: hominis ne modeſtiam, qua nihil quod non idem primariis Eccleſiæ Orthodoxæ Proceribus placuiſſe probarit, aſſeruerit: an ſtudium, quo ſe tot divinarum literarum interpretes, Conciliorum decreta, Hiſtoriarum Scriptores ſe intellexiſſe docuerit: an judicium, quo quæ maxime ad rem facerent, maximeque Eccleſiæ fidelium placerent, delegerit; an pietatem, & in fidem noſtram zelum, ratione cujus tot labores obierit: an demum hæc ex æquo omnia. *Epiſt. ad Sigiſmundum Gonzagæ, S. R. E. Presbyterum Cardinalem.*

Joannes Rochus O. C. Si quando alias, hac maxime tempeſtate, ſponſa illa Chriſti Domini noſtri formoſſima, ſina macula & ſine ruga, ſacroſancta videlicet Eccleſia, opus habet fide, prudentia, & authoritate: quibus adverſum Wicleviſtarum, & qui ex illis orti ſunt, Lutheranorum, hæreſim pernicioſiſſimam defenſa, ſarta, tectaque maneat. Siquidem juxta Propheticos threnos, & juſtiſſimam lamentationem: Manum ſuam miſit impiiſſimus, & plane veſanus hoſtis iſte uterque ad omnia deſiderabilia ejus. Nihil enim illi dereliquit intactum, nihil inconcuſſum, nihil intaminatum. Non Sacramenta, non Sacramentalia, non Templa, non Ædes ſanctas, non vota, non preces, non cantus, non ornamenta, non horum omnium miniſtros Clerum & Monachos: non denique quidquid in ea pulchrum, aut decorum. Orationes enim execratur, benedictiones & dedicationes ridet, Crucem & imagines rejicit, vigilias ſugillat, religionem elevat, charitatem mutuam in meritorum communicatione contemnit. Hæc autem omnia religioſiſſimus Pater, & Theologus doctiſſimus, ac Carmelitarum candidiſſimus Frater ac Magiſter Thomas Waldensis, Carmelitani Sodalitii quondam in majore Britannia Antiſtes Provincialis, incredibili ſolertia, & admirabili prudentia, ſummorum & ſanctiſſimorum Catholicæ fidei Doctorum, ac Procerum authoritate, ab invidiſſimis hæreticorum morſiculis defendit, ac integra Matri ſuæ, quæ & noſtra, reſtituit: idque præſertim in hoc uno opere, quod e mandato & ſub præſidio ampliſſimæ dignitatis tuæ, Archiepiſcope clariſſime, in lucem modo emittendum curavimus. Nunc de præſenti loquamur, quod Sacroſanctæ Theologiæ *Pariſienſis Facultas* recognitum, & diligenter examinatum ſcivit, approbavit, & in lucem exire permiſit. Quocirca indefeſſis præconiis tuam, Pater optime, ſapientiam commendare, & totis animis admirari non verebor, qui zelo laudabili, ad fidei conſervationem animatus, in publica nuper Synodo Lutheranam hæreſim damnaſti: cognoſcenſque hoc opus ad illius confutationem appoſitiſſimum, imperaſti nobis dedititiis tuis ut ipſum emittere maturemus. Cui imperio libentiſſime paruimus: idque quamplurimis de cauſis. Primum, quod Chriſtianæ pietati, & Catholicæ fidei, ac perſuaſioni, pro qua non minus ac pro aris & focis conſtantiſſimo cuique Chriſtiano certandum eſt, per hoc opus optime conſultum iri videbam. Deinde, quod Carmeli noſtri gloriæ

non

non parum acceſſurum conſpiciebam, ſi præter morem noſtrum, tantæ, tamque ſalutiferæ doctrinæ Authorem, cum bonis (ut ajunt) avibus evolare videamus. *Præter morem* dico: nam Patrum noſtrorum primarium videtur inſtitutum *bene agere*, *bene dicere*, *beneque ſcribere*: ſua tamen perpetuum premere, & nequaquam oſtentare, ut Pater ille cœleſtis, qui in abſcondito videt, reponat quam paraverit mercedem.

Joannes Maria de Terra nova, et Jacobus Archarius. Cum non multis ab hinc diebus Thomæ Waldensis opus *de Sacramentalibus*, multo, quam antea editum fuerat, correctius, formiſque elegantioribus impreſſum vobis dederimus, nunc alterum ejuſdem Authoris opus, Reipublicæ chriſtianæ non minus utile atque neceſſarium, quod eſt *de Sacramentis*, damus: in quo vir doctiſſimus, acerrimoque judicio præditus, ſacroſancta illa fidei noſtræ myſteria, (quæ, niſi hæretici homines importuniſſime obſtarent, dum ea convellere & labefactare conantur, ſacro potius ſilentio tacita mentis cogitatione a nobis colenda atque veneranda eſſent, quam parum dignis atque religioſis verbis explicanda,) firmiſſimis argumentis, & graviſſimis Eccleſiæ Procerum teſtimoniis ſic probat, ut omnes chriſtianæ pietatis cultores in ea fide, quam ſemel profeſſi ſunt, contineat: eos vero, qui pravis opinionibus imbuti, male de religione ſentiunt, ſuoſque errores pertinaciſſime defendunt, refutet; ipſiſque os impium ac nefarium obſtruat & obturet. Quare non magnopere laborandum erit, ut tam præclarum, & eximium opus, & ad refellendas omnes noſtri temporis hæreſes tam accomodatum, pluribus verbis commendemus. *Epiſt. ad Petrum de Portocarrero, & Magiſtros Salmaticen.*

Augustinus Biscarettus. Thomas Waldenſis firmus in fide, integer in religione, omnique vitæ ſanctimonia conſpicuus -- Ampliſſimos honores ſæpe oblatos, Evangelicam amplexus paupertatem, conſtantiſſimo animo recuſavit, non ſequens mundi faſtum, ſicut quidam modo faciunt. *Lib. de palmitib. vineæ Carmeli.*

Joannes Baptista Lezzana. Cecidit hoc anno turris illa fortiſſima, & propugnaculum validiſſimum Eccleſiæ contra hæreticalem perfidiam, Venerabilis noſter Thomas Waldensis. Cum enim pro coronatione Henrici VI. adhuc pueri, Anglorum Regis, qui Gallorum quoque regnum ſibi jure debitum arbitrabatur, Gallias profectus eſſet, Rothomagi diem clauſit extremum, & in ſui Ordinis Monaſterio die tertio Novembris tumulatus, in Domino ſancte quievit. Non ſine jactura chriſtiani orbis obiiſſe, quæ geſſit docuit ſcripſit magnalia teſtantur. *In Annalib. Carmelitar. ad an.* 1430.

Daniel a Virgine Maria, Angliæ decus ſingulare Thomas Waldensis, Wicleviſtarum & aliorum hæreticorum everſor, adverſus Wicleffum, Monachos & Ordines religioſos ſugillantem tamquam ſectas novas & frivolas, reſcribens. *To. 1. ſpeculi Carmelit. num.* 121.

§. IV.

De Wicleffo, ejuſque ſecta, libris, & erroribus.

I.

1. BRitanniæ Inſula, quæ inter tot chriſtiani orbis regiones maxima ſemper fidei puritate claruerat, unum tandem habuit *Joannem Wicleffum* Presbyterum Apoſtatam, a quo mortifera errorum colluvie labefactata, optimum ſibi mutari colorem paſſa eſt. Ortum ſortitus eſt (quo anno non bene liquet) Wicleffus in provincia *Leyceſtrenſi Lincolnienſis* Diæceſeon, obſcuris parentibus, humilique loco, in oppido ſcilicet, (ut creditur) *de Lutherworth* (*a*), cujus poſtea Eccleſiam parochiali jure regendam ſuſcepit. Jacet autem hoc Emporiolum prope viam militarem Romanorum *Watlingſtreat* nunc appellatam, quæ a *Swiſto* fluviolo ab *Avona* originato interrupta, ponte conjungitur, qui *de Lutherwort* nuncupatur. Wicleffi ortus & patria.

2. Peracuto ingenio ac fervido a natura donatus, optimæ ac magnæ ſpei adoleſcens viſus eſt. Sed poſtea effrœnis ejus ſuperbia ac ambitio ſpe omni fruſtrata ingenium eo uſque corrupit, ut univerſam Angliam, ampliſſimaſque alias regiones teterrima peſte infecerit. Oxonium ad ſcientiarum ſtudia profectus, ibi ob rei familiaris anguſtias in Collegio *Merthonenſi* adſcriptus, omnes artes liberales tanta facilitate perdidicit (*b*), ut cæteros longo poſt ſe intervallo reliquerit. Doctoratus lauream magno omnium plauſu adeptus, Sacerdotii quoque caractere inſignitus eſt, ac inſuper inter Oxonienſis Academiæ (*c*) profeſſores Magiſtri artium munere decoratus, omnes ſuis acuminibus in ſui admirationem traducebat. Nimium propterea elatus, nullum ſibi parem, & ſe ſolum ſapere arbitrabatur: immo aliorum quorumque, etiam doctiſſimorum virorum, effata, tamquam inſcitiæ nugamenta, in ſcholis, in circulis, ubique vellicandi impunis apud ipſum conſuetudo prævalebat. Qua dicendi mordacitate ſcholaſtici adoleſcentes, uti aſſolet, attracti & illecti, ad ipſum præ cæteris audiendum maxime confluebant, ſummiſque plauſibus, quos impenſe affectabat, e cathedra deſcendentem proſequebantur. Non diu poſt Paræcia *de Lutherworth* ipſi committitur. At inexplebili qua laborabat avaritiæ & ambitioni exiguam ibi menſuram reperiens, Præfecturam quoque Collegii Cantuarienſis, omni poſthabito jure, ſibi adjici obtinuit. Collegium iſtud *Simon Islepus* Cantuarienſis Archiepiſcopus Oxonii inſtituerat ea præſcripta lege, ne ulli unquam, niſi Monacho, illius Præfectura committeretur. At Wicleffus pingui huic proventui inhians, doloſis artibus Archiepiſcopi præſcriptum nuſquam antea temeratum infregit. Hinc exortis contentionibus, cauſa poſt longas diſceptationes Romam delata eſt, ubi, perpenſis hinc inde rationibus, Monachis victoria ceſſit, qui ſtatim Pontificio decreto (*d*) *Wiclef-*

(*a*) *Wicleffum* fuiſſe patria *Oxonienſem* erui poſſe videtur ex eo quod habet To. 3. Tit. 15. cap. 137. *Thomas Waldenſis* dicens: *Si narraſſet mihi parentum ſuorum hiſtorias, aut quod legiſſet Oxoniis*, ſeu Oxonienſibus *ſuis*.

(*b*) Sub præceptore *Willelmo Huſio* de quo vide infra num. 8.

(*c*) Oxonienſis Academia ab *Alvredo* Anglorum Rege an. Chriſti 886. inſtituta, nedum Britanniæ, ſed orbi celeberrima. De ea fuſe valde, & exacte, atque erudite *Antonius a Wood*.

(*d*) Hujus litis inſtrumenta, Pontificiumque decretum ſe legiſſe teſtatur *Nicolaus Harpsfeldius* Archidiaconus Cantuarienſis in hiſt. *Wicleffi* cap. 1.

Wicleffum e Præfectura abdicarunt. Quare indignatus vir nequam, ſibique bolum e faucibus tam cito ereptum ægre ferens, immane odium in Summum Pontificem concepit: quod tamen non ſtatim prodidit, ſperans, ob ſibi ablatam Præfecturam, *Wigornienſem* Epiſcopatum ſe facile aſſecuturum. Verum repulſam paſſus, & omni ſpe deſtitutus, inteſtinum odium effundens omnia fidei dogmata contumelioſe proſcindere, Eccleſiaſticamque Jerarchiam funditus evertere adorſus eſt (*a*). Nec perdifficile fuit ut lolium, quod inimicus hic homo ſuperſeminare pergebat, altas in agro Domini radices ageret. Miſeranda quippe illius ſæculi facies, omnia tunc in malum prona fuiſſe, ſatis oſtendit: ac potiſſimum Sedes Pontificia Avenionem translata, cleri, & præcipue Prælatorum, diſciplina in deterius collapſa; atroces inter Sacerdotium & Imperium diſſenſiones ob Pontificis ſententiam contra *Ludovicum Bavarum* a *Clemente VI.* renovatam, qua Principes Electores convenire jubebantur ad Romanorum Regem creandum, quem Sedes Apoſtolica in Imperatorem promoveret, ſpoliato jam *Bavaro* omni ad Imperium, Ducatum, & Palatinatum jure. Præterea oportunum Wicleffo ſuis ferendis erroribus fuit quod Rex Angliæ *Eduardus* III. & Regni Proceres a Romano Pontifice ob collationes Beneficiorum & pecuniarum exactiones (*b*) erant alienati: bella Britannici Regis adverſus *Philippum Valeſium* Regem chriſtianiſſimum in dies creduſcerent: ipſius *Eduardi* Regis inclinata jam ætate non ſatis ſevera conſtanſque gerendæ Reipublicæ ratio langueſceret: favor item *Joannis* Lanchaſtriæ Ducis, qui tum omnia ſua authoritate adminiſtrabat: *Aliciæ Pereſiæ* Regiæ pellicis patrocinium, aliorumque Procerum, qui ad Regis ac ſæcularium Magiſtratuum amplificandam authoritatem, ſubverſa Eccleſiaſtica poteſtate, collineabant; ſchiſma denique quod poſt Gregorii XI. obitum turbavit Eccleſiam.

Sæculi Wicleffiani ſtatus.

Odoricus Raynald. ad an. 1346. num. 3. & 9.

3. Cœpit itaque *Wicleffus* Regiam Aulam frequentare, ac primum præcipuis Aulicorum, dein ipſi Regi inſinuare aggreſſus eſt, ſummum jus in rebus Eccleſiaſticis ad Regiam dumtaxat majeſtatem ſpectare, nec aliam Eccleſiæ poteſtatem (excepto uno Chriſto Jeſu) in propriis Dominiis agnoſcendam. Quod putidum ſemen poſtea infelicem illum *Primatum* in Eccleſia Anglicana ſub *Henrico* VIII. produxit. Peſſimis hujus hominis dictis maxime adhærens Rex *Eduardus*, alia quædam in Romanæ curiæ detrimentum prohibuit, quæ late refert *Henricus Knyghton* ad an. MCCCXLVIII. His animatus *Wicleffus* incœptam telam effuſiori licentia pertexere ſatagens, pravis opinionibus, quas erudita hypocriſi (*c*) variis divinæ Scripturæ verbis infarciebat, pronis ad ſua commenta Aulicorum animis facile corruptis, totam pene Aulam pernicioſis erroribus infecerat. Quod cum noviſſet *Simon Iſlepus* Archiepiſcopus Cantuarienſis, ſtatim qua potuit ſollicitudine Wicleffi auſus reprimere curavit, facileque negotio perfeciſſet, niſi Regis Procerumque quorumdam patrocinium obſtitiſſet. Ne tamen optimi Paſtoris deeſſet officio, quam cito opuſculum edidit cum hoc initio: *O Domine mi Rex, utinam ſaperes* (*d*): in quo Wicleffi hypocriſim impudentiamque palam faciebat, monebatque ſuum eſſe, uti Regem Catholicum decet, errores obruere naſcentes, novorumque Dogmatiſtarum fauces Regia authoritate ſuffocare. Sed *Eduardus* zelantiſſimi Præſulis monita floccifaciens, nullam labenti Religioni opem attulit, nec adferri permiſit. Quare *Wicleffus* ſecurior factus, Oxonium reverſus publice in Academia contra Eccleſiaſticos omnes debacchari cœpit. Eorum collegia, gradus, & Magiſteria, Univerſitates quoque, eſſe inventa, a Chriſto ſuis Sacerdotibus interdicta: Theologos ſcholaſticos eſſe nebulones; ſuis interpretamentis ac diſtinctionibus ſacram paginam implicari, Chriſtique Evangelium obſcurari: quatuor Mendicantium Religiones, quas odio plus quam vatiniano inſectabatur, *caſtra caimitica* (*e*) eſſe oblaterabat. Quibus, aliiſque mendaciſſimis calumniis varios etiam in fide errores interſerens pervicaciſſimum ſe prodidit Hereſiarcham: quod circa annum MCCCLXVI. contigiſſe veriſimile eſt (*f*). Interim in eamdem ſententiam perductis nonnullis Oxonien. Academiæ profeſſoribus, factum eſt, ut Univerſitas illa, quæ tunc maxime orbi catholico præfulgebat, in partes ſciſſa atque fœdata priſtinum ſplendorem amiſerit.

Primatus Anglicani origo.

Regiam aulam corrumpit Wicleffus.

Adverſus Wicleffum ſcribit Archiep. Cantuarien.

Wicleffus palam ſe prodit hæreticum.

4. Nec defuit WICLEFFO ad ſuam augendam factionem validius, ac oportunius patrocinium, *Lanchaſtriæ* ſcilicet Ducis, *Eduardi* Regis filii. Graves ſiquidem tunc temporis, nempe anno 1364. exardebant iræ animique offenſiones inter præfatum Ducem, & quoſdam Epiſcopos, præſertim *Wikamum Wintonienſem* ob quædam in rem Eccleſiaſticam prætenſa jura, quæ, a *Wikamo* acrius forte quam par erat defenſa, toti Eccleſiaſtico ordini immane hujus Principis odium peperere. Hoc rumore excitatus *Wicleffus* ad Principem odio æſtuantem acceſſit, eique vindictam molienti operam ſuam exhibuit. Pergratum *Lanchaſtrio* fuit talem pro explenda ira adinveniſſe miniſtrum; cui ſtatim rem impavide totoque conatu aggredi juſſit, pollicitus ſe ei in omnibus, etiam apud Regem, ſi opus eſſet, nunquam defuturum, dummodo in Epiſcopos, univerſumque Clerum ſtylum acueret. Igitur *Wicleffus* favore & promiſſis Lanchaſtrii animatus, opu-

Cum Duce Lanchaſtrio fœdus init.

(*a*) Præter laudatum Harpsfeldium, hanc rebellandi occaſionem in *Wicleffo* advertit *Thomas Waldenſis* To. 1. lib. 2. cap. 60. Ita (inquiens) creditur *Wicleffum* feciſſe, quia, ut dixit Robertus Sariſberienſis Epiſcopus in magna Synodo Cantuarienſis Cleri, *Wigornienſem* Epiſcopatum non aſſecutus fuerat, quem optavit. Et lib. 4. cap. 33. Indubia (inquit) inter ſapientes fama volavit de *Wicleffo*, quod ſcilicet dolore amiſſi Epiſcopatus in *Wigornienſi* Eccleſia, ad quam ſuſpiravit incaute, hæreſim ſuam ſuſcitavit contra dotationem Cleri, & omnem Eccleſiæ dignitatem.

(*b*) Clemens VI. tunc temporis per Bullam decreverat, ut duo millia Marcharum a Cantuarien. & Eboracenſi Diœceſibus annuatim ſolverentur in cujuſdam Cardinalis ſubſidium, qui redditnum inopia iis carebat, quas ſui gradus neceſſitas poſtulabat. Sed Rex *Eduardus* ſe ſe oppoſuerat, reſciſſaque Bulla, juſſam pecuniam ne ſolverent, Cantuarien. ac Eboracen. Archiepiſcopis graviter inhibuerat.

(*c*) Ipſi etiam (inquit Natalis Alexand. hiſt. Eccleſ. ſæc. XIV. art. XXII.) authoritatem conciliavit quædam vitæ ſeverioris ſpecies. Nudis enim pedibus Wicleviſtæ incedebant, veſtiti pannis vilibus, ut per vitam pœnalem facilius incautos traherent ad ſectam ſuam, teſte Walſingamo ad an. 1376.

(*d*) Extat MS. Cantabrigiæ in publica Biblioth. cum hoc titulo, *Speculum Eduardi tertii*, ut refert *Pitſaus* de *Scriptorib. illuſtrib.* Angliæ, pag. 498.

(*e*) Hæc omnia mirifice refellit Waldenſis infra To. 1. lib. 2. cap. 68. & 69.

(*f*) De initio Wicleffianæ hæreſis in plures abiere ſententias hiſtorici atque Chronologi. *Genebrardus* eam prodiiſſe dicit an. 1358. *Prateolus* in *Elencho hæreſum*, an. 1352. alii an. 1380. Sed veroſimilius exiſtimo quod Wicleffus palam hæreſiarcham non induit ante an. 1365. nec poſt annum 1366. Non quidem ante an. 1365. quia eo anno Simon Iſlepus Archiep. Cantuarien. Wicleffum inſtituit præfectum Collegii Cantuarien. per literas ſuas, quas exhibet *Antonius a Wood* in hiſt. Univerſit. Oxonien. Non vero ante annum 1366. quia illo anno laudatus Archiepiſcopus poſt Editum contra Wicleffi errores *Speculum Eduardi* III. migravit e vita.

opuſcula quædam contra Epiſcoporum jura, ac ſpiritualem eorum poteſtatem evulgavit, quæ Oxonii & Londini per manus omnium evolantia, legentium animos ad Eccleſiæ majeſtatem in ſuis Præſulibus proterendam graviter impellebant. Ingemuit *Simon Islepus* Archiepiſcopus *Cantuarienſis*, ſcienſque *Lanchaſtrium* tanto incendio eſcam ſuppoſuiſſe, illico *Eduardum* Regem, rem totam exponendo, certiorem reddidit, ſerio admonens, ne *Wicleffi* fautoribus indulgentes aures præberet: alioquin avitam Religionem brevi in toto regno peſſum iri prævidebat. At Rex *Eduardus* re diſſimulata, aulicis verbis quam cito ſe expediens, omni prorſus ſpe deſtitutum Archiepiſcopum dimiſit. Supra dolorem ſuum ſibi tunc addi ſenſit optimus Præſul: & ut præſentiſſimo malo, quantum fas erat, occurreret, Wicleffi opuſcula tamquam hæreſibus ſcatentia, ne impoſterum legerentur graviter interdixit. Quæ quidem prohibitio non parum cohibuit hæretici audaciam: quoad enim vixit tantus Præſul, ab evulgandis aliis libellis abſtinuit, quamquam a docendis tam domi, quam in publicis exædris erroribus haud unquam animum remiſerit.

Ejus libri prohibentur.

5. Poſt Islepi mortem, quæ anno MCCCLXVI. contigit, alii ſurrexerunt Epiſcopi, qui dolentes quod Univerſitas *Oxonienſis* adeo foret Wicleviſtica factione polluta, ad eam expurgandam totis viribus intenderunt. Inter iſtos præcipue inſudavit *Simon Langhamius Elyenſis* Epiſcopus, qui ex illa Sede in *Cantuarienſem Islepo* ſucceſſerat. Is convocato apud *Lambithum* Concilio *, ibi perpenſis accurateque diſcuſſis variis propoſitionibus, earum triginta hæreſim redolentes, quæve in dicta Univerſitate adſtrui præcipue ac publice defendi vulgo dicebatur, damnavit, ipſaſque impoſterum tenentes, palam vel privatim docentes anathemate ſubjecit. Ac tandem dimiſſo Concilio, damnationis decretum (*a*) Oxonium tranſmiſit Univerſitatis Cancellario, quamprimum publicandum. Abſens tunc *Lanchaſtrius* erat, in Hiſpania bellicis negotiis (*b*) detentus; idcirco Wicleffus metuens, ne ſuo abſente Patrono, aliquid in ſe ipſum veluti præcipuum talium errorum authorem aliquid ageretur, aliquando ſiluit: quod idem ejus factioni addicti pariter facientes, validæ illæ contentiones, quibus in propugnandis dictis erroribus illa Univerſitas torquebatur, ſenſim conticuere. Videbatur igitur *Lambethanum* Concilium Anglicanæ Eccleſiæ plurimum contuliſſe: ſed non longe poſt reverſo in Angliam *Lanchaſtrio*, omnia in pejus dilabi viſa ſunt. Quippe *Wicleffus* reſumpta audacia, veluti de lethali accepto vulnere vindictam & ruinam ſpirans, nullum deinceps modum in malignando ſervavit. Toto ſiquidem impetu ad convellenda ſundamentalia Eccleſiæ dogmata ſe convertit, tum publice e ſuggeſtu detonans, tum novis in dies libellis excurrens. Contra omnia ſacramenta impudenti ac impio ſtylo ſcripſit: omnia Eccleſiæ jura contempſit, omnem Jerarchiam ſuſtulit. Et ne impoſterum Prælatorum authoritate compeſceretur, id effecit ut *Lanchaſtrius*, interpoſita *Alicia* pulcherrima fœmina, pro qua Rex impotenti amore languebat, ab ipſo Rege impetraret, ut Epiſcopi a Regni ſecretioribus conſiliis, publiciſque rebus gerendis omnino amoverentur. Rex igitur Aliciæ illecebris facile victus, indictis apud *Weſt-monaſterium* Comitiis * juſſit ut præcipua munia, nempe *Cancellarii*, *Theſaurarii*, & Clerici *de parvo ſigillo*, abrogatis Epiſcopis, Laicis conferrentur. Diſplicuit Wicleffo, quod nihil in his Comitiis contra Romanum Pontificem actum fuiſſet, quod maxime percupiverat, & *Lanchaſtrio* inſinuaverat. Id tandem obtinuit in ſequentibus Comitiis anni MCCCLXXIII. in quibus ſtatutum eſt, ne Pontifex in diſpenſatione Eccleſiarum Anglicanarum poteſtatis quidquam haberet, aut exerceret: ne proviſionem, ſeu diſpoſitionem beneficiorum Eccleſiaſticorum in Anglia vacantium ſibi uſurparet, ſeu reſervaret: ne a ſuffragiis Capitularium electos Epiſcopos in aſſequenda dignitate impediret: ne Metropolitanis jus confirmandi electos Epiſcopos violaret, aut iſtud ſibi tribueret (*c*). Hinc omne frœnum abjiciens Wicleffus, huc illucque concionando diſcurrens, duorum annorum ſpatio totam *Leiceſtriam*, partemque *Lincolniæ* hæreſeos toxico infecit: quod late exinde ſerpens univerſo jam regno minabatur exitium. Et nihilominus fuit hactenus Wicleffi impunita temeritas, hactenus pro ipſo Regis conniventia, Procerum favor, Univerſitatis quoque Oxonienſis muta ſapientia, otioſa authoritas, facilis immo credulitas. Quid igitur ſperandum ſupererat, ſi quod remedium afferretur, jam per tot annos invaleſcente morbo, ac prævalente? Equidem dum catholici ac Wicleviſtæ adverſis ſcriptis ac jurgioſis certaminibus ſe ſe invicem inſectarentur, novem ſupra decem Concluſiones, quas inter cæteras *Wicleffus* ejuſque ſocii publice dogmatizabant, Romam ad Apoſtolicam Sedem tranſmiſſæ pervenerant, quas Gregorius XI. qui tunc ſupremo Eccleſiæ regimini præerat, doctiſſimorum virorum examini commiſit, qui omnes ut hæreticas reprobarunt. Hinc Summus Pontifex probato Cenſorum judicio tres ſcripſit Epiſtolas eodem die ſignatas, nempe XI. KAL. Junii, ſeptimo ſui Pontificatus anno *, ad *Simonem Suthbery* Archiep. Cantuarien. ad *Willelmum* Epiſcopum Londinenſem, eis injungens ut Wicleffum, ſi capi non poſſet, citarent ad comparendum, & ut Regi, Regnique Principibus ac Proceribus ſtudeant oſtendere, *quanta verecundia devoto regno Angliæ oriatur exinde; & quod non ſolum ſunt ipſæ concluſiones erroneæ in fide; ſed ſi bene advertatur, innuunt omnem deſtruere politiam &c.* Scripſit etiam ad *Oxonienſem Academiam*. Sed videbimus infra quid tam grandi malo ſera hæc medicina contulerit. Eo ipſo anno * quo prælaudatæ *Gregorii* literæ ſignatæ fuerunt & ad Angliam directæ, diem extremum obiit *Eduardus* Rex hujus nominis tertius Kalendis Julii, & *Richardi* ſecundi ſucceſſoris, in puerili adhuc ætate conſtituti, Ducem *Lanchaſtriæ* tutorem ex teſtamento

*an. 1368. Triginta Wicleffi errores a Concilio Lambethano proſcripti.

a

b

Wicleffus Fidei dogmata palam negat.

A regni muniis Epiſcopos amovere facit.

*anno 1371.

Summi Pontificis authoritatem in Anglia minuit.

c

Suas hæreſes late diſſeminat.

Novendecim Wicleffi aſſerta Romæ damnantur.

*an. Chriſti 1377.

Labbeus To. XI. *Concil. pag.* 2041.

*1377. Moritur Eduardus Rex.

Thom. Wald. Tom. I. d reli-

(*a*) Extat apud *Labbeum* To. IX. Concil. pag. 2034.

(*b*) Auxilium allaturus Petro Caſtellæ Regi, quem Henricus ejus frater e ſolio deturbare conabatur.

(*c*) Eduardum laudat non ſolum ob hæc ſtatuta in Romanum Pontificem; ſed etiam ob ſancti Petri *Denarium* abrogatum *Philippus Mornæus* Wicleffi ſectator & Calviniſta in ſuo *Myſterio iniquitatis*, teſtem ſalſo producens *Polydorum Virgilium*. At nunquam abrogatum fuiſſe *Denarium* hunc ab *Eduardo*, cuilibet patere poteſt legenti ſanctiones ab eodem contra Papam, & libertatem Eccleſiaſticam decretas, ubi nihil de *Denario* habetur. Scriptores quoque qui Anglorum geſta ſub eodem Rege literis conſignarunt de abolito Divi Petri Denario nec verbum faciunt. *Polydorus Virgilius* lib. 4. hiſt. Angl. de inſtitutione hujus vectigalis loquens anno Chriſti 740. refert, adhuc ſuo tempore perſolutum, nec de ejus abrogatione quidquam unquam exprimit. Unde purum putumque *Mornæi* dormitantis mendacium eſt credendum. *Denarius* autem *Sancti Petri* vulgo *Romeſcot*, *Romepeny Romeſcoh*, *Arthpeny*, erat quoddam Vectigal, quod in obſequium ſancti Petri quotannis Summo Pontifici catholica Anglia perſolvebat. An illud ab *Ina* Weſtſaxonum, ſæculo VI. aut ab *Offa* Merciorum Rege ſæculo octavo jam labente fuerit primitus inſtitutum, nec propoſiti nec otii noſtri eſt perſcrutari.

reliquit. Nihil ergo amplius timendum Wicleffo & aſſeclis viſum eſt, poſtquam Patroni ſui *Lanchaſtrii* adeo excreverat poteſtas.

Hiſt. Anglica in Richardo II.

6. Idcirco audaciores facti quos habebat in *Oxonienſi* Academia fautores, *diu* (inquit *Thomas Walſingam*) *in pendulo hærebant, utrum Papalem Bullam deberent cum honore recipere, vel omnino cum dedecore refutare*. Prævaluit nihilominus catholicorum obedientia: nam per *Willelmum de Berton* Univerſitatis Cancellarium, quorumdam errorum *Wicleffi* contra Sacramentum Euchariſtiæ damnationem publico decreto evulgavit: ex quo animum reſumentes catholici alii, nonnullos Wicleffi codices ac libellos publice comburi effecerunt, quod Wiclevistis exprobrat Waldenſis ipſe. Aliunde vero *Simon Subdhery* Cantuariæ Archiepiſcopus hæreticum præfixo termino ad comparendum coram ſe *Londini* citavit. Adſuit quidem hæreticus: ſed *Lanchaſtrio* Duce, & *Percejo* Magno Regni Mareſchallo ipſi faventibus; & Epiſcopo Londinenſi, qui hominem reum ante Judicem judicialiter conſtitutum ſedere in Præſulum conſeſſu non patiebatur, minas intentantibus; populo pro Epiſcopo ſtante, id unum eo in tumultu actum eſt, ut Wicleffo ſilentium indiceretur. Promiſit ſilentium verſipellis homo, ſed *Oxonium* perventus ſtatim fregit, palam & ubique jactans, ſe Londini fuiſſe, omnia ſibi ab adverſariis impoſita facili negotio diluiſſe, ſuorumque dogmatum veritatem tam valide defendiſſe, ut nemo prorſus contra vel quidquam exequi vel agere fuerit auſus. Hac intolerabili contumacia offenſus Archiepiſcopus *Wicleffum* iterum citari juſſit, diemque dixit, ut Oxonii coram ipſo iterum compareret: deinde Epiſcopis Londinenſi, Lincolnienſi, Nordovvicenſi, Wigornienſi, Sariſberienſi, Herefordienſi, & Londinenſi per nuntios ſignificavit, ut *Oxonium* (*a*) de Wicleffi hæreſibus tractaturi quamprimum convenirent. Qui ſtatim ac *Oxonium* pervenere *, *Wicleffus* jam antea citatus coram ipſis comparuit, humilem præſeferens animum, & Eccleſiæ obedientem: contra cujus fidem ſi quid ſibi excidiſſet, id ſe revocare profitebatur; immo quaſdam ejus retractationes (*b*) refert *Thomas Walſingamus* ad an. MCCCLXXVI. Quamobrem, & ob fautorum etiam ſuorum authoritatem ac potentiam impune dimiſſus eſt, indicto iterum ſilentio. Interim *Oxonienſis* ipſe Conventus ſerio *Wicleffi* ſcripta perſcrutari cœpit: ſed cum ſtatim de Schiſmate, quod contra Urbanum VI. nuper in Romanum Pontificem electum conflatum fuerat, rumor in Angliam perveniſſet, Epiſcopi relicto *Oxonio* ad proprias Sedes e veſtigio convolarunt, ne populi novarum rerum cupidi ad pſeudo-Pontificis partes traherentur. Sic itaque interrupto Concilio, nulla *Wicleffus* in ſe vel in ſuis libellis damnatione percuſſus, hac etiam vice ex judicio evaſit: quod in cauſa fuit, ut audaciore conatu pro ſtabilienda hæreſi in pejora prorumperet. Accidit interea, ut ſæpe laudatus *Simon Subdhurienſis* Cantuarienſis Archiepiſcopus excitata a Wicleffiſtis ſeditione trucidaretur, ut inferius dicetur. Huic in Archiepiſcopatu ſuffectus eſt *Guillelmus Courtenejus*, qui prædeceſſoris veſtigiis ſedulo inſiſtens Synodum *Londini* in ædibus Fratrum Prædicatorum ad Wicleffi confligendam profligandamque hæreſim celebravit *. Decem cum Primate Epiſcopi, & omnium Ordinum Theologi ac juris Canonici Doctores adfuerunt: quibus Wicleffianarum vigintiquatuor propoſitionum examen commiſſum eſt, eorumque audita cenſura, declaravit Synodus dictarum Concluſionum aliquas eſſe *hæreticas*, aliquas *erroneas* & *determinationi Eccleſiæ contrarias*. His acceſſit, quod *Lanchaſtrius* Dux multis eruditus calamitatibus, & multa ab ipſis Wiclevistis paſſus, a favendo *Wicleffo* ſe ſe abſtinuerat. Quare hæreticus capi metuens, per biennium delituit: ac tandem ad ſuam Eccleſiam Lutervvorthi non ſine trepidatione redux, cum inteſtinam rabiem & odium in Romanam Eccleſiam diu cohibere haud valuiſſet, publicato prius ſuo in Patriam reditu, die divo Thomæ Archiepiſcopo Cantuarien. ſacro ſuggeſtum magna populi frequentia conſcendit, ſuaſque hæreſes & blaſphemias pro more effundere paratus, juſto Dei judicio ſubita paralyſi raptus, ore ad horrorem diſtorto, linguaque ultra modum incraſceſſente, quæ amplius loqui non valuit, ultimo anni die extremum vitæ ſpiritum exhalavit *. Corpus in ipſa Eccleſia, cujus Rector erat, fuit ſepultum, donec anno MCCCXXVIII. & ab ipſius morte XLIV. Conſtantienſis Concilii decreto exhumatum, combuſtum fuit (*c*), projectis in flumen cineribus.

Oxonienſis Academia Wicleffi hæreſes damnat.

To. 2. Doctr. 6. n. 3.

Wicleffus citatur ad comparendum, & ſilentium illi indicitur.

Silentium frangit.

Iterum citatur, & impunis dimittitur.

* *an. 1378.*

Eccleſiæ ſchiſma contra Urbanum VI.

Archiepiſcopus Cantuarien. ab hæreticis trucidatur.

* *an. 1382. 17. Maji.*

Concilium Londinen. adverſus Wicleffum.

Lanchaſtrius deficit a Wicleffo.

**an. 1384. ſeu ut aliis videtur an. 1387.*

II.

De Wicleffi Secta.

7. PLures homines poſt virum hunc nequam abierunt, præſertim ex quo *Lanchaſtrius* ob *Richardi* Regis tutelam in Regno præpotens, factioni animum, vires, ac ſtimulos præbuit. Tunc Secta *Wiclevistica* nomen ſumpſit *, quæ etiam *Lollardica* appellata eſt, ſicuti ſectatores *Lollardi*. *Wiclevistica* quidem ab authore ſuo *Wicleffo*, ſicuti *Ariana* ab *Ario*, *Pelagiana* a *Pelagio &c.* *Lollardica* vero a *lolio* falſi dogmatis, quod in agro Domini ſuperſeminare hæretici illi non verebantur. Ob id enim vulgares anglica voce *Lolard* (quod eſt latine *ſeminator Lolii*) Wiclevistas appellabant, quod ſæpe illud Evangelicum improperari illis audirent, *Inimici homines in agro Domini lolium ſeminantes:* unde ab ipſo *Thoma Waldenſi* appellatur Wicleffus, *Impius Sator Lolii*.

Quando erupit Wicleffi ſecta.

* *an. 1378.*

Quare Lollardi dicti ſint Wiclevistæ.

To. 3. cap. 86.

8. Primi qui *Wicleffo* dextras dederunt præter ſæpe dictum *Lanchaſtrium*, plerique numerantur *Oxonienſis* Academiæ Doctores: *Willelmus* nempe ipſius *Wicleffi* præceptor (*d*), qui ſummæ ſibi glo-

Primi ſequaces Wicleffi.

(*a*) Conventum iſtum non *Oxonii*, ſed *Lambethi* celebratum narrat *Nicolaus Harpſfeldius* in hiſt. Eccleſ. Anglic. cap. 5. pag. 684. & poſt eum Natalis Alexand. citatus. Sed præſtantior videtur authoritas *Henrici Knygton* ſcriptoris coævi, qui non *Lambethi*, ſed *Oxonii* indictum fuiſſe ſcribit.

(*b*) Retractavit in *Oxonienſi* Conventu *Wicleffus* quod ſcripſerat, nempe, quod ſæculares domini licite poſſint auferre bona Eccleſiæ quandoque, & quomodocumque voluerint: quod Summus Pontifex & alii Prælati Eccleſiæ non habeant poteſtatem ligandi & ſolvendi, vel Sacramenta qualibet miniſtrandi.

(*c*) Conſtantienſis Synodus ſeſſ. VIII. Wicleffi oſſa exhumari dumtaxat, non item comburi præcepit. Sed *Lincolnienſis* Epiſcopi zelus ultra exhumationem reliqua etiam catholicis permiſit. Factum teſtatur Waldenſis noſter Tomo 3. cap. 137.

(*d*) Quis nam fuerit *Willelmus* iſte Wicleffi præceptor, nec apud Waldenſem, nec apud præcipuos Anglicarum rerum Scriptores invenio, cum plures fuerint ea ætate in Oxonienſi Lycæo Willelmi. Facile tamen ego crederem fuiſſe *Willelmum Hayes*, vel *Huet*, Latine *Hueſius*, qui anno 1348. Oxonii turbas excitavit, ac teterrimas ſimultates inter Magiſtros Oxonienſes ob violentam Cancellarii electionem: de quibus *Antonius a Wood*, qui de iſto Willelmo Hueſio notat, quod Sacerdotes miſſas celebrantes pro defunctis ejiciebat de templo. Vide illum pag. 371.

gloriæ ducens talem ſe habuiſſe diſcipulum, impia ipſius deliria fovebat: *Joannes Aſwarby* Preſbyter, & in Academiæ templo vicarius; *Joannes Ayſton* Presbyter; *Philippus Repington* (*a*) Canonicor. Lateranen. Abbas; & *Petrus Patheſhull* Auguſtinianus; quorum inopinata, tamque aperta ad *Wicleffi* partes defectio, innumeros alios incitavit ad viam perditionis terendam. Illis itaque ſe adjunxerunt *Joannes Ballæus* Presbyter, (qui cum verbum Dei inſipienter prædicaret, *lolium cum tritico immiſcendo*, captus & judicatus, in oppido *Maidſton* nuncupato, perpetuo fuit carceri damnatus) *Nicolaus Herefordius*, *Villelmus Swinderby*, *Joannes Purvey* (*b*), *Richardus Wayteſtathe* Presbyteri; *Willelmus Smyth* homo laicus, & plures Barones, Comites, virique militares validiſſimi, ut *Thomas Latymer*, *Joannes Truſſell*, *Ludovicus Clifford*, *Joannes Pecche*, *Richardus Storii*, & *Reginaldus de Hylton*, qui Wicleviſticas hæreſes per totam Provinciam vi & armis defendebant, promovebantque. „ Cum enim (inquit coævus ſcriptor *Knygton*) aliquis pſeu„ doprædicator ad partes alicujus iſtorum militum ſe diverteret prædicationis cauſa, incontinen„ ti cum omni promptitudine populum Patriæ convocare, & ad certum locum vel Eccleſiam „ cum ingenti ſollicitudine congregare ſatagebat ad audiendum voces eorum, licet invitum; re„ ſiſtere tamen vel contradicere non audentem, ac ſi cum Propheta clamaret ac diceret: *Si* „ *eum audire nolueritis, & me ad iracundiam provocaveritis, gladius devorabit vos*. Nam aſſiſte„ re ſolent juxta ſic inepte prædicantes gladio & pelta ſtipati ad eorum defenſionem, ne quis „ contra eorum doctrinam blaſphemam aliquid tentare vel contradicere quandoque valeat. „

a

Henricus Knygton lib. 5. de ventibus Angliæ.

b

Vi trahuntur catholici ad audiendos hæreticos.

9. Iſtis præſidiis ſecuriores facti hujus ſectæ ſequaces, quælibet etiam graviſſima facinora animoſe intentabant. Et ne omnia prætermittam, cædem dumtaxat Archiepiſcopi Cantuarienſis * hic narrandam aſſumo. *Richardus* Rex, ut diuturnis bellis per Eduardum factis exhauſto ærario ſuccurreret, convocatis apud *Weſtmonaſterium* Comitiis, tributum a viris & fœminis capitatim ſolvendum imperavit anno MCCCLXXX. Quæſtores ad id delecti, cum in eo exigendo effrœni licentia, & ſeveritate uterentur, adeo populum vexarunt, ut permulti de vindicta machinarentur. Tandem unus cæteris audacior, cui nomen *Thomas Baker*, arma primus arripuit, aliiſque ſibi ſociatis per vicinos pagos hinc inde excurrens, ruſticam illam gentem ita ad ſeditionem contra immanes quæſtores inflammavit, ut brevi, aucta multitudine, metum ubique ac terrorem incuſſerit. Hinc ruſticanis armis inſtructi in aciem furioſiſſime prodeunt, obvia quæque depopulantes, Magnatum palatia, Nobiliumque domos diripiunt, & incendunt. Ad quoddam oppidum *Maidſton* vulgo vocatum perventi, effractis carceribus facinoroſos quoſque emittunt, inter quos *Joannes* erat *Ballæus* de quo num. præcedenti jam dixi, hujus poſtea ſeditionis perpetuus fomes: magna etenim qua pollebat in dicendo vehementia, efferatam illam Ruſticorum turbam, quocumque vellet perducebat. *Ballæus* igitur libertate donatus, concitatam plebem accendere impenſius adlaboravit, præſertim in Archiepiſcopi Cantuarien. odium, qui eum ob improbatam doctrinam perpetuo carcere incluſerat. Suis namque concionibus ea potiſſimum quæ populo plauſibilia, Archiepiſcopo vero cæteriſque Præſulibus pernicioſiora viderentur vehementiſſime exaggerabat: *Decimas non dandas, niſi qui reciperet tenuiori eſſet fortuna, & pauperior dante; immo niſi cui daretur magis inculpatæ vitæ foret: ſervos corrigere delinquentes dominos &c.* Hæc & ſimilia ab *Wicleffo* ebibita eructans, ſic credulam illam hominum fœcem dementavit, ut unanimi furore conclamatum fuerit *Cantuarienſem* Præſulem, tamquam Patriæ proditorem morte plectendum, *Ballæum* uti publicæ libertatis aſſertorem Archiepiſcopalibus inſulis decorandum. Itaque omnes die XIII. Junii ejuſdem anni *, in qua Chriſti corporis feſtum recurrebat, *Walthero Tyler* ductore, *Londinum* irruunt, Duciſque *Lanchaſtriæ* ornatiſſimis ædibus igne conſumptis, aliorumque Procerum domos depopulati, cædibus, rapinis, patrioque ſanguine nobiliſſimam urbem fœdaverunt. Et quidem juſtiſſimo Dei judicio harum calamitatum impetum *Lanchaſtrium* experiri oportebat, quippe *Wicleffum*, ejuſque ſequaces potenti patrocinio ſemper, nimiumque foverat. Poſtera die, cum Archiepiſcopum, quem impellente *Ballæo* ubique perquiſierant, in turri Londinenſi receptum animadvertiſſent, ſubito impetu fugatis cuſtodibus ipſa potiti, capiunt, magniſque clamoribus proditorem Patriæ, ac Reipublicæ expilatorem objurgantes, ad quemdam monticulum vulgo *Tourhel* barbare rapiunt, ubi accerſito carnifice, ſine mora obtruncandum una voce jubent. Ad hæc Archiepiſcopus in genua demiſſus, brevi oratione peracta, cervicem gladio exhibuit, & lethalem ictum accepit. Venerandum caput haſtæ impoſitum Ponti Londinenſi affixerunt, ejuſque corpus duos poſt dies, quibus ſub dio jacuerat, ſui Inſtituti monachi ſancti Benedicti tumularunt.

* *Simonis Sutbery.*

Seditio a Wicleviſtis concitata contra Archiep. Cantuarien.

Joannes Ballæus ſeditionis fomes.

* 1380.

Lanchaſtrius punitur.

Archiepiſcopus capite obtruncatur

10. Non diu viguit ſeditio: quia Regiis copiis paulo poſt confuſa diſperſa atque fugata progenies illa, *Ballæus* ipſe captus, mortis laqueo pro Archiepiſcopatu donatus eſt. Viguit tamen Wicleviſtica factio, præſertim in Regali Londinenſi urbe, in qua ſenſim propagabatur. Nec mirum: nam a ſectæ promotoribus duo maxime adhibebantur incitamenta, quibus ad avaritiam vel ad libidinem proni magna facilitate alliciebantur, aurum ſcilicet, & improba venus. De auro loquitur *Waldenſis* tom. I. lib. II. cap. LXXII. & lib. IV. cap. XXIII. De venerea autem libidine quam ſuis iniquiſſime indulgebant, pudet dicere. „ Sed ubi (inquit laudatus „ *Waldenſis*) agunt ipſi cœtus, & quo conveniunt? Nonne in domo? Immo; ſed non in do„ mo Patris, quia fecerunt illam ſpeluncam inſtar latronum gentilium, qui nocte pluſ„ quam die conveniunt. In angulis Civitatum, ubi (ut ferunt qui ab ipſorum pravitate, ut „ quædam fœminæ honeſtæ, diffugiunt) turpis & cœca fit ſexus commixtio ſub extincta lucer„ na; & a præceptore ſuo diſcunt in tenebris & verba tenebrarum & opera. „ En ſordida eſca, qua plurimi capti, Lollardicæ ſectæ nomen dabant. Factumque eſt, ut ejuſmodi inſtitutis initiati, ne a deguſtatis voluptatibus deturbarentur, firmata *Londini* conſpiratione, ſchediſque ad Eccleſiarum valvas affixis, vindictas minitati ſint & cædes, ſi quid Londini contra ipſorum libertatem fieri auderetur. Quibus a *Roberto* ejuſdem urbis Epiſcopo intellectis, ab ipſis inſe-

Profligantur ſeditioſi, & jugulatur Ballæus.

Auro & libidine creſcit ſecta.

Tom. 3. cap. 142.

Lollardi nocturnos & turpes faciunt conventus.

Minas in Epiſcopum publicant.

(*a*) *Philippus* iſte *Defenſorium* pro *Wicleffi* Doctrina evulgavit, & continuis diſputationibus, publiciſque concionibus rem catholicam peſſundare nitebatur. Sed poſtea ad veram fidem reverſus, factus eſt Abbas Leiceſtrenſis, deinde Epiſcopus Lincolnienſis, ac demum a *Gregorio XII.* ſacra purpura donatus.

(*b*) Eum *Waldenſis*, ut Wicleviſtarum pugilem quandoque memorat Tom. 3.

ſtandis pro temporis neceſſitate ſuperſedendum cenſuit, ne forte ſeverioribus perquiſitionibus irritati in apertas ſeditiones iterum raperentur. Quamobrem vi Eccleſiaſticæ poteſtatis quodammodo tepefacta, omnia ab hæreticis, nullo cohibente, pro arbitrio agebantur.

11. Ulterius proceſſit Sectariorum temeritas ex quo Epiſcopi, immo & *Richardi* Regis metum animadverterunt. In Comitiis etenim, quæ anno MCCCXCI. celebrata fuere, auſi ſunt libellum ſupplicem porrigere, enixe poſtulantes, ut, Senatus decreto, Romano Pontifici, aliiſque Epiſcopis jure Eccleſiaſticæ poteſtatis haud amplius quidquam in ipſos agere liceret. Quid putas benigne Lector, quid judicas? Plurimorum Nobilium Lollardorum favore, & *Lanchaſtrii* potentiſſima factione, perpetuo illius ampliſſimi Senatus dedecore ſancitum fuit: „ quod nulli mortalium deinceps liceret pro quavis cauſa agere apud Romanum Pontificem, ut quiſpiam in Anglia, ejus authoritate impius, Religioniſque hoſtis publice declararetur, hoc eſt, excommunicaretur, quemadmodum vulgo dicitur, neve exequi tale mandatum, ſi quod ab illo haberet. „ Pœna vero iis conſtituta eſt, qui legem violarent, ut amiſſis omnibus bonis, vitam in carcere finirent. Sic victores, immo & pene dominatores facti *Wicleviſtæ*, catholicos irridebant, & fere de exterminata penitus in Anglia Religione ſibi gratulabantur.

Decretum Senatus contra poteſtatem Rom. Pontificis.

Joannes Purvey turbas movet.

12. Advenit *Londinum Joannes Purvey*, dictus *Gloſſator & Interpres Wicleffi*, quippe Wicleffi ad mortem uſque perpetuus Achates, ſecretiora Magiſtri ebiberat; & nunc conſtitutus Londinenſium *Lollardorum* ſignifer, incredibile eſt quot in catholicam Religionem perpetraverit mala. Librum evulgavit, cui titulus: *De compendiis ſcripturarum Paternarum, doctrinarum & Canonum*, in quo aſtruebatur, homines qualiſcumque conditionis, dummodo ſacro baptiſmate inſignitos, eſſe Sacerdotes: Fœminas vero, legis Evangelicæ vi, poteſtatem habere verbum Dei prædicandi, omnia Sacramenta conficiendi atque adminiſtrandi, uno verbo, veras eſſe Sacerdotiſſas (*a*). His auditis, tum mulierculæ, tum puellæ quamplurimæ ſpiritu fanatico ductæ, Scripturas tractare cœperunt, populumque e ſuggeſtu docere ubique videbantur: eoque impudentiæ devenerunt, ut nulla verecundia, nullo virorum imperio territæ, hanc concionandi libertatem Parlamenti decreto ſibi firmari inaudito auſu pertentarint, ut ipſe narrat *Waldenſis* *. Id ipſis concedi poſtulabat in ſingulis Comitiis Lollardorum factio: ſed reſiſtentibus catholicis, nihil hac de re pro vel contra ſancitum fuit. Iſta tamen talis qualis conniventia in cauſa fuit ut majori confidentia novi iſti *Pepuziani* haud contenti ſuas *Priſcillas* & *Quintillas* concionatrices inſtituiſſe, Miſſas quoque celebrare ipſis permiſerint: qua de re *Waldenſis* * Wicleffum redarguit. Porro ad commodum fœminarum, quæ metu Majorum, vel generis nobilitate, pudore vetante *Wicleviſticos* cœtus adire prohibebantur; ut in propriis domibus & cubiculis Miſſas celebrare poſſent, de conſilio ſuorum gratioſe indulſit; hac tamen lege, ne ad Catholicorum templa amplius accederent. Interim non ceſſabant Sectariorum pugiles multis contra poteſtatem & dotem Eccleſiaſticam libellis mentem catholicorum pulſare, ac turbas excitare concionibus: & quia Epiſcopus *Londinenſis* tandem Paſtorali cura in illos animadvertens, *Willelmum Thorpe* præcipuum populi concitatorem in carcerem trudi fecit; eum tamen poſt paucos dies tumultuantis plebis metu libertati reddere coactus fuit.

Fœminæ Lollardorum prædicant & ſacra celebrant.

* To. 1. cap. 73. lib. 2. & cap. 70

* Tom. 1. lib. 2. cap. 12. & To. 3. cap. 28.

Knygton de Eventib. Angl. lib. 5. ad an. 1353.

13. Nil amplius *Lollardis* ſupererat quam thronum Britannicum occupare, & de victa in Anglia catholica religione triumphum canere. At dum tam proſperis ſucceſſibus illi ſuperbiebant, repente immutata eſt rerum facies, adeo ut firmari catholicos, & deficere *Lollardos* neceſſe fuerit. Siquidem anno MCCCXCVI. defuncto *Courteneyo* ſuffectus eſt *Thomas Arundellius*, qui eodem anno ſynodum habuit Londini, in qua damnavit decemetocto articulos ex Wicleffi *Trialogo* excerptos; omneſque illius doctrinæ aſſertores anathematizavit; nil metuens de Sectariorum furore; immo paratus illos quocumque ſuæ vitæ diſcrimine ab orbe delere. Non longo ab hinc intervallo, anno ſcilicet MCCCXCVIII. fatis conceſſerunt Dux *Lanchaſtriæ*, & Dux *Glóceſtriæ* potentiores & præcipui *Lollardorum* Patroni: & ſequenti anno MCCCXCIX. *Richardo* in Angliæ ſolio ſucceſſit *Henricus IV. Lanchaſtrii* filius, qui Regiam poteſtatem ad extirpandam hæreſim ſtatim adhibuit. Unde Lollardorum factio ſub hoc Rege, ſpatio ſcilicet annorum tredecim, quibus regnavit, diſperſa penituſque proſtrata jacuit; maxime poſtquam *Henricus* nonnullos ſupplicio affecit tamquam læſæ Majeſtatis reos, eo quod rebellionibus aſſueti maledicas ſchedulas clam per frequentiora urbis compita affixerant: & poſtquam *Thomas Arundellius* inſuſurrante fama quod *Wicleffi* lolium *Oxonii* repullularet, ibidem anno MCCCCVIII. coacta ſynodo iterum aſſerta Wicleffi damnavit; & Sectarios anathemate percuſſos, ſi pertinaces exiſterent, ſeverioribus pœnis mulctandos ſancivit. Propterea *Lollardi* res ſuas in pejus ire videntes, ac quotidie aliquem ex ſociis carcere, ſecuri, aliiſque pœnis ſeveriſſime puniri, voluntario exilio nonnulli Patriam deſerebant, alii in abditioribus regni locis ſe occultantes, propriæ incolumitati conſulebant. Eamdem viam tenuit *Hieronymus Pragenſis*, famoſus poſtea Huſſitarum coryphæus, qui eo tempore ſtudiorum cauſa in Anglia morabatur, ſub diſciplina *Petri Payne* Wicleviſtæ, a quo hæreſim hauſerat. Quamvis autem *Pragenſis* iſte novam religionem caute ſatiſque occulte profiteretur, nihilominus pœnarum metu in Bohemiam remigravit. Hic primus fuit, qui Wicleffi *Trialogum* in Pragenſem Academiam intulit (*b*), cujus veneno, propinante *Joanne Huſſio*, contaminata, totum poſtea Bohemiæ regnum infecit.

Alia Londini ſynodus contra errores Wicleffi.

Dux Lanchaſtriæ moritur.

Henricus IV. Angliæ Rex Lollardis infenſus.

Oxonienſis altera ſynodus contra aſſerta Wicleffi.

Lollardi fugiunt & ſe occultant.

14. Deportata ergo in *Bohemiam* Wicleviſtica ſecta, ſtatim radices ibi egit, non facile poſtmodum evellendas, &, mutato nomine, *Huſſitica* cœpit appellari a *Joanne Hus*, cujus opera tum maxime diſſeminabatur (*c*) favente *Wenceslai* Regis ignavia. Sed nefanda illa hæreſis, etiam mutato nomine non deſiit apud Bohemos rebelliones, pugnas, ſtrages, calamitateſque omnes parere. Aliquas innuit *Waldenſis* Tomo II. Doctr. x. dicens: „ Ibi quot Cathedrales, & alias locales

Wicleviſtæ ab *Huſſo* dicti *Huſſitæ*.

Lollardorum ſecta in Bohemia omnia mala parit.

(*a*) Hujus doctrinæ fundamentum jam antea jecerat ejus magiſter *Wicleffus* lib. *de Papa*, cap. c.

(*b*) Cum *Hieronymo Pragenſi* Bohemiam petiit etiam *Petrus Payne*, ſeu *Paganus*, aliique ex eadem farina non pauci, qui ſimiliter eo detulerunt *Trialogum*, & reliqua alia ſcripta *Wicleffi*, quibus ut fidem, majoremque authoritatem adjicerent, litteras approbationis furtive ſignari fecerunt ſigillo Univerſitatis Oxonien. quas apud *Pragenſes* pro grandi authoritate oſtentabant; teſte *Waldenſi* To. 2. Doctr. 6. & *Antonio a Vood* in hiſt. Univerſit. Oxonien.

(*c*) Huſſitica ſecta tot monſtra peperit, quot protulit in Bohemia factiones, *Thaboritarum*, *Orphanorum*, *Orebitarum*, *Calixtinorum*: de quibus infra Tom. 2. *in Diſſertatione Proœmiali*, & *To.* 3. *cap.* 3.

„ cales Eccleſias dejecerunt? Quot ſanctos diris ſuppliciis peremerunt; ita quod ſævitiam paganorum excedat referre, quod circiter duodecim claros Doctores, quoſdam Religioſos, quoſdam ſchematis Clericalis in unam fornacem calcis ardentis trudentes, glorioſos martyres flammis coctilibus ſuffocaverunt? Quot item putas chriſtianos milites jugulabant in præliis? Quot Proceres? Quot pios de populo; ita ut non vacaret domus in oppido, non ſtrata magna, aut via vicinalis in regno a cadavere funeſto enſe proſtrato? „

15. Mortuo * interim Henrico IV. in Regnum ſucceſſit ejus filius Walliæ Princeps, *Henrici V.* nomine appellatus, ſub quo *Lollardorum* factio per Britanniæ regiones funditus eſt everſa. Hæretici ſiquidem, audita Regis *Henrici IV.* morte, pedetentim & caute e latebris prodire incipientes, novum Regem ſibi benevolum, vel ſaltem haud inſenſum efficere tentant. Juvenem Principem miris laudibus efferunt, optimique Regis imperium palam gratulantur. Et quo ejus gratiam ſimulque favorem validius aucupentur, ſummam primamque poteſtatem in Eccleſiam, in Epiſcopos, in clerum jure regio ipſi debitam ubique deprædicant: quod *Waldenſis* ipſum Regem alloquens memorat. Sed cum ſurdis auribus ſe canere perſpexiſſent, optimum Principem pecunia corrumpere moliuntur, teſte Waldenſi in Prologo lib. IV. To. I. Deſpexit tamen pius Rex inſidioſæ hæreſis munera, & *Thomæ Waldenſis*, quem in Aulam a confeſſionum ſecretis adſciverat, conſiliis utens, adeo *Lollardorum* genus abominabatur, ut deſtrui juſſerit domos, in quibus impii illi homines ſua conventicula celebraverant. Eo indignati Wicleviſtæ „ ſtatim per libellos famoſos clamabant fidelem Principem eſſe corruptum; & nominare cœperunt eum *Principem Sacerdotum*. „ Dum hæc pro catholica Religione a piiſſimo Rege agerentur, de damnatis a magno Concilio *Conſtantienſi* Wicleffi opinionibus Nuntii Londinum pervenerunt. Quod Sectariorum rabiem, ac in Regem conceptum jam odium ita auxit, ut ipſum opprimere conjuraverint. *Joannes a caſtro veteri*, vulgo *Oldecaſtell*, patrando ſceleri ſe Ducem præbuit. Is per plures annos in militia exercitatus, Wicleviſtica dementia captus, jam fuerat de hæreſi poſtulatus, coram *Thoma Arundellio* Cantuarienſi tunc Antiſtite (*a*) ſe ſiſtere juſſus *: ubi pertinax inventus, omni militari honore a Rege ſpoliatus fuerat. Plenus itaque ira, rebellionis conſilia exequi ſine mora ſtatuit: & collectis facinoroſorum hominum copiis, in die Natali Salvatoris noſtri * furenti impetu *Londinum* concurrit. Statim Rex inopinato nuntio minime territus, ad arma conclamari juſſit, & Prætoriano milite comitante, magno Nobilium ac popularium numero ſequente, obviam proficiſcitur, appoſitoque loco haud longe ab urbe, Rebellium turbas expectaturus. Sed vix de adventu Regis fama pervaſerat, quod repentinus timor perditam illam colluviem inceſſit, ortaque per ſubitum tumultum confuſione, Ducibus relictis fugam arripuit. Rex fugientes celerrime inſequitur. Horum permulti cæſi obtruncatique, alii comprehenſi, terribili exemplo igne perduntur. Captus quoque *Joannes Oldecaſtell*, & Londinum tractus carcere includitur. Verum eo ipſa nocte corruptis cuſtodibus, evaſit. Sed iterum captus, palo alligatus, admoto igne, vitam acerbiſſima morte finivit *. Eo tempore *Henricus* edicto ſtatuit, ut ſi quipiam deinceps reperirentur, qui eam ſequerentur ſectam, perduelliones haberentur duplici pœna plectendi tamquam Regni proditores; incendio nempe propter Deum, ſuſpendio propter Regem; factumque eſt ita. Omni quippe ſeveritate ubique locorum Regis juſſa executioni mandabant Judices. Unde aſſiduo hujus remedii uſu, citius quam putabatur, totum Regnum a peſtifero Wicleffi morbo convaluit. Nec amplius recruduit malum, donec ſub *Henrico* VIII. *Bolenæ* amoribus irretito, jam fugatos revocavit errores, *Lutheri* nomine larvatos. *Bohemi* quoque, qui diu ſub *Huſſitarum* vocabulo, *Wicleffi* deliramentis inſervierant, relicto tandem exoſo illo titulo, iiſdem magis ſe ſe addixerunt, ſectam ſuam nominetenus a *Luthero* derivantes. De hoc ſibi adblandiri viſus eſt Lutherus ipſe, cum ſoleret ſuis inſinuare auditoribus, quod de ſe locutus fuerat *Joannes Hus*, quando *Conſtantiæ* jam igne conſummendus dixit: *Vos jam aſſabitis Anſerem* (*Hus* enim lingua Bohemica *Anſer* interpretatur) *ſed poſt centum annos Cygnus veniet, quem non aſſabitis*. Jam vero quot malorum congerie florentiſſimum Angliæ Regnum ejectos jamdiu Wicleviſtas in ſuis *Lutheranis* & *Zuvinglianis* receperit, diſerte proſequitur *Nicolaus Sanderus* in de ſchiſmate Anglicano. Nobis autem ultro progredi non expedit, quamvis ſummopere in votis ſit, & enixe Deum Optimum Maximum rogemus, ut in priſtinum morbum relapſa Anglia, divina miſeratione non ſit inſanabilis.

* *an.* 1413.

Wicleviſtæ adulatione & pecunia Regem colunt.

Waldenſis To. 2. *Doctr.* 7.

Rex Wicleviſtas inſectatur. *Waldenſis To.* 2. *in Præfatione*.

Wicleviſtæ in Regem obloquuntur, & conjurant.

Waldenſis To. 1. *lib.* 2. *cap.* 46. & *To.* 2. *Doctr.* 7.

Waldenſis in præf. ad Martin. V.

a

* *an.*1412. *Waldenſis To.* 1. *lib.*2. *cap.* 66.

* *an.* 1417.

Rebelles fugantur & puniuntur.

* *an.* 1418. *Waldenſis To.* 1. *cap.*46. *lib.* 2.

Edictum Regis in Wicleviſtas.

III.

De Wicleffi libris.

QUamplurima ſcripſiſſe *Wicleffum*, ex eo conjicere poſſumus, quod ultra ducentum illius operum volumina eleganter conſcripta, bullis aureis, tegumentiſque pretioſis ornata, a *Subincone Lepore* Archiepiſcopo Pragenſi, paulo ante Concilium Conſtantienſe, publice concremata eſſe narrat *Æneas Sylvius* *. Omnia autem Wicleffi ſcripta (præter Trialogum) in Anglia adhuc deliteſcere credit *Gullielmus Cave*, qui eorum indicem tradit in hiſt. liter. quem nos hic tranſcripſimus.

* *Hiſt. Bohem. cap.* 35.

1. *Dialogorum* libri quatuor (*b*): quorum primus Divinitatem & ideas tractat; ſecundus univerſorum creationem complectitur; tertius de virtutibus, vitiiſque ipſis contrariis copioſiſſime loquitur; quartus Romanæ Eccleſiæ Sacramenta, vota, Antichriſti regnum, Fratrum originem, aliaque perſtringit. *Pragæ* 1525. b

2. *Oſtio-*

(*a*) Id in Synodo Londini celebrata factum eſſe ſcribit Natal. Alexand. ſæc. XIV. art. 22. §. 6. Certum eſt, quod ſequenti anno 1413. Joannes XXIII. Papa Synodum Romæ celebravit, in qua Wicleffi doctrinam damnavit, libróſque prohibuit. Contra eos vero, qui hujuſmodi libros retinuerint, legerint, expoſuerint, docuerint, laudaverint, veluti ſuſpectos de fide procedi juſſit.

(*b*) Hi libri ſub nomine *Trialogi* evulgati ſunt, totius Wicleviſticæ doctrinæ ſummam continentes. *Trialogum* autem eos nuncupavit ex tribus, quos introducit interlocutoribus, *Alithia*, *Pſeudi*, & *Phroneſi*; per *Alithiam* veritatem, *Pſeudim* mendacium, & *Phroneſim* diſcretionem, ſeu prudentiam deſignans. Hanc ſcribendi normam jam ab antiquo ſervavit Theodulus ſub Zenone Imperat. ann. Chr. 480. defunctus. Cum etenim Athenis Gentiles audiviſſet altercantes cum Chriſtianis, eorum rationes collegit, & contulit in allegoricam Eclogam, introducens pariter diſputantes, *Pſeudim*, *Alithiam*, atque *Phroneſim*, ut habet in ſuo Catalogo Sigebertus.

2. *Oſtiolum Wicleffi*, ſeu Tractatus de Sacramento altaris, quo tranſubſtantiationem oppugnat. Norimbergæ 1546.

3. *Tractatus duo adverſus Fratres mendicantes*. Iſtorum prior eſt ſupplicatio ad Regem Richardum II. & Regni Ordines contra Fratres. Secundus, quinquaginta Fratrum errores, & crimina totidem Capitulis impugnat. *Oxonii 1608*.

4. *Aphoriſmi*, ſeu *articuli Wicleffiani* a Joanne Foxo in lucem editi *Argentinæ* 1554.

5. *Concluſiones* novemdecim e ſcriptis ejus excerptæ, & a Gregorio XI. damnatæ extant Concil. To. XI. pag. 2041. *Concluſiones* vigintiquatuor in Synodo Londinen. an. 1382. damnatæ, *ibidem* p. 2053. *Concluſiones* decemetocto ex Trialogo ejus deſumptæ, & in Synodo Londinen. an. 1396. damnatæ, *ibid.* p. 2080.

6. *Articuli* XLV. in Concilio Conſtantien. anno 1415. damnati, ibid. pag. 45. *Concluſiones* & *Articuli* omnes prædicti habentur in *faſciculo rerum expetend. Coloniæ* 1535.

7. Confeſſio fidei, ſeu Concluſiones XVIII. in Synodo Lambethana an. 1377. exhibitæ, in quibus de Eccleſiæ redditibus, & clavium uſu præſertim agit, Apud *Foxium* in comment. rerum Eccleſ. Baſileæ 1563.

8. *Epiſtola* ad Urbanum Papam VI. miſſa an. 1384. *Ibidem*.

9. *Declaratio fidei* ſuæ apud Walſingamum ad an. 1378.

10. *Reſponſum* ad Richardum II. Regem *de jure Regis & Papæ*, an. 1377. *Ibid.*

11. *Anglica totius ſacræ Scripturæ verſio*, quam ex vulgata Hieronymi verſione concinnavit an. 1383.

12. *Expoſitio in omnes Epiſtolas Dominicales totius anni*, Anglice. Extat MS. in Biblioth. publica Academiæ Cantabrig.

13. *Commentarius* in Epiſt. & Evangelia Dominicalia totius anni. Habetur MS. in Collegio M. Joannis Cantab. cap. 8. fol.

14. *Tractatus varii contra clericos, & alios ſtatus*. Anglice MS. in collegio Corporis Chriſti Cantabrig. num. 362.

15. *Quæſtiones* variæ contra Clerum. MS. in Biblioth. Lambethana.

16. *Tractatus prolixus de actibus Animæ*. MS. ibid. inter volumina Miſcellanea lit. K fol. a pag. 47. ad 88.

17. *Determinatio contra Joannem Kylingam Carmelitam*. MS. ibid. a p. 419. ad 426.

18. *Determinatio contra Monachum quemdam de civili dominio*, Latine, qua adverſus Monachum probat reſignationem coronæ & vectigalis ſolvendi ſponſionem a Joanne (*a*) Angliæ Rege Pontifici Romano olim factam, in præjudicium Regni Angliæ cedere non debere, neque Regem impræſentiarum obligare. MS. *in Biblioth. Lambethana*.

19. *Commentarius in Pſalmos, alioſque ſacræ Scripturæ, ac Liturgiæ Eccleſiaſticæ hymnos*. MS. in Collegio S. Trinit. Cantabrig. f. *Commentarius* in priores LXXXIX. Pſalmos habetur MS. in Biblioth. Lambeth.

20. *Harmonia Evangelica* a Clemente Presbytero Lanthonienſi (claruit is an. 1170.) latino ſermone contexta, a Wicleffo Anglice converſa. MS. penes *Richardum Chiſwel* Londinenſem Bibliopolam.

21. *Commentarius in ſelecta S. Scripturæ loca*. Anglice MS. apud eumdem.

22. *Pauper ruſticus*, ſeu Miſcellanei Tractatus varii Anglice, qui pauperes ſine multorum librorum ope totam chriſtianam religionem edocent.

23. *Speculum peccatorum*, *Diploma cœli*, *Tres ſagittæ*, Extant MSS. apud Th. Teniſonum Anglum.

24. *De veritate S. Scripturæ*, *De ſeptem peccatis mortalibus*, *De civili Dominio*. Extant MSS. in Biblioth. publica Oxonien.

25. *De deſiderio Jeſu*, *de ſpirituali & carnali amore*, *equeſtris apparatus*, & *armatura cœli*. In Biblioth. Lambethana.

26. Alium porro Tractatum *de veritate ſacræ Scripturæ*, *de ſeptem peccatis mortalibus* libellum miſcellaneum, *de civili dominio* (MS. in Biblioth. Oxonien.) *de blaſphemia*, *Confeſſiones binas de Sacramento altaris*, latinam unam, alteram Anglicam. *Sermones tres de Serm. Dom. in monte*; de vita *Sacerdotum*; *de regula ſancti Franciſci*; *de fundamentis legum Angliæ Commentarium*, vernaculo ſermone, *expoſitionem Decalogi* latinam, una cum *Trialogo* ejus, & aliis viginti tribus Tractatibus ſe ex Hybernia fugientem reliquiſſe dicit Balæus.

27. Habentur adhuc MSS. in Bibliotheca Cottoniana Poſtillæ Wicleffi *ſuper Dominicarum & Feriarum Evangeliis* D. 8. ſub effigie Claudii. *Sermo* in feſto omnium Sanctorum, *Tractatus de modo orandi*, alius de *virtutibus ac vitiis*. Anglica omnia ſub effigie Titi D. 19. N. 16. 17. 18.

28. *Tractatus de Incarnatione verbi*. Extabat MS. in Bibliotheca Lumlejana cod. 297.

29. *Speculum ſæcularium Dominorum*. MS. in Bibliotheca Regis Weſtmonaſterienſi.

30. Opus *de abominatione in loco ſancto* aſſervatur MS. in Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi, teſte Lambecio comment. 777.

31. Præter enumeratos a *Gulielmo Caveo* libros, ſæpe a *Waldenſi* citantur libri *De Chriſto*, & *Antichriſto*: *De diabolo*: *De prævaricantia ſectarum*; ac Dialogus *de veritate & mendacio*, qui non alius eſt a *Trialogo*, ubi *Alithia veritas*, & *Pſeudis mendacium* interloquuntur.

IV. *De*

(*a*) De Joanne Rege loquitur, qui anno MCCXIII. Angliæ & Hyberniæ regna Romanæ Sedi vectigalia fecit.

I V.

De Wicleſſi erroribus.

ANno ſalutis MCCCCXV. ſacra Synodus Conſtantienſis lata ſententia damnavit (*a*) articulos quadraginta quinque *Joannis Wicleſſi*, prævio accurato examine. Hos hic ſubjicio eo ordine, quo in magna præfata Synodo referuntur.

1. Subſtantia panis materialis & ſimiliter ſubſtantia vini materialis, remanent in Sacramento Altaris. *Ex hoc fonte Lutherus & Calvinus hauſere.*

2. Accidentia panis non manent ſine ſubjecto in eodem Sacramento.

3. Chriſtus non eſt in eodem Sacramento identice & realiter in propria præſentia corporali. *Hac in ſchola edoctus eſt Calvinus.*

4. Si Epiſcopus vel Sacerdos exiſtat in peccato mortali, non ordinat, non conſecrat, non conficit, non baptizat.

5. Non eſt fundatum in Evangelio, quod Chriſtus Miſſam ordinaverit. *Hinc Lutherus & Calvinus accepere,*

6. Deus debet obedire Diabolo (*b*).

7. Si homo fuerit debite contritus, omnis confeſſio exterior eſt ſuperflua & inutilis. *Lutherus & Calvinus id didicere.*

8. Si Papa ſit præſcitus & malus, & per conſequens membrum diaboli, non habet poteſtatem ſuper fideles ab aliquo datam, niſi forte a Cæſare.

9. Poſt Urbanum VI. non eſt aliquis recipiendus in Papam, ſed vivendum eſt more Græcorum legibus propriis.

10. Contra Scripturam Sacram eſt, quod viri Eccleſiaſtici habeant poſſeſſiones.

11. Nullus Prælatus debet aliquem excommunicare, niſi prius ſciat eum excommunicatum a Deo: & qui ſic excommunicat fit ex hoc hæreticus, vel excommunicatus.

12. Prælatus excommunicans Clericum, qui appellavit ad Regem, vel ad Concilium Regni, eo ipſo traditor eſt Regis & Regni.

13. Illi qui dimittunt prædicare, ſive audire verbum Dei propter excommunicationem hominum, ſunt excommunicati, & in Dei judicio traditores Chriſti habentur.

14. Licet alicui Diacono vel Presbytero prædicare verbum Dei abſque authoritate Sedis Apoſtolicæ, ſive Epiſcopi catholici.

15. Nullus eſt Dominus civilis, nullus eſt Prælatus, nullus Epiſcopus dum eſt in peccato mortali.

16. Domini temporales poſſunt ad arbitrium ſuum auferre bona temporalia ab Eccleſia, Poſſeſſionatis habitualiter delinquentibus, ideſt, ex habitu, non ſolum actu delinquentibus.

17. Populares poſſunt ad ſuum arbitrium Dominos delinquentes corrigere.

18. Decimæ ſunt puræ eleemoſinæ, & poſſunt Parochiani propter peccata ſuorum Prælatorum, ad libitum ſuum eas auferre.

19. Speciales orationes applicatæ uni perſonæ per Prælatos vel Religioſos, non plus proſunt eidem quam generales, cæteris paribus.

20. Conferens eleemoſinam Fratribus, eſt excommunicatus eo facto.

21. Si aliquis ingreditur religionem privatam qualemcumque, tam Poſſeſſionatorum, quam Mendicantium, redditur ineptior & inhabilior ad obſervationem mandatorum Dei.

22. Sancti inſtituendo Religiones privatas, ſic inſtituendo peccaverunt.

23. Religioſi viventes in Religionibus privatis, non ſunt de Religione Chriſtiana.

24. Fratres tenentur per labores manuum victum acquirere, & non per mendicitatem.

25. Omnes ſunt ſimoniaci qui ſe obligant orare pro aliis, in temporalibus ſubvenientibus.

26. Oratio præſciti nulli valet.

27. Omnia de neceſſitate abſoluta eveniunt. *Hinc Lutherus liberum arbitrium oppugnare didicit.*

28. Confirmatio juvenum, Clericorum ordinatio, locorum conſecratio reſervantur Papæ & Epiſcopis propter cupiditatem lucri temporalis, & honoris. *Hinc Lutherus & Calvinus ſimilem errorem hauſere.*

29. Univerſitates, Studia, Collegia, Graduationes & Magiſteria in eiſdem, ſunt vana gentilitate introducta, & tantum proſunt Eccleſiæ ſicut diabolus.

30. Excommunicatio Papæ, vel cujuſcumque Prælati, non eſt timenda, quia eſt cenſura Antichriſti. *Secundum Wicleſſum ſenſit Lutherus.*

31. Peccant fundantes clauſtra; & ingredientes ſunt viri diabolici.

32. Ditare Clerum eſt contra regulam Chriſti.

33. Silveſter Papa, & Conſtantinus Imperator erraverunt, Eccleſiam dotando.

34. Omnes de ordine Mendicantium ſunt hæretici; & dantes eis eleemoſinam ſunt excommunicati.

36. In-

(*a*) Plures damnavit ut *notorie hæreticos*, & *a Sanctis Patribus dudum reprobatos*: alios *non catholicos*, *ſed erroneos*: alios *ſcandaloſos & blaſphemos*: quoſdam *piarum aurium offenſivos*; nonnullos eorum *temerarios & ſcandaloſos* dixit.

(*b*) Hanc inter alias *Wicleſſi* propoſitiones collegit *Thomas Walſingamus*. Et Nihilominus D. *Jacobus Lenſant* in hiſt. Concilii Conſtantienſis To. 1. pag. 146. ſuſpicari ſe dicit, quod iſta propoſitio fuerit *Wicleſſo* calumnioſe afficta, aut violenter nimis ex ejus ſcriptis educta; eo quod de ea penitus ſileant *Guillelmus Wideſordus* in Faſciculo rer. expetendar. & in Doctrinali ſuo *Thomas Waldenſis*. Sed quis durum non ſentiat ob duorum ſcriptorum ſilentium Magno Conſtantienſi Concilio, & eximio ac veteri *Walſingamo* detrahere? Certe multi Scriptores, infra referendi, plura ex Wicleſſi libellis aſſerta excerpſerunt erronea; ſed non ſinguli omnia. Et quamvis *Thomas Waldenſis* pluſquam octingenta *Martino V.* ſe exhauſiſſe teſtetur, non omnia tamen evacuaſſe dicit; nec omnia ſe promittit refellere. Id ad imbecille argumentum ex *Waldenſis* ſilentio, ſatis eſſe poſſet, præſertim cum quartum ejus *Doctrinalis* Volumen deſideretur. Sed Nonne *Waldenſis* ipſe eam recenſuit propoſitionem *Deus debet obedire Diabolo*, eamque valide refutavit? Videſis *Thomæ Waldenſis* libellum ad calcem tertii Tomi in hac Editione productum, *Rationes & motiva Reprobationum quadraginta quinque articulorum Wicleſſi*, & ibi propoſitionem *Jacobo Lenſant* ſuſpectam, vere fuiſſe a *Wicleſſo* dictatam, & a *Waldenſi* reprobatam invenies.

35. Ingredientes Religionem, aut aliquem ordinem, eo ipſo inhabiles ſunt ad obſervanda divina præcepta, & per conſequens ad perveniendum ad regna cœlorum, niſi apoſtataverint ab eiſdem. *Saniora non docuere Lutherus & Calvinus, votorum & Monaſticæ vitæ hoſtes, Apoſtaſiæ magiſtri.*

36. Papa cum omnibus Clericis ſuis poſſeſſionem habentibus ſunt hæretici, eo quod poſſeſſiones habent; & conſentientes eis, omnes videlicet domini ſæculares, & cæteri laici.

37. Eccleſia Romana eſt ſynagoga Sathanæ: nec Papa eſt proximus & immediatus Vicarius Chriſti & Apoſtolorum. *Hunc errorem ſuum fecere Lutherus, Calvinus, cæterique Novatores.*

38. Decretales Epiſtolæ ſunt apocryphæ, & ſeducunt a fide Chriſti: & Clerici ſunt ſtulti, qui ſtudent eas.

39. Imperator, & domini ſæculares ſunt ſeducti a diabolo ut Eccleſiam dotarent bonis temporalibus.

40. Electio Papæ a Cardinalibus a diabolo eſt introducta.

41. Non eſt de neceſſitate ſalutis credere Romanam Eccleſiam eſſe ſupremam inter alias Ec-
a cleſias (a). *In hoc etiam Lutherus & Calvinus Wicleviſtæ fuerunt.*

42. Fatuum eſt credere indulgentiis Papæ & Epiſcoporum. *Hic etiam Lutheri & Calvini damnatur error.*

43. Juramenta illicita ſunt, quæ fiunt ad corroborandos humanos contractus, & commercia civilia.

44. Auguſtinus Benedictus & Bernardus damnati ſunt, niſi pœnituerint de hoc quod habuerunt poſſeſſiones, & inſtituerunt & intraverunt Religiones: & ſic a Papa uſque ad ultimum Religioſum omnes ſunt hæretici.

b Omnes Religiones indifferenter, introductæ ſunt a diabolo (b).

Ducentos etiam ſexaginta articulos, quorum aliqui cum prædictis quadraginta quinque congruebant, licet non in eadem forma verborum, ab Academia Oxonienſi cenſorio ſtigmate inuſtos & reprobatos eadem ſancta Synodus confixit & damnavit: & Wicleffi *Dialogum*, *Trialogum* cæteroſque libros ac Tractatus reprobavit, & ignibus publice tradi juſſit, prout in Concilio Romano * ſub Joanne XXIII. ſtatutum fuerat. Poſtremo, habito diligenti examine, ſervatoque ordine juris Sancta Synodus lata ſententia declaravit eumdem *Joannem Wicleffum* fuiſſe notorium hæreticum, pertinacem, ac in hæreſi deceſſiſſe: ipſum diris Chriſtiano ritu devovit, illius damnavit memoriam; ipſiuſque corpus & oſſa, ſi ab aliis Fidelium corporibus diſcerni poſſent, exhumari, & procul ab Eccleſiaſtica ſepultura projici decrevit*.

* *an.* 1413.

Sententia Concilii Conſtantien. contra Wicleffum, libroſq. ejus.

* *Vide ſupra num.* VI. *in fine.*

Joannes Luke Oxonienſis Theologus & *Waldenſi* noſtro familiariſſimus ducentos ſexaginta ſex errores ex *Wicleffi* operibus collegit: alii tres ſupra trecentos: *Thomas Waldenſis* octingentos in jis repertos tradit. Conſtantienſis Synodus quadraginta quinque præcipuos recenſet ac damnat. *Joannes Cochlæus* lib. III. *Hiſtoriæ Huſſitarum* pag. 122. quadraginta claſſes erroneorum articulorum *Wicleffi* exhibet. *Joannes Przibram* multo plures enumeravit edito libro. Nos certas etiam in claſſes præcipuos referemus; atque ab jis incipiemus, quos contra Deum & in Chriſtum evomuit.

Collectores errorum Wicleffi.

Prima claſſis Contra Deum & Chriſtum.

1. Quælibet creatura eſt Deus. Lib. *de Ideis cap.* III. *& ex Th. Wald. To.* I. *cap.* I. *& ſeqq.*

2. Deus nihil poteſt producere niſi quod producit. *lib.* I. *Trialogi cap.* XI. *& ex Walden. To.* I. *lib.* I. *cap.* X.

3. Deus mundum amplificare, vel imminuere non poteſt; nec animas niſi ad certum & fixum numerum creare. *In Trial. & ex citato Walden. cap.* XIII.

4. *Deus aliquam creaturam in nihilum redigere non poteſt.* In Tractatu Univerſalium, & ex cit. Waldenſi cap. XVII.

5. Terminus a quo creationis non eſt merum nihil, ſed eſſe perfectiſſimum rei creatæ, ſcilicet, eſſe ejus ideale: quia potentia Dei ad nihilum ſe non extendit I. *Trial. cap.* XI. *& ex cit: Wald. cap.* XX.

6. Deus non dat aliquid niſi juſtis. *De Dominio divino cap.* II. *& ex Wald. lib.* II. *art.* III. *cap.* LXXXII.

7. Abſolute neceſſarium eſt, quod damnandus ponat obicem in peccando. IV. *Trial. cap.* XII. *& ex Wald. ibid.*

8. Infans præſcitus, & baptizatus, neceſſario vivet diutius, & peccabit in Spiritum Sanctum; ratione cujus merebitur, ut perpetuo damnetur. *Ex Wald. ibid.*

9. Sicut prædeſtinatus non poteſt a charitate vel gratia tali excidere; ſic præſcitus non poteſt in illa charitate vel gratia perpetuo perdurare: quod ſi oppoſitum contigerit, non eſt præſcitus III. *Trialogi cap.* VII. *& ex Th. Walden. To.* II. *cap.* CLX.

10. Chriſtus eſt ex tribus naturis, ſcilicet Deitate, anima, & corpore: & eſt quælibet earum ſingillatim, & omnes conjunctim. XI. *Trial. cap.* VII. *& de compoſitione hominis cap.* VI. *& ex Wald. To.* I. *lib.* I. *cap.* XLIII.

11. Humana Chriſti natura a verbo præciſa, adoratione latriæ adoranda eſt; immo ſi Verbum illam dimitteret, nihilominus adoranda eſſet. *Apud Walden. Tom.* I. *lib.* I. *cap.* XLIV.

12. Chriſtus in triduo mortis fuit homo. *In Trial. & ex Th. Walden. cap.* XLIII.

13. Deus non eſt pronior ad præmiandum juſtos, vel ad parcendum pœnitentibus, quam ad puniendum iniquos IV. *Trial. cap.* XII. *& ex Th. Weld.* II. *cap.* CLXIII.

Se-

(a) Docet ſacra Synodus Conſtantien. quo ſenſu hæc propoſitio ſit erronea. *Error eſt* (inquit) *ſi per Romanam Eccleſiam intelliget univerſalem Eccleſiam, aut Concilium Generale, aut pro quanto negaret Primatum Summi Pontificis ſuper alias Eccleſias particulares.*

(b) Peſtiferum iſtud *Wicleffi* dogma multos e clauſtris apoſtatas excivit. Quos inter *Petrus Parbeſul* Auguſtinianus Anglus famoſis libellis tum ſacrum Ordinem, cujus jugum excuſſerat, tum alias congregationes religioſas proſcidit, ſe e nido diaboli egreſſum impudenter aſſerens, ut refert Walſingamus ad an. 1388.

Secunda Claſſis.

Contra Eccleſiam, ejuſque ordines ac membra.

1. PEtrus & Romani Pontifices, quorum quoſdam veriſimile eſt eſſe diabolos, non ſunt caput Eccleſiæ totius militantis. *lib. de Chriſto & Antichriſto cap.* v. *& ex Th. Vald. To.* I. *lib.* II. *art.* I. *cap.* I.

2. Hæretici ſunt, qui dicunt Petrum habuiſſe excellentiorem poteſtatem cæteris Apoſtolis. *Ibidem.*

3. Poteſtas, quam exercet Papa, a poteſtate Cæſarea derivata eſt; nec habet fundamentum in fide Scripturæ. *lib. de Chriſto & Antichr. cap.* VII. *& Wald. lib.* II. *cap.* XXXIII.

4. Papa plus tenetur Imperatori, quam e converſo. *Ex Walſingamo.*

5. Papa eſt Antichriſtus. *lib. de Chriſto & Antichriſto, & ex Wald. Tom.* I. *lib.* II. *cap.* XLIX. & L.

6. Ubi leges humanæ non fundantur in Scriptura ſacra, ſubditi non tenentur obedire. *Ex Walſingamo* pag. 283.

7. Eccleſia eſt Prædeſtinatorum univerſitas: & credendum eſt quodlibet membrum illius eſſe prædeſtinatum ad gloriam. *lib. de Chriſto & Antichr. cap.* I. *lib. de dotatione Eccleſiæ cap.* II. *& ex Wald. To.* I. *lib.* II. *cap.* VIII.

8. Eccleſia militans dividitur in clericos, milites, & operarios. *lib. de Chriſto & Antichriſto cap.* I. *lib. de veritate & mend. cap.* I. *& ex Wal. To.* I. *lib.* II. *cap.* XII.

9. Nulli Prælati quidquam debent in materia fidei definire, niſi ad hoc habuerint Scripturæ ſacræ authoritatem, vel revelationem a Spiritu ſancto ſpecialem: idque ſine Concilio. *Serm.* XLV. & ex *Walden. cap.* 19. *lib.* 2.

10. Apud ſapientes relinquendum tamquam impertinens veritati quidquid Scriptura ſacra non ponit expreſſe (*a*). *Lib. de verit. & mendac.* cap. XVI. & ex Wald. To. I. lib. II. *cap.* XXIII. a

11. Quod Papa vel Cardinales ex Scriptura ſacra colligunt, illud duntaxat credendum, vel ad eorum monita faciendum eſt: & quidquid ultra præſumpſerint, tamquam hæreticum contemnendum. *In ſupplem. Trial. cap.* IX. *& ex Walden. To.* I. *lib.* II. *cap.* XXIV.

12. Non eſt ſtandum judicio Concilii Generalis. *Secunda parte ſermonum, ſerm.* XLV. *& ex cit. Wald. cap.* XXVI.

13. Capitulum Antichriſti conſtat ex Papa, Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis, Officialibus, & Decanis, Monachis, Canonicis, & Fratribus Mendicantibus. *Lib. de Eccleſia & membris ejus cap.* XVI. *& ex Wald. lib.* II. *cap.* LIV. *to.* I.

14. Papa & Epiſcopis omnibus ſublatis, magis proſperaretur Eccleſia; & Chriſtus perpendiculariter reſidens in cœlis ſuper juſtos Presbyteros, daret illis poteſtatem faciendi quæcumque Papa & Epiſcopi faciunt. *Lib. de quatuor ſectis novellis, & ex Walden. Tom.* I. *lib.* II. *cap.* LVII.

15. In primitiva Eccleſia ſuffecere duo ordines clericorum, ſcilicet, Presbyter & Diaconus. Tempore Apoſtoli Pauli fuit idem Presbyter & Epiſcopus. Hos gradus ſuperbia Cæſarea adinvenit. I. *Trial. cap.* XV. *& ex cit. Wald. cap.* LX.

16. Quantumcumque ſæcularis poteſtas eguerit, ipſi ex Eccleſiæ bonis ſubveniendum non eſt; nec licet Clero illa reddere abſque ſacrilegio (*b*). *Lib. de ſerm. Dom. in monte cap.* XIII. Porro b
ſanctorum interceſſiones, invocationem, canonizationem, feſtos dies, Reliquiarum cultum, orationes pro defunctis impugnabat Wicleffus, communis tam vivorum, quam defunctorum hoſtis. *ex Th. Walden. paſſim* To. 3. has hæreſes refellente, & loca, in quibus a *Wicleffo* aſſertæ ſunt, indicante.

Tertia Claſſis.

Contra Sacramenta.

1. NOn eſt certum, quod Chriſtus aſſiſtat miniſtro Sacramenta celebranti & conficienti, & cum eo concurrat. *Eſt inter damnatas illius concluſiones* LXIV. *teſte Waldenſ. Tom.* II. *cap.* I.

2. Miniſter infidelis Sacramentum non conficit. *Serm.* VI. *ſecunda parte de ſerm. Dom. in monte, & ex citato Wal. cap.* V.

3. Præſciti Sacramenta conficere non poſſunt. *Ex iiſdem.*

4. Baptiſmus aquæ materialis non eſt abſolute neceſſarius, ſed ſufficit baptiſmus flaminis per meritum & efluxum aquæ materialis de latere Salvatoris; & ſine baptiſmo aquæ infantes ipſi ſalvari poſſunt. *Serm.* VI. *&* IV. *Trial. cap.* XII. *& ex Walden. To.* II. *cap.* XCVI.

5. Baptiſmus venialia omiſſionis peccata non delet (*c*). *Ex Wald. To.* II. *cap.* CVIII. c

6. Sacramentalis caracter nec in Scriptura ſacra, nec in ratione fundamentum habet, prorſuſque inutilis eſt (*d*). IV. *Trial. cap.* XV. *& ex cit. Wald. cap.* CIX. d

7. Euchariſtiæ adoratio eſt idololatria. *Ex* IV. *Trial. cap.* VIII. *Henrico Knygton.* lib. V. Thom. Wald. cap. XXVI. Tom. II.

8. Corpus Chriſti in Euchariſtia eſt creatura pejor pulice, quia panis. Lib. *de Apoſtaſia* cap. XVIII. ex cit. Waldenſi.

9. Euchariſtiam conficiendi officium Sacerdotes ſanctos decet: poteſt tamen convenire laicis non ordinatis (*e*). IV. *Trial. cap.* X. *& ex Th. Wald. to.* II. *cap.* XXVIII. e

(*a*) Wicleffianam quamdam mulierem hoc dogmate inſtructam, anno circiter 1410. *Londini* propugnaſſe & docuiſſe Beatam Deiparam *Mariam* Virginem non permanſiſſe poſt partum, eo quod non ſit in Scripturis expreſſum, idem *Waldenſis* commemorat.

(*b*) Hunc errorem imputabat Wicleffus Eccleſiæ, ut Clerum Principibus odioſum redderet. Quam calumniam egregie diluit Th. Wald. tom. I. lib. IV. cap. XLIV.

(*c*) Antiquiſſimas cæremonias & ſacros ritus, qui ab Apoſtolorum temporibus baptiſmo acceſſerunt, chriſmatis videlicet inunctionem, fontis conſecrationem &c. impugnavit ex *Th. Walden.* To. 3. cap. XLV. & XLVI.

(*d*) Sacramentum quoque *confirmationis* ſuſtulit, *Spiritum ſanctum* per illud dari, & hanc Epiſcopis poteſtatem reſervatam eſſe negans. IV. Trial. cap. XIV. & ex Walden. To. II. cap. CXI.

(*e*) Wicleviſtæ hac inſtructi doctrina, munus publice baptizandi, & Euchariſtiam conficiendi juvenculæ cuidam Londini impoſuerunt, ut *Walden.* commemorat lib. 2. cap. 73. Tom. 1.

10. Sacramenti pœnitentiæ & Abſolutionis fundamentum in Scriptura ſacra nullum eſt. *cap.* VIII. *de blaſphemia, & ex Th. Wald. To.* III. *cap.* LXIX.

11. Dicendum, confeſſionem auricularem eſſe novitium inventum, & ab Innocentio III. fuiſſe inſtitutam. *Ex Wald. To.* III. *cap.* LXXI.

12. Confeſſio eſt medium ab Antichriſto vel membro ejus inventum ad omnia arcana noſcenda, & poſſeſſiones ſæcularium exquirendas. IV. *Trialog. cap.* XXIV. *& ex Wald. To. cap.* CXLVIII.

13. Omnia præſcitorum peccata ſunt mortalia, prædeſtinatorum univerſa venialia. *Sermonum* tertia parte, ſerm.XXIII. & ex cit. Wald. cap. CLV.

14. Horum peccatorum diſcrimen per actus extrinſecos non colligitur. *Ibid. & ex cit. Wald. cap.* CLVI.

15. Solum peccatum finalis impœnitentiæ, quod eſt peccatum in Spiritum Sanctum, proprie eſt mortale. *Ibid. & ex cit. Wald. cap.* CLVIII.

16. Peccatum mortale in homine, fructuoſam pœnitentiam tandem agente, non eſt dignum pœna perpetua, ſed tantum temporaria. III. *Trial. cap.* VI. *& ex cit. Wald. cap.* CLIX.

17. Extrema unctio non eſt Sacramentum. IV. *Trial. cap.* XV. *& ex Thom. Wald. to.* II. *cap.* CLXIII.

18. Extrema unctio eſſe poteſt aliquibus Sacramentum, ſi ſic ſuis precibus Presbyter mereatur. *Ibidem.*

19. Non eſt vere matrimonium, quod abſque ſpe prolis contrahitur. IV. *Trial. cap.* II. *& ex Waldenſ. To.* II. *cap.* CXXX.

20. Conſenſus conjugum, Domino approbante, ſubducto quocumque ſigno ſenſibili, eſt ſatis ad contrahendum matrimonium. IV. *Trial.* cap. XXII. & ex cit. *Wald.* cap. CXXXII.

21. Judices, qui ex nudis verbis judicant pro matrimonio, judicant contra legem Dei. *Ibidem.*

22. Verba de futuro, magis quam verba de præſenti, ſunt ad matrimonium contrahendum accomoda. *Ibidem*. Præterea Wicleffus ſolemnem ritum, quo Sacerdos virum & uxorem in Eccleſia conjungit, ſugillabat; verbaque ſacra *nugatoria* & *falſa* appellabat. IV. *Trial. cap.* XXII. *& ex cit. Wald. cap.* CXXXIII. Gradus quoque conſanguinitatis, etiam fratrum & ſororum, matrimonia jure divino non dirimere aſſerebat, ſed humana tantum ordinatione; atque dicebat non ſolum ex cognatione, ſed ex affinitate, amorem inter homines dilatari. Cæteroquin hanc hominum ordinationem eſſe nimis debilem; nec ſubeſſe cauſam, cur non liceret hodie, quod primi hominis ætate, & Patriarcharum temporibus licuit. IV. *Trial. cap.* XX. *& ex cit. Wald. cap.* XXXIV.

Alias *Wicleffi* propoſitiones a prædictis non degeneres damnavit Gregorius XI. Papa, & ſuis ad Cantuarienſem & Londinenſem Epiſcopos literis annexas miſit, hoc tenore:

1. Totum genus concurrentium citra Chriſtum, non habet poteſtatem ſimpliciter ordinandi, ut Petrus & omne genus ſuum dominetur politice ſuper mundum.

2. Deus non poteſt dare homini pro ſe & hæredibus ſuis in perpetuum civile dominium.

3. Chartæ hæreditatis adinventæ de hæreditate olim perpetua, ſunt impoſſibiles.

4. Quilibet exiſtens in gratia gratifice & fideliter, nedum habet jus, ſed in re habet omnia Dei.

5. Homo poteſt ſolum miniſtratorie dare tam naturali filio, quam imitationis in ſchola Chriſti, tam temporale dominium, quam æternum.

6. Si Deus eſt, Domini temporales poſſunt legitime ac meritorie auferre bona fortunæ ab Eccleſia delinquente.

7. Numquid Eccleſia eſt in tali ſtatu vel non, non eſt meum diſcutere, ſed Dominorum temporalium examinare, & poſito caſu confidenter agere, &, in pœnam damnationis, ejus temporalia auferre.

8. Scimus, quod non eſt poſſibile, quod vicarius Chriſti pure ex Bullis ſuis, vel ex illis cum voluntate & conſenſu ſuo, & ſui collegii, quemquam habilitet, vel inhabilitet.

9. Non eſt poſſibile hominem excommunicari, niſi prius & principaliter excommunicetur a ſe ipſo.

10. Nemo ad ſui deteriorationem excommunicatur, ſuſpenditur, vel aliis cenſuris cruciatur, niſi in cauſa Dei.

11. Maledictio vel excommunicatio non ligat ſimpliciter, niſi in quantum fertur in adverſarium legis Chriſti.

12. Non eſt exemplificata poteſtas a Chriſto ſuis diſcipulis excommunicandi ſubditos, præcipue propter negotiationem temporalium, ſed e contra.

13. Diſcipuli Chriſti non habent poteſtatem coacte exigere temporalia per cenſuras.

14. Non eſt poſſibile de potentia Dei abſoluta, quod ſi Papa vel alius prætendat ſe quovis modo ſolvere vel ligare, eo ipſo ſolvit vel ligat.

15. Credere debemus, quod ſolum tunc ſolvit vel ligat, quando ſe conformat legi Chriſti.

16. Hoc debet catholice credi: Quilibet Sacerdos rite ordinatus habet poteſtatem ſufficienter ſacramenta quælibet conferendi, & per conſequens quemlibet contritum a peccato quolibet abſolvendi.

17. Licet Regibus auferre temporalia a viris Eccleſiaſticis, ipſis abutentibus habitualiter.

18. Sive Domini temporales, ſive Sancti Papæ, ſive Caput Eccleſiæ, qui eſt Chriſtus, dotaverint Eccleſiam bonis fortunæ vel gratiæ, & excommunicaverint ejus temporalia auferentes, licet tamen propter conditionem implicitam pro delicto proportionabili eam temporalibus ſpoliare.

19. Eccleſiaſticus, immo Romanus Pontifex, poteſt legitime a ſubditis corripi, etiam accuſari.

Novos denique errores quos *Wicleffi* diſcipuli ad magiſtri hæreſes addiderunt ex Anglicanis commentariis refert *Nicolaus Harpsfeldius*, qui Wicleffianam accurate ſcripſit hiſtoriam.

§.V. *Au-*

§. V.

Authores & libri, quos citat & recitat in Doctrinali ſuo Thomas Waldenſis.

Editiones quæ notantur eæ ſunt, quibus in hoc corrigendo Opere uſi ſumus.

ABBAS JOACHIM, gente Calaber, profeſſione Ciſtercienſis monachus, deinde Abbas Monaſterii de *Curacio* in Calabria, ac demum fundator & Abbas primus Cœnobii *Florenſis*, claruit anno MCCI. præſertim ob immenſam Prophetiæ ei divinitus conceſſæ famam. Prophetam tamen non fuiſſe *Joachimum* Abbatem, quamvis multa prædixerit, quæ juxta ejus vaticinia evenere, docet S. Thomas dicens: „ Abbas Joachim non prophetico ſpiritu, ſed conjectu„ ra mentis humanæ, quæ aliquando ad verum pervenit, aliquando fallitur, de futuris aliqua „ vera prædixit, & in aliquibus deceptus fuit. „ Et ipſe Waldenſis lib. 2. cap. 54. num. 10. non obſcure innuit dubiam eſſe horum vaticiniorum fidem. Commentaria in varios ſacræ Scripturæ libros, præſertim in Apocalypſim, juſſu Lucii III. & Urbani III. incœpta, Clemente III. adhortante perfecit. Notiſſima quoque ſunt Commentaria illius in Jeremiam, aliosque prophetas. Omnia excuſa habentur Venetiis. 1519. *in 4. Sent. Diſt. 43. q. 1. art. 3. Quæſtiunc. 3.*

ADAM CARDINALIS, *Adam de Eſton* vulgo dictus, natione Anglus, profeſſione Monachus O. S. B. doctrina & nobilitate claruit medio ſæculo XIV. Ab Urbano VI. Summo Pontifice Presbyter Cardinalis *tit. S. Cæciliæ* inauguratus eſt. Sed non diu poſt, tamquam in vitam Pontificis conſpirator, multis pœnis tortus, & exauctoratus, vix poſtulante Angliæ Rege mortem evaſit, ac Britanniam repetiit. Mortuo Urbano VI. ad priſtinum gradum reſtitutus eſt a Bonifacio IX. Scripſit *de poteſtate Eccleſiæ, de electione Pontificis;* aliaque plura, quorum Cathalogum exhibet in ejus vita *Ciaconius* To. 2.

AELREDUS. (in prioribus Editionibus *Aluredus*) *Rievallenſis* in Eboracenſi Diœceſi Abbas Ordinis Ciſtercienſis, quem Regia olim Anglorum ſtirpe progenitum dicunt, omnium virtutum ſplendore præfulſit. Epiſcopalem dignitatem a Rege *Davide* ſibi familiariſſimo oblatam recuſavit. *Bernardum* pietate, doctrina, ætate, ac mellifluo ſtylo æquavit. Obiit anno MCLXVI. menſe Januarii. Sanctorum numero adſcriptus conſpicitur in variis Menologiis ad diem XII. ejuſdem menſis, & apud *Bollandum*. Tractatus ejus *de Jeſu puero duodenni* extat inter opera D. Bernardi To. V. pag. 644. *Venetiis* 1727.

ALANUS gente Anglus, Ordinis S. Benedicti monachus Cantuarienſis, deinde Prior, poſtremo *Teukisburienſis* ad confluentiam *Avonæ* & *Sabrinæ* fluminum Abbas claruit an. MCLXXVII. ſcripſit librum de vita & exilio *Thomæ* Cantuarienſis: qui an integer hodie ſuperſit, non liquet. Nihilominus pene totus reperitur cum *Quadrilogo*, qui *Thomæ* Cantuarien. Epiſtolis præfigi ſolet: & habetur inter opera *Chriſtiani Lupi*. Expungendum e margine eſt quod interdum notatur *de inſulis*; quia Alanus iſte alius prorſus eſt ab Alano *de Inſulis*, qui Ciſtercii obiit an. 1294.

ALBERTUS DE PADUA, ſeu *Patavinus*, vel *Patavus*, natione Italus, eremita Auguſtinianus, Ægidii Romani diſcipulus, in Academia Pariſienſi Doctoratus lauream aſſecutus, ſacras Scripturas publice, ac magna diſcipulorum frequentia interpretatus eſt. Claruit an. MCCCXVI. Obiit Lutetiæ an. MCCCXXIII. ætatis ſuæ XLVI. in ædibus Auguſtinianorum ſepultus. Scripſit quampluríma, ex quibus prodierunt *Sermones de tempore*, *de Sanctis*, & *Quadrageſimales* Venetiis MDXXIII. apud *Jacobum Pontium*.

ALBERTUS MAGNUS, Lavingæ apud Svevos ex nobiliſſima Dynaſtarum Bolſtatenſium familia natus eſt anno Chriſti MCXCIII. Prædicatorum Ordini nomen dedit an. MCCXXI. Sacras literas Coloniæ docuit ea celebritate nominis, ut *Magnus* etiam vivens appellaretur. Ratiſponenſis Epiſcopus creatus eſt ab Alexandro IV. ſed poſt biennium ſe ſe ab Epiſcopatu abdicavit. obiit an. MCCLXXX. Sermones ejus de Euchariſtia extant inter opuſcula D. Thomæ. Omnia autem ejus Opera impreſſa fuerunt *Lugduni*, an. 1651. ſtudio ac labore *Petri Jammy* S. T. D. ex eodem Ordine Prædicatorum.

ALBERTUS PATRIARCHA, Italus, primo Canonicorum Lateranenſium *Mortarienſis* Abbas, deinde Epiſcopus *Bobienſis*, poſtea *Vercellenſis*; ac demum Patriarcha *Jeroſolomytanus* ſub Innocentio III. ineunte ſæculo XIII. ſanctitate, ac doctrina clariſſimus. Laudati Pontificis juſſu ſcripſit pro Carmeli Aſcetis Regulam, breviſſimam quidem, ſed ſapientia unctione & diſcretione latiſſimam, quam doctiſſimis Commentariis exornavit *Joannes Baptiſta Soreth* Prior Generalis Carmelitarum.

ALEXANDER DE HALES, vulgo *Halenſis*, Anglus, ab *Hales* Monaſterio Comitatus Claudioceſtrenſis cognominatus, vir pietatis eximiæ, in ſacra Facultate Pariſienſi Doctor Theologus, ſancti *Bonaventuræ* præceptor, Ordinis Fratrum Minorum lumen, *Irrefragabilis* appellatus. Claruit anno MCCL.

ALEXANDER I. Papa, natione Romanus, Patre Alexandro, poſt martyrium Evariſti Pontificiam ſedem obtinuit anno Domini CXXI. ut habet Index Romanorum Pontificum ab Honorio Papa tertio collectus, qui extat Romæ in Vaticana Bibliotheca. Sedit annos decem, menſes ſeptem, dies duos; vel, ut notat *Binius*, menſes quinque, dies viginti. Sub *Hadriano* Imperatore una cum ſociis *Eventio* & *Theodulo* presbyteris poſt dira tormenta martyrio coronatus eſt tertia die Maji an. Dom. CXXXII. ut patet ex Actis Alexandri, quæ extant apud Surium To. III. die III. Maji. Tres, ut fertur, dedit hic Pontifex Decretales Epiſtolas, quas interdum citat *Thomas Waldenſis*, & reperiuntur apud *Labbeum* To. I. Concil. *Venetiis* 1728. Sed quia Epiſtolæ Decretales Romanorum Pontificum ante *Siricium* a nonnullis improbantur, oportunus jam locus hic eſt ut de iiſdem paululum diſſeramus. Ac in primis corrigendos duco quotquot improbant omnes Pontificias Decretales ante Siricium. Sunt quippe genuinæ Epiſtolæ Decretales ſancti *Cornelii*, quæ extant inter opera ſancti *Cypriani*: Epiſtolæ *Julii* I. quæ referuntur a ſancto *Athanaſio* Apo-

Ex lib. Pontificali.

Nonnullæ Decretales genuinæ ante Siricium.

Apologia I. Item *Liberii*, quæ a ſancto *Hilario* in fragmentis recenſentur: Epiſtola denique *Damaſi* ad Illyrici Epiſcopos, quam *Theodoretus* lib. II. Eccleſiaſt. hiſt. cap. XXII. exſcripſit: aliæque ejuſdem Pontificis apud S. *Hieronymum* extantes. Suſpectæ autem ſunt, & quidem valde, reliquæ aliæ, quas ex Iſidori Mercatoris collectione, Conciliorum Editores in Editiones ſuas tranſtulerunt; quarum quinque adſcriptæ ſunt ſancto Clementi; tres Anacleto, duæ Evariſto; tres Alexandro; duæ Sixto I. unica Teleſphoro; duæ Hygino; quatuor Pio I. unica Aniceto; duæ Soteri; unica Eleuthero; quatuor Victori; duæ Zephyrino; duæ Calliſto I., unica Urbano I. duæ Pontiano; unica Anthero; tres Fabiano; tres Cornelio; unica Lucio; duæ Stephano I. duæ Sixto II., duæ Dionyſio; tres Felici I., duæ Euthychiano; Cajo unica; duæ Marcellino; duæ Marcello I. tres Euſebio; una Melchiadi; una Silveſtro; unica Marco; duæ Julio I. duæ Liberio; duæ Felici II. Damaſo plures, nimirum tres ad ſanctum Hieronymum, ad Afros de Choreipiſcopis, ad univerſos Epiſcopos Italiæ, ad Aurelium. Hæc, inquam, ſuſpectæ ſunt: primo, quia Scripturam ſacram frequenter uſurpant ſecundum vulgatam verſionem a ſancto Hieronymo adornatam. Secundo, quia per octo prima Eccleſiæ ſæcula nullus Author Eccleſiaſticus illas unquam Epiſtolas nominavit. Tertio, quia illæ Epiſtolæ non conveniunt ſæculis ſummorum Pontificum, quibus adſcribuntur: nuſquam enim aut impugnant, aut nominant ſuorum temporum hæreticos; nuſquam perſecutiones, aut exhortationes ad martyres, aut conſolationes ad confeſſores, aut correptiones ad lapſos ne quidem obiter innuunt. Quarto, quia illæ Epiſtolæ compilatæ ſunt ex epiſtolis, operibus, & decretis poſteriorum Pontificum, Patrum, & Conciliorum, ut fuſe demonſtrat ac erudite Blondellus in *Prolegomenis* ad Pſeudo Iſidorum cap. XIII. ubi in ſingulis Epiſtolis notat ſententias ex ſcriptis Authorum poſteriorum delibatas, & ad verbum exſcriptas; in & examine ſingulari cujuſque Epiſtolæ in decurſu operis, quod inſcripſit, *Pſeudo Iſidorus* (*a*) *& Turrianus vapulantes*, ubi Turriani vindicias pro Epiſtolis illis funditus evertit. Fruſtra vero Blondellus ſibi cecinit, quaſi primus illarum ſuppoſitionem Decretalium obſervaſſet, atque propugnaſſet. Enim vero ante ipſum animadverterat, ſcripſeratque *Antonius Auguſtinus* Tarraconenſis Epiſcopus in iis multas ex codice Theodoſiano ſententias, & ex ſcholiis, quæ ſub Aniani nomine extant ad Codicem Theodoſianum, inſertas eſſe; cum tamen Theodoſianus Codex duobus tribuſve ſæculis poſt Pontifices, quibus illæ Epiſtolæ affinguntur, ſit conſcriptus (*b*). Cæterum ſicuti Blondelli criterium laudandum eſt, quo Epiſtolas illas priſcis Pontificibus merito abjudicat; ita ejus inexcuſanda eſt temeritas, qua illas conviciis proſcindit ac lacerat, nulla habita ratione veritatum, & piiſſimarum ſententiarum, quæ in illis aſſertæ ſunt & exaratæ. Sed quod ad rem noſtram maxime ſpectat, non propterea exiſtimandum eſt *Waldenſem* noſtrum inutili labore eas Epiſtolas in ſuum Doctrinale adſciviſſe. Nam etſi illæ Epiſtolæ genuinæ non ſint, vim tamen Canonum habent, ut fatetur Natalis Alexander ſæc. I. Diſſert. XXI. art. I. ubi oſtendit, quomodo illas admiſerint Nicolaus I. Papa, Leo IV. & alii. Præterea, illæ Epiſtolæ, ut dictum eſt ſupra, ex Epiſtolis, operibus ac decretis poſteriorum Pontificum excerptæ fuere. Nihil ergo in eis non antiquum, non ſacrum; nihil non redolens catholicam fidem, atque pietatem; nihil non priſtinam edocens diſciplinam. Nil ergo oportunius *Waldenſi* noſtro, quam ſuum *Doctrinale antiquitatum fidei* ex antiquiſſimis illis Catholicæ Eccleſiæ monumentis exornare. Hæc ſemel adnotaſſe non inutile erit, ut de reliquis Decretalibus priſcorum Pontificum infra citandis æqua a lectoribus feratur ſententia.

Decretales quæ ſint ſuſpectæ. — *Rationes, quibus illæ improbantur.* — *Ante Blondellum detecta eſt earum ſuppoſitio.* a — b *Blondelli temeritas.* — *Decretales illæ vim Canonum habent.* — *Utiliter Doctrinali inſertæ.*

ALGAZEL (vulgo *Gazali*) claruit in Arabia circa an. Dom. 500. Plura ejus opera recenſet in ſua *Bibliotheca Orientali* D. *Herbelot*, qui notat *Algazelo* nonnulla a veteribus ſuppoſita fuiſſe Opuſcula, nempe *Annulus Magicus*, & *Alphabetum inverſum* pro inveniendis theſauris. Hæc autem ſimul cum genuinis extare dicit MSS. in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi. Non eſt autem cum iſto confundendus *Algaſel* pariter Arabus, & philoſophus doctiſſimus, ſæculo IX. clarus, cujus opus *de Tranſcendentibus* in latinum vertit *F. Matthias Farinator* Viennenſis Carmelita, teſte Poſſevino in *Apparatu Sacro*.

AMALARIUS, Diaconus primum & Abbas Metenſis fuit, deinde Presbyter, ut colligitur ex illius Epiſtola ad Guntardum; denique Epiſcopus: cujus ſedis, incertum. Libros quatuor *de Eccleſiaſticis Officiis* anno octingenteſimo vigeſimo-ſeptimo conſcripſit juſſu Ludovici pii Imperatoris. Hic autem monendum occurrit, quod liber quartus *de Officiis* non extenditur ultra caput 47. Quæ ſequuntur, addita fuerunt ab Adhemaro Monacho Benedictino, ut habet Joannes Mabillon in annotationibus. Librum *de Ordine Antiphonarii* poſtea edidit, in quo ſe miſſum teſtatur ab eodem *Ludovico Auguſto* ad *Gregorium* Papam IV. qui ab anno octingenteſimo vigeſimo ſeptimo ad octingenteſimum quadrageſimum-primum in Sancti Petri Cathedra ſedit. Rituales illos libros nonnulli *Amalario* Trevirenſi Epiſcopo falſo tribuerunt, repugnante *Adhemaro* in Chronico. *Formam inſtitutionis Canonicorum & Sanctimonialium canonice viventium* ex veterum Patrum ſententiis concinnavit, quam Patres Aquiſgranenſis concilii anno octingenteſimo decimoſexto probaverunt. Liber, quem *de præſcientia & prædeſtinatione* contra Gotteſchalcum, hortatu *Hincmari* edidit, non extat. Liber ejus *de officiis* habetur in Biblioth. PP. *Lugdunen.* 1677. To. 14.

AMBROSIUS, origine Romanus, ortu Gallus, nobili & ſplendida familia natus eſt anno CCCXXXIII. Omni ſæcularium literarum genere perpolitus cauſas in Auditorio Præfecturæ Prætorii aliquandiu egit. Commiſſis ipſius regimini Liguria & Æmilia Provinciis, Mediolani lares fixit, donec anno CCCLXXIV. mortuo Auxentio ejuſdem Urbis Epiſcopo, & de ſucceſſoris electione acriter contendentibus hinc Catholicis, inde Arianis; cum res in ſeditionem jam eruptura eſſet, adfuit Ambroſius, ut authoritate ſua paci publicæ conſuleret: cum ſubito vos infantis in populo audita eſt, *Ambroſium Epiſcopum*. Voci acclamarunt, calculiſque ſuis approbarunt Epiſcopi & populus adſtantes. Factus ergo Epiſcopus, vir fuit ſumma pietate, omnique virtutis gene-

(*a*) *Pſeudo-Iſidorus* nunc vocatur *Iſidorus Mercator*, qui illas Decretales compilavit poſt octavum Eccleſiæ ſæculum. Et ideo *Pſeudo*, quia pro *Iſidoro* Hiſpalenſi diu acceptus, graviſſimos etiam viros decepit.

(*b*) Inter hæretica id etiam ante Blondellum animadvertit Wicleffus ſupra in propoſitione 38. a Synodo Conſtantienſi damnata, non quia aſſeruit eſſe apocryphas Decretales illas; ſed quia dixit eſſe ſeductorias a fide Chriſti &c.

genere venerabilis; invicti animi Præſul, qui Judæis, Gentilibus, Arianis, omnibuſque hæreticis animoſe reſtitit. Obiit pridie Nonas Aprilis anno CCCXCVII. Ambroſii opera Patres Benedictini Congreg. S. Mauri ediderunt *Pariſiis 1686.* & *1690.* Plura tamen Ambroſio ab antiquis Scriptoribus attributa fuerunt, quæ modo non eſſe genuina illius opera omnes conveniunt.

* *Commentaria in tredecim Epiſtolas Sancti Pauli* nunc communi Eruditorum ſuffragio adſcribuntur *Hilario* Romanæ Eccleſiæ Diacono, qui, cum Luciferiano ſchiſmati adhæſiſſet, a Hieronymo valde aſpero ſtylo exceptus fuit.

* *Commentaria in Apocalypſim Beati Joannis*, in quibus plurimæ paſſim inſperſæ leguntur Gregorii M. ſententiæ, in quamplurimis MSS. Codd. *Berengaudo* inſcribuntur. Quis autem fuerit *Berengaudus* iſte, non bene liquet.

* *De Trinitate*, alias *In Symbolum Apoſtolorum*. Cui Authori inſcribendus ſit Tractatus iſte, hærent Patres Benedictini Editores, & nihil definiunt, niſi quod Ambroſii fœtus non eſt; & quod Concilio ſaltem Braccarenſi an. 563. celebrato, ſuppar haberi debeat.

* *De fide Orthodoxa contra Arianos*. Patres Maurini ſuſpicantur hunc libellum non alium eſſe quam eum, qui *de Fide* a *Nicæo*, ſive *Niceto* Epiſcopo breviter ſcriptus, *voluminibus Sancti Ambroſii*, ut Caſſiodorus teſtificatur, *ſociatus eſt*, *quos ad Gratianum Principem deſtinavit.* *Lib. de inſtit. divin. lit. cap. 16.*

* *De dignitate Sacerdotali*: Plures in pluribus Codd. MSS. obtinuit titulos liber iſte, videlicet, *liber Paſtoralis*, ſive *De cura Paſtorali*; alibi, *De obſervantia Epiſcoporum*; modo, *De vita & ordinatione Epiſcoporum & Simoniaca hæreſi*; modo, *Sermo de Epiſcopis & Sacerdotibus*, De Apoſtolo in loco, ubi ait: *Fidelis ſermo*; nonnumquam, *Sermo de Paſtoribus*; interdum, *Sermo de Myſteriis*; alicubi etiam, *De ordinatione Epiſcopi per Simoniam*. Sed codex Eccleſiæ Sancti Martialis apud Lemovices ſic præfert: *Sermo Gilberti Philoſophi*, *Papæ Urbis Romæ*, *qui cognominatus eſt Silveſter*, *de informatione Epiſcoporum*. Sub hoc nomine primus eum evulgavit Mabillonius; quo authorem & titulum libri verius nobis aſſeruit.

* *Sermo Apoſtolorum Petri & Pauli*, qui ut Ambroſii fœtus infra tomo 1. lib. 2. cap. 7. recitatur, habetur nunc inter Auguſtinianos Sermones To. 5. in Appendice pag. 335. eſtque Sermo 202. dubius Lovanienſibus, ac PP. Maurinis.

* *De pœnitentia* librum cuidam Victori Turonenſi in Africa Epiſcopo tribuit Philippus Labbe, ex authoritate veterum Codicum, quos ſe vidiſſe teſtatur. Poſſevinus autem Victori Cartennenſi in Mauritania Epiſcopo eum inſcribit.

Anacletus, natione Græcus, ex Patre Antiocho, anno Chriſti CIII. Trajani Imperatoris IV. tertia die menſis Aprilis, multis rebus præclare geſtis optime meritus, Chriſtianæ Religionis ſummum Pontificatum adeptus, Clementi per martyrium ſublato ſucceſſit. Ejus Epiſtolas Decretales exhibet Labbeus Concil. To. 1. *Venetiis* 1728.

Anastasius, natione Romanus, an. Dom. CCCCXCVI. Gelaſio Pontifici in Sede Romana ſubrogatus fuit. Ejus Epiſtolas videſis apud Labbeum To. V. Concilior. *Venetiis* 1728.

Andreas Abbas author expoſitionis *ſuper Deuteronomium*, ut innuit Waldenſis To. 1. lib. 4. cap. 18. n. 2. An iſte ſit Andreas Abbas Duacenſis O. S. B. vel aliquis alius, mihi prorſus incertum, cum ne levem conjecturam e multis etiam hiſtoricis pro reſolvenda dubitatione haurire potuerim.

Anicetus natione græcus, anno Chriſti CLXVII. Imperante Aurelio, Summo Pontificatu donatus eſt. Unica ei adſcribitur Epiſtola, quæ a Labbeo profertur To. 1. Concil. *Venetiis* 1728.

Anselmus Cantuariensis, Auguſtæ ad Alpium radices in Italia natus, anno ætatis ſuæ XXVII. in Cœnobio Beccenſi monachum induit, *Hirluino* Abbate, Priore *Lanfranco*. Beccenſis Abbas electus eſt an. MLXXVIII. Deinde Archiepiſcopus Cantuarienſis anno MXCIII. Multis pro Eccleſia Dei perfunctis laboribus obiit anno Chriſti MCIX. ætatis ſuæ LXXVI. Sub hujus *Anſelmi* nomine citatur a *Waldenſi* Tractatus *de corpore & Sanguine Domini*, quem nunc conſtat non eſſe *Anſelmi*, ſed *Gullielmi* Abbatis Sancti Theodorici. Eum edidit *Bertrandus Thiſſierius* To. 4. Bibliothecæ Ciſtercienſis, *Bonofonte* 1660.

* Liber *Similitudinum* non eſt Anſelmi, ſed *Edmeri* (alii *Edineri*) ejus diſcipuli, ut probat in cenſura hujus libri *Gabriel Gerberon* monachus S. Benedicti Congregationis Sancti Mauri, qui (excepto præfato libello *de Corpore & Sanguine* Domini) omnia tum genuina, tum falſo Anſelmo adſcripta, nova Editione exornavit. Edita ſunt *Pariſiis* 1721.

Anselmus Havelbergenſis in Marchionatu Brandeburgenſi Epiſcopus, clarus doctrina & rebus geſtis ann. Dom. 1150. ſcripſit doctum *opus contra Græcos*, quod ex MS. Cod. edidit Luchas Dacherius ſui *Spicilegii* To. 13.

Anselmus Laudunensis (qui in prioribus Editionibus apud *Waldenſem* a *Cantuarienſi* non ſecernitur) in Laudunenſi Eccleſia Decanus, anno Chriſti MCX. ob ſingularem doctrinam & morum puritatem clariſſimus: de quo dixiſſe fertur *Eugenius* III. Pontifex Maximus, *Deum Spiritum ejus ſuſcitaſſe*, *ne Scriptura periret*. Petrum Abaelardum diſcipulum habuit, ſibi non ſatis æquum. *Gloſſas marginales*, & *Interlineares* in Pſalterium compoſuit. Epiſtolas quoque Sancti Pauli, & alias utriuſque teſtamenti Scripturas pari modo delineando expoſuit. Eruditam ejus Epiſtolam ad Hugonem Sancti Laurentii Leodienſis Abbatem ex Bibliotheca Beccenſi edidit D. Lucas Dacherius in notis ad *Guiberti* Novigentini Abbatis opera, pag. 642. obiit anno MCXVII. Simul cum operibus Sancti Anſelmi Cantuarienſis editæ habentur Laudunenſis Gloſſæ *Coloniæ* 1533.

Anterus Papa, natione græcus, ex Patre Romulo, Urbano ſubrogatus eſt anno Chriſti CCXXXVII. tertia Decembris. Sub perſecutoris gladio martyr occubuit *Maximino* & *Africano* Coſs. Decretales ſub *Anteri* nomine evulgavit Tom. 1. Concil. Labbeus *Venetiis* 1728. Videſis jam dicta in *Alexandro*.

Apulejus Medauræ in Africa natus, nobilis Platoniſta, ut de eo ſcribit Auguſtinus 8. *de Civit. Dei*, cap. 12. ſub Adriano Imperatore ſæculo ſecundo claruit, præſertim Romæ, ob ſingularem Juriſprudentiæ laudem.

5. Arator (quem alii in Liguria, alii Ravennæ alii Mediolani natum contendunt) Romanæ Eccle-

Eccleſiæ Subdiaconus fuit. Claruit anno DXXVII. quo ab *Athalarico* Rege ad Juſtinianum Auguſtum Legatus miſſus eſt. Hiſtoriam Actuum Apoſtolorum eleganti carmine deſcripſit, quæ habetur To. x. Biblioth. Patrum *Lugdunen. 1677*.

Aristoteles Stagyræ in Macedonia natus, ſectæ Peripateticæ parens, claruit Olympiade cx. quadringentis circiter annis ante Chriſti adventum. Magni Alexandri præceptor a Rege Philippo ob ſcientiæ famam conſtitutus eſt. Ex doctiſſimis illius lucubrationibus plures adhuc ſuperſunt, & extant impreſſæ Coloniæ 1630.

Armachanus (Richardus) gente Hybernus, Patria *Dundalkenſis*, & diſcipulus *Joannis de Baccone* Carmelitæ, ſub titulo *Doctoris Reſoluti* clariſſimi. Archiepiſcopus *Armachanus* in Hybernia a Clemente VI. an. 1347. renunciatus, inde *Armachanus* vulgo appellari cœpit. Magnam utique doctrinæ famam ſibi promeruit, ob quam illum To. 3. cap. 89. laudat *Waldenſis*; ſed non parem fidei orthodoxæ laudem. Nam hæreſeos apud ſummum Pontificem accuſatus, Avenionem citatus eſt, ubi poſt triennium, nondum judicata cauſa deceſſit, an. 1360. 16. Kal. Decembris. Quæ edidit *de erroribus Armenorum*, & contra Mendicantes, fuerunt impreſſa *Pariſiis* an. 1511. apud *Joannem Parvum*. Summam errorum Armachani tradidit Gulielmus Wideford O. M. Porro *Rogerius de Chonnoe* ejuſdem Ordinis defenſionem Mendicantium contra Armachanum doctiſſime ſcripſit, eumque opinor eſſe *virum* illum *devotum*, quem honorifice memorat Waldenſis To. 1. lib. 4. cap. 5. num. 7.

S. Athanasius, primum Alexandrinæ Eccleſiæ Diaconus, ac poſtmodum Patriarcha, variis pro Chriſti Eccleſia laboribus perfunctus, variis inſidiis & falſis accuſationibus ab Arianis appetitus, variis perſecutionibus & exiliis vexatus, tandem anno Chriſti CCCLXXIII. terram cum cœlo commutavit. Habentur ejus opera impreſſa *Pariſiis* 1572, apud *Michaelem Sonnium*.

* *Symbolum*, quod incipit *Quicumque*, Sancto Athanaſio tribuit Waldenſis, juxta communem, quæ tunc obtinuerat, opinionem; immo conformiter ad teſtimonia Concilii Auguſtodunen. ſub Sancto Leodegario Epiſcopo, an. Dom. 670. Can. *Si quis Presbyter*: Concilii item Toletani IV. in *Confeſſione Fidei* cap. 1. porro *Ratramni* Corbejenſis Monachi lib. 2. contra Græcos, *Æneæ* Pariſien. Epiſcopi lib. 1. cap. 19. & *Ahyti* Baſileen. Epiſcopi, *Abbonis* Floriacenſis, aliorumque antiquorum Scriptorum. At minime diſſimulandum, quod nunc graviſſimis momentis inducti Symbolum iſtud Athanaſio non convenire cenſent eruditi viri. Alii *Euſebio Vercellenſi* illud tribuunt, alii *Anaſtaſio Sinaitæ*, alii anonymo Theologo Gallo, qui illud ediderit occaſione controverſiæ de Proceſſione Spiritus Sancti, de qua in Gallicis tum Synodis actum eſt, Caroli Magni temporibus. Veriſimilior tamen *Natali Alexandro* ſæc. IV. cap. VI. art. VIII. & *Philippo Labbeo* de Script. Eccleſ. videtur opinio *Queſnelli*, qui prælaudatum Symbolum *Vigilio Tapſenſi* in Africa Epiſcopo adjudicavit: *Vigilio*, inquam, cui familiare erat, quæ ſcriberet Opuſcula, non ſuo, ſed ſub antiquorum Patrum nomine emittere, ne Wandalos Arianos tunc in Africa ſævientes magis contra ſe redderet infenſos.

* *Diſputatio Athanaſii cum Ario* Bellarmino Cardinali videtur eſſe Dialogus ille, quem a ſe ſcriptum eſſe *Vigilius* Africanus Diaconus, & poſtea Tapſenſis Epiſcopus lib. v. contra Euthycheiem teſtatur. Athanaſio autem ſuppoſitam hanc Diſputationem multa evincunt, præſertim quia in Epiſtola Conſtantii ad *Probum* illi diſputationi inſerta, Athanaſius *Diaconus* nominatur, quem conſtat, longe ante Conſtantii imperium, creatum fuiſſe Epiſcopum Alexandrinum.

* Epiſtola *ad Marcum Papam* ex falſa temporum nota falſitatem ſuam prodit. Scripſiſſe Alexandria *ad Marcum* fingitur Athanaſius, quo tempore exul agebat in Galliis. Alia porro contra fidem hiſtoriæ memorantur. Unde fit ut ex Iſidori Mercatoris officina cum aliis pſeudigraphis eam prodiiſſe exiſtimetur.

Averroes Cordubæ in Hiſpania ex Araba ſtirpe natus anno MCXCVII. edidit ſuper Ariſtotelis Philoſophiam egregia commentaria, ex quibus *Commentator* vulgo eſt appellatus.

Augustinus (Aurelius) vir totus ex ſapientia & virtutibus factus, Tagaſte in Numidia ortus eſt *Patritio* & *Monica* parentibus. Ingenio & doctrina celebris humanas literas docuit primo Carthagine, dein Romæ, ac poſtea Mediolani, ubi Sancti Ambroſii familiaritate ac ſapientia victus, Manichæorum ſectæ, cujus fuerat auditor, valedixit; & ſacro baptiſmate delibutus ad veram Chriſti fidem pietatemque converſus eſt anno ſalutis CCCLXXXVII. In Patriam reverſus, *Ipponenſis* primo Presbyter ac deinde Epiſcopus creatus eſt. In Paſtorali cura adeo ſollicitus ut nemo magis, reliquum vitæ ſuæ in orando, ſcribendo, & adverſus hæreticos diſputando tranſegit. Manichæos, Pelagianos, ac Donatiſtas perpetuo bello inſectatus eſt: Clericorum vitam ad Apoſtolorum normam inſtituit: plurima ſcripſit, ad fideles, præſertim in ſacra Scriptura, erudiendos: ac demum anno Chriſti CCCCXXX. Epiſcopatus ſui anno XXXIV. ex hac vita migravit ad Dominum. *Auguſtinum* ſæpiſſime, immo fere ſemper recitat in *Doctrinali* ſuo *Thomas Waldenſis*; ita ut *Doctrinale Auguſtini* potius quam *Waldenſis* merito cenſeri poſſit ac debeat. Hoc autem a *Waldenſi* ideo præſertim factum exiſtimo, ut effrontem argueret temeritatem Wicleviſtarum, qui jactabant Magiſtrum ſuum *Joannem Wicleffum* in pura Auguſtini doctrina fuiſſe enutritum atque locutum, vocantes idcirco eum, *non Joannem Wicleffum*, ſed *Auguſtini*. Verum non omnes libri, qui tunc Auguſtini fœtus cenſebantur, ipſi hodie adſcribuntur. Unde moneo lectores primo, quod in hoc caſtigando opere editione uſi ſumus, quam noviſſime adornarunt Monachi Benedictini e Congregatione Sancti Mauri, impreſſa *Venetiis* 1729. Secundo, quod inter citatos a *Waldenſi* non ſunt Auguſtino adjudicandi ſequentes libri:

* *De fide ad Petrum*. Hunc Eraſmus & reliqui poſt eum eruditi viri *Fulgentio* Ruſpenſi Epiſcopo vindicant.

* *De vita chriſtiana*, Authore *Faſtidio Brittone*, cui quod ſuum erat reſtituit *Lucas Holſtenius* in nova ac eleganti hujus libri editione typis Romanis anno 1663.

* *Tractatus contra quinque hæreſes* (cujus hactenus incertus Author) Auguſtino non convenire viſum eſt Eraſmo, & Patribus Maurinis, tum ob dictionis inelegantiam, tum quia ſcriptus quando Ariani dominatum in Africa exercebant; quod mortuo jam Auguſtino accidiſſe compertum eſt.

* *Con-*

* *Contra Felicianum Arianum de fide Trinitatis*. Vigilio Tapſenſi primus omnium reſtituit librum hunc *Franciſcus Chifletius*.

* *De Eccleſiaſticis dogmatibus*, brevis Tractatus a Lovanienſibus Theologis Gennadio Maſſilienſi Presbytero jure adſcriptus.

* *De duodecim abuſionum gradibus*, inter Cypriani opera olim evulgatus nonnullorum veterum codicum authoritate. Pauciores codices librum hunc Auguſtino tribuunt: unde de eo valde dubitare licet.

* *De vera innocentia*. Sub hoc titulo citatur infra lib. 1. cap. 12. liber *ſententiarum* Proſperi Aquitani, de quo inferius dicemus. Sub eodem titulo citat interdum libros *de libero arbitrio*, qui Tomo primo in Maurina Editione exhibentur.

* *Principia Dialecticæ*. Non eſſe Auguſtini hunc librum pluribus argumentis evincitur a Natali Alexandro ſæc. v. cap. 4. art. 3. §. 1. & a Patribus Maurinis in prævia Admonitione ad eumdem. Sed quis alius fuerit Author, nulli hactenus innotuit. Quod græcis paſſim vocibus infartus ſit liber iſte, ſicut & alii Auguſtino ſuppoſiti *de Grammatica*, & *Cathegoriæ decem*, Græcum Authorem videtur innuere.

* *Quæſtiones ad Oroſium*. Hoc Opuſculum citat ſub Auguſtini nomine lib. 1. cap. 36. Waldenſis. Nunc autem ſub hoc titulo prorſus ignotum, inſcribitur *Sermo de Symbolo*, ab ignota manu ex Ruffino, Cæſario, Gregorio, Ivone Carnotenſi &c. collectus: & inſuper Appendicis Tomi v. Auguſtini totum ſermonem 242. membratim diſſectum complectens.

* Frequenter Tomo 2. citatur ſub Auguſtini nomine ſermo qui incipit *Utrum ſub figura*, quem eſſe Rhabani Mauri omnes modo conveniunt. Plures alii ſermones Auguſtino ſuppoſiti in hoc Doctrinali allegantur; ſed ſuo loco de illis ſingillatim quod oportunum videbitur notabimus, ne hic ultra quam par eſt progrediatur oratio.

* *Quæſtiones veteris & novi teſtamenti* ab Hilario Diacono, qui ſub Damaſo Papa florebat, concinnatæ creduntur, & indignæ prorſus quæ Auguſtino tribuantur, ob plurimos doctrinæ nævos, qui in eis apparent. Erat autem præfatus Hilarius patria Sardus, ſecta Luciferianus.

* *De mirabilibus ſacræ Scripturæ*. Hoc opuſculum nec ſtylo nec ingenio refert ſanctum Auguſtinum, judicio Eraſmi & Lovanienſium Theologorum (quod etiam olim intellexerat S. Thomas 3. p. q. 45. a. 3.) ſed potius *Auguſtinum* alium cognominem, natione Anglum, vel Hybernum. In lib. 2. cap. 4. de cyclis differens oſtendit liquido ſe poſt 660. Chriſti annum ſcripſiſſe.

* *De ſpiritu & anima*. Opus hoc Vincentius Bellovacenſis in *ſpeculo naturali* lib. 23. & 25. paſſim citat ſub nomine *Hugonis de S. Victore*. At re melius perpenſa Authorem hujus libri eſſe quemdam *Alcherum* Ciſtercienſis Ordinis ſuſpicantur Patres Maurini. Clarevallenſem eum dicit Poſſevinus in *Iſaac*.

* *Hypognoſticon* vel *Hypomneſticon* græce, latine *Memoratorium*: quod Auctoris conſilium fuiſſe iſtud videatur, ut Eccleſiæ Catholicæ contra Pelagianos doctrinam, memoriæ juvandæ cauſa, compendio traderet. *Joannes Garnerius* ad Mercatoris opuſcula Diſſertatione 6. conjectando pronunciat, *Sixtum* Presbyterum Romanum, qui *Cæleſtino* in ſedem Apoſtolicam ſucceſſit, verum authorem eſſe hujus *Hypognoſticon*.

* *Liber ſententiarum* ex Auguſtini & Proſperi ſententiis concinnatus ipſum Proſperum Aquitanum habet Authorem. Codex Colbertinus hanc præviam habet annotationem: *Proſper iſte Equitaneus fuit Tolonenſis civis, qui, relictis rebus ſæcularibus, ad divina ſe omnino tranſtulit negotia, & quaſdam ex beati Auguſtini ſententiis carpens, iſtum librum compoſuit.*

* *Reſponſiones ad capitula objectionum Vicentianarum*. Remigianus codex, ante annos plus minus octingentos ſcriptus, habuit a prima manu *Vicentiarum*: a ſecunda vero jam olim correctus præfert, *Vicentianarum*. Lovanienſes obſervant, eſſe qui arbitrentur, *Objectionum* ſcriptorem Vicentium Lerinenſem eum fuiſſe, cujus extat adverſus profanas hæreſum novitates *Commonitorium*.

* *Sermo de generalitate eleemoſinarum* incerto Authore etiamnum extat a Sirmundo editus, ac a PP. Maurinis To. 6. in Appendice.

* *Sermo ad Neophytos*, Hieronymo ſuppoſitus, & Auguſtino, certis argumentis alium habet authorem; ſed hactenus ignotum.

Avicenna, philoſophus & medicus Arabus anno Mxxv. valde celebris, multa ſcripſit, quæ multis in locis impreſſa ſunt, præſertim *Pariſiis* 1598.

S. Basilius Sancti Gregorii Nazianzeni Athenis, & in Eremo comes individuus & amiciſſimus, Cæſareæ in Cappadocia Epiſcopus creatus eſt anno ſalutis ccclxix. Arianis, ipſique Valenti Imperatori fidem catholicam & Eccleſiam opprimenti fortiter obſtitit. Multis libris ad illuſtrandam, propugnandamque veritatem, ad diſciplinam firmandam, ad componendos Clericorum, Monachorum, Virginum, totiuſque chriſtianæ plebis mores editis, ad cœlum migravit Kalendis Januarii anni ccclxxviii. Sæpe eum recitat Waldenſis prout eum allegat S. Thomas in *Cathena*, de qua inferius dicemus.

Beda (Venerabilis) Presbyter & monachus *Girvvenſis* ordinis Sancti Benedicti, ex ipſo Girvvenſi Territorio apud Anglo-Saxones, non longe a Tinæ fluminis oſtiis natus anno Chriſti Dclxxiii. Annum ſeptimum agens a Parentibus traditus eſt in diſciplinam Abbatis *Benedicti* ac deinde *Ceolfridi* qui *Girvvenſi* Monaſterio præfuere, cunctumque ex eo vitæ tempus ibi peragens, omnem meditandis Scripturis operam dedit, atque inter obſervantiam diſciplinæ Regularis, & quotidianam cantandi in Eccleſia curam, ſemper aut diſcere, aut docere, aut ſcribere, dulce habuit. Obiit an. Dccxxxv. Prodierunt ejus opera *Coloniæ Agrippinæ* 1612. & 1688. *Baſileæ* 1563.

S. Benedictus Monaſticæ vitæ in Occidente inſtaurator anno ſalutis cccclxxx. Nurciæ in Umbria natus eſt. *Regulam* ſcripſit, quam plurimum laudat Sanctus Gregorius Magnus, & nuper præclariſſimis commentariis illuſtravit *Edmundus Martene de antiquis Monachorum ritibus*.

S. Bernardus Abbas Clarævallenſis, ob eloquentiæ dulcedinem dictus *Doctor Mellifluus*, Fontanis in Burgundia natus eſt anno ſalutis Mxci. Fuit ſui ſæculi ſtupor, Regum conſiliarius, ſummorum Pontificum Magiſter, Monachorum Pater, orbi celebris, & Deo acceptiſſimus. Obiit

anno

anno MCLIII. Citatur a *Waldenſi* ſub Bernardi nomine *Liber florum*: eſt autem liber iſte antiqua ex Bernardi ſcriptis collectio, quæ *Florilegium* quoque & *Bernardinum* fuit nuncupata, primum edita *Pariſiis* 1503.

* *Liber de amore Dei*, qui in noviſſima Editione *de dignitate amoris* inſcribitur, ſancto Bernardo ſuppoſitus eſt, & merito nunc reſtitutus *Guillelmo* Abbati Sancti Theodorici prope Rhemos.

* *Epiſtola ad Fratres de monte Dei* (quam *Bertrandus Tiſſierius* perperam in ſua Bibliotheca Ciſtercienſi præfato *Guillelmo* aſſerit) Opus eſt *Guigonis* Prioris magnæ Carthuſiæ, ut maxima pars MSS. Codd. prodit, & ipſe etiam textus, in quo Author ſe Carthuſianum profitetur.

* *Liber tertius ſuper Cantica capite* VII. citatur a *Waldenſi*: nunc autem Tractatus ſuper Cantica non dividitur in libros, ſed in capita. Porro ſermo iſte eſt quidem ſeptimus, ſed de iis, qui *Gilleberto de Hoilandia* communi eruditorum calculo adjudicantur.

* *Tractatus collationis Simonis cum Jeſu* Authorem habet Gaufridum Sancti Bernardi diſcipulum. Omnia porro tum genuina, tum ſuppoſita Bernardi opera ab Horſtio & Mabillonio adornata prodierunt *Pariſiis* 1719.

BOETHIUS (Severinus) nobiliſſimus, religioſiſſimus, doctiſſimus ſub *Theodorico* Italiæ Rege Conſul, cujus juſſu occubuit anno DXXIV. Egregia reliquit ingenii ſui monumenta, quæ notis illuſtravit Petrus Callyus *Pariſiis* 1695. & diu ante excuſa ſunt per Bonettum Locatellum *Venetiis* 1488.

S. BONAVENTURA *Balneoregii* in Tuſcia natus anno ſalutis MCCXXI. prius *Joannes Fidauza* dictus; Patrem habuit *Joannem Fidauza*, Matrem *Mariam Retellam*. Sancti Franciſci Regulam profeſſus omni virtutum genere emicuit, præſertim doctrina, in qua ſub *Alexandro Halenſi* adeo profecit, ut Theologiam Pariſiis & alibi omnium admiratione docuerit. A Gregorio X. Summo Pontifice Cardinalis creatus ad Concilium Lugdunenſe II. acceſſit anno MCCLXXIV. ibique fatis conceſſit, poſt multa edita ingenii ſui monumenta, quæ prodierunt *Romæ* ex Typographia Vaticana 1589.

BONIFACIUS I. Papa, defuncto Zozimo, Canonice electus eſt Romanæ Urbis Epiſcopus an. Dom. 418. fruſtra obſtante & pulſo Eulalio, qui Pontificiam Sedem, & Lateranenſem Baſilicam invaſerat. Obiit an. 423. 25. Octobris, Pontificatus ſui anno quinto. Maximum Valentinæ Civitatis Epiſcopum, illius Eccleſiæ Clerici variorum criminum reum, Manichææ præſertim hæreſeos, ad Romanum Pontificem detulerant, ad quem majores cauſas ex Eccleſiæ diſciplina referendas noverant. Bonifacius hujus rei cognitionem ſeptem Provinciarum Epiſcopis demandavit, Epiſt. 2. *ad Epiſcopos Galliæ*, quam recitat Waldenſis infra lib. 2. cap. 79. Eam edidit Philippus Labbe To. 3. Conciliorum, *Venetiis* 1728.

BONIFACIUS II. Papa, natione Romanus ex patre Sigisbuldo, creatus eſt Pontifex XV. Octobris an. DXXX. Ejus Epiſtolam ad Eulalium Epiſcopum Alexandrinum ut adulterinam improbant Baronius ad hunc annum, & Binius. Hæc cum aliis extat apud Labbeum To. 5. *Venetiis* 1728.

BONIFACIUS IV. natione Marſorum de civitate *Valeria* poſt interregnum decem menſium creatus eſt Pontifex die 18. Septembris an. Dom. 607. In Concilio Romano Decretum edidit contra aſſerentes quod non liceat Monachis Sacerdotalia munera obire. Extat illud in Decreto Gratiani, *Romæ* 1582. & apud Labbeum To. 6. Concilior. *Venetiis* 1728. Producitur autem a Waldenſi To. 1. lib. 4. cap. 27.

CÆSARIUS, Arelatenſis ordinatus Epiſcopus anno DII. per quadraginta annos Eccleſiæ ſuæ ſanctiſſime præfuit, & ad cœlum migravit an. DXLII. Cœnobium Sanctimonialium pro ſorore ſua Cæſaria *Arelate* ædificavit. Sancti Auguſtini doctrinæ invictiſſimus aſſertor, Semipelagianorum errores ſtrenue oppugnavit, variaque opuſcula & homilias compoſuit, nunc impreſſa in Bibliotheca Patr. *Lugdunen.* 1677.

CAJUS natione Dalmata, ex genere Diocletiani Imperatoris, poſt obitum Eutychiani XVI. Kal. Januarii anno Dom. CCLXXXIII. in Sede Apoſtolica ſubrogatur. Unicam ejus Epiſtolam refert Labbeus Concil. To. 1. *Venetiis* 1728.

CANDIDUS ARIANUS ſub Severo Imperatore circa annum Chriſti CC. celebris, varia ſcripſit Commentaria *de opere ſex dierum*. De iis commentariis, quæ amplius non extant, loquuntur Sanctus Hieronymus *de ſcriptoribus Eccleſ.* Et Euſebius in *Chronico*.

CALLISTUS I. Papa, natione Romanus, ex Patre Domitio, de regione urbis Ravennatum (nunc dicta *Tranſtyberina*) anno Dominicæ Incarnationis CCXXI. qui eſt Antonini Caracallæ ſecundus, Pontificatum accepit. Sub Alexandro Imperatore, inſtigante *Ulpiano* Prætorii Præfecto, pro Chriſti nomine cæſus eſt anno Chriſti CCXXVI. Decretales ejus exhibet *Labbeus* Concil. To. 1. *Venetiis* 1728. Videnda ſunt quæ habentur ſupra in *Alexandro Papa*.

CANON. Vide infra *Gratianus*.

CANONES APOSTOLORUM. Horum Canonum doctrina vera eſt & Apoſtolica; ſed Author prorſus incertus. Ab hæreticis nonnulli additi ſunt & inſerti: & idcirco iſti omnes canones inter opera apocrypha a Gelaſio Papa fuerunt rejecti: ſerius tamen a Pontificibus, Conciliis & Patribus probati; quinque exceptis, qui hæreticorum aut corruptorum fraude irrepſerunt, nempe XLVI. XLVIII. qui Rebaptizantium hæreſim ſapiunt; LXV. jejunium Sabbati vetante; LXVII. de baptizatis & ordinatis ab hæreticis; & LXXXIV. Apocalypſis librum non recipiente. Omnes Apoſtolorum Canones ex verſione *Gentiani Herveti* refert Labbeus Concil. To. 1. *Venetiis*. 1728.

CANTOR PARISIENSIS (Petrus) vita & ſcientia clarus, ut ait Nangius in ſuo *Chronico*; cognominatus *Cantor*, quod in Eccleſia cathedrali Pariſien. Cantor fuerit. Varia compoſuit opera, quæ in diverſis Bibliothecis adhuc MSS. habentur, ut teſtatur *Caſimirus Oudinus* in ſupplemento de *Scriptorib. Eccleſiaſt.* Sola ejus *Summa*, quæ dicitur *Verbum abbreviatum*, eo quod ab his verbis incipiat, typis excuſa eſt *Montibus Hannoniæ* 1639. vitam monaſticam in Abbatia Longi-Pontis Ord. Ciſtercien. cum fuiſſet amplexus, nondum expleto probationis anno migravit e corpore. Claruit ſæculo XII.

CAS-

Caſſianus (Joannes) quem Gallo-Provincialem fuiſſe multis argumentis evincit Cardinalis Noriſius lib. II. hiſt. Pelag. cap. I. claruit circa annum CCCCIII. Maſſiliæ duo fundavit Monaſteria, quibus ut normam bene vivendi præſcriberet, duodecim libros *de inſtitutis Monachorum* edidit, quos *Caſtori* Epiſcopo Aptenſi nuncupavit. Septem etiam libros *de Incarnatione* Verbi divini adverſus Neſtorium ſcripſit, & *Collationes* vigintiquatuor, quarum tertiadecima tota referta eſt erroribus Semipelagianorum; & ob id a ſancto Proſpero egregie confutatus. Collecta, & exornata Caſſiani opera edita ſunt *Francofurti 1722*. Porro ejus *Collationes & Inſtitutiones* Monaſticæ extant quoque in Biblioth. Patr. *Lugdunen. 1667*.

Cestrensis in priori Editione Veneta ſcribitur *Creſcentius*, repugnantibus MSS. Codd. qui habent *Ceſtrenſis*. Hunc Waldenſis aſſerit authorem ſex librorum *Polychronici*. Nullus autem *Creſcentius* reperitur, cui hoc opus inſcribatur: ſed unice tribuitur Radulpho de Hygedem Anglo O. S. B. *Ceſtrenſi* monacho. De eo Antonius Poſſevinus V. *Radulphus*.

Cassiodorus (Aurelius Caſſiodorius) Senator & Patricius Romanus, qui Theodorico Italiæ Regi acceptiſſimus, & ad primarias dignitates ab ipſo evectus, claruit anno DXIV. P. *Joannes Garetius* monachus Congregationis Sancti Mauri oſtendit *Scyllacii* *, quæ tum primaria Brutiorum urbs erat, *Caſſiodorum* natum fuiſſe; eumque anno ætatis ſuæ LX. vel LXX. ſæculo nuncium remiſiſſe & ſancti Benedicti Regulam in cœnobio *Vivarienſi* prope *Scyllacium* a ſe conſtructo profeſſum fuiſſe, perdocta diſſertatione evincit. Obiit autem *Caſſiodorus* nonagenario major. Omnia porro ejus opera duobus Tomis comprehenſa habentur impreſſa *Venetiis* typis Antonii Groppi anno 1729. Notis & obſervationibus illuſtrata a prælaudato *Garetio*. * al. Squillacii

* *Expoſitio in Cantica Canticorum* non eſt Caſſiodorii fœtus, ſed incerti Auctoris.

* *De origine officiorum*. Liber iſte juſto Volumine comprehenſus aſſervatur Cantabrigiæ in Bibliotheca corporis Chriſti una cum alio Volumine ſic inſcripto: *Sententiæ Caſſiodorii ex ſancto Cypriano*. Sed de his altum apud omnes Scriptores coævos & ſuppares ſilentium. Nec iis ſuffragatur Caſſiodorius ipſe, qui nullibi horum librorum, nec operum quidem ſuorum cathalogum texens, mentionem habuit.

* *Liber in Apocalypſim* vere eſt Caſſiodorii opus: nam in libro ſuo *Divinarum literarum* de hoc in Apocalypſim commentario mentionem facit. Sed non amplius extat, & deperditus cenſetur. Immo *Garetius* in Præfatione ſua ſcribit: *Nec alios* (ſcilicet, præter Hincmarum Rhemenſem) *ſcimus, quibus hic in ſacras literas Tractatus innotuerit*. Sed præter *Hincmarum* eos Tractatus non ignoravit *Waldenſis*, qui aliquando deperditum in Apocalypſim librum citat & recitat.

Claudianus Poeta latinus ſæculo quarto ſub Archadio & Honorio Impp. floruit. Erat ſecta Paganus, & omni ſcientiarum genere inſtructus. De ejus Patria inter Scriptores non convenit. *Angelus Politianus* Florentinum eum aſſerit: alii Viennenſem in Delphinatu; alii Ægyptium, alii Hiſpanum propugnant. Plura de Claudiano diſſerit *Petrus Crinitus* de vita Poetarum lib. I. cap. 85.

S. Clemens I. Papa, totius Chriſtianæ Reipublicæ Summus Antiſtes creatus eſt tertio poſt Petrum loco & ordine, anno Domitiani X. Chriſti nati XCIII. Poſtquam ſediſſet annos novem menſes ſex, dies ſex, prima Decembris, anno ſecundo Trajani Imperatoris, qui eſt Chriſti CII. in Cherſoneſo, quo fuerat relegatus, martyrio coronatus eſt. Ejus Epiſtolæ Decretales Editæ ſunt a *Labbeo* Concil. To. I. *Venetiis 1728*.

* Epiſtolæ *ad Jacobum fratrem Domini*, quæ Clementis nomine circumferuntur, ſuppoſititiæ ex ipſarum exordio & ſerie declarantur. Siquidem poſt obitum Sancti Petri datas ſe produnt: adeoque ad Jacobum ſcriptæ eſſe non poſſunt, qui ſeptem annis ante Petri martyrium Jeroſolymis occiſus eſt.

Clemens ſæpe citatur infra To. I. & expungendum e margine eſt, ſi quando ibi ponitur *Alexandrinus*. Nam Waldenſis aſſerit eum Auguſtini expoſitionem ſequi, quod de Clemente Alexandrino, qui diu Auguſtinum præceſſit, dici non debet. Salvo meliori judicio, eum cenſeo eſſe Clementem Lanthonienſem, cui adſcribitur *Harmonia Evangelica*. Vixit an. 1171.

Cœlestinus I. Papa, natione Romanus ex Patre Priſco, anno Domini CCCCXXIII. Theodoſii Imperatoris XVI. creatus eſt Pontifex. Sedit annos octo, menſes quinque, & diebus tribus juxta computum Binii, & VIII. Idus Aprilis CCCCXXXII. defunctus eſt. Ejus Decreta referuntur a Labbeo To. Concil. III. *Venetiis 1728*.

Chrysostomus (Joannes) circa annum Chriſti CCCLIV. Antiochiæ natus, omnium virtutum decus cum generis nobilitate ſociavit. Presbyter Antiochenus factus ob præclaram eloquentiam *Chryſoſtomi* nomen promeruit. Nectario demum in Sede Conſtantinopolitana ſucceſſit; & ab eo tempore multa perpeſſus eſt ab hæreticis, quos inſectabatur, & ab Eudoxia Auguſta aliiſque Proceribus, quorum pravos mores Apoſtolica libertate increpabat. In exilio deceſſit an. CCCCVII. die XIV. Novembris, ætatis ſuæ LIII. Plurima ex Chryſoſtomo in ſuo *Doctrinali* profert *Waldenſis*, verſione fortaſis uſus *Burgundionis*, de quo dicit ad Martinum Quintum (in Epiſtola, quam ex Codice Vaticano nunc primum Tomo ſecundo præfigimus) *exemplo Burgundionis adjutus, qui pro redemptione animæ filii ſui fructuoſe ſudavit in translatione Chryſoſtomi*. Sed vetus hæc translatio adhuc MS. deliteſcit, uti refert Labbeus in Diſſert. *de Script. Eccleſ.* Quare ſententias potius quam verba Chryſoſtomi mihi recognoſcere neceſſe fuit, verſione utens quandoque *Baſileenſi* 1530. quandoque Bernardi de Montfaucon *Veneta* 1748.

* *Imperfectum* (opus) *in Matthæum*, quamvis Chryſoſtomi operibus inſeratur, fœtum tamen ejus non eſſe omnes conveniunt.

* *Homiliæ in Epiſtolam Pauli ad Hebræos*. Illas ex ore dicentis e ſuggeſtu Chryſoſtomi excepiſſe, & exſcripſiſſe perhibetur *Conſtantinus* quidam Presbyter. Idem tradit Sixtus Senenſis lib. 4. Biblioth. addens quod prædictas homilias Mutianus Scholaſticus latinas fecit.

S. Cyprianus. (Cæcilius) in Africa natus, *Taſcius* primo appellatus, deinde *Cæcilius* a Presbytero *Cæcilio*, qui eum fide Chriſti imbuerat. Anno CCXLVIII. Epiſcopus Carthaginenſis factus eſt; & anno CCLVIII. in Valeriani perſecutione capite obtruncato, martyrii laurea decoratus. Scripta plurima reliquit quæ recognita & illuſtrata edidit *Stephanus Baluzius*. Abſolvit

poſt Baluzium, & Præfationem ac vitam Sancti *Cypriani* adornavit unus ex Monachis Congregationis ſancti Mauri. Extat *Venetiis* Typis Antonii Groppi, & Franciſci Pitterii anno 1728.

* Librum *De duodecim abuſionibus ſæculi*, quem aliquando citat *Waldenſis*, jam eruditi viri Cypriano abjudicant. Incertum autem cui adſcribendus. Alii *Auguſtino* tribuunt, alii *Patritio* Hybernorum Apoſtolo, alii cuidam *Erardo*.

* *Librum Abuſionum* iterum citat *Waldenſis* To. 3. non ſub *Cypriani*, ſed ſub *Auguſtini* nomine, quod præferunt non pauci MSS. Codd. Hinc liquet *Waldenſem* non ſemper iiſdem uſum Codicibus.

* *Liber* (ſeu Epiſtola) *ad Fortunatum*, quem olim *Marianus Victorius* Sancto Hilario Pictavienſi adjudicaverat, nunc Cypriano ab eruditis jure aſſeritur & vindicatur.

Cyrillus in Alexandrina Patriarchali Sede Theophilo conſobrino ſuo ſucceſſit anno Domini ccccxiii. Adverſus Neſtorium hæreſiarcham plurimum decertavit. Et tandem ſanctitate, doctrina, ac zelo percelebris obiit an. Chriſti ccccxliv. Opera ejus Tomis quinque digeſta extant impreſſa formis *Baſileenſibus* apud Joannem Hervagium anno Dom. 1566.

Damascenus (Joannes) circa annum Chriſti dclxxvi. Damaſci in Syria ex nobiliſſima familia progenitus, Monachum induit in Laura ſancti Sabæ; & Presbyter a Joanne Jeroſolomytano Patriarcha inauguratus, plura ſcripſit adverſus Iconomachos, Monothelitas, & Theopaſchitas, omneſque pene hæreticos. Vir Cl. Ord. Prædicatorum Michael Lequien Damaſceni opera omnia nuper illuſtravit, ac edidit. Sed magis accedit Waldenſis ad verſionem quam typis evulgavit Jacobus Billius *Pariſiis* 1619.

Damasus in Pontificatu Romano ſucceſſit Liberio anno Chriſti 367. Valentiniani & Valentis Imperatorum iv. Ejus aliquas Epiſtolas genuinas eſſe, reliquas ab Iſidoro Mercatore ſuppoſitas, jam ſupra diximus ubi de *Alexandro* Papa aliquanto fuſius pertractatum eſt. De illis erudite Binius apud Labbeum To. 2. Concil. *Venetiis* 1728.

Decreta Gratiani. Vide infra *Gratianus*.

Decreta Pontificum, (quæ *Antiquarium Eccleſiæ* a Waldenſi dicuntur infra lib. 2. cap. 44.) a diverſis Auctoribus diverſis temporibus fuerunt collecta. Nam poſt editum *Gratiani Decretum* novæ ſubinde a Romanis Pontificibus emanarunt Epiſtolæ & Conſtitutiones, quæ cum jus facerent in rebus Eccleſiaſticis, earum acceſſione locupletari Canonicam diſciplinam neceſſe fuit. Primus itaque *Bernardus* Præpoſitus Papienſis, ac deinde Epiſcopus Faventinus Decretales, præſertim ſuæ ætatis, collegit paulo ante annum mcxc. Sed emergentibus deinde aliis Sedis Apoſtolicæ conſtitutionibus, ſecunda compilatio a tribus auctoribus confecta eſt, *Gilberto* videlicet *Abbate*, *Alano* Epiſcopo Altiſſiodorenſi, & *Joanne Galenſi*, ſeu *Vallenſi* Volaterris in Tuſcia nato. *Franciſcus Joverius* Valentinus hanc collectionem nobis reproduxit typis Pariſienſibus Anno 1555.

Dionysius Areopagita, ideſt, unus ex *Areopagi* judicibus, a Sancto Paulo ad fidem converſus eſt. Libros edidit *de cæleſti Hierarchia*, *de Eccleſiaſtica Hierarchia*, *de divinis nominibus*, *de myſtica Theologia*, *& Epiſtolas decem:* quæ omnia utrum ſint Areopagitæ Dionyſii, ultro citroque diſputatum eſt. *Morinus*, & *Launojus* ab Authore, qui initio quinti ſæculi floruerit, elucubrata eſſe volunt. Porro *Dallæus* aſſerit neminem ex catholicis ante annum Chriſti dcxx. ſanctum Dionyſium Areopagitam horum Authorem operum crediliſſe vel affirmaſſe, neque horum Authorem ante annum dcxx. floruiſſe. Hoc autem omnino falſum eſſe facili negotio oſtenditur. Nam Leontius, qui librum *de Sectis* ſcripſit ante annum Dom. dcviii. (ut conſtat ex eo quod meminerit Eulogii tunc temporis Alexandrini Patriarchæ, qui illo anno diem ſupremum obiit) Dionyſium inter Patres antiquiſſimos nominat; alibique eum ætatis Apoſtolorum fuiſſe notat; & ſub ejus nomine citat librum *de divinis nominibus*. Ergo ſaltem pluribus quam viginti annis ante annum dcxx. libri illi exiſtimati ſunt ab Authoribus Eccleſiaſticis eſſe ſancti Dionyſii Areopagitæ. Secundo, pluribus ante Leontium annis, Ephræmius Patriarcha Antiochenus in Apologia quadam Concilii Chalcedonenſis, quæ inſcribitur *De Sacris Antiochiæ legibus* (ut vertit Interpres Photii) noſtrum citavit Areopagitam: „ Unam (inquit) perſonam, hoc eſt, „ Verbi incarnati hypoſtaſim pronunciamus, quandoquidem ſimplicem ponit Jeſum Dionyſius „ Areopagita. „ Hic autem Ephræmius ad Antiochenum Patriarchatum provectus eſt circa exordia imperii *Juſtiniani*, ut teſtatur Theophanes, hoc eſt, antequam *Severiani* hæretici illius authoritate coram Hypatio abuterentur, circa annum Domini dxxvi. & mortuus eſt anno dxliii. Ergo falſum eſt, hos libros ante annum Domini dcxx. a nemine Authorum Eccleſiaſticorum Areopagitæ Dionyſio fuiſſe adſcriptos. Tertio, *Joannes* Scythopolitanus ante ſextum ſæculum, vel eo ineunte clarus, ſcripſit ſcholia in libros Sancti Dionyſii Areopagitæ, ut teſtatur Anaſtaſius Bibliothecarius in Epiſt. ad Regem Carolum de Areopagiticis datam. Scholia autem non ſcribuntur in Authorem, niſi cui jam nomen aliquod peperit Antiquitas: ergo ante ſextum ſæculum celebres erant illi libri ſub nomine Dionyſii Areopagitæ. Quarto, Sanctus Gregorius Nazianzenus, qui ante finem quarti ſæculi mortuus eſt, ex illis libris plurima uſurpavit, tacito licet Authoris nomine, ut notat *Billius* in obſervationibus ad Sanctum Gregorium Nazianzenum. Quinto denique ſanctus Dionyſius Alexandrinus, qui quinto ſæculo floruit, ſcripſit ſcholia in hoſce libros, ut teſtatur Sanctus Maximus ad caput v. *Cæleſtis Hierarchiæ*: „ Magnus „ Dionyſius (inquit) Alexandriæ Epiſcopus in ſcholiis, quæ in Beatum Dionyſium ſi„ bi cognominem fecit, ita dicit &c. „ Nec per Dionyſium illum Alexandrino cognominem intelligit Corinthiorum Epiſcopum, ſed Areopagitam, ut colligitur ex Joanne Cypariſſioto *Decade* 1. cap. 1. ubi cum ſententiam *Dionyſii noſtri* ex Epiſtola ad Titum protuliſſet, ſubjungit: *Hoc dictum Sanctus Maximus, & Dionyſius Alexandrinus* denotarunt. Hæc ex Natali Alexandro delibaſſe ſufficiat ad nudandam *Dallæi* aliorumque calumniam. Cæterum ut Areopagitæ libros genuinos eſſe probemus, firmiſſima non deſunt argumenta, quæ laudatus Natalis Alexander collegit in Diſſert. xxii. ſæculi 1. ſed ne actum agere videamur, illuc remittimus Lectorem. Dionyſii opera a pluribus tranſlata, & a pluribus commentata, pluribus quoque in locis excuſa ſunt; præſertim *Argentinæ* 1503.

* *Epiſtola ad Timotheum de morte Apoſtolorum Romæ*, egregium eſt Eccleſiaſticæ antiquitatis monumentum, quod quidem amplius non extat; ſed extitit. Hanc ſiquidem Epiſtolam recenſet

Trithe-

Trithemius, ejuſque exemplar recitatur a Jacobo Archiepiſcopo Genuenſi. Videndus hac de re Poſſevinus in *Apparatu ſacro*.

Dionysius Papa I. poſt Sixtum glorioſum Chriſti martyrem, anno cclxi. Valeriano & Gallieno imperantibus in Pontificem electus eſt. Quas fertur ſcripſiſſe Epiſtolas exhibet *Labbeus* Tom. 1. Conciliorum *Venetiis* 1728.

Doctor Subtilis, (Joannes Duns Scotus) de cujus patria magna eſt Anglos inter, Scotos & Hybernos contentio, ſingulis illum ſibi vendicantibus, quamvis illum poſterioribus *Wadingus* adjudicet. *Joannem Scotum* Doctorem ſubtilem anno mcccviii. Coloniam miſſum Annales Minorum tradunt, & eodem anno mortuum. Scripſit in libros *ſententiarum commentaria*, quæ extant impreſſa *Pariſiis* 1603.

Donatus (Ælius) Grammaticus, qui Romæ anno Chr. cccliii. fuit unus ex Præceptoribus Sancti Hieronymi. Scripſit Grammaticam, & Commentaria ad Terentii & Virgilii libros.

Eleutherus Papa, natione Græcus, ex Patre Abundio, de oppido Nicopoli, anno Chriſti clxxix. Summum Pontificatum auſpicatus eſt. Una ipſi Epiſtola tribuitur, quæ extat apud Labbeum Concil. To. 1. *Venetiis* 1728. Recole jam dicta in *Alexandro*.

Epiphanius, gente Palæſtinus, apud *Bezanducan* vicum in territorio Eleutheropolitano ſitum natus eſt, Parentibus, ut videtur, Iudæis. Circa annum ccclxvii. ad Salaminæ in Cypro urbis (nunc *Conſtantiæ* dictæ) totius Inſulæ Metropoli, Epiſcopatum promovetur: ubi in media hominum multitudine, & in urbe magna ac maritima poſitus, ſermone, ſcriptis, & ſumma morum ſimplicitate, maximam nominis celebritatem adeptus eſt. Obiit anno ccccii. extrema quidem ſenectute, utpote ætatis anno prope centeſimo, Epiſcopatus trigeſimo ſexto. Extant ejus opera a Dionyſio Petavio S. J. Cl. V. edita, & animadverſionibus adornata, *Coloniæ* 1682.

* *Epiſtola ad Joannem Jeroſolomytanum* citatur ſemper in Doctrinali *ad Joannem Conſtantinopolitanum* (qui Chryſoſtomus tunc erat). Sed *Waldenſi* ex aliquo vitiato codice id accidiſſe credendum eſt. Nam præter quam quod *Hieronymus* ad Pammachium hanc laudans Epiſtolam, eam ad Joannem Jeroſolomytanum ſcriptam aſſerit; id maxime ſuadet ipſius Epiſtolæ argumentum. In ea ſiquidem queritur Epiphanius de illata ſibi injuria ob violatum ſuæ Sedis jus in ordinatione *Pauliniani* apud monaſterium *Ad*. Notum autem, & nulli dubium eſt, quod Paulinianus a *Joanne Jeroſolomytano*, non a Conſtantinopolitano ordinatus fuit.

Evaristus Papa, natione græcus, ex Patre Judæo, ſedit annos novem ſub Domitiano, Nerva, Trajano & Adriano Impp. Tandem anno Chriſti cxxi. martyrio coronatus eſt. Evariſti Epiſtolæ Decretales editæ ſunt a Labbeo To. 1. Concil *Venetiis* 1728. Vide jam dicta in *Alexandro*.

Eusebius Cæsariensis, ideſt, Cæſareæ in Palæſtina Metropolitanus Epiſcopus, cujus erudito nomini etiamnum venerabundus aſſurgit, faſceſque ſubmittit univerſus orbis literarius. Obiit anno Chriſti cccxl. poſt multa edita opera, & ſingula præclariſſima, quæ habentur impreſſa *Baſileæ* 1548. per *Henricum Petri*.

* Euſebium *Sanctum* appellat interdum *Waldenſis*: de quo forte ſtupebunt, immo excandeſcent quotquot bene norunt Euſebium hunc ob hæreſeos maculam infauſtum poſteritati nomen reliquiſſe; utpote qui Arianis impenſiſſime favit in depoſitione Euſthatii Epiſcopi Antiocheni, & Athanaſii Patriarchæ Alexandrini; totque in ſuis operibus Arianæ doctrinæ veſtigia impreſſerit, ut hi qui illum ab hac hæreſi vindicandum ſuſceperunt, oleum & operam perdidiſſe videantur. Equidem non ille ego ſum, qui de perperam adſtruenda *Euſebii* ſanctitate cogitem: jure tamen contendo id *Waldenſis* vitio verti haudquaquam debere. Scholaſtica quippe & rudi illa ætate, ac diligentis Criterii ignara, nefas videbatur MSS. Codices temerare, qui Euſebii ſanctitatem præferebant, ut Martyrologium *Uſuardi* in quo die xxi. Junii legitur: *Palæſtinæ Sancti Euſebii Epiſcopi, & Confeſſoris, viri excellentiſſimi ingenii & Hiſtoriographi:* Martyrologium Adonis Viennenſis, in quo ad eamdem diem legitur: *In Cæſarea depoſitio Sancti Euſebii Epiſcopi:* Codex Pariſienſis ante octingentos annos exaratus, continens Euſebii hiſtoriam cum hoc initio: *Incipit hiſtoria Sancti Euſebii Cæſarienſis Epiſcopi:* Breviarium item vetus Eccleſiæ Lemovicenſis, quod in feſto Sancti Euſebii hæc in prima Lectione continet: *Hic cum aliquando Ariana hæreſi laboraſſet, ad Synodum Nicænam accedens, Spiritu Sancto inſpiratus, Patrum ſententiam ſecutus eſt, ac deinceps uſque ad mortem ſanctiſſime cum orthodoxa fide vixit* (*a*). His anti- a
quitatis monumentis, nil mirum quod in ſuperioribus ſæculis de Euſebii ſanctitate opinio pervaſerit, quam diligentius perſcrutari in *Doctrinali* ſuo nec legentium utilitas, neque occaſio ulla a *Waldenſi* poſcebat. Id præſtiterunt poſteriorum temporum hiſtoriæ ſtudioſi, inter quos eruditus *Florentinius*, qui pluribus evincit Euſebium Cæſareæ in Palæſtina Epiſcopum in Martyrologiis locum habere non poſſe; & notat quod cum plures urbes dictæ ſint *Cæſareæ*, Euſebius ille, qui in quibuſdam Martyrologiis ponitur die xxi. Junii, alium non eſſe, quam Euſebium *Cæſareæ* in Cappadocia Epiſcopum, Sancti Baſilii immediatum deceſſorem. Certe in veteri Martyrologio MS. Hieronymiano, quod paſſim viri eruditi *Corbejenſe* appellant, ad diem xxi. Junii legitur, *Cæſareæ Cappadociæ Sancti Euſebii Epiſcopi* (*b*). Iſte error, quo Martyrologiorum Scri- b
ptores pro Euſebio in *Cappadocia*, Euſebium *in Cæſarea* poſuerunt, cæteris errandi occaſionem præbuit.

Eusebius Emissenus in Phœnicia Epiſcopus Arianus, qui claruit circa an. Chriſti cccxl. multas & breves ſcripſit homilias, quæ omnino perierunt. Unde homiliæ, quæ hodie ſub Euſebii Emiſſeni nomine circumferuntur, non ſunt Euſebii Emiſſeni, qui græce ſcripſit, ſed cujuſdam latini Scriptoris. Quæ *de Tempore* ac *Sanctis* inſcribuntur, in quibus laudatur, Sanctus Gregorius Magnus, *Brunoni Aſtenſi* vindicantur. Alias vero pluſquam quinquaginta, quæ ſuperſunt variis de argumentis, vel Eucherii Lugdunenſis, vel Fauſti Rhegienſis, vel Cæſarii Arela-

(*a*) Præter hæc Euſebianæ orthodoxiæ monumenta, egregium habetur infra *Doctrina* iv. Caſſiodori teſtimonium.

(*b*) Iſte eſt *Euſebius Samoſatenus*, qui Catholicæ fidei fuit propugnator acerrimus, & eo nomine perſecutionem paſſus a Conſtantio & Valente Impp. Arianis, ac denique, in odium fidei, tegula obrutus ab Ariana muliere.

tenſis eſſe cenſent viri eruditi Baronius, Bellarminus, Poſſevinus, Caſaubonus, & alii. Extant hujus Euſebii Monumenta in Bibliotheca Patrum *Lugdun.* Sermo qui incipit *Magnitudo cœleſtium* ſæpe in tomo 2. relatus, extat To. XI. operum S. Hieronymi Editionis *Veronen.* Fauſto Rhegienſi reſtitutus.

* Imprudenter inſultat *Rivetus* doctiſſimo Cardinali Perronio, quod in libro ſuo *de Euchariſtia* aliquot *Emiſſeni* teſtimonia ad fidem Catholicæ Eccleſiæ confirmandam protulerit. Quomodo non improperaſſet *Waldenſi*, qui Tomo II., ubi de Euchariſtia, frequenter *Emiſſenum* producit ad tuendam ab hæreticis veritatem? Pro Waldenſi ego reſpondeo quod pro Eminentiſſimo *Perronio* ſcribit Natalis Alexander ſæc. IV. art. VII. cap. VI. „ Quamvis (quæ recitantur a „ Waldenſi) non ſint Emiſſeni, antiqui tamen, & eruditi ſunt Scriptoris; ſive ille ſit Eucherius Lugdunenſis, ſive Hilarius Arelatenſis: & traditionis ſunt inſigne monumentum. „

Eusebius Papa, natione græcus, poſt martyrium Marcelli, die quinta Februarii anno Dom. CCCIX. Summus Pontifex inauguratus eſt. Habentur ejus Epiſtolæ Decretales apud Labbeum To. I. Concil. *Venetiis* 1728. Vide quæ ſupra dicta ſunt in *Alexandro*.

Fabianus Papa, natione Romanus, anno Chriſti CCXXXVIII. in Pontificia Sede omnium voto collocatus eſt, die XVI. Januarii, Imperatore Maximino. Tres, quæ ipſi tribuuntur, epiſtolas videſis apud Labbeum To. I. Concil. *Venetiis* 1728.

Felix Papa natione Romanus ultimo die anni CCLXXII. Dionyſio in ſede Apoſtolica ſubſtituitur. Ipſius nomine extant Decretales duæ a Labbeo relatæ To. I. Concil. *Venetiis* 1728.

Felix Papa IV. natione Samnius, vir in Romano Clero probatiſſimus, a Theodorico Gothorum Rege per tyrannidem Summus Eccleſiæ Pontifex inauguratus eſt, atque a toto Clero approbatus die 24. Julii an. Dom. 526. Non Felix *quartus*, ſed *tertius* ab iis inſcribitur, qui Felicem ſecundum ab Arianis Liberio exulanti ſuffectum inter Pontifices Romanos locare nefas ducunt. Sed nobis ſatis æqua videtur Severini Binii in Notis *ad Pontificale Romanum* ſententia, qua rem dilucide definit dicens: „ Felix (ſecundus) Pontificiam ſedem, vivente adhuc, „ atque pro fide exilium ſuſtinente Liberio vero Pontifice, non aliter quam Chorepiſcopus le„ gitime obtinuiſſe potuit. Si vero ab Arianis Epiſcopus ordinatus fuit, ut ſchiſmaticus, jure „ magis uſurpato quam debito eamdem occupaſſe debuit. Ab eo tempore, quo Felix Conſtan„ tium, Urſacium, Valentem, alioſque Arianos excommunicando vexillum fidei erexit, quove „ Liberius, ob manifeſtam cum hæreticis communionem, a Catholicorum communione plane „ extorris exiſtimatus eſt, ille omnium Catholicorum judicio, quamquam antea ſchiſmaticus „ fuiſſet, legitimus Eccleſiæ Catholicæ Pontifex haberi cœpit. „ Felicis quarti Epiſtolam primam recitat Waldenſis lib. 2. cap. 58. in fine, eamque illi ſuppoſitam evincere non videntur leves illæ conjecturæ, quæ ab aliquibus proferuntur. Extat apud Labbeum *Venetiis* 1728.

Fischater (Richardus Fishacre) Ordinis Prædicatorum, Oxfordii natus, ibi Theologiam docuit. Fato functus eſt anno MCCXLVIII. ut refert Matthæus Paris. Commentaria ſuper libros Sentent. elucubravit, quæ Sanctus Thomas Aquinas maximo in pretio habuit. Extant nunc MSS. in Bibliotheca Sorbonica. Tractatus quoque de Indulgentiis, & poſtillæ ſuper ſeptuaginta primos Pſalmos ejuſdem *Fiſchacri* habentur MSS. Oxfordii. Plura alia opuſcula enarrat de eo Pitſæus, quæ ad nos non pervenerunt.

Flaccus. Vide *Valerius* infra.

Flavianus Auctor latinus, cui tribuitur opus de veſtigiis Philoſophorum a Joanne Sariſberienſi ſæpe citatum lib. 2. *de Nugis Curialium*.

Fulbertus, natione Italus, in Gallia claruit circa annum MVII. Collegii Navarrici, Galliarum Regis Roberti Cancellarius, & Carnotenſis Epiſcopus poſt Rodulphum ab eodem Rege deſignatus. In Schola Carnotenſi multos habuit, & præclariſſimos diſcipulos, adeo ut nulla ſchola celebrior in Gallia viſa fuerit, ſicut teſtatur Bulæus in hiſt. Univerſit. Pariſien. ſæculo 2. ſcripſit Fulbertus Tractatum *adverſus Judæos*, Canonem *de pœnitentia mulierum*, complures Epiſtolas, Proſas, & Hymnos. Epiſtolam Fulberti *de rebus Eccleſiæ religioſe & caute diſtribuendis* antehac ineditam publicavit *Lucas Dacherius* in Appendice ad Tom. II. Spicilegii.

S. Fulgentius Epiſcopus Ruſpenſis in Africa, ob fidei conſtantiam a Traſamundo Ariano Rege in Sardiniam relegatus, tandem in ſuam ſedem reſtitutus eſt ſub Hilderico Rege circa annum Chriſti DXXIII. In Sacra Scriptura & in doctrina ſanctorum Patrum, præcipue Sancti Auguſtini, verſatiſſimus, decem libros pro defenſione gratiæ Chriſti elucubravit, quorum ſeptem adverſus libros a Fauſto Rejenſi Epiſcopo Semipelagiano editos compoſuit. Septem hi libri perierunt: eos tamen ſe legiſſe teſtatur Iſidorus Hiſpalenſis. Scripſit etiam libros de veritate Prædeſtinationis, & gratiæ. Item alium librum de divina prædeſtinatione, quo probat Deum prædeſtinare homines ad bona, non ad mala. Plures alios ejus libros recenſet *Labbeus* in Diſſertatione *de ſcriptorib. Eccleſiaſticis*. Sermones cum lib. de Prædeſt. habentur in Biblioth. PP. *Lugdunen.*

Gennadius natione Gallus, Presbyter Maſſilienſis, texuit cathalogum illuſtrium ſcriptorum, qui eum præceſſerant. Edidit etiam librum *de Eccleſiaſticis dogmatibus*, qui olim ſancto Auguſtino inſcribebatur. Subjunxit tamquam appendices ad librum ſancti Auguſtini *de hæreſibus* quatuor hæreſes, ſcilicet, Prædeſtinatianam, Neſtorianam, Eutychianam, & Timotheanam, ut docet Hincmarus Rhemenſis Epiſcopus in lib. de prædeſtinatione cap. 1. Claruit circa annum CCCCXCV. Liber ejus *de illuſtribus ſcriptoribus* extat apud S. Hieronymum To. 2. *Veronæ* 1734.

Gilbertus de Porreta civis & Epiſcopus Pictavienſis ſcripſit prolixam *in Pſalmos expoſitionem*, quam citat infra lib. 3. cap. 20. Thomas Waldenſis. Eam ſe vidiſſe MSS. duobus voluminibus in fol. in Bibliotheca Selincurtenſi Ord. Præmonſtraten. teſtatur *Philippus Labbe* in Diſſert. *de ſcriptorib. Eccleſ.* Scripſit quoque in *Epiſtolas Divi Pauli expoſitionem* breviorem, quæ pariter MS. extat in Bibliotheca Vallis-Claræ Ordinis Ciſtercienſis in Tractu Laudunenſi. Fatis conceſſit Gilbertus iſte an. virginei partus 1187. Cum eſſet ſubtiliſſimus Philoſophus, & nimium ſcrutaretur ſublimia, ad Concilium Rhemenſe ſub Eugenio III. Papa habitum an. 1147. vocatus, ad inſtantiam Divi Bernardi arguitur, quod obſcurius de ſanctiſſima Trinitate diſſeruiſſet, coactuſque fuit ſcripta ſua interpretari. Sed ibi condemnatus non legitur, ut multi perperam ſcribunt. Plura videſis apud Fratres Sammarthanos in *Gallia Chriſtiana*, To. 3.

Glossa. Duplicem Gloſſam ſolet in medium proferre Thomas Waldenſis: unam in Divinæ Scri-

Scripturæ libros: alteram in jus Canonicum. Prima, quæ dicitur *ordinaria*, collecta fertur a Strabo diſcipulo Rhabani; & quidem permagni facienda eſt, utpote ex veterum Patrum ſcriptis concinnata; ſicuti & *interlinearis* ab Anſelmo Laudunenſi collecta. His acceſſerunt expoſitiones morales Nicolai Lyrani, atque additiones Pauli Burgenſis. Hæc omnia prodierunt *Venetiis* apud Variſcum an. 1603. Quoad vero gloſſam in jus Canonicum plures adlaborarunt doctiſſimi viri, præſertim *Tancredus*, *Hugutio*, *Joannes Teutonicus*, *Archidiaconus*, *Joannes Andreas* Bononienſis, *Bernardus Batonus* Parmenſis, & *Goffredus*.

Gotfredus, ſeu *Gothefridus*, Viterbienſis Presbyter, Conradi III. Friderici I. & Henrici VI. Imperatorum Capellanus ac Notarius, partim metro, partim proſa ſcripſit ad Urbanum III. Papam *Chronicon Univerſale*, quod *Pantheon* nuncupavit, perduxitque ad an. 1186. Habetur in Collectione Hiſtoricorum Germaniæ, quam procuravit Joannes Piſtorius Niddanus *Francofurti* 1582.

Gratianus (Nicolaus) Cluſii in Etruria natus, Ordinis Benedictini monachus, Bononiæ in Monaſterio SS. *Felicis & Naboris* anno circiter Mcl. Decretorum collectionem adornavit ex Patrum ſententiis, Pontificum Decretis, & Conciliorum Canonibus. Quod opus hodieque *Decretum Gratiani* appellatur. Excuſum eſt *Romæ* cum gloſſis Gregorii XIII. P. M. anno Dom. 1582.

S. Gregorius I. Papa ob innumera præclare geſta *Magnus* nuncupatus, Senatorii generis, Gordiano Patre, Matre Silvia Romæ progenitus; e monaſterio ad Eccleſiæ miniſterium vocatus, Pelagio ſecundo in Romana Sede ſuffectus eſt anno Chriſti Dxc. Mala valetudine diu afflictus, immenſis pro Eccleſia Dei perfunctus laboribus, libris ad Chriſtianorum inſtitutionem editis, ad vitam immortalem migravit anno Dciv. Patres Benedictini Congregationis ſancti Mauri egregiam nobis hujus Magni Pontificis operum Editionem adornarunt *Pariſiis* 1705.

* Non creduntur Sancti Gregorii opera *Commentarius in libros Regum*, & *commentarius in Pſalmos pœnitentiales*.

* *Commentarius in Cantica Canticorum*, ſpurius cenſetur Gregorii fœtus.

* Nonnulli Authores, non ſolum Heterodoxi, ſed etiam Catholici, *libros Dialogorum* Sancti Gregorii Magni eſſe negarunt, Gregorio II. qui propterea *Dialogus* a Græcis appellatus ſit, hoc opus tribuentes. Verum hi refelluntur ipſius Gregorii Magni teſtimonio Epiſt. L. lib. ſecundo ad *Maximianum*. Porro, in homiliis & in Dialogis eaſdem hoſtorias iiſdem ferme verbis expreſſas, & tamquam ab eodem recitatas, legere eſt. De quo plura proſequitur Natalis Alex. ſæc. vi. cap. iv. art. xvi.

* Epiſtolæ x. lib. xi. *ad Senatorem Presbyterum*, & xxxii. lib. xi. ad *Felicem* Meſſanæ Epiſcopum tamquam ſuppoſitæ reprobantur a quibuſdam, ſed quam immerito videbitur infra To. 1. lib. 2. ubi eas citat *Waldenſis*.

S. Gregorius Nazianzenus cognomento *Theologus*, cum Sancto Baſilio ſumma neceſſitudine devinctus. A Nazianzena Eccleſia recedens, Conſtantinopolim venit, ubi contra Arianos diu multumque laboravit, & Epiſcopalia per aliquod tempus munia obivit. Sed ad vitandos tumultus, ſponte dignitate Epiſcopali ſe ſe abdicavit, & Nazianzum reverſus, ibi nonagenario major obdormivit in Domino, anno Ccclxxxix. Extant ejus opera duobus Tomis impreſſa *Coloniæ* an. 1690. a Jacobo Billio Prunæo recognita.

Gregorius Nyssenus, Sancti Baſilii frater natu minor, & Nyſſæ in Cappadocia Epiſcopus, fidem contra Arianos propugnavit, & vivebat adhuc an. Chr. Cccxc. ejus opera collegit P. Fronto Ducæus Burdegalen Soc. Jeſu, ac edi curavit *Pariſiis* an. 1605.

Guido Carmelita, vulgo *Guido de Perpiniano* natione Hiſpanus, Patria Catalanus, & Perpinianenſis Doctor celeberrimus, anno Mcccxviii. in comitiis Generalibus Burdigalæ habitis, ſupremus Carmelitarum Præſul conſtituitur. A Summo Pontifice Joanne xxii. Lector Sacri Palatii adſcitus eſt anno Mcccxxi. Pro quo grave teſtimonium reddit ipſe *Waldenſis* To. ſecundo c. lxiv. Sequenti anno ad Epiſcopatum Majoricenſem aſſumptus, & poſtea ad Elnenſem in Catalonia, plurimum adverſus hæreticos laboravit. Non pauca reliquit pietatis ſuæ & doctrinæ monumenta, inter quæ *Summam hæreſum* editam *Coloniæ* 1631.

Guitmundus in cœnobio de cruce Sancti Leufredi monaſticam vitam duxit, & hinc Archiepiſcopus Averſanus conſecratus eſt; immo, ſi Odorico vitali fides, etiam Cardinalis creatus. Vir in divinis Scripturis ſtudioſus ac peritiſſimus ſcripſit inter alia libros tres ad Rogerium Monachum contra errores Berengarii Turonen. *De corpore & ſanguine Domini*, in Bibliotheca Patrum *Pariſien.* 1654. claruit Imperante Henrico iii. anno ſalutis Mlx.

F. Gullielmus (*Windeford* ſeu *Woodford*) Wilfordii in Anglia natus, Ordinis Minorum alumnus, anno Mccclxvi. a Concilio Londinenſi deſignatus fuit ad refutandas impias Wicleffi hæreſes. Quod egregie præſtitit in Tractatu, qui etiamnum extat impreſſus, ſcilicet, in *Faſciculo rerum expetendarum*. Alii ejuſdem Tractatus in Anglia reperiuntur MSS. præſertim *Apologia* contra Richardum Armachanum de mendicitate Jeſu Chriſti, Errorum Armachani Summa, & Tractatus de Sacramento altaris. Obiit *Gullielmus* Gloceſtriæ, anno ſalutis Mcccxcv.

Haymo, primo Alcuini diſcipulus, deinde Monachus Fuldenſis, ac demum Halberſtatenſis Epiſcopus an. Dcccxli. renunciatus. Scripſit commentaria in Epiſtolas Divi Pauli, quæ habentur impreſſa abſque numeris paginalibus *Coloniæ* 1539. in officina *Cerviconii*.

Hegesippus, qui Aniceti & Eleutheri Romanorum Pontificum temporibus floruit, quinque libros Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcripſit ſermone ſimplici, ut Apoſtolorum quorum vitam ſectabatur dicendi quoque exprimeret caracterem. Perierunt hi libri magno chriſtianæ Reipublicæ detrimento. Quædam ex his fragmenta refert Euſebius lib. 2. *hiſt. Eccl.* cap. 22. lib. 3. cap. 20. & 32. & lib. 4. cap. 8. & 12.

Hermas dictus *Paſtor*, ex eo quod Auctor ſit libri *Paſtoris*, fuit natione Italus, frater conſanguineus Pii 1. Papæ, ut notatur in libro Pontificali Damaſi Papæ. Liber *Paſtoris* maximo in pretio apud Grecos fuit, & memoratur ab Euſebio lib. 5. cap. 9. Clemente Alexandrino lib. 1. & 6. Strom. Athanaſio de Incarnatione Verbi, & Hieronymo de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Hunc

librum

librum non amplius extare contendit Severinus Binius; & qui ſub titulo *Paſtoris* circumfertur, eſſe antiquioris Scriptoris.

Henricus de Gandavo, qui & *Doctor ſolemnis* appellari meruit, Archidiaconus Tornacenſis, obiit anno Chriſti 1293. ætatis ſuæ lxxvi. die viii. Septembr. Quæ ſcripſit *Theologica quodlibeta* extant impreſſa *Pariſiis* 1518. *Summa quæſtionum* ibid. 1520. Liber *de viris illuſtribus Coloniæ* 1580. & *Antuerpiæ* 1639.

Hesychius (alii *Iſychius*) Patriarcha Jeroſolomytanus anno Domini Dc. clarus, ſcripſit in Leviticum libros ſeptem, qui latine prodierunt *Baſileæ* 1527. & *Pariſiis* 1581. Plura de Heſychio, & lectu digna habent Bellarminus, atque Labbeus in *de Scriptorib. Eccleſiaſticis*.

Hieronymus *Stridone* in Dalmatiæ Pannoniæque confinio, Patre *Euſebio* natus eſt. Multis peragratis Provinciis ac Regionibus, in Syriæ eremo monaſticam vitam duxit. A Paulino Antiochiæ Epiſcopo Presbyter ordinatus eſt anno circiter ccclxxviii. Tandem in Bethleem ſeceſſit, ubi conſenuit in Monaſterio, in ſacrorum librorum ſcriptione, & divinarum Scripturarum meditatione ac commentatione aſſidua. Quam optimo jure *Doctor Maximus* appellatus fuerit, oſtendunt multa ac præclariſſima ejus Opera, quæ poſt *Martianæum* rurſus adornata, *Veronæ* edita ſunt an. 1734.

* *Breviarium in Pſalmos* Hieronymo nunc jure abjudicatur, & cenſetur opus cujusdam monachi, qui coram Fratribus, ad horæ conſtitutæ menſuram, ſermonem habuerit, ut conſtat ex Pſalmorum 87. 101. & 115. expoſitionibus.

* *Quæſtiones*, ſeu traditiones *Hebraicæ* in libros Regum & Paralipom. ipſi abjudicat *Nicolaus Lyranus*, & *Neophyto* cuidam Judæo tribuit, qui ex hebraicis fabulis multa corraſerit ineptiſſima.

* *Annotationes in Acta Apoſtolorum* non ſunt Hieronymi, cujus nomen & librum de nominum Hebraicorum interpretatione laudant. A *Beda* ex Sancti Hieronymi operibus collectas Sixtus Senenſis conjicit.

* *In lamentationes Hieremiæ commentaria ad Euſebium* non eſſe Hieronymi opus conſtat ex linguæ hebraicæ imperitia, ac ſtyli inæqualitate. Illud *Rhabano* aſſerit Sixtus Senenſis.

* *Commentaria in Job ad Vecterium* non eſſe Hieronymi probat vulgatæ Bibliorum verſionis uſus, ſtyli diſſimilitudo, myſticarum expoſitionum, ſenſu literali neglecto, ſtudium. Bedæ Presbytero tribuenda eſſe nonnulli conjiciunt: alii Philippo monacho & Presbytero, qui Sancti Hieronymi fuit auditor.

* *Annotationes* in omnes Sancti Pauli Epiſtolas Pelagio tribuit Sanctus Auguſtinus lib. 3. *de peccatorum meritis & remiſſione* cap. 1. & 12.

* *Epiſtola ad Demetriadem Virginem* Pelagio quoque reſtituenda eſt, ut conſtat ex S. Auguſtino Epiſt. 143. *ad Julianam* Demetriadis matrem.

* *Dialogus Hieronymi, & Auguſtini de origine animarum* inter ſpurios nunc eſt rejectus; ſed non levem habet authoritatem, quia etſi Hieronymi & Auguſtini non ſit, ab eorum tamen teſtimoniis incerto authore collectus eſt.

* *Epiſtola ad Damaſum de fide*, nunc ſuppoſita recenſetur ſub titulo *Explanatio Symboli ad Damaſum*. Eſt ſermo cxxv. *de tempore*, qui in Auguſtini *Appendice* reperitur. Queſnellius authorem illius facit *Gregorium Bœticum* Eliberitanum Epiſcopum.

* Interpretatio triformis *magnum volumen* appellatur a Waldenſi liber iſte, eſtque veluti Gloſſarium nominum latinorum. Sed de iſto nihil apud tum veteres tum recentiores Hieronymi Editores. Similia reperiuntur in *Nomenclatore Philologo*, edito *Iſnacii* 1632.

* *Explanatio Apocalypſis ad Anatholium* liber cenſetur Hieronymi deperditus, ut notat in ſuo *Apparatu ſacro* Poſſevinus. At revera extat ſub nomine *Victorini* in Biblioth. PP.

* *Vitæ Patrum*. Alia ibi ſunt, quæ *Sulpitio Severo* nunc ab eruditis tribuuntur, alia Evagrio, atque aliis antiquis Scriptoribus: quod nos ſuo loco notabimus.

Hilarius Epiſcopus Pictavienſis in Patria ſua, contra Arianos infenſiſſime pugnabat anno Domini ccclıv. Patres Congregationis Sancti Mauri egregiam ejus operum editionem adornarunt, quam typis ſuis dederunt *Veronæ* Petrus Antonius Bernus, & Jacobus Vallarſius an. 1742.

Hildebertus Cenomanenſis Epiſcopus, & poſtea Archiepiſcopus Turonenſis factus anno ſalutis Mcxxv. Præter varia ab ipſo edita Opera, quæ a Labbeo enumerantur, plures ejus Epiſtolæ Tomo vi. & Tomo xiii. Spicilegii Dacheriani, & una ipſius Epiſtola Tom. i. Analectorum Mabillonis editæ ſunt. Ejus ſermo *de Sancto Andrea* habetur inter Opera Divi Bernardi Editionis *Baſileenſis* an. 1566.

Historia Scholastica. Vide infra *Petrus Comeſtor*.

Honorius iii. Patria Romanus, ſtirpe *Cencius*, poſt Innocentium III. Summus Eccleſiæ Pontifex electus eſt an. 1216. ſcripſit *Collectionem Epiſtolarum Decretalium*, quas edidit cum Notis Innocentius Cironius *Toloſæ* 1645.

Hugo (de Sancto Victore) Canonicus regularis & Prior Sancti Victoris Pariſienſis in territorio Iprenſi natus eſt. Ab anno Mcxxx. uſque ad obitum ſuum qui contigit anno Mclxii. Theologiam tanta doctrinæ ubertate docuit, ut *ſecundus Auguſtinus* meruerit appellari. Habemus opera ejus edita Venetiis 1588. & *Rothomagi* 1626.

Innocentius tertius ex illuſtriſſima Comitum *Signiæ* familia, electus eſt Romanæ Eccleſiæ Pontifex idib. Januarii Mcxcviii. egregium ejus Eccleſiæ univerſalis regimen commendarunt præclariſſima geſta; & eximiam ejus doctrinam probant plurima quæ ſcripto reliquit, edita *Coloniæ* 1575.

Joannes Baccontorpius (*Bacconus*, vel *de Baccone* ex oppido patrio) natione Anglus, profeſſione Carmelita, in ſacra Facultate Pariſienſi Doctor Theologus, quem anno Mcccl. claruiſſe tradit Trithemius. Scripſit *Commentaria* in libros Sent. *Compendium legis Chriſti*, *Quodlibeta*, quæ extant impreſſa Cremonæ 1618.

Joannes de Deo natione Hiſpanus, Decretorum Doctor & Eccleſiæ Bononienſis Canonicus, claruit anno Mccxlvii. ſcripſit ad Epiſcopum & Capitulum Bononien. *librum Pœnitentiarium* qui extat MS. in Bibliotheca publica Cantabrig. vol. 118. num. 2. & Patavii in Bibliotheca Canoni-

nonicorum Regularium *Sancti Joannis in Viridario*, ut habet *Philippus Thomaſinus* in Biblioth. Patavina MSS. p. 31. Ex iſto codice ampliſſima ſane excerpta nobis exhibuit *Jacobus Petyt* ad calcem *Pœnitentialis* Theodori Cantuarien. *Pariſiis 1677*. *Summa Judicum*, *Caſus ſuper Decretales* habentur MSS. in Bibliotheca Monaſterii Dunenſis, teſte Sandero in *Biblioth. Belg.* part. 1. p. 177. Ejusdem perhibetur eſſe Tractatus de excommunicationibus apud *Thomaſin.* loco citato.

Jonnes quadragesimus quartus, ideſt, Epiſcopus quadrageſimus quartus Jeroſolymorum, hujus nominis ſecundus, mortuo Sancto Cyrillo in ea Sede ſubrogatus fuit anno ccclxxxvi. Migravit e vita anno ccccxvi. Ejus opera collegit Petrus Waſtellius Carmelita ac edidit *Antuerpiæ 1643*. Citat *Waldenſis* opus ejus *de inſtitutione primorum Monachorum veteris Teſtamenti*, quod etiam extat in Biblioth. Patr. *Pariſ.* To. 9.

Joannes Tertius Papa Pelagii ſucceſſor. De eo memoria dignum extat, quod Sagittarii Ebredunenſium, & Salonii Vappicenſium Epiſcopi, in ſecunda Synodo Lugdunenſi ob ſcelera depoſitorum, appellationem ſuſcepit, datis ad Regem Gunthramnum Epiſtolis, ut teſtatur Gregorius Turonenſis lib. 5. *hiſt. Francor.* cap. 20. Cætera ejus geſta pene ignota ſunt. Obiit anno 572. tertio Idus Julii, anno Pontificatus tertiodecimo, ut habet Anaſtaſius in ejus vita. Ejus Epiſtola *ad Epiſcopos Germaniæ & Galliæ* a pleriſque eruditis ut ſuppoſititia rejicitur.

Joannes Scotus cognomento *Erigena*, natione Anglus, profeſſione Monachus, & Venerabilis Bedæ diſcipulus, qui Ticini, ut refert Antonius Poſſevinus in ſuo *Apparatu*, primus jecit fundamenta ejus Academiæ, juſſu Caroli Magni. Vertit e græco in latinum Sancti Dionyſii Areopagitæ Opera, quæ & commentariis primus illuſtravit. Obiit circa annum Dom. 886. Ejus commentaria cum Dionyſii operibus excuſa ſunt *Coloniæ* 1503. Nonnulli affirmant Commentatorem hunc illummet fuiſſe, qui fuit Abbas Vercellenſis, & *Thomas* nuncupatus. Sed nobis controverſiam innuere ſufficit, dirimere non vacat. Egregiam de Joanne Scoto Diſſertationem edidit lib. 12. *de perpetuitate fidei* Antonius Arnaldus Canonicus Regularis.

Jonas Aurelianenſis Epiſcopus, ſæculo ix adverſus Claudium Taurinenſem juſſu Ludovici Pii Imperatoris ſcripſit pro defenſione Sanctarum Imaginum & Sanctæ crucis libros tres, qui habentur in Bibliotheca Patrum *Pariſien.*

Joseph Antiochenus, quem Poſſevinus in ſuo *Apparatu* anno Chriſti cxxx. vixiſſe tradit, librum edidit *ſpeculum perfectæ militiæ Eccleſiæ primitivæ*. Hoc opus temporum injuria periiſſe creditur. *Emmanuel* tamen *Romanus* in ſuis *Elucidationibus* Carmelitarum, Elucidat. 27. illud ſe vidiſſe teſtatur, atque legiſſe in Bibliotheca Univerſitatis Salmaticenſis. Illud ante trecentos annos memorat Philippus Ribotti, ac refert in ſpeculo Ordinis lib. 5. cap. 8. Veriſimile quoque cenſeo, quod illud viderit *Thomas Waldenſis*, qui illud citat To. 1. lib. 4. cap. 27.

Josephus (Judæus) anno Chriſti xxxvii. ſub Caligula Imperatore natus eſt. Vixit uſque ad tempora Domitiani eruditione & ſcriptis celeberrimus. *Genevæ 1611*.

S. Irenæus diſcipulus beati Polycarpi martyris, cum Sanctus Pothinus prope nenagenarius martyrium ſubiiſſet, in Lugdunenſi Epiſcopatu ſuffectus eſt. Floruit ſub imperio *Commodi*, & Eccleſiam luculentiſſimis ſcriptis munivit adverſus hoſtes veritatis & unitatis. Prodierunt *Venetiis* 1734.

S. Isidorus Epiſcopus Hiſpalenſis obiit anno Chriſti dcxxxvi. Edidit libros duo *officiorum*, & alios, de quibus legendus eſt Labbeus in Diſſ. *de Script.* Extant *Pariſiis 1601. 1686.* & *Matriti 1599*.

* *Sermo in Synodo de excellentia Sacrorum Ordinum* inter Iſidori Opera non extat. De eo in Procemio Tomi Secundi, ubi authores *de officiis* recenſentur, oportunius differitur.

Ivo (alii Yvo) beati Lanfranci in Abbatia Beccenſi diſcipulus, poſtea Sancti Quinctini Bellovacenſis primus Abbas, ac tandem Epiſcopus Carnotenſis inauguratus anno mxcii. Ejus opera nobis dedit J. B. Souchat Pariſiis 1647.

Julius Civis Romanus, poſt Marci Papæ obitum, anno Chriſti 336. Conſtantini Imperatoris ultimo, Summum Pontificatum adeptus eſt. Sedit annis quindecim, & quinque menſibus. Ex quatuor Julii primi Epiſtolis, quæ in Editionibus Conciliorum leguntur, duæ dumtaxat genuinæ habentur: una quæ *ad Orientales*; altera, quæ *ad Alexandrinos* inſcribitur.

Juvenalis (Decius Junius) natione Italus, Patria Aquinus, ſub Nerone Imperatore Clarus ob acutam poeſim, qua ſui ſæculi vitia carpebat.

Lanfrancus Papiæ in Lombardia ortus in Monaſterio Beccenſi ſub *Hirluino* primo Abbate factus eſt monachus, hinc Abbas Cadomenſis, & tandem Archiepiſcopus Cantuarienſis anno mlxx. Ejus ſcripta collegit ac edidit Lucas Dacherius Congregationis S. Mauri. *Venetiis* iterum prodierunt anno 1745. Typis *Joſephi Coronæ*.

Lactantius (Firmianus) quem ſanctus Hieronymus in cathalogo, & in Epiſt. ad *Magnum* mirifice ob eloquentiam laudat, Firmii in Umbria, ut fertur, natus, ineunte ſæculo Eccleſiæ iv. ab Imperatore Conſtantino Criſpi filii ſui præceptor inſtituitur. Prodierunt ejus opera *Baſileæ* 1563. & *Lugduni* 1642.

Leo i. ob innumera præclara geſta cognomento *Magnus* anno Chriſti ccccxl. in Sancti Petri ſede conſtitutus eſt. Fuit natione Italus, patria Romanus. Obiit die xi. Aprilis anni cccclxi. ex pluribus ejus Operum Editionibus, oportune mihi adſuit *Lugdunenſis* apud Joannem Certe an. 1700. Egregia item alia, quam *Romæ* adornavit an. 1755. F. *Petrus Thomas Cacciari* non indoctus Carmelitarum alumnus.

Leodiensis, *Deoduinus*, ſeu *Theoduinus* Epiſcopus *Leodienſis*, qui *Brunonem* Epiſcopum Andegaven. de hæreſi Berengariana accuſavit, datis ad Henricum I. Regem chriſtianiſſimum literis, quæ habentur To. xi. Concil.

Liberius Papa an. Chr. 352. Pontificatum iniit. Inter Commentitias reponitur ejus ad univerſos Epiſcopos Epiſtola, To. 1. Concil. relata.

Lincolniensis (Robertus *Capito*, vel *Groſthead*, Lincolniæ in Anglia Epiſcopus) Doctor Oxonienſis, obſcuris quidem parentibus Angliæ in agro Suffolcienſi natus, ſed ob doctrinæ famam valde illuſtris, Epiſcopalibus infulis donatus eſt anno mccxxxv. Gullielmus Cave in *hiſt. literar.* refert opiniones, quæ de eo in vulgus irrepſerant, quas ut res omnino ineptas & nugaces contemnimus. *Sanctum* eum vocat Thomas Waldensis infra lib. 1. cap. 14. num. 7. Ejus commentaria in libros *Poſteriorum* Ariſtotelis habentur impreſſa *Venetiis* 1537. Quæ porro ſcripſit in libros Sancti Dionyſii Areopagitæ, in Dionyſianis Exemplaribus reperiuntur.

* *Teſtamentum duodecim Patriarcharum*, quod inter apocrypha nunc eſt rejectum, authorem refert Judæum aliquem primi vel ſecundi Eccleſiæ ſæculi. Legerat ſcriptum illud Origenes, deprehen-

prehenditque in eo rectum aliquid, etſi in Judæorum Canonem non relatum; uti colligitur ex illius hom. 15. *in Joſue*. Diu ignotum fuit Latinis atque Græcis Doctoribus. Cum in ejus cognitionem veniſſet *Robertus* Epiſcopus *Lincolnien.* referentem de illo audiens Joannem Baſingeſtker Diaconum Leidenſem, qui Athenis ſtudiorum curſum peregerat, transferendum græcum ejus codicem in Angliam curavit, atque ut latinis traderet literis operam dedit una cum Magiſtro Nicola natione græco, ac Clerico Abbatiæ S. Albani. Poſt hæc græce evulgatum fuit a D. Grabe in ſuo *Spicilegio* Patrum. Latine autem *Pariſiis* in Biblioth. Patrum Ægidii Morelli 1644.

Longavilla Claræallensis (Petrus de Longo-villari) monachus Claræallis ſcripſit in libros Sentent. commentaria, quæ extare apud Claramvallem MSS. notat *Carolus De Viſch* in ſua Biblioth. Ciſtercien.

Lucanus (Marcus Annæus) Cordubæ in Hiſpania ortus an. xxxix. Æræ Chriſtianæ, Romæ ob ſæcularium literarum ſcientiam percelebris fuit. Obiit decimo Neronis anno. Libros ſcripſit *de bello civili*, quos Thomas Waldenſis quandoque inſcribit *de bello Martis*; eoſque cum Notis recuſos dedit Gulielmus de Fontaneto Montisferrati, *Venetiis* anno 1520. Duce ibi Leonardo Lauretano.

Lucius Cornelio ſucceſſit in Eccleſiæ univerſalis regimine an. Chr. 255. vel 253. Rediens ab exilio, in quod fuerat ob fidei confeſſionem deportatus, gratulatorias accepit literas a S. Cypriano. Vix octo continuis menſibus Eccleſiam rexit, ſecundum Euſebium lib. 7. cap. 2. ultra annum, ſecundum Baronium; ultra tres annos, ſecundum Authorem libri Pontificalis. Ejus Decreta extant apud labbeum To. 1. Concil. Vide jam dicta de *Alexandro* Papa.

Macrobius (Aurelius) labente ſæculo quarto in Aula Theodoſii Imperatoris magna eruditione claruit. Eum fuiſſe Parmæ in Lombardia ortum nonnulli tradunt. Scripſit *Saturnalia*; & Commentaria ſuper Ciceronis Opuſculum *De ſomnio Scipionis*. Prodierunt *Venetiis* 1570. apud Hieronymum Scotum.

Mansuetus Mediolanensis Archiepiſcopus ſub Agathone Pontifice Maximo claruit anno DCLXXIX. quo Synodum in cauſa Monothelitarum Mediolani celebravit. Scripſit ad Conſtantinum Pogonat. Imperatorem Epiſtolam, quam videre eſt apud Labbeum To. VII. Concil. p. 623. *Venetiis* 1728.

Marcellinus Papa natione Romanus anno Domini CCXCVI. Cajo Pontifici ſucceſſit. Duæ illi inſcribuntur Decretales, quas refert Labbeus Concil. To. 1. *Venetiis* 1728.

Marcellus natione Romanus ſubrogatus fertur Papæ Marcellino anno Chriſti 304. die 21. Novembris. Sedit annis quinque, menſe uno. Euſebius in *Chronico* ſtatim Marcellino Euſebium Pontificem ſubjungit, Marcellum medium prorſus omittens. Sed utrumque ille unum eumdemque Pontificem eſſe putavit a ſimilitudine nominum *Marcelli & Marcellini* deceptus, ut notat To. 1. *Conc. Philippus Labbeus*, qui Marcellum alium a Marcellino vindicat, & Marcelli Epiſtolas Decretales edidit Tomo 1. Concilior. *Venetiis* 1728. Videſis jam dicta in *Alexandro* Papa.

Martialis (Marcus Valerius) natione Hiſpanus, Romæ primo Chriſti ſæculo ſub Impp. Galba, Othone, Vitellio, Veſpaſiano, Tito, Domitiano, Nerva & Trajano claruit. Præclara adhuc extant illius Epigrammata, impreſſa *Venetiis* 1736.

Maximus Taurinenſis Epiſcopus ſub ſancto Leone Magno ſanctitate ac doctrina præfulgens interfuit Concilio Mediolanen. an. Chriſti CCCCLI. celebrato. D. Joannes Mabillonius in ſecunda parte ſui *Muſæi Italici* duodecim evulgavit S. Maximi homilias. Sex alias Edmundus Martene in ſua collectione monumentorum hiſtoricorum & dogmaticorum To. 9. *Pariſiis* 1733.

Melchiades Papa, natione Afer anno Dom. CCCXI. in cathedra Petri ſedere cœpit. Unica ei inſcribitur Epiſtola, quæ habetur apud Labbeum To. 1. concil. *Venetiis* 1728. Conſule dicta jam ſupra in *Alexandro*.

Mercurius Trismegistus. *Mercurius* apud Latinos, *Hermes* apud Græcos. *Triſmegiſtus*, ideſt, *ter Magnus*, ſcriptor antiquiſſimus, qui vixiſſe fertur ante Moyſen in Ægypto. Ejus libri, de quibus paſſim loquuntur veteres Patres, jam perierunt. Duo Dialogi qui ſuo nomine circumferuntur, *Pimander* ſcilicet & *Aſclepius*, dubium eſt an Triſmegiſti ſint.

Michael Meldensis Senonensis Episcopus claruit anno MCXCVIII. quo Synodum adverſus *Publicanos* hæreticos celebravit. Ad ipſum Innocentius III. Pontifex Maximus dedit Epiſtolam, quam recitat Labbeus XIII. To. Concil. p. 739. An Michael iſte ſcripſerit ſuper Pſalmos, ut innuit *Waldenſis*, aliunde colligere non potui: & ſolum ex conjectura eum eſſe cenſeo, quem allegat præſtantiſſimus Doctor.

Nicolaus de Sancto Albano, non confundendus cum Nicolao Sancti Bernardi Notario, Monaſterii S. Albani in Anglia Monachus anno MCXL. eruditione clarus. Epiſtolas ſcripſit, quas collegit *Joannes Picardus* Can. Reg. S. Victoris Pariſien. ac edidit *Pariſiis* 1610.

Nicolaus de Lyra (vulgo *Lyranus*) e *Lyra* Normanniæ vico, Judæis parentibus ortus, ordinem Fratrum Minor. in cœnobio *Vernolienſi* profeſſus eſt; & in ſacra Facultate Doctorali laurea inſignitus, per plures annos Sacram Scripturam ſumma cum laude interpretatus eſt. De ejus operibus videndus Lucas Wadingus in Bibliotheca ſcriptor. Ord. Minor. Obiit Nicolaus Pariſiis 23. Octobris 1340.

Nicolaus II. *Gerardus* nempe Epiſcopus Florentinus, qui Senis electus eſt ſummus Eccleſiæ Pontifex anno Chriſti 1059. menſe Januario. Eodem anno ſynodum Romæ habuit, in qua, ad cavenda ſchiſmata, decretum de Romani Pontificis electione edidit, ſtatuens, ut vacante Sede Cardinales Epiſcopi convenirent, de electione tractaturi, aſſumptiſque ſecum Clericis Cardinalibus, communibus ſuffragiis Pontificem eligerent ex Eccleſiæ Romanæ gremio, ſi reperiretur idoneus, accedente reliqui Cleri, populique conſenſu. Hoc Decretum profertur a *Waldenſi* infra to. 1. lib. 2. cap. 39. & extat apud *Labbeum* To. 12. Concilior. Obiit denique Nicolaus an. Chr. 1061. menſe Junio, cum annos duos ſediſſet, & menſes ſex.

Okamus (Gulielmus) Anglus, Joanne XXII. Pontifice Maximo, & *Ludovico* Bavaro imperante, turbas excitavit. *Nec timuit* (ait de eo Wadingus) *in cœlum os ſuum ponere, & ſacram deprimere Pontificiam, nimiumque extollere Imperatoriam dignitatem*. Scholam inchoavit, vel maxime ſtabilivit *Nominalium*, dictus propterea *venerabilis Incæptor*, & *Doctor ſingularis*. obiit Monachii anno Dom. MCCCXLVII.

Oni-

Origenes ob incredibiles cum religionis tum ſtudiorum cauſa labores *Adamantius* dictus, Alexandriæ ortus, Patrem & facultates in perſecutione Severiana ob Chriſti fidem amiſit. Ipſe quoque ſub Decio ob Chriſti confeſſionem vincula & carceres diu perpeſſus eſt. Ob miram eruditionem, præſertim in divinis Scripturis, valde claruit anno Dom. Ccxxx. Et tandem anno Ccliv. ætatis ſuæ lxix. fatis conceſſit. De graviſſimis erroribus urgetur ac damnatur a toto pene Antiquorum Senatu. At contra Ruffinus Aquilejen. totus eſt pro vindicanda Origenis orthodoxa fide, dolo vertens hæreticorum, quod errores ſuos nomine Origenis venditaſſent. Pro Origene quoque ſcripſerunt Pamphilus apud Hieron. in Epiſt. *ad Pammachium*: & Hieronymus in Epiſt. *ad Avitum*. Ejus opera excuſa habemus *Pariſiis* 1574. 1604. & *Baſileæ* 1532. & 1536. ac 1572.

Orosius (Paulus) natione Hiſpanus, Patria Tarraconenſis, Presbyteratus ordine inſignitus, eloquentia ac hiſtoriarum cognitione claruit Honorio Imperatore circa an. Dom. ccccxv. Scripſit *Hiſtoriarum ab exordio mundi libros ſeptem* ad S. Auguſtinum Hipponen. Epiſcopum, cujus hortatu opus illud fuerat aggreſſus, ad compeſcendos detractores chriſtiani nominis, dicentes defectum Romanæ Reipublicæ ex doctrina Chriſti derivatum. Illud habemus in Biblioth. Patr. *Pariſien.* 1644.

Papias Hieropolitanus in Aſia Epiſcopus jam ſecundo ineunte Chriſti ſæculo ſancti Polycarpi familiaris; immo, ut falſo nonnulli authumant, Joannis Apoſtoli auditor, libros quinque edidit, qui *expoſitio ſermonum Domini* inſcribuntur. Fatetur ſe excepiſſe dicta Apoſtolorum ab iis qui cum illis converſati fuerant. Ipſe ille eſt, qui fabulam de millenario Chriſti regno primus invexit. De eo agunt Euſebius lib. 5. *hiſt. Eccleſ.* cap. 33. & ſanctus Hieronymus in cathalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum in *Papia*.

Parmenides Olympiade lxxxvi. floruit. Duo ſola elementa, terram videlicet & ignem admittebat: primam hominum generationem a Sole derivaſſe exiſtimabat, aliaque abſurda docebat. Aliqua Parmenidis Philoſophiæ fragmenta legere eſt apud *Henricum Stephanum* de *Poeſi Philoſophica*.

Paschasius (Radbertus) Abbas cœnobii Corbejenſis in Germania ſcripſit adverſus Ratramnum monachum ejuſdem cœnobii de Sanctiſſimo altaris Sacramento, anno ſalutis Dcccxxxi. extat in Biblioth. PP.

S. Paulinus origine quidem Romanus, ſed Burdigalæ in Galliis natus, Nolenſis in Campania Epiſcopus anno Chriſti Ccccix. ordinatus eſt. Habemus ejus Opera impreſſa *Venetiis* 1742.

Petrus Blesensis ita cognominatus, quia *Bleſis* in Galliæ urbe nobiliſſima ortus eſt. Anno circiter Mclx. magnam ſuæ eruditionis famam longe lateque diffundebat. Ejus opera notis illuſtrata ſunt atque edita *Pariſiis* a Petro de Guſſanvilla an. 1647. & exinde To. 24. *Bibliothecæ Patrum Lugdunen.* apud Aniſſonios 1677.

Petrus Comestor, gente Gallus, Patria Trecenſis, ejuſdemque urbis Canonicus & Decanus; dein Cancellarius Academiæ Pariſienſis ſcripſit ad Gullielmum Archiepiſcopum Senonenſem Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libros ſexdecim, quibus hiſtoriam ſacram a principio Geneſeos uſque ad finem Actuum Apoſtolorum in compendium redegit, intermixtis ad integrum ſtructuræ complementum multis externis hiſtoriis. A Scholaſticis ſui temporis dictus eſt *Magiſter hiſtoriæ ſcholaſticæ*. Hinc eſt quod Waldenſis ſæpe eum citat ſub nomine *Magiſtri hiſtoriarum*; & hiſtoriam ejus, *hiſtoriam* vocat *Scholaſticam*, impreſſam *Argentinæ* 1483. ap. Guintherum Zainer.

Petrus Damiani Ravenna oriundus, monachus Congregationis Sanctæ Crucis Fontis Avellanæ, adeo ſuo tempore clarus, ut Alexander ſecundus eum Legatum mittens ad Galliam & Germaniam, ſic de eo ſcripſerit: *Talem vobis virum deſtinare curavimus, quo poſt nos major in Romana Eccleſia non habetur, Petrum Damianum Oſtienſem Epiſcopum, qui nimirum noſter eſt oculus, & Apoſtolicæ ſedis immobile firmamentum* A Stephano ix. licet reluctans, creatus eſt Epiſcopus & Cardinalis Oſtienſis anno Chriſti Mlvii. Ejus opera in tres Tomos diſtributa Romæ edidit Conſtantinus Cajetanus monachus Benedictinus cœnobii Catanenſis. Poſtea *Lugduni* recuſa prodiere an. 1623.

Petrus de Aureolis, natione Gallus, ordinem Minorum ingreſſus, & Doctor Pariſienſis creatus, demum anno Chriſti Mcccxxi. ad Archiepiſcopatum Aquenſem promotus eſt; atque ob ingenii perſpicaciam & doctrinæ ubertatem *Doctor facundus* appellatus. *Romæ* 1595.

Petrus de Tarantasia Epiſcopus & Cardinalis Oſtienſis ex Ordine Prædicatorum aſſumptus, & deinde ob vitæ & præcellentis eruditionis famam electus Romanus Pontifex, dictuſque Innocentius V. obiit ſexto Pontificatus ſui menſe anno Mcclxxvi. Extant impreſſa ejus Opera *Toloſæ* 1652.

Petrus Lombardus Novariæ in Lombardia natus, Epiſcopus Pariſienſis, quem omnes Theologorum ſcholæ ſingulari quadam excellentia *Magiſtrum Sententiarum* appellant, & in cujus Theologiæ compendium innumerabilia diſputationum volumina eruditiſſimi clariſſimarum toto orbe Academiarum Theologi elaborarunt, claruit ſub Conrado Imperatore III. anno ſalutis Mcxl.

Petrus Ravennas (Chryſologus) Archiepiſcopus Ravennæ, ex Foro-Cornelii, quod *Imolam* vocamus, claris parentibus ortus, vir tam vitæ ſanctitate, quam omni eruditionis genere excellens, & ob auream ingenii atque eloquentiæ ubertatem *Chryſologi* nomen adeptus, obiit apud Forocornelienſes circa annum Domini quingenteſimum, cum jam præfuiſſet Eccleſiæ Ravennati annos circiter ſexaginta. Habentur ejus opera impreſſa *Veronæ* 1736.

Philo Judæus, Patria Alexandrinus, imperante Cajo Caligula valde clarus. Plura edidit opera in vetus Teſtamentum, quorum Cathalogum nobis exhibet Euſebius lib. 2. Hiſt. Eccleſ. cap. viii. Latina reddidit *Gelenius*, & *Baſileæ* impreſſa fuere 1554.

Pius I. Papa, natione Italus, ex Patre Ruffino, ſummum Eccleſiæ Pontificatum tenuit ab anno Chriſti Clii. uſque ad annum Clviii. juxta Chronologiam Euſebii. Epiſtolas quatuor dediſſe fertur, quæ exhibentur a Labbeo Concil. To. 1. *Venetiis* 1728. Recole quæ ſupra diximus in *Alexandro*.

Plato Philoſophus Athenienſis, Sectæ Academicorum Parens, claruit Olympiade Lxxxvii. Nonnulli veteres Eccleſiæ Patres ejus doctrinam laudant, præſertim S. Clemens Alexandrinus lib. 1. *Stromat.*

Porphyrius Philoſophus, natione Tyrius, Secta Platonicus, claruit anno Chriſti ccl. Ex

Socrate diſcimus, quod Chriſtianam Religionem profeſſus, ab ea poſtea deficiens, contra Chriſtianos impudenter debacchatus ſit, pluribus adverſus Chriſti fideles editis libellis.

Possidonius (alii Poſſidius) Afer, Epiſcopus Calamenſis, Beati Auguſtini quondam auditor atque diſcipulus, vita & doctrina inter Eccleſiaſticos Præſules ſub Theodoſio Principe anno ccccxxx. ſpectatiſſimus. Scripſit inter cætera ad ædificationem fidelium vitam Sancti Auguſtini; quæ inter opera ejuſdem reperitur to. x. in *Append.*

Potamius Epiſcopus Ulyſſiponenſis anno ſalutis ccclvii. a Catholica fide deficiens, Arianis adhæſit. Unde plura contra eum ſcripſit ſanctus Hilarius lib. adverſus Arianos. Quæ adhuc extant Potamii ſcripta habentur in Biblioth. PP. Pariſien.

Probus vir ſæcularis Conſtantio Imperatori charus, utpote fidelis in Regno, & omnium humanarum literarum, artiumque præ cæteris hominibus peritus. Ab eodem Conſtantio Judex deſtinatus adſuit diſputationi ſolemni, quæ inter Athanaſium & Arium Laodiciæ habita dicitur, & inter ejuſdem Athanaſii opera etiamnum legitur, *Pariſiis* 1572. Vide ſupra quæ de hac diſputatione in Athanaſio jam diximus.

S. Prosper Aquitanus, doctrinæ ſancti Auguſtini in Galliis defenſor, claruit anno Domini ccccxl. Extant ejus opera notis illuſtrata *Venetiis* 1744.

* Sub *Proſperi* nomine citat *Waldenſis Chronicon;* ſed cavendum ne confundatur ſanctus Proſper Aquitanus Auguſtino addictiſſimus cum *Proſpero Tyrone* pariter Aquitano, qui fuit Auguſtino infenſus. Uterque enim *Chronicon* confecit, ſed diverſo tempore, & impari ſtylo: ac utrumque *Chronicon* interdum citatur in *Doctrinali* ſine Authoris differentia, quam nos ſuo loco notabimus.

* *Liber de vita contemplativa*, quæ diu ſub Proſperi nomine circumferebatur, nunc *Juliano Pomerio* firmiſſimis argumentis aſſeritur a *Jacobo Sirmondo* in notis ad Concilium Aquiſgranen.

Pythagoras Olympiade xlvii. celebris, & Sectæ *Italicorum* Author, primus ex Philoſophis immortalitatem animæ vindicavit & docuit: quod plurimum ipſi honoris conferret, ſi animarum quoque tranſmigrationem non fabulaſſet. Certum nihilominus eſt, quod propter ſingulare vitæ genus, quo ſilentium, ſolitudinem, abſtinentiam cum ſuis excolebat, vitam perfectorum Chriſtianorum non obſcure adumbravit. Natus eſt apud Sydonem, & inde ob fratris tyrannidem in eam Italiæ partem ſeceſſit, quæ *Magna Græcia* vocabatur. Hinc ſecta ſua *Italica* nomen ſortita fuit.

Rhabanus (Maurus) Moguntiæ natus, Abbatiæ Fuldenſi Ordinis Sancti Benedicti Præpoſitus, & ex Abbate Fuldenſi Archiepiſcopus Moguntinus, claruit circa annum Chriſti dccclvi. Habentur ejus opera *Coloniæ Agrippinæ* 1626. a Jacobo Pamelio edita.

* Citatur a Waldenſi *liber Actuum Apoſtolorum* a Rhabano commentatus: ſed librum hunc inter nunc deperditos recenſent Colonienſes Editores.

* Perperam Mabillonius in Actis SS. O. B. contra *Waldenſem* invehitur, quod *Rhabanum* de hæreſi notaverit ut perverſe de Euchariſtia ſentientem: perſpicuum enim eſt, & ſuo loco oſtendetur, quod *Waldenſis* non de hoc *Rhabano* Moguntinenſi Antiſtite, ſed de alio cognomine viro locutus fuit.

Rabbi Moyses (Maimonides) Ægyptius, qui doctiſſimum librum conſcripſit cum titulo *More Hanevochim* de dubiis perplexis veteris Teſtamenti, ſtylo difficili atque ſcholaſtico. Patriam habuit Cordubam in Hiſpania, ſed dictus eſt *Ægyptius*, quia in Ægypto diu habitavit. Claruit apud Judæos anno ſalutis mclx. Præfatus liber extat impreſſus *Pariſiis* 1520.

Radulphus monachus Flaviacenſis (alii Fuldenſis) vivebat an. Chr. 910. Scripſit in Leviticum libros viginti, qui excuſi ſunt *Coloniæ* apud Eucharium Cervicornum an. 1536.

Remigius Antissiodorensis Monachus, ob Scripturarum intelligentiam ſua ætate celeberrimus, floruiſſe videtur circa an. Dom. 890. Siquidem Fulco Rhemenſis Epiſcopus, qui hoc tempore ſedebat, ad Scholas inſtaurandas Remigium Antiſſiodorenſem adſcivit, ut Flodoardus in ejus vita teſtatur. Plura illius ſcripta reperiuntur in Biblioth. Patr.

Robertus Walsingamus Anglus, præclarus Carmelitarum Aſceta, & Doctor, & Profeſſor in Univerſitate Oxonienſi, ubi inter alios diſcipulos auditorem habuit clariſſimum *Joannem de Baccone Doctorem Reſolutum*. Ejus Tractatus ſcripturales atque ſcholaſticos hactenus ineditos recenſet Pitſæus de *Scriptoribus Angliæ;* & Poſſevinus in Apparatu ſacro affirmat Walſingamum in ſuo libro Quodlibetorum expendiſſe opiniones Alenſis, Scoti, Ægidii, Gerardi Bononienſis, Henrici, & aliorum ſui ævi Doctorum. Obiit in Monaſterio ſuo Norvvicenſi anno Mcccx.

1. Rupertus Cœnobii *Sancti Laurentii* in publico Monte Leodii Ordinis Benedictini Monachus, deinde *Tuitienſis* cœnobii e regione Coloniæ Agrippinæ creatus Abbas anno Mcxi. *Honorius Auguſtodunenſis*, quo vivente *Rupertus* florebat, ejus elogium paucis his verbis complectitur in fine libri iv. *De Scriptoribus Eccleſiaſticis:* „ Rupertus Tuitienſis monaſterii Abbas, a Spiritu ſancto per viſionem illuminatus, totam pene Scripturam egregio ſtylo expoſuit. „ *Pariſiis 1638.*

Ruffinus Aquilejenſis Eccleſiæ Presbyter ac Monachus a S. Hieronymo in chron. ad annum Chriſti ccclxxvii. & epiſt. v. ad Florentium, in iv. ad ipſum *Ruffinum* non ſemel laudatus; & ab eodem ut Origenis defenſor & Pelagianorum fautor exagitatus, in Sicilia diem clauſit extremum anno Chriſti ccccxi. Plura hujus Ruffini egregia ſcripta nuper in unum collecta & adornata edidit Vallarſius *Veronæ* 1745.

* Liber *de divinis officiis* Authorem habet Rupertum, quia ipſum recenſet Doctiſſimus Abbas in cathalogo ſuorum operum, lib. 1. *in Regulam Sancti Benedicti*, in Epiſtola *ad Cunonem* Epiſcopum, & in Epiſt. ad *Romanum* Pontificem; eumdemque *Trithemius* Abbas, & *Reinerus* Sancti Laurentii Monachus agnoſcit. Id autem temporibus Wicleffi perſpicuum adhuc non erat: Wicleffus enim putavit quod liber iſte eſſet Sancti Ambroſii, aut alicujus ex Ambroſii diſcipulis. Porro fervente cum Wicleviſtis diſputatione, ſæpius de præfati libri authore excitata fuit quæſtio. Undique exquiſiti ſunt Codices; & ſæpe iterato examine definitum eſt, eum librum authore Waleranno *Nuwemburgenſi* Epiſcopo editum fuiſſe. Hæc narrat *Waldenſis* Tom. 2. cap. 47.

Sarisberiensis (Joannes) Anglus, in ſcholis Pariſienſibus diu inſtructus, varia compoſuit ope-

opera, præſertim illud a viris eruditis tantopere laudatum *De nugis Curialium*, ſeu *Polycraticon*, quod ſancto Thomæ Cantuarienſi nuncupavit: Paſſionem quoque ipſius ſancti Thomæ Archiepiſcopi, quam vidiſſe teſtatur MS. in Bibliotheca Ciſtercienſium Regalis Montis Caſimirus Oudinus in ſupplemento *De Scriptoribus Eccleſiaſticis*. Interfuit Concilio Lateranen. anno MCLXXIX. Obiit MCLXXX. Impreſſa ſunt ejus opera Pariſiis 1713. & Lugduni Batavorum 1639.

SATYRUS HISTORICUS Philoſophus Peripateticus, qui hiſtoriam virorum illuſtrium Philippi Macedonis, Socratis, Empedoclis, aliorumque elucubraverat. Hujus libri, qui amplius non extat, mentionem faciunt Athenæus & S. Hieronymus. De ejus Patria ac ætate nihil certum.

SEDULIUS (Cajus Cœlius) Presbyter ac Poeta ſæculo V. celebris. Anno circiter CCCCXXX. compoſuit *Paſchale Carmen* quod eſt de vita Jeſu Chriſti; & *Paſchale opus* ſoluta oratione. In *Biblioth. PP.*

Seneca (Lucius Annæus) Philoſophus Stoicus Cordubæ in Hiſpania natus anno Chriſti XIII. uſque ad duodecimum Neronis annum, qui fuit Chriſti LXV. in vivis egit.

SIMMACHUS Papa, natione Sardus, anno ſalutis CCCCXCVIII. ex Diacono Pontifex eſt electus, & ſedit annos quindecim. Sex concilia Romæ celebravit, quæ habentur apud Labbeum Tom. Concil. V. *Venetiis* 1728.

SIMPLICIUS natione Tiburtinus Hilaro in Sede Romana ſucceſſit anno Chriſti CCCCLXVII. Ejus Epiſtolas legeſis apud Labbeum To. V. concil. *Venetiis* 1728.

SIRICIUS natione Romanus, anno Domini CCCLXXXV. in locum Damaſi Papæ ſuffectus eſt. Plures ſcripſit Epiſtolas, quas refert Labbeus To. Concil. II. *Venetiis* 1728.

SIXTUS II. Pontifex Romanus poſt Stephanum hujus nominis primum inauguratus eſt anno Chr. CCLVII. Martyrium paſſus eſt ſub Valeriani perſecutione, teſte S. Cypriano Epiſt. 82. Quid de ejus decretalibus Epiſtolis ſentiendum, jam ſupra dictum fuit in *Alexandro*.

SIXTUS I. Papa natione Romanus, anno ſalutis CXXXII. poſt Alexandrum Eccleſiæ regimen ſuſcepit, & anno CXLII. martyrio coronatus eſt. De ejus Epiſtolis decretalibus idem ferendum judicium, quod ſupra in Alexandro Papa retulimus.

STEPHANUS Papa hujus nominis primus anno Chr. 255. vel 257. Biennii ſpatio Pontificatum geſſit juxta Euſebium lib. 7. cap. 4. ultra tres annos, ut videtur Baronio, ultra ſeptem, ut placet Authori libri Pontificalis. Ejus Decretales extant Tom. I. Concil. Labbei. Conſule dicta in *Alexandro* Papa.

SUIDAS arte Grammaticus condidit *Lexicon* prolixum, in quo non pauca habet ad hiſtoriam Eccleſiaſticam ſpectantia. Erat natione græcus, & florebat circa annum ſalutis DCCCCLXXX. Nova hujus Lexicon Editio prodiit *Cantabrigiæ* 1704.

STEPHANUS III. natione Romanus, traditionis fideliſſimus cuſtos, pauperum Pater, anno Chr. 752. in cathedra Petri ſedere cœpit. Et poſt annos quinque, & dies vigintiocto fato functus, in Baſilica ſancti Petri ſepultus eſt. Gratianus in ſuo *Decreto* Diſt. 79. cap. *oportebat* egregium ejus profert teſtimonium de electione Papæ; & recitatur a Waldenſi lib. 2. cap. 54. nu. 55.

STEPHANUS CANTUARIENSIS, ſeu *Stephanus Langton*, natione Anglus circa annum Chr. 1200. doctrinæ fama celebris, electus Pariſienſis Univerſitatis Cancellarius, & anno 1206. creatus ab Honorio III. Cardinalis tit. S. Chryſogoni, atque anno ſequenti Archiepiſcopus Cantuarienſis. Scripſit in plures Scripturæ libros commentaria, quæ cum aliis ejus lucubrationibus deliteſcunt MSS. partim Oxonii, partim Cantabrigiæ.

STRABO philoſophus & hiſtoricus Cretenſis ſub Auguſto Cæſare floruit. Extat adhuc ejus Geografia. Obiit anno XII. Tiberii Cæſaris.

SULPITIUS (Severus) Presbyter, natione Gallus, diſcipulus ſancti Martini Turonenſis, cum Paulino Nolano amicitia conjunctiſſimus. Condidit libros duos *de hiſtoria ſacra*, quam a mundi exordio perduxit uſque ad annum Chriſti CCCC. Librum quoque unum *de vita Sancti Martini Turonenſis Epiſcopi*. Præter varias Epiſtolas ſcripſit quoque tres Dialogos, in quibus Millenariorum errorem necdum ab Eccleſia damnatum ſequitur. Floruit circa annum CCCCI. In *Biblioth. PP.* & *Lugduni Batavor.* 1647.

TELESPHORUS Xiſto primo in Sede Petri ſucceſſit anno duodecimo Adriani Cæſaris; & anno Pontificatus ſui undecimo, Antonini pii primo, illuſtre pro Chriſto martyrium ſubiit. De ejus Epiſtolis idem dicendum quod in Alexandro Papa notavimus.

TEOPHILUS Antiochenæ Eccleſiæ ſextus Epiſcopus, ſub M. Antonino Vero circa annum Chriſti CLXX. librum edidit contra hæreſim Hermogenis, alioſque breves ac elegantes Tractatus. Feruntur ſub ejus nomine & libri Allegoriarum, qui extant tom. I. Biblioth. Patrum.

TEOPHYLACTUS Patria Conſtantinopolitanus, Acrides Epiſcopus totiuſque Bulgariæ Primas, vir doctiſſimus anno MLX. celeberrimus. Scripſit Commentaria in quatuor Evangelia & in alios Scripturæ libros. De reali ſubſtantialique præſentia corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia luculenter a Teophylacto diſſeritur, præſertim Matth. 26. Marci 14. & Joannis 6. Extant ejus opera in Bibliotheca Patr. Lugdunen. To. 18.

TERTULLIANUS (Septimius Florens) Carthaginenſis, Centurionis Procunſularis filius, floruit ſub Severo Principe, & Antonino Caracalla circa annum Chr. CXCV. Ejus vitam diligenter conſcripſit Pamelius, & habetur in fronte operum ipſius, quæ cum Notis Sigeberti Havercampi prodiere Venetiis an. 1744.

* Quinque libri *contra Marcionem* carminibus conſcripti, Tertulliani non ſunt: quod plane liquet ex Tertulliano ipſo lib. I. contra Marcion. cap. I. 2. ac 3. & ex pluribus Tertulliano contrariis, quæ in præfatis Carminibus continentur.

THOMAS AQUINAS genere, ſanctitate, & doctrina clariſſimus, Theologorum Princeps, *Doctor Angelicus* jure merito appellatus, Ordini Prædicatorum nomen dedit anno ſalutis MCCXLIII. & uſque ad obitum totus divinis rebus intentus fuit. Ad vitam migravit immortalem in Monaſterio Foſſænovæ anno MCCLXXIV. Ejus opera viginti Tomis comprehenſa excuſa ſunt *Antuerpiæ* apud Joannem Keerbergium an. Dom. 1612.

VALERIUS MAXIMUS Romæ Patricio genere natus magnam adoleſcentiæ partem in excolendis honeſtis artibus dedit. Inde ſumpta virili toga ad rei militaris diſciplinam ſe contulit, & cum Sexto Pompejo in Aſiam navigavit. Romam reverſus ſtatuit Urbis Romanæ, exterarumque gentium

tium facta ſimul, ac dicta memoratu digna, literarum monumentis commodare: quod feliciter & glorioſe conſecutus eſt. Claruit ſub Tyberio Cæſare. Ejus literaria monumenta prodierunt *Venetiis* 1565. apud Joannem Mariam Bonellum. Poſtea caſtigatiori Editione cum Notis Periconii &c. *Leidæ* apud Samuelem Luchtmans 1726.

Vercellensis (Thomas) primus Abbas Canonicorum Regularium Sancti Andreæ Vercellarum anno Mccxxx. clariſſimus, ſcripſit Commentaria in Dionyſium Areopagitam, quæ Dionyſii operibus inſeruntur. Vide quæ ſupra diximus *de Joanne Scoto*.

Victor I. Papa, natione Afer, anno Chriſti cxciv. in locum Eleutherii defuncti ſubrogatus eſt. Tres Epiſtolæ, quæ ipſi inſcribuntur, editæ ſunt a Labbeo To. 1. Concil. *Venetiis* 1728.

Victorinus (Fabius Marius) profeſſione Rethor, religione ad ſenectutem uſque Gentilis, Imperatore Conſtantio per multos annos Romæ Rethoricam docuit, tanta eloquentiæ laude clarus, ut ſtatuam in Foro Romano ſibi poni meruerit. Tandem in extrema ſenectute fidem Chriſti profiteri cœpit. Obiiſſe videtur circa annum ccclxx. Multa ſcripſit, quæ magna ex parte edita ſunt in Biblioth. Patrum.

Vincentius (Bellovacenſis) cognomine vel natione *Burgundus*, Ordinis Fratrum Prædicatorum profeſſor, *Bellovacenſis* Conventus alumnus, unde cognomen ſumpſit, nuſquam illius urbis Epiſcopus, ut nonnulli falſo ſcripſere, regnante S. Ludovico Rege Francorum, ſpeculum quadruplex adornavit in quatuor partes diviſum. I. *Doctrinale* de omni ſcientiarum genere. II. *Hiſtoriale* ab orbe condito ad annum Mccxliv. III. *Naturale* de natura rerum, ſitu locorum, & ratione temporum. IV. *Morale* de affectibus, de lege & gratia, de virtutibus & vitiis. Obiiſſe dicitur anno Mcclxiv. Opera ejus Doctrinalia habentur abſque numeris paginalibus impreſſa *Norimbergæ* 1483. apud Antonium Koburger.

Virgilius Latinorum Poetarum Princeps in agro Mantuano anno ab Urbe condita Dclxxxiv. natus, Romæ ſub Auguſto Cæſare magna omnium admiratione ſua carmina cecinit, Mecœnati & Pollioni chariſſimus. Obiit Brunduſii in Apulia anno ætatis ſuæ li.

Urbanus Papa hujus nominis primus ſucceſſit Calliſto an. Chr. ccxxvii. Annis ferme ſeptem Eccleſiæ præfuit. Tiburtium & Valerianum cum ſancta Cæcilia in fide chriſtiana ipſum inſtituiſſe, Annales Eccleſiaſtici tradunt, & geſta antiqua teſtantur. Ejus Decretales Epiſtolæ habentur apud Labbeum To. 1. Concil. *Venetiis* 1728.

Urbanus Secundus Gallus, in Oppido, cui *Caſtellioni* nomen, Rhemenſis Diœceſeos natus, primo Canonicus Regularis Ordinis S. Auguſtini in Monaſterio Lateranenſi, deinde Ordinis ſancti Benedicti Monachus, a Gregorio VII. Papa, cum quo arctiſſimam in cœnobio Cluniacenſi amicitiam contraxerat, Oſtienſis Epiſcopus & S. R. E. Cardinalis creatus eſt, & ſub nomine *Otthonis* ſuo tempore ſanctitate & doctrina celebris maxime claruit. Poſt Victorem III. ad ſummum Pontificatum aſſumptus fuit an. 1088. IV. Idus Maii. Ejus Epiſtolas exhibet Labbeus. To. XII. Concil.

Waleramnus natione Anglus, Epiſcopus Nvvemburgenſis, qui Sancto Anſelmo Cantuarienſi quæſtiones movit *de azymo & fermentato* in Euchariſtia, claruit circa annum Chriſti Mci. Ipſi reſpondit laudatus Anſelmus, eum blande corripiens de erronea opinione quam de Euchariſtiæ Sacramento affectabat. Ex hac fortaſſe Epiſtola conjecturas ſuas qui contra Wicleviſtas diſputabant catholici deduxerunt, ut huic *Waleranno* opus tribuerent *de officiis*, in quo Author impanationem in Sacramento altaris adſtruebat. Sed Tractatum iſtum Gullielmo S. Theodorici Abbati adjudicavit *Bertrandus Tiſſierius* in ſua Biblioth. Ciſtercienſi *Bonofonte* 1660. & multorum Eruditorum ſuffragio tribuitur nunc Ruperto Abbati, ejuſque operibus inſeritur. Nos in procœmio ad Tomum ſecundum diligentiorem hac de re, ubi recenſebimus *authores de officiis*, diſcuſſionem reſervamus.

Zacharias Epiſcopus Chryſopolitanus anno Chriſti Mcc. doctrinæ fama celeberrimus, ſcripſit libros quatuor in Ammonii concordiam Evangelicam, cum hoc titulo, *Unum ex quatuor*, ſcilicet ex quatuor Evangeliis unum. Habetur hoc opus in Biblioth. Patrum Lugdun. To. 19.

Zephyrinus Papa natione Romanus anno Chriſti Redemptoris cciii. Victori in Pontificia Sede ſucceſſit. Duas ſcripſiſſe fertur Epiſtolas, quas edidit Labbeus Concil. To. 1. *Venetiis* 1728.

Zozimus Papa, natione Græcus, poſt Innocentium I. factus eſt Romanus Pontifex anno Domini ccccxvii. Plures ſcripſit Epiſtolas, quas videre eſt apud Labbeum Concil. To. 3. *Venetiis* 1728.

Quæſivit verba utilia, & conſcripſit ſermones rectiſſimos, ac veritate plenos. Eccleſiaſtes xii. x.

THO-

THOMÆ WALDENSIS

EPISTOLA NUNCUPATORIA

AD

MARTINUM V. P. M.

SYNOPSIS EPISTOLÆ

Dicit eſſe Pontificis munus exortas hæreſes ſua authoritate compeſcere. Sed quia recentiores hæretici, more priſcorum, queruntur ſola authoritate ſe opprimi; poſtulat dimicare adverſus illos vi quoque rationis, & traditionis; immo & Gentilium ſententiis, quas hoc in certamine validas eſſe probat. Hinc exponit ordinem, & titulum ſui Operis contra Wicleffum, *quem longe plus primævis Hæreſiarchis deſipuiſſe notat. Porro Chriſtianiſſimo Regno Angliæ nil detrahendum oſtendit; quamquam tam impium protulerit Hæreſiarcham. Et tandem totum Opus ſuum Beatiſſimo Papæ, ut vel bonum probetur, vel malum damnetur, humiliter offert.*

Martino Beatiſſimo Papæ Quinto, Univerſi gregis Carmelitarum ſervorum Apoſtolicæ Sedis minimus Frater Thomas Waldenſis quidquid eſt, & preſſis labiis, ſacris ſemper veſtigiis inhærere.

1. VEntus magnus factus eſt in mari, ita ut navicula Petri pene operiatur * fluctibus *Matth. 8. 24.*
hæreſum, & errorum. Et ad quem accedent diſcipuli fidei Chriſti corporaliter ſu- * *al.* operiretur.
ſcitandum, niſi ad Vicarium Jeſu Chriſti, dicentes: *Domine, ſalva nos, perimus*: *Matth. 8. 25.*
ſalva, inquam, a læſione Fidem, a corruptione Eccleſiam, a dira perfidia ſan-
ctam plebem? *Domine, ſalvifica nos ex hac hora*. Mulier illa fortis, unica ſponſa *Joan. 12. 27.*
TUA Eccleſia Chriſti, Mater & virgo, clamat ad TE, tenentem poſt Petrum regale Sacerdotium: *Prov. 31. 10.*
Salva me, *Domine mi Rex*. (*a*) Et unde ſalves, habes in torculari, & area. Nam area authori- *2. Reg. 14. 4.*
tatis, TIBI commodatæ de cœlis, paleas a ſe ſtatim novit eventilatoris verbo diſcutere: & tor-
cularia TUA vino redundant; vino, inquam, omnis peritiæ legis Dei, quod ipſa Patris Sapien- *Prov. 3. 10.*
tia miſcuit, & in TUO ſacro, TUORUMQUE (*b*) cratere (*c*) perfudit. *Ibid. 9. 2.*

2. Et quantumlibet grandis ſit authoritatis clava, quam geris; tamen nolumus, quod ſola proce-
dat, ne quando dicat inimica hæreſis, *prævalui adverſus eum*: LEGIBUS CHRISTI NON POTEST, ſed *Pſal. 12. 5.*
ſola authoritatis ſuæ mole nos opprimit contra legem (*d*). Hæc hæreticorum noſtrorum vox eſt,
SANCTE PATER: hæc falſæ obumbrationis commenta prætendunt *. Sic hodie, ſicut olim, qualiter * *al.* protendunt.
Auguſtinus libro III. *contra Julianum* Pelagianos increpat, more omnium retro hæreticorum egiſſe, Auguſtinus *Tomo 2. pag. 554.*
dicens: " Jam vos pœniteat totius hujus erroris; nec argumento miſerrimo utamini, quo uni-
" verſi utuntur hæretici, quos a perniciosa licentia leges Imperatorum Catholicorum premunt.
" Omnes quippe hujuſmodi dicunt, quod ipſe dixiſti: laborare illam partem rationis inopia, Solita hæreticorum querela.
" quæ in diſſerendo, cum terrorem ſubrogat, nullum a prudentibus impetrat, ſed cœcum a
" meticuloſis extorquet aſſenſum. Novi quidem * hæretici vos eſtis; ſed iſtam pene omnium * *al.* quidam.
" hæreticorum veterem vocem cum cæteris agnoviſtis, & tenuiſtis. " Hæc ille. Veterem ergo vo-
cem hanc raucam omnium hæreticorum neceſſe eſt legibus allegatis, & mole antiquæ traditionis
obtundere. Non dico, ut IPSE hoc facias, cujus verbum Orbi toti ſufficeret; nec alios me majores
expono diſcrimini, nec oportet. Sed ſine me, PATER SANCTE, minimum ſervorum tuorum, ut cum
antiquo ſerpente, benedictionis TUÆ ſcuto protectus, pro fide Chriſti decertem. Non tamen in ſpiritu
præſumptionis cornuta fronte peritum me reputans *, bellum uſurpo; ſed cum timore Dei, & mode- * *al.* exiſtimans.
ſtia ſpiritus, hæc dicens, contra hos hoſtes Chriſti me fortem exiſtimo: nec ſubtraham unum pedem.

3. Cum tamen primum * hæc tacitus cogitarem (*e*), poſtquam in juvenilibus annis, Logicali-
bus ejus auſcultantes aures indulſi (*f*), ſtupebam ultra modum aſſertiones ejus prægrandes, & au- * *al.* primo.
thoritatum loca taxata, cum vehementiis rationum. Fides mihi manſit integra; ſed cum opi-
nione luctabar. Tandem poſt tempora ad ſacros libros me tranſtuli; & non diu, quin * publi-
cum eum Scripturarum invenirem falſarium, extorquere Scripturas ad ſenſum per omnes ſacros * *al.* quando.
Expoſitores adverſum; Scripturas per ſe planas involvere, occultare ſimplices veritates; & cum Wicleffus falſarius & contentioſus.
gloſſis vanis, hinc modificare, hinc radere ſacra dicta: Tractatores ſacros, & ſacros Canones,
ſi ſuæ perfidiæ ſociare non poſſet, abjecit; quandoque non audiendos dicens, interdum apocry-

(*a*) Vulgata habet, *Servo me*, *Rex*. (*b*) Supple, *Anteceſſorum*, *& Succeſſorum in Apoſtolica Sede*. (*c*) Ita MSS. Codices Vaticanus, & Ferrarienſis; aſt Editio veneta habet: *in tuum*, *tuorumque craterem*. (*d*) Conqueruntur hæretici, nedum de authoritate, qua eorum falſa dogmata proſcribit Eccleſia; ſed etiam, & maxime, de ſuppliciis, quibus eorum coercetur temeritas. At ſi juſte ſuppliciis afficiuntur ii, qui Civili nocent Reipublicæ, aut graviter aliorum corpora lædunt, quid ultra queruntur de ſuppliciis hæretici, qui puriſſimam polluunt Eccleſiæ fidem; totque, non corpora, ſed animas, mortali vulnere ſauciant? Vide *Notas ſuſiores* in fine hujus Tomi primi. (*e*) Cod. Ferrarien. *ſubcogitarem*, Vaticanus *cogitarem*. (*f*) Videtur hinc dicendum, quod *Thomas Waldenſis* Wicleffi auditor fuerit: ſed obſtat quod ipſemet Doctor de ſe teſtatur tomo 2. Doctrina 10. ubi dicit: Wicleffus non fuit *in generatione mea*, *niſi forte dum infans fueram ipſe fuit*. Dicendum potius quod auſcultantes aures indulſit *Willelmo Thorpe*, *Richardo With*, aliiſque perverſis Doctoribus, qui tum temporis Wicleffianas ſubtilit.. es buccis crepantibus extollebant.

* *Vide infra Doctrina* 3.

Pſal. 13. 3.

1. *Cor.* 11. 16.

Malach. 4. 5.

phos *. Quando item deficit intellectus, ſe transfert ad convicia, ARGUMENTA SUMENS CONTRA fidem crimina perſonarum. Tunc ſtrepunt litigia, jurgia volitant, ſcandala fulminantur, & lites, rixæ, contentiones, improperia, æmulationes, contumeliæ inauditæ: & has *dictiones veritatum* appellat, cum planiſſime mentitur. Horrent aures fidelium, cum ſepulchrum patuerit oris hæretici: *ſepulchrum patens eſt guttur eorum; linguis ſuis doloſe agebant: venenum aſpidum ſub labiis eorum.* Hoc ſepulchrum horruit Sanctus Paulus, cum diceret: *Si quis autem contentioſus eſſe videtur, nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei.* Quid plura? Ex ſacris literis didici, quod Patriarcha noſtrorum Carmelitarum Elias, in fine mundi certaturus adveniet cum principe hujus hæreſis Antichriſto, cujus iſti ſunt præcurſores indubii. Nollem autem ſine me, ſummus Dux noſter campum appeteret. Idcirco Chriſti fretus auxilio, & Beatæ Virginis Matris ejus, ſingularis noſtræ Patronæ, arma dimicaturus aſſumam, ut Duci meo, cum accedat, occurram. Armaturam illam appello, quam Beatus Auguſtinus, contra hæreticos ſui temporis pugnaturus, ab Apoſtolico derivavit (*a*) armario, dicens IV. lib. *de Trinitate*, capite VIII. „ Ego „ cauſas quas reddidi, vel ex Eccleſiæ authoritate a Majoribus traditas; vel ex divinarum Scri„ pturarum teſtimonio; vel ex ratione numerorum, ſimilitudinumque collegi. Contra rationem, „ nemo ſobrius; contra Scripturas, nemo Chriſtianus; contra Eccleſiam, nemo pacificus ſen„ ſerit „. Hæc ille. Nec puto me tandem, iis factis, ipſorum hæreticorum cervicem flectere induratam; immo frangere potius, dicente experto horum Bernardo homil. LXVI. ſuper *Cantica*: " Nam quantum ad iſtos (inquit), nec rationibus convincuntur, quia non intelligunt; „ nec authoritatibus corriguntur, quia non recipiunt; nec flectuntur ſuaſionibus, quia ſubverſi „ * ſunt. Probatum eſt: mori magis eligunt, quam converti „. Hæc ille.

Auguſtinus lib. 4. *de Trinit. cap.* 6. 10. 8. *pag.* 817.

Hæreticorum pertinacia.

Bernardus *Serm.* 66. *in cant. pag.* 779.

* *al.* perverſi ſunt.

* *al.* permultum.

Luc. 16. 28.

4. Non ad hos igitur permaxime * loquar, ſed ad electos fratres, ne in hunc locum veniant tormentorum. Et ut veritas fidei per ſe ipſam retecta compareat; hunc morem, hunc ſervans ordinem, ut cauſas fidei ab authoritate Scripturæ demonſtrem, aut traditione Majorum antiqua, vel rationis ſequela. Huic cœleſti ſcalæ innixus, authoritatem in differendo præferam rationi; exemplo iterum Auguſtini *de moribus Eccleſiæ & Manichæorum* lib. I. cap. III. " Unde „ (inquit) ordiar? Ab authoritate, an a ratione? Naturæ autem * ordo ita ſe habet, ut cum „ aliquid differimus *, rationem præcedat authoritas: nam infirma ratio videri poteſt, quæ, „ cum reddita fuerit, authoritatem poſtea, per quam firmetur, aſſumit. Sed quia caligantes „ hominum mentes, conſuetudine tenebrarum, quibus in nocte peccatorum, vitiorumque velantur, perſpicuitati, ſinceritatique rationis aſpectum idoneum intendere nequeunt; ſaluberri„ me compertum * eſt, ut in lucem veritatis aciem titubantem, veluti ramis humanitatis * „ opacata * inducat authoritas „. Hæc ille. Summopere igitur hortandos duco Scriptores, ut cum omni diligentia authoritatum allegationes ad loca ejs ſignata vere conſcribant. Ego enim quoslibet Authores induxerim, ad libros, & capitula (ſi habeant), aut portiones minutas, ut ſtatim poſſint inveniri, deſcribam: (*b*) & poteſt ad minus diſpendium cedere conſpectoris, quod ad compendium coaptavi.

Auguſtinus *Tom.* 1. *pag.* 512.

* *Doctrinæ* quidem.

* *al.* diſcimus. Rectus ordo poſtulat, ut in differendo, rationi præferatur authoritas.

* *al.* comparatum eſt.

* *al.* authoritatis.

* *al.* opaca.

5. Nec quiſquam calumniatrice lingua hoc Opus invadat, ſi viderit * intitulari libros Philoſophorum, aut Gentilium Poetarum dicta, vel ſententias, in diſputando de fide; ne antiqui Patris Lactantii liber *Divinarum Inſtitutionum* ſibi diſpliceat, aut Auguſtini volumen ingenioſum & ingens *de Civitate Dei*, ubi nomine tenus Authores abolitos ipſe commemorat, Orpheum, Mercurium, Triſmegiſtum, Varronem, Maronem, Ennium, Porphyrium, cæteroſque cum ſuis ſententiis; tam ut facile per Authores propoſitos *, recentiores Dogmatiſtas evincat; quam ut eorum eſſe teſtimonia, nec per eum ficta, demonſtret. Hoc igitur pacto licebit & mihi Philoſophiam ejus * fictam, Philoſophorum atteſtatione damnare; & ad obſequium fidei redigere deviantes.

* *al.* Si audierit nominari.

In diſputando de fide conſerunt etiam Gentilium ſententiæ.

* *al.* ipſos.

* *Scilicet*, Wicleffi.

6. In primis, *de Capite Eccleſiæ, & membris ejus*, quam potero facilius *, differam. Demum *de contentis in Eccleſia; * de Sacramentis, de Sacramentalibus, de Fide quoque & Perfidia* longo ſermone, & pari labore, non dubito, libri fines, cum Deus dabit, attingam. Hunc autem librum totum DOCTRINALE ANTIQUITATUM ECCLESIÆ appellare diſpoſui, hac ratione, quod in omni hoc Opere contra novitates hæreticas antiqua Eccleſia a temporibus Apoſtolorum per ſucceſſiones Epiſcoporum & Plebium, quid in rebus motis docuit, tenuit, prædicavit, quantum antiqua Exemplaria videre conceditur, ipſa nos docebit: ipſa, inquam, SANCTA MATER ECCLESIA per ſeipſam negocia terminabit. Hunc modum Auguſtinus in diſputando ſervavit, ut tam potenter vinceret Manichæos, & Pelagianos hæreticos. Quod ſi quid hic loquimur, in perſona Eccleſiæ loquimur; & totum eſt ejus, ſive verbum, ſive ſententia *. Quis, ſponſo Eccleſiæ inconſulto, verba ejus mandaret in publicum? Quis Preco ſententiam clamat ex parte * Principis, cujus ipſe conſcius nunquam fuit; non advertit *, non vidit? Idcirco, PATER BEATISSIME, ad juſtum TUUM judicium Opus hoc primo proſiliit: nuſquam adhuc exceſſit limina Clauſtri, niſi ad ſacri Apoſtolatus TUI tribunalia veneranda, ut inde primo doctrina cenſeatur Eccleſiæ, ſi ita eſt, quæ vera eſt: aut ſi falſo prætenſa, juſte damnetur. Hanc fidem, quid mirum quod obſervem * PATRI, cum ſervem & hoſti? Nuſquam enim verba ejus ſine ipſo interſeram: ſemper errorem ejus cum remiſſione libri & fracturæ * præfigam in ſuperliminari Capituli, ne (ut ſolent hæretici fingere) in odium ejus imputatum illi dicant, quod ipſe non dixit, non docuit, non probavit. Textus ſermonis proprii, & ſtylus inſulſus ſuum declarabunt authorem. Logicas invectiones ejus, & fugas non paveo, quia in juvenili ætate cognovi. Scripturæ quoque Sanctæ, & Patrum authoritates, quas affert, non terrebunt: quia ubi aſſumit eas ſinceriter, ero pacatus: ſi textum corrumpat Sanctorum Patrum, partem ſuam damnabit aſſertio.

* *al.* facillime.

* *al.* de contentis Eccleſiæ.

Ratio tituli, quem operi ſuo inſcribit.

Auguſtinum in ſcribendo imitari proponit.

* *al.* Sive verba, ſive ſententiæ.

* *al.* ex nomine.

* *al.* Audivit.

* *al.* ſi obſervi.

* *al.* tractura.

Wicleffus de ſtylo inſulſo notatur.

7. Hoc ſolum mihi timeo, ne fatigatus labore deſiſtam, a longe proſpiciens hæreſum, & errorum ſuorum, quaſi ſcaturiginem infinitam (*c*). Hoc noveris SANCTE PATER *, quod citra Priſcilia-

(*a*) Codex Ferrarienſis *appellavit* Ed. Ven. *deſumpſit armario*. (*b*) Verum nihilominus, quod permultæ citationes, cum in MSS. tum in Editis, noſtris non concordant Exemplaribus. Sed hoc Authoris vitio vertendum nemo dixerit: præſertim cum notum ſit, quod Patrum, ac Doctorum veteres Codices non erant omnes ita diſpoſiti, ſicuti modo noſtra Exemplaria accuratiori examine ordinata & impreſſa. Confuſionem porro, quam non gignit Codicum diſcrepantia, illam ſolet parere Amanuenſium oſcitantia.

(*c*) Ex Wicleviſtico fonte ſuos hauſerunt errores quotquot ſucceſſerunt Hæreſiarchæ. Ex ipſo *Huſſitæ* in Bohemia, *Lutherus* in Germania, & alii alibi exorti. Immo *Lutherus* ipſe, quamvis proprii nominis ambitione *Huſſita*, aut *Wicleviſta* appellari dedignaretur; attamen *Bohemis* operam promiſit, plenoque ore ſe magnum illum novi Evangelii præconem a precurſore *Huſſo* præmonſtratum his verbis jactabat: " Ego Doctor *Martinus Lutherus*, indignus Domini noſtri Jeſu Chriſti Evangeliſta, dico, Sanctum Joannem Huſſum de me loquutum eſ„ ſe, quando dixit: Vos jam aſſabitis anſerem, ſed poſt centum annos cygnus veniet, quem non aſſabitis. „

ſianiſtas hæreticos , nullus tot antiquorum hære.es revocavit in Orbem : nullus tot Philoſophorum anilium repullulare ſecit errores , tot probat , tot ſuſtinet jam ſopitos . Ariana ſuperſtitio vix tribus , aut quatuor hæreſibus capitalibus to.am concitavit Eccleſiam : Neſtoriana item paucis : Pelagiana , Joviniana , & cæteræ tales exortæ , parco * numero , quamvis nimio , ſua dogmata terminabant . Hic autem , quaſi abyſſus dederit vocem ſuam , in vero judicio , de oblitteratis vetuſtorum erroribus ſibi præripit octingentos . (*a*)

Wicleffus plus cæteris hæreſiarchis deſipuit.
* al. parvo.

8. Inter cætera tamen , nollem viros graves & fidos magnipendere quorumdam fabulas , qui non tam diſcretioni, quam detractioni libenter inſerviunt perſonarum illuſtrium , & Regnorum : qui , ut quidam ferunt , quia talem fidei corruptorem * in mundum protulit , Angliam reprehendunt , & contumeliis ſuis affici dignam ducunt . Scito * PATER BEATE , quod ager ille nobilis , quem magnus ille Paterfamilias ſuis manibus ſeminavit , ille , inquam , ager electus produxit mundo zizania : nec poteſt fertilis Anglia hoc agro eſſe uberior , nec hoc Patrefamilias prudentior ejus Rector . Et ejus domus vaſa habebat in contumeliam , ipſo teſte , non pauca : & rete ejus , in piſcatione ſua celebri , piſces malos . Aut quis ſapiens Africam contriſtavit * , quia totam Carthaginenſem Provinciam corrupit : Numidiam , & Hipponam ; & in Romam ipſam ſub appellatione *Montenſium* Donatiſtarum irrupit infectio ? (*b*) Quis item totam Aſiam damnat , quia peſtis Ariana (*c*) ab Alexandria (quam Marcus coluit Evangeliſta) uſque ad gentes exteras * Vandalorum , Gothorum , Hunnorum , & Scythiæ * plebes evertit , & in Chriſti fideles diras perſecutiones aſperſit ? Manichæorum ſordida ſecta (*d*) quamvis in Græcia * nata , Romæ tamen coaluit . Et Priſcillianiſtarum contagio , (*e*) in Hiſpaniis exorſa , nec ſtatim extincta , deſævit in Orbem . Gallia quoque Petrum Abaelardum (*f*) & Berengarium (*g*) propagavit: Germania Heribaldum, (*h*) & Rhabanum (*i*) . Nec horum recolens adſciſco mihi conſortes in pœna ; ſed in purgationem * innocentiæ teſtes & judices. Sed ſciant, qui hæc loquuntur, inter mundi regna , regnum Angliæ in fide Chriſti , & converſatione Chriſtiana , habere , & ab exordio habuiſſe , Principes , Paſtores , & Plebejos Chriſtianiſſimos , in regnis Chriſti majoribus coæquales . Ut autem probemus , quæ dicimus * , inchoantes a capite cauſæ ; India , Perſia , Græcia , Roma , Apoſtolica prædicatione citatæ * , corporaliter Chriſti fidem acceperant. Ab Jeruſalem per circuitum , uſque ad Illyricum mare Paulus replevit Evangelium. Habebat Maſſilia ſanctum Maximinum , & Lemovica ſuum * Martialem , unum de ſeptuaginta Chriſti Diſcipulis (*k*). Petragoricenſes habebant ſuum Frontonem * : Bituricenſes ſuum Urſinum * , ſacros Antiſtites , Apoſtolica eis delegatione tranſmiſſos . Gallias ipſas Sanctus Dionyſius hortabatur , & convertebat ad fidem (*l*) . Habebat Hybernia Sanctum Patritium * . Habet item Scotia prædicatorem ſuum Palladium * . Unaquæque mundi Provincia, ſuo prædicante Apoſtolo, fidem Chriſti ſuſceperat . Nullo autem adhuc apud Britones prædicante Verbum Chriſti (*m*) , niſi cœleſti Patre , qui *verbum* ſuum per ſe ipſum *miſit in Jacob , & cecidit in Iſrael ;* primus per ſe ipſum Rex Lucius ab Eleutherio Papa inſtrui per Legatos ſuos poſtulabat in fide ; (*n*) & eo medio, plebes * regni ; ut ſcribit Venerabilis Beda in principio libri *de geſtis Anglorum* . Quod autem deinceps , terra ſubacta bellis Romanis, tyrannis, & Dacis paganis, potius paſſa eſt perfidiam , quam accepit; quis imputet Genti preſſæ? Quin potius accreſcit laudi ejus , quod ſtatim ad primam pene commonitionis vocem Auguſtini (*o*) , Rex Ethelbertus , cum univerſa gente Anglorum , ad fidem priſtinam cum gaudio remeavit . Nullus , quantum aure percepi , aut legendo proſpexi , ab exordio fidei Chriſti ſuſceptæ , Rex terræ illius erat hæreticus , aut hæreticorum fautor inventus : quod forte Regis præconium in omnibus regnis Chriſti , vel item eo majoribus ,

* Wicleffum. Arguit detractores Angliæ.
* al. ſcitis.
Matth. 13.24.
Rom. 9. 21.
Matth. 13. 48.
* al. contempſit.
* al. & terras.
* al. Scythorum.
* al. Græciæ.
* al. repurgationem.
* al. ferimus.
* al. ditatæ.
Rom. 15. 19.
* al. ſanctum.
* An. Chr. 80.
* An. 255.
* An. 432.
* An. 430.
Iſai. 9. 8.
Anglia ſine ullo prædicante, ſe ſponte ad baptiſmum offert.
* al. plebs
Beda Tomo 3.
Nullus Rex Angliæ hæreticus, aut fautor hæreſis.

(*a*) Tam prodigioſum errorum chaos etiam ſacroſancta Conſtantien. Synodus animadvertit; quæ poſt damnatos in ſeſſ. VIII. quadraginta quinque hujus hæretici articulis, *plures alios* (inquit) *damnabiles inſeruit & dogmatizavit errores* . Refert quoque *Surius* quod eadem ſancta Synodus , præter jam dictos quadraginta quinque articulos , alios item ſexaginta ſupra ducentos , ab Oxonien. Univerſitate jam olim reprobatos , unius decreti tenore damnavit . De quo videndus eſt Labbeus Tomo 16. Conciliorum , pag. 122. & 123. Inſuper *Doctrinale* hoc Thomæ Waldenſis, numerum præfatum , (ſi cuiquam eum ibi explorare otii ſit) abunde exhibebit.

(*b*) *Donatiſtæ* Carthagine orti anno Chriſti 311. a *Donato* , primario hujus ſectæ incentore nomen ſortiti ; *Montenſes* quoque appellati ſunt , eo quod in montibus extra Urbem degerent . Eoſdem *Campitas* appellat Sanctus Hieronymus in *Dialogo* adverſus Luciferianos , quod cœtus ſuos in campis colligerent . Romæ habere Epiſcopum ambierunt , uti teſtantur S. Auguſtinus libro *de hæreſibus* , & Optatus Millevitanus lib. 2. *adverſus Parmenianum* ; ubi oſtendit , Epiſcopos Donatiſtas , qui Romæ ſederunt , nullam habuiſſe a S. Petro manantem ſucceſſionem .

(*c*) Peſtis *Ariana* , duce *Ario* , anno Chriſti 2317. ut vult Natalis Alexander, Alexandriæ in Ægypto crudeſcere cœpit .

(*d*) Sordida ſecta *Manichæorum* ſub *Probo* Imperatore radices egit, ſæculo III. Quo anno , non convenit adhuc inter Authores . *In Græcia* autem *nata* dicitur, quia ibi primo Sectarii vocati ſunt *Manichæi* , teſte Auguſtino lib. *de hæreſibus* .

(*e*) *Priſcilliana* contagio, Authore *Priſcilliano*, poſt medium ſæculum quartum invaleſcere apud Hiſpanos cœpit .

(*f*) *Petrus Abælardus* Oppido quodam in ingreſſu minoris Britanniæ poſito, *Palatium* dicto , prope Urbem Nanneticam , oriundus , in dialecticis diſciplinis exercitatus , magnam Pariſiis ſibi famam comparabat anno 1115. Ut ab Heloiſſæ amoribus ſe ſe expediret , in Monaſterio *S. Dionyſii* Monaſticum ſuſcepit habitum : & inde evulgavit errores ſuos , de quibus late S. Bernardus Clarevallen. & Gullielmus S. Theodorici Abbas.

(*g*) *Berengarius* , Andegavenſis Archidiaconus , *Sacramentariorum* Pugil , docuit Euchariſtiam eſſe merum ſignum & figuram Corporis , & Sanguinis Chriſti ; non verum & ſubſtantiale Corpus & Sanguinem ; & conſequenter panis & vini ſubſtantiam conſecratione non mutari. Ejus hæreſeos exordia referuntur ad annum 1047. Clemente II. Summo Pontifice.

(*h*) Heribaldus , ſeu Heriboldus, Epiſcopus Altiſſiodorenſis, ſæculo 9. clarus, de quo plura videſis tomo 2. capite 61.

(*i*) Videbis infra Tomo 2. capite 61. quod THOMAS WALDENSIS non carpit hic , tanquam Germaniæ corruptorem *Rhabanum* Moguntinenſem Antiſtitem , cui honor eſt in Eccleſia : ſed alium ejuſdem nominis , ejuſdem Patriæ , ejuſdemque Ævi, licet non ejuſdem Fidei virum .

(*k*) Sanctum *Martialem* , qui & *Cephas* in quibuſdam apocryphis inſcribitur , cum *Petro* nonnulli confundunt, quem ob Legalia Paulus reprehendit , ne Apoſtolorum Principem obnoxium increpationibus fateantur . Lemovicum Galliæ urbem eum temporibus Apoſtolicis advenisse inficiantur aliqui , præſertim inſignis noſtri ævi Scriptor *Joannes Laurentius Berti* in ſuis *Diſſertationibus hiſtoricis* , Diſſert. IV. n. XIV. teſtimonio ductus *Gregorii Turonenſis* , qui *Martialem* illuc adventaſſe notat *Decio* , & *Grato* Coſſ. ideſt , anno 250. Aſt oppoſitum WALDENSIS noſtri aſſertum tuetur egregius Gallicanæ gloriæ vindex *Natalis Alexander* Diſſert. XV. ſæculi primi .

(*l*) S. Dionyſii Apoſtolatum in Gallia ut probabilem vindicat Natalis Alexand. ſæculo 1. Diſſert. XVI.

(*m*) Vulgaris tamen traditio apud Britannos eſt , quod primus ſalutis preco ipſis a Philippo Apoſtolo delegatus fuit Sanctus *Joſeph ab Arimathia* , regnante in ea Inſula *Arvirago* , anno Chriſti 63.

(*n*) Equidem ante *Lucium* , ut traditur , erat in Britannia Chriſti profeſſio ; ſed nondum quiſquam (ſaltem ex Principibus) illam aperte oſtendebat , ut habet *Nicolaus Harpsfeldius* cap. 1. hiſt. Eccl. Angliæ. Aſt hanc glaciem , (inquit ipſe) primus feliciter perfregit Rex *Lucius* ſublata veteri Druidarum , qui maxime celebres erant , ſuperſtitione ; & miſſis Legatis ad *Eleutherium* Papam, qui hoc negocium commiſit *Fugatio* & *Damiano* , per quos eam in Inſulam delatos , *Lucius* cum tota domo , populoque , ſalutari baptiſmate perfuſus , Chriſti familiæ adjunctus eſt , circa an. Domini 180.

(*o*) Poſt ſuſceptam a piiſſimo Rege *Lucio* religionem Chriſti , cum medio ſæculo quinto Britanni ab Anglis & Saxonibus ex Inſula expulſi fuiſſent , ea ad Idolorum cultum iterum rediit . Quare S. *Gregorius* vigilantiſſimus Eccleſiæ Paſtor , Angliæ converſionem commendavit *Auguſtino* Monaſterii *S. Andreæ* in Urbe Præfecto : qui cum ſociis illuc profectus , Regem *Ethelbertum* anno 597. cum multis Anglorum millibus , in die Nativitatis Domini baptizavit , ut ſcribit ipſe *Gregorius* in Epiſt. XXX. libri VII. *ad Eulogium* Alexandrinum .



THOMÆ WALDENSIS

P R O L O G U S

IN DECEM WICLEVISTARUM DOCTRINAS

SYNOPSIS PROLOGI

Promittit ſe traditurum doctrinam non ſuam, ſed eam, quam Chriſtus, quam Apoſtoli, & Patres Eccleſiæ tradiderunt; ut inde arguatur Wicleffus, qui ſolam admittens fidem ſcriptam, omnem Eccleſiæ traditionem rejecit. Hinc certam ſibi expectat Lollardorum perſecutionem; quam tamen non metuens, utilem fore auſpicatur ad fidei victoriam. Immo eo magis ſtimulari ſe ſentit ad pugnam, quo majori temeritate ac jactantia audit a Wicleviſtis provocari Orthodoxos ad ſingulare certamen. Narrat, quod ipſemet electus eſt ad publice diſputandum cum quodam jactabundo Wicleviſta; qui tamen ſtata die, ac hora, non auſus eſt præ vecordia manus conſerere. Tandem Dei opem pro felici ſui laboris exitu devote implorat.

Joan. 7. 16.

1. MEA *doctrina non eſt mea, ſed ejus, qui miſit me*. Alma Majeſtas, & invictæ Deitatis imago, ſpiritus tui fervore concepto, ſic ſponſam tuam exoramus: *Fœcundes Eccleſiam, ut ea, quæ agenda ſunt, videat; & ad implenda, quæ viderit, convaleſcat*. Scripturus, juvante Deo, contra novellos hæreticos Wicleviſtas, qui tardis jam diebus Anglicanas repleverunt Eccleſias, & hodie totam invaſere Bohemiam; ex ipſis radicibus fidei, quid Chriſtus, quid Apoſtoli ejus, quid poſt eos Sancti Patres & Doctores ab initio crediderunt *, & ſuo tempore docuerunt, propono certificare credentes.

Authoris propoſitum in hoc opere.

* al. tradiderunt.

2. In primis ergo horreo, quod Capitaneus eorum Wicleffus, fidem Chriſtianorum in omni probatione ſua dimidiat; quia fidem Scripturarum, ut prætendit, admittit: ſed ultra fidem ſcriptam, fidem illam Eccleſiæ communis, quam Jeſus Chriſtus, quam etiam Apoſtolus Paulus, tradebat non ſcriptam; negligit & poſtponit (*a*): fidem, inquam, illam, qua ſervata circa Scripturas, nullus per interpretationem falſam, vel extortam, poterit aberrare; & ſine qua quilibet errat, quantaſcumque Scripturas inducat. Volo ergo hunc locum hæreticum tranſilire, ſi potero, & quidquid contra hæreſim ejus * fecerim, ex prima fide Scripturæ probare. At ne ſcriptura illa videatur extorta, aut falſo præſumpta (qualiter Wicleffum ipſum ſemper feciſſe convincam) probatiſſimorum Sanctorum Patrum, qui ab initio fuerunt, & ſucceſſerunt Eccleſiis, expoſitiones claras, & doctrinas, annectam. Atque ſi quid quiſquam Patrum per ſe ſolum in aliqua re opinando docuit *; illo dimiſſo, ſolum hoc aſtruam, quod major pars Patrum a tempore Apoſtolorum ſucceſſive uſque ad nos ſenſit, & tradidit: a qua profeſſione nullus ſub pœna perfidiæ poteſt declinare fidelis: etiam nec Papa, nec Generale Concilium: quia articulus fidei eſt, ubi in Symbolo dicitur: *Credo Sanctam Eccleſiam Catholicam*. Et quia non ſcholaſticus ludus eſt, ſed fidei ſeries; Scripturas Sanctas, & poſt eas, Sanctorum Patrum integras, & ſine furto ſpatioſas (*b*) authoritates, cum locis librorum & capitulorum, quam certifice poſſum *, deſcribam. Et demum ſub nomine Authoris, eorum Doctorum partes contra hæreſim, quam tunc expugnare continget, eliciam. At ſi quis amicus Wicleffi illi magis, quam mihi, favorem impendere dignum ducat; cum me tot Sanctorum Patrum, & Eccleſiæ ſequacem, & planum * diſcipulum viderit; ipſe pro ſuo Wicleffo, ſicut dicit Hieronymus *, unum, non extortum, ſed ſcribentem a propoſito, adſtipulatorem afferre debebit. Non in vana Philoſophia, & humana ſapientia fundamentum ponam hujus doctrinæ cum Wicleffo; ſed in verbo Dei. Non erigam ædificium novellorum conceptuum cum Wicleffo; ſed documentum Eccleſiæ, & Sanctorum Patrum traditionis antiquiſſimæ. Mea vero doctrina non erit mea, ſed ejus qui miſit me.

Wicleffus fidem rejicit non ſcriptam.

Sine fide non ſcripta erratur in Scripturis.

* al. eorum

* al. docuerit

A communi profeſſione SS. Patrum Eccleſiæ, nullus poteſt declinare fidelis.

* al. certiſſime potero.

* al. plane

* Contra Vigilantium

Joan. 7. 16.

3. Terrere poſſet conſtantem virum perſecutio Lollardorum (*c*), quam de certo futuram expecto. Sed ſæviant, & rideant *: filius Eccleſiæ Anglicanæ permaneo, & de Matris meæ conſolatione confiſus (pro qua utinam daretur & mori) Sancto Patri Hilario aurem accommodo, dicenti ſuper hoc verſu Pſalmi CXVIII. *Iniqui * perſecuti ſunt me, adjuva me*: „ Neceſſe „ eſt, (inquit), ut iniqui perſequantur: quia „ iniquitas injuſtæ operationis effectus eſt. Scit „ hanc Apoſtolus perſecutionum iniquitatem, „ cum dicit: omnes volentes religioſe * vivere „ in

* fortaſſe rideant

Hilarius To. 1. pag. 346.

Pſal. 118. 86. Vulg. inique

2. Tim. 3. 12. * al. pie; & ita habet Vulgata.

(*a*) Error iſte, quo Wicleffus omnem Eccleſiaſticam traditionem eliminat, refellitur infra lib. 2. cap. 19.

(*b*) Ita Ed. Ven. ſed Cod. Vat. *ſpecioſas*, per errorem, ut puto, Amanuenſis.

(*c*) Qui ſint Lollardi, & unde ſic dicti, habes ſupra in *Præfatione Generali*, §. XV. num. VII.

*Vulg. patientur
Pſal. 33. 20.
* al. miniſteria & ſimiliter Mauini.

,, in Chriſto perſecutionem patiuntur. * Multæ enim perſecutiones juſtorum ſunt. Nunc ſathanas inſectatur: nunc myſteria * ejus impugnat: nunc falſorum fratrum ſimulatio ad nocendum, arte fraudulentæ inſectationis irrepit. Sed Propheta, qui veritatem eſſe mandata Dei meminerit, injuſtæ iniquitatis perſecutionem fideli animo ſuſtinet; & quia perſecutionem ſcit * fidei eſſe documentum, non quærit * eam amoveri; ſed juvari * ſe in ea poſtulat; & opem, atque auxilium miſericordiæ Dei precatur, Evangelici hujus præcepti non ignarus, *qui non accipit crucem ſuam & ſequitur me, non eſt me dignus*. PERICULOSA NANQUE otioſæ fidei pax eſt; & faciles ſecuris Excubiis inſidiæ ſunt. Bellis autem exercitatum virum non cito doli capient: & glorioſo certamine opus eſt, ut corona victoriæ deferatur. ,, Hæc ille. Sic eſt, PATER SANCTE: perſecutio eſt fidei documentum; & Eccleſia ferrea eſt, quæ cum omnem infidelitatem, hæreſim, & vitium vitæ domat; ſi exercitio vacet, ſi otioſa ſit, non fricata rubigine ſua, ſqualet. Non ergo cum certamine pugno, ſed torporem validiſſimorum tyronum accuſo; ac pene imbecillitatis meæ immemor, quotidianis flagris animus meus contra tyrannum, & hæreticum ter damnatum (a) cupit inſurgere. Sed majorum, & clariſſimorum Doctorum omiſſione repercuſſus, pudoris limites veretur excedere. Foris ergo pugnæ, intus timores. Certare exopto, ſed calumniam fugio: canis irritat, fidei animoſitas venam pulſat.

*Mauini ſciat
* Maur. orat.
* Maur. adjuvari
Matth. 10. 28.
Fidei periculoſa pax; utilis pugna.
a
2. Cor. 7. 5.

4. Tot ſectatores ejus *, in acie ſtantes, Eccleſiam ad pugnam provocant; temere ſe prædicant: dogmata publicant: in viribus ſe ſuis jactant; & Philiſthæum illum hæreſiarcham ſuum Wicleffum, quaſi giganteæ ſcientiæ Goliathum *, virum Gethæum & ſpurium, ad pugnandum cum omni Iſraele fortiſſimum reputant; cujus altitudini, & peritiæ neminem hominum comparari permittunt: immo adverſantes illi Sanctos Patres, Auguſtinum, Ambroſium, Hilarium, Baſilium, Hieronymum, Caſſianum, &c. tamquam indoctos, aut ſaltem ſub eo ſequendos, & credendos, aut æſtimant, aut ſubſannant. Dixitque in Scripturis ſuis vivens, & adhuc exprobrat in membris ſuis, quos magiſtros ſui reliquit erroris, clamans adverſus phalanges Iſrael, adverſus Doctores & Clerum Eccleſiæ: ,, *eligite ex vobis virum, & deſcendat ad ſingulare certamen*. Diſputemus de voto; diſputemus de Religione, de Euchariſtia; vel de Papa: ſi quiverit pugnare mecum, & percuſſerit me; erimus vobis ſervi: ſi ego prævaluero; ſervietis nobis ,,. Sic, (teſtor coram Deo,) exprobrare ſolebant pene in omni Eccleſia, & congregatione fidelium, ducentes ſecum quoſdam clientes ſuos, aut Potentes (b), aut alios, quos ſubverterunt in * populo: *Hodie ſtatim date virum, & ineat mecum ſingulare certamen*.

* Wicleffi
* al. Goliath
1. Reg. 17. 4.
Wicleviſtæ Suum magiſtrum Wicleffum, attollunt ſupra Sanctos Patres.
1. Reg. 17. 8.
Provocant Catholicos ad ſingulare certamen.
b
* al. de

5. Ego ſtimulos iſtos ſenſi: ego ab uno illorum audaciſſimo, dicto *Petro Clerico*, (c) cum confratre meo Guillhelmo (d) in Univerſitate Oxoniæ, ad certandum de *Peregrinationibus*, de *Euchariſtia*, de *Religione*, & de *Mendicitate votiva*, per quemdam nobilem virum ad hoc electus, repente provocabar ad bellum. Venimus, aſſuimus; ſed, ut ſciunt, & huc uſque declarant qui intererant, priuſquam conſeruimus ma-
A nus, defecit *Petrus Clericus*, vecordia ſuffocatus. Audiunt tamen quotidie viri Iſraelitæ Catholici ſermones Philiſtæi hujuſcemodi; & metuentes grandiloquam pompam, ſtupent nimis. Ego, ſi non tam alta comparatione præſumam fratribus meis majoribus Heliab, Aminadab, Samma, vocatis ad prælium; non juſſus, ſed ad paſcendum oves vix aptus, relictus cum puero * David non vocato, non vocatus me ingero. Vere enim non fero tam audacem inſaniam, non poſſum audire blaſphemiam. Ego dico Domino Epiſcopo, ego Clero, ego Domino Regi, & Populo (e): *non concidat cor cu-*
B *juſquam in eo: ego ſervus veſter vadam, & pugnabo adverſus Philiſthæum*. Quid, ſi dicat ſanctus quiſquam Antiſtes, aut Clericus quiſquam, aut Rex, aut Potens in populo: *Non vales reſiſtere Philiſthæo, nec pugnare adverſus eum, quia puer es: hic autem vir bellator ab adoleſcentia ſua?* Quid, ſi dicat etiam Heliab, ſenior quiſquam de fratribus meis: *quare veniſti, & dereliquiſti pauculas oves illas in deſerto? Ego novi ſuperbiam tuam, & nequitiam cordis tui: quia ut videres prælium deſcendiſti?* Novit Chriſtus, qui me redemit, quod non movit me ſuperbia, niſi ſancta: nec cordis mei
C nequitia in prælio delectata, quaſi confiſa temere de victoria. Sed ſpero in Domino Jeſu meo: quia * ille ſuſcitabit ſpiritum meum, qui ſuſcitavit ſpiritum Danielis pueri junioris, ne Suſannam, filiam Elchiæ pulcherrimam, Chriſti ſponſam Eccleſiam ſacroſanctam injuſtæ morti traditam, videam ſub iniquo binario judicum interire, ſub infami numero Sacerdotum. Et ego Chriſti nomine dico ad Philiſthæum: *cum gladio & haſta tu venis ad me*, cum dolo malo falſo interpretatæ Scripturæ, & aſtutia verbi ſophiſtici: ego ad te venio in nomine Domini exercituum, in Scriptura Chriſti pura,
D & expoſitione omnium Catholicorum, & Sanctorum Eccleſiæ, *Quibus exprobraſti hodie; ut ſciat omnis terra quia eſt Dominus Deus Iſrael: * & noverit univerſa Eccleſia hæc, quia nec in haſta, nec in gladio ſalvat Dominus. Ipſius enim eſt bellum, & tradet vos in manus noſtras*. In manus *noſtras*, dico, non *meas*: & *Dei* eſt bellum, non *meum*; ejus ſupple, cujus eſt doctrina, quam dimico.

Petrus Clericus Wicleviſta non audet cum Thoma Wald. diſputare.
1. Reg. 17. 1.
* al. cum Patre
1. Reg. 17. 32.
Ibid. 33.
Ibid. 28.
Pia Authoris intentio in hoc opere.
* al. quod
Dan. 13. 2.
1. Reg. 17. 45.
Ibid. 45. 46. 47.
* Vulg. quia eſt Deus in Iſrael

6. *Benedictus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum*. Docet non tantum, ſed (ut puto) jubet: non tantum jubet, ſed urget. Sic mihi videtur,
E dum audio ſemper illud Apoſtoli ſui: " teſtificor coram Deo, & Jeſu Chriſto; qui judicaturus eſt vivos, & mortuos, per adventum ipſius, & regnum ejus. Prædica verbum, inſta oportune, importune: argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina; Erit enim tempus, cum ſanam doctrinam non ſuſtine-

Pſal. 143. 1.
2. Tim. 4. 2.

(a) Jure *ter damnatus*, ſeu *damnatiſſimus*, in hoc *Doctrinali* vocatur Wicleffus. Sæpe etenim in *Trialogo* ſuo (quem ideo pariter *ter damnatum* ſæpiſſime nuncupat) anathemate perculſus eſt; puta a Langhamio Cantuarienſi Primate in Synodo Lambithi habita anno 1368. A Simone Suthbery Archiepiſcopo Cantuar. in Londinenſi Concilio an. 1377. & anno 1382. Demum a Generali Conſtantienſi Synodo, quæ impiam quoque Wicleffi jam demortui perſonam damnans, illius oſſa e loco ſacro exhumari ſancivit.

(b) Potentes viros & Magnates colere, ſuis partibus conciliare; & in Religionis negotiis occupare, nedum veteres, ſed modernæ etiam Sectæ conſueverunt. Calvinus & Calviniſtæ præſidium obtinuerunt a *Margarita* Navarræ Regina, Franciſci I. Chriſtianiſſimi Regis Sorore; a *Renata* Ludovici XII. Francorum Regis filia; a Magiſtratu Genevenſi &c. Lutherus & Lutherani a Friderico Saxoniæ Duce &c.

(c) *Petro Clerico*, vulgo *Clarke*. Hunc inſignem Wicleviſtarum pugilem Antonius a Wood in hiſtoria Univerſit. Oxonien. vult eſſe eumdem cum *Petro Payne*, qui a Bohemis ad Concilium Baſileenſe deſtinatus, plurimum adverſus Eccleſiam & veritatem laboravit. Sed Balaeus videtur hunc ab illo diſtinguere.

(d) Intellige *Guillhelmum Beuuſu* Carmelitam, virum ſuo tempore egregium, de quo Balæus centuria VII.

(e) Similia habet Divus Bernardus in Epiſtola ad Innocentium II. de erroribus Petri Abaelardi.

„ ſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt „ ſibi magiſtros, prurientes auribus: & a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas „ autem convertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Evangeliſtæ, miniſterium tuum imple. „ II. ad Tim. IV. Et bene inter cætera injungitur, *opus fac Evangeliſtæ*, qui & *bonus nuncius* latine exponitur? cujus eſt ex ore Domini ſui loqui, & nihil aliud, quam quod ipſe palam inſtruxit, afferre. Ita agam: ita diſpoſui, quia ex meo nihil feliciter valeo agere: & magis opto, ut in ſpiritu Dei loquar, ut verba quæ ego loquar, ſpiritus & vita ſint: & plene ſentiant Orthodoxi, quod non nos ſumus, qui loquimur, ſed ſpiritus Patris noſtri, qui loquitur in nobis. Et iterum, ne Dominum majeſtatis, a quo omnis ſapientia eſt, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, audiam exprobrantem mihi illud noti Vatis:

Evangeliſta, *bonus nuncius* latine exponitur.

Joan. 6. 64.

Matth. 10. 20.

Jacobi 1. 5.

Martialis lib. 1. *ad Fidentin.*

Si mea vis dici, gratis tibi carmina mittam:
Si dici tua vis, hæc eme, ne mea ſint.

Certe nec emere tot panes ex me ſufficio. Vadam, neceſſe eſt, ad ipſum amicum meum, qui commodet mihi tres panes, Scripturarum ſcilicet veritates, concordes aſſertiones Patrum, & rationes tam vivaces, efficaces, & puras, ut omnis, qui venit ad me de via, ſtatim ut guſtare incipiat, vere perdendat in ſe, quod mea doctrina non ſit mea, ſed ejus, qui miſit me.

Luc. 11. 5.

Joan. 7. 16.

7. Hæc ergo doctrina, quam profero, ſic erit doctrina Chriſti, ut in nullo vel ab indicta per eum forma recedat. Sed ab illo loco exordior, aggreſſurus hæreticos, ubi Chriſtus primo diſcipulos inſtruit, & docet vincere Phariſæos: *cavete* (inquit) *a fermento Phariſæorum & Sadducæorum*. Et ibi dicit lib. II. *Commentarii*, HIERONYMUS. Fermentum Phariſæorum, & Sadducæorum, non corporalem panem, ſed traditiones „ veſtras*, & hæretica ſignificat dogmata: quare & cibi, quibus eſt nutritus populus Dei, „ non veram doctrinam, integramque ſignificant* — ſequitur — Hoc eſt fermentum, de „ quo Apoſtolus loquitur: *modicum fermentum* „ *totam maſſam corrumpit*. Iſtiuſmodi fermentum, quod omni ratione vitandum eſt, habuit Marcion (*a*), & Valentinus (*b*), & omnes hæretici. Fermentum hanc vim habet, „ ut ſi farinæ mixtum fuerit, quod parvum videbatur, creſcat in majus, & ad ſaporem ſuum „ univerſam conſperſionem trahat: ita & doctrina hæretica, ſi vel modicam ſcintillam „ jecerit in tuum pectus, in brevi ingens flamma concreſcet*, & totam hominis poſſeſſionem ad ſe trahet*. „ Hæc Hieronymus. Parce, Domine, parce populo tuo, bone Jeſu, & in ſpiritu tuo ſancto doce nos; & notanter deſigna nobis has fermentatas doctrinas, tam periculoſas, tam igneas, ut poſſimus in ſingulari præcavere quod jubes, & flammas hæreticas adhuc devitare remotas.

Matth. 16. 6.

Hieronymus *T.* 7. *pag.* 120.

* *Veronen.* perverſas.

* *al.* ſignificent.

1. *Cor.* 5. 6.

a b

Malum fermentum quomodo hæreticæ conveniat doctrinæ.

* *al.* ſuccreſcit

* *al.* trahit

Authoris ad Deum peroratio

(*a*) Marcion natione Ponticus, Stoicorum ſcholæ addictus, prodiit circa an. Dom. 168. Epiſcopi Catholici filius erat, qui ipſum ob ſtuprum ab Eccleſia ejecit. Romam fugiens ſub Pontificatu Aniceti Cerdoni ſe adjunxit. Hinc duos Deos admiſit, unum bonum, alterum malum. Duos quoque Chriſtos, quorum unus crucifixus eſt; alter adhuc venturus, ut reſtituat Judaicum ſtatum. Corporum reſurrectionem negabat, & animarum ſtatuebat Metempſycoſim. Chriſtum veram carnem non aſſumpſiſſe docebat. Cainum, alioſque impios, qui Deum Judæorum non agnoverunt, ſalvos aſſeruit; & econtra damnatos Patriarchas, qui eum coluerunt. Baptiſmum non verbis Evangelicis conferebat: rebaptizare autem nedum ipſe conſuevit; ſed & mulierculis ſuis permiſit. Sabbatho jejunandum eſſe ſanciebat in odium Dei Judæorum. In Myſteriis ſuis aquam adhibebat. Animatorum uſum vetabat. Virginitatem inſinuabat, quod carnem, quam ex malo principio exortam finxerat, propagari nefas duceret. Hinc ejus diſcipuli præcipites in martyrium ruebant, ad exterminandam carnem, utpote a malo Deo conditam. Vide Nat. Alexand. ſæc. 2. art. 6.

(*b*) Valentinus ab Epiſcopatu, cui inhiabat, rejectus, in hæreſim prorupit ſecundo abeunte ſæculo. *Eonas*, ſive Deos ex Poetarum Græcorum, Heſiodi præſertim fabulis, commentus fuit; eos dividens in *Ogdoadem*, ideſt, Octonarium, *Decadem*, & *Dodecadem* ſeu Denarium, & Duodenarium. Horum varias ridiculaſque combinationes finxit, quas late proſequitur citatus Nat. Alex. art. 6. Tria hominum conſtituit genera: *terrenorum* ſcilicet, cum Caino; *animalium* cum Abele, genera corruptibilia; & *ſpiritualium*, qui cum Angelis ſunt nupti. *Animales* vocabant Valentiniani Catholicos, fide & bonis indigentes operibus: econtra ſe *ſpirituales* jactabant, ſola cognitione æternam ſalutem conſecuturos. Chriſtum corpus de cœlo detuliſſe docebat Valentinus, ac tranſiſſe per uterum Virginis, tamquam aquam per fiſtulam. Traditiones Valentiniani rejiciebant, & catholicorum ſimplicitati improperabant.

AD-

ADMONITIO

IN SUBSEQUENTES

DECEM WICLEVISTARUM DOCTRINAS.

Antequam Wicleviſticam Sectam Waldenſis improbet ac refellat, Sectatores ipſos graphice depingit, eorum palam faciens vitæ habitudines; ut bene præcogniti a Fidelibus caveantur. Hoc autem feliciter præſtat per nonnullas Wicleviſtarum Doctrinas, *quibus illi Catholicos decipere, & ad partes ſuas trahere conabantur. In prima ergo* Doctrina *moleſtam eorum notat dicacitatem, qua in Scriptura Sancta ſe fundatos prædicant. At rancidam hanc eorum vocem a prioribus hæreticis* Baſilide, Marcione, Valentino, Photino, Sabellio, Ario, Manete, Donato, Pelagio; *breviter, & ab ipſo diabolo, mutuatam oſtendit. In ſecunda ac tertia valide eorum improbat contumaciam, qua Eccleſiæ Univerſalis documenta rejiciunt, & Sanctorum Patrum teſtimonia parvipendunt. Eorum porro in quarta* Doctrina, *& quinta ſuperbiam perſtringit, qua ſe ipſos doctiores præ cunctis Catholicis, & Magiſtri ſui* Wicleffi *a nobis non percipi ſublimia documenta, magno cum tumore jactitant. In quinque reliquis totus eſt in eorum detegendis calliditatibus: ac primo, ut fideles inducant, vel potius ſeducant, ad legendos impios eorum libros. Secundo, ut per Scripturas, quas inceſſanter affectant, fucum audientibus faciant. Tertio, ut per hypocriſim, qua ſe occultant, bonam ſuæ Sectæ famam aucupentur. Quarto, ut prætextu ſubtilitatis, quam non facile perceptibilem dictitant, impiam* Wicleffi *doctrinam tegant. Quinto demum, ut per contemptum, quo Catholicorum ſcripta irrident, facile veritatis pondus excutiant. Sic detectis fidei hoſtibus, tandem orat Deum Optimum Maximum, ut oportuno ad eos debellandos adſit auxilio. Jam vero hic notandum occurrit, quod his* Wicleviſtarum *coloribus omnes repræſentantur hæretici, etiam prioris ævi; immo & poſterioris, ut* Lutherani, Calviniani, Sociniani, *totque alii, qui ſucceſſive eruperunt; & ſi qui alii in futuris temporibus (quod Deus avertat) ad nos infeſtandos advenient. Quamquam enim hæretici diverſis locis ac temporibus diverſa ſentiant; cum tamen omnes a Chriſto devient, omnes pariter eadem larva improbitatem ſuam, & falſitatem contegunt.*

DOCTRINA WICLEVISTARUM PRIMA.

SYNOPSIS.

Docent primo Wiclevistæ, ſicut & veteres hæretici, damnandum eſſe quidquid Papa, vel vocata Eccleſia dicunt, ſi non illud ex Scriptura Sancta probaverint.

Matth. 16. 6. 1. C*Avete fideles a fermento Phariſæorum,* & prima hæreticorum doctrina, quam ſectantur ad vires * Wicleviſtæ Lollardi, dicentes & ſcribentes, ſe Scripturas Sanctas tenere, & nude illas ſequi, & probare per omnia. "Damnamus (inquit Wicleffus) quidquid Papa, vel „ vocata Eccleſia dicunt, ſi non illud ex Scri„ ptura Sacra, in qua omnis veritas contine„ tur, probaverint (*a*).„

* al. ſecundum vires.

Wicleffus.

a

2. Sed Chriſtus monet nos in Evangelio: Matth. 24. 26.
„ Si dixerint vobis, ibi eſt Chriſtus, aut in de„ ſerto eſt, nolite exire. Multi in nomine meo
A „ venient, quos non miſi, quibus non manda„ vi.„ Nec ab initio ad hoc uſque tempus fuit quiſquam hæreticus, quin ſuam hæreſim produxerit ex Scripturis falſo præſumptis: non Baſilides (*b*), non Marcion, non Valentinus (*c*), non Photinus (*d*), non Sabellius (*e*), non Arius, (*f*) non Manichæus (*g*), non Donatus (*h*), non Pelagius; (*i*) breviter, nec diabolus contra fidem aliquando ſine Scriptura certavit. Unde contra Chriſtum: *Scriptum eſt* (inquit) *quoniam angelis ſuis Deus mandavit de te*. Quid ergo
B & ſi dyſcoli Wicleviſtæ per Cameras, & Tabernas perſtrepant: *Sanctus Doctor Evangelicus Evangelica tantum profert: Sanctas Scripturas abſolvit: reſpuit gloſſas Fratrum *, & inutiles leges Clericorum Cæſareorum?*

b c &c.

Ibid. 4. 6. Pſal. 90. 11.

* Religioſorum Mendicantium.

3. Ego

(*a*) Ad firmandam rebellionem contra Eccleſiam, etiam recentiores hæretici omnem Apoſtolicam traditionem recuſant, ſolam jactantes ſe ſequi Scripturam. Sic Lutherus in Epiſt. *ad Fratres Minores*, quem ſequuntur Bucerus, & *Kemnitius*. Sic item Calvinus lib. 5. *Inſtitut.* cap. 10. ſolam Scripturam recipiens, in omnes traditiones, veluti in Eccleſiæ tyrannidem declamat.

(*b*) Baſilides Patria Alexandrinus ſub finem primi ſæculi emerſit. A quodam primo Principio, quod barbarico vocitabat nomine, creatos Angelos dicebat; atque iſtos condidiſſe Mundum, eumque inter ſe diſtribuiſſe. Chriſtum ſpecie tenus apparuiſſe, neque hominem revera extitiſſe, aut induiſſe carnem aſſerebat: ipſumque neutiquam in cruce mortuum; ſed Simonem illum Cyrenæum, cui cum Judæi crucem Chriſti impoſuiſſent, hunc Jeſus in ſui commutavit figuram; atque ita Judæorum irriſit, evaſitque conatus. Hinc martyrium pro Chriſto, & Sacramentum Euchariſtiæ proſcripſit. Soli animæ repromiſit ſalutem; corpus vero reſurrecturum negavit. Ajebat animas in altera vita peccaſſe, ob idque hic pati ſupplicium: non omnia item peccata a Deo dimitti, ſed ſola involuntaria: nullum eſſe Infernum; ſed ſolam peccatorum pœnam eſſe tranſmigrationem animarum poſt mortem corporis.

(*c*) De Marcione, & Valentino ſatis jam ſupra in *Prolego* ad decem Doctr.

(*d*) Photinus natione Galata, Marcelli Ancyrani Epiſcopi primo Diaconus, deinde ad Sirmienſem Cathedram evectus, hæreſes ſuas venditare cœpit circa an. Dom. 303. Deum ſolitarium eſſe prædicabat, Perſonarum Trinitate prorſus amota, docens unam eſſe Patris & Filii, & Spiritus Sancti operationem. Chriſtum aſſeruit purum eſſe hominem, & a Maria initium accepiſſe.

(*e*) Sabellius Ptolemaide in Lybia natus Hæreſiarcham ſe prodidit circa annum Chriſti 257. Photino præluſit, docens ſolam unam in Deo eſſe perſonam, nempe Deum Patrem; eumque ſibi eſſe Filium, & Spiritum Sanctum; ipſum fuiſſe incarnatum, paſſum, crucifixum. Unde *Patripaſſiani* vulgo ejus aſſeclæ appellabantur.

(*f*) Arius, de quo jam ſupra in Epiſt. ad Martinum V. num. 8. docebat Filium Dei eſſe creaturam: eum aſſumpſiſſe corpus inanime, animæque partes impleviſſe Divinitatem.

(*g*) Manichæus, ſeu *Manes* (de quo jam ſupra in Epiſt. ad Martinum V. num. 8.) docuit duo eſſe ſuprema Principia, inter ſe adverſa, & ſimul æterna; quorum unum bonorum, alterum malorum Numen eſſet. Ex hoc palmari errore plurimos alios commentus eſt. De Chriſto dicebat non fuiſſe eum in carne vera, ſed ſimulatam ſpeciem carnis ludificandis humanis ſenſibus præbuiſſe, ubi non ſolum mortem, verumetiam reſurrectionem mentiretur.

(*h*) A Donato Donatiſtæ hæretici, de quibus jam ſupra in citata Epiſt. ad Martinum V. num. 8. in *n*. Aſſerebant non valere baptiſmum collatum extra Eccleſiam, quam in ſola Africa intra eorum Sectam circumſcribi docebant. Impios eorum mores adverſus Euchariſtiam, Chriſma, Altaria, aliaque Catholicorum Sacra, recenſent Auguſtinus, & Optatus Milevitanus.

(*i*) A Pelagio, de quo ſupra in citato loco jam diximus, prodiere Pelagiani, qui Magiſtri veſtigiis inſiſtentes, dicebant Adam mortalem factum, qui, ſive peccaret, ſive non, fuiſſet moriturus: peccatum Adæ ipſum ſolum læſiſſe, non genus humanum: infantes, qui naſcuntur, tales eſſe, qualis fuit Adam ante prævaricationem: neque per mortem Adami omne genus humanum mori, quia neque per Chriſti reſurrectionem omne genus humanum reſurgit: infantes, etſi non baptizentur, habere vitam æternam: concupiſcentiam & libidinem non eſſe malam: liberum hominis arbitrium nil a peccato Protoparentis læſum, æque eſſe validum ad bene agendum, ac fuerat in Adamo, ante lapſum: poſſe hominem ſine Dei adjutorio a paſſionum perturbationibus ſe liberare: virtutes non eſſe Dei dona, ſed naturæ prærogativas.

3. Ego dico ex parte Eccleſiæ: reſpuat æque gloſſas ſuas hæreticas, & expoſitiones ſuas mendoſas, quibus Scripturas Sanctas commaculat, & pervertit, & in partem ſuam per falſum ſenſum immutat: & omnes Scripturas ipſi valde adverſas etiam idiota videbit. Sed cum modico fermento ſuo Scripturas Sanctas corrumpit, & reddit infectas. Unde in *Expoſitione* ſuper Michæam lib. 11. capite VIII. textu, *nolite credere amicis* * HIERONYMUS. Hæretici, cum ante crediderint Scripturis, * quæ a Spiritu Sancto ſcriptæ ſunt & editæ, transferunt ſe ad novas doctrinas, & fermentum Phariſæorum, & mandata hominum. -- Sequitur -- Qui abſque magiſtro, & gratia Domini, ſententias * Scripturarum judicio ſuo permutantes *, inflati ſunt, & nihil ſciunt: & languent circa quæſtiones, & contentiones, pugnaſque verborum; qui vera * conſiſtentes in domo, inimici ſunt veritatis. „ Hæc ille.

* Vulg. amico
Hieronymus cap. 7. Tom. 6. pag. 502.
Mich. 7. 5.
* Veronenſis in ſcripturis
* Ibid. ſcientiam
* Ibid. promittentes
* Ibid. vere

4. Conſulo ergo ex parte Chriſti: cum panes Scripturarum ab eis accipitis *, eavete a fermento expoſitionis hæreticæ, quam panibus ſacris immiſcent, diciteque: *Jeſum novi & Paulum ſcio; ſed unde vos eſtis* *? *Chriſti dicta, & Pauli ſcripta ſuſcipio; ſed unde dicta veſtra eis conveniant, hoc ignoro.* Hac enim arte & ſe, & auditores ſuos inſtruxit ad credendum, qua Jovinianiſta ille hæreticus, de quo in Epiſtola *ad Domnionem*, HIERONYMUS. Voluit (inquit) homo peritiſſimus, & * veteranus miles, uno rotatu gladii utrumque percutere, & oſtendere populis, quod quidquid ille * vellet, hoc Scriptura ſentiret. „

* Cod. Ferravien. recipitis
Act. 19. 15.
* Al. ſed vos qui eſtis?
Hieronymus Tom. 1. Epiſt. nunc 50. pag. 238.
* Veronen. ut
* Ibid. ipſe

DOCTRINA SECUNDA WICLEVISTARUM.

SYNOPSIS.

Wicleviſtæ poſtquam ſtatuerunt, quod Scriptura Sancta ſola eſt Fidei regula, ſpernendum prædicant quidquid Eccleſia communis, aut Sancti Patres docuerint; immo quidquid ſacroſancta Concilia decreverint.

Matth. 16. 6.

1. CAvete fideles a fermento Phariſæorum, ſecunda Wicleviſtarum doctrina, qua dicunt, ſcribunt, & approbant, ſpernenda documenta communis Eccleſiæ, Sanctorum Patrum approbata Concilia, & multorum ore ſimul * commendanda decreta: *quia non eſt* (inquiunt) *multorum ſemper approbandus in una re conſenſus: quia tunc laudabiliter turba Judæorum Chriſtum occidiſſet, & quingenti Prophetæ Baal ſuperaſſent Eliam* (*a*). Dico autem, quod Eccleſia eam doctrinam ipſi docet eſſe credendam, ſub pœna contumaciæ: (eam * dico, quæ præſens eſt, quæ judicia recta decrevit, a tempore Apoſtolorum, uſque in præſens (*b*), per ſucceſſio-

Wicleviſtæ ſpernunt Eccleſiam, Patres, & Concilia.
Sic Lutherus in Epiſt. ad FF. Minorer, & Calvinus lib. 4. Inſtit. cap. 10.
* Al. ſumme
3. Reg. 18. 22.
a
* Subaudi Eccleſiam.
b

Thom. Wald. Tom. I.

nes Patrum idipſum ſapientium, atque docentium) ei *, inquam, credi debet ſub pœna perfidiæ.

* Supple doctrinæ

2. Concilia quoque credenda, ſi non reprobanda per Sanctorum Patrum edicta conſtiterit. Et hac ratione Concilium Phariſæorum A a Concilio Apoſtolorum; & Concilium Nicænum Bythiniæ * a prætenſo Concilio Nicœno Thraciæ (*c*) juſtiſſime ſunt ſeparanda.

Regula prodiſcernendis Conciliis a pſeudo conciliis.
Act. 15. 2.
* An. Chr. 325.
c

3. Hoc modo Beatus Paulus ſolerter volebat inquirere de Concilio Apoſtolorum Jeroſolymis celebrato, ſi recte feciſſet *, prædicando Baptiſma Chriſti ſine omni Circumciſione valere. Unde libro *Retractationum* in Actus Apoſtolorum BEDA. Contulit (inquit) cum illis Evangelium, quod prædicabat, ſolerter in Concilio Apoſtolorum diſquirens, an recte faceret prædicando, quod gentes per Baptiſma fidei, ſine Circumciſione, poſſent ad ſalutem B „ pervenire: non quod ipſe de hac re aliquid dubitaret; ſed ut mentes dubitantium Apoſtolicæ Synodi authoritate firmarentur „. Hæc Beda.

Gal. 2. 2.
* Ed. Pariſ. faceret.
Beda To. 6. cap. 18. pag. 33.
Quare Paulus contulerit Evangelium ſuum cum Apoſtolis.

4. Ideirco apud omnes Catholicos valet, & ligat una ſententia concors Patrum: maxime autem temporis longævi, & Patrum ſucceſſione firmata; ita ut locum fidei habeat: de qua credenda ſub pœna perfidiæ in Symbolo ſcribitur, *Credo in Sanctam Eccleſiam.* Unde in *Commentario* ſuper Eccleſiaſten Capitulo x. textu, *Qui diſſipat ſepem, mordebit eum Serpens* * HIERONYMUS. Sepis (inquit) maceriæque convulſio, Eccle- C ſiaſtica dogmata ſunt, & inſtituta * ab Apoſtolis, Propheti ſque fundata; quam * qui diſſolverit, & voluerit præterire, in eo ipſe * a ſerpente percutitur. De quo Serpente in Amos Scriptum eſt: *Si deſcenderit in infernum*, * *mandabo Serpenti, & mordebit ipſum.* * „ Hæc ille.

Concors Patrum ſententia, ſucceſſione temporis firmata, locum fidei habet.
Eccle. 10. 8.
* Vulg. Coluber
Hieronymus To. 3. pag. 472.
* Veronen. Inſtitutio
* Ibid. quæ.
* Ibid. in eo ipſo quo negligit.
Amos 9. 3.
* Vul. Si celaverit ſe ab oculis meis in profundo maris.
* Vulg. eum. Veron. eos

DOCTRINA TERTIA WICLEVISTARUM.

SYNOPSIS.

D *Nedum Sanctorum Doctorum ſpernunt Wicleviſtæ doctrinas, ſed illorum etiam expoſitiones rejiciendas aſſerunt; exemplo Wicleffi, qui omnes Sanctos Patres citra primum Millenarium erraſſe dicebat.*

1. CAvete fideles a fermento Phariſæorum, & tertia doctrina Lollardorum, refutantium expoſitiones Sanctorum Doctorum (*d*): ſicut de materia *Euchariſtiæ* Wicleffus reprobat omnes Doctores citra primum millenarium; (*e*) & Ambroſium appellat apocryphum *: in materia *de dote* omnes Sanctos Patres erraſſe di- E cit *: in materia *de Religione*, & aliis: breviter,

Matth. 16. 6.
d
Temeritas Wicleffi adverſus ſanctos Eccleſiæ Doctores & Patres.
* Vide infra To. 2. cap. 17.
e
* Infra lib. 4. cap. 33.

(*a*) In multitudine non ſolum *conſenſum* multorum attendimus, ſed præcipue *teſtimonium* de traditione & doctrina Chriſti, ac Apoſtolorum: de traditione, inquam, & doctrina, quæ per non interruptam Patrum ſucceſſionem ad nos uſque pervenit. Scimus utique, quod ſæpe multitudo hominum in errore conſentit: ſed ſcimus etiam, quod multitudo teſtium, ſeu multitudo omnium Eccleſiarum, ſucceſſive teſtificantium per Præſules ſuos UNITATEM Doctrinæ Chriſti & Apoſtolorum, ea nos monet, quod doctrina illa vere eſt Divina & Apoſtolica. Unde Tertullianus de *Præſcript.* ſic ait: *quod apud omnes* UNUM *invenitur, non eſt erratum, ſed traditum.* Vide infra lib. 2. cap. 27.

(*b*) Eccleſia præſens, juxta *Waldenſem*, una eademque eſt cum Eccleſia primæva: quia, ut infra docet lib. 2. cap. 17. eſt *Catholica* ſeu *univerſalis*, non ſola univerſalitate loci, ſed etiam temporis. Unde rectiſſime de præſenti Eccleſia hoc dicit: *præſens eſt, quæ judicia recta decrevit a tempore Apoſtolorum uſque in præſens.*

(*c*) Iſtud Concilium, ſeu potius conciliabulum, ab Arianis celebratum, refertur ad annum 359. a Tillemont. To. 6. artic. 81. Nicœam autem in Thracia ſtudioſe, & cum dolo elegerunt Ariani, ut falſæ fidei formula quam ibi ſtruere moliebantur, *Nicæna* diceretur; & ſic eadem cum Nicœna Bythiniæ a ſimplicibus haberetur, & reciperetur.

(*d*) Calvinus lib. 3. Inſtitut. cap. 5. §. 6. & 10. ſcribit, veteres Patres oraſſe pro defunctis ſine mandato Dei, & legitimo exemplo; ideoque non imitandos. Addit, quod Auguſtinus *anile votum* emiſit orandi pro anima Monicæ matris ſuæ: & quod liber ejus *de cura pro mortuis* eſt valde *frigidus*. Lutherus in libro cui titulus, *Parva Confeſſio*, dicit Eccleſiam cecidiſſe; non eſſe audiendos Epiſcopos, neque Academias. In *Epitome Sylveſtrina* Angelicum Doctorem Sanctum Thomam, cæteroſque Scholaſticos contemnit: & dicit *jamdudum* in Eccleſia *extinctam fidem*, *proſcriptum Evangelium*, *exulem Chriſtum*.

(*e*) Etiam in primo *Millenario* periiſſe Chriſti Eccleſiam adſtruunt recentiores hæretici: ſed quo anno, vel quo ſæculo, non conveniunt. Sociniani id repetunt a tempore quo Romani Epiſcopi Primatus extitit: ſed quando ille cœperit, non definiunt. Alii ſæculo IV. alii ſæculo V. id accidiſſe dictitant.

a ter, omnes Sanctos dimittendos docet (*a*): *quia habebant* (inquit) *ex antiquo conſuetudinem ad peccandum*. Vere enim hoc maledicto fermento intendit auditores ab omni doctrina antiqua Eccleſiæ, & Sanctorum Patrum reddere nudos, ut ſupervestiat libere ſuos errores: Eccleſia Sancta docet vos oppoſitum, ne quidquam de litera Scripturarum ſine ſpiritu Chriſti præſumatis accipere. *Litera occidit: Spiritus autem vivificat*. Si in litera legis ſpiritum Wicleffi ſumpſeritis, jam bibiſtis mortiferum: ſi ſpiritum Pauli, Victorini poſt eum, poſtremo Hilarii, demum Auguſtini, ac interim Gregorii, ac per ſucceſſionem ejus, Iſidori; & ſic per ſeriem Sanctorum Patrum, a tempore Chriſti, & Apoſtolorum, quos in hac Scriptura Chriſtus incluſit (*b*), jam potum percipitis; ſecure credatis. Hac via confutat *Julianum* lib. I. contra eum cap. VIII. in fine, AUGUSTINUS. Tantum ne (inquit) „ apud te poſſunt Pelagius, & Cœleſtius, ut „ a Solis ortu uſque ad occaſum, tot, ac tantos „ fidei Catholicæ Doctores, ac defenſores antiquos, & noſtræ ætati contiguos, dormientes, „ & manentes, non ſolum deſerere, verum etiam Manichæos audeas appellare? Miror, „ ſi hoc aliquando ex tuo poterit ore procedere, quod te clamare pravitas tui compellit „ erroris. Sed mirum, ſi in facie hominis tantum intervallum eſt inter frontem, & linguam, ut in hac cauſa frons non comprimat „ linguam. „ Hæc Auguſtinus.

Wicleffus aufert Doctrinam Patrum ut ſuam ſupervestiat.

2. Cor. 3. 6.

Expoſitio Sanctorum Patrum eſt Spiritus literæ.

b

Auguſtinus *contra Julian. Pelagianum*, To. 10. *lib.* I. *Cap.* 6. *pag.* 509.

2. Sed deſinat Auguſtinus admirari Julianum, qui aliquantulum Sanctos Patres veneranter ſumpſit in teſtes; veniatque ad noſtrum Wicleffum *, & ſimul frontem, & ſupercilia culpet, quod levipedem linguam ſuam a procacitate non cohibet; quod, Sanctis univerſis poſtpoſitis, ſibi recenti magiſtro credi exigit, quid Chriſtus in Scripturis intelligit, quid omnis Eccleſia a primævis ſuis edocuit. Antiquus Pater Didymus talem evomuiſſet authorem, cum diceret libro *de Spiritu Sancto*, in principio, ex translatione Hieronymi, DIDYMUS. Quoniam „ quidam temeritate potius, quam recta via, „ etiam in ſuperna eriguntur: & hæc de Spiritu Sancto jactitant, quæ neque in Scripturis lecta, neque a quoquam Eccleſiaſticorum „ veterum uſurpata ſunt; compulſi ſumus creberrimæ exhortationi fratrum cedere: & ſic * „ noſtram de eo opinionem, etiam Scripturarum teſtimoniis comprobare. „ Hæc ille. Vere enim, ut infra docebitur *, hæc eſt prima præſumptio heretici, quod ſe præponit omnibus doctiorem, magiſque ſequendum. (*c*) Et idcirco Neſtorius in hæreſim decidit, quia antiquiorum Patrum documentis inhærere contempſit. Lib. XII. *trip. hiſt.* Capitulo IV. CASSIODORUS. Dum (Neſtorius ſupple) naturaliter „ eloquens fuiſſet, & ſe putaret doctum, libris antiquorum interpretum dedignabatur „ incumbere, omnibuſque * ſe meliorem putabat eſſe, ignorans quia in Catholica Joan. „ Epiſtola, in antiquis Exemplaribus habeatur: „ *Omnis Spiritus, qui ſolvit Jeſum, a Deo non* „ *eſt* -- Et infra -- Apparet igitur Neſtorium ignoraſſe lectiones antiquorum. „ Hæc Caſſiodorus. Certe *Contra Academicos* lib. III. verſus finem, Doctorum rogat auxilium AUGUSTINUS. „ Quid (inquiens) faciam, quem de caſtris „ meis foras truditis, niſi implorabo auxilia Doctorum, cum quibus ſi ſuperare nequeo, minus pudebit fortaſſe ſuperari? „ Hæc Auguſtinus.

Julianus Pelagianus Sanctos Patres veneratur.

* *Ad Lutherum etiam, Calvinum, ceteroſque Novatores.*

Wicleffus Sanctis poſtpoſitis, ſibi credi exigit.

Didymus *Apud S. Hieron.* To. 2. *pag.* 107.

* *al.* quæque ſit noſtra de eo opinio.

* *Doctrina ſequenti.*

c

Neſtorius ex arrogantia in hæreſim incidit.

Caſſiodorus *To.* I. *pag.* 375.

* *al.* omniumque.

I. *Joan.* 4. 3.

Auguſtinus *Cap.* 15. *to.* 1. *pag.* 216. *ed. Antuerpien.*

Auguſtinus rogat auxilia Doctorum.

3. Ita eſt, credite Fratres: omnis qui pro fide decertat, teſtes fidei non timet, ſed appetit. Qui contra fidem jam militat, omnem Catholicum reformidat. Ita in ſæculi cauſis eſſe videtis, QUIA QUO EST REUS improbior, eo plus teſtes probos accuſat.

Qui militat contra fidem teſtes fidei timet.

DOCTRINA QUARTA WICLEVISTARUM.

SYNOPSIS.

Se arroganter extollunt Wiclevistæ, jactantes ſe longe doctiores Epiſcopis, aliiſque Catholicis: ut ſic, cum aperte vincuntur, poſſint evadere; & in comparatione ſui viles facere Orthodoxos.

I. CAvete quarto Chriſti fideles *a fermento Phariſeorum*, & doctrina quarta Lollardorum Wicleviſtarum *, ſecundum quam jactant ſe ſacris Epiſcopis, & viris Catholicis peritiores; quos omnes in comparatione ſui nuncupant *idiotas* *, &, ſecundum abſtractionem grammaticam Wicleffi, *idioticos*; UT HAC VIA, cum aperte vincuntur, poſſint evadere, & in reputatione populi viles facere Orthodoxos. (*d*)

* *al.* Wicleffi

* *De Calvino & Luthero idem relatum eſt ſupra Doctrina* 3. *num.* 4.

d

2. Sed iſti imperiti ſunt, quia neſciunt ſimplicitatem fidei eſſe Dei virtutem; & quod ipſe Apoſtolus dixit ad Corinthios ſe imperitum ſermone, ſed non ſcientia. Sed & Hieronymus ſuper Abdiam in *Commentario* increpat hæreticos ſui temporis, ſic dicens, ſuper hoc textu, *Ecce parvulum dedi te in gentibus*, HIERONYMUS. Licet tibi (inquit) o hæretice, „ magnus eſſe videaris, & contemnas Eccleſiæ „ parvitatem: tamen parvus in gentibus es, „ & contemptibilis; & non ſolum contemptibilis, ſed valde contemptibilis. *Superbia cordis tui extulit te*. Quis enim hæreticorum non „ in ſuperbiam extollitur, Eccleſiæ ſimplicitatem parvipendens, & fidem imperitiam reputans? „ Hæc ille. Bene dicit Hieronymus, quod hæretici parvipendunt ſimplicitatem Eccleſiæ; & firmam fidem viri ſimplicis, dicentis, *Sic credo, ſicut docet Eccleſia*, imperitiam reputant, & dicunt: tibi convenit ſcire fidem tuam: intuere Scripturas: noli credere animam tuam Clericis maledictis. Inter populares inſcios, & mulierculas oneratas peccatis, conſcientiam criminum faciunt; & volentes magnæ peritiæ dici: *eja* (inquiunt) *ſimplices, & idiotæ: Epiſcopi veſtri vos damnant, vos fallunt*; quaſi nulli Sapientes Epiſcopi forent, qui ipſos damnaſſent, aut greges ſuos recte inſtruerent. Sic Pelagiani Epiſcopos Galliæ, Italiæ,

2. *Cor.* 9. 11. *Ibid.* 11. 6.

Abd. 1. 2. Hieronymus *To.* 6. *pag.* 368.

Abd. 1. 3. Nullus hæreticus non in ſuperbiam extollitur.

(*a*) Hoc ſolitum eſt & antiquum hæreticorum effugium, cum vim traditionis Eccleſiaſticæ non poſſunt evadere. Unde Sanctus Irenæus: *Cum autem ad eam iterum traditionem, quæ eſt ab Apoſtolis, quæ per ſucceſſiones Presbyterorum in Eccleſiis cuſtoditur, provocamus eos; adverſantur traditioni, dicentes, ſe non ſolum Presbyteris, ſed etiam Apoſtolis exiſtentes ſapientiores, ſinceram inveniſſe veritatem*. Iren. lib. 3. cap. 2. & 3.

(*b*) Poteſt intelligi, quod Chriſtus incluſit in Scriptura traditionem Apoſtolorum; adeo ut eamdem apud fideles vim habeat, ad faciendam fidem: quod revera patet in primis Eccleſiæ alumnis, qui ante ſcriptum Evangelium, credebant Apoſtolis teſtificantibus de Chriſto, & de Scripturis; immo credebant Apoſtolorum diſcipulis quotquot extra Judæam uſque ad extremum terræ convertebantur ad Chriſtum. Ita Arnaldus *de perpetuitate fidei Eccleſ.* To. 5. lib. 1. & 7.

(*c*) Quantum hac arrogantia laboraverint recentiores hæretici, abunde eorum geſta teſtantur. Pariſienſes Theologos, acerrimos illos, ac fortiſſimos Catholicæ fidei defenſores, *Gregem porcorum* vocat Calvinus in ſuo *Antidoto* contra Facultatem Pariſienſem. Sic Lutherus in libro ſuo contra *Jacobum Latomum* Theologum Lovanienſem, Catholicos Theologos vocat *Sophiſtas*, *Porcos*, *Aſinos*.

(*d*) A prioribus hæreticis hanc didicerunt arrogantiam Wicleviſtæ. Audiamus quod de *Gnoſticis* narrat Auguſtinus libro *de hæreſibus*. " Gnoſtici propter excellentiam ſcientiæ ſic ſe eſſe, vel appellari debuiſſe glorientur, cum ſint ſuperioribus omnibus vaniores, „ atque turpiores. „

liæ, & Angliæ, dixerant *Simplices*, cum ipſi
in Aſiam damnati fugiſſent. Unde *Contra duas*
Epiſtolas Pelagianorum libro IV. Cap. XII. AU-
GUSTINUS. “ Quid eſt (inquit) quod dicunt
„ *ſimplicibus Epiſcopis, ſine congregatione Syno-*
„ *di, in locis ſuis ſedentibus, & extorta ſubſcri-*
„ *ptio eſt?* Numquid beatiſſimis, & in fide Ca- A
„ tholica excellentiſſimis viris Cypriano, &
„ Ambroſio, ante iſtos, adverſus iſtos extorta
„ ſubſcriptio eſt: qua * horum impiorum dog-
„ mata tanta manifeſtatione ſubvertunt, ut
„ quæ contra eos manifeſtiora dicamus, vix nos
„ invenire poſſimus? „ Hæc ille. Hoc etiam
modo *Sabinus* quidam hæreticus vocatos Patres
ad Nicœnum * Concilium, dixerat *idiotas*, ut
habet libro II. *Hiſtoriæ Trip.* cap. VIII. CASSIO-
DORUS. “ Sabino (inquit) non credamus, qui
„ eos *idiotas* vocavit, & imperitos. Sabinus enim
„ Heraclææ Thracenſis Macedonianorum Epi-
„ ſcopus, habita congeſtione eorum, quæ per B
„ diverſa Concilia Sacerdotum ex ſcripto pro-
„ lata ſunt, eis, qui in Nicœam Urbem * con-
„ venerunt, velut *idiotis*, & ſimplicibus dero-
„ gavit, non ſentiens, quoniam & ipſi Euſe-
„ bio cum multa probatione profitenti * fidem,
„ velut *idiotæ* noſcitur derogare. -- Et infra --
„ Culpat autem expoſitam in Nicœa fidem,
„ tamquam ab *idiotis*, & nihil ſcientibus tra-
„ ditam; & quem velut ſapientem, & ſine
„ mendacio teſtem vocare conſuevit, ejus vo-
„ ces ſponte contemnit. „ Hæc ibi. Ecce nun-
quam magis Nicœno laudatum eſt, citra * A-
poſtolos, in Orbe Concilium: ad quod tot, tam C
ſancti, tamquam doctiſſimi Patres in unam con-
venere ſententiam: & tamen arrogans hæreti-
cus * tunc auſus eſt eos omnes dicere *idiotas*.
Quando ergo auditis Wicleffum veſtrum, vel
aliquem Wicleviſtam, Epiſcopos noſtros voca-
re ſimplices *idiotas*, referte illum ad Patres
ſuos priores hæreticos, a quibus, tamquam ſibi
ſapientibus reputatis, abſcondit Deus fidei Sa-
cramenta, quæ parvulis ſuis revelat & aperit.
Stolidi ergo & rudes iſti Lollardi, cupientes re-
putari (*a*) a laicis, Catholicos Eccleſiaſticos hu-
miliant de minoritate * ſcientiæ, quorum cor-
rigias ſolvere digni non ſunt, nec dici ſolent, D
cum ad Catholicam * revertuntur.

Auguſtinus *To. 10. pag. 324. edit. Antuerpien.*
* *M.* qui *ed. Ven.* quo
* *Nicænum* I. *an.* 325.
Caſſiodorus *To.* I. *pag.* 227.
Anno 325.
* *Maurini*, qui Nicœam convenerunt.
Euſebius Cæſarien. cum multa probatione fidelis.
* *M.* confitenti fidem.
Poſt concilia Apoſtolorum, Nicœnum I. maxime laudatum.
* *Ed.V.* poſt
* *Sabinus hæreticus Macedonianus.*
Math. 11. 25.
* Ed. Pariſ. & V. *ob minoritatem*.
Joan. 1. 27.
* ſupple, *Eccleſiam*.

DOCTRINA QUINTA WICLEVISTARUM.

SYNOPSIS.

Doctores Catholicos ad intelligendas Wicleffi doctrinas ineptos prædicant Wicleviſtæ.

1. CAvete item Chriſti fideles a doctrina Pha-
riſæorum Wicleviſtarum quinta: quo-
niam ad tantum ſe ipſos in ſciendo exaltant,
ut nec Magiſtrum ſuum, nec errorum ſuorum E
libros, Catholicos viros dicant intelligere (*b*):
Subtilitates (inquiunt) *Evangelici noſtri Magi-*
ſtri nec quiſquam Fratrum (*c*) *intelligit; nec Mo-*
nachi, nec Clerici pſeudo Cæſarei. (*d*) Sed quiſ-
quis talis eſt, qui Magiſtrum ſuum Wicleffum
ſic extollit, ſi bene ſibi viſus eſt, eum depri-

Thom. Wald. Tom. I.

mit, quem levavit: & ad illum *Heliu*, tropicum
caput hæreticorum eum remitto, qui ſimili ar-
rogantia elevatus *, vix ſapientiſſimum Job ver-
borum ſuorum peritiam intelligere poſſe puta-
vit. Unde XXIV. *Moralium*, c. XIV. BEATUS
GREGORIUS. „ Habent (inquit) hoc proprium
„ omnes arrogantes, ut cum fortaſſe acutum *
„ aliquid ſentiunt, inde mox ad vitium ela-
„ tionis irrumpant, ſenſuſque omnium, in ſui
„ comparatione deſpiciant: ſeque in ſuo judi-
„ cio aliorum meritis anteponant --- *Et infra* ---
„ Ecce quomodo pauliſper elatio per verborum
„ incrementa proficit. Superius dubitavit, ſi
„ poſſit Beatus Job proferre quod juſtum eſt:
„ nunc vero diſcutit, ſi hoc, quod dicitur, fal-
„ tem poſſit audire. Ibi dixit, ſi habes, quod
„ loquaris, reſponde mihi; ac ſi diceret: Dic
„ aliquid; ſi tamen dignus poteris eſſe, qui di-
„ cas --- *Sequitur* --- Jam & hoc de ſuperbia
„ fuerat, quod Beatum Job id, quod juſtum
„ eſt, loqui poſſe dubitabat: ſed dum hanc in
„ ſemetipſo conſiderare negligit, ad nequiora
„ pervenit, ut non ſolum poſſe ab eo dici quod
„ juſtum eſt, dubitet; ſed etiam dicentem ſe
„ juſta, ab eo intelligi poſſe deſperet. „ Hæc
ille.

Heliu hæreticorum omnium anteſignanus.
* *al.* elatus.
Job. 31. 33.
Gregorius *To. I. pag.* 778.
* *al.* acute.
Arrogantes alienam ſententiam ſpernunt.

2. Deinceps ab iſto eorum Patre *, (ut vi-
dere poſſint fideles, quomodo ſequitur Patrem
ſua proles), etiam ad *Joviniani* hæretici eum
remitto diſcipulum, qui ſimiliter Hieronymum
intelligere magiſtri ſui libros negavit, ut refert
epiſtola *ad Domnionem* HIERONYMUS. „ Si (in-
„ quit) in omnes Scriptores cenſoriam acce-
„ pit virgulam, & idcirco eruditum ſe putat,
„ quia Jovinianum ſolus intelligit (eſt quippe
„ Proverbium, *Balbum melius balbi verba co-*
„ *gnoſcere*) omnes Scriptores pellamus a tali
„ judice *. „ Hæc ille.

* *Heliu.*
Joviniaiſtæ magiſtrum ſuum authumant a Hieronymo non intelligi.
Hieronymus *Tom. I. Epiſt. nunc* 50. *pag.* 237.
* Veronen. *Appellamur Attilio judice.*

3. Balbus balbum docet: ideſt, hæreticus
hæreticum. Ita ſi res gerenda erit a tam præ-
cipiti judice, qui tam leviter tot capita ju-
dicat, quot ignorat; etiam me pelli deſi-
dero; & uti volo ſententia Nicolai de Sancto
Albano in *Epiſtola* ad Petrum Parvum Pontinia
cum, NICOLAUS DE SANCTO ALBANO. Ad
„ hoc infortunium (inquit) primo erubui, me
„ ipſum non ſolitæ tarditatis arguens: ſed cum
„ celebri ſermone vulgatum ſit, nec ipſos Pa-
„ riſiacos nobilis ingenii vigore præditos, quid-
„ quam proficere in legendo quæ ſcribis, ru-
„ bori finem indixi, hebetudinis ſolatium ha-
„ bens de numero plurium, excuſationem de
„ tarditate ſubtilium. Ergo vel aliter ſcribas;
„ vel ſcribas, & exponas: ſed expoſitio ipſa la-
„ tina ſit, non barbara. „ Hæc ille. Verum-
tamen hoc uſitatum erat veterum hæreticorum
refugium, cum ſcilicet damnati eſſent in hære-
ſi, dicerent, Epiſcopos qui damnaſſent eos,
non intellexiſſe quæ dicerent: qualiter plane di-
xit Wicleffus de Epiſcopis convocatis in *Conci-*
lio * (ut ipſe nuncupat) *terræmotus*, (*e*) in Opere
ſuo Epiſtolari *Sermone* LIV. *lib.* III. & IV. Ita
quoque Marcellus quidam hæreticus, cum dam-
natus eſſet (*f*), in Sardicenſi Concilio * dixit
non intellexiſſe illos, libros ejus (*g*). Unde *hi-*

B 2 *ſtoriæ*

Balbus balbum, hæreticus hæreticum docet.
Nicolaus de Sancto Albano.
Pariſienſes nobili ingenio præditi.
Veterum hæreticorum mos adverſus Epiſcopos qui eos damnabant.
* *Ed.V.* Concilium.
Marcellus hæreticus queritur non fuiſſe intellectos libros ſuos.
* *An.* 347.

(*a*) In Editione Ven. ab Interpolatore additur, *ſe & in pretio haberi*.

(*b*) Similia evulgarunt Philippus Melancton in Apologia pro Luthero contra Pariſienſes Theologos; Dallæus in Apologia, & Beza in hiſtoria Eccleſiarum Reformatarum.

(*c*) Tum Wicleffus, tum Sectarii ejus, *Fratres* per ſpretum ubique vocant Religioſos quatuor Ordinum Mendicantium.

(*d*) Clerus Catholicus vocatur *Cæſareus* a Wicleffo, & poſt eum ab aſſeclis ejus, ob dotem temporalem, quam Clericos habuiſſe a Cæſare contendunt; & quam ipſe Wicleffus multis carpit dicteriis, multis damnat calumniis, ut videbitur infra lib. 4. articulo 3. cap. 33. & ſeqq. De hac mordaci petulantia arguuntur Wicleviſtæ infra Tomo 2. cap. 120. ac probatur eos, potius quam Catholicos, vocandos *Cæſareos* ab apoſtata *Cæſare* Juliano.

(*e*) *Concilium terræmotus* irriſorie a Wicleffo dicebatur Synodus Oxonienſis contra ipſum coacta anno Chriſti 1378. ut dictum eſt ſupra in Præfat. Generali §. IV. num. VI. quia ea durante Synodo contigit in Anglia terræmotus.

(*f*) Damnatus fuerat & exauctoratus ab Arianis in Conciliabulo Conſtantinopolitano, an. 336. & in Conciliabulo Antiocheno, an. 345.

(*g*) Libros videlicet, quos adverſus Aſterium Sophiſtam Arianum conſcripſerat, & quibus Arianam ſectam refutaverat.

ſtoriæ Tripartitæ. Lib. 3. cap. IX. CASSIODORUS.
a „ Dum Marcellus (*a*) (inquit) ſicut promiſerat, Caſſiodorus Tom. I. pag. 241.
„ illicitam conſcriptionem nollet incendere, * Maurini de
„ cum ab * Epiſcopatu depoſuerunt; in cujus
„ locum Baſilium in Ancyram direxerunt. Po-
„ ſtea vero Marcellus in Sardicenſi Concilio re-
„ cepit Epiſcopatum, dicens, non intellectum A
b „ ſuum librum, & propterea quaſi Paulianum (*b*)
„ fuiſſe depoſitum. „ Hæc ille.

DOCTRINA SEXTA WICLEVISTARUM.

SYNOPSIS.

Wicleffi libros plurimum laudant, ut ad eos legendos provocent Orthodoxos.

I. CAvete item Chriſtifideles a doctrina fermentata Phariſæorum Wicleviſtarum, quando provocant vos ad legendum ſuos libros, B in quibus capiendi eſtis ſicut in impercepto rete avis incauta. *O* (inquiunt) *multa bona dicit, multa * utilia! Non omnia ſunt damnata.* Sed cavete: Sancta Mater Eccleſia de ſalute veſtra ſollicita eſt: filios ſuos curat. Judæi enim non permittunt filios teneros legere principium Iſaiæ, Hieronymus nec libenter annuit, ut Canticum Canticorum legant Virgines primitivæ (*c*); quanto magis nec libros hæreſi, & maledicto pleniſſimos, & quos vix prudentes Theologi legunt, niſi plurimi nauſeent, multi vacillent? Hieronymus dicit in Epiſtola *ad Letam* de inſtitutione filiæ. „ Prudentiſſimi viri opus eſt (*d*) aurum C
„ in luto quærere. Et nemo ad lupanar mittit
„ virgines ſuas: quamvis quædam ibi reperiri
„ poſſint de turpi corruptione lugentes. Ne-
„ mo hæredem ſuum latronum turbæ commit-
„ tit, ut diſcat audaciam: nemo in perforatam
„ intrat cymbam, ut diſcat vitare naufragium;
„ & ad planum poſtribulum, & hæreſibus ple-
„ num volumen, animam tuam dirigis adhuc
„ innocentem mali, immunem doli, ut ibi di-
„ ſcat Catholicam veritatem? „ Idcirco ſanctus Pater Beda librum ſuum in *Cantica* fidelibus legendum compoſuit, ut a lectura Juliani hæretici in eumdem ipſe compeſceret. BEDA. D
„ Primo admonendum putavi lectorem, ut Opu-
„ ſcula Juliani Eclanenſis (*e*) Epiſcopi de Cam-
„ pania, quæ in eumdem librum confecit cau-
„ tiſſime legat, ne per copiam eloquentiæ blan-
„ dientis, foveam * incidat doctrinæ nocentis.
„ Sed, ut dici ſolet, ita botrum carpat, ut &
„ ſpinam caveat; ideſt, ita in dictis ejus ſanos
„ ſenſus ſcrutetur & eligat, ut non minus vitet
„ inſanos. Sed * potius faciat illud Maronis,
„ Qui legitis flores, & humi naſcentia fraga:
„ Frigidus, (o pueri fugite hinc) latet an- Virgilius Egloga 3.
„ guis in herba.

„ (Hoc eſt) ab ejus ſe per omnia lectione compeſcat, cum habeat eos, qui eumdem librum & ſanis ſenſibus, & ſimplicibus * verbis expoſuerint *. „ Hæc Beda *ſuper Cantica* in principio. Bene doctor cum quoſdam voluntarios (*f*) monuiſſet prudenter legere, potius conſilium ſubjecit ſe ab omni ejus lectione ſubtrahere; & ibi verum ſenſum quærere juſſit, ubi poterant ſine periculo navigare. Ita nempe tolle a libris Wicleffi maledicta & contumelias; tolle imputationes falſas, & hæreſes; & nihil ibi tam ſubtile theologicum, ſicut inter Patres ſuos *; nihil philoſophicum, aut grammaticum prædeceſſoribus ſuis invenies coequale. CUM IPSIS ERGO QUOD vultis legere legite, cum quibus poteſtis prædicare ſecure. Libros (*g*) Origenis nulli olim ſine nota legere licuit, quouſque purgatos eos per Hieronymum, & Ruſinum, Eccleſia comprobaſſet.

* al. multaque.

c

Libri hæreticorum etiam prudentibus Theologis noxii.

d Hieronymus Tom. I. pag. 282.

Beda Tom. 4. pag. 584.

e

* al. in cornum incidat.

* al. ſimplicioribus.

* al. expoſuerunt.

f

* Veteres hæreſiarchas. Ea ſunt legenda quæ poſſunt prædicari ſecure.

g

DOCTRINA SEPTIMA WICLEVISTARUM.

SYNOPSIS.

Pietatem affectant, contra vitia declamant, & Divinam Scripturam inculcant, ut ſic artificioſius ſimpliciores decipiant.

I. CAvete item Chriſtifideles, maxime ſimplices, a fermento Phariſæorum Wicleviſtarum, allicientium vos per ſanctas prædicationes, & exhortationes contra vitia. Hoc enim omnes hæretici faciunt (*h*), cum primo doctrinas ſuas peſſimas ſeminare conantur. Nullus enim veneficiis, ſine dulci condimento, intoxicat. Audiuntur plerique dicere: *O iſte quomodo hæreticus eſt! Sancte prædicat; vitia impugnat; Scripturas Sanctas interſerit; Chriſtum annunciat.* Sed dicit *de laude Pauli* homilia quarta CHRYSOSTOMUS. Non varias, atque diverſas
„ mihi opponas hæreſes. Omnes ſiquidem præ-
„ dicant Chriſtum *, etſi non omnes ſane præ-
„ dicant, atque legitime. Illum enim omnes
„ prædicant, qui in Palæſtina & natus, & paſ-
„ ſus, qui, Pontio Pilato adjudicante *, crucifi-
„ xus eſt. „ Hæc ille. Vere enim ſi quis hæreticus non prædicaret Chriſtum, non poſſet ſub nomine Chriſti decipere Chriſtianos. Niſi etiam prædicaret Scripturas, diceretur: *hic Paganus eſt: quid adhuc auſcultamus fideles?* Sed Chriſtum ſimu-

h

Chryſoſtomus Tom. 2. pag. 493.

* al. eumdem Chriſtum.

* al. dijudicante.

Hæretici, niſi Chriſtum prædicarent, Chriſtianos non poſſent fallere.

(*a*) Marcellus iſte erat Epiſcopus Ancyranus, & Galatiæ Primas. Certum non eſt eum fuiſſe hæreticum: cum enim damnatus Marcellus ad Romanum Pontificem confugiſſet, auditus eſt a Julio I. qui in Synodo Rom. an. 341. eum abſolvit, & ejus Catholicam fidei formulam (quam refert Epiphanius hæreſi 72.) ad Epiſcopos Orientales mittens, illum ſuæ Sedi reſtitui mandavit. Porro ejus Orthodoxiæ ſuffragatur Athanaſius Apolog. 2. & in Epiſt. ad ſolitariam vitam agentes. Vide Nat. Alex. Sæc. IV. Diſſert. XXX.

(*b*) *Paulianum*, ideſt, Pauli Samoſateni ſectatorem. Ajebant enim Ariani Marcellum, inſtar Pauli Samoſateni, Chriſtum purum hominem aſſeruiſſe.

(*c*) Quantum noceat Chriſtiano hæreticorum librorum lectio, ex ipſo Wicleffo percipere quiſque poteſt. Nam Wicleffus viva ſua voce non multos pervertit: docuit enim ſolum in Anglia; & ibi paucos reliquit ſui erroris hæredes. At per libros ſuos totam corrupit Bohemiam, & potum dedit venenatum Luthero, aliiſque hæreticis, a quibus Wicleviſtica peſtis in immenſum propagata eſt. Poteſtas autem inhibendi libros ſaluberrima ſemper fuit, & ſemper viguit in Eccleſia Chriſti, a tempore Apoſtolorum. Vide *Notas ſuperius*.

(*d*) Maurini habent, *grandis eſſe prudentiæ aurum in luto quærere*.

(*e*) Cardinalis Noriſius in hiſt. Pelagiana cap. 18. dicit, quod Beda in hoc loco vocat Julianum *Celanenſem* Epiſcopum. Sed recte notat Eminentiſſimus Scriptor, vitiatos Bedæ Codices: nam *Eclanenſem*, non *Celanenſem* reddit Codex a Waldenſi citatus. Fuit autem *Eclanum*, ſeu *Eculanum*, antiqua Hirpinorum Urbs, non valde a Benevento diſſita, a Plinio, Ptolomæo, Cicerone, aliiſque memorata. Anno 986. fuit terremotu dejecta, ut ait Oſtienſis in Chronico: deinde propter bella propemodum Civibus viduata, anno 1465. Sedem Epiſcopalem amiſit, atque in Abellinenſis Epiſcopi juriſdictionem tranſiit, ut ex Tabulis Ughelli tomo 8. Italiæ Sacræ intelligimus.

(*f*) Ed. V. *voluntarioſos*; ſed *voluntarios* Cod. Vat. & Editio Pariſienſis.

(*g*) Libros *Peri-archon*, quos Anaſtaſius Papa I. inſtante Marcella nobili matrona Romana proſcripſit, anno 401. ſicuti etiam Gelaſius in Synodo Romæ habita anno 494.

(*h*) Rigidioris diſciplinæ prædicatores, (ne plures commemorem) fuerunt ante Wicleffum *Pelagiani*, qui e ſuggeſtu detonabant divitias æternæ obeſſe ſaluti; omnia prorſus vitanda juramenta: Chriſtianum tantæ debere eſſe patientiæ, ut ſi quis ſua ei auferre voluerit, gratanter amittat; & plura his ſimilia. Poſt Wicleffum, Calvinus ſummam in habitu corporis affectabat gravitatem. Lutherus librum ſuum de Indulgentiis Leoni X. Summo Pontifici dicare auſus, maximam animi humilitatem, & Sanctæ Apoſtolicæ Sedi reverentiam oſtentat in Epiſtola ad eumdem Summum Pontificem data.

* Cod. Vat. invehunt.

ſimulant, Scripturas Sanctas aſſumunt, contra vitia invehuntur*; & ſub hoc colore contra fidem Euchariſtiæ, Sacramentorum, & Sanctorum Eccleſiæ eo artificioſius omne quod volunt efficiunt. (a) O (audivi dicere *Joannem Caſtri veteris*) (b) *nunquam ante iſtam doctrinam ceſſavi peccare: quomodo * tamen ab iſtis Wicleviſtis tantum addidici!* At ego reſpondi (c): veh mihi, ſi tot Sanctis, & immaculatis viris, quot quotidie videmus prædicare, neglectis etiam Scripturis Sanctis, & ipſius dictis Chriſti ſacris aut poſtpoſitis, aut contemptis, nulla mihi gratia eſt emendare commiſſum, niſi prius audiam diabolum prædicantem. Et occurrit mihi ſtatim quod Hieronymus in *Minori Breviario* dicit, tractans hunc textum, *ab incurſu & dæmonio meridiano*, HIERONYMUS. Quoniam

Pſal. 90. 6. Hieronymus To. 7. pag. 245.

„ (inquit) nos habemus meridiem: ideo et-
„ iam diabolus transformatur in Angelum lu-
„ cis. Sed (d) & ipſe ſimulat ſe habere lucem,
„ habere * meridiem. Quando hæretici, quaſi
„ myſteria aliqua promittunt; quando regna
„ Cœlorum, quando jejunia, quando ſancti-
„ tatem, quando renunciationem ſæculi; pro-
„ mittunt meridiem: ſed quoniam non eſt
„ Chriſti lumen, non eſt meridies, ſed dæmo-
„ nium meridianum. „ Hæc Hieronymus.

* Veronen. habere ſe.

Hæretici velut dæmones meridiani.

DOCTRINA OCTAVA WICLEVISTARUM.

SYNOPSIS.

Non ſolum verba, ſed mores quoque ſuos componunt Wicleviſtæ, ut validius per bonæ vitæ opinionem ſeducant.

1. CAvete item Chriſtifideles a fermento Phariſæorum Wicleviſtarum, quod eſt hypocriſis: quando ſimulant ſeipſos eſſe ſanctos, & de impuritate vitæ arguunt Orthodoxos. *O ſi ſciretis* (inquiunt) *de quam impia vita omnis pene multitudo Wicleviſtarum erumpit!*

Cavendum ab hypocriſi hæreticorum.

2. Sed ſicut jumentum, de minori luto tranſiliens, ſe totum projicit in abyſſum; ita hæretici Wicleviſtæ, dum faciunt ſibi conſcientiam criminis, ſaltant in voraginem hæreſis. Magna fraus dæmonis, ut de defectu morum infra fidem, ſub ſpecie pænitudinis, in immenſum lacum perfidiæ dilabantur! Ideo Hieronymus dicit, tractans illud Jeremiæ, *vade, & poſſide lumbare* lib. III. *Commentarij*, HIERONYMUS. Caveat qui potoſtj dicere: *Mihi autem adhærere*

Hæretici dum affectant devitare minora crimina, incidunt in majora.

Hieronymus To. 4. lib. 1. cap. 13. pag. 931. Jerem. 13. 1. Pſalm. 72. 28. * Veronen. ne forte per

„ *Deo bonum eſt*: ne * per negligentiam ab
„ illius renibus ſeparetur, & tranſeat Euphra-
„ tem, & detur in poteſtatem Regis Aſſyrii,
„ & nequaquam nidificet in ſolidiſſima petra;
„ ſed in foramine petræ corruptæ, atque vi-
„ tiatæ; hoc eſt, hæreticorum ſordibus, & vi-
„ tiis occupetur; & in tantam veniat putredi-
„ nem, ut in uſum, & cinctorium Domini ul-
„ tra redire non poſſit. „ Hæc ille.

3. Vere in magnam putredinem hæreſis, qua major, citra idololatriam, nulla putatur. Sed hanc ſanctitatem Wicleviſta a Patribus ſuis diſcit: unde homilia VII. ſuper *Ezechielem*, ORIGENES. Oſtende mihi aliquem

Citra idololatriam, nil pejus hæreſi.

Origenes Apud Hieron. To. 5. pag. 947.

„ Marcioniſtam, ſive Diſcipulum Valentini,
„ aut certe cujuslibet hæreſis defenſorem: &
„ conſidera quomodo idola ſua, ideſt figmen-
„ ta, quæ ipſe compoſuit, manſuetudine, &
„ caſtitate veſtiat, ut in aures audientium fa-
„ cilius ex vitæ bonitate ornatus, ſermo ſu-
„ brepat; & hoc cum fecerit, intellige eum
„ aſſumpſiſſe veſtem variam morum, & con-
„ verſationis optimæ, & idolis ſubjeciſſe, quæ
„ ipſe conſtruxit. Ac juxta animi mei quidem
„ ſenſum MULTO NOCENTIOR HÆRETICUS bo-
„ næ vitæ, & plus in doctrina ſua habet au-
„ thoritatis eo, qui doctrinam ſuam conver-
„ ſatione commaculat. Qui enim peſſimæ
„ vitæ eſt, non facile homines ad falſum dog-
„ ma ſollicitat; nec poteſt per umbram ſan-
„ ctitatis audientium decipere ſimplicitatem ---
„ ſequitur --- Idcirco hæreticos ſollicite cavea-
„ mus, qui converſationis optimæ ſunt, quo-
„ rum forte vitam non tam Deus, quam dia-
„ bolus inſtruxit. Nam quomodo quaſdam il-
„ lecebras eſcarum Aucupes proponunt, ut fa-
„ cilius aves capiant per oblectamentum gulæ;
„ ſic (ut audacius dicam) eſt quædam caſtitas
„ diaboli, ideſt, decipula humanæ animæ, ut
„ per iſtiuſmodi caſtitatem, & manſuetudinem,
„ & juſtitiam, poſſit facilius capere, & falſis
„ ſermonibus irretire. Diverſis diabolus pugnat
„ inſidiis, ut miſerum perdat hominem: & bo-
„ nam malis tribuit vitam, ad decipiendos vi-
„ dentes; & malam bonis inurit conſcientiam. „
Hæc ille.

Idola ſua hæretici manſuetudine & caſtitate veſtiunt.

Plus nocet hæreticus bonæ vitæ, quam malæ.

4. Planiſſime vetus Origenes ſatisfecit Noſtratibus, qui Hæreſiarcham Wicleſſum extollunt in moribus, humilitatem ejus, & caſtitatem laudantes, ſinceritatem, atque modeſtiam. Sed ſi manſuetudinem ejus veraciter prædicant, illam fuiſſe fictam, ſcripta ejus amariſſima ſatis probant. Venenum enim aſpidum ſub labiis ejus, & ſuorum aſſeclarum, quorum os maledictione, & amaritudine plenum eſt. Huic Scholæ Wicleſſi Julianus acer hæreticus, (contra quem Auguſtinus ſex libros conſcripſit) magnus Magiſter fuit, qui Chriſtianos ad ſuam doctrinam ſeduxit imagine pietatis. Unde *de illuſtribus viris*, cap. LIV. GENNADIUS. Hic

Fictam manſuetudinem Wicleſſi ſua ſcripta probant. Pſalm. 13. 3.

Gennadius Apud S. Hieron. Tom. 2. cap. 45. pag. 971.

„ (inquit) Julianus eleemoſinis, tempore famis
„ & anguſtiæ egentibus omnibus ſuis prærog-
„ atis, multos miſerationis ſpecie nobilium,
„ præcipueque Religioſorum, illiciens, ſuæ
„ hæreſi ſociavit. „ Hæc ille. Vide ſimile de
Mattariis (e) ex Auguſtino *de moribus Manichæorum*, de Petro etiam Abaelardo, ſecundum Bernardum in Epiſtola de eodem.

e Auguſtinus lib. 5. cont. Fauſtum cap. 5. Tom. 8. pag. 197. Bernardus Tom. I. Epiſt. 330. ad Innocentium Secundum.

DOCTRINA NONA WICLEVISTARUM.

SYNOPSIS.

More priſcorum hæreticorum garriunt contra Catholicos, & dicunt, quod ipſi non intelligunt dicta Wicleſſi; vel falſo recitant; vel temere ei imponunt non dicta.

1. CAvete inſuper fideles Chriſti a fermento Phariſæorum, & a doctrina diſcipulorum Wicleſſi, defendentium Magiſtrum ſuum contra Catholicum, & dicentium (ut ſolent): *falſo imponit iſte noſtro Wicleſſo: falſo recitat: logicam ejus non attingit; aut Scholia ejus omittit,*

aut

(a) Omnes Editi, *efficiunt*; ſed Cod. Vat. *operantur*.

(b) De iſto Joanne Caſtri veteris videſis dicta jam ſupra in Epiſt. ad Martinum V. num. 9. & in Præfat. Gen. §. XV. num. XV.

(c) Præfatus *Joannes de Caſtro Veteri* ſe plurimum a Wicleviſtis didiciſſe jactavit coram Thoma Arundellio Archiep. Cantuarienſi, in Concilio Londinenſi anno 1412. cui ſe ſiſtere juſſus fuerat. Huic Conventui interfuit etiam *Thomas Waldenſis*, qui ſicut in reliquis *Joannem* refutaverat, ita etiam huic jactantiæ ſe reſpondiſſe dicit, prout ſequitur: *veh mihi &c.*

(d) Apud Veronen. Editores omittitur *Sed*.

(e) *Mattarii* de Secta erant Manichæorum, ſic appellati a *mattis*, quibus pro ſtrato utebantur.

a *aut Scripturas non inducit, aut mendaciter, vel inefficaciter Auguſtinum intulit, & Doctores.* (a)

2. Scio, quod hæc, & hujuſmodi contra me latrabunt, ſicut contra Patres meos auſi ſunt garrire. Sed idcirco hunc ordinem ſervare propono, ut dicta ejus ex integro cum quotatione (b) libri, & notatione capituli, ſive Partis, curem ſine mutatione literæ, ſicut ipſe ſcripſit, inſerere, & ipſum dicto ſuo ſubſcribere; ut ibi plane videre poſſit quilibet quid erravit, & quantum: & quod hoc ſolum impono ipſi * dixiſſe, & eo fine, eaque logica, vel verſutia ſervata, in qua dixit. Didici hoc ex Auguſtino *contra Felicianum* agente in principio, AUGUSTINUS. Mihi viſum eſt (inquit) ut eum ,, ſermonem, qui inter me, & Felicianum nuper eſt habitus, prænotatis propter perſonarum diſcretionem principalibus nominum literis, præſentis libri brevitate complecterer. *Et infra Feliciano poſtulanti rationes, reſpondit:* Non uſque adeo putes me duci laudibus meis, ut injuriam faciam præcedentibus Sanctis. Nec præſumam unquam in ſapientia verbi, ne evacuetur Crux Chriſti: ſed Scripturarum authoritate contentus, ſimplicitati obedire potius ſtudebo, quam tumori. *Et infra.* FACILIUS IN NEGOTIIS FIDEI, teſtimoniis creditur quam ratio inveſtigatur.,, Hæc ille. Et quantum juvit eum in diſputando de fide concors Patrum Sanctorum teſtimonium? Reſpice librum ejus *de natura, & gratia:* reſpice illum, quem *contra Julianum* victorioſiſſime compilavit: & audi eum dicentem in Prologo tertii *de Trinitate*, AUGUSTINUS. Ex his, quæ ab aliis de hac re ſcripta jam * legimus, plurimum adminiculati, ,, & adjuti ea, quæ de Trinitate, uno ſummo, ſummeque bono Deo, pie quæri, & diſſeri poſſe arbitror. Et deſinat obtrectator meus irridere quod ſpem ponam in homine, dicens maledictum talem eſſe Scriptorem, *qui confidit in homine* (c) *& ponit carnem brachium ſuum.* Credo enim plus ſpirituales eſſe, & Spiritum Dei habere, qui Spiritu Dei aguntur, & quibus nec caro revelavit, aut Sanguis, ſed Pater cœleſtis. ,,

* *Forte legendum* ipſum.

* Auguſtinus *Tom. 8. in append. pag. 35. cap. 1. & 2.*

In negotiis fidei plus teſtimonium, quam ratio inveſtigatur.

Auguſtinus *Tom. 8. pag. 793.*

* *Cod. Vat.* cum.

Jerem. 17. 5.

c

Spirituales qui Spiritum Dei habent. *Rom. 8. 14. Matth. 16. 17.*

Cod. Vat. Pater meus.

DOCTRINA DECIMA WICLEVISTARUM.

SYNOPSIS.

Magiſtrum ſuum Wicleffum excuſant, dicentes, quod plura ipſe ante obitum retractavit, immutavitque nonnulla; & quod Scriptores Catholici quædam reticent, & quædam oſtentant in odium ejus.

1. CAvete item Chriſtifideles a fermento Phariſæorum, & doctrina ſequacium Wicleffi, ſi quando dicant me inaniter contra Magiſtrum ſuum invehi, * aut quia retraxit iſta, vel iſta jam addidit. Aut ſi dicant, me omiſiſſe, vel aliter addidiſſe, quam ipſe conſenſit. Primum, quia non omnibus retractationes ejus, ſi quas fecerit, innoteſcunt. Et plerumque ſine retractatione ſibi ipſi, non dubium, contradicit; & quidquid ipſe dixerit, oportunum eſt, ut Eccleſia doceatur de vero. Sophiſmata quoque ejus non omnes diſcipuli ejus noſcunt; quæ plerumque, quia ad rem non ſunt, diſſimulo; quandoque concutio. Et putant ignari eum hoc abſolute diſſerere, quod latenter tegit in ſophiſmate: ſicut illud eſt, quod Chriſtus mendicavit; quod nuſquam negat: ſed
A non ſic, puta *vocaliter*, ſicut Fratres. Et ſic: Euchariſtia eſt vere Corpus Chriſti; & quidlibet eſt Deus; & ſimilia. Fortaſſis dabit Deus, ut ſophiſmata ejus, non ita ut æſtimant *, latebunt Eccleſiam: non me hoc jactante ſiendum *, ſed uno ſemper Sapiente, & Doctore Sancto, quem inferam, de quali dicit Hieronymus *Commentarii* ſuper Amos libro 2. textu, *Subridet vaſtitatem ſuper robuſtum*, HIERONYMUS. In Proverbiis legimus: *Civitates robuſtas ingreſſus eſt Sapiens, & deſtruxit muni-*
B *tionem, in qua confidebant impii.* Hoc quidem ad omnem fortitudinem ſæcularem; ſed proprie contra hæreticos facit, qui argumentis, & ſophiſmatibus, & arte dialectica, dogmatum ſuorum falſitatem roborare conantur. Sed deſtruet eam vir ſapiens, & Dei adjutus auxilio omnem munitionem oſtendet eſſe vaniſſimam, ut inducat ſuper eam miſeriam, &, inclinata ſuperbia, poſſit cum Apoſtolo dicere: Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? ,, Hæc ille.

* *Cod. Vat.* invehere.

Sophiſmata Wicleffi ſuis etiam ignota diſcipulis.

* *al.* opinantur.

* *al.* futurum.

Hieronymus *Tom. 6. lib. 2. cap. 5. pag. 281.*

Amos 5. 9.

Proverb. 21. 22.

Rom. 7. 24.

C AUTHORIS AD DEUM ORATIO PRO FELICI SUI OPERIS CONSUMMATIONE.

SYNOPSIS.

Divinam implorat opem, ut Eccleſiam Anglicanam ab erroribus ſui abortivi Wicleffi *expurgare valeat. Ille quippe hæreticus nullum virum bonum non ſubornavit ad malum: nullum Eccleſiæ paſtorem, nullum denique Regum; imo neque Deum ipſum, reſque omnes Sacras, ſuis non laceſſivit injuriis. Taliter autem captivam, & dirutam Angliæ Eccleſiam*
D *reædificare cupiens, proponit aſſumere lapides Scripturarum, & pro cæmento expoſitiones Sanctorum Patrum. Denique vindicat ſe a ſuperbiæ, vel temeritatis nota in hoc tam grandi aggrediendo Opere.*

1. DOna ergo, Domine Jeſu Chriſte, & Alma Sponſa Chriſti ſave mater Eccleſia, ut Filia veſtra, Eccleſia gentis Angligenæ *, ſordes, quas per abortivum fœtum ſuum in vita contraxit, propria manu tergat; oculumque contumacem (juxta Proverbia Salomonis) qui Sanctæ matris ſuæ partum deſpexit;
E ſaltem ſi non aquila nobilis, vel pauper corvus aliquis de proprio torrente ſuo, & regione creatus, effodiat. Nec dedigneris MATER INCLITA, proles magni Regis ingenua, per me ſervum tuum, ultimum inter tot Doctores præclaros, & tribunales Magiſtros: per me, dico, peditem unum, inertem, pannoſum, & lugubrem (d) Eremitam de ſervitute Babylonis: cui Nabuzardan Wicleffus Princeps tortorum infernalium captivam te duxit, ad Hieruſalem liberam te, & tuam familiam reſtaurari. Quis enim de Filiis tuis, ſecundum doctrinam ejus *, de proprio jure pulſus non ſenſit exi-

* *al.* Anglicanæ.

Proverb. 30. 17.

Authoris humilitas.

d

* *Supple* Wicleffi.

(a) Plura hujuſmodi congerit Philippus Melancthon in ſua *Apologia pro Luthero:* pluraque etiamnum ab aliis declamantur, ut quædam nuper damnatæ vindicentur Doctrinæ.

(b) *Quotatione* vox exotica, a qua in Wicleviſtico ævo non abhorrebant Scholaſtici. Nunc vero legendum potius, *deſignatione* &c.

(c) Hæc improperant Catholicis recentiores etiam hæretici Lutherus, Calvinus, Brentius &c. ut ſolam Divinam Stripturam, omni amota *Traditione*, veluti unicam fidei regulam conſulendam perſuadeant; non animadvertentes, quod ipſa met Divina Scriptura ex *Traditionis* Eccleſiaſticæ teſtimonio authoritatem & robur habet. Vide infra lib. 2. art. 1. cap. 23. 24. & 25.

(d) In Ed. V. additur *Carmelitam*, ſed omittitur in Cod. Vaticano, & in Ed. Pariſien.

Omnium jura in Eccleſia temerat Wicleffus.
* Vide infra lib. 3. art. 2.
* Vide. lib. 2. art. 3. cap. 50. & 51.
* Ibid. cap. 54. 55. &c.
* Ibid. cap. 62. & 67.

a exilium ? Quis Frater, (a) quis Monachus, b quis Canonicus, quis profeſſus Miles, (b) quæ Monialis, quis Clauſtralis non eſt juſſus ſpernere Ordinem, contemnere Sanctum votum, violare propoſitum * ? Quis Papa non cenſetur inutilis, aut perfidus Antichriſtus * ? Quis Cardinalis, quis Patriarcha, quis Epiſcopus * non dicitur *Cæſareus* (c) *Clericus* ; & maledictiones c pro benedictionibus permutare ? Quis Officialis * Canonum, quis Profeſſor Scholaſticus, quis Theologus * non ſentit ſe, ſecundum doctrinam ejus, nomen, & ritum imitari Gentilium, & ab omni Eccleſiaſtico officio vacuum?

Jus decimarum Paſtoribus inficiatur Wicleffus.
* Vide infra lib. 2. art. 3. cap. 64.
Regibus ac Principibus dominium.
* Vide ubi ſupra, cap. 81.
* Forte intruſum.

2. Dico de Paſtoribus ſecundi ordinis. Quis illorum non ſentit ſe læſum, cum Decimas, & Oblationes omnes ad ſubjectæ ſuæ plebis pendere videt arbitrium * ? Quis jam (ut ad aliud latus me vertam) Regum, aut Principum, non ſe videt de propinquo abjiciendum de Solio, quando audit ſe per minimum peccatum mortale totum perdidiſſe dominium * ? Quis non ſuſpicabitur ſe intruſorem * eſſe ad minus, quando audit præcellentiorem ſe in virtute, cum voto populi concurrentis, optimum habere titulum ad regnandum civiliter ?

Wicleffus injurioſus contra Deum.
* Vide infra lib. 1. art. 1. cap. 1.
Ibid. cap. 10.
* Vide To. 2. per totum.

3. Si tranſcendemus homines, quis non torquetur capite, audiens Deum noſtrum eſſe quidlibet nominandum : hunc aſinum, illum diabolum * : quodque Omnipotens Dominus nihil amplius facere poteſt quam facit ; nec potuit heri occidiſſe culicem, qui hodie ſupervivit : & cætera multa blaſphema, quæ recitabuntur in terminis ſuis ad plenum ?

Contra Sacramenta & Sacramentalia.
* Vide To. 3. tit. 1. cap. 1. &c.
* Ibib. tic. 22. cap. 162.
* Ibid. tit. 19. cap. 152.
* Ibid. cap. 234. tic. 15.
* Vide infra lib. 4. art. 3. cap. 36.

4. De Sacramentorum * quoque quis non dolebit injuriis, & Sacramentalium * ? de Orationibus * fidelium, de Conſecrationibus rerum ſanctarum *, de adoratione imaginum *, de violationibus ſepulchrorum *, de oblationibus dotis, & Donariorum Eccleſiæ devotorum * : breviter, de diſperſione totius gregis Dominici, & omnis ab initio primæ Eccleſiæ devotionis, & ſanctitatis relegatione perenni ?

Quomodo Anglicus populus in errore Wicleffiano captivus.
* al. authoritatem.
Sanctorum Patrum traditionem ſe adducturum promittit.

5. Credite quod non fuit Iſraeliticus Populus (ſic in Babylone captivus, ſicut Anglicus Populus in Wicleffiſtico errore detentus) ad tam remotum, & longinquum ductus exilium. Plus enim multis millibus, ſi comparare liceat, diſtat Wicleviſticus error a Fide Catholica, quam terreſtris Babylon ab Hieroſolyma. Opto ergo cum Sancto Neemia populum revocare captivum, reædificare Hieroſolymam. Alma Mater, dona licentiam *. Volo (ſi poſſum) primo renovare murum in circuitu Civitatis, veterem ſcilicet profeſſionem, & doctrinam Sanctorum Patrum, cum qua a temporibus Apoſtolorum per ſucceſſiones Epiſcoporum, & ſanctarum Plebium, incurſantibus hæreticis, & perſequentibus Tyrannis, hucuſque Fides varie quatiebatur Eccleſiæ. Hoc ſuadere, hoc ſo- d lum efficere conabor (d). Alii ſuperveſtiant argumentorum, & ingeniorum imagines : alii ſcholaſtico carmine rationum ordines; alii morales allegoriarum flores, & roſulas ſubtili ſtylo diſtinguant. Mihi nihil aliud vacat, niſi lapides ſimplices Scripturarum, cum cœmento veteris expoſitionis Sanctorum Patrum adjungere, ut exinde faciliter, quantum convenit, Cives Eccleſiæ muniam, & hoſtiles hæreticorum incurſiones excludam. Sed in Neemia hoc minus erat, & factum levius : quia Beniamin, & Aſub ædificaverunt contra domum ſuam : & Azarias

2. Eſdr. 2. 17.
2. Eſdr. 3. 23.

contra domum ſuam, & ad portam equorum Sacerdotes unuſquiſque contra domum ſuam. Ego vero qui pauper Religioſus ſum, & infimus Carmelita ; non contra domum meam, ſed contra domos omnium, qui ſenſerunt injurias, ſive Papæ, ſive Epiſcopi, ſive Regis, ſi-
A ve Militis, ædificare propono. Opus prægrande mihi, &, niſi Chriſto fundamento ſuſtinente, & aſpirante, Opus viribus inæquale. Et quid mihi, ſi detrahant mihi inimici mei, quod jam ſcribere velim, & Doctoris tingere calamum vilis cornicula ? Reſpondebo ſaltem illud Rhabani ſuper *Matthæum* in Prologo, RHABANUS. Fraternæ charitati ſolummodo ceſſi, „ detrahentium atque inſultantium non curans „ vaniloquium, qui magis præſumptioni, quam „ pietati, noſtrum forſitan deputant * labo- „ rem. Et non mirum, cum magis parati ſint „ aliena lacerare, quam propria Opuſcula con-
B „ dere : quorum quia nemo poteſt calumniam, „ & invidos morſus devitare, niſi qui omnino „ nihil ſcribit ; magis eligo vanam ſurda aure „ pertranſire querimoniam, quam otioſe tor- „ pens, Chriſti negligere gratiam ; cui ſoli pla- „ cere optantes, vanos hominum rumuſculos „ nihili ducimus „. Hæc ille.

* Supple, Sacri Ordinis.
Author vindicat ſe ab obtrectatorum morſibus.
Rhabanus To. 5. pag. 1.
* al. deputabunt.

6. Et bene dixit Rhabanus, *quorum invidos morſus devitare non poterit, niſi qui omnino nihil ſcribit*. Ipſorum enim quidam, qui nihil ſcribunt, quia omnino vacant, norunt inſidiari Scribentibus ; ſicut unus contingenter * mihi dixit : *prolixas facis, & ſcriptitas homilias*.
C Et cur e contra non illud dixerim Martialis :

Qui otioſi ſunt, ſcribentibus invident & inſidiantur.
* al. forte.
Martialis lib. 1. Epigr. 91.

Scribere me quereris velox epigrammata longa.
Ipſe nihil ſcribis : tu breviora facis.

7. Sed forſitan Samaritæ, & Sanabalat, & cæteri Wicleviſtarum ſtirpis reliquiæ dicent : *Quid hi imbecilles Fratres faciunt ? Num dimittent eos gentes ?* Et Thobias collega dicit : *ædificant * : ſi aſcenderit vulpis, tranſcendet murum ejus lapideum* ; puta hæreticus ſubtilis, & cautus : omnem defenſionem ejus per Scripturas, & documenta Patrum ſubtili noſtro dog-
D mate, & logicali reſponſione tranſcendet, ſicut exponit locum ullum *Super Cantica* homilia 1. ORIGENES. Verum ne illud quidem, quod „ in ſancto * libro Eſdræ ſcriptum diximus, „ penitus omittendum eſt : ubi, cum ædifica- „ rentur Sancta Sanctorum, ideſt, cum Fides „ Chriſti, ſanctorumque * myſteria conderen- „ tur ; inimici veritatis, fideique contrarii, „ qui ſunt ſapientes hujus ſæculi, videntes ab- „ ſque arte grammatica, & peritia philoſophi- „ ca conſurgere muros Evangelii, velut cum „ irriſione quadam dicunt perfacile hoc poſſe „ deſtrui calliditate ſermonum, per aſtutas fal-
E „ lacias, & argumenta dialectica -- ſequitur -- „ Videtur ergo in Canticis Canticorum præce- „ ptum dari ab Sponſo amicis ſuis virtutibus, „ ut capiant, & arguant contrarias poteſtates, „ quæ inſidiantur animabus hominum, ne ex- „ terminent eorum initia fidei, florumque vir- „ tutum, ſub ſpecie ſecretæ alicujus, & occul- „ tæ ſcientiæ *, quæ quaſi vulpes in foveis, „ ita in his hominibus, qui ſemetipſos ad hæc „ ſpectanda * præbuerint, deliteſcunt „. Hæc ille. Multum dixit. *Capiant, & arguant*, duo opera ſunt : ædificent ſimul, & pugnent. Verumtamen ita in præfato libro notat Scriptura,

2. Eſdr. 4. 2. 3.
* Ed. Pariſien. edificent.
Origenes To. 1. homil. 4. pag. 349.
* al. ſecundo.
* al. & Sanctorum ejus.
* al. ſapientia.
* al. ſectanda.

(a) Hac ſemper phraſi utitur Wicleffus ad ſignificandos Religioſos Ordinum mendicantium.
(b) In aliquo ſacro Militari Ordine.
(c) Non Catholicos, ſed Wicleviſtas Clericos *Cæſareos* ab Apoſtata *Cæſare* Juliano aptiſſime vocari poſſe oſtendit infra Tom. 2. cap. 117.
(d) Ita Ed. Pariſien. & Ven. ſed Cod. Vat. & Ferratien. *Hoc ſolo laborare conabor*.

Eccleſiæ Doctorum duo munia, & qualia.

2. *Eſd.* 4. 17.

ra, quod Juventus Iſrael *una manu faciebat opus, & altera tenebat gladium*. Ædificantium enim unuſquiſque gladio erat accinctus renes: & ædificabant, & clangebant buccina: quod & nos feciſſe videbimur, ſi hinc in acumine Scripturarum, & Doctorum oraculis, falſiloquia ejus confodimus: & hinc ex iiſdem ve- A
ram eſſe doctrinam Eccleſiæ demonſtramus. In primo enim hoſtis una manu percutitur, & altera fidelium virtus firmatur. Ad principium ergo Operis ſimul cum Auguſtino in principio libri *contra Epiſtolam fundamenti* „ unum ve-

Auguſtinus To. 8, Cap. 1. pag. 151.

„ rum Deum omnipotentem, ex quo omnia,
„ per quem omnia, in quo omnia, rogavi, &
„ rogo, ut in refellenda, & revincenda hæreſi
„ veſtra, cui & vos fortaſſe imprudentius, quam
„ malitioſius adhæſiſtis, det mihi mentem pa- B
„ catam, atque tranquillam, & magis de ve-
„ ſtra correctione, quam de ſubverſione cogi-
„ tantem. Quamquam enim Dominus per ſer-
„ vos ſuos regna ſubvertat erroris; ipſos ta-
„ men homines, in quantum homines ſunt,
„ emendandos eſſe potius, quam perdendos ju-
„ bet. Et quidquid divinitus fit ante illud ul-
„ timum judicium, ſive per improbos, ſive
„ per juſtos, ſive per neſcientes, ſive per ſcien-
„ tes, ſive occulte, ſive palam; non ad in- C
„ teritum hominum; ſed ad medicinam vale-
„ re credendum eſt: quam qui reſpuerint, ex-
„ tremo ſupplicio præparantur. Quapropter
„ cum in hac univerſitate rerum, alia ſint, quæ
„ valent ad corporalem vindictam, ſicut ignis,
„ venenum *, & morbus &c. ita noſtrum fuit
„ eligere, & optare meliora, ut ad veſtram
„ correctionem aditum haberemus, non in con-
„ tentione, & æmulatione, & perſecutionibus,
„ ſed manſuete conſolando, benevole hortan-
„ do *, leniter diſputando (*a*), ſicut ſcriptum
„ eſt: *Servum autem Domini non oportet liti-*
„ *gare, ſed mitem eſſe ad omnes, docibilem,*
„ *patientem, in modeſtia corripientem diverſa*
„ *ſentientes*. Noſtrum ergo fuit velle has par-
„ tes expetere: Dei eſt volentibus, & petenti-
„ bus dare, quod bonum eſt. Illi in vos ſæ-
„ viant, qui neſciunt quanto * labore verum
„ inveniatur, & quam difficulter * caveantur
„ errores. Illi in vos ſæviant, qui neſciunt,
„ quam rarum, & arduum ſit carnalia phan-
„ taſmata piæ mentis ſerenitate ſuperare. Illi
„ in vos ſæviant, qui neſciunt, cum quanta
„ difficultate ſanetur oculus interioris hominis.
„ Illi in vos ſæviant, qui neſciunt, quibus ſu-
„ ſpiriis, & gemitibus fiat, ut ex quantulacum-
„ que parte poſſit intelligi Deus. Poſtremo,
„ illi in vos ſæviant, qui nullo tali errore de-
„ cepti ſunt, quali vos deceptos vident.„ Hæc
Auguſtinus. Ita rogo Deum, ut tanta modeſtia, & diligentia ſcrutandæ veritatis cuncta percurram, quantolibet labore, & animi charitate flagrante, ut cunctis manifeſte liqueat ſpecie, & ipſa re, quod mea doctrina non ſit mea, ſed ejus, qui miſit me.

Deus non perdendos, ſed emendandos homines jubet.

* *Maur.* & venenum.

* *Maur.* cohortando.

Quomodo contra infideles diſputandum.

* *Maur.* cum quo.

* *M.* difficile.

Joan. 7. 6.

(*a*) Hæc debent attendere, & a Domino Deo poſtulare quotquot adverſus infideles aut diſputare, aut ſcribere inſtituunt. Quorſum enim odium, furor, & aſperitas ad vincendos inimicos noſtros, cum ſola fidei & veritatis invicta ratio ſufficiat? Addo quod nedum non proſunt illa, ſed obſunt: nam quotquot ſunt hæretici & infideles, ſi probris vexentur, contumeliis, & rixis, non invitantur ad nos, ſed potius arcentur a nobis.

AD-

ADMONITIO

IN SUBSEQUENTEM

LIBRUM PRIMUM.

Quum jam feliciſſimis hiſce temporibus priſtinum ſuum decorem adepta ſit Theologia, moleſtum forte cuipiam videbitur, quod THOMAS WALDENSIS tot in hoc libro ſubtilitates, atque exoſas illas refricet quæſtiones, utrum aſinus ſit Deus; utrum Deus ſit creatura. Forte etiam indignum reputabitur, quod barbaram interdum, contentioſamque obtrudat diſputandi methodum, ob quam nos irridebat moroſus Criticus Eraſmus Rotherodamus, quaſi diſputaremus, ſit ne Deus cucurbita, vel in antro Scarabæi commoretur. Sed abſit de noſtro præclariſſimo Authore tam iniqua ſententia. Si quid enim obſolætum, ſi quid exoſum hic recolit, non id in eo fuit cavillandi prurigo, ſed pugnandi neceſſitas; non nugandi voluptas, ſed medendi ſollicitudo. Agebat ſiquidem contra Wicleffum, qui in ſcholaſticis tricis, in ſalebroſis verborum ludis, in ſophiſmatum paradoxis, veluti in munitiſſima arce ſecurus, Catholicis improperabat: ignaris autem ſtuporem ingerebat. Nil ergo moleſtum, nil prorſus indignum, ſi hoſtem aggreſſurus WALDENSIS hoſtilia arma præripiat, ut hoſtem perimat; ſi ægrum ſanaturus, putrida ejus membra contrectet. Alioquin moleſtum, atque indignum fore cenſendum eſſet, quod in ſuis libris de Civit. Dei, tot Ethnicorum fabulas revocet Auguſtinus; quod in libro de proceſſione Spiritus Sancti a Patre & Filio, tot adverſus Græcos ſubtilitatibus pugnet Anſelmus; quodque Tertullianus Valentinianorum Eonas, Ogdoades, Achemoth, aliaque in libro adverſus eoſdem deliramenta pertractet.

Jam vero, quæ ſit hujus libri ſumma, paucis exponam. In ſchola Platonis (qui jure a Tertulliano Hæreticorum Condimentarius eſt dictus) eſſe quoddam ideale ſibi adoptavit Wicleffus, quod ut ſecurius vindicaret, non exhorruit quæ inde procedunt malefica documenta. Statuit ergo, quod quodlibet, ut intellectum a Deo, eſt Deus; & deinceps quod quælibet creatura eſt Deus, & Deus e converſo quælibet eſt creatura. Nil ergo mirum, ſi plura alia evomit abſurdiſſima: nam ſi creatura eſt Deus, neceſſe eſt I. Quod ſit æterna. II. Quod non poſſit a Deo creari in tempore. III. Quod non poſſit ab ipſo Deo adnihilari. IV. Quod quodlibet erit ſicut fuit ab æterno, amota omni rerum contingentia. Hæc omnia ſponte concedit, immo ſerio docet hæreticus iſte, non exhorreſcens quod in primo eſſentiam Dei impie deprimit; in ſecundo, & tertio, Dei omnipotentiam lædit; in quarto Dei præſcientiam, & prædeſtinationem confundit, & liberum in hominibus fraudat arbitrium. His omnibus diſerte ac valide occurrit cum antiqua Eccleſiæ doctrina in primo Articulo hujus libri THOMAS WALDENSIS. Ac in primis totus verſatur in eo refutando Wicleviſtico aſſerto, Quodlibet eſt Deus; oſtendens, quod verum eſſe, cum ab æterno, tum etiam in tempore, nulli competit, niſi Deo. Plura ibi de tempore magno, de prolixo eſſe, & aliis Ethnicorum nugis, erudite ac oportune diſſerit. Hinc divinam tuetur Omnipotentiam; & neganti Wicleffo, quod Deus poſſit facere quidquam, præter id quod facit; aut quod poſſit quidquam adnihilare, invicte reſiſtit; ac nitide probat, quod nedum de poſſibili, ſed etiam de facto, plura Deus facit, quæ nunquam fecit. Porro certam Dei præſcientiam & ſimul eventuum contingentiam, contra abſolutam neceſſitatem Wicleviſticam (modo Calviniſticam) componit, ac validiſſime probat. Legenda ſunt, quæ ſcribit hac de re capitibus 25. 26. & 27. ubi recedens a pluribus ſui ævi Doctoribus, omnem penitus neceſſitatem prævenientem actuum humanorum exſecratur: ac per veram notionem præſcientiæ, & intelligentiæ Dei; futuri de certo, ac futuri de poſſibili, præcludit aditum innumeris, graviſſimiſque difficultatibus, quæ quæſtionem hanc non parum ſolent implicare. Neque hic diſſimulare fas eſt, quod cap. 25. quoſdam ſui temporis Catholicos Doctores graviter, ſuppreſſo nomine, redarguit, propter neceſſitatem prævenientem, quam induxerunt: & omnes monet Orthodoxos, periculoſam rem eſſe eam in Scholis recipere.

Hactenus de Chriſti divinitate in primo articulo. Jam primum excipit ſecundus, in quo reprobantur a WALDENSI quæ de compoſitione hominis ex Gentilium commentis collegit Wicleffus, docens, quod homo tribus conſtat partibus, & duplici forma: partibus quidem, quæ ſunt ſpiritus immortalis, caro corruptibilis, & animatio media: forma autem duplici, nempe ſpiritu, & anima; addens poſtea, quod ſpiritus hominis eſt per ſe totus & completus homo: & jamdiu proſcriptam transmigrationem animarum de uno corpore in aliud ſuis Sectariis inculcans. Has antiquatas fabulas WALDENSIS refellit, & ad ſuos repedare facit Authores, nedum propter hominem, ſed maxime propter hominem Chriſtum. Tandem in tertio articulo non leviter Wicleffum exagitat, eo quod dixerit, quod anima Chriſti ſeparatim foret Chriſtus, & ſimiliter ſola caro Chriſti eſſet Chriſtus, & Chriſtus etiam ſpiritus Chriſti ſeparatim.

Hæc præclariſſimus Doctor ad tuendam ab hæreticorum telis cum Divinitatem, tum humanitatem Chriſti. Quod ſi aliquando ad enodanda Wicleffi ſophiſmata per altiſſimas Scholaſticæ regiones excurrit, nihilominus haud modicam jucunditatem ac admirationem legentibus præbet. Nihil quippe prophanum quod Sanctorum Patrum ſententiis non conſecret: nihil abjectum, quod Patrum dictis non elevet; nihil abſconditum, quod Patrum aſſertis non prodat.

LIBER PRIMUS

QUI EST

De Capite Eccleſiæ Jeſu Chriſto in Naturis ſuis diſparibus.

PROLOGUS.

SYNOPSIS PROLOGI

1. *Rogat Deum O. M. ut exurgat ad diſſipandos inimicos hæreticos.*
2. *Errores Wicleffi in hoc libro refellendos enumerat, quos contra* Jeſum Chriſtum, *tum qua Deum, tum qua hominem, evulgavit.*
3. *Cauſam Dei aliis omnibus præferendam docet: unde eam in capite hujus libri tractandam ſtatuit.*
4. *Hujus primi libri ordinem & argumentum exponit: atque Wicleviſtarum tyrannidem, ac ſuperbiam notat.*

Pſalm. 67. 2.
Matth. 10. 34.

1. Exurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus, & fugiant qui oderunt eum a facie ejus: exurgat, inquam, Dominus meus, qui non venit mittere pacem, ſed gladium, quando jam antiqui hoſtes Eccleſiæ, prædones fidei Chriſtianæ, competitores Sathanæ, viri ſanguinum, & doloſi, non tantum in Chriſti templum, vel in vaſa Sanctuarii, temeratæ hæreſeos lanceas jaciunt cuſpide toxicata; ſed etiam in Deum vivum, & verum, & quem miſit Pater in mundum, Jeſum Chriſtum. *Exurge, exurge; quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem.* Ecce enim Judas non dormit, ſed cum armato milite, non ſolum Humanitatis, ſed & Divinitatis TUÆ gloriam ſupplantare conatur, Salutat TE Scripturis, & legibus propriis; & quod TE diligat, & Eccleſiam TUAM, oſculando mentitur, quouſque in TE ipſum expleat officium proditoris. TU omnium hæreticorum es lapis offenſionis, & ad ſagittandum meta communis *: TU quoque noſtri Wicleffi rixarum portas compendium, ut judicia ſua peſſima in tanta majeſtate ſuccendat; ita ut in perſona TUI Propheta Hieremias clamet ad Patrem, dicens: *Quare genuiſti me virum rixæ, qui judicer in univerſa terra?* Super quo textu dicit in *Commentario* ſuo HIERONYMUS, Vere hoc Domino competit Salvatori, qui loquitur in Evangelio, *in judicium ego in mundum veni iſtum:* & de quo ſcriptum eſt, *Ecce poſitus eſt hic in ruinam.* Quis enim Phariſæorum, quis Gentilium, quis Hæreticorum non judicat Chriſtum, ponentium ei leges nativitatis, & paſſionis, reſurrectioniſque ſuæ, & ſubſtantiæ?,, Hæc Hieronymus.

Pſalm. 43. 23.
Matth. 26. 47.
Omnes hæretici ſunt contra Deum.
* *Ed. Pariſien. habet* ſagittationis.
Hierem. 15. 10.
Hieronymus. *To. 4. lib. 3. cap. 15. pag. 946.*
Joan. 9. 39.
Luc. 2. 34.

2. Superaddit iſtis noſter Wicleffus, cum leges ponit Deitati Salvatoris, dicens, herbam, & ſtramen eſſe Deum: equum, aſinum, & quidlibet, Deum Chriſtianorum affirmat: non veritus dicere, quod lapis iſte ſit Deus noſter; non tamen (inquit) Deus eſt lapis. Eſſe creaturæ vertibile, quod fides, quod ſancti Patres tranſitorium docuerunt, & vix in momento ſubſiſtens, ipſe dicit eſſe fixum; ita ut quidquid erit, eſt; & eſt omne quod fuit. Legibus quoque ſuis ſtringit Omnipotentiam infinitam, & dicit, Deum nullatenus poſſe quidquam facere, niſi quod facturus eſt; nec potuit olim feciſſe quidquam, nec aliter, niſi quod, & qualiter de facto produxit: & conſequenter dicit Deum nihil adnihilare poſſe, quia ſic adnihilaret ſe ipſum.
A Deum quoque neceſſitare dicit omnem creaturam ad quemlibet actum ſuum: &, Deo neceſſitante, omnia quæ evenient, neceſſario abſolute evenient; ita ut præſcitus in gratia nec poſſit aqua ſubmergi, vel aliquo igne cremari, donec peccaverit peccato irremiſſibili, quod, neceſſitante Deo, abſolute ipſe patrabit, & vitare non poterit. Poſt iſta de Deo, *humanitatem* Chriſti dicit *Deum Chriſtum*: & Chriſtum ponit *tripartitum*, ita quod Caro Chriſti, altera pars compoſiti, ſit verus, & totus Chriſtus; anima Chriſti totus Chriſtus; & ex his compoſitum: ita ut carnem Chriſti exanimem in ſe-
B pulchro dicit fuiſſe tunc, & vere, Filium Dei vivi; & humanitatem Chriſti, ſi per impoſſibile dimitteretur, adoraret * verum ſæculi Salvatorem. De compoſitione etiam hominis errat conformiter, dicens illum tripartitum in *corpus*, & *animam*, & *Spiritum immortalem;* quem utique *Spiritum* dicit complete *, & per ſe totum hominem.

Quidlibet eſt Deus, juxta Wicleffum.
Wicleffus non ponit eſſe vertibile, ſed fixum creaturæ.
Dei omnipotentiam coarctat, & quomodo.
A Deo dicit neceſſitari creaturam.
Aufert rerum contingentiam.
Ponit Chriſtum tripartitum.
* *Subaudi* tamquam.
Hominem quoque ponit tripartitum.
* *Cod. Ferrarien.* completum.

3. Infra paſſim de cunctis videbitur, quam periculoſe deſipuit. De iſtis enim prius tractare diſpoſui; & poſtmodum, quid circa Eccleſiam erravit, exponere. Prius enim cauſa Domini mei, quam noſtras lites; capitis dolores,
C quam corporis; primas injurias, quam ſecundas, reformare conabor: quia altius ſedere cordi puerorum plagæ non poſſunt, quam vulnera Redemptoris. Et Chryſoſtomus decenter docet in *Imperfecto*, homilia v. CHRISOSTOMUS ,, Diſcamus (inquit) exemplo Chriſti noſtras injurias ab impiis illatas ſive in dicto, ſive in facto, magnanimiter ſuſtinere: Dei autem injurias, aut contemptum, nec uſque ad auditum ſufferre: quoniam IN PROPRIIS INJURIIS quempiam eſſe patientem, laudabile eſt: Dei autem injurias diſſimulare, vituperabile eſt *.,, Hæc Chryſoſtomus.

Dei cauſa cæteris præponenda.
* Chyſoſtomus *To. 6, pag. 48.*
* *al.* nimis eſt impium.

D 4. Volo igitur in præſenti Volumine, juvante Chriſto, totius Corporis ſui myſtici, tam quoad Caput, quam quoad Corpus implere ruinas, quas Wicleffus inſaniendo cauſavit *. In principio tamen libri de ipſo libro vitæ, ita ut dicere poſſit Salvator: *in principio * libri ſcriptum eſt de me.* Tractabitur enim primo *de Deo*, quid non ſit; & quod equus, & aſinus non ſit Deus. De eſſe Dei, & cujuslibet creaturæ: de potentia Dei, & modo ſuo cauſandi * ad extra: & hæc in primo Articulo. In ſecundo autem de compoſitione hominis. In tertio vero de Deo & homine conjunctim: & quid ſit Jeſus Chri-
E ſtus. Multos etenim circa hæc impius Wicleffus contra catholicam fidem in Chriſti Eccleſiam importavit errores; nec ceſſat iſte tyrannus

Pſalm. 109. 6.
* *al.* effecit.
Rerum tractandarum proponit ſeriem.
Pſalm. 39. 7.
* *Vulg.* in capite.
* *al.* producendi.

nus Ægyptius Iſraelem perſequi. (*a*) Sed exurge Domine, non prævaleat homo: homo, inquam, ſed inimicus homo, qui in terram optimam Eccleſiæ Tuæ ſuperſeminavit zizania; qui carnes noſtras ſe jactat avibus traditurum, quæ ſemen bonum juxta viam aſſumunt, & comedunt illud. Non eſt modicum cum eis inire duellum, qui ſupra aſtra cœli ſolium ſuum ponunt. (*b*) Non facilis eſt pugna cum eo, qui Dominum majeſtatis molitur evertere. Sed Dominus, qui ſonitum fecit in caſtris Syriæ curruum, & equorum, & properantis exercitus: unde fugerunt Syri deſerto tentorio, & manubiis copioſis; ipſe jam ad cauſæ ſuæ præſidium ſerus *exurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus, & fugiant, qui oderunt eum, a facie ejus.*

a

Matth. 13. 25.
2. *Reg.* 17. 44.
Iſai. 14. 13.
b
4. *Reg.* 7. 6.
Pſal. 67. 2.

ARTICULUS PRIMUS.

Adverſus ea, quæ ſparſim Wicleffus in libro de Ideis, *in* Triologo, *in* Sermonibus, *& alibi, inſipienter & hæretice ſcripſit.*

De Essentia, Potentia, et Scientia Dei.

CAPUT PRIMUM.

Quod Wicleffus, inficiens logicam Scripturæ Sacræ, concedit quamlibet creaturam, vel quidlibet, eſſe Deum.

SYNOPIS CAPITIS.

1. *Inſipienter poſuit Wicleffus illas duas propoſitiones*, omnis creatura eſt Deus, *&*, quidlibet eſt Deus, *concedendo conſequentiam a* ſecundum quid *ad* ſimpliciter.
2. *Rogat Deum Author pro ſolida veritate, qua reſpondeat ad iſta figmenta Wicleffi.*
3. *Aſſumit imitandum exemplum & præceptum Apoſtoli, quod eſt devitare prophanas vocum novitates, & in patientia, ac modeſtia, corripere reſiſtentes hæreticos.*
4. *Fides Eccleſiæ dicit, quod nihil affirmatur de Deo ſimpliciter, niſi quod ipſe eſt per eſſentiam.*
5. *Modus* ſecundum quid *non eſt aliquis modus eſſendi.*
6. *Refellitur Wicleffus ex modo quo loquitur S. Joannes, & ex doctrina Sancti Auguſtini.*
7. *Delirat Wicleffus, arguens, & concedens a* ſecundum quid *ad* ſimpliciter.

1. IN omni diſputatione, quam fecit noſter *Joannes* *, memoriæ ter damnatæ, de *formis idealibus*, ſola logica, quam invenit, meretur vexillum portare paternum (*c*). Nihil extraneum dixit in Theologia, ponendo rationes creaturarum in Creatore perennes: nihil novum in Metaphyſica, ponendo eas plures; quamvis in fonte ſuo, & centro illius infiniti circuli indiſtinctas. Propter hæc, & ſimilia, ſuſcitare lites, ventilare calumnias, libros tranſcribere, pingere paginas, jactare novitates, laboris conſumptio fuit, non vegetatio diſciplinæ. Quid igitur novum ipſe attulit mundo? Quod *omnis creatura eſt Deus* (*d*). Et iterum, *quidlibet eſt Deus*. Sic enim ſtant inter Concluſiones ter damnatas hæc CCXVII. altera CCXIX. in ſenſu, quem termini prætendunt communiter. Sed quomodo, & quibus teſtibus defenduntur plantationes iſtæ novellæ? Logica utique tam novella, quam nulla; de qua dicit in ſecundo capitulo *de Ideis*, quod non erit aliquis capax ad intelligendum æquivocationes ſenſuum in prædicta materia, niſi in ſuis logicalibus primo prolixius ſit nutritus: quamvis Apoſtolus Paulus venerit docens non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, qualis eſt logica de ſingulis maxima. Sed quæ eſt iſta ſua logica? Vere & ſua intantum, ut contra omnes monitus magiſtrales, ipſe ſolus a *ſecundum quid* ad *ſimpliciter* approbet conſequentiam eſſe bonam, ſic dicendo: *Petrus intelligitur; ergo ſimpliciter Petrus eſt*. Et iterum: *Petrus eſt in Deo ſecundum eſſe intelligibile; ergo Petrus eſt Deus*. Unde de *Ideis*. Cap. III. WICLEFFUS. Conceditur (inquit) quod formaliter ſequitur: *Iſta Creatura, ut intellecta a Deo, eſt Deus; ergo eſt Deus*. Et iſta eadem creatura actualiter effecta eſt creatura diſtincta, & per conſequens concedi debet ſimpliciter creaturam quamlibet eſſe Deum, & Deum eſſe omnem creaturam."

* Supple Wicleffus.
c
A
Omnis creatura eſt Deus juxta Wicleffum.
d
B
Wicleffus concedit conſequentiam a ſecundum quid ad ſimpliciter.
Wicleffus.

2. Quid dicam ad iſta, certaturus pro fide, niſi ipſum Dominum fidei noſtræ alloquens, quaſi ore idemptico Auguſtini lib. IV. *de Trinitate*, in Prologo? AUGUSTINUS. In familia "Chriſti tui, Domine Deus meus, inter pauperes tuos gemo: da mihi de pane tuo reſpondere hominibus, qui non eſuriunt, neque ſitiunt juſtitiam; ſed ſatiati ſunt, & abundant. Satiavit autem illos phantaſma illorum, & non veritas tua, quam repellendo reſiliunt *, & in ſuam vanitatem cadunt. Ego certe ſentio, quam multa figmenta pariat cor humanum. Sed hoc oro Deum cordis mei, ut nihil ex eis figmentis pro ſolido vero eructem in has literas: ſed inde in eas veniat quidquid per me venire poterit *. Unde mihi quamvis projecto a facie oculorum ſuorum, & de longinquo redire conanti, per viam, quam ſtravit nobis humanitas, (*e*) Divinitas Unigeniti Filii ſui, aura veritatis ſuæ aſpergitur." Hæc Auguſtinus ibidem pro ſe, & ſui gratia, hic pro me.

C
Auguſtinus To. 8. pag. 809.
Matth. 5. 6.
* *al.* ab ea reſiliunt.
D
Rogat Deum pro ſolida veritate contra figmenta hæretica.
* *M.* potuerit
e

3. Reſponſurus ergo in Cauſa Dei, ad Paulum olim optimum reſponſalem, formam Chriſtianis reſponſalis accepturus, intendo; & quod Thimotheum docuit, audio: *O Timothee* (inquit) *depoſitum cuſtodi, devitans prophanas vocum novitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt*. Hic didici quid ſit cavendum, ne ſcilicet prophanas adverſarii noſtri vocum logicas novitates admittam: & in oppoſitione ſua temeraria falſi nominis ſcientiæ victus abſcedam. Audio iterum quid idem Apoſtolus eumdem Timotheum doceat in Epiſtola ſecunda: *Servum*, in-

1. *Tim.* 6. 20.
E
Forma Apoſtolica qua contra hæreticos agendum eſt.
2. *Tim.* 2. 24.

(*a*) Etſi jam mortuus Wicleffus non ceſſabat Anglicanam exagitare Eccleſiam per diſcipulos ſuos Petrum *Paganum*, ſeu *Payne*, *Joannem de Caſtro veteri*, *Gulielmum Whyte*, *Joannem Purvey*, alioſque plurimos, qui ſcriptis, armis, & ſeditionibus omnia tunc ſus deque vertere conabantur.

(*b*) Omnium hæreticorum mater eſt ſuperbia. Unde dicit Auguſtinus de eorum Sectis: *diverſis locis ſunt diverſæ; ſed una mater ſuperbia omnes genuit*. lib. 2. de Gen. contra Manich. cap. 8. & Serm. de Paſtorib. Superbia autem eos reddit indociles: & idcirco ardua res eſt illos differendo evincere, ut veritatem addiſcant.

(*c*) *Meretur Vexillum portare paternum*, ideſt, inſigniri meretur nomine Wicleffi patris ſui.

(*d*) Juxta mentem Thomæ Waldenſis non eſt abſolute nova falſa hæc propoſitio, *Omnis Creatura eſt Deus*; ſed nova quoad modum quo eam deducit Wicleffus, arguendo nempe a *ſecundum quid* ad *ſimpliciter*. Non eſt, inquam, abſolute nova, quia diu ante Wicleffum hanc eamdem falſitatem excogitarunt Ethnici quidam, ut colligitur ex Arato in lib. *de Phenomenis*, ex Lucano in lib. 2. *de bello Civili*, prout infra patebit. Porro hanc falſitatem ſibi adoptare viſi ſunt Ariani nonnulli, quos diſerte refellit Sanctus Cyrillus lib. 9. in *Joan.* cap. 40. & S. Auguſtinus lib. 4. *de Gen. ad lit.* cap. 12.

(*e*) Ita Cod. Vat. nec diſplicet Ed. V. quæ habet *humanitate*.

inquit, *Domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem, cum modeſtia corripientem eos, qui reſiſtunt; ne quando det illis Deus pœnitentiam ad cognoſcendum veritatem, & reſipiſcant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipſius voluntatem.* Et hic video quid ſit gerendum: doctrina ſcilicet in patientia, & correptio cum modeſtia, eorum qui reſiſtunt. Exprimendæ ſunt ſemper in acie lectionis reſiſtentiæ *Joannis**, & ſubſequetur correptio * ſpiritualis (*a*). Sic enim providit Deus, ut cum contra veterem hominem agimus, prius nocte falſitatis emiſſa, poſtmodum dies luceat veritatis; ſicut pro tempore veteris teſtamenti nox præceſſit, dies ſucceſſit.

[Margin: * Wicleffi. * Editi habent victoria. — a — *Rom.* 13. 12.]

4. Prima ergo *reſiſtentia* eſt quod dicit capitulo 11. *de Ideis* hoc eſſe falſum, quod in nulla creatura eſt natura divina, propter Chriſtum primo, qui eſt eſſentialiter natura Divina. Secundo, quod quodlibet creatum, ſecundum eſſe intelligibile (præter Chriſtum, qui eſt eſſentialiter natura divina) eſt natura divina. WICLEFFUS. Et ſi dicatur (inquit) quod male ſonat concedere aſinum, & quodlibet aliud eſſe Deum, conceditur apud ægre intelligentes. Ideo multi non admittunt talia, niſi *cum determinatione*, ut talis creatura *ſecundum eſſe intelligibile*, vel *ideale*, quod habet in Deo ad intra, eſt Deus. Illi autem qui habent eumdem ſenſum (*b*) per ſubjectum per ſe poſitum æque concedunt propoſitionem ſimplicem.„ Corripit iſtam poſitionem fides Eccleſiæ Jeſu Chriſti, dicens, quod etſi aliqua dicuntur de divina natura infinita *ſecundum eſſentiam*; & aliqua ſecundum alium modum, puta *ſecundum figuram*: ſicut *Deus* dicitur *ignis conſumens*: vel *ſecundum eſſe cognitum*, ut omnis creatura eſt Deus in Deo; nihil tamen affirmatur de Deo *ſimpliciter*, niſi quod ipſe eſt *per eſſentiam*: verbigratia, Pater eſt Deus, bonitas eſt Deus, utrumque *per eſſentiam*: Creator eſt Deus, omnium artifex eſt, & cognitor Deus, omnia *per eſſentiam*: aſinus non eſt Deus, quia non *ſecundum eſſe*, ſed *ſecundum cognoſcere* Dei eſt Deus. Hanc regulam fidei laborioſe detexit Anſelmus in ſuo *Monologion*, capitulo XV. dicens, ANSELMUS. „ Illa ſumma eſſentia nullo modo ſic eſt aliquid, ut illud idem ſecundum alium modum, aut ſecundum aliam conſiderationem non ſit: quia quidquid aliquomodo eſſentialiter eſt, hoc eſt totum, quod ipſa eſt.„ Hæc Anſelmus. Secundum hanc ergo fidei regulam, vide quid dixeris, & corripiat te juſtus in miſericordia. Aſinus uno modo non eſt natura divina, ſcilicet, ſecundum exiſtentiam in proprio genere; nec eſt natura ipſa prima per eſſentiam: ergo nullo modo eſt ipſe aſinus divina eſſentia: quia ſic dicit Anſelmus, quod *illa ſumma eſſentia nullo modo ſic eſt aliquid, ut illud idem, ſecundum aliam modum, vel conſiderationem, non ſit*. Immo dicis, *modo intelligibili*.

[Margin: Wicleffus. — b — *Deut.* 4. 24. — Nihil affirmatur de Deo ſimpliciter, niſi quod ipſe eſt per eſſentiam. — Anſelmus *cap.* 17. *pag.* 10. — Summa natura una conſideratione eſt, quidquid eſt: quia eſſentialiter eſt hoc totum quod ipſa eſt. — *Pſal.* 140. 5.]

5. Sed conſule jam ſophiſtam, ut doceat te, modum dictum *ſecundum quid* non eſſe aliquem modum. Æthiops enim, etſi ſecundum dentes eſt albus, nullo tamen modo eſt albus. Ideo ſola logica te fecit hic diſtare a fideli, quia eſſe diminutum creaturæ convertiſti in eſſe ſimpliciter divinum, quod eſt maxime perfectum. Minus derogaſſes Deo forſan, ſi creaturam in eſſe ſuo perfecto identificaſſes Deitati perfectæ: neſcio tamen ubi longius * aberraſſes.

[Margin: Modus ſecundum quid non eſt realis aliquis modus. — * Cod. Vat. diutius.]

6. Hanc ipſam præclaram regulam Anſelmi præſupponens Beatus Joannes in hac materia de Ideis, *quod factum eſt*, (inquit) *in ipſo vita erat*. Quaſi enim errorem in fide cavebat
A dicere: *quod factum eſt, vita erat*. Determinationem ergo addidit, ut fieret univerſalis veritas, quod omne *quod factum eſt, in ipſo vita erat*. Quid ergo dicis, multos non advertere talia dicta ſine determinatione *: illos autem qui eumdem ſenſum * habent, bene concedere propoſitionem ſimplicem? At numquid Beatus Joannes illum ſenſum non habebat? Et tamen ſine determinatione non illa verba deſcripſit, ne fidem læderet, ne proſcriberet veritatem. Quid dedignaris ſacra verba, quæ Beatus Joannes de fonte veritatis exhauſit, de pectore Salvatoris, & effudit in paginam magni Dei?
B Quid ſuccidis arborem facientem fructum? NUMQUID VERBUM VITÆ verba dictat ſuperflua? Utere ergo determinatione Sancti Joannis, dicentis, quod factum eſt, non eſſe ſimpliciter vitam, ſed *in ipſo* eſſe vitam; vel tu mortuus es, quamvis nomen habes quod vivas. Sed appellaſti Auguſtinum: ad Auguſtinum ibis, homilia prima ſuper *Joannem*, tractantem eumdem textum. AUGUSTINUS. Pſalmus (inquit) dicit, *omnia in ſapientia feciſti*: omnia ſicut per illum facta, ita in illo facta ſunt. Si ergo omnia in illo, fratres chariſſimi: & quod in illo factum eſt, vita eſt: ergo & terra vi-
C ta eſt, ergo & lignum vita eſt.„ Ubi unquam expreſſius argumentum Wicleffi, *terra in illo vita eſt, ergo terra vita eſt?* Et ubi unquam clarius argumentum ejus viliſpenſum? ſubdente Auguſtino: „ *Ergo lapis vita eſt?* Inhoneſtum eſt ſic intelligere, ne rurſus nobis ſubrepat eadem ſordidiſſima ſecta Manichæorum, & dicat, quod habet * vitam lapis, habet animam paries, & reſticula habet animam, & lana, & veſtis: ſolent enim *delirantes* hæc dicere, & cum repreſſi fuerint, & repulſi, quaſi de Scripturis proferunt, dicentes: ut quid dictum eſt, *quod factum eſt,*
D *in illo vita eſt?* Si enim in ipſo omnia facta ſunt, omnia vita ſunt.„

[Margin: *Joan.* 1. 3. — * Vide ſupra num. 4. — * Subintellige Chriſti. — *Apoc.* 3. 1. — Auguſtinus To. 3. *tract.* 1. *pag.* 296. — *Pſal.* 103. 24. — Auguſtinus To. 3. *tract.* 1. *pag.* 276. — * *al.* habeat — Manichæi falſo ponunt vitam in lapidibus, & aliis rebus inanimatis, quia de divina ſubſtantia participant.]

7. Ecce ibi iterum argumentum Wicleffi, cujus conſequens ipſe Wicleffus plane concedit. Sed contra AUGUSTINUS. Non te inducant *: pronuncia ſic, *quod factum eſt*: hic ſubdiſtingue; & deinde infer, *in illo vita eſt*. Quid eſt hoc? Facta eſt terra; ſed ipſa terra, quæ facta eſt, non eſt vita. Eſt autem in ipſa ſapientia ſpiritualiter ratio quædam, qua terra facta eſt: hæc vita eſt. Quomodo poſſum, dicam Charitati veſtræ. Faber facit arcam: primo in arte habet arcam. Si enim in arte
E arcam non haberet, unde illam fabricando proferret? Sed arca ſic eſt in arte, ut non ipſa arca ſit, quæ videtur oculis. In arte inviſibiliter eſt, in opere viſibiliter erit. Ecce facta eſt in opere; numquid deſtitit eſſe in arte? Et illa in opere facta eſt, & illa manet, quæ in arte eſt: nam poteſt illa arca putreſcere, & iterum ex illa, quæ in arte eſt, alia fabricari. Attende ergo arcam in arte, & arcam in opere. Arca in opere non eſt vita: arca in arte vita eſt: quia vivit anima artificis, ubi ſunt iſta omnia, antequam

[Margin: Auguſtinus ibidem. — * *Maur.* abducant. — Qualibet res prius eſt in arte quam in opere.]

(*a*) Notanda ſunt quæ nunc ad mentem laudati Apoſtoli præmittit Author. Infra etenim ſæpe objectiones Wicleffi ſub nomine *reſiſtentiæ*, & reſolutiones ſub nomine *correptionis* adducit, ut ſic ſacram, & ſemel aſſumptam proſequatur allegoriam.

(*b*) Subintellige *Chriſti*, juxta illud Apoſtoli ad Cor. 1. 2. 16. *Nos autem ſenſum Chriſti habemus.*

„ quam proferantur. Sic ergo fratres chariſſimi, quia ſapientia Dei, per quam facta ſunt „ omnia, ſecundum artem continet omnia, „ antequam fabricet omnia; hæc *, quæ fiunt „ per ipſam artem, non continuo vita ſunt, „ ſed quidquid factum eſt, vita eſt in illo. „ Terram vides? Eſt in arte terra: Cœlum vides? Eſt in arte Cœlum: Solem & Lunam vides? Sunt & iſta in arte: ſed foris „ corpora ſunt, in arte vita ſunt. „ Hæc Auguſtinus. Quid ergo appellas Auguſtinum, quando audis eum tam claram contra te ferre (a) ſententiam? Quid tu levius conceſſiſti, quam quod omnia facta per artem Dei, jam vita ſunt? Quid facilius Auguſtinus inflectit, eo quod ſine determinatione debita ponitur: adveniente autem determinationis nota, conceditur? *Sed quidquid factum eſt* (inquit) *vita eſt in illo*. Aliquid ergo habet myſterii determinationis appoſitio: quare Cœlum, Sol, Luna *in arte* vita ſunt, & *ſimpliciter* non ſunt vita. Omnia facta ſunt in Deo Deus; ſed horrenda blaſphemia eſt concedere quomodocumque, & ſimpliciter, quod omnia facta ſunt Deus. Sic iterum idem ſecundo *ſuper Geneſim ad literam* Cap. x. AUGUSTINUS. Hæc ipſa dictio, Verbum „ eſt Patris, Unigenitus Filius, in quo ſunt „ omnia, quæ creantur, etiam antequam creentur, & quidquid in illo eſt, vita eſt, & vita utique creatrix (b). „ Itaut numquam, ſicut æſtimo *, invenitur Auguſtinum concedere omnem creaturam eſſe vitam, aut Deum, aut eſſentiam infinitam, vel ſimilia, niſi cum nota certæ determinationis, quæ reſtringit ſubjectum ab eſſe *ſimpliciter* tale, modificando expreſſe *eſſe cognitum*, vel æquivalenter. Sed nec Sanctus Thomas *, quem tu pro parte tua ſimili forma duxiſti, uſquam in dicto loco dictas propoſitiones affirmat ſine conſueta determinatione fideli. Nec mirum, cum Sanctus Paulus magnus Doctor Gentium, quia noluit concedere quamlibet creaturam eſſe Deum aliquomodo *ſimpliciter*, dictum Ethnici (c), cum Athenienſibus diſputans, mutavit in obliquum, dicens de Deo: *in illo* (inquit) *vivimus, & movemur, & ſumus*: cum tamen verſus Ethnicus ſic haberet in recto, ut quidam tranſtulit (d):

Jupiter eſt quodcumque vides, quocumque moveris:

ſecundum illud Virgilii,

Jovis omnia plena.

Sed verſus Ethnici debuiſſet * intelligi, *omnia noſtra eſſe Jovem*, quem ipſe *magnum Deum* appellat: & ſic nos creaturas eſſe *ſimpliciter* divinam ſubſtantiam, vel eſſentiam; quod Paulus ſemper vitavit in omni verbo. Ideo dicit, quarto *ſuper Geneſim ad literam* cap. XIV. AUGUSTINUS. Neque enim tamquam ſubſtantia „ ejus ſic in illo ſumus, quemadmodum di- „ ctum eſt, quod habeat vitam in ſemetipſo: „ ſed utique cum aliud ſumus, quam ipſe, non „ ob aliud in illo ſumus, niſi quia id operatur, & hoc eſt opus ejus, quo continet omnia, & quo ejus ſapientia pertendit *a fine* „ *uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia* „ *ſuaviter*; per quam diſpoſitionem in illo vivimus, & movemur, & ſumus. „ Hæc Auguſtinus. Nec latet me, quod hoc, ſecundum illam expoſitionem, de eſſe poteſtativæ continentiæ dictum eſt omnino æquivoce ad eſſe intelligibile; verumtamen ſecundum eſſe intelligibile. Hoc idem exponens IV. *de Trinitate capitulo* VI. de *vita*, de qua dicitur, *quod factum eſt in ipſo vita erat*, dicit idem AUGUSTINUS. At (inquit) illa vita lux hominum „ erat; nec longe poſita ab unoquoque noſtrum. In ipſo * enim vivimus, & movemur, & ſumus. „ Hæc Auguſtinus. Perverſa ergo logica, diſcors Scripturæ, Doctoribus diſſona, *hæc creatura eſt intellecta a Deo, igitur eſt Deus, vita, vel eſſentia infinita*. Sed bene ſequitur, ſecundum S. Joannem, & Auguſtinum: *ergo eſt vita in illo, Deus in Deo, & æterna in eſſe cognito*. Delirat, inquit Auguſtinus jam ſupra, qui ſic argumentatur *: *quod in illo factum eſt, vita eſt; ſed terra in illo facta eſt: ergo terra vita eſt*. Tenendum (e) igitur eſt, quod Wicleffus tunc deliravit, quando ſic argumentatus eſt *.

* M. Hinc

Auguſtinus To. 3. cap. 6. pag. 135.

*Edd. Pariſien. & Ven. authumo

* D. Thomas in primum ſent. Diſt. 35. q. 1. art. 4. & Diſt. 36. q. 1. art. 1.

Act. 17. 28.

Lucanus lib. 9. belli Civilis.

Virgilius Ecloga 3.

*Edd. Pariſien. & Ven. dediſſet

Auguſtinus Tom. 3. cap. 12. pag. 167.

Sap. 8. 1.

Auguſtinus To. 8. cap. 1. pag. 812.

* Maur. in illa Act. 17. 28.

* Codd. MSS. arguit

* al. arguit

CAPUT II.

Quomodo quælibet Creatura eſt Deus, ſecundum ipſum *; ſed Deus non eſt quælibet Creatura (f).

* Wicleffum.

SYNOPSIS.

1. *Recitantur gloſſæ, quibus Wicleviſtæ magiſtrum ſuum vindicare conantur ab illa ſequela*, Deus eſt Creatura.
2. *Expenditur prima gloſſa, quæ dicit, quod Deus non eſt principium ad intra creaturæ.*
3. *Rejicitur ſecunda, quæ allegat quod ſubjectum primæ propoſitionis* Creatura eſt Deus *ſupponitur pro eſſe intelligibili; ſecundæ vero* Deus eſt Creatura *ſupponitur pro eſſe exiſtentiæ in proprio genere.*
4. *Oſtenditur, quid proſit logica Wicleviſtica, dicens* hominem *in eſſe intelligibili eſſe æternum, ſed non æternum* hominem.
5. *Demonſtratur quod ſimpliciter creaturæ, antequam fierent, in æternitate non fuerunt.*
6. *Non eſt audienda illa alia Wicleviſtica gloſſa, dicens, quod creatura non eſt coæterna Deo coæternitate improductionis.*
7. *Variæ moventur quæſtiones, quibus magis implicantur Wicleviſtæ: & ſubjicitur regula locutionis, ad eorum cavendum errorem.*
8. *In hac re non ſufficit ſubintelligi, ſed exprimi debet determinatus modus loquendi ſacræ Scripturæ.*

1. RESiſtit adhuc noſter *Joannes* * prioribus dictis cum ſuis complicibus *, de quibus in actibus dictum eſt: *vos quidem Spiritus San-*

* Supple Wicleffus

* al. aſſeclis

Act. 7. 51.

(a) Ed. V. *dictare*, ſed *ferre* habent Ed. Pariſien. & MSS. Codd.

(b) Maurini, aliquorum MSS. fide ducti, omittunt *& vita utique creatrix*.

(c) Paulus Apoſtolus citavit Ethnicum, nempe *Aratum* Poetam inſignem, Patria *Soleuſeus* prope *Tharſum*, & fere ipſius Pauli concivem. Claruit *Aratus* tempore Regis Antiochi, cui valde acceptus, immo in deliciis erat.

(d) Præfati *Arati* librum *de Phænomenis* ex græco tranſtulit M. T. Cicero, & eum habemus nunc lib. 2. *de natura Deorum*, ubi ſic:

Plena vero Jovis omnia quidem compita:
Omnes vero hominum cœtus:
Plenum vero mare, & portus.

Ex hac autem Ciceronis tranſlatione deſumpſit verſum citatus Lucanus, ſub Nerone Imperatore clarus.

(e) Sic Ed. Pariſien. & rectius quam alii Editi, & MSS. Codd. qui habent *timendum*.

(f) Sua ipſius ſententia ſe perſtringit Wicleffus ex præfata ſua propoſitione, *Qualibet Creatura eſt Deus*: nam inde ſequeretur quod e converſo *Deus eſt creatura*. Idcirco hic plura nugatur, ut ab enormi hac conſecutione ſe expediat. Sed volens ſe ab iſto errore reſolvere, in plures alios labitur, & quidem abſurdiſſimos, ut in toto hoc capite doctiſſimus Author oſtendit.

Sancto reſtitiſtis (*a*), ſemper ruens primo in illud magnum, & in tota Eccleſia Chriſti prævenerandum Anſelmi principium, *Illa ſumma eſſentia nullo modo ſic eſt aliquid, ut illud idem ſecundum alium modum, & conſiderationem non ſit*. Nam modo illo, (*b*) quo principiat ad extra, non principiat ad intra: ergo ſic nullo modo eſt principium ad intra. Verumtamen etſi regula maneat, nihil videtur ſtatutæ per eum logicæ derogare: quia in regula illa, ſumma eſſentia propoſitionem ſubjectat *. Subjectet igitur uniformiter * propoſitionem inferendam; & nihil aliud concludetur, niſi quod illa ſumma eſſentia non eſt creatura, homo, vel aſinus, quodlibet, & ſimilia: quod concedit. Unde ipſe Wicleffus Cap. 11. *de Ideis* dicit in reſponſione ad tertium principale, non ſequi: *omnis creatura eſt Deus, ergo Deus eſt aliqua creatura*: quia in prima ſupponit ſubjectum pro eſſe intelligibili creaturæ; in ſecunda pro eſſe exiſtentiæ in proprio genere; cujus diſtinctam rationem ponit in tertio capitulo dicens, quod „ tale eſt ſubjectum, quale permittit prædicatum: & nomen creaturæ per ſe poſitum „ ſignificat ſe ſecundum propriam exiſtentiam, „ vel quando prædicatur: quando autem ſubjicitur, & non prædicatur, tunc eſt tale, „ quale prædicatum permittit. Dicere ergo (*c*) „ *creatura eſt Deus*, eſt dicere, creaturam in- „ eſſe intelligibili eſſe Deum. Dicere Deum „ eſſe creaturam, eſt dicere Deum * eſſe creaturam, ſecundum eum *, in proprio genere: & „ ſecundum hoc, concedit hominem eſſe *æternum*; ſed non *æternum hominem*: & Petrum „ eſſe in verbo, ſed non Petrum: immo Petrus erit æternaliter, quando non erit Petrus. „

Anſelmus Cap. 17. Monologii pag. 20.

* al. ſubjecerat

* Ed. V. univerſiformiter

Wicleffus.

* al. ipſum

* Nempe, ſecundum Wicleffum.

2. Hic correptio Eccleſiæ ſubintrabit, quamvis non ignotum ſit, quod ſapiens dicit, *Non amat peſtilens eum, qui ſe corripit*. Primo ad ſophiſma deductum contra ſacrum principium *, *Eſſentia infinita eſt principium Creaturæ ad extra modo aliquo, vel conſideratione, qua non eſt principium ad intra, ergo ſecundum regulam iſtam non eſt principium ad intra*: oportet iſtum ſophiſtam primo probare, quod eſſentiam eſſe principium creaturæ, eſt eſſentiam eſſe aliquid, dicente Auguſtino, quod Deus eſſet non minus Deus, etſi per impoſſibile non eſſet ipſi * Filius; multo magis etſi non eſſet ipſi creatura. Sciunt igitur periti Theologi, quod hoc ſolo Deus eſt, quo ſubſtantialiter eſt, quo eſſentialiter eſt: per principiationem creaturæ non eſſentialiter *aliquid* eſt, ſed magis *ad aliquid*: per eſſentiam vero eſt quodcumque eſſentialiter eſt. Si ergo eſſentialiter creatura Deus eſt, etiam qualitercumque conſiderata creatura, Deus illa eſt, & ſic in propria exiſtentia Deus eſt creatura. Jam enim ligat regula * argumentum. Ecce quod dico juxta principium *: Deus eſt Pater, & Deus eſt Filius, & quidquid eſt ipſi eſſe Patrem, hoc eſt ipſi eſſe Filium: quia (*d*) ſolum ſecundum eſſentiam eſt Pater, & ſecundum eſſentiam eſt Filius: nec poteſt dari modus, vel conſideratio ex parte Dei, quomodo ſit Deus, & non ſit Pater, quamvis alius ſit modus Dei, & alius Patris. Eſt igitur Deus & eſſentia Pater, & nullo modo dabili, non eſt Deus Pater. Certe aliquomodo dabili, creatura non eſt Deus, quia ſecundum eſſe exiſtentiæ; nullo ergo modo creatura eſt Deus, vel Deus creatura.

Prov. 15. 12.

* Supple, S. Anſelmi ſupra citati.

* Cod. Vat. ſibi Deum eſſe principium creaturæ, non eſt Deum eſſe aliquid, ſed ad aliquid.

* Subintellige Anſelmi.

* Sancti Anſelmi, ſupple.

3. Quantum autem ad logicam, quam conſequenter inducit, concedens omnem creaturam eſſe Deum; ſed converſim * negans Deum eſſe quamlibet creaturam; quia, inquit, cum A dicitur, *creatura eſt Deus*, accipitur creatura in eſſe ſuo intelligibili, & in converſa in eſſe exiſtentiæ; jam video, quod cœcus iſte ſedet ſecus viam, & quia cœcus eſt non videt Jeſum prætereuntem. Quis, rogo, dixit, *quod factum eſt, in ipſo vita erat?* Joannes, vel in Joanne Chriſtus? Et quis conſequenter ſubintulit, *& vita erat lux hominum?* Joannes, & in Joanne Chriſtus. Et quæ vita *erat lux hominum?* Numquid alia quam vita Verbi fuit? Quod igitur factum eſt, in Verbo vita Verbi fuit; & eadem vita Verbi, lux fuit hominum. Convertit ergo propoſitionem Joannes, & affirmat, quam *Wicleffus*, ſi con- B vertat, interimit. Sed Jeſus videns cœcum, qui eum non vidit, ſic eum præteriit. Sed videamus, an iſta ſic ſe habeant: videamus utrum uniformiter dicatur *vita* in prima propoſitione Sancti Joannis, & in ſecunda, quæ in ipſa re vera converſio eſt, quamvis non in ſingulis verbis ad mentem Sophiſtæ. Nam IV. *de Trinit.* cap. VI. AUGUSTINUS. „ *Quod factum eſt* (inquit) „ jam *in illo vita erat*, & non qualiſcumque vita, ſed *vita erat lux hominum*: lux utique rationabilium mentium. -- Et ſequitur -- At illa „ vita lux hominum erat. „ Hæc ille.

* al. converſum.

Luc. 18. 35.

Joan. 1. 3.

Auguſtinus To. 8. lib. 4. cap. 1. pag. 812.

4. Illa ergo vita vivunt, vel ſubſplendent ho- C mines, qua homines facti in ipſo Verbo vivunt, ita ut, ſicut hoc, quod factum eſt, in Verbo vita erat; ita & in eodem modo illa eadem vita vivunt homines, propoſitione converſa. Et mirum eſt de logica tam futili *. Quis peritus non ſtupet audire, hominem eſſe, antequam ipſe ſit homo? Cœlum eſt, & non eſt Cœlum; immo Cœlum eſt aliud a Cœlo, quia eſt Deus: & Deus non eſt Cœlum? Tempus eſt, ſed quando non eſt tempus; immo æternaliter, priuſquam ſit tempus? Omnes iſtas propoſitiones ſine percunctatione concedit, quas, Auguſtino teſte, nullus concedit, niſi inſipiens. Ecce quantum inſtat D contra iſtam logicam XII. *de Civ. Dei*, capitulo XV. AUGUSTINUS. Poſſumus (inquit) dicere recte: erat tempus, quando non erat Roma; erat tempus, quando non erat Hieruſalem; erat tempus, quando non erat Abraham; erat tempus, quando non erat homo; „ & ſi quid hujuſmodi. Poſtremo, ſi non in * „ initio temporis, ſed poſt aliquod tempus factus eſt mundus, poſſumus dicere: erat tempus, quando non erat mundus. At vero tempus erat, quando nullum erat tempus, tam „ inconvenienter dicimus, ac ſi quiſquam dicat: erat homo, quando nullus erat homo; E „ aut erat iſte mundus, quando iſte non erat „ mundus. Si tamen * de alio, atque alio intelligatur, poteſt dici aliquomodo, hoc eſt, „ erat alius homo, quando non erat iſte homo. Sic ergo: erat aliud tempus, quando „ non erat tempus hoc, recte poſſumus dicere: „ at vero, erat tempus, quando nullum erat „ tempus, quis vel inſipientiſſimus dixerit? „ Hæc Auguſtinus. Quid, ſi aliquis Wiclevista imponat hic Auguſtino calumniam, quod hæc dixerit de tempore ſecundum exiſtentiam in proprio genere in propoſitione directa, & converſa,

* Cod. Ferrarien. fragili.

Auguſtinus To. 7. pag. 314.

* al. cum

* Maur. enim

(*a*) *Vulg.* Vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis.

(*c*) Incipit gloſſa, qua Wicleffi aſſeclæ nitebantur Magiſtri logicam vindicare.

(*d*) Sic pro vindicando Wicleffo ſequitur nunc & concludit Wicleviſta.

(*e*) Sicut in Editis, ita & in MSS. Codd. habetur *quia ſolum*: ſed vel expungendum hoc adverbium *ſolum*, & ex Amanuenſium oſcitantia irrepſiſſe credendum: ſciebat etenim præclariſſimus Doctor, quod Deus non *ſolum eſſentia*; ſed eſſentia ſimul & Paternitate eſt Pater. Vel dicendum, intellexiſſe *Waldenſem* quod *ſolum* eſſentia in Deo eſt fons & origo Paternitatis.

ſa; & de tempore *ſecundum eſſe* ſuum *intelligibile* fuiſſe tunc immemorem, confirmans hoc ratione adverbii temporis interjecti *antequam*, vel *ante*, quod ſemper eſt nota temporis? Vere magna calumnia foret * Auguſtino, vocare quemquam *inſipientiſſimum*, ratione dicti veriſſimi, quamvis ejus veritatem tunc ipſe non adverteret; magis ipſe culpabilis exiſtens, & inſipiens, quia non advertit, & ex improviſo redarguit veritatem. Sed ſcio contra hujuſmodi fictos amicos orare Auguſtinum, & dicere: *Suſcipe Domine ſervum tuum in bonum, non calumnientur me ſuperbi*. Quid circa præmiſſa dixiſſet Auguſtinus, ut credis, ſi de tempore in eſſe intelligibili cogitaſſet eſſe complexum quod horruit, *tempus erat, quando nullum erat tempus?* Hoc de tempore exiſtente extra Deum, horrendum eſt: de tempore ſecundum eſſe intelligibile, concedendum dicis. Loquamur igitur uniformiter de tempore creato ſecundum eſſe ſuum in Verbo: & nonne tunc horrendum eſt Auguſtino prædictum complexum? Non, inquis, quia dicit Wicleffus cap. III. *de Ideis*, quod in æquivoca„tione Dei, & non intellecti, laborant moder„ni, horrentes concedere creaturam æternaliter „fuiſſe, antequam incœpit: & ſi haberent ſen„ſum humilem * Beati Auguſtini, dicerent, quod „erant, antequam incœperunt, ſecundum eſſe „intelligibile ſcilicet, ſecundum quod non poſ„ſunt incipere.„ Hæc *Wicleffus*.

* *al.* fieret. — *Pſal.* 118. 122. — Wicleffus. — * *Editi habent* habilem.

5. Jam placet, quod determinationem appo-nis Eccleſiæ; ſed quia hoc idem poſt ſine determinatione concedis, non placet. Placet etiam, quod hoc adverbium *antequam* non ad proprii generis exiſtentiam protrahis, ſed ad æternitatem amplias; ſed quod dicis creaturam æternaliter fuiſſe, priuſquam incœpit eſſe ex tempore, placet tibi, non placet illi, Auguſtino ſcilicet, neque mihi. Audi namque quid dicit XII. *de Civ. Dei* cap. XXV. *de Deo*, AUGUSTINUS. Si „potentiam ſuam, ut ita dicam, fabricatoriam „rebus ſubtrahat, ita non erunt, ſicut ante„quam fierent, non fuerunt: ſed *ante* dico *æter„nitate*, non *tempore*.„ Hæc Auguſtinus. Simpliciter igitur in æternitate, antequam fierent, non fuerunt. In eodem quoque XII. cap. XV. AUGUSTINUS. Ego (inquit) ſicut Dominum „Deum aliquando Dominum non fuiſſe dicere „non audeo: ita hominem nunquam ante fuiſ„ſe, & ex quodam tempore primum hominem „creatum eſſe, dubitare non debeo.„ Hæc ille. Ecce quod non debuit dubitare quod homo nunquam fuit priuſquam ex tempore creatus fuit: quomodo tu dicis, quod æternaliter? Et ſequitur ibidem *de Angelis* eodem modo, AUGUSTINUS. Cum ad noſtrum ſæculum ventum „eſt, quando & Angeli creati ſunt, ſi eos re„cte lux illa primum facta ſignificet *, ante * „illud potius Cœlum, de quo dictum eſt, *in „principio fecit Deus cœlum, & terram*: cum „tamen non fuerint, antequam fierent, ne im„mortales, ſi ſemper fuiſſe dicantur, Deo coæ„terni eſſe credantur.„ Hæc Auguſtinus. Jam habes, quod Angeli non fuerint antequam fierent; & rationem iſtius logicæ Auguſtinus ſupponit, *ne ſi ſemper fuiſſe dicantur, Deo coæterni eſſe credantur*. Quid tu non horres ponere coæternam Deo vaccam cornutam; & Auguſtinus horret ponere illi Angelum coæternum? Et ideo horret, quia fides horret, & ratio perhorreſcit, dicente ipſo ibidem in illo capitulo XV. prænotato, AUGUSTINUS. Nec aliquam creaturam „Creatori coæternam eſſe dicamus, quod fi„des, ratioque ſana condemnat.„ Hæc ille. Vere igitur non eſt tute conceſſum, creaturam eſſe Deo coæternam, quia in eſſe intelligibili eſt illi coæterna; ſed melior longe eſt logica illibatam ſervare fidem, & non lædere rationem, dicendo, quod nulla creatura eſt Deo coæterna, quamvis in Verbo Dei ſit illi coæterna: & ſic nulla creatura erit æternaliter, antequam ſit creatura.

Auguſtinus *To.* 7. *pag.* 324. — Simpliciter in æternitate res, antequam fierent, non fuerunt. — Auguſtinus *To.* 7. *pag.* 311. — Auguſtinus *To.* 7. *pag.* 313. — * *al.* ſignificat. — * *al.* aut. — *Gen.* 1. 1. — Auguſtinus *To.* 7. *pag.* 311.

A 6. Nec audienda eſt vana gloſſa Wicleviſtarum, quod creatura non ſit Deo coæterna coæternitate improductionis, cum omnis idea ſit ibi producta: quia Filius eſt Patri coæternus, quamvis ſit ab eo productus; & quia creatura, ſecundum eum, non eſt alia æternitate æterna, quam de æternitate Dei. Sed fides, & ratio non patitur dici creaturam *ſimpliciter* æternam, vel coæternam Deo, quia æternitas ejus in eſſe cognito ſimpliciter non eſt ejus æternitas; ſicut nec eſſe ejus ibi eſt ſimpliciter ipſi eſſe, ſed cum B illo ſtat vere * ejus non eſſe. Unde *ſuper Joannem* homil. XXXVII. AUGUSTINUS. Non enim „aliquid Deus conſtituit, quod ante neſcivit. „In Verbo ipſius erat quod factum eſt. Mun„dus factus eſt; & ibi erat: quia domus, quam „ædificat ſtructor, prius in arte erat; & ibi me„lius erat, ſine vetuſtate, ſine ruina: tamen, „ut oſtendat artem, fabricat domum. Proceſſit „quodammodo domus ex domo; & ſi domus „ruat, ars manet *. Ita apud Dei Verbum erant „omnia quæ condita ſunt: quia omnia in ſa„pientia fecit Deus, & cuncta nota fecit --- „*Sequitur* --- Denique de mundo quid ait C „Moyſes? *In principio fecit Deus cœlum, & „terram*: fecit quod non erat. Si igitur * „fecit quod non erat, ante quid erat? „*In principio erat Verbum*. Et unde cœlum, & „terra? *Omnia per ipſum facta ſunt*.„ Hæc Auguſtinus. Quotiens jam Auguſtinus expreſſit logicam fidei? Ubi caute progrediens, ſemper cum determinatione ſancti Joannis affirmat omnia prius in arte, quam eſſent, & condita forent, dicens primo: *in Verbo ipſius erat, quod factum eſt*. Et non minus ſtatim ſubdit: *fecit quod non erat*, quaſi diceret: non ideo ſimpliciter erat, quia ibi erat; ſed ut eſſent in opere, fiebant. D *Unde* (inquit) *Cœlum, & terra?* quia *omnia per ipſum facta ſunt*. Neque igitur Cœlum, neque terra, priuſquam per ipſum, facta ſunt. Ubi etiam notari poſſet, quomodo, Wicleffo invito, concedit Auguſtinus propoſitiones converſas, ſicut & directas, dicens: *in Verbo ipſius erat, quod factum eſt*: & iterum, *apud Dei Verbum erant omnia, quæ condita ſunt*.

Vana gloſſa, dicens, quod creatura non ſit Deo coæterna coæternitate improductionis. — Eſſe creaturæ in eſſe cognito non eſt eſſe Dei. — * *al.* omne. — Auguſtinus *To.* 3. *pag.* 553. — * *al.* ars tamen manet. — *Pſal.* 103. 24 — *Gen.* 1. 1. — * *Manuſ.* ergo. — *Joan.* 1. 1.

7. Cætera autem dicta logice tangi poſſent: quare ſcilicet in hoc dicto, *creatura eſt æterna*, vel *Deus*, limitatur ſubjectum ad eſſe intelligibile; & non ibi, *Pater eſt æternus*, vel *Deus*, cum prædicatum, permittens ſic ſubjectum, eſt E idem? Quare etiam non bene conceſſerunt Manichæi, quod lapis vita erat, cum hoc ipſum Wicleviſtæ concedant? Et quare prædicatum non permittit ſubjectum ad logicam Wicleffi in ore * Manichæi, ſicut in ore * Wicleviſtæ? Et qua fronte auſus eſt Auguſtinus ſic contra Wicleviſtas, & ſocios eorum Manichæos, quod lapis vita eſt, dicere *inhoneſtum* * & *ſordidum*? Et quare non conceditur Deum eſſe creaturam, ſicut conceditur animal eſſe hominem, prædicatione ſcilicet vera, quamvis non formali? Et multa talia relinquo Clero fideli, qui forſan Danielis ſpiritu ſuſcitatus, ſequenti tempore ad li- F berationem caſtæ, & inviolatæ Suſannæ, ſubtiliſſimas faciet invectivas, quas ego, quaſi vir videns paupertatem meam, vel laſſus, vel neſcius, a tergo dimitto; hoc ſolum ſubjiciens, quo pro lege locutionis eſt utendum in aſſertione omnium præmiſſorum, nunquam ſcilicet abſolute, & ſimpliciter dicendum eſt, omnia eſſe vi-

Variæ moventur quæſtiones, quibus magis implicantur Wicleviſtæ. — * *al.* more. — * *al.* more. — * *Vide ſupra cap.* 1. *num.* 6. — *Dan.* 13. 45. — *Thren.* 3. 1. — Regula locutionis ad cavendum Wicleviſtarum errorem.

vitam æternam, vel vivere; ſed cum determinatione bene poſſumus & hæc dicere, & convertere prædicata, dicendo: *omnia vivunt in Deo, & ſunt æterna in illo*. Et iterum: *in Deo vivunt omnes creaturæ, & in ejus arte ſunt æternæ*. Iſta igitur logica multo eſt tutior, & multo verior; tanto ſcilicet verior & tutior, quanto ad Evangeliſtæ Joannis intentionem propinquior. Unde Auguſtinus plane hoc dicit, ipſum ſcilicet textum Sancti Joannis monere nos, ne tales unquam propoſitiones formemus. Unde v. *ſuper Geneſim ad lit.* capit. xv AUGUSTINUS. „ Sic (inquit) hoc legamus, & intelligamus, „ quod factum eſt, *in illo* vita *eſt*. Monet* iſta „ ſententia, ut id, quod per ipſum factum eſt, „ vita eſſe in ipſo illo intelligatur. In qua vi„ta vidit omnia quando fecit; & ſicut vidit „ ea, ita fecit; non præter ſe ipſum videns, „ ſed in ſe ipſo ita enumeravit omnia, quæ fe„cit. „ Hæc Auguſtinus.

Auguſtinus To. 3. pag. 192.

* Maur. manet.

8. Quod ſi dicat Wicleviſta aliquis Auguſtinum hic dicere, quod illa determinatio intelligatur ſolum: obviat Auguſtinus eodem ſuperiori capitulo, paulo ante, ubi dicit abſurde dici talia ſine determinatione, eo quod tunc ſtatim intelligitur de re in proprio genere. AUGUSTINUS. Cum (inquit) abſurde dicatur omnia „ vivere, quanto abſurdius, ut etiam vita ſint; „ præſertim quia diſtinguit de quali vita loqua„tur, cum addit, *& vita erat lux hominum?* „ Sic igitur diſtinguendum, ut cum dixerimus, „ *Quod factum eſt*, deinde inferamus, *in illo* „ *vita eſt:* non in ſe ſcilicet, hoc eſt in ſua na„tura, qua factum eſt, ut conditio, creatura„que eſſet*: ſed *in illo vita eſt*, quia omnia, „ quæ per ipſum facta ſunt, noverat antequam „ fierent. „ Hæc Auguſtinus. Nemo igitur temerarie omittat determinatum modum loquendi Scripturæ, quem non ſine grandi myſterio etiam inter alia verba poſuit Sanctus Joannes: qui ſi neceſſarius fuit alumno Chriſti Joanni, cum illi Spiritus Sanctus dictaverat Scripturam; quanto magis nobis inſciis; maxime cum, ſi ille tollatur, nihil inter nos diſtat (ſecundum Auguſtinum,) & ſordidos Manichæos*? Ibi etiam videre potes vitam in propoſitione converſa, jam ſubjectum eſſe, quæ in propoſitione directa fuerat prædicatum. *Diſtinguit* (inquit) *de quali vita loquatur*, (ſupple Sanctus Joannes) *dicens*, quod factum eſt, in illo vita erat, *cum addit*, & vita erat lux hominum. Covertit igitur propoſitionem Sanctus Joannes, quam Wicleffus logica ſua non poteſt convertere.

Auguſtinus To. 3. cap. 14. pag. 191.

* Maur. ſit.

Exprimi debet determinatus modus loquendi S. Scripturæ.

* Vide ſupra cap. 2. num. 6.

Joan. 1. 3. 4.

CAPUT III.

Quomodo Eccleſia reſpondeat inſtantiis hujus hæretici*.

* Wicleffi.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Wicleffus a ratione, & ab authoritate arma deſumit.*
2. *Ad primum argumentum ex Auguſtini authoritate deductum reſpondetur, & oſtenditur quod ipſe horret dicere creaturas æternaliter fuiſſe.*
3. *Ad ſecundum argumentum ex ratione deductum reſpondetur, quod intelligibilitas non eſt ens per ſe, ſed eſt ſimpliciter paſſio entis.*
4. *Ad tertium argumentum reſpondetur, & docetur qualiter creaturæ habeant vere eſſe diminutum in Deo.*
5. *Oſtenditur quomodo creatura intelligatur ſimpliciter perfectior in genere proprio, quam in Deo.*

A 1. HIs itaque diſcuſſis, quæ opinionis tangunt ſubſtantiam, ad ejus munimina transeamus, ne hoc ſolum ſufficere videatur Eccleſiæ, quod adoleſcens David Goliam in funda proſternat, niſi & univerſa ejus arma auferat, in quibus confidebat: & inſuper quandoque, cum oportunitas fuerit, caput ejus amputet proprio pugione*. Arma ejus hinc a ratione hinc ab authoritate vibrantur.

1. Reg. 17. 50.

* al. gladio

2. *Ad primum argumentum*. Rationes ejus, quia verba ſunt, ſufficiet ſi verbis verba compeſcam: authoritates vero, quia * vim paſſæ, ad ſtatum liberum repedabunt. „ Auguſti-
B „nus (inquit WICLEFFUS) dicit de creaturis „ in eſſe cognito, quod erant, & non erant „ creaturæ: ergo ſimpliciter æternaliter erant. „ Et ego cum Eccleſia Dei, quod pro argumento adduxiſti, ſic redarguo: Auguſtinus dicit de creaturis in eſſe cognito, *erant, & non erant creaturæ*, ergo ſimpliciter æternaliter non erant. Aut dicas tu, quomodo licet tibi arguere, quod intendis per partem affirmativam; & mihi non licebit arguere, quod ponit Eccleſia per partem negativam? Sed notetur, quomodo hoc dictum Auguſtini, quamvis modum loquendi ſapiat peregrinum, a recta tamen logica non recedit.
C Propoſitiones enim hujuſmodi apparenter oppoſitæ; copulatim ſunt veræ, quæ, ſi disjungantur, ſunt falſæ. Sic enim ſophiſtæ concedunt tunicam ex una medietate albam, ex alia nigram, eſſe albam & non albam; & hominem eſſe in aqua & non in aqua, ſi habeat unum pedem in terra ſolida, & alterum in aqua: & aliquem ſcire grammaticam, & non ſcire grammaticam, ſi eam non niſi ex modica parte ſciat. Et ſic etiam Auguſtinus dicit *de Trinitate*, cap. *de Chriſto*, quod videbatur, & non videbatur (*a*). Sed quis logicus concedit partem utramque per ſe ſimpliciter, quod hæc
D tunica eſt ſimpliciter alba; vel iſte eſt ſimpliciter grammaticus; vel quod iſta cythara eſt facta ante completam artem? Sic nec Auguſtinus concedit alicubi creaturam quamlibet eſſe vitam, vel vivere: immo deteſtatur, immo fugit illam dictionem, vocans *horridam*, *ſordidam*, *inhoneſtam*; & ſine ulla gloſſa, *de ſecta ſordida Manichæi:* quia ſtatim (inquit) ut abſolute ponitur, dat intelligere creaturam in proprio genere, eo ſcilicet, quod determinatione caret Sancti Joannis. Sed quia negativa ſibi conjuncta temperat ejus intellectum, ne videretur ſic accipi, idcirco negativa ſupplet locum
E determinationis Scripturæ: & tunc* conceditur, verbi gratia, *iſta arca vivit & non vivit; eſt Deus & non Deus; æterna & non æterna*, æterna, Deus, & vita, ſecundum eſſe intelligibile; nec æterna, nec Deus, nec vita, in propria exiſtentia; ſicut hæc tunica eſt alba ſecundum unam partem, non alba ſecundum alteram: & hæc cythara eſt facta quantum ad arcum, non facta quantum ad utrem. Sic enim per omnia exponit quod dixit v. *ſuper gen. ad lit.* cap. XVIII. AUGUSTINUS. Hæc igitur, an-
F „tequam fierent, utique non erant; quomodo „ igitur * Deo nota erant, quæ non erant? Et „ rurſus: quomodo ea faceret, quæ ſibi nota non „ erant? Non enim quidquam fecit ignorans. „ Nota

*Ed. V. quaſi Authoritates vim paſſæ penes Wicleffum

Auguſtinus 5. ſuper Gen. ad lit. cap. 18.

Ex Auguſtino licet arguere quod creaturæ æternaliter non erant.

Auguſtinus Lib. 2. de Trinit. num. 28. a

Vide ſupra cap. 2. num. 6.

* al. ſic.

Auguſtinus To. 3. pag. 192.

* Maur. ergo.

(*a*) Forte legendum, *videbitur, & non videbitur*.

**Maur. proindeque.*

„ Nota igitur fecit, non facta cognovit. Proinde * antequam fierent, & erant, & non „ erant: erant in Dei ſcientia, & non erant „ in ſua natura. „ Hæc Auguſtinus. Ubi patenter Auguſtinus dedit Logicam ſanam Eccleſiæ, quando utraſque propoſitiones copulando conceſſit. Affirmativam autem non ſine negativa; A negativam vero ſine affirmativa palam affirmat. Nuſquam dicit, quod creaturæ antequam fierent *erant*, niſi addat, quod *non erant*; vel æquivalenter. Conceſſit autem quod *non erant*, ſine additione quacumque: hæc (inquit) *antequam fierent, utique non erant*. Simpliciter ergo creatura nulla eſt ante exiſtentiam proprii generis, quamquam eſſe habeat ſui diminutum vel in Deo, vel in cauſis ſecundis.

Ad ſecundum argumentum.

3. Secundo reſiſtens addit Wicleffus: „ *Intelligibilitas* eſt paſſio entis, ſicut *riſibile* hominis: „ ſicut ergo omne *riſibile* homo eſt; & econtra, „ ſicut riſibile hominis intelligibile eſt ens, ita *omne intelligibile eſt ens*. „ Poteſt eſſe, quod iſte non recolit quod alibi dixit *, ſpiritum ſcilicet hominis immortalem, eſſe complete, & per ſe hominem. Nam ſi omne riſibile ſit homo, & econtra; ſpiritus ille erit riſibilis, quia eſt complete, & per ſe homo. Quod ſi non ſit riſibilis, non eſt verum, quod dixeris, eſſe ſpiritum per ſe hominem. Verumtamen ad rem facilis adeſt ſolutio, quod intelligibilitas non eſt paſſio entis ſimpliciter: ſed ut in intellectu natum eſt eſſe, ut ſic paſſio diminuta, & incompleta, ſubjecto reſpondeat incompleto.

** Vide infra art. 2. cap. 3.*

Intelligibilitas non eſt paſſio entis ſimpliciter.

Ad tertium argumentum.

4. Tertio reſiſtens arguit, quod dixerim creaturas habere in Deo *eſſe diminutum* & *ſecundum quid*, quia ibi habent eſſe veriſſimum, ubi immutabiliter, & invariabiliter habent eſſe, ſecundum Auguſtinum, & Anſelmum; quomodo non igitur eſſe ſimpliciter optimum? Hic reſpondet Eccleſia, alium eſſe conceptum creaturæ in Deo, & alium Dei: alias enim idem eſſet omnino dicere: *quod factum eſt, in ipſo vita erat*, & *ipſa vita erat*. Ipſum igitur eſſe creaturæ in Verbo, quantum ejus, eſt eſſe diminutum, comparatum ad eſſe, quod finaliter primus Artifex intendit inducere: nam & hoc eſt de infirmitate creatæ naturæ, ut procedat continue, & primordialiter de imperfecto ad perfectum. Aliter enim ars divina eſſet obliqua, ſi produceret a perfecto ad imperfectius ſuum effectum. Et Scriptura dicit in fine creationis primæ entium: *igitur perfecti ſunt cœli, & terra, & omnis ornatus eorum*. Et Auguſtinus dicit, quod ideo in numero ſenario perfecti ſunt: qui numerus eſt perfectus, IV. *ſuper Geneſim ad literam capitulo* VII. AUGUSTINUS. Quamobrem non poſſumus dicere, propterea ſenarium numerum „ eſſe perfectum, quia ſex diebus perfecit Deus „ omnia opera ſua: ſed propterea Deum ſex diebus perfeciſſe opera ſua, quia ſenarius numerus perfectus eſt. Ita * etiamſi iſta non eſſent, „ perfectus ille eſſet: niſi autem ille perfectus „ eſſet, iſta, ſecundum eum, perfecta non fierent. „ Hæc Auguſtinus. *Et capitulo* XX. " A „ perfectis requieſcit, qui nec perfectis eget, „ quo beatior eſſe poſſit. „

Quomodo creaturæ in Deo habeant eſſe diminutum.

Natura procedit de imperfecto ad perfectum.

Gen. 2. 1.

Auguſtinus To. 3. lib. 4. cap. 7. pag. 165.

Quare ſex diebus Deus perfecerit omnia.

**Maur. Itaque*

Auguſtinus To. 3. lib. 4. ſup. Gen. cap. 17. pag. 170.

5. Cum igitur dicitur *creatura eſt æternaliter vita in Deo*, video quid dicat mihi creatura in ſubjecto ex parte una: quid etiam dicat objective in prædicato. Subjective dicit quid producibile ad extra in eſſe perfectum, ſecundum genus ſuum: objective in prædicato dicit mihi eſſe ejus participatum, ſecundum quod unit ſe vitæ artificis. Subjective igitur puto eſſe creaturam in eſſe diminuto: objective, & ſecundum reſplendentiam ejus in primo ſpeculo, eſt quod eſt. Unde Scriptura ſic appellat Dei Verbum: *candor enim eſt* (inquit) *lucis æternæ*, *& ſpeculum ſine macula*. Unde ſi ſpeculum materiale ſervaret ſpeciem Idoli in abſentia rei viſæ, tunc res diuturnius, viſibilius, immortalius, & a peregrinis impreſſionibus multo remotius eſſet in ſpeculo, quam in genere proprio. Quis tamen dubitet ſimpliciter perfectius in genere ſuo eſſe, quam in ſpeculo? Et ut rem in eſſe tali idemptico apte demonſtrem; panis habet eſſe vivum, & participativum hominis ſecundum carnem, quando in naturam carnis B vivæ congrua digeſtione transfertur: tamen melius eſſe panis habet in genere proprio. Sic vinum habet melius eſſe in homine, ſed melius eſſe vinum in ſuo genere. Equiformiter homo habet altius eſſe, & verius eſſe in Deo, quam in genere proprio: verius tamen, & quanto verius (*a*), tanto melius eſſe hominis in genere proprio (*b*), quam habet in Deo. Prima veritas eſt non ipſius ſubjecti, ſed ſubjecti in prædicato; & per hoc veritas objectivæ reſplendentiæ. Secunda veritas eſt ipſius ſubjecti in ſe ipſo; & per hoc veritas ſimplicis exiſtentiæ. Sic enim Auguſtinus comparat rem factibilem non C tantum ad Deum, ſed ad eſſe reſplendens in mente cujuſque Artificis. *Domus* (inquit), *quam ædificat ſtructor, prius in arte erat, & ibi melius, ubi ſine vetuſtate, ſine ruina*; cum tamen ibi ſubjective ſit accidens abſolutum, in ſe ipſo ſubſtantia: *ita* (inquit) *apud Dei verbum erant omnia, quæ condita ſunt, perfecta*; puta, objective, perfectione ejus, in cujus mente fulgebant iſta: ipſa tamen creatura ſimpliciter erat imperfecta, ut ſic creſceret, non autem eſſet nata perfecta. Unde prima parte *Sacramentorum* de natura loquens Angelica, HUGO. Non mirabi- D „ le eſt (inquit) neque in quæſtionem adducendum, quare non fuerunt perfecti Angeli „ conditi: quia in prima perfectione communi * creati ſunt, & ad ſecundam ſub tertia „ venturi: quoniam ſicut non poſſunt ad tertiam pertingere, ſic neque a ſecunda incipere debuerunt. Alioquin proficiendi locum aditumque invenire non valuiſſent eundi in „ melius, niſi reliquum fuiſſet poſt prima dona naturæ, quo creſcere potuiſſent, vel deficere. „ Hæc ille. E

Sap. 7. 26.

Auguſtinus To. 3. pag. 553.

Hugo de S. Vict. To. 3. cap. 17. pag. 525.

Quare Angeli non ſunt perfecti conditi.

** Cod. Vat. omittit communi: ſicut etiam exemplar Rothomagen.*

Thom. Wald. Tom. I. D C A-

(*a*) *Verius* veritate prædicationis logicæ, ut infra explicat Doctor.

(*b*) Hanc eamdem quæſtionem inſtituit *Xantes Mariales* Ord. Prædicator. in ſua præclara Divi Thomæ Interpretum Bibliotheca To. 1. q. 4. art. 2. controver. 23. cap. 2. ubi ad mentem Angelici Doctoris ſic diſſerit: " Effectus habet nobiliorem modum eſſendi in „ cauſa æquivoca (ſcilicet in Deo) nempe ſpiritualem, quam in ſe „ ipſo. Cæterum verius eſt in ſe ipſo veritate ſuæ ſpeciei, quam in „ cauſa. In ſe ipſo enim denominatur formaliter talis, in cauſa non „ item. Calor E. Gr. productus a ſole, in aere eſt formaliter calor, „ redditque aerem formaliter calidum; in Sole neutrum habet. „

CAPUT IV.

Quomodo dicat Apoſtolus Deum eſſe omnia in omnibus: & de grammatica Wicleffi in hac parte (*a*).

SYNOPSIS.

1. *Quomodo Wicleffus divi Pauli verba* Deus eſt omnia in omnibus, *ad ſua*, *rationes ideales accomodaverit*.
2. *Quam impie verba illa expoſuerit*, *Sanctorum Patrum teſtimoniis oſtenditur*.
3. *Altera Wicleviſtarum grammaticalis ſpeculatio pro defenſione rationum idealium*.
4. *Diluitur hujuſmodi ſpeculatio authoritate Sancti Auguſtini*.
5. *Wicleffus non vult ab aſſeclis ſuis prædicari*, *quod quælibet creatura eſt Deus*.
6. *Ex hoc convincitur falſo ipſum jactaſſe*, *quod rationes ſuæ ideales ſunt Auguſtino*, & *Scripturæ conformes*.

1. QUarto reſiſtit iſte pro ſecunda parte logicæ introductæ, ſcilicet, qualiter ſunt converſiones in hac materia tolerandæ. Dicit enim ſic cap. II. *de ideis* WICLEFFUS. Cum „ dico *omnis creatura eſt Deus*, ſupponit ſubjectum pro eſſe intelligibili creaturæ. Sed ſic „ dicto, *Deus eſt creatura*, ſupponit ſubjectum „ pro exiſtentia creaturæ in proprio genere. „ Unde ſic converto iſtam propoſitionem: „ *omnis creatura eſt Deus*: *Deus eſt quælibet* „ *creatura in eſſe intelligibili*. Et iſtam conver- „ ſionem videtur Apoſtolus docere nos 1. Cor. „ V. ubi non dicit abſolute, quod Deus eſt omnia: „ ſed cum additamento, *Deus eſt omnia in o-* „ *mnibus*; ac ſi diceret: Deus eſt omnes ra- „ tiones ideales in omnibus creaturis. „ Hæc Wicleffus.

Wicleffus.

2. Peſſimus commentator Scripturæ Apoſtolicæ, qui ſimul & ſemel pervertit ſenſum, & corrumpit textum. Sic enim habet textus Apoſtoli: *cum ſubjecta illi fuerint omnia*, *tunc ipſe Filius ſubjectus erit illi*, *qui ſibi ſubjecit omnia*, *ut ſit Deus omnia in omnibus*. Loquitur iſta de ſtatu finali poſt reſurrectionem, & non de ſtatu præſentis Eccleſiæ. Et Hieronymus in *annotationibus* ſuper eodem loco, *ut ſit Deus omnia in omnibus*, HIERONYMUS. Tunc (inquit) om- „ nia in omnibus erit, cum, evacuata morte, „ & omni malitia, vel errore deſtructo, ſolus „ regnabit in cunctis. „ Hæc ille. Quid hoc jam pertinet ad ideas? An expectaturus eſt Deus reſurrectionem finalem, ut tunc primo ſit Deus omnes rationes ideales in omnibus creaturis? O quam pueriliter eſt hoc fundamentum Scripturæ ad converſiones Wicleviſticas & præſumptum & extortum! Quis unquam doctus interpres, ante iſtum, ibi nidum reperit idearum? Quis ſic futurum in præſens, conjunctivum in indicativum, Scripturam Pauli in ſcripturam hæretici transformavit impune? Et qua vi, rogo, qua logica limitat hoc prædicatum *omnia* ad rationes ideales, ſi addatur *ineſt omnibus*? Et nonne eſſentia divina, nonne Pater eſt unus de omnibus, & nulla eſt eis ratio idealis? Et ſi Deus eſt omnes rationes ideales omnium rerum, quia Paulus dixit futurum, cum Deus *ſit omnia in omnibus*; quare non fuit Paulus omnes rationes ideales omnium rerum, quando dixit de ſe ipſo, *omnibus omnia factus ſum?* quare ſcilicet non

1. Cor. 15. 28. Deus erit omnia in omnibus in ſtatu finali poſt reſurrectionem.

* Hieronymus To. 11. pag. 545.

1. Cor. 9. 22.

A limitat *in omnibus* eſſe intelligibile hic, ſicut alibi? Beatus igitur Auguſtinus, rectius intelligens dictum Apoſtoli lib. LXXXIII. *quæſtionum*, quæſt. LXIX. dicit hoc dici de Chriſto ſecundum rationem finis; ita ut omnia in omnibus electis ordinabuntur in eum finaliter. AUGUSTINUS. „ Deus autem omnia in omnibus dicitur, ut ne- „ mo eorum, qui ei cohærent, amet adverſus „ eum ſuam propriam voluntatem; manifeſtum- „ que ſit omnibus, quod idem Apoſtolus alio loco dicit, *quid autem habes*, *quod non accepiſti?* Et lib. XI. *de Trinitate* HILARIUS. Subjectionis „ cauſa non alia eſt, niſi * ut ſit Deus omnia

Chriſtus omnia in omnibus ſecundum rationem finis.

Auguſtinus To. 6. pag. 58.

1. Cor. 4. 7.

Hilarius To. 2. pag. 392. num. 26.

* M. quam num. 28.

B „ in omnibus. Finis itaque eſt eſſe Deum o- „ mnia in omnibus -- Et infra -- Tendunt enim „ ad finem omnia, non ut non ſint; ſed ut „ in eo, ad quod tetenderint, maneant, & pro- „ pter finem omnia. Sed cum finis omnia ſit, „ manens ipſe ſibi totus eſt. „ Hæc ille. Et ideo Auguſtinus *de verbis Domini* ſermone LV. exponit, quod conformiter e regione Deus erit eis omne bonum, quod poteſt ab hominibus concupiſci. AUGUSTINUS. Erit (inquit) Deus „ tunc omnia in omnibus: nec erit ulla infe- „ licitas, quæ nos exerceat, ſed felicitas ſola, „ quæ paſcat. Ipſe autem Paſtor noſter, Deus

* al. ipſi

Auguſtinus To. 5. pag. 322. Deus omnia in omnibus, quia erit eis omne bonum.

C „ noſter; ipſe opus noſtrum Deus noſter; „ honor noſter, Deus noſter; divitiæ noſtræ, „ Deus noſter. Quæcumque hic varia quæris, „ ipſe tibi unus omnia erit. „ Hæc ille. Quod idem adhuc amplius exponens XXII. *de Civitate Dei*, cap. XXX. AUGUSTINUS. Quanta erit „ (inquit) illa felicitas, ubi nullum erit ma- „ lum, nullum latebit bonum: vacabitur Dei „ laudibus; qui erit omnia in omnibus? -- Et „ ſequitur infra -- Quid eſt enim aliud, quod „ Propheta dixit: (*b*) *Ego ero illorum Dominus*, „ & *ipſi erunt mihi plebs*; (*c*) niſi, ego ero „ unde ſatientur: ego ero quæcumque ab om-

Auguſtinus To. 7. pag. 699.

b Jerem. 31. 33. c

D „ nibus recte deſiderantur; & vita, & ſalus, „ & victus, & copia, & gloria, & honor, & „ pax, & omnia bona? Sic enim & illud recte intelligitur, quod ait Apoſtolus, *ut ſit* „ *Deus omnia in omnibus*. Ipſe enim finis erit „ deſideriorum noſtrorum, qui ſine fine vide- „ bitur, ſine faſtidio amabitur, ſine fatigatio- „ ne laudabitur. Hoc munus, hic affectus, hic „ actus profecto * erit omnibus, ſicut ipſa vi- „ ta æterna, communis. „ Hæc Auguſtinus. Longe igitur eſt textus Apoſtoli ab expoſitione Wicleffi noſtri, qui hoc exponit de Deo in ratione *principii*, quod dixit Apoſtolus *de Deo* in

1. Cor. 15. 12. 8.

* al. perfectus

E ratione *finis*. Et quamvis idem Deus noſter ſit *principium* & *finis*; non inde tamen eſt *finis*, unde *principium*: ſed aliunde *finis*, & aliunde *principium*. Concernunt enim rationes ideales rationem *principii*: rationes vero ſatiantes affectum, rationem *finis*. Secundum ergo hunc modum loquendi, dictum eſt Manna, quod cœlitus dabatur filiis Iſrael in deſerto, habere omne

Apoc. 22. 13. Deus non inde eſt finis, unde eſt principium.

Quomodo Manna haberet omne delectamentum in ſe.

(*a*) Præſtantiſſimus Doctor duo in hoc Capite aggreditur diſputanda, valde quidem ſubtilia, ſed non minus contra Wicleffum utilia. Primum eſt *de rationibus idealibus* ipſius Wicleffi: ſecundum de terminorum involucris, quibus commentitiæ illæ *ideæ* tum tradebantur, & explicabantur. Igitur cum hæreticus, ſemel poſito quod *creatura eſt Deus*, urgeretur ad concedendam propoſitionem converſam *Deus eſt creatura*; in ideis ſuis ſibi ſtatuit effugium & dixit, quod *Deus eſt Creatura*: quia Deus eſt ratio idealis omnis creaturæ, dicente Apoſtolo, *Deus eſt omnia in omnibus*, 1. cor. 15. 28. At inſurgit *Waldenſis* noſter, & Sanctorum Patrum teſtimoniis diſertiſſime evincit, quod citata verba Apoſtoli longe diverſum a Wicleviſtico ſenſum reddunt. Sic eliminatis a Scriptura chimæricis illis ideis, pergit ad aliud exſufflandum figmentum. Scripſit enim Wicleffus quod Deus eſt ratio idealis creaturæ, & per hoc creatura; non quidem *per eſſentiam* quæ cadit ſub nomine creaturæ, ſed per *ſubſtantiam*, quæ venit ſub *pronomine* creaturæ ejuſdem. Hæc tam ludicra commenta cum riſu excipit Doctor, & pluribus deductis abſurdis, validiſſime refellit.

(*b*) Maurini habent, *Quod per Prophetam dixit*, & ſimiliter Veneta Editio: ſed MSS. Codd. *Quod Propheta dixit*.

(*c*) Vulg. *Ero eis in Deum*, & *ipſi erunt mihi in populum*.

Sap. 16. 20. *mne delectamentum in ſe, & omnem ſaporem ſuavitatis:* non quod rationes ideales contineret omnis delectamenti cibaticii; ſed quia ſufficienter, & ad æqualitatem ſupplevit locum omnis ſaporis ſuavis, tali, vel tali competentis edulio. Et ſic etiam in Scriptura *, Helcana fuit melior Annæ, quam decem filii: quia ſcilicet potuit ei ſupplere omne bonum, quod ex decem filiis poſſet illi contingere. Multo magis hæc omnia nobis Deus ſupplere poteſt, quæ nobis deſiderare licitum eſt. Unde ſecundum hunc modum loquens de Deo *ſuper Joan.* Homil. XIII. AUGUSTINUS. Totum (inquit) tibi „ fit Deus, quia horum quæ diligis, totum tibi eſt. Si viſibilia attendas *, nec panis eſt „ Deus, nec aqua eſt Deus, nec lux iſta eſt „ Deus, nec veſtis eſt Deus, nec domus eſt „ Deus: omnia enim hæc viſibilia ſunt, & „ ſingula ſunt. Quod eſt panis, non hoc eſt „ aqua; & quod eſt veſtis, non hoc eſt domus; & quod ipſa ſunt, non hoc eſt Deus: „ viſibilia enim ſunt. DEUS TIBI TOTUM EST: „ ſi eſuris, panis tibi eſt: ſi ſitis, aqua tibi „ eſt: ſi in tenebris es, lumen tibi eſt, quia „ incorruptibilis manet: ſi nudus es, immortalitatis veſtis tibi eſt, cum corruptibile hoc „ induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. „ Hæc Auguſtinus ibidem. Iſte igitur modus eſſendi Deo totum, vel omnia, ſatis æquivocus eſt ad ideas: magis autem eſt modus virtualis eminentiæ, vel æquivalentis ſupplementi. Ideo libro XI. *de Trinitate*, HILARIUS. Per id enim (inquit) erit omnia in omnibus Deus, quia ſecundum diſpenſationem ex Deo & homine hominum „ Deique mediator, habens in ſe diſpenſationem quod carnis eſt, adeptus eſt in omnibus ex ſubjectione quod Dei eſt, ne ex parte Deus ſit; ſed Deus totus. Non alia itaque ſubjectionis cauſa eſt, quam ut ſit Deus „ omnia in omnibus: eſſe autem Deo omnia „ in omnibus, Sacramentum eſt, non neceſſitas — Et in eodem infra — Quia cum Deus „ eſſe omnia in omnibus poteſt *, ſacramentum diſpenſationis oſtenditur. Noſtra itaque „ hæc lucra ſunt, & noſtri profectus, nos ſcilicet conformes efficiendi gloriæ corporis „ Dei. „ Hæc ille. Non dicit, quod ſunt noſtri profectus eſſendi vita prima, vel Verbum Dei: ſic enim eſſe Deum omnia in omnibus eſt tam neceſſitas, quam ſit ſacramentum. Et Ambroſius *ſuper Lucam* libro ultimo cap. VIII. dicit, hoc modo eſſe Chriſtum omnia, quia ſcilicet, pacificavit omnia: *Chriſtus* (inquit) *omnia, & in Chriſto omnia*. Alia quidem motiva (ſi tamen quem peritum movere poſſunt); quæ jam ipſe ſuperſtes expreſſit venerandus ſenex *Frater Joannes* (*a*) contemporaneus ejus, ſubtili ſtylo, & plano, ſic cuncta reſolvit, ut non amplius neceſſe habeat Pilatus interrogare, *quid eſt veritas?*

Marginal notes: * *Ed. V.* ut ait Scriptura. — 1. *Reg.* 1. 8. — Auguſtinus *To.* 3. *pag.* 393. — * *Morr.* attendis. — 1. *Cor.* 15. 54. — Hilarius *To.* 2. *n.* 40. *pag.* 399. — *N.* 49. *pag.* 406. — * *M.* poſt — Ambroſius *Lib.* 10. *num.* 126. *pag.* 1531. — a — *Joan.* 18. 38.

3. Sed adhuc reſtat de præfata logica * non parvum myſterium (*b*): quibus ſcilicet terminorum pannis poſſit involvi? & in ſingulis partibus orationis, exceptis ſanctis pronominibus, invenit nocumentum. *Primo Trial.* cap. IX. WICLEFFUS. Pronomina (inquit) ſignificant ſubſtantiam meram, ideſt, divinam eſſentiam (*c*): „ nomina autem ſignificant ſubſtantiam * cum „ qualitate, hoc eſt, ſupra divinam eſſentiam,

Marginal notes: * *De logica* ſupple, *rationum idealium*. — b — Wicleffus *Cap.* 8. — c — * *Ex. Pragen.* ſubſtantiam meram.

„ vel eſſe intelligibile creaturæ, addunt qualita- „ tem, in qua res talis producitur in eſſe exi- „ ſtere. „

4. Sed dicat Grammaticus, quam qualitatem addit nomen ſuper eſſentiam? Qualitas enim nominis, ſecundum priores Grammaticos, longe æquivocat a qualitate logica, vel metaphyſica: quia qualitas nominis per appellativum partitur, & proprium: *eſt quid* (inquit) A *partitum per appellativum, & proprium*. Et quid hoc facit ad rem in eſſe intelligibili, vel eſſe exiſtentiæ? Aut numquid *Thomas* habet eſſe intelligibile in Deo, & non Thomas *homo*, ſicut & *ille* homo? Aut Deus intelligit *iſtum*, ſed non *hominem?* Volebat forſan iſte Grammaticus dixiſſe accidens, quando dixit qualitatem; cum tamen qualitas nominis inter accidentia nominis teneat tantummodo locum ſextum? Quod ſi ipſe non tacuerit; dicat, ſi non accidentia pronominis (quæ etiam pronomen habent commune cum nomine) magis limitent ad eſſe exiſtere, quam qualitas nominis; verbi B gratia: genus maſculinum, vel fœmininum, quæ ſunt etiam accidentia phyſica; caſus rectus, vel obliquus; numerus quoque pluralis, vel ſingularis, & diſtantia perſonalis? Quod ſi liceat, interrogo ego Grammaticum, quæ pars terra? Quæ pars cœlum? Quæ pars arca? Quod ſi non neget eſſe nomina, quare voluit Auguſtinus in his nominibus rationes rerum ideales tradere *homilia* illa prædicta *ſuper Joannem? Cœlum vides? eſt in arte cœlum. Terram vides? eſt in arte terra*. Et inducto pronomine, negat eas vivere vita ideali: *omnia* (inquit) *hæc quæ fiunt per ipſam artem, non continuo vita ſunt*. Hæc C ille. Melior nonne Grammaticus Auguſtinus, quam Wicleffus, qui in nominibus loquitur eſſentiam creaturæ ſine qualitate exiſtentiæ; & in pronominibus, quæ ſignificant mere divinam eſſentiam; ſecundum iſtam, eſſentiam creatam pronunciat ſub velamentis exiſtentiæ in genere proprio? Sed o pauperem Theologiam, quæ tam anguſtam habet logicam, ut vix convertat, ſi non pervertat; nec per loca argumentorum pene innumera *, ſyllogiſmis pedem imponat, niſi turpiter paralogizet; & grammaticam induit in tanta penuria, ut inter orationis ſpecies infinitas, non niſi pronomina; & D tamen cum tantum ſint quindecim, non omnia hæc, ſed ſolum quinque demonſtrativa pronomina ſibi velit aſſiſtere, ad vere exprimendum omnes divitias ideales! O igitur ter ſancta, quaterque beata pronomina! quæ, quando evacuata erit tota grammatica (quæ ſola ſignorum eſt ſcientia inſtitutorum ad placitum) quæ æternaliter ideo eſſe non poteſt, quam ſpes Theologica, vel fides Evangelica; ipſa tamen ſola remanebunt in patria. Iſta Deo coæterna pronomina Sanctos quoque contemplantes beatificabunt per omnia ſæcula ſæculorum; ſed non E *amen*. Vere igitur Eccleſia utitur grammatica gratiori, Logica latiori, in Theologia veriſſima Sancti Joannis, & expoſitoris ſui ſplendidi Auguſtini, qui, appoſita Evangelica determinatione, quam diximus *, copioſiſſimos fluvios omnis grammaticæ in uſum ſui ſermonis adſumit *: per omnes ſpecies argumentorum logicalium ſe diffundit: nulli parti orationis parcit, quam ſermonibus ſuis ancillari non cogit: per omnes argumentorum ſedes, converſionum

Marginal notes: Nomen non addit qualitatem logicam vel metaphyſicam ſuper eſſentiam. — Auguſtinus *To.* 3. *tract.* 1. *pag.* 276. — * *al.* univerſa — Sola quinque pronomina apta ſunt ad exprimendas rationes ideales Wicleffi. — Abſurdum maximum ex talibus ideis Wicleffi. — * *cap.* 2. *num.* 8. — * *Cod. Vat.* abſumit

 modos,

(*a*) Ut adhuc viventis modeſtiæ parcat, non exprimit quis ſit ipſe *Frater Joannes*, eſt autem (ut ex Balæo centur. VII. colligitur) *Joannes Morrey* carmelita a Trithemio *Joannes Maronis* dictus: natione Anglus, Patria Eboracenſis, & ſtrenuus contra prædicantem Wicleffum veræ fidei prædicator, & ſcriptor.

(*b*) *Myſterium* dicit per Ironiam, ut vanam arguat hæretici ſubtilitatem.

(*c*) Exemplar Pragenſe addit, *ſecundum rationem, quâ intelligit ſignificatum pronominis, ſive nominis*.

modos, æquivalentiarum articulos, ſine offendiculo paralogiſmi, liberrimo pede tranſcurrit; ita ut omnia verborum folia, Grammaticæ, & Dialecticæ regulæ, ſatis paucæ ſint numero, ad digne pronunciandum rationes ideales, quas fovet ars rerum puerpera in utero Verbi Dei.

5. Et nonne ipſe ſibi ſuſpectus factus eſt, A quia hortabatur auditores ſuos, ne logicam iſtam detegerent apud Vulgum? Unde capite III. *de ideis* WICLEFFUS. Communicando cum plebejo, non eſſet dicendum illi, quod equus ſuus, „ vel alia viliſſima creatura eſſet Deus ſuus: „ quia non concipit, niſi in natura propria. „ Solis igitur Philoſophis, qui, cum aliis authoribus prædictis, aſcenderunt ad ſummum „ gradum ſcholæ prædictæ, eſt ſic loquendum: „ unde nimis nudant ſuam imperitiam, qui „ clamant in populo, quod talis Doctor in „ ſcholis, aut talis Doctor in ſcriptis, concedit, quod quælibet creatura eſt Deus.„ Hæc B ille.

Wicleffus non vult prædicari a ſuis, quod creatura eſt Deus.

6. Sed ex iſtis verbis ſuis plene convinco, quod male, & falſe jactavit hanc eſſe logicam Auguſtini, & Sancti Joannis Evangeliſtæ: quia Beatus Joannes logicam Eccleſiæ ſine nudatione ſuæ imperitiæ clamavit, non tantum apud Athenas (*a*) Philoſophis, ſed etiam indocto populo, ſecundum mandatum Chriſti, dicentis: *ite, prædicate Evangelium omni creaturæ*. Et Beatus Auguſtinus Logicam ſuam, quam huc uſque ſervat Eccleſia, prædicavit indoctæ plebi, homilizando ad populum. Et de Beato Joanne Homil. XXXVI. *ſuper Joannem* dicit, inſerens quod dixit, *omnia per ipſum facta ſunt*, C AUGUSTINUS. Huic (inquit) tantæ ſublimitati „ principii etiam cætera congrua prædicavit, „ & de Domini Divinitate, quomodo nullus „ alius, eſt loquutus. Hoc ructabat quod biberat. Non enim ſine cauſa de illo in ipſo „ iſto Evangelio narratur, quia & in convivio „ ſuper pectus Domini diſcumbebat. De illo „ igitur pectore in ſecreto bibebat: ſed quod „ in ſecreto bibit, in manifeſto eructavit, ut „ perveniat ad omnes gentes, non ſolum Incarnatio Filii Dei, & paſſio, & reſurrectio; „ ſed etiam quod * erat ante incarnationem D „ unicum Verbum Patris.„ Hæc Auguſtinus. Ecce quod Beatus Joannes ructavit logicam ſuam ad omnes gentes, quam in ſecreto potavit. Quare igitur non ita permittit Auditores ſuos Wicleffus logicam *idearum*, quam in ſcholis ſecreto bibunt, in populos eructare; maxime dicente Chriſto ad diſcipulos, *quæ in tenebris dixiſtis, in lumine dicentur: & quod in aure auditis, prædicabitur in tectis?* Vere igitur non eſt iſta logica Sancti Joannis, dicere, quod equus Ruſtici eſſet Deus ſuus, aut alia quælibet viliſſima creatura, ſi non ſit Ruſtico ſic dicenda, ſicut dixit Sanctus Joannes ad populum E Chriſtianum; ſed nec logica Auguſtini eadem ratione.

Falſum eſt, quod rationes ideales Wicleffi in Auguſtino vel in Scriptura fundentur.
a
Marci 16. 15.
Joan. 1. 3.
Auguſtinus To. 3. pag. 543.
Joan. 13. 23.
* M. quid
Luc. 12. 3.

CAPUT V.

Quod Wicleffus in hac materia *de ideis* conſentit Manichæis, & Idololatris.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Pejorem Luciſero ſe oſtendit Wicleffus, cum dicit*, omnis creatura eſt Deus.
2. *Quod ſtante hac Wicleffi ſententia, culpari non poſſunt, qui talpas, ſive veſpertiliones adorant.*
3. *Nec Porphyrius erravit, jactans ſe poſſe fieri Deum, ſi vellet; neque Platonicus ille, qui Scipionem Africanum Deum eſſe commentus eſt, ſi vera hæc ſit Wicleffi doctrina.*
4. *Hæretici reſponſio adducitur, per quam in creatura ſex eſſentiæ gradus notantur.*
5. *Refellitur hujuſmodi reſponſio.*
6. *Oſtenditur, quod Manichæis conſentit Wicleffus.*

1. WIcleffus ait: *Quælibet creatura eſt Deus*(*b*). b Fateor duritiam cordis mei: Thomas ſum; ſi non vidiſſem eum ſic ſcribere, non credidiſſem de eo, quamvis multi Beati, qui non viderunt, & crediderunt. Sed dico cum Dionyſio in conſimili caſu, ſuccenſente adverſus *Demophilum* Monachum in Epiſtola ad eundem, DIONYSIUS. Stupuit Cœlum (inquit) „ & horrui ego, & incredulus ſum mihi ipſi: „ & bene ſcias, niſi tuas nactus eſſem (ſicut „ nollem) litteras: ſi alii quidem de te perſuadere dignarentur, non perſuaſiſſent.„ Hæc ille. *Cœlum*, id eſt, primus Angelus(*c*). c Verum eſt *, ego horrui: ſed numquid Cœlum ſtupuit? Authumo ſic. Primus Angelus exceſſit modum naturæ, quando hujus Sapientiæ æqualitatem appetiit; nec tamen ad identitatem divinæ ſpiravit eſſentiæ: nec omnem creaturam volebat eſſe Deum; ſed ſe tunc in eo tempore digniſſimam creaturam. Wicleffus autem, pro nihilo ducens ſuam vecordiam, non tantum optimam creaturam, ſed & viliſſimam, & quamlibet, dicit Deum.

Joan. 20. 24.
Dionyſius *pag.* 89. *Epiſt.* 8.
* *al.* &
Primus Angelus voluit eſſe ſimilis Deo in ſapientia, non in eſſentia.

2. Et non erit in quo culpentur de cætero, qui talpas adorant (*d*) & veſpertiliones; vel d qui, ſecundum Apoſtolum, *mutant gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, quadrupedum, & ſerpentium*: quorum quodlibet, ſtatuta ſilenter abſtractione de *eſſe intelligibili*, dicetur palam & ſimpliciter eſſe Deum; quamquam ſimpliciter dicat Sanctus Gregorius, quod viſibilia de Deo dicuntur ſecundum figuram, & & nullum eorum ſecundum eſſentiam. XXX. *Moral.* cap. XXV.

Rom. 1. 23.
Viſibilia dici poſſunt de Deo ſecundum figuram, non ſecundum eſſentiam.

3. Quid igitur iſte, niſi Platonem ad tantum laudavit, ut errores ejus laudaret: ſic extulit, ut exceſſerit, ut cum Platonicis, non tantum Platonem, ſed omnem hominem ſtatuat eſſe Deum: & ultra omnes Platoniſtas, quamlibet creaturam? Modicum igitur erravit inter cæteros Platoniſtas Porphyrius, cum dixit ſe poſſe fieri Deum, dicente de eo Beato Gregorio XVIII. *Moral.* cap. XXX. GREGORIUS. Dei ſe ſapientiæ quaſi quoddam topazium de Æthiopia æquare voluit, cum quidam Hæreſiarches * dixit: „ non invideo Chriſto Deo facto. Si volo *, & ipſe

Porphyrius jactabat ſe poſſe fieri Deum.
Gregorius *Lib.* 18. *cap. nunc* 52. *alias* 35. *pag.* 598.
* Porphyrius.
* M. quoniam ſi volo.

(*a*) Forte *apud Epheſum*, ubi Joannes Epiſcopatum primus geſſit.
(*b*) Hunc eumdem errorem a Wicleffo didicit, & poſt eum Genevæ evulgavit *Michael Servetus*, cum reliquis erroribus, qui ab iſto abſurdiſſimo dependent; ita ut Wicleffus redivivus merito dici potuerit.
(*c*) *Cœlum, id eſt, primus Angelus*: non habet Codex Vaticanus hæc verba; & certe non ſunt verba Doctoris noſtri, ſed *Lincolnienſis*, qui ea ſcripſit ad explicationem Dionyſiani textus.
(*d*) Hæc inſania præcipue apud Ægyptios olim invaluit, quorum viliſſima numina recenſent atque irrident Juvenalis *Satyra* 15. & Minutius Fœlix in *Octavio*.

& ipſe poſſum Deus fieri. „ Hæc Gregorius. Aut quid peccavit, rogo, Platonicus ille (*a*), qui Scipionem Africanum aſſeruit eſſe Deum? *Deum* (inquit) *te igitur ſcito eſſe* (*b*). Quod verbum exponens lib. II. MACROBIUS. Africanus (inquit) pene exutus hominem, & defœcata mente jam naturæ ſuæ capax, hic * apertius admonetur, ut Deum ſe eſſe noverit, & * ſit præſentis operis conſummatio, ut animam* non ſolum immortalem, ſed Deum eſſe clareſcat. „ Hæc ille. Iſti Platoniſtæ ſunt domini & condiſcipuli tui, mi Wicleff. Et in quo tranſgrediuntur metas logicæ tuæ, loquentes cum pronominibus tuis, & terminis, ad deſignandum *eſſe intelligibile* rerum aptis? *Ipſe poſſum eſſe Deus*, dixit primus*: *Deum eſſe te ſcito*, dixit ſecundus*. Et numquid recte? numquid catholice? Magnus ille Theologus ſacer Dionyſius in libro ſuo *de myſtica Theologia* cap. IV. de Deo in comparatione ad ſua intrinſeca, negat eum vel habere creaturam intrinſecam ſibi, vel eſſe. DIONYSIUS. Omnium (inquit) cauſa, & ſuper omnia exiſtens; neque impotens eſt ſenſibilibus ſubjecta caſibus; neque in indigentia eſt luminis; neque variationem, aut corruptionem, aut diviſionem, aut privationem, aut fluxum; neque aliquid aliud ſenſibilium habet, neque eſt. „ Hæc Dionyſius.

a De Scipione Africano aſſeritur quod ſit Deus.

b Macrobius *Lib. 2. cap. 12. pag. 153.*

* *al.* hoc

* *Ex Ven.* & hæc.

* *Ex. Ven.* animum.

* *Nempe Porphyrius.*

* M. T. Cicero *volens animam eſſe Deum.*

Deus non eſt creatura, nec habet creaturam intrinſecam ſibi.

Dionyſius *pag. 294.*

4. Reſpondet Wicleffus: verum eſt; non eſt illa ſecundum exiſtentiam in proprio genere; ſed ſecundum *eſſe intelligibile* ſuum. Et cap. III. *de ideis* diſtinguit ſex gradus creatæ eſſentiæ; primo, ut intelligitur ſub conditionibus individualibus; ſecundo, ut conſideratur in figura, & accidentibus propriis; tertio, in rationibus quidditativis; quarto in aſtris, & Orbibus ſupremis; quinto in potentia Intelligentiarum; ſexto in potentia productiva Dei, ut eſt principium productivum ſimpliciter primum. Et ſubdit idem Wicleffus " quod ſubtilis Philoſophus, „ ut fuit Joannes Evangeliſta, & alii Sancti ipſum ſequentes, conſiderantes hominem comprehenſione ſimplici, univerſali, vel communi, ut eſt communis ad quemlibet illorum graduum, quod homo & alia quælibet creatura non fuit æternaliter vita in Deo, ſecundum quamlibet rationem, ſed ut a Deo intellecta, & producibilis. „ Hæc ille.

Sex gradus creatæ eſſentiæ ſecundum Wicleffum.

Wicleffus.

5. Vel vitium Exemplaris me hic fefellit; vel vir iſte seducitur, & ſeducit. Nonne in potentia Dei productiva eſt omnis creatura, ſecundum omnem gradum eſſentiæ ſuæ poſſibilis? Apoſtolus clamat: *quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia*. In ipſo ergo creatura ſub conditionibus individualibus: *in ipſo* creatura, ſecundum quod attenditur in figura ſua, & accidentibus propriis: *in ipſo*, ſecundum rationes quidditativas: *in ipſo* ſecundum quod deſcripta Orbibus: *in ipſo*, ſecundum cauſationem inſtrumentaliter effectivam. In Intelligentiis nihil eſt, nec alicujuſmodi creatura poſſibilis, cujuſmodi eam eſſe divina potentia non diſponit, & præſcit. Fuit igitur æternaliter vita in ipſo omne quod factum eſt, ſecundum quamlibet rationem ipſius facti, & factibilis, dicente Apoſtolo ad Rom. IV. *Deus vocat ea quæ non ſunt, tamquam ea quæ ſunt*. Et V. *Super Gen. ad lit.* cap. VII. AUGUSTINUS. *Non aliter novit Deus facta, quam fienda*. Et *Monologion* cap. VIII. ANSELMUS. „ Patet (inquit) quoniam, priuſquam fierent, univerſa erant in ratione ſummæ naturæ, quid,

Rom. 11. 36.

Omnia ſunt æternaliter, & ſecundum quamlibet rationem vita in Deo.

Rom. 4. 17.

Auguſtinus *To. 3. p. 1. cap. 14. pag. 192.*

A „ aut qualia, aut quomodo futura eſſent „. Hæc Anſelmus. Quo ſic oſtenſo, copulando hæc dicta fidei ad dicta illius, ſtatim ſequetur, quod creatura, ſecundum eſſe exiſtentiæ in proprio genere, eſt Deus, & vita prima: quia ſecundum eſſe ſuæ exiſtentiæ cognoſcitur a Deo, & habet eſſe exiſtentiæ divinæ: quia illud *eſſe intelligibile* & eſt ſimpliciter eſſe, & Deum eſſe per te. Igitur ſecundum eſſe exiſtentiæ creatura eſt Deus; vel oportet dare rationem diſtinctam, quare quælibet creatura eſt ſimpliciter

Sequitur ex doctrina Wicleffi, quod creatura ſecundum ſuum eſſe exiſtentiæ ſit Deus.

B Deus propter *eſſe* ſuum *intelligibile*; & non iſta exiſtentia creaturæ in proprio genere, propter *eſſe* ſuum *intelligibile*. Quid igitur diſponit tot gradus aſcenſorios per eſſentiam creatam, ut tandem finaliter perveniatur ad *eſſe intelligibile* creaturæ, quod eſt divina natura ſimpliciter? Theologia Pauli dixit inviſibilia Dei conſpici per ea quæ facta ſunt; non eſſe ſimpliciter quæ facta ſunt.

Rom. 1. 20.

6. Mihi igitur videtur Theologia iſta dolata ſecundum artificium Manichæi; ſi tamen non tranſcendat: quia Manichæus dixit in hominibus ligatam eſſe portionem divinæ naturæ vin-

C culis carnis, quam oportuit ſolvere quibuſdam viis (*c*): Wicleffus autem, non Dei portionem, ſed totam divinam eſſentiam in creatura claudit, & identifice ligat ſub vinculis materialibus, & creatis. Videamus ergo quid ſenſerat Manichæus. AUGUSTINUS. Mundum (inquit) „ Manichæus a natura Dei factum confitetur quidem; ſed de commixtione boni, & mali, quæ facta eſt, quando utraque inter ſe natura pugnavit. Ipſam vero boni a malo purgationem, ac liberationem, non ſolum per totum mundum, & de omnibus ejuſdem elementis Virtutes Dei, quas in Sole & Luna

c Wicleffus de Manichæiſmo arguitur.

Auguſtinus *To. 8. pag. 14.*

Figmenta Manichæorum de natura Dei.

D „ tamquam in duabus navibus reſidentes fingebant Manichæi, facere dicunt: verum etiam Electos ſuos (*d*) per alimenta, quæ ſumunt. „ Et eis quippe alimentis, ſicut univerſo mundo, Dei ſubſtantiam perhibent eſſe commixtam: quam purgari putant in electis ſuis. -- „ Et poſt pauca ſequitur -- Incæteris autem hominibus, etiam in ipſis Auditoribus ſuis (*e*), hanc partem bonæ, divinæque ſubſtantiæ, quæ mixta, & colligata in eſcis & potibus detinetur, maxime * in eis, qui generant filios, arctius, & inquinatius colligari putant (*f*). „ Hæc Auguſtinus *de hæreſibus* cap. XLVI. Recte igitur inter

d

e

* *M.* Maximeque.

E ſe conveniunt Manichæus & Wicleffus; niſi hoc interſit, quod Wicleffus Manichæus ſit ſpiritualis, ille carnalis, ut divinam naturam in creatura detentam ſub materiali velamine Wicleffus purget per animum, ille per alvum; ille per ſtudium, iſte per ſtomachum; ut tandem per longam digeſtionem abſtractionis perveniamus ad illud eſſe creaturæ increatum, quod iſte * Dei *portionem*, ille * prædicat *totum Deum*. Nec mirentur periti Theologi, quod ſic velim comparare

f Manichæus & Wicleffus in terminis diſcrepant, non in ſententia.

* *Scilicet* Manichæus.

* Wicleffus.

(*a*) M. Tullius Cicero in lib. 6. de Rep. de *Somnio Scipionis*. Hunc libellum Commentariis ſuis illuſtravit Macrobius, mox citandus.

(*b*) Tullius habet: *Deum igitur te eſſe ſcito*.

(*c*) Excogitaverat delirus Manichæorum parens, quod fuerunt ab æterno duæ naturæ ſeparatæ ab invicem, quodque tandem ſimul commixtæ, natura bona luctata eſt cum natura mala, & ſimiliter mala cum bona. Ex hac, ut ita dicam, colliſione duarum naturarum factum eſſe mundum ajebat, & quidem mixtum & participans de bona & mala natura. Sed quia etiamnum, durante mixtione, non ceſſat lucta; finxit, quod inceſſanter natura bona, ſeu Deus, conatur ſe ſolvere a natura mala, ſeu a materia.

(*d*) *Electi* inter Manichæos vocabantur illi, qui juxta rudiora Sectæ præcepta vitam ſuam inſtituebant.

(*e*) *Auditores* Manichæorum (inter quos aliquando Auguſtinus ipſe) illi erant, qui Sectam quidem aliquo modo profitebantur, ſed vulgare vivendi genus retinebant.

(*f*) Naturam bonam cum mala *magis colligatam* in matrimonio junctis aſſerebant Manichæi: quia illud, ut diaboli inventum prædicabant; & idcirco ab eo ſe abſtinebant *Electi*.

parare viros iſtos. Nam Beatus Auguſtinus hoc timuit dici poſſe de ſe ipſo, propter hoc, quod dixerat in Libro *de duabus animabus*, omnem vitam pertinere ad Deum, primum vitæ principium: multo magis igitur appropinquat * Wicleffus, qui non ſolum pertinere, ſed ipſam vitam primam eſſe dixit quamlibet creaturam. Unde primo libro *Retractationum* cap. xv. dixit AUGUSTINUS*. „ In hoc libro illud quod dixi, „ *nullam eſſe qualemcumque vitam, quæ non eo* „ *ipſo, quo vita eſt, etiam in quantum omnino* „ *vita eſt, ad ſummum vitæ fontem principium-* „ *que pertineat;* ita dixi, ut tamquam creatu- „ ra ad Creatorem pertinere intelligatur; non „ autem de illo eſſe, tamquam pars (*a*) ejus exi- „ ſtimetur. „ Hæc Auguſtinus. Hujus dicti fecit Auguſtinus retractationem, quia ſcilicet, ſemel * dixit vitam creatam ad vitam creatricem pertinere, quamvis ſenſu veriſſimo intellexit hoc, tamquam creatura ad Creatorem debuit pertinere. De hoc autem, quod dixit *ſuper Joannem*, vel *ſuper Gen. ad literam*, retractationem non fecit: quia nihil ibi de hoc ſine plana determinatione ſic dixit; ſed ſemper intulit, creatura *ut cognita*, vel *ut eſt in arte*, vel *ut in mente Conditoris*, vita vivit, quæ eſt ipſe Deus. Neque hic ergo, neque illic ſecernitur Wicleffus a ſecta Manichæi: quia non ſolum dixit creaturam *pertinere* ad Creatorem, ſed *eſſe* (*b*): neque hoc cum determinatione, ſcilicet *ſecundum quod in ipſo eſt*, ſed *ſimpliciter* eſſe Deum.

* Supple Manichæis.

* Auguſtinus. Tom. I. pag. 23.

* al. quia ſimpliciter dixit.

Vide ſuperius cap. 4. num. 2. & cap. 5. num. 5.

CAPUT VI.

Quod *eſſe*, tam ſecundum ſubſtantiam, quam ſecundum præſentiam, eſt proprium ſoli Deo; & ideo vix competens creaturæ in ſtatu ſuo optimo (*c*): & hic de *prolixo* ſuo eſſe (*d*).

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quod a primo illo errore* omnis creatura eſt Deus, *alterum etiam exhauriſit Wicleffus*, *videlicet*, quodlibet ſemper eſt.
2. *Cum Apulejo ſe conformavit Hæreticus*, *cum dixit*, Quodlibet ſemper eſt.
3. *Quæ ſit vera hujus verbi* eſt *ſignificatio*, *explicatur*.
4. Eſſe *abſolute dictum*, *tantum Deo convenit*.
5. *Tacita quædam Hæreticorum reſponſio adducitur*.
6. *Exploditur hujuſmodi reſponſio*, & *authoritate Sanctorum demonſtratur*, *quod* eſſe ſimpliciter, *tantum Deo convenit*.

1. OStenſo * igitur quomodo hæretica illa aſſertio, tradens quidlibet eſſe Deum, Divinæ naturæ præjudicet, dependentes (*e*) videamus injurias. Vipera enim iſta produxit plura genimina. Prima enim proles, quam ordine ſuo progenuit, eſt ampliatio verbi *eſt*, ſecundum quam dicit quidlibet ſemper eſſe. Sic

* Cod. Vat. Docto ergo.

enim ſupponit, eo quod omne quod fuit, vel erit, eſt in aliqua parte *magni temporis* (*f*). Secundo enim *Trial.* cap. 11. & in tract. de *tempore* paſſim docet WICLEFFUS. Tempus magnum multiplicatur per totum mundum ſenſibilem, parteſque ejus, præſens, præteritum, „ & futurum: & ex hoc quidquid in aliqua „ tali parte olim fuerit, vel in poſterum erit, „ ipſum eſt; non tamen jam eſt: quia illa potius cenſetur pars quandolitatis in ſpecie ſua; „ quæ quidem non eſt ipſum tempus, ſed ex „ adjacentia temporis cauſata in re temporali. „ Hæc ille. Et ſecundum hanc fictitiam, componit ſibi logicam de ſitibus negationum in propoſitione, & converſiones explanat ſibi accomodas. Et non ſolum ad omnem partem temporis ſæcularis (*g*) ampliat *eſſe* de quolibet; ſed etiam ad ipſum *eſſe intelligibile*, & intra clauſtrum æternitatis permittit extendere ramos ſuos, dicens capite xx. *de Ideis* WICLEFFUS. Conceditur (inquit) quod omne poſſibile eſt ens, „ ſicut eſt intelligibile. Unde nunquam fuit ita, „ quod ego non exiſto in illo tempore, demonſtrando tempus, antequam ſum productus, „ vel in quo ſum mortuus. — Et cap. 1. in reſponſione ad argumentum. — Omnia hæc tria „ ſunt æque communia: *Ens eſſe*, & *ens poſſe* „ *eſſe*, & *ens intelligi:* quia quodlibet eorum, „ vel illorum, eſt ens. — Et poſtea in ſuppoſitione. — Conſtat (inquiens) cuicumque logico, ſi „ quidquam intelligitur, quod habet eſſe exiſtere. — Et adhuc infra. — Ideo ampliantes „ eſſe *ad intelligi*, *ad poſſe*, & ad *exiſtere*, liberius, conſonantius, & expeditius loquentur. Ideo ſic loquendum eſt concorditer cum „ prædictis „. Hæc Wicleffus. Expedivimus nos de opere primæ diei, eripiendo primam Divinam naturam de immenſo & confuſo chaos omnium creaturarum, quam conformiter cum Manichæis Wicleffus * ibidem logicalibus vinculis detinebat. Transeundum eſt deinceps ad opus ſecundæ diei, cui non benedixit Dominus, eo quod prima creatura, ſecundum illud, *Prima rerum creatarum eſt eſſe ſuper ſtellas Cœli* (*h*), ponit ſibi ſolium ſempiternæ exiſtentiæ, extendens palmites ſuos longe ultra mare (quod Spiritus Sanctus fovit in principio), & ultra omne flumen Paradiſi ſuas propagines. Quis autem ſic ampliavit hoc verbum primo, neſcio; niſi forte ille homo, de quo Chriſtus in Pſalmo conqueritur: *Ampliavit* (inquiens) *adverſum me ſupplantationem* (*i*). Et ego ergo in cauſa Chriſti cum Sancta Matre Eccleſia ampliationem iſtam truncabo ad vires, quantum ad id, quod derogat Deitati, reponens creaturam ſuis limitibus, & relinquens alienis divitias logicales, & phyſicas, quæ contingenter emergunt.

Wicleffus dicit, quod quodlibet ſemper eſt.

Dicit Wicleffus, quod quodlibet eſt ab æterno.

Juxta Wicleffum, quidquid intelligitur exiſtit.

Vide ſupra cap. 5. num. 5.

Pſal. 79. 12.

Pſal. 40. 10.

2. Hæc logica bene conſonat erroribus Apuleii (*k*) dicentis homines ſemper fuiſſe. De quo AUGUSTINUS. Omittamus conjecturas hominum, „ neſcientium quid loquantur de natura, vel „ inſtitutione generis humani. Alii namque, „ ſicut

Auguſtinus lib. 12. de Civit. Dei cap. 10. Tom. 7. pag. 308.

(*a*) Dicendo *pars* alludit ad ſiſtema Manichæorum, qui in omnibus *pertianem* effingebant Divinæ naturæ.

(*b*) Ed. V. habet *eſſe creatricem;* ſed ly *creatricem* expungitur a MSS. Codicibus.

(*c*) *In ſtatu ſuo optimo*, videlicet, cum habet *eſſe præſens*.

(*d*) *Prolixum eſſe*, nempe *tempus magnum*, quod multiplicari fingitur a Wicleffo per omnes dimenſiones temporis, & ultra, ut mox infra notabitur.

(*e*) Utique dependent a ſuperioribus figmentis ea, quæ nunc refutanda aggreditur noſter Doctor. Cum enim dixerit Wicleffus, quod Creatura eſt Deus, quoad *eſſe*; inde ſequitur, quod creatura ſit Deus quoad *modum eſſendi*, ſcilicet *æternaliter*, & in omni tempore. Hoc propterea Hæreticus conatur evincere; ſed quam perperam, habes infra.

(*f*) *Tempus magnum* ad mentem Wicleffi non includit ſolummodo tempus præſens, præteritum & futurum; ſed etiam æternitatem comprehendit, ut habetur infra.

(*g*) Temporis ſæcularis meminit Apoſtolus ad Tit. 1, 2. & 2. ad Tim. 1. 9. ubi Cornelius a Lapide ad mentem Apoſtoli dicit: *Tempora ſæcularia vocat ea, quæ ſimul cum ſæculo & Mundo fluere, & volvi cœperunt.*

(*h*) Illud effatum bene convenit Lucifero, de quo hic eſt ſermo. Videtur autem aſſumptum & evulgatum a SS. Patribus, ſcilicet, Gregorio Nazian. Orat. 38. Baſilio hom. 1. in Hexam. Ambroſio lib. 1. Hexamer. Hieronymo in cap. 1. epiſt. ad Titum, aliiſque, qui Angelos ante mundum corporeum creatos fuiſſe probabant. Aſt contraria ſententia, docens eum eo ſimul conditos, maximam jam accepit vim a Concilio Lateranen. cap. *Firmiter*, his verbis: „ Deus ab initio temporis ſimul utramque de nihilo condidit creaturam, ſpiritualem & corpoream „ *Angelicam* videlicet & *mundanam*. Aut Luciferum appellat *primam creaturam* non tempore, ſed ſuæ naturæ perfectione.

(*i*) Vulg. *Magnificavit ſuper me ſupplantationem*.

(*k*) De Apulejo vide ſupra in *Præfatione generali* §. 5.

„ ſicut de ipſo Mundo crediderunt, & ſemper „ fuiſſe homines opinantur. Unde ait & Apu- „ lejus *, cum hoc animantium genus deſcri- „ beret: *ſingillatim mortales, cuncti * tamen „ univerſo genere perpetui*. „ Hæc Auguſtinus.

** In lib. de Deo Socratis.*
** M. cunctim.*

Wicleffi cum Apulejo conſenſio.

Sic eſt: Wicleffus concedit Mundum ſenſibilem ſemper eſſe cum omnibus contentis, quia in omni tempore fuit, ſicut Auguſtinus dicit eodem XII. cap. XV. quod Angeli ſemper fuerunt, quia omni tempore fuerunt: & ſic facti ſunt amici Apulejus & Wicleffus.

Eſſe importat ſubſtantiam & præſentiam.

3. Sciendum igitur, quod *eſſe* præ aliis verbis dicit eminentem ſubſtantiam actus verbi, & dicit præſentiam quoad ſubſtantiam. Ferunt Grammatici, quod eſt prima ſubſtantia actus omnis verbi, prout actus eſt communis ad agere & pati, in tantum ut ſit primum in expoſitione ejus: *ſtare* enim, eſt ſtantem eſſe; & *agere*, eſt agens eſſe; & *loqui*, loquentem eſſe; & *videri*, viſum eſſe. Quoad præſentiam etiam, quam includit, eſt actus * omnis temporis, & ejus perfectio, in tantum ut ſecundum antiquos Phi-
a loſophos (*a*) nihil supereſſet tempori, niſi *præſens:* & hoc eſt, ad quod cætera tempora re-
b ſolvuntur (*b*), ſecundum illud Deuteron. *Ad eſſe feſtinant tempora*.

** Ed. Ven. eſſe.*
Deuter. 32. 35.

Eſſe ſoli Deo appropriatum a SS. Patribus.

4. Propter igitur hæc duo, priſci Patres appropriabant Deo hoc vocabulum: quia ſcilicet *eſſe* divinum eſt omnibus creaturis ſubſtantia-
c lis actus (*c*); & quia ſine variatione ſolus immutabiliter eſt, cæteris variatis; in tantum, ut cum cætera Dei nomina Deus creaturis communicat, vocando quosdam *Deos*, *Patres*, *Factores*, *Creatores*, & ſimilia: nomen, *qui eſt* abſolute dictum, ſine determinatione generis, vel ſpeciei, retinuit ſoli ſibi, dicens ad Moyſen Exodi III. cum ſic interrogaret eum Moyſes: *Ecce vadam ad filios Iſrael, & dicam eis: Deus Patrum noſtrorum miſit me ad vos. Si dixerint mihi, quod eſt nomen ejus? quid dicam eis? Dixit Dominus ad Moyſen:* EGO SUM QUI SUM. *Sic dices filiis Iſrael:* QUI EST, *miſit me ad vos*. Propter hæc ſacra Dei verba, *eſſe* abſolute dictum putabant ſemper Orthodoxi Patres congruere ſoli Deo. Unde lib. V. *de Trinitate* cap. II. AUGUSTINUS. Sicut enim ab eo, quod „ eſt *ſapere*, dicta eſt *ſapientia;* & ab eo, quod „ *ſcire* eſt, dicta eſt *ſcientia;* ita ab eo, quod „ eſt *eſſe*, dicta eſt *eſſentia*. Et quis magis *eſt*, „ quam ille, qui dixit famulo ſuo: *Ego ſum*, „ *qui ſum:* &, *qui eſt*, *miſit me?* Sed aliæ, „ quæ dicuntur eſſentiæ, ſive ſubſtantiæ, ca- „ piunt accidentia, quibus in eis fiat vel ma- „ gna, vel quantacumque mutatio. Deo autem „ aliquid hujuſmodi accidere non poteſt; & ideo „ ſola eſt immutabilis * ſubſtantia, vel eſſentia, „ quæ * Deus eſt, cui profecto ipſum *eſſe*, un- „ de *eſſentia* nominata eſt, maxime ac veriſſi- „ me competit. Quod enim mutatur, non ſer- „ vat ipſum eſſe: & quod mutari poteſt, etiam- „ ſi non mutetur, poteſt quod fuerat non eſſe: „ ac per hoc illud ſolum, quod non tantum non „ mutatur, verum etiam mutari omnino non „ poteſt, ſine ſcrupulo occurrit, quod veriſſime „ dicatur *eſſe*. „ Hæc Auguſtinus. Quod ſi occurrat Wicleffus, dicens, placere ſibi, quod Deus dicatur veriſſime *eſſe:* placeat etiam ipſi, quod

Joban. 10. 34. 35.
Jerem. 44. 21.
Iſai. 29. 16.
Hebr. 9. 11.
Exod. 3. 14.
Auguſtinus *To. 8. pag. 833. num. 3.*
Exodi 3. 14.
** M. incommutabilis.*
** M. qui. Deus vere eſt, quia immutabilis eſt.*

illud, quod mutatur, non ſervat ipſum *eſſe:* & quod mutari poteſt, poteſt eſſe, quod non fuerat. Quomodo convenit hoc tibi, qui dicis: „ omne quod eſſe poteſt, antea fuerat, & ſem- „ per ſervat *eſſe*, quia in aliqua parte *magni* „ *temporis* ſemper eſt, quidquid erit, fuit,
A „ vel eſſe poteſt? „ Notetur ergo de cætero, qualiter Patres, dicentes ſolum Deum vere eſſe, quod eſt; ſtatim inſerunt, in confirmationem dicti, eſſe præſens: creaturam labi in non eſſe per præteritionem, vel accepturam eſſe, quod non habet, per futuritionem. Unde & Iſidorus lib. VII. *Ethimolog.* capite I. & aſſumit Rhabanus *de naturis rerum* lib. I. cap. I. ISIDORUS. „ Sextum (inquit) nomen Dei *Eieje* (*d*), ideſt, „ *qui eſt*. Deus enim ſolus, quia æternus „ eſt, hoc eſt: quia exordium non habet, eſ- „ ſentiæ nomen tenet *. Hoc enim nomen ad „ Sanctum Moyſen per Angelum eſt delatum.
B „ Quærenti enim, quod eſſet nomen ejus, qui „ eum pergere præcipiebat ad Populum, ex Æ- „ gypto liberandum; reſpondit: *Ego ſum qui* „ *ſum; & dices filiis Iſrael:* QUI EST, *miſit* „ *me ad vos:* tamquam in ejus comparatione, „ qui vere eſt, quia incommutabilis eſt; ea, „ quæ commutabilia ſunt *, quaſi non ſint. „ Quod enim dicitur *fuit*, non eſt: & quod „ dicitur *erit*, nondum eſt. Deus autem tan- „ tum *eſſe* novit, *fuiſſe*, & *futurum eſſe* non „ novit. Solus autem * Pater cum Filio, & „ Spiritu Sancto veraciter eſt: cujus eſſentiæ „ comparatum *eſſe* noſtrum, eſſe non eſt. „
C Hæc Iſidorus. Ubi inter cætera potes audire dicentem Iſidorum: *quod dicitur* fuit, *non eſt*. Ubi patet eum negare amplitudinem verbi tui *. Et AUGUSTINUS. Non enim duæ breves ſyllabæ *Deus eſt*, & has duas breves ſyllabas „ adoramus, & ad duas breves ſyllabas perveni- „ re deſideramus: quæ pene ante deſinunt ſona- „ re, quam cæperint; nec in eis ſecundæ locus „ eſt, niſi prima tranſierit. „ Hæc Auguſtinus. Vide igitur, quod Auguſtinus dicit hoc de futuro, quod Iſidorus ante dixerat de præterito. *Non eſt* (inquit) *ſecundæ locus* (ſupple eſſendi) *niſi prima tranſierit*. Cujus cauſam exponit Hi-
D larius lib. II. ſect. IV. *de Trinit.* poſt medium, ponens hanc differentiam inter verbum creatum, & increatum, quod ſcilicet verbum prolatum, verbum eſt tantum, cum profertur; & neque ante eſt, neque poſt: verbum autem increatum ſemper permanenter, & conſtanter eſt. HILARIUS. Sermo (inquit) in natura habet, ut „ eſſe poſſit: ſequens autem ei eſt, ut fuerit; „ eſt vero tantum cum auditur — Et ſubdit — „ Loquentium enim ſermo neque eſt antequam „ loquantur; & cum loquuti erunt, non erit. „ In eo autem ipſo quod loquuntur, dum fi- „ niunt, jam non erit id, unde cœperunt. „
E Hæc ille. Quid planius, quid abſolutius dici poteſt, niſi quod non eſt, antequam loquantur, nec poſt *; cum tamen ſermo, vel oratio talis vocalis ſit una de ſucceſſivis, ratione menſuræ ejus intrinſecæ, quam Logici *orationem* appellant; quorum ſucceſſivorum quaſi differentia eſſentialis eſt (qua a permanentibus diſtinguantur) non habere omnes partes ſimul: dici tamen eſſe tota in qualibet ſua parte præſente?

Mul-

Iſidorus *Lib. 7. Origin. cap. 1. pag. 85.*
d
Ex. Pariſien. vere tenet.
Exod. 3. 14.
Ex. Pariſien. facta ſunt.
Eſſe creaturarum eſt quaſi non eſſe.
Ex. Pariſien. enim.
** Subaudi* eſt.
Auguſtinus *Tom. 3. hom. 29. ſuper Joan. pag. 514.*
Hilarius *pag. 35. num. 15. Tom. 1.*
Ed. Ven. poſt erit.

(*a*) Peripateticos, & Stoicos innuit. Primi enim ſuum ſequebantur Stagyritam Ariſtotelem, qui 8. Phyſic. textu 11. ſic habet: *Impoſſibile eſt eſſe, & intelligere tempus, ſine ipſo nunc*. Et paulo poſt: *Nihil eſt accipere in tempore, præter nunc*. Ita apud Hieronymum Balduinum a Montarduo in ſua *Expoſitione aurea*. De Stoicis ſimilia refert Stanlejus in ſua Philoſophia hiſtorica.

(*b*) Quomodo ad *præſens* cætera reſolvantur tempora, explicat loco citato Ariſtoteles, dicens: *Nunc autem eſt medietas quædam, & principium & finem habens ſimul: principium quidem futuri temporis, finem vero præteriti, neceſſe eſt ſemper eſſe tempus*.

(*c*) Deus, ut eſt ſimpliciſſimus, non poteſt quidem conſtituere integritatem ſubſtantialem creaturæ: ſed ut eſt immenſus, non poteſt non eſſe actu in qualibet creatura. Intellige ergo, quod Deus eſt actus ſubſtantialis intimus creaturæ per præſentiam, non ut ipſam creaturam componens. Hanc autem eſſe mentem Authoris, ſtatim ex ſequentibus colligitur.

(*d*) Vox hebraica.

Multo minus res permanentes adhærent omni parti temporis ſucceſſivi : quia magis univocantur ſuceeſſiva ſucceſſivis, quam permanentibus ſucceſſiva.

Effugium Wicleffi.

*Ed.V. elapſus eſt.

5. Poſſet igitur logicaliter dici, unumquodque ſucceſſivum eſſe ad quamlibet partem præſentem: propter neceſſariam connexionem totius A & partis, ut ſic dicatur: *Iſte annus eſt* * dum una dies ejus ſit præſens : in ipſa tamen die heſterna dies non eſt. *Et iſte millenarius jam eſt ;* non tamen annus elapſus eſt : *& hæc Civitas trecentenaria eſt :* non tamen antiqui ejus muri, olim ſubverſi, jam ſunt. *Et ille fluvius eſt ;* non tamen aqua ejus heri potata ; propter neceſſariam connexionem hujus anni ad diem præſentem ; non autem heſternæ diei ad diem præſentem, & Civitatis ad ædificia, vel ſitum præſentem, & non veterum murorum ad hunc ſitum.

Eſſe vere, & ſimpliciter, nulli competit creaturæ.

Auguſtinus Cap. 1. Tom. 8. pag. 750. num. 2.

*M. inveniuntur.

* M. ponit.

Exodi 3. 14.

1. Tim. 6. 16.

Immortalitas vera, quæ ſit.

*Ed.V. immortaliter.

6. Ubi ergo nulla eſt connexio, niſi per accidens, & extrinſeca; ſicut eſt temporis ad hominem, & permanentia alia; longe præterit rationem ponere talem cathenam: & eo longius, quo magis proprie, nulli competit creaturæ, etiam ſecundum optimum ſuum eſſe (*a*). Quapropter, ſecundum Auguſtinum, *eſſe* eſt una de illis Dei proprietatibus, quæ nulli competit creaturæ, nec in creatura aliqua reperitur. Unde primo *de Trinit.* cap. 11. AUGUSTINUS. Quæ „ (inquit) proprie de Deo dicuntur ; quæque „ in nulla creatura reperiuntur *, raro poſuit * „ Divina Scriptura ; ſicut illud, quod dictum „ eſt ad Moyſen, *Ego ſum, qui ſum*. Et : *qui* C „ *eſt, miſit me ad vos*. Cum enim eſſe aliquo „ modo dicatur & corpus & animus; niſi pro„ prio quodam modo vellet intelligi, non id „ utique diceret. Et illud, quod ait Apoſto„ lus, *qui ſolus habet immortalitatem :* cum & „ anima modo quodam immortalis eſſe di„ catur, & ſit ; non diceret, *ſolus habet*, niſi „ quia vera immortalitas incommutabilitas eſt, „ quam nulla poteſt habere creatura ; quoniam „ ſolius Creatoris eſt. „ Hæc Auguſtinus. Attende jam logicam Auguſtini, quod eſſe, & immortalem eſſe, ſunt proprietates Dei, in nulla creatura reperibiles ; ſunt tamen ad modum D aliquem in creatura. Simpliciter igitur eſſe non conſequitur tempus etiam præſens, tamquam proprietas neceſſaria. Breviter ergo, a Fidelibus eſt vitanda hæc logica, quam etiam fundamentum fidei noſtræ Petrus aufugit, ut dicit Ambroſius *ſup. Luc.* lib. x. cap. IV. AMBROSIUS. Interrogatus (inquit) Petrus: *& tu ex illis es, qui cum Jeſu Galilæo erant ?* verbum æternitatis refugit : non enim erant, qui eſſe cœperant ; hoc eſt dicere : ille ſolus erat, qui in principio erat. Denique ait : *non ſum ego*. Illius eſt enim eſſe, qui ſemper eſt. Unde & E Moyſes ait : *Qui eſt miſit me*. „ Hæc Ambroſius.

Ambroſius Tom. 1. pag. 1521. n. 80. Luc. 26. 69.

Joan. 1. 21.

Exodi 3. 14.

CAPUT VII.

b *Eſſe* in tempore *parte* (*b*), & *re temporali*, eſt mixtum cum *non eſſe :* & non eſt purum, niſi in primo: ideo non excedit eſſe præſens.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Hæc tria*, eſſe, temporaliter eſſe, *&* tempus eſſe, *diverſam habere ſignificationem*, *oſtendit*.
2. *Tempus eſt quantitas ſucceſſiva, habens partes non exiſtentes, ad exiſtentem conjunctas.*
3. *Temporis dimenſiones, unde ortum habeant.*
4. *Quod falſa eſt Hæreticorum opinio, dicentium, omnes temporis dimenſiones eſſe ſimul in magno tempore.*
5. *Præteritum & futurum, tametſi apud Deum præſens ſit, ſimpliciter tamen non eſt, ſed deeſt.*
6. *Præteritio in ſubſtantia creaturæ duplex eſt.*
7. *Solius Dei eſt ſemper eſſe ſimpliciter : creaturæ vero ſunt, & non ſunt.*
8. *Erravit peccato manifeſto Wicleffus, aſſerens dari* tempus magnum, *ſemper ſtans.*
9. *Tempus, & æternitas, quod maxime diſtent, concluditur.*

Triplex eſſe diſtinguitur.

B 1. HAbent igitur hæc tria ordinem ſuum : *eſſe*, *tempus eſſe*, & *temporaliter eſſe*. *Eſſe* ſcilicet *ſimpliciter*, & *per ſe*, & *eſſe participatum* a tempore, & tempori communicatum; & *eſſe temporis* participatum, & communicatum rei temporali, qualiter forma communicata participaliter denominat ſuum ſubjectum; & ſecundum hoc præcedit ipſum, ſecundum Metaphyſicam Auguſtini *Tract.* XXXIX. AUGUSTINUS. Pius (inquit) plus eſt, an ipſa pietas ? „ Plus eſt pietas, quam pius. Pius enim a pie„ tate, non pietas a pio. Poteſt enim eſſe pie„ tas ſine pio, ſed ſi ille, qui pius erat, fa„ ctus eſt impius, ipſe perdidit pietatem ; pie„ tati nihil abſtulit. Quid item pulcher, & „ pulchritudo? Plus eſt pulchritudo, quam pul„ cher: pulchritudo enim facit pulchrum, non „ pulcher fecit * pulchritudinem. Caſtus & ca„ ſtitas? Caſtitas plane plus eſt, quam caſtus. „ Si enim caſtitas non eſſet, unde eſſet ille * „ caſtus, non haberet : ſi autem noluerit eſſe „ caſtus, caſtitas integra perſeverat. „ Hæc Auguſtinus. Sic pariformiter plus eſt eſſe in ſe, quam tempus, pluſque tempus, quam res temporalis. *Eſſe* igitur perfecte & conſtanter eſt in ſe; ſed cum defectu, & fluxu in tempore, & multo contingentius in re temporali. Fallitur igitur qui fingit *, tempus eſſe quaſi unam formam conſtanter permanentem, & per omnia tempora quandoliſicanter pereuntia non perire : & iterum, non extenſam, ſed multiplicatam per totum Mundum ſenſibilem *. Quis enim peritus dubitat tempus eſſe quintam ſpeciem quantitatis continuæ, cujus eſt per ſe extendi ; & eſt prima ratio omnibus extendendi, & conformiter dividendi?

Auguſtinus To. 3. p. 2. pag. 563.

* M. facit.

* M. iſte.

Eſſe perfectum eſt eſſe in ſe.

* Nempe Wicleffus.

*Sic habet Wicleffus cap. præced. n. 1.

Tempus eſt quinta ſpecies quantitatis continuæ.

2. Omnis igitur quantitas continua ex natura ſua eſt primo diviſibilis, & extenſa. Et quia tempus eſt quantitas ſucceſſiva, habet partes non exiſtentes ad exiſtentem conjunctas, ratione tranſitus, ſive fluxus, quemadmodum loquitur Eccleſiaſtes III. *Omnia tempus habent, & ſuis ſpatiis tranſeunt univerſa ſub Cælo*. Ubi denotat tempus in ſuo communi per hoc, quod dicit *ſub Cælo*, cujus tempus eſt effectus proprius, cauſatus ab eo, mediante motu ejus, vel Syderum, ſecundum ipſum motorum, dicente Auguſtino XII. *de Civit.* cap. XV. AUGUSTINUS. „ Iſtæ dimenſiones temporaneorum ſpatiorum, „ quæ uſitate, & * proprie dicuntur tempora, „ manifeſtum eſt, quod a motu Syderum cœpe„ runt *. Unde & Deus, cum hæc inſtitueret, „ dixit : *& ſint in ſigna, & tempora, & dies,* „ *& an-*

Eccl. 3. 1.

Quomodo Cælum eſt temporis cauſſa.

Auguſtinus T. 7. pag. 313. 3.

* M. ac

Dimenſiones temporum a motu Syderum.

*M. cœperint.

Gen. 1. 14.

(*a*) Optimum eſſe Creaturæ eſt, quod ſit præſens.

(*b*) Tempus *pars* ad mentem Doctoris, eſt tempus in aliqua ſpecie ſui, videlicet, aut præteritum, aut præſens, aut futurum.

„ *& annos:* ſed in aliquo mutabili motu, cu-
„ jus aliud prius, aliud poſterius prætérit *, [* *M.* prætеriеrit.]
„ eo quod ſimul eſſe non poſſunt „. Hæc Au-
guſtinus.

4. Vide jam, quod prius & poſterius in motu, & per hoc in tempore, ſimul eſſe non poſſunt. Non ergo ſimul *in magno tempore* ſunt. A *Immo* (inquit); *ſed non ſimul nunc, vel jam.* Sed quæ fatuitas concedere omnia præterita, & ſimul eſſe, & non jam ſimul eſſe? Beatus Auguſtinus exiſtimat eſſe bonam conſequentiam: *hoc jam non eſt; ergo non eſt:* unde libro LXXXIII. *quæſt.* q. XVII.

[Auguſtinus *To. 6. pag. 4.*]
5. Auguſtinus. Omne (inquit) præteritum
„ jam non eſt, omne futurum nondum eſt: o-
„ mne ergo * præteritum, & futurum, deeſt. [* *M.* igitur &.]
„ Apud Deum autem nihil deeſt: nec præteri-
„ tum igitur, nec futurum, ſed omne præſens B
„ eſt apud Deum. „ Hæc ille. Ubi etiam notandum illud non tranſeo, quod omne præteritum, vel futurum, ſimpliciter non *eſt*, ſed *deeſt*, quamvis apud Deum præſens eſt. Non obſtat igitur *ideale eſſe*, ſecundum quod quidlibet eſt Deo præſens; ſimpliciter tamen non eſt, ſi jam præſens ſibi ipſi non eſt: quia ſic ſolent arguere Wicleviſtæ, *hoc eſt Deo præſens; ergo hoc eſt.* Sed jam videtis, quomodo Auguſtinus ſic arguentes obruit (*a*). Res enim menſurata menſuram ſuam pari paſſu ſubſequitur: unde quia tempus in fluxu ſemper eſt, idcirco res temporalis eſt fluxibilis; & ſecundum partes præteritas, & futuras, vel de non eſſe *, vel in non eſſe declinans. Unde ideo Dominus in Evangelio Matth. XIII. *de ſermone oblivionis* (*b*): *non habet* (inquit) *in ſe radicem, ſed eſt temporalis.* Et Apoſtolus II. *ad Cor.* IV. *Id enim, quod in præſenti eſt, momentaneum, ac leve.* Et *Eccleſ.* IX. Sapiens vidit ſapientiam ſapientum non eſſe, & divitias doctorum non eſſe; ſed tempus, & caſum in omnibus. Unde ſicut Ariſtoteles dixit materiam ex præhabitis deficere, & appetere ſemper novas formas, ad ſe perpetuandum ſub illis, propter non eſſe ſibi admixtum; ita videtur omnis res temporalis ſimul cum temporis præteritione in *non eſſe* tendere, quaſi in occaſum, & quandam mortem ſui eſſe, propter *non eſſe* ſcilicet, quod ſecum in majori parte habet immixtum. Unde Auguſtinus *ſuper Johan.* homil. XXXVIII. tractans hoc verbum Chriſti ad Judæos, *niſi credideritis, quia ego ſum, moriemini in peccatis veſtris**,

[Non obſtante ſuo eſſe ideali, res non eſt, antequam ſit præſens.]
[* *Subaudi.* ad eſſe.]
[*Matth.* 13. 22.]
[2. *Cor.* 4. 17.]
[*Eccleſ.* 9. 11.]
[*Joan.* 8. 24.]
[* *Vulg.* in peccato veſtro.]
[Auguſtinus *To.* 3. *p.* 2. *pag.* 559.]

Auguſtinus. O (inquit) Domine Deus no-
„ ſter, quid eſt, quod aiſti, *niſi credideritis*
„ *, quia ego ſum?* Quid enim non eſt eorum,
„ quæ feciſti? Numquid Cœlum non eſt? Num-
„ quid Terra non eſt? Numquid non ſunt ea,
„ quæ in Cœlo, & in terra ſunt? Numquid E
„ homo ipſe, cui loqueris non eſt? Numquid
„ Angelus, quem mittis, non eſt? Si omnia
„ ſunt hæc, quæ per te facta ſunt, quid eſt,
„ quod tibi proprium * tenuiſti ipſum *eſſe*, [* *M.* proprium quiddam.]
„ quod aliis non dediſti, ut tu ſolus eſſes? Nam
„ quomodo audio, *Ego ſum, qui ſum:* quaſi a- [*Exod.* 3. 14.]
„ lia non ſint? & quomodo audio, *Niſi credi-*
„ *deritis, quia ego ſum?* Illi enim non erant
„ qui audiebant? — Et tandem infra reſpondet —
„ Non enim eſt ibi verum *eſſe*, ubi eſt & *non*
„ *eſſe*. Quidquid enim mutari poteſt, muta-
„ tum, non eſt quod erat: ſi non eſt, quod
„ erat, mors quædam ibi facta eſt; peremptum

„ eſt aliquid ibi, quod erat, & non eſt. Ni-
„ gredo mortua eſt in capite albeſcentis ſenis;
„ pulchritudo mortua eſt in corpore feſſi, &
„ & incurvi ſenis; mortuæ ſunt vires in cor-
„ pore languentis; mortua eſt ſtatio in corpo-
„ re ambulantis; mortua eſt ambulatio, & ſta-
„ tio in corpore jacentis; mortua eſt locutio
„ in lingua tacentis. Quidquid mutatur, & eſt [Quamdam veluti mors eſt mutatio.]
„ quod non erat, video ibi quamdam vitam
„ in eo, quod eſt; & mortem in eo, quod
„ fuit. Denique de mortuo, cum dicitur, ubi
„ eſt homo ille? Reſpondetur, fuit. O veritas * [* *al.* queritas, quæ vere ſunt.]
„ quæ vere es! Nam in omnibus actionibus,
„ & motibus noſtris, in omni prorſus agitatio-
„ ne creaturæ duo tempora invenio, præteri-
„ tum & futurum. Præſens quæro, nihil ſtat:
„ & quod dixi jam non eſt; quod dicturus ſum
„ nondum eſt: quod feci jam non eſt; quod
„ facturus ſum, nondum eſt: quod vixi, jam
„ non eſt; quod victurus ſum, nondum eſt.
„ Præteritum, & futurum invenio in omni mo-
„ tu rerum: in Divinitate (*c*), in veritate,
„ quæ manet, præteritum & futurum non in-
„ venio, ſed ſolum præſens, & hoc incorru-
„ ptibiliter; quod in creatura non eſt. Diſcute
„ rerum mutationes, invenies *fuit*, & *erit:*
„ cogita Deum, invenies *eſt*, ubi *fuit* & *erit*
„ eſſe non poſſit. Ut igitur * & tu ſis, tran- [* *M.* ergo.]
„ ſcende tempus. „ Hæc Auguſtinus. Ecce quanto proceſſu Auguſtinus dilatat logicam C Eccleſiæ, ſeparans ſemper *eſſe* ab omni præterito & futuro: tandem reponens in Deo, ubi nec *fuit* poteſt eſſe, nec *erit:* immo nec tempus, ſecundum totum ambitum ſuum. *Ut igitur tu ſis* (inquit) *tranſcende tempus.* Quo contra dicit Wicleffus: *ut tu ſis, ſufficit ut in aliqua parte temporis ſis:* non dico *præſenti*, quæ melior pars temporis eſt, quamvis lapſui prona ſit: ſed etiam in viliſſima parte temporis, ſcilicet parte præterita: futurum enim tanto nobilius eſt, quanto magis poteſt habere *eſſe*, quod præteritum jam amiſit.

[*Præſens*, melior pars temporis.]
[Futurum nobilius, quam præteritum.]
[Præteritio duplex in ſubſtantia creaturæ.]

6. Sciendum tamen, quod eſt præteritio in D ſubſtantia creaturæ, ſecundum ſuam eſſentiam, quia ſcilicet in eſſentia mutabilis eſt: & eſt præteritio, vel futuritio creaturæ, ſecundum adjacentiam temporis menſurantis extrinſecus: & ſunt longe alterius rationis. Sed quia pene ſunt ejuſdem conſormitatis, idcirco tam Scripturæ, quam Doctores ab una faciliter labuntur in aliam, & interdum miſcent colloquia: ſemper tamen inferentes *non eſſe*, quod habet res per lapſum præteriti, & ab expectatione futuri: ſicut *ſuper Johannem* hom. XXXVIII.

7. Auguſtinus. Omnis (inquit) anima, [Auguſtinus *Tom.* 3. *p.* 2. *pag.* 564.]
„ quoniam mutabilis eſt, hoc modo credit,
„ modo non credit; modo vult, modo non
„ vult; modo adultera eſt, modo caſta; mo-
„ do bona, modo mala; id quod eſt, non eſt
„ (*d*), quia mutabilis eſt: Deus autem hoc eſt,
„ quod eſt: ideo proprium nomen ſibi tenuit,
„ *Ego ſum, qui ſum.* „ Hæc Auguſtinus. [*Exodi* 3. 14.]

8. In exceſſu igitur mentis Wicleffus erat, quando quod Deus ſibi tenuit proprium, ipſe viliſſimis creaturis fecit eſſe commune. Quod ſi ipſa anima non eſt quod præſenter eſt, quomodo vilis muſca eſt, quod vel eſſe jam deſiit vel nondum eſſe cæpit? Reſpondet, *quia hoc eſt in tempore ſuo.* Et rogo, quo tempore potius, quam præſenti? Quod ſi propter *non eſſe*

 immix-

(*a*) Evertitur hic ab Auguſtino, & a Waldenſi totius machinæ Wicleviſticæ fundamentum. Dicebat enim Wicleffus: *Creatura eſt ſemper in eſſe intelligibili; ergo ſemper eſt.* Sed cum Creatura ſimpliciter non ſit, niſi jam ſibi ipſi præſens exiſtat; quid ultra prodeſt ſuum *eſſe intelligibile*, vel *ideale*?

(*b*) Non improprie dicit *de ſermone oblivionis*, quia in eo differit Chriſtus de ſemine verbi Divini, quod per oblivionem ſtatim areſcens, debitam in cordibus audientium frugem non reddit.

(*c*) *In Divinitate* deeſt apud Maurinos.

(*d*) *Id quod eſt, non eſt*, ommittunt Maurini Editores.

immixtum ſuæ eſsentiæ, vel tempori labiliter coexiſtenti, quod præſenter eſt, non eſt; quomodo eſt, quod omnino eſt futurum? Ideo ſæpe contra te invehitur AUGUSTINUS. Cum (inquiens) videatis omnia eſse mutabilia; quid „ eſt, quod eſt, niſi quod tranſcendit omnia, „ quæ ſic ſunt, ut non ſint? „ Hæc *ſuper Johannem*, Homil. II. Sed Scriptura (inquit) dicit: *Cœci vident;* quod eſset falſum, ſi non amplietur verbum. Sed tibi dico, amplia verbum, & evacuaſti miraculum. Et iterum: amplia nomen ſubjectum in propoſitione, & erit miraculum plenum ſtupore. Quod enim dico, hoc eſt, quod *Cœci videbant*, quale miraculum? Quod autem olim Cœci jam videant, miraculum grande nimis.

Auguſtinus *Tom. 3. p. 2. pag. 298.*

Matth. 11. 5.

9. Concludamus igitur, quod diximus, non eſse aliquod tale *tempus magnum*, ſemper ſtans; immo ſemper fluens, & nunquam permanens; & per hoc non eſt æternitas, quæ ſemper ſtat, dicente Auguſtino XI. *de Civit.* cap. VI. AUGUSTINUS. Si enim recte diſcernuntur æternitas & „ tempus, tempus ſine aliqua mobili mutabilitate „ non eſt: in æternitate autem nulla mutatio „ eſt. Quis non videat, quod tempora non „ fuiſſent, niſi creatura fieret, quæ aliquid aliqua motione mutaret; cujus motionis, atque * mutationis eſt * aliud, atque aliud, „ quæ ſimul eſſe non poſſunt; cedit, atque „ ſuccedit; in brevioribus atque * productioribus morarum intervallis tempus ſequeretur? „ Hæc ille. Ubi ſatis patet, tempus perdere partes ſuas uſque ad non eſſe: ſicut motus, (cujus tempus eſt effectus) partes ſuas perdit, quæ ſimul eſſe non poſſunt. Auguſtinus inſuper lib. XI. *Confeſs.* quaſi per totum diffuſe probat, tempus nihil habere præter præſens momentum extra animam (*a*).

Auguſtinus *Tom. 7. pag. 276.*

* *M.* &.
* *M.* cum.
* *M.* vel.

To. 1. pag. 203.

CAPUT VIII.

Res in eſſe intelligibili, vel in eſſe potentiali in cauſis ſecundis, antequam ſit in proprio genere, eſt ſimpliciter *non eſſe*.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Divi Auguſtini diſtinctio ponitur, quæ oſtendit in creaturis triplex* eſſe.
2. *Quomodo Wicleffus hac diſtinctione ſit abuſus.*
3. *Quod* eſſe *creaturæ in intellectu Dei, habet aſſociatum* non eſſe *ſimpliciter*.
4. *Falſum eſſe oſtenditur, quod Hæretici, Auguſtini authoritate, auſi ſunt dicere, res videlicet æternaliter fuiſſe, antequam eſſe cæpiſſent.*
5. *Quomodo verum* non eſſe *concurrat cum* eſſe potentiali *rerum in ſuis cauſis*.
6. *Qua ratione res, quæ ſunt in* eſſe potentiali, *dicantur* eſſe, *demonſtratur*.
7. *Tantum in tertio* eſſe, *res vere, & ſimpliciter habent* eſſe.
8. *Quod res, etiam in* eſſe *exiſtentiæ, habet admixtum* non eſſe, *ratione mutabilitatis ſuæ*.

1. SUpponit fides Eccleſiæ cum B. Auguſtino V. *ſup. Gen. ad lit.* cap. XIV. triplex *eſſe* creaturæ: *eſſe* ejus *intelligibile* in Deo, *eſſe* ejus *potentiale* in cauſis ejus ſecundis, & tertio, *eſſe* ejus *exiſtentiæ* in genere proprio extra Deum.

Creaturæ habent triplex eſſe.

2. Hac diſtinctione abuſus Wicleffus ampliavit *eſſe ſimpliciter* per hæc tria, non prævidens
A forte, quomodo triplex *non eſſe* comitatur hæc tria. Qualiter tamen Ariſtoteles, & Commentator præviderunt * XI. Metaph. Comment. X. *non eſſe*, ſcilicet in conceptu, *non eſſe* in cauſis ſecundis, & *non eſſe* exiſtentiæ.

* *Cod. Vat.* ſunt provisi. *Ariſt. 11. Met. Comm. 10.*

3. Sic tamen caute propter ſophiſtas eſt hæc diſtinctio moderanda, ut negatio neget ſolum *eſſe*, & nihil aliud, quod ſubſequitur: quia quodlibet *eſſe* prædictum comitatur modo ſuo aliquod *non eſſe*. *Eſſe* enim in intellectu Dei habet aſſociatum ſibi *non eſſe ſimpliciter* dictum: *eſſe* ejus in potentia cauſæ ſecundæ habet tanto minus de non eſſe, quanto jam magis acce-
B dit ad eſſe exiſtentiæ: utrobique tamen eſt *non eſſe ſimpliciter*, & *eſſe ſecundum quid*, & in parte minori. *Eſſe vero exiſtentiæ* eſt ſolum inter hæc tria *eſſe ſimpliciter*, & non *eſſe ſecundum quid*. Unde de *non eſſe* creaturæ ſimpliciter, quod habet creatura ſecundum eſſe ſuum in intellectu Divino, dicit Auguſtinus *de Civ. Dei* lib. XII. cap. XVII. AUGUSTINUS. Hoc pro- „ culdubio quod dicitur, prius & poſterius, in „ rebus prius non exiſtentibus, & poſterius e- „ xiſtentibus fuit. In illo autem non alteram „ præcedentem, altera ſubſequens mutavit, aut „ abſtulit voluntatem; ſed una eademque ſem-
C „ piterna, & immutabili voluntate res, quas „ condidit, & ut prius non eſſent egit, quam- „ diu non fuerunt; & ut poſterius eſſent, quan- „ do eſſe cæperunt. „ Hæc Auguſtinus.

Triplici eſſe correſpondet triplex *non eſſe*.

Auguſtinus *Tom. 7. pag. 337.*

4. Ubi plane confunditur Æmulus *, dicens in libello *de ideis* eſſe logicam Auguſtini, quod res æternaliter fuerunt, priuſquam eſſe cœperunt. Nam Auguſtinus hic dicit, *res non fuiſſe priuſquam eſſe cœperunt:* & hoc egiſſe Divinam voluntatem, ut prius æternaliter non eſſent, quamdiu non fuerunt: & hoc *prius non eſſe, & poſterius eſſe, non in Deo* (dicit), *ſed rebus primo non exiſtentibus, & poſt exiſtenti-*
D *bus fuit*. Ita ergo plane fundatur ex Auguſtino illud *primum non eſſe*, quod comitatur creaturam ſimpliciter in *eſſe* ſuo *intelligibili*. Item hoc definit Auguſtinus lib. I. *contra adverſarium legis, & Prophetarum* verſus finem, diſtinguens inter *creare* & *facere*, exponendo hunc textum: *Ego Dominus, & non alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum* (*b*) AUGUSTINUS. Si ullam (inquit) voluiſſet „ propheticus ſpiritus hic eſſe diſtantiam, mul- „ to accommodatius ſic acciperentur hæc ver- „ ba, ut intelligeremus id fieri, quod, ſi non „ fieret, omnino non eſſet. Creari autem, ex
E „ eo quod erat condi aliquid, vel conſtitui: „ ſicut dicimus * creari Magiſtratus, atque „ Urbes: nam & illi ex his, qui jam homines erant, conſtituuntur in honoribus, cum „ Magiſtratus creantur; & ligna & lapides, „ quibus conſtruuntur Urbes, utique jam erant, „ ſed nondum in illam rerum faciem, quam „ videmus in Urbibus, quodam ordine & com- „ poſi-

* *Wicleffus.*

Cum eſſe intelligibili ſtat *non eſſe*.

Iſai. 45. 6.

Auguſtinus *Tom. 8. cap. 23. pag. 576. num. 48.*

* *M.* diximus.

(*a*) *Extra animam*. Per hæc verba innuit ſententiam Ariſtotelis, qui 8. *Phyſic.* textu 21. dicit, quod *tempus in actu eſt per animam*. Et ſtatuens definitionem temporis, ſubdit: *Tempus eſt numerus in actu per animam prioris & poſterioris in motu*. Hoc idem in citato *Confeſſionum* libro diſerte & nitide exponit Auguſtinus, dicens: „ In te, anime meus, tempora metior. Affectionem, quam res „ prætereuntes in te faciunt, &, cum illæ præterierint, manet, „ ipſam metior præſentem. Sed quomodo minuitur, aut conſumitur futurum, quod nondum eſt? Aut quomodo creſcit præteritum, quod jam non eſt; niſi quia in animo, qui illud agit, „ tria ſunt? Nam & expectat, & adtendit, & meminit, ut id, „ quod expectat, per id quod adtendit, tranſeat in id quod meminerit. Quis igitur negat, futura nondum eſſe? Sed tamen jam „ eſt animo expectatio futurorum. Et quis negat, præterita jam „ non eſſe? Sed tamen adhuc eſt in animo memoria præteritorum. „ Et quis negat, præſens tempus carere ſpatio, quia in puncto præterit? Sed tamen perdurat adtentio per quam peragat *abeſſe*. Non „ igitur longum tempus futurum, quod non eſt, ſed longum futurum longa futuri expectatio eſt. Neque longum præteritum tempus, quod non eſt, ſed longum præteritum longa memoria præteriti eſt. „

(*b*) Cod. Ferrarien. a Vulg. recedens, ſic habet: *creans bona, & faciens mala*.

„ poſitione venerant ; quod cum fit, creari Ur-
Sap. 2. 23. „ bes dicuntur -- Et ſequitur -- Nam & *fecit*
„ *Deus hominem ad imaginem Dei* ; & *Deus*
„ *creavit hominem inexterminabilem*, legimus :
„ & ſi aliquando cum aliqua differentia dica-
* M. dicitur. „ tur * ; & (*a*) hoc rectius poteſt intereſſe ,
a „ quod dixi , ut *facere* ſit , quod omnino non
„ erat . „ Hæc Auguſtinus. Ubi plane patet ho-
„ minem , & alia , quæ facta ſunt , id fieri ,
„ quod ſi non fierent, omnino non eſſent. Item A
XII. *de Civit. Dei* cap. XVI. tractans dictum il-
Ad Tit. 1. 2. & 3. lud Apoſtoli , Quod Deus promiſit hominibus
b *vitam ante tempora æterna* (*b*), AUGUSTINUS .
Auguſtinus T. 7. pag. 315. „ Siquidem (inquit) ille ante tempora * non
* M. tempora æterna. „ ſolum erat , verum etiam promiſit vitam æ-
„ ternam, quam manifeſtavit temporibus ſuis,
* M. ideſt. „ & * congruis , quid aliud quam Verbum
* Hoc „ ſuum? Hæc * eſt enim vita æterna. Quomodo
* M. utique promiſerit. „ autem promiſit , cum hominibus promiſit ,
„ qui nondum erant, tempora æterna ; niſi
* M. ipſius. „ quia in ejus * æternitate, atque in Verbo *
* M. in ipſo ejus verbo. „ ejus eidem coæterno, jam prædeſtinatione fi-
„ xum erat, quod ſuo tempore futurum erat? „ B
Non eſſe hominum concurrit prædeſtinationi eorum in Verbo. Hæc ille . *Non eſſe* igitur hominum concurrit
(*c*) prædeſtinationi eorum in verbo æterno :
Hominibus (inquit) *qui nondum erant* . Sed di-
cit Wicleffus : *non erant* intellexit in genere
c proprio. Bene ; & per hoc ſimpliciter non erant.
Sufficit enim nobis fidelibus dicere cum Augu-
ſtino , quod non erant ita , ut contra te dica-
mus, qui dicis, quod erant. Verumtamen quem-
d dam (*d*) opinionis tuæ confundit Ambroſius ,
qui cum quæreret , ubi æternaliter fuerat *hyle*
e (*e*), quam ipſe ponebat æternam , & ipſe re-
Ambroſius To. 2. lib. 1. Hexam. cap. 7. pag. 14. ſpondet, *in Deo*. AMBROSIUS. Si ſine principio
„ (inquit) eam dicant eſſe, non ſolum * Deum, C
* M. jam non ſolum. „ ſed etiam *hylen* ſine principio definiant ubi
„ nam erat? -- Et poſt multa -- Ubi ergo * *hyle* ,
* M. ubi ergo erat. „ niſi forte dicatur quadam dementi intentio-
„ ne , quia in Deo erat ? Ergo Deus , qui eſt
„ inviſibilis naturæ , atque inviolabilis, qui
1. Tim. 6. 16. „ lucem habitat inacceſſibilem, incomprehenſi-
In Deo non fuit materia æterna. „ bilis, & puriſſimus ſpiritus, locus erat materiæ
„ mundialis? In *Hexameron*. lib. 1. -- Et ſimpli-
citer concludens proceſſum in fine capitis, di-
Cap. 8. pag. 17. „ cit -- Simplex ſermo eſt, *quia fecit Dominus* *
* M. Deus. Gen. 1. 1. „ *Cœlum & Terram* . Fecit quod non erat ,
„ non quod erat . „ Hæc ille . Quaſi diceret : non
feciſſet Deus Cœlum, & *hylen*, ſi priuſquam fe- D
ciſſet , fuiſſent. Audi adhuc ſemel Auguſtinum
quid dicat *ſuper Johannem*, homil. XXXVII. AU-
Auguſtinus Tom. 3. p. 2. pag. 554. GUSTINUS. Apud Dei Verbum (inquit) erant
„ omnia , quæ condita ſunt : quia omnia in
Pſal. 103. 24. „ ſapientia fecit Deus , & cuncta nota fecit --
„ Et ſequitur -- Denique de Mundo, quid ait
„ Moyſes ? *In principio fecit Deus Cœlum &*
* al. igitur. „ *Terram*. Fecit, quod non erat : ſi ergo * fe-
„ cit, quod non erat, ante quid erat ? *In prin-*
Johan. 1. 1. „ *cipio erat verbum*. Et Unde Cœlum, & Ter-
Ibid. 1. 3. „ ra ? Omnia per ipſum facta ſunt. „ Hæc
Auguſtinus.

5. Per hæc omnia paſſim claret , ſecundum E
Auguſtinum, res in *eſſe* ſuo *intelligibili* ſimpli-
citer non eſſe; & ſic verum *non eſſe* earum cum
intelligibili ſuo *eſſe* concurrere . Quomodo et-
Non eſſe quomodo conveniat cum eſſe potentiali. iam verum *non eſſe* concurrat cum ſuo *eſſe po-*
tentiali rerum in cauſis ſuis ſecundis, manifeſte
declarat idem Auguſtinus *in Geneſim contra Ma-*
Auguſtinus To. 1. cap. 7. pag. 649. *nichæos* lib. 1. cap. VI. AUGUSTINUS . Informis

„ formis (inquit) illa materia, quam de nihi-
„ lo Deus fecit, appellata eſt primo *Cœlum* &
„ *Terra*, non quia jam hoc *erat*, ſed quia hoc
„ *eſſe poterat* : nam & Cœlum poſtea ſcribitur
„ factum. Quemadmodum ſi ſemen arboris con- Gen. 1. 1.
„ ſiderantes, dicamus ibi eſſe radices, & ro-
„ bur, & ramos, & fructus, & folia; non quia
„ jam ſunt, ſed quia vi naturæ (*f*) futura ſunt. f
„ Sic dictum eſt : *In principio fecit Deus Cœ-* Ibid.
A „ *lum* , *& Terram* , quaſi ſemen Cœli & ter-
„ ræ, cum in confuſo adhuc eſſet Cœli & Ter-
„ ræ materia: ſed quia certum erat inde futu-
„ rum eſſe Cœlum , & Terram , jam & ipſa
„ materia *Cœlum & Terra* appellata eſt . Iſto
„ genere locutionis etiam Dominus loquitur ,
„ cum dicit : *Jam non dico * vos ſervos* , *quia* *Vulg. & Maur. dicam.
„ *ſervus neſcit* , *quid faciat Dominus ejus* . *Vos* Joan. 15. 15.
„ *autem dixi amicos* , *quia omnia* , *quæ audivi*
„ *a Patre meo*, *nota feci vobis* ; non quia jam
„ factum erat, ſed quia certiſſime futurum erat.
„ Nam poſt paululum dicit illis : *Adhuc mul-* Ibid. 16. 17.
„ *ta habeo vobis dicere*, *ſed non poteſtis portare*
B „ *modo*. Ut quid ergo dixerat : *Omnia quæ au-*
„ *divi a Patre meo* , *nota feci vobis*; niſi quia
„ ſe ſciebat hoc eſſe facturum ? Sic etiam *Cœ-*
„ *lum & Terra* potuit dici materia, unde non-
„ dum erat factum Cœlum & Terra : ſed ta-
„ men non aliunde faciendum erat . Innume-
„ rabiles hujuſmodi * locutiones in Scripturis * M. tales
„ Divinis inveniuntur ; ſicut in conſuetudine
„ ſermonis noſtri , cum id quod certiſſime fu-
„ turum ſperamus , dicimus , jam factum pu-
„ ta . „ Hæc ille .

6. Vide jam , quod nec Cœlum erat , nec
terra, quamvis materia ipſa tunc erat : de cu-
C jus potentia naturali hæc & alia ſuis tempori-
bus poſtmodum ſunt producta . Et idem erit
judicium de *eſſe potentiali* , quod habet res in
cauſis efficientibus , quale de cauſa materiali
jam diximus . Et notandam regulam adjungit
Auguſtinus ibidem reſpondendi quærentibus ,
quare tales res jam dicuntur eſſe , ſi vere non
ſunt? AUGUSTINUS . Quia (inquit) certiſſime Auguſtinus ibidem.
„ futura ſunt ; & idcirco , ſecundum modum Futura dicuntur eſſe per modum loquendi, non per modum exiſtendi.
„ loquendi , dicuntur eſſe , non autem ſe-
„ cundum modum aliquem exiſtendi . „ Et pro-
pter hoc dixit Apoſtolus , *Non corpus quod fu-*
turum eſt , *ſeminas* , *ſed nudum granum* . Et Au- 1. Cor. 15. 37.
D guſtinus declarans hoc in Epiſtola *ad Conſen-*
tium , AUGUSTINUS . Quia nemo (inquit) ſe- Auguſtinus Tom. 2. Epiſt. 205. al. 196. pag. 769.
„ minat herbam, vel ſtipulam , & multiplicia
„ in palea tegumenta granorum , cum quibus
„ tamen ſemina exſurgunt ; ideo ait , *Sed nu-*
„ *dum gradum :* hinc volens oſtendere, quia ſi
„ poteſt Deus addere, quod non erat in nudo
„ ſemine ; multo magis reparare *, quod erat * Maurini poteſt reparare.
„ in hominis corpore . „ Hæc Auguſtinus .

7. Patet igitur eſſe logicam Apoſtoli, ſecun-
dum expoſitionem Auguſtini, quod tritici cor-
pus futuri ſimpliciter non erat in nudo grano;
in quo tamen , ſecundum *eſſe ſeminale* , fuiſſe
E negari non poterit . In tertio ergo *eſſe* (*g*) res g
tantummodo habet vere & ſimpliciter eſſe, ſci- Illud ſolum vere eſt quod eſt in eſſe facto, vel eſſe exiſtentiæ in proprio genere.
licet , *in eſſe facto* , vel eſſe exiſtentiæ in pro-
prio genere : & omne , quod eſt ante illud eſ-
ſe , eſt *non eſſe* . Unde XII. *de Trinitate*, HI-
LARIUS . Omne quod fit , antequam fiat , non Hilarius
„ fuit -- Et bene poſt -- Hæc quidem com- pag. 415. num. 13.
„ munia in rerum humanarum origine ſunt , pag. 417. num. 16.

„ ut

(*a*) Deeſt & apud Maurinos.
(*b*) *Ante tempora ſecularia*, habet textus Apoſtoli.
(*c*) Hoc verbum *concurrit*, non ſic accipias, ut intelligas, quod *non eſſe* aliquem exerceat influxum, aut cauſæ vires exerat ad prædeſtinationem hominum : ſed dumtaxat quod *non eſſe* hominum non repugnat, immo convenit prædeſtinationi eorum.
(*d*) Intellige , *quemdam Philoſophum*, eadem , qua Wicleffus, opinione delirantem .
(*e*) *Hyle* , hoc nomine vocabatur *materia* , quam Philoſophi quidam ponebant æternam : ex qua demum hanc Mundi fabricam conſtructam eſſe dictitabant .
(*f*) *Vi naturæ* deeſt apud Maurinos .
(*g*) Supponit hic triplex *eſſe* , ſcilicet , *eſſe intelligibile* , *eſſe potentiale*, & *eſſe factum* , ſeu exiſtens, cujuſlibet Creaturæ.

„ ut omnia initium ſui, cum antea non ſue-
„ rint *, accipiant. Primum quidem, ut do-
„ cuimus, per tempus, deinde per cauſam. Et
„ per tempus quidem non ambiguum eſt, quin
„ in ea, quæ nunc cœperint, antea non ſue-
„ rint. Per cauſam vero, quia his non ex cau-
„ ſis conſtat eſſe quod maneant. „ Hæc ille. A
Et intelligit hic Hilarius *eſſe potentiale* rei in
cauſa ſua. Et Auguſtinus XII. *de Civit. Dei*
cap. XXV. docet per ſingulas creaturas, quod
ſimpliciter non eſſent, ſi factæ extra non eſſent.
AUGUSTINUS. Quælibet (inquit) corporales,
„ vel ſeminales cauſæ gignendis rebus adhi-
„ beantur, ſive operationibus Angelorum, aut
„ hominum, aut quorumcumque * animalium;
„ ſive Marium, fœminarumque commixtioni-
„ bus*; quælibet etiam deſideria, motuſve a-
„ nimæ Matris valeant lineamentorum (*a*) aut
„ colorum aſpergere teneris, mollibuſque Con-
„ ceptibus; ipſas omnino naturas, quæ ſic, B
„ vel ſic in ſuo genere efficiantur, non facit,
„ niſi Summus Deus, qui *occulta potentia cun-
„ cta penetrans incontaminabili præſentia fecit
„ eſſe quidquid aliquo modo eſt, in quantum-
„ que eſt: quia niſi faciente illo, non tale,
„ aut * tale eſſet, ſed prorſus eſſe non poſſet. „
Hæc Auguſtinus.

* M. fuiſſent.
Auguſtinus To. 7. pag. 323.
* M. quorumque.
* M. mixtionibus.
a
* M. cujus
* M. vel

8. Ecce, quod res eſſe non poſſet, non ſo-
lum quid tale, vel tale, puta *eſſe intelligibile*,
vel *potentiale* in ſuis cauſis; ſed prorſus eſſe
non poſſet, niſi illo faciente, qui facit eſſe
quidquid aliquo modo eſt. *Eſſe* igitur creatu-
ræ *non factum*, non eſt aliquo modo *eſſe* di- C
cendum ſimpliciter. Cum hoc tamen *eſſe* exi-
ſtentiæ creatæ naturæ concurrit quoddam *non
eſſe*, ratione mutabilitatis ſuæ in ſua eſſentia,
quod eſt non habere ſe totam ſimul, quemad-
modum habent res æternæ dumtaxat; ſicut de-
terminat Auguſtinus *ſuper Johan.* homil. 11. tra-
ctans hunc textum, *In principio erat verbum*.
AUGUSTINUS. Id ipſum *eſt*, eodem modo *eſt:*
„ ſicut eſt, ſemper ſic eſt: mutari non poteſt;
„ hoc eſt, Deus (*b*) eſt. Quod nomen ſuum
„ dixit famulo ſuo Moyſi: *Ego ſum, qui ſum,*
„ *& miſit me, qui eſt*. Quis ergo * hoc capiet,
„ cum videatis omnia mortalia mutabilia: cum
„ non ſolum corpora variari per inæqualita-
„ tes *, naſcendo, creſcendo, deficiendo, mo-
„ riendo; ſed etiam ipſas animas per affectum
„ diverſarum voluptatum * diſtendi, atque di-
„ ſcindi: cum videatis homines & percipere
„ poſſe ſapientiam, ſi ſe illius luci & colori
„ admoverint; & amittere poſse ſapientiam,
„ ſi inde malo affectu receſſerint? Cum videa-
„ tis igitur * omnia iſta eſse mutabilia; quid
„ eſt, quod *eſt*, niſi quod tranſcendit omnia,
„ quæ ſic ſunt, ut non ſint? „ Hæc Auguſti-
nus. Sic ergo ſunt hæc omnia, ratione muta-
tionis ſuæ intrinſecæ, ut non ſint, ideſt, ut in-
cludant *non eſſe*. Deus autem, ſecundum eſse
æternum, non habet tale non *eſſe* admixtum
eſſe, quia totum ſimul eſt, quod eſse poteſt;
ideo totaliter eſt, quod eſt.

Johan. 1. 1.
Auguſtinus To. 3. p. 2. pag. 298.
b
Exodi 3. 14.
* al. igitur.
* M. qualitates
* M. voluntatum.
* M. ergo

CAPUT IX.

Res æviternæ non perfecte ſunt, multo magis
nec res caducæ: & reſpondetur ad ſophiſma
Wicleffi.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. Non eſſe, *quod dicitur de creaturis, non conſequitur ipſas creaturas extrinſece, ſed ab intrinſeco.*
2. *Omne quod creatur, in quocumque momento ſui* eſſe, *conſtituitur quodammodo ex eſſe & non eſſe.*
3. *Quod omnis creatura habeat* eſſe *per participationem a Summo, & quod magis participet de ipſo* eſſe *ea, quæ natura perfectior eſt, habemus ex fide.*
4. *Quam falſo aſſeruerit hæreticus, dicens, quod* eſſe *intelligibile, & actu* eſse *convertatur cum ipſo* eſse, *oſtenditur.*
5. *Sophiſma Wicleffi adducitur, conſtantiſſimeque diluitur.*

1, NEc eſt iſtud *non eſſe* accidentalis adje-
ctio ad eſſe creatum, ratione temporis,
vel menſuræ extrinſecæ; ſed conſequitur ipſum
eſſe ab intrinſeco; quemadmodum mortalitas
hominem. Ideo exempla Auguſtini * ſunt de
ſubſtantia hominis, & de anima. Et Anſelmus
in *Monologion* dicit hoc de Angelis, qui ſubji-
ciuntur ævo, non tempori: quod tamen *ævum*
C ibi *æternitatem* appellat. Dicit enim ibi c. XVI.
ANSELMUS. Certe, quod nullo modo habet fi-
„ nem, ultra illud eſt, quod aliquo modo finitur.
„ An hoc quoque modo tranſis Deus omnia,
„ etiam æterna? Hoc de Angelis (*c*): quia tua,
„ & illorum æternitas tota tibi præſens eſt; cum
„ illa nondum habeant de ſua æternitate, quod
„ venturum eſt, ſicut jam non habent, quod
„ præteritum eſt. Sic quippe ſemper es ultra
„ illa; cum ſemper ibi ſis præſens: ſeu cum il-
„ lud ſemper tibi ſit præſens, ad quod illa nondum
„ pervenerunt. „ Hæc Anſelmus. Quia igitur
omnia creata contrahunt hunc defectum *non eſ-
D ſe*, etiam in eſſe exiſtentiæ ſuæ *, conſequens
eſt, ut multo magis contrahant ipſum defectum,
antequam ipſum *maximum eſſe* (*d*) ſit ab eis ſic
poſſeſſum.

* Cap. præced. num. 8.
Anſelmus in Proſologion cap. 20. pag. 34.
c
* Vide cap. præced. num. 8.
d

2. Aptentur igitur ſingula ſingulis; & tunc
habebitur, quod ſicut apud Naturales quidlibet
ſit ex ente, & non ente, quia ex non ente in
potentia, XI. *Metaph. Comm.* VIII. ita omne
quod creatur, in quocumque momento ſui eſſe
potentialis, conſtituitur *ex eſſe* quodammodo, &
non eſſe; ita tamen, ut continue deſcendendo,
creſcat *eſſe*, & *non eſſe* minuatur, quemadmo-
dum colores medii ſemper magis habent de lu-
E ce, & minus de tenebris *, vel opaco, quo ma-
gis accedunt ad album, & recedunt a nigro:
imaginando *tenebras* * loco *non eſſe*, & *eſſe* lu-
cem (*e*). Si autem tunc quæratur, num *eſſe* ſu-
ſcipiat magis, vel minus, & ſit ponenda lati-
tudo in *eſſe* creato; videant hoc ipſi, quibus
vacat de paucis plura contexere, & de par-
va ſcintilla ignem metaphyſicum ſtruere, de
quibus Propheta ait, quod ipſi *filii colli-
gunt ligna* (vel litigia) *& Patres ſuccendunt
ignem:*

Omne quod creatur, conſtituitur ex eſſe, & non eſſe.
* Cod. Vat. tenebra.
* Ibid. tenebram.
e
Jerem. 7. 18.

3. Nam quantum ad finem attinet, hoc ha-
bemus pro certo, quod omnis creatura habet
eſſe

(*a*) Maurini, *aliquid lineamentorum*.
(*b*) Maurini expungunt ad calcem paginæ vocem *Deus*, quam tamen in editis, & MSS. plurimis reperiri notant.
(*c*) *Hoc de Angelis*, deeſt apud Maurinos.

(*d*) *Maximum eſſe* dicit tertium illud *eſſe*, de quo capite præcedenti num. 7. nempe *eſſe exiſtentiæ*.
(*e*) Explica ſic: & intelligendo *lucem* pro *eſſe*.

Omnis Creatura habet *eſſe* per participationem a Deo. *Subaudi eſſe. * Ed.V. perfectiſſime.

eſſe per participationem a Summo *; & magis participat de ipſo *eſſe*, quæ eſt perfectior in natura, & per hoc enti Summo propinquior: quælibet tamen creatura, etiam quæ perfectiſſima * eſt, per hoc diſtat a Summo, quod etiam eſt, & non eſt. Ideo ubi ſupra in *Monologion* c. XVIII. ANSELMUS. Tu ſolus igitur, Domine, es quod „ es; & * es, qui es. Nam quod aliud eſt in toto, & aliud in partibus; & in quo aliquid „ eſt mutabile; non omnino eſt, quod eſt. Et „ quod incœpit a *non eſſe*, & poteſt cogitari „ non eſſe, & niſi per aliud ſubſiſtat, redit in „ *non eſſe:* & quod habet fuiſſe, quod jam non „ eſt; & futurum eſſe, quod nondum eſt; id „ non eſt proprie, & abſolute. Tu vero es, „ quod es: quia quidquid aliquando, aut aliquo modo es, hoc totus, & ſemper es; & „ tu es, qui proprie, & ſimpliciter es: quia „ nec habes fuiſſe, aut futurum eſſe; ſed tantum præſens eſſe; nec potes cogitari aliquando non eſſe. „ Hæc Anſelmus.

Anſelmus *in Proſologio cap.22.pag.34.* * M. & tu es.

4. Quomodo igitur non falſe prophetavit Wicleffus, dicendo *eſſe intelligibile*, ut *poſſe eſſe*, & *actu eſſe*, cum *eſſe* converti: quando nec ipſum *eſſe*, ſaltem in nobis, converti poteſt cum *eſſe*, obſtante ſibi *non eſſe*, quod participat ratione præteritionis, & futuritionis in ſuo eſſe, & in tempore: unde fit, ut non ſit, quod jam eſt, complete: quia hoc ipſum, quod eſt, partim non eſt? Et ſub hac forma verborum intelligendus eſt Auguſtinus, & alii Patres, dicentes creaturam jam præſentem non eſſe, ſcilicet, omnino, vel ex omni parte non eſſe, quia ſcilicet quantum deeſt eis de *eſſe*, tantum non ſunt; imo vix ſunt, quod præſenter actu ſunt. Quæ igitur in potentia tantum ſunt, vel in eſſe penitus diminuto, qualiter eſſe poſſunt?

5. Sed jam occurrit ſophiſma WICLEFFI. Ergo ſi lapis in Deo non eſt abſolute, & ſimpliciter *eſſe;* omne ejus *eſſe* eſt Deum eſſe, „ & vita prima; ergo lapis in Deo non eſt ſimpliciter Deum eſſe, vel vita Verbi (*a*). „ Iſtum paralogiſmum fugavit quidam peritus Theologus & Logicus circumſpectus, detegendo fallaciam per hoc, quod eſt hic plana ſuppoſitionis mutatio ab *eſſe formali* lapidis, quod prædicatur de eo, quod eſt in eſſe cognito, ad eſſe eſſentiale, vel identificum cum negatione, quemadmodum ſi ſic argueretur: Socrates non prædicatur de pluribus; & Socrates nihil eſt, niſi homo: ergo homo non prædicatur de pluribus. Et huic reſponſo apte convenit logica Auguſtini, qua uſus eſt in reſpondendo ad quoddam argumentum arianum de *non genito*. Si (inquit) Pater eſt non genitus, ſed Pater nihil eſt, niſi Deus, nec aliquod genitum ibi ſecundum te, niſi Deus; Pater ergo eſt non Deus. Et reſpondet v. de Trinit. c. VII. AUGUSTINUS. Non „ (inquit) jam dicamus *ingenitum*, quamvis „ dici latine poſſit; ſed pro eo dicamus *non* „ *genitum*, quod tantum valet. Num igitur aliud „ dicimus, quam non Filium? Negativa porro „ iſta particula non id efficit, ut quod ſine illa „ relative dicitur, eadem præpoſita ſubſtantialiter dicatur; ſed id tantum * negatur, quod „ ſine illa ajebatur, ſicut in cæteris prædicamentis; velut cum dicimus: homo eſt, ſub„ſtantiam deſignamus. Qui igitur * dicit, non „ homo eſt, non aliud genus prædicamenti enunciat; ſed tantum * illud negat. Sicut igitur ſecundum ſubſtantiam ajo, homo eſt: ſic ſecundum ſubſtantiam nego, cum dico, non homo „ eſt. Et cum quæritur, quantus ſit; & ajo,
A „ quadrupedalis eſt; ſecundum quantitatem ajo: „ qui dicit non quadrupedalis eſt; ſecundum „ quantitatem negat. Candidus eſt, ſecundum „ qualitatem ajo: non candidus eſt; ſecundum „ qualitatem nego. Propinquus eſt; ſecundum „ relativum ajo: non propinquus eſt; ſecundum „ relativum nego. Secundum ſitum ajo, cum „ dico, jacet: ſecundum ſitum nego, cum dico „ non jacet. Secundum habitum ajo, cum dico, armatus eſt: ſecundum habitum nego, „ cum dico, non armatus eſt. Tantumdem „ autem valet, ſi dicam, inermis eſt. Secundum tempus ajo, cum dico, heſternus eſt:
B „ ſecundum tempus nego, cum dico, non heſternus eſt. Et cum dico, Romæ eſt, ſecundum locum ajo: & ſecundum locum nego, „ cum dico, non Romæ eſt. Secundum id, „ quod eſt facere ajo, cum dico, cædit: ſi autem dico *, non cædit; ſecundum id, quod „ eſt facere, nego, ut oſtendam non hoc facere. Et cum dico, vapulat, ſecundum prædicamentum ajo, quod pati vocatur: & ſecundum id nego, cum dico, non vapulat. Et „ omnino nullum prædicamenti genus eſt, ſecundum quod aliquid ajere (*b*) volumus, niſi ut ſecundum id ipſum prædicamentum
C „ negare convincamur, ſi præponere negativam „ particulam voluerimus. Quæ cum ita ſint, ſi „ ſubſtantialiter ajerem, dicendo, *filius:* ſubſtantialiter negarem, dicendo, *non filius*. Quia „ vero relative ajo, cum dico, *filius eſt;* ad Patrem enim refero: relative nego, ſi dico *, „ *non filius eſt;* ad Parentem * enim refero negationem * — Et concludit infra — Ingenitus „ porro quid eſt, niſi non genitus? Non igitur „ * receditur a prædicamento relativo, cum „ *ingenitus* dicitur. „ Hæc Auguſtinus. Secundum hanc logicam, & ego quando calorem dico, ſecundum prædicamentum qualitatis affir-
D mo: quando autem calorem dico in ſilice, vel in eſſe cognito Dei, adhuc prædicamentum, & naturam illius qualitatis appello, ad quod reducitur: quando autem calorem in ſilice non eſſe aliquid, vel in eſſe cognito non abſolute eſſe dico, ipſum idem prædicamentum tantummodo nego; non autem Dei, vel ſilicis naturam, qui ad prædicamentum qualitatis non pertinet. *Non* (inquit Auguſtinus) *a prædicamento relationis receditur, cum ingenitus dicatur;* & tamen ingenitum divinum, non niſi per reductionem, prædicamenti rationem ſubintrat; & aliud tantum formaliter eſt, quam Deitatis
E eſſentia. Sic per omnia hæc caloris in eſſe cognito ſimpliciter *non eſſe* eſt tantum per reductionem in genere qualitatis, ſicut ejus ibi *eſſe;* per hoc tamen, quod ſecundum ſuam affirmationem, & negationem, eſt formaliter non Deum eſſe, non excluditur ei Deum eſſe; vel ſilicem, modo ſuo diminuto per ejus ſimpliciter *non eſſe*. Conceditur igitur logice, quod lapis in eſſe diminuto ſimpliciter non eſt, quia non eſt eſſe ſuum

Auguſtinus *Tom. 8. pag. 836. num. 8.*

* al. tamen.

* M. ergo.

* al. tamen.

* M. dicam.

b

* M. dicam

* al. Patrem.

* M. eamdem negationem.

* M. ergo.

(*a*) Huic implicato Sophiſmati valde ſubtiliter adverſatur Waldenſis. Nota ergo, quod triplex *eſſe* lapidi convenit, & quidem diſtinctum, videlicet, *Intelligibile*, *Potentiale*, & *Exiſtens*. Primum in Deo habet, ſecundum in ſuis cauſis, ac tertium in ſe ipſo. Wicleffus autem ex primo *eſſe* lapidis in prima conſequentia non minus inſane quam perfide affirmat, *Omne ejus eſſe*, *Deum eſſe*, & *vita prima;* quod idem eſt ac dicere, *lapis eſt Deus*, blaſphemia vere intolerabilis. In ſecunda vero ſibi contradicit, cum negat lapidem in Deo ſimpliciter Deum eſſe, vel vitam Verbi. Et hoc veritati conſentaneum judicatur; quoniam lapis tantum habet *eſſe* ideale in Deo, & etiam eſſe Virtuale eminentiale, ſicut S. Th. de Deo ut prima cauſa 1. p. q. 13. art. 5. ait: *in qua præexiſtunt excellenter omnes rerum perfectiones*. Et ideo non eſt proprie, abſolute, ſive ſimpliciter Deus, cum infinite ab eo diſtet.

(*b*) In Ed. V. additur *ſeu affirmare*, ſed cum nec in MSS. Doctrinalis, nec in editis D. Auguſtini talis reperiatur additio, eam ſuſpicor intruſam explicationis gratia.

ſuum proprium: prædicatum enim appellat propriam formam ſuam. Conceditur etiam æque logice, quod lapis in eſſe diminuto eſt vita in Deo, & ſummum ens, ſecundum proprium eſſe Dei; & tantum valet argumentum: *lapis in Deo eſt Deus, igitur ſimpliciter eſt*, ac ſi argueretur cum expreſſione ſophiſmatis: *lapis in Deo habet eſſe divinum, igitur lapis in Deo habet eſſe ſuum proprium, vel ſecundum genus ſuum*. Nec tamen eſt Deus terminus diſtrahens, ſed *eſſe tale* diſtrahit ab *eſſe:* Deum autem *eſſe* ſupplet diſtractionem; quemadmodum eſſe album, non eſt eſſe diminutum, ſed ſecundum dentes eſſe album: & idcirco quod Auguſtinus dixit res in eſſe cognito, vel in cauſis ſuis non eſſe, ſecundum hoc Anſelmus jam ſupra * dixit determinate illa non proprie, & abſolute eſſe: *id* (inquit) *non eſt proprie, & abſolute*.

* *Num.* 3.

CAPUT X.

Contra errorem Wicleffi, dicentis, Deum non poſſe quidquam facere, niſi quod facit: & eſt vetus error *.

* *Poſt Divinam eſſentiam, jam incipit Omnipotentiam Dei a Wicleviſtico errore defendere.*

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quis fuerit tertius Wicleffi error, manifeſtatur.*
2. *Quod hujuſmodi error fuit etiam Petri Abaelardi.*
3. *Diluitur talis error per Divum Bernardum, & Hugonem.*
4. *Quod Magiſter ſententiarum etiam hunc errorem impugnaverit.*
5. *Divi Auguſtini opinio ponitur.*
6. *Origenis authoritas in medium adducitur.*
7. *Quomodo in creaturis tria eſſe inveniantur, quæ tres Divinarum Perſonarum proprietates reſpiciunt.*

1. PRolatatur adhuc ex noſtro Wicleffo, & ſuis ſequacibus tertia ſoboles (*a*) ab infecto ſtipite ampliſſimi ſui *eſſe;* & quouſque Divinæ potentiæ dederint limites, verba prophana non limitant. *Prodiit* enim *quaſi ex adipe iniquitas eorum*, quia ſic *transierunt in affectum cordis; immo iniquitatem in excelſo loquuti ſunt*, dicentes illud *Trialogi* libro 1. c. XI. „ quod omnipotentia Dei, & ejus actualis „ creatio coæquantur: & inde eſt Deus omni„ potens, quia omne poſſibile produxit: quia „ nolo (inquit *) vagari circa intelligibilitatem, „ ſive potentiam producendi res, quæ non ſunt, „ concedens, quod nihil eſt producibile, niſi „ quod eſt. „ Hæc Wicleffus.

a

Pſal. 72. 7.

Per Wicleffum omnipotentia Dei æquatur cum actuali creatione ejus.
* Wicleffus.

2. Aſt Mater Eccleſia jubet, ut vetus iſte repatriet error; ut tendat ad Protoplaſtum ſuum hæc Hæreſis, impræqnata per Wicleffum, ſed nata de *Petro* quondam *Abaelardo* famoſo hæretico (*b*), cujus capitula errabunda recitans Beatus Bernardus in textu verborum ſuorum, capite tertio, dicit PETRUS *: Ex his itaque „ tam de ratione, quam de ſcripto collatis, „ conſtat, id ſolum Deum ſacere poſſe, quod „ aliquando fecit *. „ Et una cum Wicleffo li-

Petrus Abaelardus.

b
Bernardus *To.* 1. *pag.* 646.
* Abaelardus.
* *M.* facit.

A mitans Dei potentiam ad tempus, in quo produxit, ſubdit PETRUS. Prædictis itaque ratio„ nibus, vel objectorum ſolutionibus, liquere „ omnibus reor, ea ſolummodo poſſe Deum „ facere, vel dimittere, vel eo modo tantum, „ vel eo tempore, quo fecit *, non alio. „ Et dicit Wicleffus loco prædicto *: „ Concede (in„ quit) quod Deus nihil poteſt producere, ni„ ſi pro menſura aliqua illud producat, quia „ aliter non ſolvitur clare ratio Auguſtini de „ Dei invidia. Et PETRUS * *in loco prædicto: „ Hac* (inquit) ratione, qua convincitur, quod „ Deus Pater tam bonum genuit Filium, quan-

* *M.* facit.
* *lib.* 1. *Trial. cap.* 11.
* *Petrus Abaelardus.*

B „ tum potuit, cum videlicet, aliter reus eſſet „ invidiæ; clarum eſt, & omnia, quæ facit, „ quantum poteſt egregia facere; nec ullum com„ modum, quod conferre poſſit, ſubtrahere velle. „

3. Sic videtis, quod quomodo Achitophel conjurationem iniit cum Abſalone, ſic Wicleffus Lollardus (*c*) cum Petro Abelardo. Quo contra ſurgit Chuſai cum David, Bernardus cum Domino: immo Orthodoxorum chorus, & in eis Bernardus unus, ne Regis ſummi potentia favilleſcat, alloquens Dominum Chriſtum, BERNARDUS. Vides (inquit) PA„ TER SANCTE, quas ſcalas, immo quæ præ-

2. *Reg.* 15. 12.
c
Ibid. & 27.

C „ cipitia, iſte ſibi paraverat ad ruinam. Om„ nipotentiam, ſemipotentiam, nullipotentiam „ * ipſo auditu horreo; & ipſum horrorem „ puto ſufficere, ad refellendum. „ Hæc ille. Contra iſtos ipſos Conjuratores, & abbreviatores brachii Domini, cujus ipſi vires ignorant, (quærente Propheta, *brachium Domini, cui revelatum eſt?*) diſputans Pater Hugo lib. 1. de *Sacramentis* parte 11. capite ultimo, ſic capitales eorum querelas enarrat, & ſolvit: HUGO. „ Omnia (inquit) poteſt Deus, quæ poſſe po„ tentia eſt. Et ideo vere Omnipotens eſt, „ quia impotens eſſe non poteſt. Eant igitur

Bernardus *Tract. de erroribus Petri Abaelardi To.* 1. *cap.* 3. *pag.* 655.
* *M.* nullam potentiam.

c Hugo *Tom.* 3. *lib.* 1. *parte* 2. *cap.* 22. *pag.* 502.

D „ nunc, & de ſuo ſenſu glorientur, qui opera „ Divina ratione ſe putant diſcutere: & ejus „ potentiam ſub menſura coarctare. Cum enim „ dicunt: hucuſque poteſt, & non amplius; „ quid hoc eſt aliud, quam ejus potentiam, „ quæ infinita eſt, concludere, & reſtringere „ ad menſuram? Ajunt enim: non poteſt Deus „ aliud facere, quam facit; nec melius facere, „ quam facit. Si enim aliud poteſt facere, „ quam facit, poteſt facere, quod non prævi„ dit; & ſi poteſt facere quod non prævidit, „ poteſt ſine providentia operari Deus: quia „ omne, quod prævidit ſe facturum, facit: nec

E „ facit aliquid, quod non prævidit. Si igitur „ non poteſt providentia ejus aut mutari, ut „ aliud

(*a*) Tertius videlicet error. Poſtquam enim ex ſuo *eſſe ideali* deduxit & ſtatuit, quod *Creatura eſt Deus*, & quod *Creatura ſemper eſt*, nunc procedens, jam tertium errorem venditare cupit, nempe, quod *Deus nihil poteſt facere, niſi quod aliquando facit*. Quare autem contra Divinam potentiam adeo procax exurgat, quis non videt? Nimis audet contra Deum, quia nimis certat pro *ideali æterno ſuo eſſe*, quod (ſi quid, præter ea, quæ facit, facere Deus poſſit) omnino faceſſere oportet. Deſtruit ergo Dei omnipotentiam, ne æternum ruat ſuum *eſſe ideale*.

(*b*) De Petro Abaelardo, ejus ſcilicet Patria, ac profeſſione, jam dixi ſupra in Epiſtola Nuncupatoria ad Martinum V. num. 8. Ejus errores S. Bernardus in Epiſt. 190. ad Innocentium II. & Gulielmus Abbas S. Theodorici, in diſputatione adverſus Abaelardum commemorant. Ex ipſis diſcimus, quod Abaelardus ponebat in Trinitate gradus, in majeſtate modos, numeros in æternitate. Quod conſtituebat Deum Patrem plenam eſſe potentiam, Filium quamdam potentiam, Spiritum Sanctum nullam potentiam: atque hoc eſſe Filium ad Patrem, quod quamdam potentiam ad potentiam, ſpeciem ad genus, materiatum ad materiam, hominem ad animal. Spiritum Sanctum procedere quidem ex Patre & Filio, ſed minime de Patris, Filiive eſſe ſubſtantia. Deum ob id ſolum in carne apparuiſſe, ut nos verbo & exemplo inſtitueret; nec ob aliud paſſum & mortuum, niſi ut ſuam erga nos charitatem oſtenderet. Spiritum Sanctum eſſe animam mundi. Deum hominem non proprie dicendum eſſe. Liberum arbitrium, ſine adjuvante gratia, & velle, & bene agere poſſe. In Sacramento altaris remanere in aere formam prioris ſubſtantiæ. Ab Adam non trahi originalis peccati culpam, ſed pœnam. Nullum eſſe peccatum, niſi in conſenſu, & contemptu Dei. Concupiſcentia, delectatione, & ignorantia nullum peccatum committi. Suggeſtiones diabolicas fieri in nobis per contactum rerum materialium, puta lapidum, herbarum &c. Fidem eſſe liberam æſtimationem rerum, quæ non videntur. Deum non plura facere poſſe quam fecit, aut aliquando facturus ſit. Chriſtum non deſcendiſſe ad inferos. Non conceſſam Apoſtolis poteſtatem ligandi atque ſolvendi. Mala Deum nuſquam impedire, immutando voluntates hominum. Crucifixores Chriſti non peccaſſe. Spiritum timoris Domini in Chriſto non fuiſſe.

(*c*) *Wicleffus Lollardus*, ideſt, *Seminator lolii* in agro Eccleſiæ. Vide jam dicta de *Lollardis* in *Prologo* ad decem Wicleviſtarum Doctrinas.

„ aliud fiat, quam proviſum eſt; aut caſſari, „ ut hoc non fiat, quod proviſum eſt; neceſſe „ eſt fieri totum, quod proviſum eſt, & nihil „ fieri, quod proviſum non eſt. Porro quidquid fit, proviſum eſſe conſtat: & quidquid „ proviſum eſt, fieri dubium non eſt. Quod ſi „ præter providentiam fieri aliquid impoſſibile „ eſt (omne autem, quod proviſum eſt eſſe, „ fieri neceſſe eſt) aliud fieri quam fit, nulla ratione poſſibile eſt. Amplius, quidquid „ facit Deus, ſi melius poteſt facere, quam facit, in hoc ipſo non bene facit, quod optime quidem non facit, quod facit. Melius „ enim faceret, ſi quod facit, melius faceret. „ Facere quippe, & nolle melius facere, etiam „ bonum facientis, male eſt facere. Sed hæc „ pia mens in Deum dici non ſuſtinet: & ob „ hoc proximum videtur, & conſequens, quod „ melius facere non poteſt, quam facit, qui „ ſic facit, ut non faciat male in eo, quod ſic „ facit. Ejuſmodi cauſis atque rationibus quidam inducuntur, ut dicant, Deum ſuorum „ operum menſura, ac lege ita aſtrictum, atque alligatum, ut præterquam quod facit, „ quidquam nec aliud facere poſſit, nec melius.„ Hæc Hugo.

Præter providentiam quidquam fieri, impoſſibile eſt.

4. Magiſter quoque PETRUS * in *ſententiis* ſub paternis verbis (*a*) hanc Abaelardinam, & Lollardinam inſaniam digne redarguit. Hæc dicta priſcorum Patrum ad tantum proſunt, ut videre poſſit etiam inſipiens idiota, quomodo non eſt recens hæc aſſertio Wicleffi; & quomodo ſuxit hoc mel (quod in omni ſacrificio reprobatur) de petra, non Eccleſiæ Chriſti, ſed Abaelardi; & motiva ſua, qualiter ſibi efluxerunt, de ſaxo illo duriſſimo. Porro duo potentiora motiva jam Hugo reſumpſit: primum de Dei providentia, ſecundum de Dei invidia, vel maleficentia: Neutrum tamen poterit melius ſtare ſub procuratore Petri * Wicleffo, quam ſub authore * profecit (*b*). Solvenda enim ſunt, ut Deus dederit, juxta Sanctorum ſententias, & Scripturæ.

* *Petrus Lombardus in* 1. *Sent. Diſt.*43.

Deuter.32.13.

* *Petri Abaelardi*.
* *ipſo Abaelardo*.

5. Præmittenda tamen eſt in principio ſuppoſitio Auguſtini, Epiſtola 111. *ad Voluſianum*. AUGUSTINUS. Demus (inquit) Deum aliquid poſſe, quod nos fateamur inveſtigare „ non poſſe. In talibus enim * rebus tota ratio facti eſt potentia facientis.„ Hæc Auguſtinus.

Auguſtinus Tom.2. *Epiſt. alias* 3. *nunc* 137. *cap.* 2. *pag.* 405.
* *M. omittunt* enim.

6. Hanc enim Dei potentiam alloquens Apoſtolus ad *Rom.* dixit, *inveſtigabiles* eſſe *vias ejus*. Certe omnimode inveſtigabiles non eſſent, ſi omnes eſſent ad extra productæ. Tunc enim, ſecundum eumdem Apoſtolum, inviſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta eſſent conſpecta. Verumtamen Origenes ſuper *Epiſtolam Pauli* ad Rom. tractans præfatum textum, dixit, ORIGENES. Neque inſcrutabilia judicia, „ & inveſtigabiles viæ dicerentur, niſi quia „ nulla eſt creatura, quæ vel inveſtigare valeat, vel ſcrutari. Solus eſt enim Filius, qui „ noverit Patrem, & ſolus eſt Spiritus Sanctus, qui ſcrutatur omnia; etiam altitudinem Dei. Et ideo hanc altitudinem Dei, „ quam & *inſcrutabilem* dicit, & *inveſtigabilem*, omni creaturæ inſcrutabilem & inveſtigabilem dicit „ (*c*). Hæc Origenes. Taceo hic, quod non dicit Doctor *, Filio, qui novit Patrem, eſſe inveſtigabiles vias Domini: ſed bene *omni creaturæ*, quaſi Filius non ſit creatura (*d*). Sed quantum proponimus; ſi aliquid poteſt Deus, quod inveſtigare non poſſimus, juxta Auguſtinum *: immo quod ab omni creatura inveſtigari non poteſt, juxta Origenem, & Apoſtolum *; manifeſtum habemus, quod multa poteſt Deus de omnipotentia ſua, quæ exterius producendo, nullatenus communicat creaturis: & tunc Omnipotentia Dei, & ejus actualis creatio, non æquantur. Intelligendo igitur, juxta fidem Eccleſiæ, & Sanctorum Patrum, eſſe video IN DEO SINE LIMITATIONE POTENTIAM, SINE IGNORATIONE SAPIENTIAM, ET SINE MALITIA VOLUNTATEM.

Rom. 11. 33.

Ibid. 1. 20.

Origenes Tom. 2. *lib.* 8. *pag.*391. *Edit. Pariſien.*

Matth. 11.27.
1. *Cor.* 2. 10.

* Origenes, *ſupple*.

* *ſupra num.*5.

* *Paulo ſupra.*

7. Has autem tres Perſonarum Divinarum proprietates reſpiciunt ordinate, per vices ſuas, tria *eſſe* in creatis naturis, quæ ſunt eſſe *obedientiale*, eſſe *potentiale* ſecundum cauſas naturales, & eſſe *exiſtentiæ* in genere proprio. Eſſe enim *obedientiale* creaturæ reſpicit primo pro objecto, Dei potentiam; eſſe *potentiale*, ſervatum in cauſis, reſpicit rationes æternas in arte Conditoris; & eſſe *exiſtentiæ* generis proprii, reſpicit Dei voluntatem pro immediata cauſa: quia ſic eſt res producta, qualiter Deus vult eam eſſe productam. Sic autem applicat proprietates Divinas Apoſtolus Paulus his tribus creatis *eſſe*, dicens: *quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia*. Quod exponens Origenes lib. 8. ſuper *Epiſt. Pauli ad Rom.* in fine dicit, ORIGENES. Quod dicit *ex* „ *ipſo* hoc ipſum, quod ſumus, indicat: *per* „ *ipſum* autem, quod per ejus providentiam „ diſponamur *: *In ipſo vero*, quod perfectio „ omnium, & finis, in ipſo erit tunc, cum „ erit Deus omnia in omnibus.„ Hæc Origenes. Non tamen exiſtimandum erit potentiam Divinam ſine providentia, vel voluntate, aliquid operari circa *eſſe* primum *: providentiam quoque non ſine poteſtate rem in cauſarum gremio præparare: cum tota Trinitas perſonarum, ſecundum unamquamque proprietatem, ſimul unumquodque creatum, ſecundum omne *eſſe* ſuum ſignabile *, complete producat. Non eſt enim iſte ordo in Deo creante; ſed in creata natura, ſecundum modos varios & reſpectus. Sed forma hujus Operis talibus ſubtilitatibus finem ponit.

Tres relationes ad Deum in Creaturis.

Rom. 11. 36.

Origenes Tom. 2. *pag.* 391.
* *Ex. Pariſ.* diſpenſamur in vita.

* *eſſe* ſcilicet *obedientiale*.

Cod. Ferrarien. ſingulare.

CAPUT XI.

De *eſſe* rei naturali, & obedientiali, ſecundum quod poteſt Deus multa, quæ non facit, nec vult unquam facere.

SYNOPSIS.

1. *Duo eſſe rerum dicit ſe velle conſiderare, nimirum naturale, & obedientiale.*
2. *Divi Auguſtini authoritas ponitur, per quam duplex*

(*a*) *Sub paternis verbis*, verbis ſcilicet, & authoritate Sanctorum Patrum Eccleſiæ.

(*b*) Motiva illa de Dei *providentia*, & de Dei *invidia*, quæ ad limitandam Dei potentiam parum in Petro Abaelardo profecerunt, minus in Wicleffo, Abaelardi procuratore, proficient.

(*c*) Intelligendus hic eſt Origenes de perfecta Dei cognitione, ad quam utique Creatura in hoc tenebrarum loco non poteſt aſſurgere. At bene poteſt per ſuas inveſtigationes imperfectam Dei cognitionem attingere. Sic ex creaturis, tamquam ex effectibus, poteſt inveſtigando cognoſcere Deum Creatorem, velut omnium cauſam. Hoc idem docet Sapiens: *A magnitudine ſpeciei & creaturæ, cognoſcibiliter poterit Creator horum videri*. Sap. 13. 5. Et Sanctus Bernardus Serm. 31. ſuper Cant. *Tanta hæc formarum varietas, atque numeroſitas ſpecierum in rebus conditis, quid, niſi radii ſunt Deitatis?*

(*d*) Quod Origenes docuerit Dei filium eſſe creaturam, multi tradunt, præſertim S. Epiphanius in Epiſt. *ad Johannem Jeroſolymitanum*, & S. Thomas prima parte quæſt. 34. art. 1. ubi vocat Origenem *Fontem Arianorum*. Alii econtra nonnulla ex Origene proferunt teſtimonia, quibus ipſe *non factum* Dei Filium aperte teſtatur. Hoc idem advertit ex citato teſtimonio THOMAS WALDENSIS: & idcirco obiter notat Origenem, non ſibi ipſi cohærere; ſi namque per eum *Filius eſt creatura*, quomodo *omni creaturæ* & non Dei Filio ſunt inſcrutabiles viæ Domini?

duplex rerum creatarum eſſe *manifeſtatur*.

3. *Quod Chriſtus poterat ſumere carnem de coſta Virginis: quod quidem, cur non fecerit, oſtendit.*

4. *Deum non poſſe facere, niſi utilius & melius, tamquam falſum probatur.*

5. *Chriſti vulnera ſanari poterant, cum tamen adhuc appareant.* A

6. *Quod poterat Deus hominem Chriſtum aliunde ſucipere, quam de genere Adam.*

7. *Poterat Deus uno die facere cuncta, ſi voluiſſet, vel biduo.*

8. *Poterat denique alia ratione genus humanum redimere, quam moriendo.*

a 1. DImitto hanc fidei ſubtilitatem (*a*) peritis ſcholaſticis, ne videar contra promiſſum ſublimia texere, & ultra quam ſtylus pauper prætendit (facilis etiam omni aſpicienti) ducere populares quaſi ſuper pinnaculum Templi, & capere viros etiam mediocres dicar, abſcondens tendiculas contra inſontem fruſtra. B

Matth. 4. 5. *Prov. 5. 22.*

b Ex his ergo tribus *eſſe* prædictis (*b*) duo ſuccincte reſumam, conſiderans aliquod *eſſe* creaturæ, humilitatis vel obedientiæ, & aliquod *eſſe* actualiter conſtitutæ, ſecundum conſuetum curſum naturæ: qualiter P. Auguſtinus VI. *ſuper Gen. ad lit.* cap. XX. * quærit, quomodo cauſales rerum rationes primordiales inſtitutæ ſunt. Numquid ſic, ut ſingulæ res ex eis prodirent, ſecundum curſus temporum uſuales; aut ſine ullo progreſſu temporis, & expectatione naturæ; ſicut Adam primo ſine incremento conſueto, ſtatim eſt factus homo perfectus? C

* *To. 3. cap. 14. pag. 206.*

2. Et reſpondet AUGUSTINUS. Reſtat, ut ad „ utrumque modum habiles creatæ ſint; ſive ad „ iſtum, quo uſitatiſſime tempora * tranſcur„ runt; ſive ad illum, quo rara & mirabilia „ fiunt, ſicut Deo facere placuerit, quod tem„ pori congruat.„ Hæc Auguſtinus. Ecce quod Creaturæ omnes non uno modo, ſed bino modo ſunt producibiles; ſcilicet, modo conſueto naturæ, & modo inſueto, & mirabili. Certe ſecundum *eſſe*, quod habent in cauſis naturæ, non poſſent, niſi uno modo naturæ produci: ſed ſecundum *eſſe habile*, vel *obedientiale*, poſſunt objective ſic produci, vel aliter indifferenter. Iſtud enim *eſſe* habile creaturæ putatur a quibuſdam eſſe illa maſſa figuli, de qua dicit Apoſtolus ad Rom. IX. „ Numquid dicit figmentum ei qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? „ An non habet poteſtatem figulus luti ex ea„ dem maſſa facere aliud quidem vas in hono„ rem, aliud in contumeliam? Et in *annotationibus* ſuis ſuper eodem loco HIERONYMUS. „ Tales (inquit) ſumus ad comparationem „ Dei, quale ad ſuum eſt artificem figmentum.„ Hæc ille. Poteſt igitur Deus de eo *eſſe* *, hoc vel illud, & hoc modo, ſicut jam ipſe conſtituit in cauſis, vel alio modo, producere. Nec reſiſtet hoc *eſſe habile* creaturæ; immo ſimpliciter obediet artificis poteſtati. Quod declarans IX. *ſuper Gen. ad literam* cap. XVII. dicit AUGUSTINUS. Super hunc (inquit) motum curſumque„ rerum naturalem, poteſtas Creatoris habet „ apud ſe poſſe de his omnibus facere aliud, „ quam eorum quaſi ſeminales rationes habent; „ non tamen id, quod in eis non poſuit, ut „ de his fieri, vel ab ipſo poſſit. NEQUE ENIM „ POTENTIA TEMERARIA, ſed Sapientiæ vir„ tute omnipotens eſt. Et hoc de unaquaque „ re in ſuo tempore facit, quod ante in ea fe„ cit, ut poſſit. Alius eſt ergo rerum modus, „ quo illa herba ſic germinat, illa ſic; illa ætas „ parit, illa non parit; homo loqui poteſt, pe„ cus non poteſt. Horum & talium modorum „ rationes, non tantum in Deo ſunt, ſed ab „ illo etiam rebus creatis inditæ, atque con„ creatæ. Ut autem lignum de terra exciſum, „ aridum, perpolitum, ſine radice ulla, ſine „ terra & acqua, repente floreat, & fructum „ gignat; ut per juventam ſterilis fœmina in „ ſenectute * pariat; ut aſina loquatur, & ſi quid „ ejuſmodi eſt; dedit quidem naturis, quas „ creavit, ut eis & hæc fieri poſſent; (neque „ enim ex eis, vel ille faceret, quod ex eis fie„ ri non poſſe, ipſe præfigeret, quoniam ſe ipſo „ non eſt, nec ipſe potentior): verumtamen „ alio modo dedit, ut hæc non haberent in „ motu naturali; ſed in eo, quo ita creata eſ„ ſent, ut eorum natura voluntati potentiori „ amplius ſubjaceret. Habet igitur Deus in ſe „ ipſo abſconditas quorumdam factorum cau„ ſas, quas rebus conditis non inſeruit; eaſque „ implet, non illo opere providentiæ, quo na„ turas ſubſtituit, ut ſint; ſed illo, quo eas ad„ miniſtrat, ut voluerit, quas ut voluit, con„ didit.„ Hæc Auguſtinus. Jam vides duplex *eſſe* creaturæ prædictum, *eſſe* ſcilicet naturali motioni concretum; & aliud, quo * Deo volente res fiunt, & pronæ * ſubjacent potentiæ fortiori. Nec rideat hic Abaelardinus noſter C Wicleffus, quia ſupra dixit Auguſtinus, de unaquaque re Deum ſuo tempore facere, quod antea in ea fecit, ut poſſit; quaſi jam confirmatum ſit erroneum dictum ejus, quod Deus nihil poteſt facere, niſi quod tempore ſuo fecit. Nec enim Auguſtinus hic de potentia Dei quidquam dixit, quid ſcilicet Deus poſſet, præter hoc, quod fecit? ſed ſolum, quid ſecundum curſum inditum naturæ de rebus facit; vel quod ſic fieri poſſit. Et tunc dixit, quod de re in ſuo tempore facit, quod ante in ea fecit, ut poſſit. Sed ſubſequenter adjungit, alium modum eſſe * rerum, quarum cauſas rebus non D inſeruit, ſed apud ſe eas habet abſconditas, quas (dicit) Deus adimplet, ut vult, ſcilicet, producens aliquando: quandoque vero nunquam: quod ex ſe ipſo videri poteſt cap. immediate præpoſito, ubi ponit, & aſſerit, quod Chriſtus potuiſſet aſſumere carnem ſuam de coſta, vel aliunde de alio membro Virginis, ſicut Evam olim fecit de coſta primi Parentis.

Auguſtinus Tom. 3. p. 1. cap. 14. pag. 216.
* M. temporalia.
Duo modi, quo Creaturæ ſunt a Deo producibiles.
Rom. 9. 20.
*Hieronymus Tom. 11. pag. 876.
* *eſſe habili*.
Auguſtinus Tom. 3. p. 1. pag. 255.
* *M. ſenecta.*
* *al.* quod.
* *al.* prout.
* *forte* eſſendi.

3. AUGUSTINUS. Poterat (inquit) Dominus „ carnem ſuam de coſta, vel de aliquo mem„ bro Virginis creare: ſed qui poſſet oſtende„ re in corpore ſuo hoc ſe iterum feciſſe, quod E „ factum eſt, UTILIUS IN MATRIS CORPORE oſtendit nihil pudendum eſſe, quod caſtum eſt.„ Hæc Auguſtinus. Quid jam dicit noſter Wicleffus ad Auguſtinum? Quo tergiverſari poteſt; niſi forte velit frontoſe dicere Auguſtinum plane mentiri? Dicit, quod *omnipotentia Dei, & ejus actualis creatio coæquantur; & Deum nihil poſſe facere, niſi quod tempore ſuo fecit* (*c*). Jam c plane falſum affirmat, quia carnem ſuam de coſta Virginis creatam Chriſtus aſſumere poterat, qualem carnem non ſibi creavit, nec in tempore ſuo hactenus conſummavit. *Potuit* (inquit)

Auguſtinus Tom. 3. p. 1. cap. 16. pag. 254.

(*a*) Quæſtiunculam innuit, quam in fine capitis præcedentis, tamquam ab inſtituto ſuo alienam definite contempſit.

(*b*) Ex *eſſe* nempe obedientiali, potentiali, & eſſe exiſtentiæ.

(*c*) Pariſienſis editio, ſicut & Veneta, ac MSS. Codd. paſſim habent *facit*, & ſæpe etiam *fecit*. At ſive primo legatur, ſive ſecundo modo, eadem ſemper exprimitur mens Wicleffi, qui generaliter loquitur & de eo quod facit nunc, & de eo quod aliquando fecit Deus.

a quit) ſi *voluit* (*a*). Certe hoc ipſum potuit, quod tamen non voluit, ſed nec volet.

4. Sed dicis: *nihil niſi utilius, & ſimpliciter melius poteſt Deus facere*. Adhuc erras: quia hoc potuit Deus facere, quamvis aliud fecit utilius, dicit Auguſtinus. Et quia jam de Omnipotentia Dei loqui tentavimus, ſecundum quam poteſt alia creare, quam creat, vel unquam actu creabit; plura inferamus de talibus, ut pudorem ingerant aliquando viro mendoſo *, amputaſſe Domino potentiam ſuam, & blaſphema lingua mutilaſſe Dei brachium infinitum.

* Wicleffo.

5. Idem inſuper Auguſtinus Epiſt. *ad Deogratias Presbyterum*, in reſponſione ad primum dubium dicit, Chriſti vulnera potuiſſe ſanari, ne cicatrices apparerent. AUGUSTINUS. Si quiſquam (inquit) vir fortis dimicans pro Patria, multa adverſa vulnera exciperet, & peritiſſimo Medico, qui hæc ita curare valeret, ut cicatrices nullæ apparerent, ipſe potius diceret, ſic ſe velle ſanari, ut magis eſſent in corpore ſuo veſtigia vulnerum, tamquam tituli gloriarum; ideo ille Medicus cicatrices finxiſſe videretur *: quia cum per artem facere * poſſet, ne eſſent, certa exiſtente cauſa, per artem effecit potius ut eſſent." Hæc Auguſtinus.

Auguſtinus Tom.2. Epiſt. 202. al. 49. pag. 275.
* M. diceretur
* M. efficere potuerit ut non eſſent.

6. Habet etiam idem Auguſtinus XIII. *de Trinit.* cap. XVIII. quod Chriſtus potuit aliunde aſsumere hominem, quam de ſtirpe primi Adam; & quod potuit creaſse unum alium Redemptorem hominum. AUGUSTINUS. Poterat enim (inquit) utique Deus aliunde hominem ſuſcipere, in quo eſset Mediator Dei, & hominum; non de genere illius Adam, qui peccato ſuo genus obligavit humanum; ſicut ipſum, quem primum creavit, non de genere creavit alicujus. Poterat ergo ſic, vel alio, quo vellet modo, creare unum alium, de quo vinceretur victor prioris: ſed melius judicavit, & de ipſo quod victum fuerat genere aſsumere hominem Deus, per quem generis humani vinceret inimicum." Hæc Auguſtinus. Vides jam, quod Chriſtus iſta potuit; quæ tamen nunquam fecit, nec factus eſt: & vides, quod aliud potuit, & aliud melius judicavit: potuit de alio genere accepiſse naturam; ſed de natura victa illam accipere melius judicavit. Non eſt igitur potentia Dei neceſſitata ad melius producendum, ut tu dicis. Item IV. *ſuper Gen. ad lit.* cap. IV.

Auguſtinus Tom. 8. pag. 943.
Potentia Dei non neceſſitatur ad melius producendum.

7. AUGUSTINUS. Nec quiſquam ita demens eſt, ut audeat dicere non potuiſse Deum facere uno die cuncta, ſi vellet; aut, ſi vellet, biduo: uno die ſpiritalem creaturam, & alio * corporalem; ſive uno die Cœlum cum omnibus ad ipſum (*b*) pertinentibus, & alio terram cum omnibus, quæ in ea ſunt; & omnino quando vellet, quamdiu vellet, & quomodo vellet. Quis eſt, qui dicat voluntati ejus aliquid poſſe * reſiſtere?" Hæc Auguſtinus. Ecce quod iſta potuit, ſi voluit, quæ tamen non ſic fecit. Quomodo igitur tu dicis creationem Dei actualem, ſuæ omnipotentiæ coæqualem?

Auguſtinus Tom. 3. p. 1. cap. 2. pag. 163.
* al. altero.
Rom. 9. 19.
* M. potuiſſe.

8. Verumtamen quia dicis in omnibus talibus, taliter extendentibus Dei potentiam, inſerendam eſſe illam additionem, *ſi Deus velit*, (ad ſuffocandam Dei potentiam ſub colore oppoſitæ voluntatis) quid dices ad Gregorium, dicentem plane Deum potuiſſe quod non voluit; potuit, ſcilicet, aliter ſubvenire Mundo, quam moriendo; ſed non aliter voluit? Unde xx. lib. *Moral.* cap. XXV. tractans illud Job, *compatiebatur anima mea pauperi*, GREGORIUS. A „Tunc plena eſt (inquit) cordis noſtri compaſſio, cum malum inopiæ pro proximo ſuſcipere non metuimus, ut illum a paſſione liberemus. Quam videlicet pietatis formam Mediator nobis Dei, & hominum dedit. Qui cum poſſet nobis etiam non moriendo ſuccurrere; ſubvenire tamen moriendo hominibus voluit: quia nos videlicet minus amaſſet, niſi & vulnera noſtra ſuſciperet. Nec vim nobis ſuæ dilectionis oſtenderet, niſi hoc, quod a nobis tolleret, ad tempus ipſe ſuſtineret." -- Et ſequitur -- „An non in Divinitatis ſuæ divitiis nobis inviſibilis permaB nens, miris nos potuit virtutibus ditare? Sed ut ad internas divitias rediret homo, foris apparere dignatus eſt pauper Deus." Hæc Gregorius. Hoc ipſum igitur Deus Omnipotens potuit facere, quod ex ſumma bonitate ſuæ operationis, non voluit adimplere.

Job. 30. 25.
Gregorius Tom.1.lib.20. cap. 36. pag. 670.

CAPUT XII.

Probatur ex Scripturis, quod multa poteſt Deus facere, quæ non facit. Unde creatio Dei actualis, & ejus potentia non æquantur.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quamplurimæ authoritates Sacræ Scripturæ adducuntur, quibus cognoſcitur Deum poſſe multa facere, quæ non facit.*
2. *Quomodo his authoritatibus reſpondeat Wicleffus, oſtenditur.*
3. *Confutatur Hæretici reſponſio.*
4. *Falſam eſſe Dei omnipotentiæ deſcriptionem, quam aſſignavit Wicleffus, convincitur.*
5. *Vera Divi Auguſtini de Dei omnipotentia deſcriptio aſſignatur.*
6. *Quod deſcriptio data per cauſam præſtantior ea eſt, quæ per effectum datur.*
7. *Hæc propoſitio*, Dei voluntas eſt ſola cauſa rerum, *quomodo ſit intelligenda.*
8. *Error Wicleffi in hac materia, unde ortum habuerit, propalatur.*
9. *Dei voluntatem eſſe rerum neceſſitatem, concluditur.*

1. SEd quid hic ſtamus, & uſque ad Scripturam Sacram, ſcalam rationis fidelis non ponimus, ubi, docente ipſo Deo, ſcire poſſumus, utrum non poſſit ipſe facere quæ non facit? Verum *Geneſis* XIX. habemus, quod Dominus in Angelo ſuo dixit ad Loth: *Non potero facere quidquam, donec ingrediaris illuc*. Potuit quidem ſua potentia, ſed non potuit de ſua juſtitia. Simile eſt enim quod habetur *Marci* VI. *Non potuit ibi multas virtutes facere* -- Et ſequitur, -- *propter incredulitatem eorum*. Eodem inſuper loco *Gen.* XVIII. promiſit Deus, ſi invenirentur decem juſti, parcere Civitati: quod tamen non neceſſe fuit; immo aliter potuit feciſſe, etſi tot eſſent inventi, dicente Auguſtino ſuper eodem loco in *quæſtionibus ſuper Gen.* Au-

Gen. 19. 22.
Quædam poteſt Deus de ſua potentia, non de ſua juſtitia.
Marci 6. 5. v. 6.
Gen. 18. 32.

(*a*) Hæc propoſitio, *Deus potuit facere aliud quam fecit*, *ſi voluit*; in ore viri Catholici veritatem ſonat: in lingua vero doloſa Wicleffi falſitatem tegit, ad enervandam Dei potentiam. Supponit enim hæreticus arctatam Dei potentiam ad ſolum utilius & ſimpliciter melius faciendum. Quid ergo prodeſt illa conditio, *ſi voluit*, enim citra melius & utilius *non potuit?* Numquid ponit aliquid in ſe voluntas, quando omnino ad eamdem rem deeſt poteſtas? Futiliter ergo, & ad decipiendum apponitur a Wicleffo conditio, illa *ſi voluit*. Nec hæreticus ipſe unquam credidit, quod Deus velit aliud facere, quam facit, quia alligando Dei poteſtatem ad ſolum utilius & melius, voluntatem quoque Divinam alligavit, ut fruſtra velit ultra id quod poteſt, & facit.

(*b*) *Ad ipſum* deeſt in Edit. Maurina.

Auguſtinus To. 3. quæſt. 40. pag. 389.

AUGUSTINUS. Non (inquit) neceſſe erat Deo „ tam ſceleratis hominibus parcere, ne cum illis perderet juſtos, cum poſſet, juſtis inde liberatis, reddere impiis digna ſupplicia: ſed a ut (*a*) oſtenderet malignitatem illius multitudinis, dixit: *Si decem ibi invenero, parcam univerſæ Civitati*; tamquam ſi diceret: *Certe poſſum nec pios cum impiis perdere; nec* * *propterea impiis parcere, quia, ſeparatis inde piis, poſſum impiis digna rependere; & tamen, ſi ibi inveniantur, parco.* „ Hæc Auguſtinus. Potuit igitur Deus affligere Civitatem ſalva juſtitia, quamvis toti parcere promiſit de ſua clementia. *Matthæi* quoque XXVI. dicit Chriſtus Petro: *An putas quia non poſſum rogare Patrem, ut exhibeat mihi modo pluſquam duodecim legiones Angelorum? Sed quomodo* b *implebuntur Scripturæ, quia ſic oportet fieri?* (*b*) Potuit igitur Chriſtus impetraſſe duodecim legiones Angelorum: quod tamen non fecit.

Gen. 18. 32.

** M. nec tamen*

Matth. 26. 53.

2. Sed reſpondit WICLEFFUS I. *Trial.* c. XI. „ Evangelium vere dicit, quod Deus Pater poteſt exhibere Filio ſuo pluſquam duodecim legiones Angelorum, & ſic facit: non tamen dicit Evangelium, quod illas legiones poteſt Filio ſuo concedere, ut non taliter patiatur; poteſt tamen, ſi voluerit.

3. Ecce quod dixi vobis, quomodo ſophiſticat Evangelium Jeſu Chriſti. *Poteſt* (inquit) *concedere ipſi tot legiones, ſed non ut non taliter patiatur*. Sed cur ergo iſta dixit Petro, jam evaginato gladio, conanti facere, ne taliter pateretur? Et quare ſubjecit: *quomodo implebuntur Scripturæ, quia ſic oportet fieri?* An legiones, quas Pater jam Chriſto concedit, Scripturarum impletionem impediunt; cum tamen ſic oporteat fieri, ideſt, Chriſtum oporteat pati, ſecundum quod poſt reſurrectionem ait Diſcipulis, quia ſic oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam? Potuit ergo ne facere cum legionibus impetratis a Patre, ne taliter pateretur? *Non* (inquit) *potuit, ſed potuit, ſi voluit*. Inutilis conditio, quæ perimit ante conceſſum. Hieronymus ſuper illo loco *Matthæi* in *Commentario* dicit abſolute quod potuit, loquens ex perſona Chriſti, HIERONYMUS. Non (inquit) indigeo duodecim Apoſtolorum auxilio, etiamſi omnes me defenderent, qui poſſum habere duodecim legiones Angelici exercitus. „ Hæc Hieronymus. Ecce quomodo Hieronymus exponit, quare Chriſtus dixerit ſe poſſe legiones Angelorum habere: *ut me defenderent* (inquit): & ſine conditione dixit Chriſtum poſſe, quod Wicleffus dixit, non potuit. Auguſtinus *de ſpiritu & lit.* in principio libri, numerat hoc inter poſſibilia fieri, & non facta. AUGUSTINUS. Legas (inquit) duodecim „ millia legiones Angelorum pro Chriſto, ne pateretur, pugnare potuiſſe; nec tamen factum. „ Hæc Auguſtinus. Et jam percutitur Wicleffus in gloſſa ſua novella: quia plane aſſerit Auguſtinus illas legiones pugnare potuiſſe, *ne Chriſtus taliter pateretur*. Fabricet igitur ſibi gloſſam adhuc aliam, quia iſta paſſa eſt ruinam magnam. Et videat omnis homo, ſi non poſſit Deus, quod poteſt homo; & ſi non ſit grandis blaſphemia hoc poſitivum quid negare Deo Creatori, quod conceditur Creaturæ. Hoc dico pro alio diſcipulo, qui cum Petro gladium habuit, quo percutere potuit; quod non fecit. Unde ſuper hoc textu Lucæ, *Domine ecce duo gladii hic* lib. ultimo, capite XCII. *ſuper Lucam*, BEDA. Duo (inquit) gladii ſufficiunt ad teſtimonium ſponte paſſi Salvatoris. Unus, qui & Diſcipulis * audaciam pro Domino certandi, & avulſa * ictu ejus auricula, etiam Domino morituro pietatem, virtutemque doceret ineſſe medicandi; al- A ter, qui nequaquam vagina exemptus, oſtenderet eos, nec totum quod potuere pro ejus defenſione facere permiſſos. „ Hæc Beda. Ecce hoc potuerunt Diſcipuli, quod Chriſtus nolebat permittere; & per conſequens non volebat: quare ergo non poteſt Deus ipſe, quod ipſe non vult facere? Præterea in prædicto loco Evangelii habetur, quod Chriſtus rogabat Patrem transferre calicem paſſionis ſuæ a ſe. Et notat ibi Hieronymus, non petiſſe Chriſtum, ut transferret a ſe calicem, ſed *calicem illum*, ideſt, illum modum patiendi, ut imputetur Judæis ad culpam: & ſubjecit: *Abba Pater, omnia* B *poſſibilia ſunt tibi*. Quæritur: nonne poſſibile fuit Patri, quod Chriſtus tunc in oratione petebat? Si ſic; & tamen Pater hoc non fecit: potuit ergo Deus Pater transferre *calicem illum* Chriſti; quod tamen non fecit. Si non fuit poſſibile, improvida igitur fuit oratio Chriſti, qui voluit orare pro impoſſibili. Et conformiter, non verum dixiſſet Chriſtus, quod omnia poſſibilia eſſent Patri, quia non hoc ipſum, quod ipſe petiit. Non igitur dixiſſet *omnia*, ſed *aliqua*. Aut quid juvaret dicere *omnia* poſſibilia eſſe Patri, ſi hoc rogatum non eſſet unum de *omnibus?* Tantum enim eſſet dicere: *Pater, con-* C *cede mihi hoc impoſſibile, quia non omnia poſſibilia ſunt tibi*. Sed tractans hunc locum libro *de conſenſu Evangeliſtarum*, dicit AUGUSTINUS. Non „ (inquit) dixit, ſi *facere poſſet* *. Fieri enim poteſt quod ille voluerit. Sic itaque dictum eſt, *ſi fieri poteſt*; ac ſi diceretur, *ſi vellet* * -- Et ſubdit -- In hoc ſatis oſtendit, non ex impoſſibilitate, ſed ex voluntate Patris, dictum eſſe, *ſi fieri poteſt*. „ Hæc Auguſtinus. Ecce quam plane dicit Auguſtinus translationem Paſſionis Chriſti non fuiſſe *ex impoſſibilitate* Patris, ſed *ex voluntate*. Potuit ergo hoc facere Pater, quamvis non voluit. In poteſtate ſua erat tran- D ſferre; in voluntate ſua non transferre. Ubi eſt jam gloſſa extraordinaria Wicleffi, qua ſolet Doctores exponere, *poteſt Deus ſi vult?* Jam poteſt Deus quod non vult, nec unquam volet. Et abſque dubio talibus inconvenientibus implicari ſolent, qui novitatibus talibus, ſua voluntate, ſine intellectu Scripturæ laborant; non intelligentes quæ loquuntur, nec quomodo loqui debeant, in logicalibus cœci, in Scripturis Evangelicis errabundi. Et iſta forſan jam dicta, ad ſolidandum fidelem ſufficiunt: hæretico autem nec totus acervus, aut mundus fidelium rationum. Ex abundanti ergo audiamus, quid de E prædictis dixerit Auguſtinus. Decimo tertio enim *de Trinit.* cap. X., reſpondens quibuſdam quærentibus, utrum alius modus non fuit Deo poſſibilis, quo redimeret homines, AUGUSTINUS. „ Eos (inquit) qui dicunt: ita ne defuit Deo modus alius, quo liberaret homines a miſeria mortalitatis hujus, niſi ut Unigenitum Filium Deum coæternum ſibi, hominem fieri vellet, induendo animam, & carnem, mortalemque factum mortem perpeti? Parum eſt ſic refellere, ut iſtum modum, quo nos per Mediatorem Dei & hominum hominem Jeſum Chriſtum Deus liberare dignatur, aſſeramus bonum, & Divinæ congruum dignitati:

Ibid.

Act. 17. 3.

Hieronymus Tom. 7. lib. 4. cap. 26. pag. 222.

Auguſtinus Tom. 10. cap. 1. pag. 85. Matth. 26. 38.

Duo diſcipuli habentes gladium ad tuendum Chriſtum in paſſione ſua. Luc. 22. 38.

Beda Tom. 5. pag. 482. Luc. 22. 38.

** Ex. Baſil. Apoſtolis.*

** Ibid. evulſa.*

Quare unus Diſcipulus amputavit auriculam Malcho.

Luc. 22. 42.

Hieronymus Super Matth. To. 7. pag. 219.

Marci 14. 36.

Auguſtinus Lib. 3. cap. 4. To. 3. p. 2. pag. 116.

** M. poteſt.*

** M. ſi vis.*

Auguſtinus To. 8. pag. 936.

(*a*) M. *Ut dixi, ad oſtendendam malignitatem.*

(*b*) Vulg. *An putas, quia non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo pluſquam duodecim legiones Angelorum? Quomodo ergo &c.*

„ tati: verum etiam ut oſtendamus alium mo„ dum poſſibilem Deo non defuiſſe, cujus po„ teſtati cuncta æqualiter ſubjacent, ſed ſanan„ dæ noſtræ miſeriæ convenientiorem modum „ alium non fuiſſe, nec eſſe potuiſſe*. „ Hæc Auguſtinus. Videat jam adverſarius veritatis, ſi non potuit Chriſtus impetrare a Patre tot le- A giones Angelorum, qui eum defenderent, ne taliter pateretur; & ſi non potuit rogare Patrem, & obtinere rogatum, ne *taliter pateretur*, cum ipſe potentia Divinitatis ſuæ ſibi congenita, potuit ſibi aliter providere, ne *taliter pateretur*. Sed ſingula ponderentur: primo, quod modus alius poſſibilis redimendi non defuit, quamvis ille convenientior fuit: & demum, quod non ſufficit reſpondere ſic quærentibus, quod iſte modus fuit Deo congruus, bonus, & ab eo volitus, quemadmodum reſpondet Wicleffus, *poteſt ſi vult*: verum etiam, dicit Auguſtinus, oportet ut oſtendamus alium modum poſſibilem Deo B non defuiſſe; ut dum de poteſtate quæritur, non voluntas, ſed potentia concedatur. Et ſubdit cauſam: *cujus* (inquit) *poteſtati cuncta æqualiter ſubjacent*. Quæ *cuncta?* Numquid eſt & alius modus redimendi inter iſta *cuncta? Non* (inquit Wicleffus) *quia non eſt inter entia*. Igitur inutiliter infertur: *ergo alius modus poſſibilis Deo affuit, quia cuncta æqualiter ſibi ſubjacent*. Sed vere *cuncta*, & hæc inter cuncta, ea ſcilicet, quæ non ſunt, tamquam ea quæ ſunt, *æqualiter ipſi ſubjacent*. Æqualiter ſunt: non alligant poteſtatem ejus quæ ſunt; nec ea, quæ non ſunt, ejus fugiunt poteſtatem. Idem Auguſtinus C ſecunda parte *Sermonum*, Serm. *de Nativit. Domini*, qui incipit, *Conſulte & ſalubriter*, dicit, quod Chriſtus aliter potuit liberare nos, quam naſcendo, ſed ratio non permiſit. AUGUSTINUS. „ Si ipſe (inquit) venire diſpoſuit, quare per „ Fœminam venit? quare per obſcœna membra „ tranſivit? His reſpondemus, & dicimus: po„ tuit aliter liberare nos, quia omnipotens Deus „ eſt; ſed non ſufficiebat in Deo, ut eſſet ſola „ poteſtas, ſed pariter & æquitas poteſtatis. Po„ teſtas eſt in virtute, æquitas in ratione. Ra„ tio itaque exigebat, ut per eum ſalvaretur „ homo, per quem factus eſt. „ Hæc ille. Con- D ſideretur jam, quod ad omnipotentiam Dei pertinet multa poſſe producere, quæ non producet. *Potuit* (inquit) *aliter liberare nos, quia omnipotens* eſt; non ergo *Omnipotens*, *ſed Aliquipotens* tantum eſſet, ſi non poſſet oppoſitorum utrumque. Secundum hanc Scholam Auguſtini dixit Bernardus Epiſt. *ad Innocentium Papam* contra blaſphemias Abaelardi, quæ incipit, *Oportet ad veſtrum*, BERNARDUS. Quis negat Omni„ potenti ad manum fuiſſe alios modos noſtræ „ redemptionis, juſtificationis, liberationis? Ve„ rum hoc non præjudicat hujus, quem e mul„ tis elegit, efficaciæ. Et fortaſſe is præſtat, E „ per quem in terra oblivionis, gravedinis, la„ pſus noſtri, tot & tantis gravaminibus Repa„ ratoris fortius & vivacius admoneremur. „ Hæc Bernardus.

*M. oportuiſſe

Rom. 7. 17.

Auguſtinus Similia habet To.5.ſerm.54. & in Append. ſerm. 122. Chriſtus quare per Fœminam ad nos venire diſpoſuit.

Auguſtinus.

Bernardus Tom. 1. Tract. de errorib. Abelardi cap. 8. pag. 660.

4. Conſiderare item poſſumus ex prædictis, quam invalida ſit deſcriptio Omnipotentiæ Dei ſignata per Wicleffum *Trial.* cap. XI. WICLEFFUS. Deus (inquit) eſt omnipotens, quia omne „ poſitivum producibile * producit. „ Jam enim non omne poſitivum producibile Deus producit: quia nec poſſibilem alium modum redemptionis humanæ, nec carnem ſuam de coſta virginea, nec omnia opera viſibilis Mundi in die una; nec illum alium Redemptorem in humana natura, & cætera, quæ ſunt dicta *. Aut ergo Deus non eſt Omnipotens; aut inutilis, & ſuperſtitioſa eſt deſcriptio ſic ſignata.

* Cod. Ferrerien. poſſibile.

* Subintellige produxit.

5. Sed audiamus deſcriptionem certioris Philoſophi Auguſtini. Ipſe enim in *Enchiridii* capite XCVI. AUGUSTINUS. Neque enim (inquit) „ ob aliud quid veraciter vocatur Omnipotens, „ niſi quoniam quidquid vult, poteſt; nec vo„ luntate cujuſpiam creaturæ, voluntatis omni„ potentis impeditur effectus. „ Hæc Auguſtinus.

Auguſtinus Tom. 6. pag. 231.

6. Et quidem multo melius: quia jam a cauſa incipitur, non ab effectu. Juxta enim certiores Philoſophos, potentia eſt proximum operandi principium. Si ergo potentia ſit principium operis, ſubverſio eſt ordinis actui, vel operi, deſignare cauſalitatem, vel authoritatem reſpectu potentiæ naturalis; quod facit Wicleffus, deſcribens potentiam Omnipotentis per actum productionis. Nullus ignorat, quoniam viſus ſit principium viſionis, & non e contra: quis igitur delirus interrogatus, unde poſſet videre, reſponderet, quia video? Simile eſt quod dicitur, ideo Deum eſſe potentem, quia facit; vel omnipotentem, quia cuncta producit. Potentia enim Creatoris eſt primum principium fiendorum primitate originis (*a*): ſed voluntas eſt primum principium primitate immediationis. Ideo dicit *ſuper Johannem* Homilia XXXVI. AUGUSTINUS. Si hominem tantum dixeris Chri„ ſtum, potentiam negas, qua creatus es — Et XII. *de Civit. Dei cap.* XXIII. — Manus Dei, „ potentia Dei eſt; qui etiam viſibilia inviſi„ biliter operatur — Et ibidem cap. XXV. — ex „ intima potentia Creatoris, & ſapientia Con„ ditoris res eſſe acceperunt. „ Hæc ille.

Auguſtinus Tom. 3. p. 2. pag. 544.

Tom. 7. pag. 322.

pag. 323.

7. In creatione rerum non nego voluntatem, ſed præſuppoſui poteſtatem. Non enim vellet Deus, quod non poſſet producere: poteſt autem producere, quod non volet. Quod autem dicitur aliquando, quod Dei voluntas eſt ſola cauſa rerum, ibi dicitur voluntas ſecundum quod excludit neceſſitatem, non poteſtatem: quemadmodum dicimus, *ſola voluntate mea celebravi ſacra*; cum tamen ſine ſacris non celebraverim veſtibus, vel miniſtris Altaris. *Ideo contra adverſarium Legis & Prophetarum* lib. I. AUGUSTINUS. Ideo quippe iſtorum faciendorum cau„ ſa ſola Dei bonitas, vel voluntas (*b*) fuit, „ quia neceſſitas ei ulla non fuit. „ Hæc Auguſtinus.

Voluntas Dei, quomodo ſola, cauſa ſit rerum.

Auguſtinus To. 8. lib. 1. cap. 7. pag. 554.

8. Hoc tamen ipſo percuſſus eſt Wicleffus, qui dicit Deum nihil producere ſine ſui neceſſitate, etiam abſoluta. Verum de hoc poſtea * videbimus. Sed ut omnia ad principale propoſitum reſolvamus, prima radix hujus erroris prædicti ſtat in ignorantia hujus theologici fundamenti, quod res dupliciter fluunt a potentia primæ cauſæ: aut ſcilicet per voluntatem actualiter ſtatuentem; aut ſecundum eamdem habitualiter reſervantem quid, aut quali modo res producatur, aut produci poſſit; etiamſi numquam producatur in *eſſe*. Auguſtinus enim hoc habet VI. *ſuper Gen. ad lit.* cap. XV. AUGUSTINUS. Si (inquit) non omnes cauſas in creatu„ ra primitus condita præfixit, ſed aliquas in „ ſua voluntate ſervavit; non ſunt quidem il„ læ, quas in ſua voluntate ſervavit, ex iſta„ rum quas creavit neceſſitate pendentes: non „ tamen poſſunt eſſe contrariæ, quas in ſua vo„ luntate reſervavit, & quas in ſua voluntate „ con-

* Infra cap. 21. & ſeqq.

Dupliciter res fluunt a potentia primæ cauſæ.

Auguſtinus Tom. 3. p. 1. cap. 18. pag. 208.

(*a*) *Primitate originis*, non illa, quæ a Theologis inter divinas Perſonas admittitur ſine ulla poſterioris imperfectione: ſed alia longe diverſa, demonſtrante dependentiam omnium creatorum & creabilium a Deo, tamquam a prima eorum cauſa; & quidem æquivoca; vera tamen ipſorum origine.

(*b*) *Vel voluntas* deeſt apud Maurinos.

* M. inſtituit.

„ conſtituit * : quia Dei voluntas non poteſt „ ſibi ipſi eſſe contraria. Iſtas igitur ſic condi- „ dit, ut ex illis eſſe illud, cujus cæteræ ſunt, „ poſſit : illas autem ſic abſcondit, ut ex illis „ eſſe neceſſe ſit hoc, quod ex iſtis fecit, ut „ eſſe poſſit. „ Hæc Auguſtinus. Quædam ergo ſunt jam per Divinam voluntatem ſtatuta, ut A ſint, etiam in cauſis ſecundis: quædam vero per eamdem voluntatem reſervata ſunt, ut eſſe poſſint : quorum quædam fiunt aliquando, ut converſio aquæ in vinum, prolongatio vitæ Regis Ezechiæ, germen aridæ virgæ, fluxus aquæ de ſolido ſilice, & ſimilia: quædam vero nunquam fiunt, etſi fieri poſſint; ut caro Chriſti de coſta virginea, alius Redemptor in humana natura; &, ſicut Chriſtus dixit, ſuſcitatio filiorum Abrahæ de duris lapidibus, ad litteram intellecta: *potens eſt* (inquit) *Deus de lapidibus his ſuſcitare filios Abrahæ*. Nam ſi intelligatur B ſecundum corpora, non eſt fidelibus difficultas, cum dicat VII. *ſuper Geneſim ad lit.* Cap. X. AUGUSTINUS. Omne quippe corpus in omne cor- „ pus poſſe mutari, non defuerunt, qui aſſere- „ rent. Corpus autem, ſive terrenum, ſive cœ- „ leſte, converti in animam, fierique naturam „ incorpoream, nec quemquam ſenſiſſe ſcio, „ nec fides habet. „ Hæc Auguſtinus. Et in *de vera innocentia* (a) propoſitione CCLXXVIII. „ Omne (inquit) corpus in omne corpus mutari „ poſſe, credibile eſt : quodlibet autem corpus „ in animam rationalem poſſe converti, crede- C „ re abſurdum eſt. Quoniam ſic Deus eſt O- „ mnipotens, ut nunquam ſuæ rationis inſtitu- „ ta convellat. „ Hæc Auguſtinus.

Johan. 3. 9. 4. Reg. 20. 6. Num. 17. 8. Ibid. 20. 7.

Matth. 3. 9.

Auguſtinus To. 3. p. 1. cap. 12. pag. 217.

* Auguſtinus To. 10. in Appendice Propoſ. 254. pag. 342.

9. Verumtamen quod ſupra * dixit Auguſtinus, *illas ſic abſcondit Deus, ut ex illis neceſſe ſit hoc, quod ex iſtis fecit, ut eſſe poſſit*, non eſt intelligenda neceſſitas abſoluta, ſed conſequens ex Divino velle. Non enim neceſſitatur Deus illa ſic producere, quia in cauſis ſecundis eas ſic abſcondit : ſed ipſæ ſic neceſſitantur eſſe, ſi Deus ſic eas velit eſſe. Unde loquens Auguſtinus de Adam, dicit, AUGUSTINUS. Manifeſtum eſt ſic non factum eſſe hominem, D „ contra quod * erat in illa prima conditione „ cauſarum: quia ibi erat ſic fieri poſſe; quam- „ vis non ibi erat ita fieri neceſſe eſſe. Hoc „ enim non erat in conditione creaturæ, ſed „ in beneplacito * Creatoris, cujus voluntas, „ rerum neceſſitas eſt. „ Hæc Auguſtinus. Et adhuc nota, quod ſua * voluntas, rerum neceſſitas eſt : non autem ſua neceſſitas, eum non ſit agens naturale, ſed agens ex libertate : ideo dixit Auguſtinus ſupra *, quod neceſſitas ei ulla non fuit.

* Vide ſupra num. 8.

Auguſtinus To. 3. p. 1. lib. 6. de Gen. ad lit. cap. 15. pag. 207.

* M. quam.

* M. placito.

* Ed. V. Dei. Deus eſt agens liberum, non neceſſarium.

* num. 7.

C A P U T XIII.

Quod Deus poteſt ampliare numerum rerum, ultra ſtatutum : & de diviſione Continui in infinitum.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Propoſitiones duas ad mentem Sanctorum Patrum proponit, videlicet, prima : an infinitas numeralis rerum ſit a Deo producibilis : ſecunda, an potentia Dei terminetur ad determinatum numerum maximum.*
2. *Potentiam Dei non eſſe alligatam rerum numeris, probatur.*
3. *Quod tametſi Deus Angelos & animas ſub certo numero cenſuerit eſſe creandos; non eſt tamen modo aliquo ligata ejus potentia.*
4. *Falſum eſſe dicebat Wicleffus, Continuum dividi poſſe in infinitum.*
5. *Continuum dividitur in infinitum, etiam ex intentione Auguſtini.*

1. HIs, & ſimilibus (b), frœnum dirumpunt hæreticorum pii Patres, quo immenſæ b Majeſtatis truncant (c) potentiam : & ſic de- c mum ad infinitatem creaturarum aſſurgunt, quærentes, utrum infinitas numeralis rerum ſit a Deo actu producibilis, vel potentia ejus terminetur ad determinatum numerum maximum, in quem poteſt; occaſionem ſumentes ex quodam dicto ejus *, quod eſt etiam inter *Concluſiones* ter damnatas CLV. WICLEFFUS. Deus „ (inquit) non poteſt mundum majorare, nec „ minorare ; ſed animas uſque ad certum nu- „ merum creare, & non ultra. Quærunt Fide- „ les : nunquid producto illo numero ſic ſigna- „ to, poteſt adhuc unam animam recentem „ producere? Quod ſi non ; unde eveniet illa „ impotentia? Non ex parte creaturæ: quia il- „ la Divinam potentiam ullatenus alligare non „ poteſt. Breviter dicit : ipſa Dei voluntas, „ quæ hunc ſibi numerum animarum fixit, „ ipſam Dei potentiam alligavit : quia non „ poteſt plura, ſecundum ſuam omnipotentiam, „ quam ante decrevit æterna voluntas.

* nempe Wicleffi.

2. Hanc autem rationem * inſanam vehementer reprobat Catholicus Auguſtinus VI. *ſuper Gen. ad literam*, cap. XIX. dicens de Deo, AUGUSTINUS. Potentia (inquit) ſua numeros „ creaturæ dedit, non ipſam potentiam eiſdem „ numeris alligavit. Nam ſpiritus ejus ita fa- „ ciendo mundo ſuperferebatur, ut & facto ſu- „ perferatur, non corporalibus locis, ſed excel- „ lentia poteſtatis. „ Hæc Auguſtinus. Videte jam ſpiritum ita ſuperferri, ſecundum excellentiam poteſtatis, Mundo jam facto, ſicut ſuperferebatur faciendo : & ideo potentia Dei non eſt alligata in numeris conſtitutis, pluſquam tunc fuerat ſtatuendis. Et ſubdit exemplum facti, AUGUSTINUS. Nonne (inquit) certis die- „ rum numeris ſuo cuique generi accomodatis, „ omnis natura ſerpentium coaleſcit, formatur, „ naſcitur, roboratur? Num expectati ſunt hi „ dies, ut in draconem virga converteretur de „ manu Moyſi & Aaron?

* Cod. Vat. reſponſionem.

Auguſtinus Tom. 3. p. 1. cap. 13. pag. 206.

Auguſtinus ibid.

Exodi 7. 10.

3. Sic ergo docet Auguſtinus per ea, quæ Dominus fecit, non ſervando numerum ante ſtatutum, quomodo cætera facere poſſet numero non ſervato, quem poſuit. Hoc ergo fides E Catholica tenet pro certo, quod quamquam Deus animas, vel Angelos ſub certo numero cenſuit eſſe creandos, juxta illud: *conſtituit terminos populorum, juxta numerum filiorum Iſrael*: non eſt tamen quovis modo ligata Dei potentia, ut præciſe numerum illum poſſit producere. Sed tunc ſequeretur (dicunt) quod infinitas animas poſſet Deus producere. Sed quidquid Deus poterit, numquid actu de facto producit infinita? Reſpondet Wicleffus, ſed nec intelligit, in primo *Trialogi*, cap. XI. WICLEFFUS: „ Non video (inquit) quare Deus poſſet mul- „ ta non exiſtentia intelligere, quin per idem „ intelligat infinita, quæ tu non potes intelli- „ gere,

Deuter. 32. 8.

Wicleffus.

(a) Legendum forte *in libro de ſententiis*: qui liber ex Auguſtini ſententiis confectus, adjudicatur nunc Proſpero Aquitano.

(b) Appellat dicta in ſuperiori capite.
(c) *Subintellige* hæretici Wicleviſtæ.

„ gere, vel econtra; licet utrobique deficeret „ ratio hæc probandi. „ Hæc ille.

4. Et quia proximum eſt, ut arguatur de diviſione Continui in infinitum, dicit ipſe hoc eſſe ſalſum, meliuſque ſapuiſſe Platonem, Democritum, & Auguſtinum, quam fecit recens Ariſtoteles; qui docebant ex finitis indiviſibilibus Continuum eſſe compoſitum, & in tot præciſe poſſe reſolvi. Sed quid circa hoc ſenſerit Auguſtinus non dicat nobis Wicleffus. Ipſe Auguſtinus pro ſe loquatur; ætatem habet. In lib. enim *de immortalitate animæ* ſic diſputat, & concludit, AUGUSTINUS. Quoniam quodlibet „ corpus pars eſt Mundi ſenſibilis; & ideo „ quanto majus eſt locique plus occupat, tan„ to magis propinquat univerſo: quantoque id „ facit amplius *, tanto magis eſt. Magis enim „ eſt totum, quam pars. Quare etiam minus ſit, „ cum minuitur neceſſe eſt. Defectum ergo pa„ titur cum minuitur. Porro * minuitur, cum „ ex eo aliquid præciſione detrahitur. Ex quo „ conficitur, ut tali detractione tendat ad ni„ hilum. At nulla præciſio perducit ad nihi„ lum. Omnis enim pars quæ manet, cor„ pus eſt, & quidquid hoc eſt, quantolibet „ ſpatio locum occupet. Neque id poſſet, niſi „ haberet partes, in quas identidem cederetur, „ Poteſt ergo, infinite cedendo, infinite minui, „ & ideo defectum pati, atque ad nihilum ten„ dere, quamvis pervenire nequeat. Quod item „ de ipſo ſpatio, & quolibet intervallo dici, „ atque intelligi poteſt. Nam & de his etiam „ determinatis *, verbi gratia, partem * de„ trahendo, & ex eo, quod reſtat, ſemper di„ midiam, minuitur intervallum, atque ad fi„ nem progreditur; ad quem tamen nullo „ pervenitur modo. „ Hæc Auguſtinus. Plane igitur conſenſit Auguſtinus Philoſophiæ Ariſtotelis de diviſione Continui in infinitum. Et ſicut dicit Ariſtoteles, hoc fiendum eſt per diviſionem ejus in partes proportionales minores, ita ſenſit Auguſtinus, dicens, *detrahendo ex eo quod reſtat ſemper partem dimidiam*. Et ſicut docet Ariſtoteles hanc diviſionem eſſe in potentia tantum; ita & Auguſtinus interſerit, *ad quam* (ſcilicet infinitatem) *tamen nullo pervenitur modo*. Et quia dicit COMMENTATOR in eodem III. *Phyſicorum:* cum poſuerimus, quod diminutio eſt in infinitum, non accidit impoſſibile, quia diminutio eſt in re ad nihilum; (a) ita & Auguſtinus infert: *Poteſt ergo, infinite cedendo, infinite minui, & ad nihilum tendere, quamvis nequat pervenire*.

Joban. 9. 21.

Auguſtinus *To.* 1. *cap.* 7. *pag.* 392.

* *M.* id magis facit.

* *M.* Porro autem.

* M. terminatis
* M. dimidiam. *v.* 9.

Ariſt. 3. *Phyſicor.*

Averroes.

5. Judicet igitur vir Catholicus, an non placuit magis Auguſtino Philoſophia Ariſtotelis de diviſione Continui in infinitum per partes diviſibiles, quam Philoſophia Platonis, vel potius noſtri Wicleffi de diviſione ejus in partes indiviſibiles, & deriſibiles atomos. Sed ne prædicti textus Auguſtini vileſcat authoritas, pro eo quod liber ille non eſt ſatis authenticus (b), ad tutiſſimum volumen ejus *de Trinitate* recurrimus, ubi prædicta plane confirmat lib. XI. cap. X. ita dicens, AUGUSTINUS. Ratio pergit in amplio„ ra, ſed phantaſia non ſequitur: quippe cum „ infinitatem quoque numeri ratio renunciet, „ quam nulla viſio corporalia cogitantis appre„ hendit. Eadem ratio docet minutiſſima quo„ que (c) corpuſcula infinite dividi; cum ta„ men ad eas tenuitates, vel minutias perven„ tum fuerit, quas viſas meminimus, exiliores „ minutioreſque phantaſias jam non poſſumus „ intueri, quamvis ratio non deſinat perſequi, „ ac dividere. „ Hæc Auguſtinus. Ecce quod ratio docet minutiſſima corpuſcula infinite dividi, *ſed per phantaſiam* (inquit) *hæc non poſſumus intueri*, ſed per rationem. Phantaſticus igitur Philoſophus erat Wicleffus, qui hanc diviſionem non vidit, ad quam ſola ratio manuducit. Sed ideo Sectatores hujus erroris in II. *Trialogi*, cap. III. vocat *ſenſibiles philoſophos*, quibus ſcilicet, ſupra phantaſiam per rationem non licet aſcendere ad diviſionem Continui in infinitum: viris autem fidelibus non eſt hoc arduum ſapere, ubi ratio ſuperat phantaſiam. Et nedum hanc infinitatem reperit Auguſtinus in diviſione Continui; ſed ut approbet plenius ſuum Ariſtotelem, dicentem infinitum reperiri in Continuo per diviſionem, in diſcreto per appoſitionem, ipſe etiam infinitatem probat in numeris, cum dicit, *infinitatem numeri ratio denunciat:* & probat per hoc intelligentiam Dei eſſe infinitam; quemadmodum etiam Ariſtoteles probat ex infinitate ſcibilium aliquem eſſe intellectum infinitum. Super hoc verſu Pſalmi CXLVI. *Intelligentiæ ejus non eſt numerus*, AUGUSTINUS. Excedit (inquit) omnes numeros „ numerarios intelligentia ejus: numerari a „ nobis non poteſt. Ipſum numerum quis nu„ merat? Numero numerantur, quæcumque nu„ merantur. Si quidquid numeratur, numero „ numeratur; numeri non poteſt eſſe numerus; „ numerari numerus nullo pacto poteſt. Quid „ eſt ergo apud Deum? Inde * fecit omnia, „ & ibi omnia fecit, cui dicitur, *Omnia in* „ *menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti*. At „ quis ipſam menſuram, & ipſum numerum, „ & ipſum pondus, ubi Deus omnia diſpoſuit, „ aut numerare poteſt, aut metiri, aut appen„ pendere? Ergo *intelligentiæ ejus non eſt nu*„ *merus*. „ Hæc Auguſtinus. Innumerabilitas enim in numeris, infinitas eſt. Maximus igitur numerus, quem hic vocat antonomaſtice *numerum*, numerari nullo pacto poteſt, ideſt, infinitus omnino eſt.

Ariſtoteli conſentit Auguſtinus de diviſione Continui in infinitum.

Auguſtinus *Tom.* 8. *pag.* 912.

Ex infinitate numeri probatur intelligentia Dei infinita.

Pſal. 146. 5. Auguſtinus *Tom.* 4. *pag.* 1644.

* M. unde.

Sap. 11. 21.

Pſal. 146. 5.

CAPUT XIV.

De infinitate Creaturarum ſimpliciter ſaltem, ut de punctis & numero; & quod Continuum non componitur ex indiviſibilibus.

SYNOPSIS.

1. *Docet Wicleffus, nullam rerum infinitarum ſeriem a Deo eſſe productam; immo nec producibilem.*
2. *Quod hujuſmodi poſitio antiquam hæreſim ſequitur, aſſerentem Deum infinita ſcire non poſſe.*
4. *Quam ſtulte paralogizaverit Wicleffus in ſua hac reſtrictione.*
4. *Removetur talis paralogiſmus, oſtenditurque Deum intelligere infinita infinite.*
5. *Quam falſe imaginatus ſit Hæreticus, productam fuiſſe ab initio eſſentiam corpoream indiviſibilem, compoſitam, omnemque locum occupantem.*
6. *Democritum ſequi videtur Wicleffus, dum fundat compoſitionem magni corporis ex partibus indiviſibilibus.*

7. *Do-*

(a) *Diminutio eſt in re ad nihilum:* res ad nihilum inclinat, non redigitur in nihilum.

(b) Liber paulo ante citatus *de immortalitate animæ* non eſt *ſatis authenticus;* non quod dubium ſit eum eſſe Auguſtini fœtum, ſed quod illum Mediolani (ut ipſe Auguſtinus in præfatione ad eumdem teſtatur) nondum Catholicæ Religionis initiatus myſteriis, conſcripſerit: & ut fatetur in *Retractat.* ad citatum librum, multa ibi inſolenter dixerit & contorte, & vix ſibi ipſi intelligibilia; etiam non bene juxta Scripturas. Vide infra cap. 19. num. 4.

(c) Ita Cod. Vat. ſed Maurini *minutiſſima etiam*. Ed. V. *minutiſſima quæque*.

7. *Doctores, quos in ſui favorem produxerat Hæreticus, quod poſitionem ſuam deſtruant, demonſtrat.*

8. *Argumentum hæretici, quod tamquam Achilleum exiſtimat, per Auguſtini verba diluitur.*

9. *Quod Dei potentia non ſit ad certum numerum coarctata, concluditur.*

Wicleffus.

1. IN hoc verbo ſcandalizatus eſt Wicleffus, qui docet, nullam eſſe infinitatem rerum a Deo productam, immo nec producibilem, licet minuta puncta Continui ſint infinita quoad nos, & momenta in tempore: quia tamen ſunt finita apud Deum, ideo nullatenus ſunt alia quam finita.

2. Ex quo dicto, quid aliud ſequi videtur, niſi antiqua hæreſis illa, quæ docuit infinita a Deo ſciri non poſſe (*a*)? quam ex infinitate numerali Auguſtinus conatur eſtringere XII. *de Civitate Dei*, cap. XVIII. AUGUSTINUS. Illud „ (inquit) quod dicunt, nec Dei ſcientia, quæ „ infinita ſunt, poſſe comprehendi; reſtat eis „ ut dicere audeant, atque huic ſe voragini pro„ fundæ impietatis immergant, quod non o„ mnes numeros Deus noverit. Eos quippe in„ finitos eſſe, certiſſimum eſt: quoniam in quo„ cumque numero finem faciendum putaveris, „ idem ipſe, non dico uno addito augeri, ſed „ quantumlibet * ſit magnus, & quamlibet in„ gentem multitudinem continens, in ipſa ra„ tione, atque ſcientia numerorum, non ſolum „ duplicari, verum etiam multiplicari poteſt. „ Ita vero ſuis quiſque numerus proprietatibus „ terminatur, ut nullus eorum par eſſe cuicum„ que alteri poſſit. Ergo & diſpares inter ſe „ atque diverſi ſunt, & ſinguli quique finiti „ ſunt, & omnes infiniti ſunt. Ita ne numeros „ propter infinitatem neſcit omnes Deus, & „ uſque ad quamdam ſummam numerorum ſcien„ tia Dei pervenit, & cæteros ignorat?„ *Et ſubdit:* „ Infinitas itaque numeri, quamvis in„ finitorum numerorum nullus ſit numerus, „ non eſt tamen incomprehenſibilis ei, cujus „ intelligentiæ non eſt numerus. Quapropter ſi „ *quidquid ſcientia comprehenditur, ſcientis com„ prehenſione finitur;* profecto & omnis infini„ tas quodam ineffabili modo Deo finita eſt, „ quia Scientiæ ejus * incomprehenſibilis non „ eſt.„ Hæc Auguſtinus.

Auguſtinus Tom. 7. pag. 317.

* M. quamlibet.

Pſal. 196. 5.

* M. ipſius.

3. Et notetur hic, qualiter Auguſtinus probavit numerum infinitum in natura ſua, non quoad nos tantum, ibi cum dicit: *Eos quippe infinitos eſſe certiſſimum eſt:* Scientiæ tamen comprehendentis Dei eſſe finitos. Paralogizat ergo ſtultiſſime Wicleffus, quando arguit puncta omnia, & omnes numeros ſolum finitos, quia apud Dei ſcientiam ſunt finiti, quia ſcilicet comprehenſi. An ne vere omnes Dei perfectiones ſunt ſolum finitæ, quia Dei ſcientia comprehenſæ, & per hoc finitæ, quia *quidquid ſcientia comprehenditur, ſcientis comprehenſione finitur?* An Deus ipſe non eſt in ſua natura ſimpliciter ineffabilis, incomprehenſibilis, & infinitus, quia ipſam fatur Deus in Verbo, comprehendit ex toto, & ſic ſcientis *comprehenſione finitur?* Et quid ergo dicetur? Non eſt incomprehenſibilis Deus ſimpliciter, nec infinitus, ſed nobis: ſibi autem, & per hoc * ſimpliciter eſt comprehenſibilis, & finitus. Et omnis creatura comparata Deo non eſt bona, dicente Chriſto: *Nemo bonus, niſi ſolus Deus:* & tamen ſub pœna infidelitatis jubemur credere, Deum vidiſſe cuncta, quæ fecit, *& erant valde bona*. Et ſecundum Apoſtolum & Prophetam, credere tenemur, incomprehenſibilia eſſe judicia Deitatis, & inveſtigabiles vias ejus; quas tamen o- A mnes ipſe inveſtigat; & incomprehenſibilia judicia comprehendit, quia ut dicit *ad Paulinam* de videndo Deo, AUGUSTINUS. Totum viden„ do comprehenditur, quod ita videtur, ut ni„ hil ejus lateat videntem.„ Hæc ille.

Non omne quod Deus comprehendit, eſt finitum.

* *Supple*, quia comprehendit ſe ipſum.

Matth. 19. 17.

Gen. 1. 31.

Pſal. 35. 7. Rom. 11. 33.

Auguſtinus Tom. 2. cap. 9. pag. 481. Epiſt. 147. alias 112.

4. Comprehendit igitur Deus incomprehenſibilia, & per hoc eſt incomprehenſibilis, & per hoc quod intelligit infinita infinite, eſt infinitus. Vere enim non eſſet ejus intellectus infinitus, ſi nonniſi finita poſſet intelligere; quamvis omnia infinita, quodam ineffabili modo, ſunt ipſi finita, ut jam retulit Auguſtinus *. Non ergo effabili modo, ſcilicet B modo creatæ naturæ, ſunt omnia indiviſibilia Continui, vel inſtantia temporis, vel omnes unitates in numero finitæ, ſed ineffabili modo; ſcilicet, ſoli Deo: ſibi ipſis autem, & creatis aſpectibus ſimpliciter infinitæ.

Deus intelligit infinita infinite.

* *ſupra num.* 2.

5. Fremit tamen Wicleffus contra iſta, quia compoſitio ſua novella omnis quanti corporis ex indiviſibilibus, & non quantis, pateretur occaſum. Partes enim immediatæ Continui non poſſunt eſſe plures, quam actu finitæ. Pro certo autem documento concedit: omne corpus ex indiviſibilibus principiis ſolidari. Unde de quodam magno corpore mundiali ſic habetur inter C *Concluſiones* ter damnatas, *Concluſione* CLXIII. WICLEFFUS Imaginandum eſt unam eſſentiam „ corpoream in principio eſſe productam, ex „ indiviſibilibus compoſitam, occupare omnem „ locum poſſibilem.„

6. De productione alicujus talis corporis non legi aliud, niſi quod *in principio creavit Deus Cœlum, & Terram*. Qui autem ibi fundat compoſitionem magni corporis ex omnibus indiviſibilibus rerum partibus, videtur cum inani Democrito plicare telam araneæ, unde lib. 1. c. 11. *Hexameron* dicit AMBROSIUS. Auſus eſt (Moy„ ſes ſupple) dicere: *in principio fecit Deus Cœ*„ *lum & Terram.* D Non ille, ut atomorum con„ curſione mundus coiret, ſerum atque otio„ ſum expectavit negotium: neque diſcipulum „ quemdam ideæ (*b*), quam contemplando, „ mundum poſſet effingere, ſed authorem Deum „ exprimendum putavit. Advertit enim vir ple„ nus prudentiæ, quod viſibilium, atque inviſi„ bilium origines ſubſtantiarum, * atque cauſas „ rerum mens ſola Divina contineat, non ut „ Philoſophi diſputant, validiorem atomorum „ complexionem perſeverantiæ jugis præſtare „ cauſam: & judicavit, quod telam araneæ te„ xerent, qui ſic minuta, & inſubſtantiva prin- E „ cipia Cœlo, & terris darent.„ Hæc ille. Ecce laudes compoſitionis Wicleffi ex indiviſibilibus: quia Moyſes *judicavit, quod telam areneæ texerent, qui ſic minuta & inſubſtantiva principia Cœlo, & terris darent;* magno illo imaginabili corpore, quod dicit occupare *omnem locum poſſibilem*. Ecce quas laudes meruit tuus Democritus, quem extollis, cum dicis: *Democritus, Plato, Auguſtinus, & Lincolnienſis, qui ita ſenſerant, ſunt longe clariores Philoſophi.* Ecce Democritus tuus *telam araneæ* texuit, in qua Plato tuus ſuam veſtivit ideam.

Gen. 1. 1.

Cum democrito nugatur Wicleffus.

Ambroſius To. 1. pag. 4.

Gen. 1. 1.

* M. ſubſtantias.

Supra num. 5.

Wicleffus.

7. Quid

(*a*) Præter quoſdam Paganos Philoſophos, quos hic refutat ſuppreſſo nomine Auguſtinus; Dei ſcientiam limitare ſunt quoque auſi Manichæi, qui Deum Legiſlatorem, non verum Deum, ſed principem tenebrarum prædicabant: Ariani item, & Macedoniani: illi quia Dei Filium; iſti quia Spiritum Sanctum, creaturam eſſe contendebant.

(*b*) Maur. *neque diſciplinam quamdam materiæ*. Sed notant, quod *diſcipulum quemdam* habent decem MSS. melioris notæ.

7. Quid autem *Lincolnienſis* de compoſitione ex indiviſibilibus finitis ſenſerit, ſcio quidem: quoniam in *Expoſitione* ſua IV. Capituli I. *Poſteriorum*. LINCOLNIENSIS. Alibi (inquit) expoſuimus qualiter linea eſt ex multiplicatione „ infinita puncti, & ſuperficies ſimiliter ex multiplicatione infinita lineæ; & quomodo ſecundum modum alium linea non eſt ex punctis, nec ſuperficies ex lineis. „ Quid tibi jam cum Sancto (*a*) *Lincolnienſi*, cum tu ponis lineam, vel quodcumque Continuum, conſtare ex finitis indiviſibilibus tantum: *Lincolnienſis* autem ex multiplicatione ejus in infinitum? Sed nec Auguſtinus tecum eſt, qui, ut ſupra * oſtendimus, diviſionem Continui concedit in infinitum: quoniam etiam argumentum tuum ipſe ſolvit, quod reputaras achillicum in Capitulo III. ſecundi *Trialogi*. WICLEFFUS. Feci (inquis) alias hanc evidentiam, „ ſumptis omnibus partibus alicujus Continui, „ ex quibus componitur: quæro, utrum ſunt „ ulterius diviſibiles; ſi non, habetur intentum; „ ſi ſic: ergo quælibet earum eſt diviſibilis in „ partes ulteriores: ergo numerus illarum aſſignatus in principio non eſt numerus totalis „ omnium partium aſſignati*. „

Lincolnienſis pag. 60.
a
* Supra capite 13. num. 4.
Wicleffus.
* Scilicet aſſignati continui

8. Et jam tibi dicitur: quamvis numerus actualis omnium partium hujus Continui ſit ſignandus, numerus tamen omnium partium poſſibilium ejuſdem dandus non eſt, quia infinitus eſt. Aut nunquid non audiſti Auguſtinum dicentem ſupra *, quod *infinitorum numerorum nullus eſt numerus?* Qui ergo numerum infinitorum petis, reſtat, ut audias nullum tibi poſſe numerum ſignari, niſi numerum infinitum: & certe hic eſt totalis numerus omnium partium aſſignati Continui. Et nonne ii omnes diviſibiles ſunt? Immo ſic. Dicit Auguſtinus, quod omnis pars, quæ manet, corpus eſt, quidquid hoc eſt; neque hoc poſſet, niſi haberet partes, in quas identidem cæderetur: quæ quamvis continuæ * diviſibiles ſunt, plures tamen quam infinitæ futuræ non ſunt. *Ergo* (inquis) *tale corpus componitur ex partibus infinitis*. Non quidem actu, ſed potentia tantum. Unde & Auguſtinus ideo dicit, quod diviſio illa ad finem continue progreditur, quamvis pervenire nequeat, (*actu* ſupple). Et alibi: *ad finem progreditur, ad quem nullo pervenitur modo:* (*ex ſe* ſupple). Sed activa Dei potentia bene poteſt potentia illa paſſiva Continui reduci ad actum, quia verum eſt illud XII. *Metaphyſ. Quidquid eſt in potentia materiæ, eſt actu in primo motore*.

* Num. 2. hujus Capitis.
* Forte continuæ.
Partes continui ſunt infinitæ, non actu, ſed potentia tantum.
Ariſtot. 12. Metaph.

9. Ex quibus omnibus hoc ſolum gaudemus nos poſſe concludere, quod Dei potentia non terminatur impoſſibiliter ad certum numerum creandorum, ſicut nec ejus ſcientia ad finitum numerum cognitorum: & propter hoc adduximus Sacros Teſtes, dicentes Dei potentiam nullo modo fixis numeris alligatam: quin immo & infinita poſſit producere, quamvis jam nolit; & de facto producit infinitas, puta partes dati Continui, & indiviſibilia infinita actu in illo Continuo; ex quibus tamen * Continuum ipſum nulla ratione componitur. Infinitas etiam unitates, immo & numeros infinitos in illo magno numero infinito: quæ omnia per diſtinctionem ſuam magiſtralem de eſſe naturali, & metaphyſico Wicleffus noſter a genere entium, realium ſaltem, excludere nunquam poteſt, quin etiam ſint creatæ naturæ, & in genere quantitatis ſitæ. Numeros quoque omnes in Deo magnum locum habere, qualiter dicit Auguſtinus XII. *de Civit. Dei*, cap. XVIII. AUGUSTINUS. Non * „ audebunt iſti (inquit) contemnere numeros, „ & eos dicere ad Dei ſcientiam non pertinere, apud quos Plato Deum magna authoritate commendat, mundum numeris fabricantem; & apud nos Deo dictum legitur, *Omnia* „ *in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti*: de quo & Propheta dixit *: *Qui profert* „ *numero* * *ſeculum* (*b*). Et Salvator in Evangelio: *Capilli* (inquit) *veſtri omnes numerati ſunt*. „ Et tandem valde noto, quod in fine Capituli tremendo ſubinfertur. „ Quare ſi „ infinitas numerorum ſcientiæ Dei, qua comprehenditur, eſſe non poteſt infinita; qui „ tandem nos ſumus homunculi, qui hujus * „ ſcientiæ limites figere præſumamus? „ Hæc Auguſtinus ibid. Ergo qui non intendit contra Deum præſumere, ſcientiæ ejus infinitæ nolit limites aſſignare. Non præſumat blaſphemare cum Wicleffo Deum non poſſe intelligere infinita, quæ tu non potes intelligere; & rationem hoc probandi deeſſe fidelibus, dummodo conſtet nobis, quod *intelligentiæ ejus non eſt numerus*.

* Ed. V. tantum.
Auguſtinus To. 7. pag. 317.
* Maurini nec.
Plato dixit Deum numeris Mundum fabricaſſe.
Sap. 11. 21.
* M. dicit.
Iſai. 40. 26.
* M. numeroſe.
Matth. 10. 30.
* M. ejus.
Pſal. 146. 5.

CAPUT XV.

Contra ſubterfugium illud Wicleffi, *Poteſt Deus ſi vult*, ſub quo negat Deum poſſe, quod poteſt, ſi vult.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Wicleviſtæ quomodo gloſſent propoſitionem de Dei potentia.*
2. *Inanem prorſus eſſe ſuam expoſitionem, ſive gloſſam, Sanctorum teſtimoniis comprobatur.*
3. *Quod aliud eſt voluntatis principium, aliud poteſtatis: & quod duplex eſt in Deo voluntas, altera quidem præveniens altera comitans.*
4. *Concluſiones quædam enumerantur, quibus mediantibus in hac materia, Hæreticorum falſitas demonſtratur, videlicet: Natura poteſtatis diſtinguitur a natura voluntatis. Voluntas ſequitur ad efficaciam poteſtatis. Definitio poteſtatis, talis eſt, ſi voluntati adjacet faciendi facultas. Homo ſi vult, credit; ſi vero non vult, non credit.*
5. *Quod aliquando* Poteſtas *in Scripturis ſumitur pro* voluntate, *&* impoſſibilitas *pro* nolitione.
6. *Diviſio illa omnimembris de Dei voluntate, unde ortum habuerit, patefacit.*

1. GLoſſa vero communis, quam Wicleffus omnibus ſupradictis * de Dei potentia, quaſi generale providit emplaſtrum, jam locum habet, ut videatur ſi valeat. „ Evangelium „ (inquit) vere dicit, quod Deus Pater poteſt „ exhibere Filio pluſquam duodecim legiones „ Angelorum; & ſic facit: non tamen dicit „ Evangelium, quod illas legiones poteſt Filio ſuo concedere, ut non taliter patiatur: „ poteſt tamen, ſi voluerit. Et ſic conceduntur

* cap præced.
Wicleffus.
Matth. 26. 53.

(*a*) *Sanctum* dicit *Lincolnienſem* ob ſingularis innocentiæ famam: vel ſaltem ob ſanctum propoſitum, quo ſe, ac ſtudia ſua divino cultui mancipavit. Hoc ſenſu recte *Sanctos* vocari poſſe Epiſcopos, & quoslibet Fideles, immo res quaslibet Sacras docet infra WALDENSIS lib. 2. cap. 36. Quod ſemel notaſſe proderit: nam doctiſſimus Author, eo tempore ſcribens, quo vulgarem *Sancti* titulum nondum Romana Edicta reſtrinxerant, crebro aliis largitur viris, de quibus non bona opinio apud Eruditos nunc prævalet.

(*b*) Vulg. *Qui educit in numero militiam eorum*.

„ tur omnes contingentiæ, quas damnamus,
„ hoc eſt: oppoſita eorum poſſunt contingere,
„ ſi Deus voluerit. „ *Primo Trial.* cap. XI. ſub
hoc enigmatico reſponſo negat audacter, Deum
quidquam poſſe facere, quod non facturus eſt!

Deum poſſe hunc Mundum majorare, vel minorare, negat Wicleffus.

Sed quando authoritates occurrunt, ipſe ſtatim
A ad prædictum latibulum ſuum currit, & ſol-
vit, *poteſt* (inquit) *ſi vult*. Sic ergo primo ne-
gare ſolet, Deum poſſe majorare, vel minora-
re Mundum præſentem; nec potuiſſe aliter re-
demiſſe genus humanum, & ſimilia. Sed ad fi-
nem ſemper infert, *poteſt*, *ſi vult*. Sub hac
gloſſa communi ſedent omnes Wicleviſtæ ſecu-
ri; non tamen ſicut Elias ſub juniperi ſui um-
bra, ſed ſicut Jonas ſub hedera. Accedat igi-
tur vermis ille (*a*), qui eſt prima veritas: men-
tiar, ſi radices hujus gloſſæ non comedat, un-
de herba marceſcat. Cur negas Deum poſſe
majorare Mundum; quod tamen *poteſt*, *ſi vult?*
B An tunc non poteſt, ſi cum vult, poteſt? Non
inquis. Cur hoc? Quia non vult, & nihil po-
teſt, niſi volens. Jam ecce ſuppoſui tibi, quod
velit. Non (inquis) poteſt velle; ſed ſi vult,
poteſt.

3. Reg. 19. 4. Jon. 4. 6.

a

2. Mirabilis, & apud omnem intellectum in-
tricata reſponſio! Quod ſi vult, poteſt, hoc
ipſum non poteſt. Auguſtinus autem docuit *A-
deodatum* oppoſitam logicam III. *de libero ar-
bitrio*, capitulo III. AUGUSTINUS. Optime (in-
„ quit) de te veritas clamat. Non enim poſ-
„ ſes aliud ſentire eſſe in poteſtate noſtra, ni-
„ ſi quod cum voluerimus*, facimus -- *Et in-
C fra verſus finem Capituli* -- Non enim negare
„ poſſumus habere nos poteſtatem, niſi dum
„ nobis non adeſt quod volumus. „ Hæc Au-
guſtinus. Ecce quod Auguſtinus ſupponit in-
telligentem virum non poſſe ſentire quidquam
eſſe, in poteſtate noſtra, niſi hoc, quod cum
voluerimus, facimus. Perverſe igitur interpre-
taris Dei potentiam, quam, cum voluntati a-
deſt facultas, adhuc dicis invalidam, & non
eſſe potentiam. *Poteſt* (inquit) *Deus majorare
Mundum*, *ſi velit: ſed tamen omnino non po-
teſt*, *nec poterit*. Quare non poterit? *Quia non
volet*. Adhuc inordinate reſpondet, cum alia
D poteſtatis ſit natura, alia ratio voluntatis. Non
enim quæro, quid Deus vult, ſed quid poteſt.
Hic enim es in caſu redarguti diſcipuli, quem
B. Anſelmus ex hoc ipſo reprehendit in Libro
ſuo *de caſu diaboli*, cap. XII. ubi interrogante
Anſelmo ſi Angelus per ſe poſſit velle aliquid,
„ *puto* (inquit) *poteſt*, *ſi aliquando vult*. At
redarguens eum ANSELMUS. Non reſpondes
„ (inquit) ad interrogationem meam. Ego quæ-
„ ro de nihil volente, & de poteſtate, quæ
„ præcedit rem: & tu reſpondes de volunta-
„ te, & poteſtate, quæ ſit cum re. -- *Et ſe-
E „ quitur* -- Quæro poteſtatem ante voluntatem,
„ qua ſe poſſit movere ad voluntatem. Tu ve-
„ ro cum reſpondes, quia *ſi vult poteſt*, dicis
„ poteſtatem, quæ cum voluntate ipſa ſit. Ne-
„ ceſſe eſt enim, ſi vult, ut poſſit velle. „
Hæc Anſelmus.

Auguſtinus To. 1. pag. 611.

* M. volumus.

Alia poteſtatis natura, alia voluntatis.

Anſelmus pag. 77.

3. Diſce igitur ab hoc dicto Anſelmi, aliud
eſſe voluntatis principium, aliquid poteſtatis:
& ideo cum de poteſtate quæritur, incon-
grue de voluntate reſpondetur. Diſce iterum,
unam eſſe poteſtatem, quæ prævenit volunta-
tem, aliam quæ comitatur. Per primam red-
ditur quis *ſimpliciter potens*: per ſecundam *ef-
ficaciter*: quia poteſtatem illam primam, quan-
ta ſit, vel qualis in radice, voluntas executio-
ni demandans, monſtrat in opere: quæ tamen
plena ante opus fuit, quia ipſi poteſtati per
opus ſequens nihil poteſtatis accreſcit: & an-
te omne opus nihil minus de vigore inſuit po-
teſtati. De qua in *Hexameron* -- AMBROSIUS.
„ Ubi mora, cum legas, *ipſe dixit*, *& facta
„ ſunt?* Nec artis ergo uſum, nec virtutis, ex-
„ pendit, qui momento ſuæ voluntatis maje-
„ ſtatem tantæ operationis implevit; ut ea,
„ quæ non erant, eſſe faceret tam velociter,
„ ut neque voluntas operationi præcurreret,
„ nec operatio voluntati. „ Hæc ille. Hæc ſci-
licet eſt poteſtas, quæ voluntati concurrit. Et
ecce catholicum argumentum: Opifex habens
utrumque oppoſitorum in poteſtate, non pri-
vatur poteſtate ſua ſuper primo, quamvis de-
terminate eligat ſibi ſecundum: ſed Deus ab
æterno fuit potens producere Mundum, & di-
mittere: ergo quamvis elegit producere mun-
dum in determinato tempore; non minus ta-
men fuit tunc potens ipſum dimittere; Et hoc
fuit verum æternaliter ante voluntatem effica-
cem, quam Deus habebat in tempore. Sed ob-
ſtat rudis aliquis Wicleviſta, neſciens forſan in-
telligere, qualiter poteſtas præit voluntatem in
Deo, quamvis in homine poſſit intelligi. Ac-
cedat iſte ad Venerabilem Anſelmum, & au-
diat eum docentem ſuum diſcipulum, & per
hoc probantem, quod mundum prius potuit
Deus feciſſe, quam fieret, vel factus eſt. AN-
SELMUS. Exiſtimo (inquit) quod Mundus,
„ priuſquam fieret, nihil erat. DISCIPULUS.
„ Verum dicis. MAGISTER. Ergo omnino ni-
„ hil eſſe potuit, antequam eſſet. DISCIPU-
„ LUS. Ita ſequitur. M. non igitur potuit eſ-
„ ſe, antequam eſſet. D. & ego dico: ſi non
„ potuit eſſe; impoſſibile fuit, ut eſſet aliquan-
„ do. M. & poſſibile, & impoſſibile erat, an-
„ tequam eſſet: & quidem in cujus poteſtate
„ non erat, ut eſſet, erat impoſſibile; ſed Deo,
„ in cujus poteſtate erat, ut fieret, erat poſſi-
„ bile. Quia igitur Deus prius potuit facere
„ Mundum, quam fieret, ideo eſt mundus:
„ non quia ipſe Mundus prius potuit eſ-
„ ſe. „ Hæc Anſelmus *de caſu Diaboli*, cap. XII.
Vide jam primo, quod mundus, priuſquam fie-
ret, omnino nihil erat. Noli jam dicere, quod
mundus tunc fuit Deus (*b*). Vide ſecundo, b
quod Deus poteſt aliquid producere, quod non
eſt: immo quod quantum ad ſe eſt, eſt impoſ-
ſibile. Et vide tertio, quod Deus producere
potuit, quod nunquam voluit, mundum ſcili-
cet, priuſquam produxit. *In Deo* (inquit An-
ſelmus) *in cujus poteſtate erat, ut fieret*. Ecce
poteſtas non ſolum ante voluntatem, ſed ab-
ſque voluntate. Erat tunc poteſtas, ſed nulla
voluntas, ut ſic confundaris, & non poſſis con-
ditionare poteſtatem illam de cætero, dicens:
ſic potuit, *ſi voluit*. Immo dicis ſed *nec vo-
luit*, *nec potuit velle*; *ideo non potuit*: *potuit
tamen ſi voluit*. Ergo non aliter potuit hoc
Deus (quod non voluit) quam muſca potuit,
quod æque non voluit. Muſca enim non vo-
luit producere mundum antequam fuit, nec
potuit velle: ideo ſimpliciter non potuit; po-
tuit tamen ſi voluit. Hæccine iſta magna Dei
poteſtas, quam Sancti Doctores attollunt: de
qua dicit Auguſtinus, quod terſiſſe potuit ci-
catri-

Per voluntatem exequentem non conſtituitur poteſtas, ſed tantum manifeſtatur.

Ambroſius. To. 1. lib. 1. *Hexameron cap 3. pag. 5. Pſalm. 148. 5.*

Anſelmus *de caſu diaboli c. 12. pag. 60.*

Auguſtinus *To. 5. Serm.* 88. & 112.

(*a*) Sub tropo dictum eſt de Chriſto, quod eſſet *vermis*, propter humanitatem, qua ſe exinanivit; & præſertim propter ludibria & paſſiones, quibus attritus fuit.

(*b*) Quod mundus ſit Deus, dicebat Varro; imo & ipſe Plato hoc idem eſſutire non eſt veritus. Hi enim arbitrabantur Deum eſſe animam mundi, & hunc ipſum mundum idcirco eſſe Deum; ſicut homo idcirco eſt ſapiens, quia ſapienti animo præditus eſt. Contra iſtos præclare diſſerit Auguſtinus lib. 7. de Civ. Dei cap. 6. & lib. 13. cap. 17. Nec perperam *Waldenſis* monet hic *Wicleffum*, ut ab hoc errore caveat. Iſte namque hæreticus, qui ut dictum eſt, Porphyrii Apuleji, & aliorum veterum Philoſophorum recoxit fabulas, in hunc etiam errorem pronus recte poterat judicari.

Serm. 190.

eatrices ſuas : quod aliunde, quam de genere Adæ potuit noſtram aſſumpſiſſe naturam : quod aliunde, quam de coſta formaſſe poterat mulierem? Non eſt ex hoc *magnus Dominus*, neque *magna virtus ejus*. Poterat enim hæc feciſſe muſca, ut Deus : æque potenter potuit uterque ſi voluit : ſed quia neuter potuit velle, neuter potuit facere. Quid, Auguſtine, in hoc magnificas Deum, ſi muſcam non magnificas? Æqua utriuſque poteſtas, æqua petit laudis præconia. Blaſphemia magna eſt iſta. Et adhuc audi plura. Quæratur ab ipſo, an Deus poterit cras levare ſtramen? Et ſi ſibi digne reſpondeat (*a*), dubitabit : quia dubium eſt, an volet : quod ſi non volet, non poterit. Si cras poterit (*b*) mihi dare panem? & ſimilia. At quid deeſt (*c*), quod non juſtificet populum illum incredulum, olim querulantem, ſi potuit Deus parare menſam in Deſerto; quoniam percuſſit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundaverunt, *nunquid enim & panem* (inquit) * *poterit dare, aut parare menſam populo ſuo?* Et dicet Wicleffus : Quare propter hoc accenſus eſt ignis in Jacob, & ira aſcendit in Iſrael? Reſpondet Orthodoxus : *quia non crediderunt in Deo, nec ſperaverunt in ſalutari ejus*. Non ſic (inquit Wicleffus) ſed bene licuit dubitare, ſi „ voluit; ideo licebat dubitare ſi potuit, *nun-* „ *quid panem poterit dare?* Sciebant tamen eum „ poſſe, ſi voluit; & tantum erat apud eos du- „ bitare, ſi potuit panem dare, ſicut ſi voluit : „ quia tunc tantum potuit, ſi voluit. „ Et cur ille unus de turba ad Vicleffi magiſterium non accedit, cum more dubitantis diceret : *Domine, ſi quid potes, adjuva nos?* Marci IX. Poſſet enim apud eum dubitationis ſuæ palliare tremorem, dicens : *Scio te poſſe, ſi velis : ſed ſicut ignoro quid vis; ita & quid potes, ignorare licebit. Potes enim ſi vis, quamvis non potes.* Rejiciantur iſta, quæ non intulit, niſi ruralis logicus, & Metaphyſicus inſenſatus : & dicamus cum Auguſtino, hoc poſſe Deum ſimpliciter facere, quod ſi velit, poſſit (*d*). Auguſtinus enim hanc probat conſequentiam aperte, longa diſputatione præmiſſa, in libro ſuo *de ſpiritu, & litera*, ubi quærit, an fides ſit in noſtra poteſtate. AUGUSTINUS. Cum (inquit) „ duo quædam ſint, *velle*, & *poſſe*, unde nec „ qui vult continuo poteſt; nec qui poteſt, con- „ tinuo vult : quia ſicut volumus aliquando „ quod non poſſumus, ſic etiam poſſumus ali- „ quando quod non volumus * : ſatis elucet (*e*), „ ipſis etiam vocabulis reſonat, quod ab eo „ quod eſt *velle*, voluntas; ab eo autem, quod „ eſt *poſſe*, poteſtas nomen accepit. Quapro- „ pter ſicut qui vult habet *voluntatem*, ita *po-* „ *teſtatem*, qui poteſt. Sed ut poteſtate aliquid „ fiat, voluntas aderit. -- *Et infra* -- Quid er- „ go * ultra quærimus; quandoquidem hanc „ dicimus poteſtatem, ubi voluntati adjacet „ facultas faciendi? Unde hoc quiſque in po- „ teſtate habere dicitur, quod ſi vult, facit; „ ſi non vult, non facit. -- *Et tandem in concluſione* -- Vide nunc utrum quiſque credat, ſi „ voluerit; aut non credat, ſi voluerit. Quod „ ſi abſurdum eſt (quid enim eſt credere, niſi „ conſentire verum eſſe, quod dicitur? Conſen-

[Margin: *To. 3. lib. 9. de Gen. ad lit. cap. 27. & 18.* — *Pſal. 146. 5.* — Wicleffus ad blaſphemiam reducitur. — *Pſal. 77. 20.* — * *Populus Judaicus.* — *Pſal. 77. 22.* — Wicleffus. — *Marci 9. 22.* — Auguſtinus *Tom. 10. p. 1. cap. 31. pag. 115.* — * *Maur.* quod nolumus. — * *M.* igitur — Credere quid ſit.]

Thom. Wald. Tom. I. G

„ ſio autem utique volentis eſt) profecto fides „ in poteſtate eſt. „ Hæc Auguſtinus.

4. Attende per ordinem, quæ ſupra * tractavimus. Primo, quod ſeorſum naturam poteſtatis a voluntate diſtinguit, ſicut fecit Anſelmus. Secundo, nota quomodo voluntas ſequitur ad efficaciam poteſtatis. Tertio, definitionem poteſtatis eſſe, ſi voluntati adjacet faciendi facultas. Et quarto, quod ex his ſolvendo concludit : quia ſi vult homo, credit, ſi non vult, non credit; *profecto fides in poteſtate eſt*. Quid planius argui poterat? Chriſtus poteſt dimittere naturam, quam aſſumpſit, ſi velit : tenere, ſi dimittere non velit. Dimiſſio ergo in poteſtate ejus eſt : quia hoc eſt poſſe definitive, ſi jam voluntati adjacet faciendi facultas. Sic Chriſtus, ne pateretur, potuit petere legiones, quia potuit, ſi voluit; & faciendi non defuit voluntati facultas. Non tamen increpo reſponſum prædictum *, ſciens, quod Auguſtinus ipſo uſus eſt; nunquam tamen (ut reor) niſi ut conſequenter modo ſuo poſſe (*f*) concedat. Deum enim poſſe quidquam, ſi velit, & tamen ſimpliciter hoc non poſſe; nonniſi in hoc adverſario * fidei recolo me legiſſe. Sciendum tamen, quomodo in Scripturis poteſtas pro voluntate, & impoſſibilitas pro nolitione accipitur, qualiter Chryſoſtomus inſtruit * nos homil. LXVIII. *ſuper Johan.* tractans hunc textum Johan. XII. *Non poterant credere, quoniam Iſaias ait : Audietis auditu, & non intelligetis*. CHRISOSTOMUS. Ita novit Chriſtus multis in locis pote- „ ſtatem, electionem, ideſt, voluntatem dice- „ re, ut : *non poteſt odiſſe vos Mundus, me ve-* „ *ro odit*. Hoc etiam in communi conſuetudi- „ ne cuſtoditum videbis; ut cum dicat quis, „ non poſſum amare illum, *vehementiam* vo- „ luntatis *potentiam* dicens. Et rurſus : non „ poteſt ille fieri bonus. Sed & Propheta quid „ ait? *Si alterabit Ethiops cutem ſuam, & par-* „ *dus varietatem ſuam, & populus hic poterit* „ *benefacere, diſcens mala*. Non hoc ait quo- „ niam impoſſibile eis eſt bene operari; ſed „ quia nolunt, propterea non poſſunt. Et quod „ hic ait Evangeliſta, hoc ait, quoniam im- „ poſſibile erat mentiri Prophetam : non ta- „ men propterea impoſſibile erat eos credere. „ Hæc Chryſoſtomus.

5. Scio igitur; nec me præterit, ſic accipi promiſcue terminos in Scriptura, *poſſe* pro *velle*; & *non poſſe* pro *non velle*; ſicut Gen. XIX. *Non poſſum facere quidquam, donec introeas illuc*, ideſt, non volo quidquam facere, quia ſic firmiter ſtatui. Et *Marci* VI. *Non poterat ibi Chriſtus ullam virtutem facere &c.* Ubi lib. II. capite III. BEDA. Non quo etiam illis incre- „ dulis non potuerit facere virtutes multas; „ ſed quo ne multas faciens, cives incredulos „ condemnaret. „ Hæc ille.

6. Ecce potuit *poteſtate*, ſed non potuit certi myſterii facultate. Et in iſtis fundant viri Orthodoxi diſtinctionem illam, quam iſte * dicit profundatam (*g*), de Dei potentia abſoluta, & ordinata.

[Margin: * *Supra num. 2. & 3.* — Definitio poteſtatis. — *Matth. 26. 53.* — * Auguſtini *ſcilicet*. — * Wicleffo. — * *Ed. V. erudit.* — *Joban. 12. 39.* — Chryſoſtomus *To. 8. pag. 406.* — *Joban. 7. 7.* — *Jerem. 13. 23.* — In Deo accipitur *poſſe* pro *velle*, & *non poſſe* pro *non velle*. — *Gen. 19. 22.* — *Marci 6. 5.* — Beda *Tom. 5. lib. 2. cap. 6. pag. 56.* — * Wicleffus.]

CA-

(*a*) Si ſibi cohæreat in doctrina ſua.
(*b*) Subintellige, *quæratur ſi cras poterit &c.*
(*c*) Iterum ſubintellige *quæratur*, quid deeſt &c.
(*d*) Quamquam Auguſtinus in mox citando loco dicat, Deum poſſe, quod vult, non ibi doloſam Wicleffi falſitatem abſcondit, ſed explodit omnino, ut infra notat, & explicat *Waldenſis*.
(*e*) M. *Satis evolutis ipſis etiam vocabulis reſonat*.
(*f*) Eo utique ſenſu, ut natura poteſtatis diſtincta ſit, & inconnexa cum voluntate. Secus opinatur Wicleffus, qui voluntatem in Deo cum poteſtate confundit : & tacite negans voluntatem, expreſſe poteſtatem excludit.
(*g*) *Profundatam*, ſeu *dejectam* & eliminatam a Wicleviſtica Secta : quia cum potentia Dei *abſoluta* non ſit alligata præſenti Dei providentiæ, & ordinationi, non coarctatur ad ea ſola facienda, quæ DEUS facit : & ideo odibilis eſt & reprobata ea diſtinctio ab iſtis hæreticis, qui abbreviatores brachii Domini eſſe volunt.

CAPUT XVI.

Ad argumentum Wicleffi de Dei invidia, vel impotentia, teſtimoniis Auguſtini, Chryſoſtomi, Lactantiique plene reſpondetur. Et ibi oſtenditur plane, quod Deus, & homines multa poſſunt, quæ nec ſunt, nec fuerunt, nec futura ſunt.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quomodo, & qua ratione impius Wicleffus Dei potentiæ reſiſtebat.*
2. *Infringitur ejus ratio per Divum Auguſtinum.*
3. *Deus nullo pacto poteſt dici invidus, nec impotens, tametſi Mundum longe imperfectius quam potuit, creavit.*
4. *Quod homo poteſt facere aliquid, quod non fecit.*
5. *Deus qualiter poſſit facere, quod nunquam fecit, nec facturus eſt.*
6. *Qualecumque opus, quod Deus fecerit, minus eſſe ſua potentia, probatur.*
7. *Deus poteſt circa hæc contingentia bona utrumque contradictoriorum ſucceſſive, & ea ſolum Deus non poteſt, quæ peccatum includunt.*

1. Tandem primum argumentum Wicleffi contra Dei potentiam erit in reſolutione jam ultimum, tamquam imperfecta materia, quæ cum ſit formis pluribus reformata, tamen ad plenum reformari non poteſt. Ita hoc idem argumentum de invidia Dei, quod Auguſtinus frequenter abſolvit, quaſi adhuc ſolutum non ſit, Wicleffus ad integrum ſuum reſtituens, „ Non potuit (inquit) Deus perfectius „ Univerſum creaſſe: quia ſi potuit, & noluit, „ invidus fuit: vel ſi voluit, & non potuit, „ impotens fuit. „ Et huc accedit, quod ipſe dixit, ut ſupra * in *Trial. Aliter non ſolvitur clare ratio Auguſtini de Dei invidia, vel impotentia.* Novit Deus: argumentum iſtud recitavit Auguſtinus, quod tamen ante fabricavit *Maximinus* hæreticus (*a*), & poſt eum aſſumpſit illud *Adverſarius Legis, & Prophetarum*, propter eſum pomi vetiti, „ Aut (inquiens) „ Deus ille inſcius erat delicti futuri, aut im„providus, qui neglexit regere peccaturum; „ aut malevolus, quia ad maledictum pronus „ fuit. „ Et reſpondet ibidem libro primo

Wicleffus. — * *Cap. 20. num. 2.* — a

2. Augustinus. Dicat ergo iſte impotentem „ Chriſtum, quoniam de aquirenda ſpirituali „ pecunia non potuit, quod cupiebat efficere: „ dicat æmulum ac malitioſum, quod ſervo „ ſuo inviderit lucem ac ſalutem, quem pro„jici juſſit in tenebras, ubi eſſet fletus, & „ ſtridor dentium. „ -- *Et concludit* -- Nec (in„quit) futurorum improvidus dicitur, quia ta„li pecuniam ſuam credidit; nec impotens, „ quia, ut bene ageret, non ipſe rexit, ipſe „ correxit; nec æmulus, aut malitioſus, quod „ a luce ſeparatum in tenebras miſit. „ Hæc Auguſtinus.

Auguſtinus To. 8. lib. 1. cap. 16. pag. 561. — *pag. 562.*

3. Nec utique Deus invidus, quamvis ſic Univerſum imperfectius (*b*) fecit, quam potuit, quia quomodocumque potuit, hoc idem voluit: & eſt voluntas ejus ſic ſine invidia, ſicut ſine cauſa. Et ſi non ſit ſine auctoritate Lactantius apud Wicleviſtas, ipſe dicit libro *de Opificio Dei*, circa principium, Lactantius. „ Conſiderans conditionem rerum, intelligo ni„hil fieri aliter debuiſſe, ut non dicam, po„tuiſſe: quia Deus poteſt omnia: ſed neceſſe „ ut providentiſſima illa majeſtas id effecerit, „ quod erat melius & rectius. „ Hæc ille.

b — *Lactantius De Opific. Dei cap. 3. pag. 484.*

4. Et nonne grande mirum, ſi hoc non poteſt Deus, quod poteſt homo? At nonne poteſt homo hunc diem celebrem (*c*) ducere, & activum, ſi placeat? Nonne qui fecit eleemoſinam, potuit non feciſſe: aut qui jam peccavit, nunquid ante commiſſum potuit non peccaſſe? Quid ergo dixit Sapiens? *Mors & vita in manibus linguæ*. Et in Deuteron. *Vitam & mortem dedit ante faciem hominis, bonum, & malum*. Aut quid falſo prophetare voluit Jeremias ex parte Domini, dicentis ad Sedeciam Regem, & Civitatem Hieruſalem, *ecce ego do coram vobis viam vitæ, & viam mortis?* Potius dixiſſet, *viam mortis*. Et adhuc puto, peritiorem fuiſſe Pilatum, cum dixit: *Neſcis quia poteſtatem habeo dimittere te, & poteſtatem habeo crucifigere te?* Et Dominus utramque datam illi deſuper non negavit.

c — *Proverb. 18. 21.* — *Deuter. 30. 19.* — *Jerem. 21. 8.* — *Johan. 19. 10.*

5. Sed jam occurrit, quod Deus poſſit aliquid quod nec fuit, nec eſt, nec erit: cum quilibet homo poteſt eſſe ſine peccato; nec tamen quilibet homo unquam fuit, eſt, aut futurus eſt liber a peccato. Hanc enim veritatem diſputando concludit Sanctus Auguſtinus in fine Libri *de perfectione juſtitiæ* contra *Eutropium*, ſic arguentem, Augustinus. Si quis dixerit, po„teſt fieri, ut homo non peccet in verbo (*d*): „ reſpondendum eſt (inquit): ſi vult Deus, po„teſt: vult enim Deus, igitur poteſt -- *Et iterum* -- Augustinus. Quiſquis ergo fuiſſe, vel „ eſſe in hac vita aliquem, vel aliquos homines „ putat, (excepto uno Mediatore Dei, & homi„num) quibus neceſſaria non fuit * remiſſio pec„catorum, contrarius eſt Scripturæ. „ Hæc ille. Conceſſit tamen Auguſtinus ſupra quod potuit. „ Non eſt auſus * (inquit) dicere hominem „ eſſe ſine peccato, vel aliquem, vel ſe ipſum, „ ſed tantummodo eſſe poſſe reſpondet: quod „ neque nos negamus. „ Hanc ſolutionem poſtmodum interrogatus Auguſtinus exponit, & roborat, ſcribens ad quemdam *Marcellinum* in Libro *de Spiritu & Litera*, pene in principio, ſic procedens, Augustinus. Lectis Opuſculis, „ quæ ad te nuper elaboravi, (fili chariſſime „ Marcelline) de Baptiſmo parvulorum, & de „ perfectione juſtitiæ hominis, quod nemo eam „ in hac vita, vel aſſecuturus videatur, exce„pto uno Mediatore, qui humana perpeſſus „ eſt in ſimilitudine carnis peccati, ſine ullo „ omnino peccato: reſcripſiſti te moveri eo, „ quod in poſteriori duorum libro fieri poſſe „ dixi, ut ſit homo ſine peccato, ſi voluntas „ ei non deſit, ope adjuvante Divina; & ta„men præter unum, in quo omnes vivifica„buntur, neminem fuiſſe, vel fore, in quo, „ eo vivente, eſſet iſta perfectio. Abſurdum ti„bi videtur aliquid fieri poſſe, cujus deſit exem„plum, cum (ſicut credo) nunquam * dubi„tes eſſe factum, ut per foramen acus Came„lus tranſiret; & tamen ille hoc quoque dixit „ Deo poſſibile. Legas etiam duodecim millia „ legiones Angelorum pro Chriſto, ne patere„tur, pugnare potuiſſe; nec tamen factum: le„gas

Auguſtinus To. 10. p. 1. cap. 20. pag. 187. — d — *Cap. 21. pag. 188.* — * *M. fuerit.* — * *Eutropius.* — *Auguſtinus To. 10. p. 1. cap. 2. pag. 85.* — *Homo quomodo poſſit eſſe ſine peccato.* — * *M. non.* — *Matth. 19. 24.*

(*a*) *Maximinus* Epiſcopus Arianorum, qui cum Auguſtino de Ariano dogmate celebrem habuit collationem, quæ extat inter Auguſtini Opera To. 8. pag. 650.

(*b*) *Imperfectius*, ideſt, non ea perfectione, qua potuit, Mundum condidit.

(*c*) *Celebrem, ſeu Feſtivum* addit Editio Veneta. At quamvis hæc additio ſenſum elucidet, a textu tamen rejicienda viſa eſt, quia contra fidem MSS. Codd.

(*d*) Ita Cod. Vatican. Sed Maurini, & Ed. V. *vel verbo non peccet*.

„ gas fieri potuiſſe, ut ſemel, & ſimul gentes „ exterminarentur a Terra, quæ dabatur filiis „ Iſrael; Deum tamen paulatim fieri voluiſſe: „ & alia ſexcenta poſſunt occurrere, quæ fieri, „ vel potuiſſe, vel poſſe fateamur; & eorum „ tamen exempla, quæ * facta ſunt *, proferre nequeamus. Unde non ideo negare debemus, fieri poſſe, ut homo ſine peccato ſit, „ quia nullus eſt homo præter unum illum, „ qui non tantum homo, ſed etiam natura Deus „ eſt, in quo id eſſe perfectum demonſtrare poſſumus *. His fortaſſe reſpondeas, iſta quæ „ commemoravi facta non eſſe, & fieri potuiſſe, „ opera eſſe Divina: ut autem ſit homo ſine „ peccato, ad opus ipſius hominis pertinere; „ idque opus eſſe optimum, quo fiat plena atque perfecta, & ex omni parte prorſus abſoluta juſtitia: & ideo non eſſe credendum, neminem vel fuiſſe, vel eſſe, vel fore in hac „ vita, qui hoc opus impleverit, ſi ab homine impleri poteſt. Sed cogitare debes, quamvis ad hominem id agere pertineat, hoc quoque munus eſſe Divinum, atque * non dubitare opus eſſe Divinum. Deus eſt enim, qui „ operatur in nobis (ait Apoſtolus) & velle, „ & operari pro bona voluntate. „ Hæc Auguſtinus. Hæc eſt ergo doctrina Sanctæ Matris Eccleſiæ per dilectum filium ſuum Antiſtitem Auguſtinum: hæc profeſſio Fidei Chriſtianæ in materia de Omnipotentia Dei contra omnes Abaelardinos Wicleviſtas, qui, ſecundum illud Job, quaſi nihil poſſet Omnipotens, ſic loquuntur, abbreviantes potentiam, occantes infiniti tractus funiculum, apocopantes immenſitatem magnitudinis infinitæ, & brachium virtutis Domini linguæ framea mutilantes. Sed o Omnipotens Deitas, & æterna poteſtas! Hoc enim tradente Eccleſia per Sanctos tuos ſucceſſive, a principio uſque ad noſtra tempora; fideliter te poſſe credimus, quantum etiam omni virtute poſſibili capere non valemus: quia ſi creatura illa, finalis dies ſcilicet futuri Judicii, nec Archangelis, ſed nec tuo unico Filio in creata ſpecie ſit de certo præcognita; quomodo majeſtativa tua poteſtas, qua cunctos dies, etiam nunquam fiendos deſcribis, intelligentia poteſt tremula limitari?

* M. quod.
* M. ſunt.
* M. poſſimus.
* M. atque ideo
Philip. 2. 13.
Job 13. 25.

6. Audio quemdam fideliſſimum ſervum tuum, Chryſoſtomum ſcilicet, *Operis imperfecti homil.* LV. dicentem, CHRYSOSTOMUS: Quid „ magnum eſt, ſi exercitatiſſimus Magiſter magnum opus faciat, ſi qualecumque opus fecerit eſt minus, quam ipſius poteſtas? „ Hæc ille. Ubi plane video, o Deus, Chryſoſtomum adverſari adverſario tuo Wicleffo, qui jam ſupra * dixit Omnipotentiam tuam, & actualem creationem tuam æquari. Chryſoſtomus vero dicit opus omne creationis tuæ eſſe omnino minus, quam tua poteſtas. Vere hanc tuam poteſtatem cunctæ Poteſtates, etiam cœleſtes, formidant, Dominationes adorant, ſancta Seraphin admirantur: & qui intra te non limitas poteſtatem, quomodo extra te, ſi ad hoc aliquantulum explicas digitos, non fiendorum omnium ſuperas facultatem? Hoc eſt, quod dico, quia dicit Auguſtinus *contra Maximinum*, Deum Patrem poſſe alium Filium gignere; Deum quoque Filium, poſſe filium ſibi gignere coæqualem; ſed quia non oportuit, non idcirco fecit, quod potuit (*a*). Quod ſi idcirco, ut venerationi haberet Divinam potentiam, hoc ipſum

* Chryſoſtomus Tom. 6. homil. 49. pag. 212.
* Cap. 10. num.
Auguſtinus To. 8. lib. 2. contra Maximinum pag. 701. num. 2.
a

(*a*) Non ex impotentia, ſed ex rei natura venit, ut nec Pater generaverit alium Filium, nec alium filium Filius generet. Ita ſenſiſſe Auguſtinum credit etiam Petavius lib. 7. Theolog. Dogmat. de Trinit. cap. 13. num. 6.

infra Deum ipſum Beatus Auguſtinus arctare non noverat, quomodo infidelis vir, (proh dolor!) pro fabrica vilis luti ipſi ſupercœleſti & illimitatæ potentiæ limites * ponet?

* Cod. Vat. grades.

7. Non ergo audiatis de cætero, o fideles, quemqam dicentem de Wicleviſtis: *Eripuit Deus*
A *Iſrael de manu Pharaonis, quem ipſe perdidiſſe non potuit: nec potuit heri Deus abbreviaſſe mihi vitam, qui hodie ſuperſtes ſum: quia ſecundum Wicleffum, hoc ſolum quod fecit, facere potuit*. Sed ſi vultis, ſecundum quod Job dicit, *docebo vos per manum Dei, quæ Omnipotens habeat; nec abſcondam*. Habet enim Omnipotens circa hæc contingentia bona utrumque contradictoriorum ad effectum, non ſimul, ſed ſucceſſive producere; & quidquid non includit peccatum fieri, facere. Hoc ſolum breviter ipſe non poteſt, quod ſi poſſet, eſſet impotens eo ipſo. Omnia ergo potes, & oppoſita, quæ feci-
B ſti: & inde vere omnipotens, quia utraque oppoſitorum ad nutum tibi obediunt, o Omnipotens, ſempiterne Deus, qui vivis, & imperas uſque in ſæcula non futura.

Job. 27. 11.
Deus poteſt facere contradictoria non ſimul, ſed ſucceſſive.

CAPUT XVII.

Contra hoc, quod Wicleffus dicit, Deum non poſſe adnihilare quidquam.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Deus, ſecundum Wicleffum, non poteſt Mun-*
C *dum majorem facere, nec minorem; quod quidem nititur ratione oſtendere.*
2. *Hæreticum non intellexiſſe definitionem* creationis, *& per conſequens, nec poſſibilitatem* adnihilationis, *oſtenditur.*
3. *Creatio, ſecundum Eccleſiæ communem definitionem, quid ſit.*
4. *Quædam Hæreticorum ratio ponitur qua Deum creatas res in nihilum redigere non poſſe, demonſtrare conantur.*
5. *Reſpondetur huic rationi.*
6. *Ratio quædam, & efficax aſſignatur, qua Fidelis valeat oſtendere in Deo potentiam re-*
D *digendi in nihilum res quaſlibet.*
7. *Quod ipſemet Deus hanc ſuam poteſtatem in Scripturis patefecit:*
8. *Probatur idem, authoritate divi Auguſtini.*
9. *Tantum Deus ea natura eſt, quæ corrumpi non poteſt.*
10. *Probatur adhuc & ratione, & authoritate, poſſe redigi in nihilum quæ creata ſunt.*
11. *Quomodo Catholici optime ſolvant rationes Hæreticorum.*

1. NEc reddit iſte Deum impotentem ſolum,
E ut non poſſit alia facere, quam jam fecit; & facit, ſed ut etiam non poſſit inficere (*b*), quæ jam fecit. Peritus ſibi viſus eſt, & certe ſcire quid poſſit Deus, vel non poſſit, ſecundum bonitatem: quid etiam poſſit, ſecundum ſuam ſeveritatem (*c*): non obſtante dubitatione Scripturæ dicentis, *Quis novit poteſtatem iræ tuæ?* „ Aſt ego novi (inquit Wicleffus) qui proteſtari non vereor, quod flagellare parumper poteſt, adnihilare non poteſt. „ Sic enim habet ter damnata *Concluſio* CLV. „ Deus „ nihil poteſt adnihilare, nec Mundum majorare, nec minorare. „ Declarat autem hoc in

b
c
Pſal. 89. 11.
Concluſio Wicleffi 155.

(*b*) *Adnihilare*, *deſtruere*.
(*c*) *Secundum bonitatem*, qua Deus res facit, *ſecundum ſeveritatem*, qua deſtruere illas poteſt.

Tractatu *Univerſalium*, cap. XIII. „ Suppono „ (inquit) primo, quod ſicut creatio eſt productio de puro eſſe intelligibili, & ſic de nihilo in effectu, ad eſſe eſſentiale extra Deum; „ ſic adnihilatio, ſi foret, eſſet ceſſio creaturæ „ in purum nihil in effectu; ſic quod exiſtentia creaturæ haberet purum eſſe intelligibile. „ Ex quo videtur primo, quod Deus non poſſet adnihilare aliquam creaturam, niſi adnihilaret totam univerſitatem creatam; & tamen id non poteſt propter Chriſtum, & Beatos: ideo videtur, quod non poteſt adnihilare. „ Hæc Wicleffus.

Ratio Wicleffi, ad probandam Concluſionem ſuam.

2. Placet mihi, quod creationem adnihilationi comparat negative. Sed videamus, quid de creatione erravit, & ſic per oppoſitum clare ſciemus quid de adnihilatione deſipuit. Supponit primo, quod *creatio eſt productio de puro eſſe intelligibili* ad eſſe eſſentiale extra Deum. Aliquid novum dicere voluit, ſed forſan non intellexit plene quid dixit. Quid eſt dicere, *de puro eſſe intelligibili* produci creaturam, & non potuit dixiſſe *de eſſe poſſibili*, vel *de eſſe volibili?* At nonne Deus poteſt, & Deus vult eam producere, ſicut & ſcit? Non videtur ergo, quod creatura potius de eſſe *intelligibili* producitur, quam de eſſe *poſſibili*, ſecundum Dei potentiam; vel de eſſe *volibili*, ſecundum Dei efficaciſſimam voluntatem. Deridet Ariſtoteles tales Philoſophos 1. *Phyſic.* dicentes, ex dulci fieri album, vel ex lucido fieri magnum. Quamvis enim non album fuerit dulce, hoc tamen non eſt, niſi per accidens ad fieri album. Per ſe autem non fit album, niſi ex non albo. Aut quare non ſic dicetur, quod generatio eſt progreſſio de eſſe *qualificabili* ad eſſe, ſicut creatio eſt productio de eſſe intelligibili? quia ſine diſpoſitione prævia qualitatum non conſummatur generatio, ſicut nec ſine eſſe intelligibili eſt perficienda creatio. Verumtamen adhuc dicat quid æquivocat, nam idea creaturæ eſt, ſecundum ipſum, *formaliter* nihil, ſed *eſſentialiter* Divina eſſentia: aut ergo eſt creatio productio de eſſe intelligibili creaturæ *formaliter* dicto: & tunc producitur de nihilo; & hoc dixiſſet melius in termino per ſe, & proprio: vel de eſſe intelligibili *eſſentialiter* dicto; & tunc non producitur *formaliter* de nihilo, ſed de natura Dei, quod vitat fides dicere, propter propinquitatem, quam habet cum Manichæis, dicentibus, res fieri de Natura Divina, & eam eſſe rebus creatis admixtam (*a*). Ideo *contra adverſarium legis, & Prophetarum*, libro primo, AUGUSTINUS. Porro (inquit) mutabilia bona propterea „ bona ſunt, quoniam a ſummo bono facta „ ſunt; propterea mutabilia, quia non de ipſo, „ ſed *de nihilo* facta ſunt. „ Hæc Auguſtinus.

Creatio non eſt productio de puro eſſe intelligibili.

a

Auguſtinus To. 8. cap. 5. pag. 551.

3. Propter hoc ergo, ſimul, & quaſi uno ore definit Eccleſia creationem eſſe de omnino *nihilo* tamquam per ſe termino. Unde & *contra Manichæos in Geneſi* in principio, AUGUSTINUS. Hæc (inquit) facta ſunt: nec ea genuit „ de ſe ipſo, ut hoc eſſent quod ipſe eſt; ſed „ ea fecit de nihilo. „ Hæc Auguſtinus. Ita ergo vitat dicere res creatas eſſe de Deo, ſicut quod eſſent hoc quod ipſe eſt. Non ergo ſunt de Deo, ſed de nihilo: nec ſunt hoc quod ipſe eſt, quamvis in ipſo aliud non ſunt, quam quod ipſe eſt. Nec negaret hoc Philoſophus naturalis, qui dicit generationem, ſimplicem motum de non eſſe ad eſſe: & multo magis hoc de creatione teneret, ſi intelligeret. Verumtamen hoc de fide ſenſit Chriſtianorum *Commentator* Apoſtata (*b*), increpans propter hoc quemdam *Johannem* Chriſtianum XI. *Metaphyſ. Commento* XIX. Vere ergo pudendum, quod Johannes noſter * Theologus hanc fidem ignoret, quam Johannes Philoſophus non neſcivit.

Creatio eſt productio de nihilo.

Auguſtinus To. 1. cap. 2. pag. 647.

Ariſtoteles Comm. 43. 44.

b

* Subaudi Wicleffus.

4. Argumentum autem *Wicleffi* contra potentiam Dei adnihilativam, tale eſt: „ Omnis creatura habet eſſe creatum in primo analogo; „ ſed illud eſſe, cum non dependeat ab eſſe „ contractiori, non poteſt perdi ſervato illo analogo: ergo nullius creaturæ omne eſse poteſt deſinere eſse, ſervato illo analogo. Quia „ ergo nulla creatura poteſt adnihilari, ſervato aliquo ejus eſse creato; ſequitur, quod „ nulla creatura poteſt adnihilari, niſi ens analogum, & per conſequens univerſitas adnihilaretur. „ Hoc eſt argumentum. Et quid amplius dicet, ſi concedat fidelis conſequens de poſſibili, etſi ratio non præcedat (*c*)? Sed ubi argumentum hoc vetus invenit, reſponſum potuit inveniſse vetuſtum.

Wicleffus.

c

5. Solebant veteres reſpondere, quod quidquid eſt rei adnihilandæ ſpeciale, hoc adnihilatur in ipſa re, ſervato omni communi ſibi & aliis: nam alioquin, quare non ſequitur in forma ſua, quod nullus poteſt interficere virum hæreticum, niſi occidat totum prædicamentum ſubſtantiæ, vel ens analogum? Et ſi unus homo moriatur de populo, tota ſpecies eſt defuncta? Non (inquit) ſunt naturæ communes, capaces mobilium paſſionum (*d*). Certe ſic, quia ſi quis interficeret Phœnicem avem, perimeret ſpeciem univerſam. Verumtamen Deus creavit humanam ſpeciem, & ipſe redemit; quare e converſo * adnihilare non poterit? Non, dixiſti: & creare, adnihilare, ſicut & redimere, non ſunt mobiles paſſiones, & tunc conveniunt naturæ communi. Sed hoc interim verum eſt, quod mortuo homine ſpecies ſervatur in alio, & inde eſt, quod ſpecies non moritur. Moreretur autem, ſi unicum ejus ſuppoſitum moreretur. Item dicendum puto, ens analogum ſervari uno aliquo adnihilato ſuppoſito, non autem ſervatur in illo. Adnihilatur autem in ipſo, non adnihilatur ſimpliciter, quia in alio conſervatur.

d

* Ed. V. ab æquo.

6. Rationes fidelium ad hoc ſunt, quod creatura poteſt reducere effectum ab ea productum ad terminum ſuum primum: multo magis Deus poteſt generare hominem de non homine, & eumdem in non hominem, perimendo deſtruere. Et Artifex de ligno ſcabellum facit, & ſcabellum etiam in non lignum ſufficit demutare. Quid eſt ergo, quod Deus poteſt hominem creare de nihilo ſine innovatione entis analogi, & jam creatum ſine illius analogi detrimento, ad idem nihil retorquere non valet?

7. Ipſe forſan innuens adnihilationem, in verbis famoſis olim dixit: *Ego occidam, & ego vivere faciam: percutiam, & ego ſanabo; & non eſt, qui de manu mea poſſit eruere*. Quid defuit, ne ſaltem diceret inter hæc verba, *Ego crea-*

Deuter. 32. 39.

(*a*) De natura Dei boni, & mali admixta in rebus, jam dixi ſuperius capite 5. num. 5. in *n*.

(*b*) Memorat hoc loco Averroem Cordubæ in Hiſpania natum, qui egregiis in Ariſtotelem editis Commentariis, vulgo *Commentator* appellari meruit. Chriſtianam, & omnem aliam religionem execratus, ſoli Philoſophiæ nomen dedit, ſæpe exclamans, *Moriatur anima mea morte Philoſophorum*. Obiit anno 1206.

(*c*) *Etſi ratio non præcedat*, ſcilicet, etſi antecedens non conveniat. Unde quid dicet Wicleffus, ſi ipſi concedatur conſequens, & negetur conſequentia?

(*d*) *Non ſunt naturæ communes, capaces mobilium paſſionum*: ideſt, rationes, ſeu differentiæ ſpecificæ non poſſunt moveri de *eſſe* ad *non eſſe*.

creabo, *& adnihilabo?* Verumtamen ex hoc,
quod dicit, *non eſt*, non dicens aliquid in genere,
evidens eſt fideli, quod totum ens analogum,
ſecundum eſſe obedientiale omnium
contentorum, ſubjicitur prone Deo Omnipotenti,
ſecundum actus illos prædictos, ſcilicet
occidere, *& vivere facere*, *percutere*, & *ſanare:* A
quod ſi bene penſetur, erit creare, & adnihilare.
Vel dicat adverſarius, quid eſt occidere ens
analogum, ſi non adnihilare? vel ens illud ſanare,
niſi creare? Fidelis autem Doctor Auguſtinus
lib. I. *contra adverſarium Legis & Prophetarum*
ſtatim poſt principium, hoc ſuadere
videtur. AUGUSTINUS. Mala (inquit) ſine bo-

Auguſtinus To. 8. cap. 5. pag. 552.

,, nis eſſe non poſſunt. Si enim nihil nocent,
,, mala non ſunt: ſi autem nocent, bonum
,, minuunt *: & ſi amplius nocent, habent

* Cod.Vat. imminuunt.

,, adhuc bonum, quod minuant: & ſi totum
,, conſumunt, nihil naturæ remanebit, cui no-
,, ceatur: ac per hoc nec malum erit, a quo
,, noceatur, quando natura defuerit, cujus bo-
,, num nocendo minuatur. Utrum autem ali-
,, qua natura, hoc eſt, ſubſtantia, prorſus ad
,, nihilum redigatur, diſputatio ſubtiliſſima eſt.
,, Sed fides veraciſſime * Deo decantat*: *muta-*
,, *bis ea*, *& mutabuntur; tu autem idem ipſe*
,, *es*. Nec fecit ergo, nec fregit * mutabilia
,, bona, niſi immutabile bonum, quod eſt
,, Deus.,, Hæc Auguſtinus.

* M. veraciſſima. * M. cantat. Pſal. 101. 27. * M. regit.

8. Ex hoc textu videtur Auguſtinus ſentire,
non ſolum Deum poſſe, verum etiam de facto
redigere aliquam ſubſtantiam in nihil; quamvis
hæc ſubtilitas aliquos lateat. Omnes enim
a ſunt termini de *in eſſe*. (*a*) Et ponderemus dicta:
Mutabis (inquit) *ea*, *& mutabuntur*. Sed
qua mutatione? ſubjungit illam cum oppoſitione
ſua: *non fecit ergo*, *nec fregit mutabilia bona*,
niſi Deus. Si aliquam mutationem dixeris

a Pſal. 101. 27.

Auguſtinus modo citatus.

infra genus eſſe *factionem* illam, vel *fractionem*,
quam non exercet, niſi Deus, falleris: quia illæ
omnes competunt creaturis, ſicut factio generationis,
& fractio corruptionis, & ſimilia.
Fractio ergo iſta, adnihilatio eſt; *factio* vero,
creatio ei oppoſita; de quibus dicit Auguſtinus,
quod *nec fecit*, *nec fregit mutabilia bona*,
niſi Deus immutabile bonum. Et notanter dicit
Auguſtinus, *non fecit*, *nec fregit*, *niſi Deus*;
quod dat intelligere peritis quibuſdam, aliquando
Deum *feciſſe* creative, & *fregiſſe* adnihilative
creatas naturas: ſicut videtur eis Deus

Exempla adnihilationis.

facere quotidie in deſtructione gratiæ, & charitatis,
& trinæ virtutis infuſæ Spiritus Sancti
donorum, & ſimilium, per peccatum mortale.
Non enim poteſt dari ſubjectum, in quod reſolvi
debeant, quæ ex nullo ſubjecto fiebant;
ſicut eſſet dicere de albedine, ſapore, & talibus
accidentibus inditis a natura. Aut nonne loquela
Alinæ Balaam adnihilabatur poſt factum?
Non enim potuit cedere in potentiam cauſarum
ſecundarum, de quarum poteſtate, ejus
formatio non pependit. Beatus vero Auguſtinus
dicit, omnem creaturam corruptibilem, per
ablationem omnis naturæ, & omnis boni. Et
quid eſt hoc, ſi non adnihilatio? Unde in Libro *de
natura boni* poſt principium, declarat ipſum ſic.

9. AUGUSTINUS. Corruptio (inquit) omnem
,, modum, omnem ſpeciem, omnem ordinem,
,, ſi rebus corruptibilibus auferat, nulla natura
,, remanebit. Ac per hoc omnis natura, quæ
,, corrumpi non poteſt, ſummum bonum eſt,
,, ſicut Deus eſt. Omnis autem natura, quæ
,, corrumpi poteſt, etiam ipſa aliquod bonum

Natura, quæ corrumpi non poteſt, eſt ſummum bonum.

,, eſt: non enim poſſet ei nocere corruptio, niſi
,, adimendo, & minuendo, quod bonum eſt.
,, Creaturis autem præſtantiſſimis, hoc eſt, rationabilibus
,, ſpiritibus, hoc præſtitit Deus, ut
,, ſi velint, corrumpi non poſſint. -- Et ſequitur
bene poſt. -- Omnes enim naturæ corru-

Cap. 10.

A ,, ptibiles ſunt, nec omnino naturæ eſſent, niſi
,, a Deo eſſent; nec corruptibiles eſſent, ſi de
,, illo eſſent, quia hoc, quod ipſe eſt, eſſent.
,, Ideo ergo quocumque modo, quacumque ſpe-
,, cie, quocumque ordine ſunt, quia Deus eſt,
,, a quo factæ ſunt: ideo autem non incommu-
,, tabiles ſunt, quia nihil eſt, unde factæ ſunt.,,

Creaturæ non ſunt immutabiles, quia ſunt ex nihilo.

Vide quam plane declarat Auguſtinus, quod omnis
natura, quæ corrumpi non poteſt, Deus eſt.
Quomodo autem intelligit corruptionem, ſubjungit,
uſque ad purum *nihil: Corruptio* (inquit)
omnem ſpeciem, *omnem ordinem*, *omnem
modum*, *ſi auferat*, *nulla creatura * remanebit*.

* Cod.Vat. natura.

B Pone ergo aliquam in creatura entitatem, & vel
illa corrumpi poteſt per ablationem omnis naturæ,
vel illa Deus eſt, & ſummum bonum.
Tamen contra hoc ſubſcribit Auguſtinus: *omnes*
(inquit) *naturæ corruptibiles ſunt*, *quæ ſcilicet naturæ
non eſſent*, *niſi a Deo eſſent*. Nec leviter
dimittenda eſt in prædictis Metaphyſica Auguſtini,
volentis *creationem*, & *adnihilationem* eſſe
primas mutationes. Unde quoad *creationem* eſſe
quod dicit, *propterea mutabilia*, *quia non de ipſo*,
ſed de nihilo facta ſunt: quoad *adnihilationem:
mutabis ea*, *& mutabuntur*. Ex creatione

Creatio, & adnihilatio ſunt primæ mutationes, juxta Auguſtinum.

ergo ſua habent omnes creaturæ mutabilitatem
C ſuam, quantumlibet infra genus; & eo eſt major
ſimpliciter mutatio, quo magis accedit ad
rationem creationis, vel ejus oppoſiti; ſicut eſt
de generatione ſimplici, vel corruptione, quæ
eſt de non ente, vel in non ens.

10. Et quod ſit neceſſarium creationi habere
poſſe adnihilationem in ratione mutationis oppoſitæ,
poteſt fieri talis ratio: Omnis oppoſitio,
in mutationibus ſecundis eſt propter oppoſitionem
in primis, ſicut glaucum & viride non
contrariarentur, niſi quia primo contrariantur
album & nigrum. Sed in omni mutatione ſecunda,
quæ eſt infra genus, eſt oppoſitio; ſicut
generatio & corruptio, in genere *ſubſtantiæ;* in-
D tenſio, & remiſſio in *qualitate*, augmentatio,
& diminutio in *quantitate*, motus rectus, &
obliquus in *ubi:* multo magis ergo primæ mutationi,
quæ eſt creatio, eſt dare adnihilationem,
quæ illi linealiter opponatur. Et quantum
eſt ad naturam creatam, eſt ſibi poſſibilitas
tendentiæ in nihil, quæ non poſſet eſſe ſine
potentia permittente ex parte Dei, ſi potentiæ
paſſivæ debeat ſemper correſpondere activa
potentia, tam ſecundum affirmationem, quam
ſecundum negationem. Unde in *Proſologio* cap.
XVI. ANSELMUS. Tu (inquit) Domine, im-

Anſelmus In Proſol. cap. 20. pag. 33.

,, ples, & comples omnia: tu es ante, & ultra
E ,, omnia. Et quidem ante omnia, omnia es,
,, quia antequam fierent tu es. Ultra omnia
,, vero quomodo es? Qualiter enim es ultra ea,
,, quæ finem non habebunt? An quia illa ſine
,, te nullatenus eſſe poſſunt; tu autem nullo
,, modo minus es, etſi illa redeant in nihi-
,, lum? Sic enim quodammodo es ultra illa.
,, An etiam quia illa cogitari poſſunt habere
,, finem, tu vero nequaquam? Nam ſic illa ha-
,, bent quidem finem *quodammodo:* tu autem
,, *nullo modo*. Et certe quod *nullo modo* habet
,, finem, ultra illud eſt, quod *aliquo modo* fini-
,, tur -- *Et cap.* XXII. -- Quod incœpit a non
,, eſſe,

(*a*) *Modalis* & *de ineſſe* antiquatæ ſunt voces, quibus olim utebantur Scholaſtici, ad ſignificandum *poſſibile*, & *de facto*. Occurrunt Scholaſticæ hujuſmodi dictiones apud *Waldenſem* infra cap. 19. num. 4. & alibi, quæ modo apud imperitos orationem poſſent implicare.

„ eſſe, & poteſt cogitari non eſſe, &, niſi per „ aliud ſubſiſtat, redit in non eſſe, id non eſt „ proprie, & abſolute. „ Hæc Anſelmus. Ecce quod Creatura redit in non eſſe de natura ſua, & poteſt cogitari non eſſe. Hoc forſan eſt dicere, quod Creatura, in ratione ſua includit aptitudinaliter *non eſſe*, ſicut dicit Ariſtoteles IX. *Metaph.* quod omne poſſibile eſt in potentia ad eſſe, & non eſſe. Et ideo Auguſtinus ponit neceſſariam dependentiam ad Deum tenentem IV. *ſuper Gen. ad lit.* cap. XIV. AUGUSTINUS. Creatoris (inquit) potentia, & Omnipotentis atque Divina tenentis virtus, „ cauſa ſubſiſtendi eſt omni Creaturæ: quæ virtus ab eis quæ creata ſunt, ſi aliquando ceſſaret, ſimul & illorum ceſſaret ſpecies omnis, „ omniſque natura concideret. „ Hæc Auguſtinus.

Auguſtinus To. 3. p. 1. cap. 12. pag. 167.

11. Sed & in prædictis ad argumentum Wicleffi eſt facta ſolutio dicentis: ſi aliqua Creatura adnihilaretur, derogaretur Divinæ bonitati, quæ ſe ipſam diffundit in creatione rerum, qualiter antiquitus dictum eſt, quod *omne bonum eſt ſui ipſius diffuſivum*. Sed audiſti dicere Anſelmum: *Tu* (inquit) *nullo modo minus es, etſi illa redeant in nihilum*. Et ſupra, propter hoc dixit Auguſtinus illud Pſal. *mutabis ea, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es;* volentes dicere, quod ſicut Dei bonitas non creſcit ſibi in creando; ſic nec ſibi poteſt decreſcere in adnihilando. Ipſe enim ſemper idem eſt; & non minus eſt, aliis demutatis. Nec video quid decreſcat Soli de ſplendore, ſi ſubtrahat Mundo ſuum lumen. Quare ergo ſine defluxu bonitatis æternæ non poteſt Deus rebus creatis manum ſubtrahere conſervantem?

Adnihilatio non officit Divinæ bonitati.

CAPUT XVIII.

Ad objecta Wicleffi, ne Deus poſſit adnihilare quidquam propter vacuitates infinitas in ente analogo, vel deſtructionem finalem illius entis.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Darentur multa foramina vacui infiniti in ente analogo (dicebat Wicleffus) ſi quæ creata ſunt poſſent redigi in nihil.*
2. *Deſtruitur hujuſmodi poſitio tamquam ſomnium.*
3. *Altera hæreticorum ratio adducitur, qua conantur aſſerere, non dari omnimodam rerum deſtructionem.*
4. *Diluitur eorum ratio, convinciturque eos non modo erraſſe in Theologia; verum etiam in Philoſophia.*
5. *Unde ortum habuerit Wicleviſtarum error, manifeſtatur.*
6. *Dicentes ſpeciem oportere adnihilari, adnihilato ſuppoſito, eis ſimiles ſunt, qui aſſerunt animam abſcindi per digiti abſciſſionem.*
7. *Quod non oporteat creari ſpeciem, dum creatur individuum.*
8. *Creaturæ omnes triplex* eſſe *habent, ſecundum Wicleffum.*
9. *Materia, quod fuerit creata ex puro nihilo, probatur.*
10. *Deus non ſolum poteſt creare ſingulare abſque hoc quod creet univerſale, ſed etiam de facto creat quotidie.*

1. MUltum quoque anxium reddit noſtrum Johannem *; quia data adnihilatione, *multa foramina* (inquit) *vacui infiniti cauſarentur in ente analogo*.

* Subaudi Wicleffum.

2. Videtur mihi, quod iſte dormierit cum Nabuchodonoſore, videns ſibi ipſi ſomnium ſuum, quod perterruit ſomniantem. Somniavit ſine dubio illud *vacuum infinitum*, & *foramina* illa entis analogi, quæ nec Daniel ſapiens in Sacris literis revelavit, nec ſuaſit unquam ratio naturalis. Sed dicat ipſe, quas vacuitates Chriſti fides dicit futuras in genere prædicamentali ſubſtantiæ, de quo fugabuntur in futuro ſæculo tot pecudum ſpecies, tot volucrum genera, tot diſpares ſerpentum materies, tot muſcarum greges: de genere quantitatis totum tempus groſſum, & pene totum genus entium ſucceſſivorum? Et tot ibi tunc dabuntur foramina vacua ſine ſpe repletionis æterna? Sed exiſtimo non iſta deploras, quia remanent quidditates, & enti analogo non obſiſtunt. Sed forſan, ſi ſubtiliter diſputetur, videbitur, quod evacuata ſpecie per ſubtractionem omnis ſuppoſiti, quidditas effugatur, ſecundum illud, *ſubtractis primis, impoſſibile eſt aliquod aliorum remanere:* & cum non remaneant in cauſis ſecundis, qualiter vermes futuri in materia putrida, eo quod ſubtrahenda eſt in illo ſtatu toti naturæ tam poſſibilitas, quam facultas producendi de cætero prædictos effectus, dabitur neceſſario, quod hujuſmodi naturarum poſſibilitas jam non ſit intra ambitum voluntatis Dei reſervantis; qualiter ibi ſunt creatio carnis Chriſti de coſta, alius Redemptor poſſibilis, & hujuſmodi, quæ reſervantur Deo, ut poſſit, ſecundum proceſſum Auguſtini ſupra *: ſed nunquam erunt? Et huic accedit teſtimonium illud Angeli jurantis per viventem in ſæcula, quod *tempus non erit ultra*. Apoc. X. Sed miror, quod tantum luget vacuitates iſtas in ente analogo de Divina potentia, & vacuitates quotidie contingentes non lamentatur; immo libenter concedit in Deo de cauſalitate humana; ut virtus hominis jam corrupta per peccatum, eſt in Deo non per ideam, ſed per vacuitatem ſui oppoſiti; ſicut ipſe dicit Libro ſuo *de ideis* cap. V. allegans pro ſe venerabilem *Lincolnienſem* in expoſitione Evangelii *Exiit edictum*(a), ubi ſic: „ Libri, in quo ſcriptæ ſunt per „ ordinem omnium rerum naturæ, & conſequenter naturarum proprietates naturales, & ſi quæ „ deficit a naturali proprietate, ubi illa deberet „ ſcribi, relinquatur ſpatium vacuum. In hujuſmodi igitur vacuitate poteſt legi, vel cognoſci „ privatio, vel defectus proprietatis naturalis: & „ poſito quod ipſe liber ſufficeret ſe ipſum ſcribere, & legere in hujuſmodi vacuitatibus, „ agnoſceret, & legeret rerum naturalium privationes. Cum ergo Deus ſit liber æternus, „ cujus æterna ſcriptio eſt coæterna ſuæ ſapientiæ, in qua per æternam rationem habent „ omnia ſuas deſcriptiones: defectus autem, „ & privationes non ibi habent ſuas deſcriptiones, ſed ut hujuſmodi deſcriptionum vacuitates: in illis utique vacuitatibus defectus, & „ privationes agnoſcit Deus. „ Hæc ibi. Quod ſi iſta habent hujuſmodi vacuitates æternas in Deo,

Dan. 2. 1.

Ariſtot. de ſubſtant.

* Cap. 11. n. 3.

Apoc. 10. 6.

Wicleffus ex Lincolnienſi.

(a) Roberti Groſthead *Lincolnienſis* Epiſcopi Expoſitio elt ata ſuper illud Lucæ *Exiit Edictum*, extat MS. in Bibliotheca Lambethana, teſte *Henrico Wharton* in ſupplemento ad hiſtoriam literariam *Guillelmi Cave*, ad an. 1235.

* Ed. V. *efficere*

Deo, quare non multo magis poſſunt cauſare * ſimiles ſui vacuitates navellas in creato ente analogo? Verumtamen utrum ens tuum analogum ſit aliquid poſitivum diſtincte extra genera, nondum definitum eſt. Per te enim nihil erit, niſi Deus, cum, ſi eſſet creatura, haberet ideam in Deo, ſecundum quam eſſet inter creaturas producta; A quod tu non permittis, quia non eſt per ſe in genere. Sic enim dicis capitulo v. prædicto, quod futuritiones, & præteritiones æternæ, & breviter, quæ non ſunt per ſe in genere, non habent ideas in Deo. Confirmatio argumenti tui eſt hæc in *Univerſalibus* loco prætacto:

Wicleffus.

3. WICLEFFUS. Ad hoc, inquis, ut ſingulare aliquid creetur, oportet, quod ſua ſpecies, & ſuum genus creentur: ergo a contrario per idem, ad hoc quod ſingulare adnihiletur, oportet, quod omne ſuperius eo adnihiletur. „ Hæc ille. B

4. Quoad utramque formam, certum eſt, argumenta non procedere, niſi ab infecta radice in ramos erraticos. Quod enim parum erravit in Philoſophia, hæreſim grandem (*a*) propagavit in fide. Non enim ſicut ipſe autumat, natura aliqua cum ſui ſimplici indiviſione actuali, & aptitudinali, contentis ſuis communicat ſemetipſam; immo, ſicut docet Doctor ſubtilis ſuper *Primum*, omnis natura communis creata communicatur inferioribus cum ſui diviſione reali ſingulis ſuis contentis: & ſola natura communis Divina ſecundum ſe totam omni modo eſt in omni ſuo ſuppoſito, *& hoc eſt* (inquit) *omnium miraculorum altiſſimum*. C Omnis ergo natura communis creata communicatur inferioribus cum ſui diviſione reali: non dico diviſione molis, quam non poteſt habere, niſi in adventu poſteræ quantitatis, quæ etiam totaliter non poteſt reperiri in Angelis, & animabus; ſed diviſione quadam intrinſeca, quam quidam Metaphyſici *intenſivam* appellant, ad modum loquendi Damaſceni, qui in ſua *Logica* capite 11. Dividitur (inquit) homo in Petrum, Paulum, & Johannem, & in reliquos „ ſecundum partem homines (*b*). — Et iterum D „ poſt — Homo in omnes ſecundum partem homines dividitur, qui infiniti ſunt numero. „ Hæc ille. Vocat hic ſuppoſita hominis, *ſecundum partem homines*, quaſi ſcilicet portiones communis ſpeciei, in quas natura dividitur, ſecundum quod dixit Porphyrius *, *participatione ſpeciei, ibi plures homines ſunt unus homo*. Hac ergo diviſione cauſante, aliam humanitatem habet Thomas, aliam habet Johannes, quamvis eamdem in ſpecie: aliam animalitatem, aliam ſubſtantiam, aliam entitatem. Natura communis enim, quæ non eſt, niſi in contentis inferioribus, quamvis ſit homogenea, & ejuſdem rationis in omnibus; E aliquid tamen ſui communicavit uni, quod alteri non donavit; puta hanc humanitatem huic, & illam illi: ſicut eodem lumine Solis illuſtratur medium totum ſimul; & tamen non eodem radio aqua, quo vitrum. Hanc ergo humanitatem adnihilabit Deus, ſi adnihilet Socratem, & hanc corporeitatem, & hanc ſubſtantiam, & hanc entitatem, quam ſcilicet entitas communis cum ſui diviſione reali communicavit Socrati, vel ſubſtantia communis, vel corpus commune; non autem totam entitatem, quia non ſe totam communicavit Socrati ſyncategorematice intellecto: quia entitatem ſuam, quam communicavit Johanni, non communicavit Socrati, quemadmodum dicit in *Logica* ſua, Capitulo 11. DAMASCENUS. Ecce (inquit) ens, nec „ ſuſcepit totum terminum entis, neque accidens; ſed ſubſtantia quidem medietatem, „ & accidens aliam medietatem. „ Hæc ille. Remanebit ergo entitas ſua communicata Johanni, adnihilata omni entitate ſua, communicata Platoni. Sed dicis: *entitatem communem communicavit ens Platoni*. Poteſt eſſe; & illa, quantum fuit in ſuppoſito adnihilato jam eſt adnihilata; ſicut iſte Dominus eſt poſſeſſor communis hujus domus, & illius aſini; & mortuo aſino perit poſſeſſio poſſeſſoris communis; non tota ſyncategorematice, ſed quam habebat in aſino. Et iſte radius, perpendiculariter tranſiens totum medium, eſt communis ultimæ parti, ſicut mediæ, & primæ; & interpoſito obſtaculo perit ille radius communis, non ſecundum ſe totum ſyncategorematice, ſed in dicta parte medii, quæ recepit obſtaculum.

Doctor Johan. Scotus in 1. ſent. Diſt. 2. q. 7.

Sola natura Divina eſt tota in omni ſuo ſuppoſito.

Damaſcenus Lib. de Dialectica cap. 2. pag. 484.

* Cap. de ſpecie.

Natura Communis creata dividitur in ſuis inferioribus, & quomodo.

Entitas Communis creata non ſe totam communicat ſingulis individuis.

Damaſcenus Lib. de Dialectica cap. 2. pag. 484.

5. Veritas iſta eſt planiſſima, ſi tria non deſint, ſcilicet, animus docilis, logica cauta, & philoſophia ſenſata. Sed omnis error in hac materia eſt apud deceptos, putantes naturam communem creatam, ita cum omni integritate, & totalitate communicari ſuis contentis, ſicut natura ſuperſimplex Divina communicatur ſuppoſito ſuo trino. Quibus autem videtur naturam ſuperiorem communicari contentis ſuis multiplicative, adhuc redit eadem ſubſtantia reſpondendi, quod illud ſuperius non cedit in nihil ſecundum ſe, ſed ſecundum eſſe ſuum in illo adnihilato contento: ſicut anima intellectiva, mortuo, vel abſciſſo membro, manet indemnis in ſe, quamvis jam deperdit eſſe ſuum ibi.

Ad aſſequendam veritatem, requiritur docilitas, logica cauta, & prudens.

6. Et videntur eſſe ſimiles in argumentis, qui dicunt ſpeciem oportere adnihilari, adnihilato ſuppoſito; & qui arguunt animam (*c*) eſſe abſciſſam per abſciſſionem digiti *. Sufficit ergo quantum ad formam rationis inductæ, quod cathena illa ſolvatur, ne ſit tanta affinitas naturarum (*d*), quin una natura poſſit frangi, & fieri, ſuperiori natura manente intacta; & unum ſuppoſitum ſine alio, ubi ſcilicet natura nonniſi diviſa realiter ſit communis: & hoc a majori, cum unum ſuppoſitum poſſit ſuo modo fieri, & frangi, incarnando, & moriendo, alio ſuppoſito nec facto, nec fracto, niſi natura numero ſingularis cum omni identitate imaginabili communicatur eiſdem.

* *Ita exiſtimabant Philoſophi quidam dicentes animam hominis eſſe corpoream: quos refellit Auguſtinus Lib. 10. de Trinit.*

7. Demum quid arguendo ſupponit, audiamus. WICLEFFUS. Ad hoc quod ſingulare aliquid creetur, oportet, ut ſpecies, & ſuum „ genus creetur, & per conſequens, quod eodem ordine res adnihiletur. „ Si bene intelligam, iſte per ſuam phantaſticam creationem rerum in ente analogo, ruit jam in profundam hæreſim ſub titulo gemino. Ecce fides dicit, quod requievit Deus die ſeptimo ab omni opere, quod fecerat, quia ſcilicet, ſecundum Auguſtinum (*e*), a condendo novas ſpecies requievit. Et eadem fides dicit, quod *Pater meus uſque modo operatur, & ego operor*, nova ſcilicet individua ſecundum eaſdem ſpecies creando quotidie. Aut quid dicis? Nonne productio

Wicleffus.

Gen. 2. 2.

Johan. 5. 17.

(*a*) *Hæreſim grandem*, quæ eſt auferre a Deo potentiam redigendi ad nihilum.

(*b*) Exemplar Baſileenſe, *& in reliquos homines, qui non ſunt ſpecies*.

(*c*) Subaudi *animam ſpiritualem*: quia de anima materiali poteſt eſſe alia differendi ratio.

(*d*) Superioris videlicet & inferioris, continentis, & contentæ, ſpeciei, & individui.

(*e*) Vide Auguſtinum pluribus in locis, ſed præſertim in Lib. de *mirabilibus Sacræ Scripturæ*.

ductio illa Divina, qua animæ quotidie infunduntur, eſt vera creatio? Immo, & nonniſi creatio. Numquid omnes iſtæ hominum animæ in ente analogo in exordio Mundi ſimul creatæ ſunt, & ideo hodierna earum infuſio, creatio eſſe non poteſt? Et ſic errabis in gemina forma, antecedenter ſcilicet, & conſequenter. Scio, A quod definitio Fidei hoc repellit. Nam Beatus Auguſtinus in lib. *de Eccleſiaſticis Dogmatibus* Capitulo XIV. AUGUSTINUS. Animas hominum „ non eſſe ab initio inter cæteras intellectuales „ naturas, nec ſimul creatas, ſicut Origenes fingit: neque cum corporibus per coitum ſeminantur *, ſicut Luciferiani, & Cyrillus(*a*), & „ aliqui Latinorum præſumptores affirmant; quaſi naturæ conſequentia ſerviente (*b*). Sed dicimus corpus tantum per conjugii copulam „ ſeminari, Dei vero judicio coagulari in vulva, & compingi, atque formari; ac formato jam corpore, animam creari, & infundi, B „ ut vivat in utero homo ex anima conſtans „ & corpore, ut * egrediatur vivus ex utero „ plenus humana ſubſtantia; creationem vero „ animæ ſolum Creatorem omnium noſſe. „ Hæc Auguſtinus. Quomodocumque ergo fuerit de creatione animæ in ente analogo, fides dictat eam jam creari, quando infunditur corpori jam formato: & tamen jam non creat Deus novam ſpeciem, a qua requievit in die ſeptimo. Ergo ſecundum fidem Chriſti, iſte errat, ſupponendo ad creationem individui ſpeciem noviter oportere creari. Quidquid ergo iſte docuerit, ſolida fides dabit creationem eſſe productionem alicujus de ſimpliciter nihilo: dabit etiam, quod omnis concurſus Dei cum creatura, producente cauſalitate, ſecunda eſt creatio; ita ut non tantum dicatur rei creatio, productio ejus ad aliquod eſſe extra Deum, puta ad cauſas ſecundas, & demum quod per cauſas naturales, non creative, ſed aliter producatur ad eſſe completum in proprio genere, ſicut multi concipiunt imprudenter.

* Auguſtinus To. 8. *in Append. pag.* 77.

* M. ſeminatas

a

b

* M. &

Anima creatur, quando infunditur corpori.

Creatio quid ſit.

Concurſus Dei cum creatura, ſecunda eſt creatio.

Wicleffus.

8. Et videtur hoc docuiſſe eos Wicleffus cap. III. ſecundi *Trial.* ubi dicit triplex eſſe creaturæ. „ Primo, ideale in Deo; ſecundo, exemplare in ſuis principiis; & tertio, eſſe individuum D „ in completo eſſe exiſtere, quod fit opere adminiſtrationis: & propter medium *eſſe* dicuntur omnia facta, a Deo creari, licet opere „ adminiſtrationis ex aliis producantur. „ Hæc Wicleffus. Certe fides antiquæ Eccleſiæ dicit rem creari propter utrumque eſſe, tam medium, quam ultimum, quod eſt eſſe completæ exiſtentiæ. Sed Deus ſe ſolo producit rem de nihilo ad eſſe potentiale in cauſis ſecundis, & dehinc concurrunt Deus & agens naturale, producendo rem ad eſſe proprii generis; Deus ſemper creando, & aliud agens generando, vel alia productione in ſpecie; & non confundunt ſe vel E admiſcent productiones iſtæ, dum ſimul incedunt: ſicut nec lumina in medio ſe confundunt, vel permiſcent, ſecundum Perſpectivos. Unde Epiſtola *ad Conſentium*, quæ eſt inter Epiſtolas CXLVI. AUGUSTINUS. Quomodo (inquit) negare poterimus Deum etiam nunc operari cuncta, quæ creantur, cum Dominus dicat: *Pater meus uſque nunc operatur?* Unde ceſſatio „ illa ſeptimi diei, ab ipſis naturis condendis „ intelligenda eſt facta, non ab earum adminiſtratione, quæ conditæ referuntur. Cum *

Auguſtinus *Epiſt.* 205. *alias* 146. *To.* 2. *p.* 593. *Ed. Antwerp.*

Johan. 5. 17.

* *al.* quia

„ ergo natura rerum a Creatore adminiſtratur, „ & per ordines præfinitis locis, & temporibus „ ſuis cuncta naſcuntur, Deus uſque nunc operatur. Nam ſi Deus nunc iſta non format, „ quomodo legitur, *priuſquam te formarem in utero novi te?* Quomodo etiam accipi poteſt, „ *quod ſi fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit:* niſi „ forte credendum eſt, fœnum a Deo veſtiri, „ & a Deo corpora non formari? Cum enim „ dixit, *veſtit*, non de præterita ordinatione, „ ſed de præſenti operatione dicere * ſatis indicat. Unde eſt * illud Apoſtoli de ſeminibus: *non* (inquit) *corpus, quod futurum eſt ſeminas, ſed nudum granum*, forte * tritici, „ aut alicujus cæterorum; Deus autem illi dat „ corpus, quomodo voluerit. Non dixit *dedit*, „ aut *diſpoſuit*, ſed *dat:* ut Creatorem intelligas, efficaciam ſapientiæ ſuæ rebus, quæ quotidie ſuis temporibus oriuntur, condendis adhibere; de qua ſapientia dictum eſt: *protendit * a fine, uſque ad finem fortiter.* Et non „ dixit *diſpoſuit*, ſed *diſponit omnia ſuaviter.* „ Multum eſt autem vel tenuiter ſapere, quomodo commutabilia, & temporalia, non commutabilibus, & * temporalibus Creatoris motibus, ſed æterna, & ſtabili virtute condantur „. Hæc Auguſtinus.

Hier. 1. 5.

Matth. 6. 30.

* *Apud Maurinos deeſt*, dicere.

* *Maur.* unde eſt etiam.

1. *Cor.* 15. 37. 38.

* *M.* ut puta tritici.

Sap. 8. 1.

* *M.* portendit.

* *al.* nec.

9. Nec eſt creatio Dei minus creatio propter concurſum generationis, ſicut nec illuminatio eſt minus illuminatio, propter concurſum calefactionis ſpecie diſtinctæ. Sed Deus continue C creat, & agens naturale ſeorſum generat. Creat Deus, quia rem de nihilo primo deduxit; & agens generat, quia non producit, niſi de aliquo prius producto: & hoc eſt, quod dicit Auguſtinus *contra Manicheos in Gen.* cap. XI. AUGUSTINUS. Ideo Deus rectiſſime creditur, omnia „ de nihilo feciſſe, quia etſi * omnia formata de iſta materia facta ſunt, hæc ipſa tamen „ materia de omnino nihilo facta eſt — Et quoad „ agentia creata ſubdit ibidem — Aurum Artificem, & Terra figulum adjuvat, ut poſſit „ perficere opera ſua. Si enim non adjuventur „ ea materia, unde aliquid faciunt, nihil poſſunt facere, cum materiam ipſam ipſi non „ faciant. Non enim facit Faber lignum, ſed „ de ligno aliquid facit: ſicut * & cæteri omnes „ hujuſmodi opifices. Omnipotens autem Deus „ nulla re adjuvandus erat, quam ipſe non fecerat, ut quod volebat, efficeret. Si enim „ ad eas res, quas facere volebat, adjuvabat „ eum aliqua res, quam ipſe non fecerat, non „ erat omnipotens: quod ſacrilegum eſt credere. „ Hæc Auguſtinus.

Auguſtinus *To.* 1. *lib.* 1. *p.* 482.

* *Maur.* etiamſi.

* *Maur.* ſic

10. Audiatur Auguſtinus, cum dicit, materiam primitivam de omnino nihilo factam eſſe; ut jam non poſſit adjuvare gloſſa illa, quod fuerit nihil *in effectu*, aliquid tamen *in eſſe intelligibili*. Ipſe enim Auguſtinus dicit eam de *omnino nihilo* eſſe factam: & hæc eſt completa ratio creandi, ſecundum eum: ita quod quamvis jam producat Deus hominem de præjacente materia, concurrentibus ſecum parentibus, & aliis cauſis ſecundis; ſolus tamen Deus creative producit, quia omnes concauſas primordialiter produxit de omnino nihilo: ſicut ipſe lata diſputatione demonſtrans XII. *de Civitate Dei* cap. XXV. AUGUSTINUS. Non ſolum (inquit) Agricolas non dicimus fructuum quo- „ rum-

Auguſtinus *T.* 7. *p.* 323.

(*a*) Citati libri *de Eccleſiaſticis Dogmatibus*, non author eſt Auguſtinus, ſed Gennadius Maſſilienſis Presbyter de factione Semipelagianorum, quibus familiare erat Catholicos, eos præſertim qui ſuæ perfidiæ adverſabantur, graviter inſectari, quaſi docerent carnalem animarum ſeminationem. Ideo non mirum, quod hic eadem calumnia *Cyrillus* involvatur *Alexandrinus*, qui maxime Pelagianis infenſus, eos omni habita oportunitate exagitaverat. Vide *Notas ſuperiores*.

(*b*) Maurini rejectis in marginem *conſequentia ſervientes*, habent: *naturæ conſequentiam ſervantes*.

1. Cor. 3. 7.

„ rumque creatores, cum legamus: *neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus*: ſed nec ipſam quidem terram, quamvis mater omnium fœcunda videatur, quæ germinibus erumpentia promovet, & fixa radicibus continet, cum itidem legatur *, *Deus illi dat corpus, quomodo voluerit; & unicuique ſeminum proprium corpus*: ita nec fœminam ſui creatricem puerperii appellare debemus, ſed potius illum, qui cuidam ſuo famulo dixit: *priusquam te formarem in utero, novi te*. Et quamvis anima ſic, vel ſic affecta prægnantis valeat aliquibus velut induere qualitatibus fœtum, velut de virgis variatis fecit Jacob, ut pecora colore vario gignerentur; naturam tamen illam, quæ gignitur tam ipſa non fecit, quam nec ipſa ſe facit -- Et ſequitur -- Quapropter ſi in illa ſpecie, quam forinſecus corporalibus Opifices rebus imponunt, Urbem Romam, & Urbem Alexandriam, non Fabros, & Architectos, ſed Reges, quorum voluntate, conſilio, & imperio fabricatæ ſunt, illam Romulum, hanc Alexandrum, habuiſſe dicimus Conditores: quanto potius nonniſi Deum debemus Conditorem dicere naturarum, qui neque ex ea materia facit aliquid, quam ipſe non fecerit, nec Operarios habet, niſi quos ipſe creavit? „ Hæc Auguſtinus. Iſtum proceſſum quaſi integrum reſumit idem Auguſtinus lib. III. *de Trinit.* Capitulis XI. XII. XIII. AUGUSTINUS. Sicut (inquit) nec Parentes dicimus creatores hominum, nec Agricolas creatores frugum, quamvis eorum extrinſecus adhibitis motibus, iſta creativa Dei virtus interius operetur: ita non ſolum malos, ſed nec bonos Angelos fas eſt putare creatores, ſi ſubtilitate ſui ſenſus & corporis, ſemina rerum iſtarum nobis occultiora noverunt, & ea per congruas temperationes elementorum latenter ſpargunt, atque ita gignendarum rerum, & accelerandorum incrementorum præbent occaſiones (*a*). „ Hæc Auguſtinus. Videat ergo Wicleviſta, ne dicat creari rem ſolum in ente analogo, & deinceps productam in ſpeciem propriam: ſed a primo nihilo creative Deum produxiſſe rem, & in ſpeciem propriam, concurrentibus ſecum cauſis ſecundis; quæ *creatrices* cauſæ fore non poterunt, ſed ſuis modis variis *productrices*; & ſic jam quotidie ſciant creari creaturas innumeras, *ſecundum ſuppoſita*; ut inſtantia, & partes temporis infinitas, vermes, homines; pecudes infinitas, qualitates corporeas, & ſpirituales preces Sanctorum, merita hominum, & quotlibet alia: cum tamen citra primum Sabbatum (*b*) novam ſpeciem ullatenus non creavit, qualiter clare deducit Auguſtinus *de mirabilibus Sacræ Scripturæ*, Capitulo primo.

*M. legamus. 1. Cor. 15. 38.

Jerem. 1. 5.

Gen. 30. 37.

Auguſtinus To. 8. cap. 8. pag. 800.

Angeli non ſunt creatores.

a

Creationes quotidianæ ſecundum ſuppoſita.

b

Auguſtinus To. 3. in Append. pag. 1.

Thom. Wald. Tom. I.

CAPUT XIX.

Quid ſit creatio, & per hoc, quid adnihilatio.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Statuitur quid ſit creare, & quid redigere in nihilum.*
2. *Creationis definitio data a Wicleffo, Sanctorum authoritate rejicitur, & quod ſapiat hæreſim Manichæorum, ac Macedonianorum, immo & errorem Platonicum, convincitur.*
3. *Tempus intelligibile, non eſt tempus.*
4. *Satisfit illi dubio, an corruptionem comitetur plena deſtructio.*
5. *Qua ratione Deus non poſſit adnihilare totum ſine partibus, declaratur.*

1. SUpponitur ergo ex præmiſſis, juxta principia Scripturæ & Doctorum, quod ſumendo *creationem*, & *adnihilationem*, ut ſunt mutationes ſimpliciter primæ, creatio deſcriptive eſt productio alicujus de nihilo primordiali, quæ eſt actio Deo tantum competens: & ſemper, dum quidquam producit intra ambitum entis, creat. Unde & productio ejus de materia præjacente, qualiter fecit vinum de acqua, Evam de coſta, quotidie hominem de homine, eſt vera creatio; & quod (ſicut Auguſtinus * dicit) non ita producit de materia, quin materiam ipſam olim ipſe produxerit. Eſt igitur terminus ſimpliciter primus attendendus, unde ſpecificanda eſt productio, quæ ideo dicitur *productio*, quaſi a *procul ductio*. Et Hieronymus in *interpretatione tripartita*: *Productio eſt in longum tractus*. Quia ergo primus terminus, a quo ſimpliciter Deus producit hominem, eſt ſimpliciter primordiale non eſſe ejus, ideo ejus *productio* a tam *procul* eſt *creatio*, quamquam productio creati agentis ſecum concurrens ſit mutatio aliqua intra genus.

Creatio eſt productio de nihilo.

Joan. 2. 10. Gen. 2. 21. *Vide cap. præced. n. 10.

Productio quaſi a procul ductio. * Hieronymus

2. Nec placet Eccleſiæ deſcriptio illa Wicleffi, quod creare, ſit producere aliquid *ab eſſe intelligibili*: quia cum eſſe intelligibile creaturæ ſit eſſentialiter Deus, daret Manichæis confirmationem prægrandem, quod omnis Creatura eſſet de Divina ſubſtantia, quod ideo a procul evitans *in Geneſ. contra Manichæos* lib. 1. cap. 2. AUGUSTINUS. Hæc (inquit) facta ſunt: nec ea „ genuit de ſe ipſo, ut hoc eſſent, quod ipſe eſt; ſed ea fecit de nihilo, ut non eſſent æqualia, nec ei a quo facta ſunt, nec Filio ejus, per quem facta ſunt. „ Hæc Auguſtinus. Et in *Hexameron*, Homil. 1. AMBROSIUS. „ Authorem enim Angelorum, & Dominationum, & Poteſtatum, facile intelligimus eum, qui momento imperii ſui hanc tantam pulchritudinem Mundi fecit eſſe *, quæ non erat; & de non exiſtentibus, aut rebus, aut cauſis, donavit habere ſubſtantiam. „ Hæc ille. Quod ſi nec de rebus, nec de cauſis; quomodo de ideis, quæ & res ſunt, & cauſæ, ſecundum eum *? Secundo, quia Spiritus Sanctus producitur ab eſſe ſuo intelligibili, ſecundum multos (*c*), vel comitante, vel originaliter præcedente: quia Pater & Filius non ſine intellectu principiant. Sic ergo definire *creare*, opi-

Auguſtinus To. 1. pag. 467.

Ambroſius To. 1. cap. 4. pag. 8. num. 16.

* M. ex nihilo fecit eſſe.

* Subintellige Wicleffum.

c

H

(*a*) Verba illa, *Ita non ſolum malos*, uſque ad *præbent occaſiones*, non habet Cod. Vat.

(*b*) *Primum Sabbatum*, diem nempe ſeptimum, in quo Deus requievit ab omni opere, quod in primordiali creatione patraverat. Ab illo Sabbato, ab illo die ſeptimo, novam ſpeciem Deus non condidit.

(*c*) Talis fuit opinio Durandi, quem allegat Petrus Cardinalis Aureolus in Sent. Lib. 1. Diſſ. 10. art. 1. Videſis *Richardum de Mediavilla* Ord. Min. qui ſic opinantes adducit, & refutat To. 1. Diſt. 10. q. 1.

opinionem Macedonianam firmaret, quæ Spiritum Sanctum bonam prædicat creaturam. (*a*) Tertio, quia deſcriptio illa errorem firmaret Platonicum, ponentem ideam ſecundum rerum principium, de quo primo Cap. ſui *Hexameron* dicit AMBROSIUS. Tantum ne opinionis ſumpſiſſe homines præſumpſerunt (*b*), ut aliqui „ eorum tria principia conſtituerint omnium, „ Deum, & exemplar, & materiam; ſicut Pla„ to, diſcipulique ejus; & ea incorrupta, & „ increata, & ſine initio eſſe aſſeverarint: „ Deumque non tamquam Creatorem materiæ, „ ſed tanquam Artificem ad exemplar, hoc eſt, „ ideam intendentem, feciſſe Mundum de ma„ teria, quam vocant *hylen* (*c*)? „ Hæc ille. Nec putet fidelis quiſquam, quod Ambroſius damnet ideas, quas tam fideliter Auguſtinus aſſirmat; ſed ne idea videretur diſtinctum eſſe, & quaſi ſecundum principium, quo duce Deus cuncta produceret, ſicut ipſe idem declarat ſe poſtea, dicens AMBROSIUS. In Evangelio Dei „ Filius dicentibus ſibi, *Tu quis es?* reſpon„ dit: *principium qui & loquor vobis:* & ita „ (*d*) ipſum dediſſe gignendis rebus initium, „ ipſum eſſe Creatorem Mundi, non idea qua„ dam duce imitatorem materiæ, ex qua non „ ad arbitrium ſuum, ſed ad ſpeciem propoſi„ tam ſua opera formaret. „ Hæc ille. Non ergo Auguſtinus, non Ambroſius, dicerent ideam eſſe ſecundum principium; ſed idem cum Deo, & omnino idem principium creaturæ. Wicleſſus autem videtur hoc dicere, cum aſſerit creationem eſſe productionem Divinam *ab eſſe intelligibili:* quia aliud jam videtur eſſe Deus, aliud idea, vel eſſe intelligibile, ſaltem in ratione principii; vel eumdem bis ſumit in deſcriptione ſub terminis variatis; ita ut velit dicere, quod *creare* eſt divina productio de Deo; & tunc quæ eſt deſcriptio plus ridenda? Adnihilatio vero eſt mutatio primaria illi directe oppoſita; & ex parte paſſi, generalis ceſſio creaturæ in primordiale non eſſe, quod ſcilicet communicatur, eſſe ideale præciſe ſumptum; & eſt primus terminus ſimpliciter creationis oppoſitæ hoc idem *non eſſe*, quod Auguſtinus vocat frequenter ſupra *omnino non eſſe*. Unde lib. *in Geneſim contra Manichæos* cap. 11. inducens ſermonem de tempore, AUGUSTINUS. In principio „ (inquit) temporis Deum feciſſe Cœlum, & „ Terram credamus. Debemus utique intelli„ gere, quod ante principium temporis noverat „ Deus tempus. Deus enim fecit & tempora. Et „ ideo antequam faceret tempora non erant tem„ pora. Non ergo poſſumus dicere, fuiſſe aliquod „ tempus, quando Deus nondum aliquid fece„ rat: quomodo erat enim tempus, quod Deus „ non fecerat, cum omnium temporum ipſe „ ſit fabricator? Et ſi tempus cum Cœlo, & „ Terra eſſe cæpit, non poteſt inveniri tem„ pus, quo Deus nondum fecerat Cœlum, & „ Terram. „ Hæc Auguſtinus ibidem. Hinc poteſt Wicleſſus ſcire, quod ſupra * diximus, eſſe verum, non eſſe ſcilicet aliquod tempus, nec per idem aliquam ſpeciem creaturæ, niſi tempus jam factum, vel creatam ſpeciem. Sic enim Auguſtinus quærit, quomodo erat tempus, quod Deus non fecerat; & tamen recolens bene de tempore ideali, *intelligere* (inquit) *debemus, quod ante principium temporis noverat Deus tempus*. Et taudem non minus ſubjicit, A quod *Deus fecit tempora; & ideo antequam fecerat tempora, non erant tempora*.

Ambroſius To. 1. pag. 1. — Ambroſius To. 1. cap. 2. pag. 1. — Joban. 8. 25. — Auguſtinus T. 1. pag. 646. — Deus Fabricator temporum. — * Cap. 7.

3. Unde plane patet, *tempus intelligibile* non fuiſſe tempus, ſed cum illo tempore verum non eſſe temporis comitatum fuiſſe, quouſque haberet eſſe per creationem. Hoc ergo *non eſſe* eſt verus terminus *a quo* creationis formalis, & verus terminus *ad quem* adnihilationis oppoſitæ.

Non eſſe eſt terminus *a quo* creationis, & terminus ad quem adnihilationis.

4. Sed dubitant quidam: numquid omnem corruptionem comitatur adnihilatio, ſicut omnem generationem creatio comitatur? V. G. Concurſus Dei cum cauſa ſecunda producente B vermen de ligno, eſt creatio: numquid ergo reſolutio iſtius vermis in lignum, vel in aliam cauſam ſecundam, de quanto eſt Dei, erit adnihilatio; ut ſic eodem ordine res per adnihilationem tendat in *non eſſe*, quo de *non eſſe* per creationem exivit? Et reſpondetur, quod non: quia iſtæ ſunt mutationes primæ, & idcirco ſolæ inter omnes ab uno termino ſpecificantur, & ſuo ſuppoſito creato, ſcilicet a non eſſe, & Deo educente: adnihilatio quidem ab eodem *non eſſe* in ratione termini *ad quem*, & a Deo reſolvente: creatio vero, quia primo attingit terminum ſuum formalem, & ideo ſem- C per de cætero eſt creatio. Adnihilatio conſimiliter non erit, quouſque eumdem terminum attingat in ratione termini ultimi, & hoc tunc primo, quando Deus ſubtrahit manum ſuam conſervantem. Et idcirco dixit Auguſtinus ſupra*, *quod ſi Deus potentiam ſuam fabricatoriam ſubtrahat a rebus, ita non erunt, ſicut antequam fierent, non fuerunt:* (*e*) quamvis ſecundum aliquem loquendi modum adnihilatio eſt citra finale *non eſſe*, ſecundum illud: *ad nihilum redegit valde Iſrael*. Sed Auguſtinus proprie loquitur de adnihilatione perfecta. Et ſic in *Hexameron* Homil. 1. loquens de Deo, AMBRO- D SIUS. Ex ipſo (inquit) materia. Per ipſum o„ peratio, quæ ligavit, atque conſtruxit uni„ verſa. In ipſo, quia & quamdiu vult, o„ mnia ejus virtute manent, atque conſiſtunt, „ & finis eorum in Dei voluntatem recurrit, „ & ejus arbitrio reſolvuntur. -- Et cito poſt principium ejuſdem homiliæ, loquens de partibus integralibus hujus Mundi, -- Ut fortuito „ (inquit) conjungerentur, ita fortuito ac teme„ re diſſolverentur, niſi in ſui gubernatoris Di„ vina virtute conſiſterent. „ Hæc Ambroſius. Nec movere debet (*f*) conſtantem virum, quod Auguſtinus dicat in Libro *de Immortalitate a-* E *nimæ*, quod *illa effectoria vis vacare non poteſt, quin id quod ab ea factum eſt, tueatur, & ſpecie carere non ſinat, qua eſt in quantumcumque eſt*. Habet (ſcio) Auguſtinus hæc verba: ſed non eſt ponderanda *modalis* aliter, quam ſi poneretur de *in eſſe* (*g*); quemadmodum paulo ſupe-

Concurſus Dei cum cauſis ſecundis eſt creatio. — * Cap. 2. — Pſal. 77. 59. — Ambroſius To. 1. cap. 5. pag. 10. n. 19. lib. 1. — Auguſtinus To. 1. pag. 393. num. 14.

(*a*) *Opinionem firmaret Macedonianam*, quia in hypoteſi Wicleſſi Spiritus Sanctus per productionem ſuam ab *eſſe intelligibili* par eſſet Creaturæ, ut contendebant *Macedoniani* hæretici, a *Macedonio*, qui prius Arianorum partes amplexatus, & ab iis in Conſtantinopolitanam Sedem intruſus, ac demum exauctoratus, novam condidit hæreſim anno Chriſti 360. aſſerens Spiritum Sanctum non ejuſdem cum Patre & Filio honoris participem, ſed utriuſque miniſtrum eſſe, ac creaturam. Proſcripta fuit hæc hæreſis in Synodo Alexandrina anno 362. in Synodo Illyrici, anno 367, Paulo poſt in Romana ſub Damaſo Papa; ac denique in Synodo Œcumenica ſecunda, quæ eſt Conſtantinopolitana prima.

(*b*) *Præſumpſerunt* non habent Maurini.

(*c*) *Hylen* vocabatur *materia*, quæ a quibuſdam Philoſophis eſſingebatur *æterna*; ex qua hunc mundum in tempore concretum ipſi dicebant.

(*d*) *Ita* expungitur a Maurinis.

(*e*) Ad propoſitam quæſtionem, utrum corruptio ſit adnihilatio, habes hic negandi rationem: quia ſcilicet in *corruptione* Deus non ſubtrahit manum ſuam conſervantem a re corrupta; & propter hoc res corrupta non attingit finale *non eſſe*, quod eſt formalis terminus adnihilationis perfectæ.

(*f*) Occurrit nunc iis, qui ex Auguſtini authoritate poſſibilitatem adnihilationis inficiantur, dicentes Deum non poſſe rebus manum ſuam ſubtrahere conſervantem.

(*g*) Superius cap. 27. num. 8. jam monui, quod barbaræ hæ voces *Modalis* & *de ineſſe* antiquatæ ſunt Scholaſticorum veterum dictiones, ad ſignificandum *poſſibile* & *de facto*. Vide infra, cap. 26. num. 4.

ſuperius dicit, quod *hæc vis, & natura incorporea effectrix corporis univerſi, præſenti potentia tenet univerſum. Non enim fecit, atque diſceſſit, effectumque deſeruit*. Habent enim verba ejus in hoc libro non multum authoritatis, eo quod, ut ipſe in *Retractationibus* ſuis dicit, multa ibi inſolenter dixit, & contorte, & vix intelligibiliter ſibi ipſi; etiam non bene juxta Scripturas. Ideo dicta ejus in hoc Libro, non ſoleo habere pro magnis, ubi materia eſt grandis, niſi de aliis intemeratis libris ſuis teſtimonium ſtatim adjungam.

Quare Liber Auguſtini *de immortalitate animæ* non habeat multam authoritatem.

5. Quærunt inſuper alii, an Deus non poſſit adnihilare totum ſine partibus? Et certum eſt, quaſdam eſſe partes rei remotas: veluti parentela, vel patria, ſunt partes individuantes humanum ſuppoſitum; & iſte reſpectus ad centrum immobile eſt individuatio partialis hujus loci. Poteſt tamen adnihilare hunc locum abſolutum ſubintrante alio loco eamdem reſpicientiam centri, vel Cœli: & ſervata tota parentela Joannis, & Patria, adnihilare Joannem. Non enim ſunt partes, niſi extra rem, & remotæ. Sunt itaque partes fluentes, ut Socrates eſt pars politica Civitatis, & iſte ſanguis, qui utique poterit exhalari, & ſervari, ſuppoſito ejus adnihilato. Solas ergo partes rei neceſſarias oportet Deum adnihilare, ſi totum adnihilet; & e contrario: & idem de creatione eſt judicium; ſiquidem eadem eſt diſciplina oppoſitorum.

Ut res in nihilum redigatur, debent ejus partes eſſentiales adnihilari.

CAPUT XX.

Quod creatio eſt de omnino nihilo, & non ſolum ab eſſe intelligibili, vel a nihilo in effectu.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Deus, ſecundum Wicleffum, non poteſt in purum nihil.*
2. *Quod hujuſmodi poſitio non modo Ariſtotelicam opinionem confirmat, verum etiam Manichæam, oſtenditur.*
3. *Mundum creatum fuiſſe ex omnino nihil, non paucis teſtimoniis comprobatur.*
4. *Objectio Wicleviſtarum diluitur.*
5. *Explicatur qua ratione ſacrilegum ſit dicere ideas quoquo modo eſſe nihil, vel aliquid quod eſt Deus.*
6. Eſſe æternum, *quod in Creaturis ponit Wicleffus, non ſolum officit creationis articulo, ſed etiam prædeſtinationis faſtigio.*

1. UT autem pateat qualiter vir iſte gnarus ſit ad venandum pericula, & docilis multum ad piſcandos errores, inquirendum eſt, quid ſentiat de termino *a quo* creationis Divinæ. Omnis enim antiquitas Eccleſiæ dicit illum mere nihil. Wicleffus autem modificat terminum, ne ſit omnino nihil, ſed eſſe perfectiſſimum rei creatæ, ſcilicet, *eſſe* ejus *ideale*, quia ut dicit, Deus non poteſt aliquo modo in pure nihil. Unde cap. XI. *primi Trialogi*.

Wicleffus. WICLEFFUS. Si quæras (inquit) quare Deus „ non prohibuit hominem, ne ſic peccet, eſt „ mihi facile reſpondere; quod ideo, quia hoc „ non fuit prohibibile, cum non fuit; nec po„ tentia Dei ſe extendit ad hoc, cum hoc non „ eſt; & potentia Divina non ſe extendit ad „ nihilum, vel vacuum. „ Hæc ille. Audio tamen Spiritum Sanctum dicere oppoſitum, Job. XXVI. *Qui extendit aquilonem ſuper vacuum, & appendit terram ſuper nihilum*. Job. 26. 7. Quomodo ergo non errat iſte directe contra Spiritum Sanctum? Hoc tamen, ſtante poſitione ſua *de eſſe* rei, neceſſitabitur confiteri: ſic enim deſcriptionem ſuam de creatione contexuit, quod ſit
A *productio rei ab eſſe ideali*, vel a nihilo in effectu, non *ab omnino nihilo*: quia potentia Dei non ſe extendit ad nihil, nec creando, nec adnihilando; ſed a nihilo in effectu; quod tamen eſt aliquid in intellectu, & ideo non mere nihil.

Thom. Wald. Tom. I.

2. Et verificabitur error Ariſtotelis, quod *ex nihilo nihil fit* (*a*). Iſte fuit veternoſus error Manichæorum, dicentium aliquid eſſe *nihil*, quemadmodum nunc ratificat iſte *, *nihil* in effectu eſſe *aliquid*, quia eſt eſſe *ideale* in Divino conceptu. Unde cap. XXV. *de natura boni*, inferens illud Johannis, *ſine ipſo factum eſt ni*-
B *hil*, AUGUSTINUS. Neque (inquit) audienda „ ſunt deliramenta hominum, qui *nihil* in hoc „ *aliquid* intelligendum putant, & ad hujuſ„ modi vanitatem propterea putant cogi poſſe „ aliquem, quia ipſum *nihil* in fine ſententiæ „ poſitum eſt. Ergo, inquiunt, factum eſt; & „ ideo quia factum eſt, ipſum nihil aliquid „ eſt. Senſum enim perdiderunt ſtudio contra„ dicendi, non intelligentes * nihil intereſſe „ utrum dicatur, *ſine illo factum eſt nihil*; an „ *ſine illo nihil factum eſt*. Quod enim factum „ eſt (*b*) revera eſt: nec aliquid intereſt, u„ trum ita dicatur: *ſine illo facta eſt domus*;
C an, *ſine illo domus eſt facta*? „ Hæc Auguſtinus. Eſt ergo deliramentum Manichæorum ponere *nihil* eſſe aliquid quoquomodo; maxime illud *nihil*, ex quo Deus cuncta creavit. Illud enim eſt ſimpliciter, & omnino *nihil*; & non eſt aliquid ullo modo, dicente Auguſtino ibidem, capite XXVI.

a Manichæi dicebant, quod *nihil* eſt *aliquid*.
* Wicleffus.
Auguſtinus To. 8. pag. 507.
* M. nec intelligunt.
b

3. AUGUSTINUS. Quia ergo Deus omnia, „ quæ de ſe non genuit, ſed per verbum ſuum „ fecit, non de his rebus, quæ jam erant, ſed „ de his, quæ omnino non erant, hoc eſt, de „ nihilo fecit, ita dicit Apoſtolus: *qui vocat* „ *ea, quæ non ſunt, tamquam ſint*. Apertius
D „ autem in Libro Machabæorum ſcriptum eſt: „ *Oro te, fili, reſpice ad Cœlum, & terram:* „ *vide, & ſcito, quia non erant, ex quibus nos* „ *fecit Dominus Deus*. Et illud, quod in Pſal„ mo ſcriptum eſt, *Ipſe dixit, & facta ſunt*. „ Manifeſtum eſt, quod non de ſe iſta genue„ rit, ſed in verbo, & * imperio fecerit. Quod „ autem non de ſe, utique de nihilo. Non enim „ erat aliud, unde faceret, de quo apertiſſime „ Apoſtolus dicit, *quod * ex ipſo, & per ipſum* „ *& in ipſo ſunt omnia*. „ Hæc Auguſtinus. Notent Adverſarii, utrum ipſi conveniant cum Auguſtino, cum dicant, res creari per productionem de *ideis*: quæ, ſi res ſunt, jam de his
E creaturæ produci non poſſunt. Sic enim dicit: *omnia, quæ per verbum ſuum fecit, non de iis rebus, quæ jam erant, ſed de his, quæ omnino non erant, hoc eſt, de nihilo fecit*. Non ergo evadis, etſi reſpondeas Deum illa feciſſe ex nihilo *in effectu*; niſi illud *nihil in effectu* ſit omnino *non eſſe*, omnino *non aliquid*; & niſi illæ ideæ tuæ, de quibus dicis res eſſe productas, ſint quæ omnino non erant. Quod ſi aliquod *eſſe* reperias in ideis, quod ſemper erat, eo quod non intereunt, vel occidunt; jam de illis creaturæ conditæ non fuerunt. Pone mihi quidquam, & quantulumcunque *eſſe* habet: & ſcias

Auguſtinus To. 8. cap. 26. pag. 508.
Rom. 4. 17.
2. Machab. 7. 28.
Pſal. 148. 5.
* M. atque.
Rom. 11. 36.
* M. quoniam.
Res non ſunt creatæ de ideis.

(*a*) Eſt quidem error hoc Ariſtotelis effatum, ſi intelligatur quod *nihil* ſit *aliquid*. Si ſecus, Veritatem ſonat quoad cauſas ſecundas, & merito tamquam unum de primis principiis a Scholis recipitur.

(*b*) M. Quod enim re vera eſt aliquid, quid intereſt utrum ita dicatur &c.

ſcias non illud eſſe *nihil*, de quo primordialiter creatura trajicitur. Audi Auguſtinum, hoc diſputantem fortiſſime in lib. *de vera Religione* cap. XVIII. ubi quærit, cur Deus mutabilia cuncta fecit. AUGUSTINUS. Ut eſſent (inquit): „ ipſum enim quantulumcumque * eſſe, bonum „ eſt; quia ſumme * bonum eſt, ſummum eſſe. A „ Unde fecit? ex nihilo. Quoniam quidquid „ eſt, quantulumcumque ſpecie ſit neceſſe eſt; „ ita etſi ſit minimum bonum, tamen bonum „ erit, & ex Deo erit. Nam quoniam ſumma „ ſpecies ſummum bonum eſt, minima ſpecies, „ minimum bonum eſt. Omne autem bonum, „ aut Deus, aut ex Deo eſt; ergo ex Deo eſt „ etiam minima ſpecies. Sane quod de ſpecie, „ hoc & * de forma dici poteſt -- Et concludit -- Et ergo eſt, unde fecit Deus omnia, „ quod nullam ſpeciem habet, nullamque formam; quod nihil eſt aliud, quam nihil. „ Nam illud, quod in comparatione perfectorum informe dicitur, ſi habet aliquid formæ, quamvis exiguum, quamvis inchoatum, „ nondum eſt nihil: ac per hoc id quoque in „ quantum eſt, non eſt niſi ex Deo. Quapropter & de aliqua * informi materia factus „ eſt Mundus, hæc autem ipſa facta eſt *de omnino nihilo*. „ Hæc Auguſtinus. Vide ergo informem materiam factam eſſe *de omnino nihilo*: non de hoc nihilo, vel illo, ſed de omnino nihilo. Et ut demonſtrative concludit Auguſtinus, *illud, unde fecit Deus omnia, ſic nihil eſt, quod nihil aliud eſt, quam nihil*. Quid jam dicis, ſi idea eſt tale *nihil*, quia eſt *nihil* C in effectu, nihil extra Deum? Numquid quod idea ſit forma? Et Auguſtinus jam dixit, *illud unde omnia fecit Deus, nullam habet ſpeciem, nullamque formam*. Et ſubdit cauſam: quia *ſi habet aliquid formæ, quamvis exiguum, nondum eſt nihil*.

Auguſtinus To. 1. pag. 759. — * Maur. quantulumcumque. — * M. Summum bonum eſt ſumme eſſe. — Omne bonum, aut Deus, aut ex Deo eſt. — * M. etiam. — * M. etiamſi de aliqua.

Objectio Wicleviſtarum.

4. Sed occurrit aliquis Wicleviſta, dicens: illud unde producitur creatura tamquam de materia, nihil eſt ſimpliciter, nec habens aliquid formæ, vel *eſſe*. *Eſſe* intelligibile, a quo creatura primo producitur, non eſt tanquam materiale negotium (a). Cujus ergo cauſæ circumſtantiam geret? Non *formalis*, quia illa præſupponit materiam ſecundum ordinem Divinæ fabricæ; ergo ubi materia non præcurrit, forma non præcedit. Non *finalis*, quia finis quamvis ſit in intentione primum, eſt tamen in executione poſtremum: nec etiam propter ideas finaliter Deus condidit creaturas. Reſtat ergo, ut habeat rationem cauſæ efficientis. Sed Deus, qui eſt omnium artifex, ſe ſolo primarie omnia fabrefecit. Erit ergo idem dicere, creaturam produci ab eſſe intelligibili, & produci a Deo. Sed quomodo tunc de nihilo in effectu? Numquid Deus eſt illud nihil? Hoc tota novit Eccleſia, cuncta ex Deo traxiſſe originem, & cum hoc ab omnino nihilo. Tu dicis non *omnino de nihilo*, ſed *de nihilo in effectu* extra Deum. Quid eſt hoc *nihil*? Auguſtinus inveſtigat rationem nihili in lib. *de Magiſtro* c. 11. & dicit AUGUSTINUS. Nihil quid aliud ſignificat, niſi illud, quod non eſt? Si autem dixeris Deum eſſe nihil, ſic ſaltem ipſe non „ eſt, qualiter omnis creatura de nihilo eſt. „ Et jam tu de ſchola eris inſipientis, qui *dixit in corde ſuo non eſt Deus*. Et Auguſtinus *de natura boni* in principio, AUGUSTINUS. Tam „ omnipotens eſt (Deus) ut poſſit etiam de nihilo, & * ex eo, quod omnino non eſt, bo-

a Reſponſio Waldenſis. — Auguſtinus To. 1. cap. 2. pag. 542. — Pſal. 13. 1. — Auguſtinus To. 8. cap. 1. pag. 501. — * Maur. idest.

„ na facere, & magna, & parva, & cœleſtia, „ & terrena, & ſpiritualia, & corporalia. Quia „ vero & juſtus eſt, ei quod de ſe genuit, ea „ quæ de nihilo fecit, non æquavit -- Et in „ eodem Libro bene infra -- Ideo non incommutabiles naturæ ſunt, quia nihil eſt, unde „ factæ ſunt. SACRILEGA ENIM AUDACIA coæquantur *nihil* & Deus: ſi quale eſt iſtud *, „ quod de eo * natum eſt, tale velimus eſſe „ illud, quod ab eo de nihilo factum eſt. „ Hæc ille.

Cap. 10. pag. 503. — * M. illud. — * M. de Deo.

5. Hanc conditionem adimplet doctrina Wicleffi, cum dicit, aſinum ſimpliciter eſſe Deum *. Probavit ergo Auguſtinus, hanc eſſe doctrinam ſacrilegam, quæ *nihil* quoquomodo dicit *ideas*, vel aliquid quod eſt Deus. Et vide qualis injuria: res in eſſe intelligibili, ſi aſinus eſſet, non eſſet nihil; ſi lapis, ſi milium, non eſſet nihil: quia autem Deus eſt, & nihil aliud, quam B Deus, ideo eſt nihil ſufficiens, unde creatio formet exordium. Sed notandum puto, quod hic dicit Auguſtinus, ideo non incommutabiles eſſe naturas, quia nihil eſt, unde factæ ſunt. Productio ergo de nihilo eſt mutatio prima, ſicut dictum eſt *; & ipſum *nihil* in *aliquid* commutatur: Deus autem, vel idea, non commutatur in aliquid. Deus ergo, vel idea, non eſt illud *nihil* in effectu, unde creatio inchoatur, maxime quia, juxta primævos Patres Eccleſiæ, illud nihil eſt ſimpliciter *non eſſe*, & omnimode non exiſtens. Sic enim intelligit Gregorius Prædeceſſores ſuos in hom. *Cum eſſet ſero die illo*. GREGORIUS. Longe minus eſt Deo reparare quod „ fuit. Aut quid mirum, ſi hominem ex pulvere reficit, qui ſimul omnia ex nihilo creavit? Mirabilius namque eſt Cœlum & terram ex nullis exiſtentibus condidiſſe, quam „ ipſum hominem ex terra reparare. „ Hæc ille. Modum loquendi Auguſtini habet hic Gregorius, qui in *de verbis Domini* ſermone ultimo (b) dicit, AUGUSTINUS. Quid eſt amplius? „ Ex nihilo facere homines, qui vivant; an „ eos, qui facti ſunt, atque vixerunt, reparare poſt mortem? Utique plus eſt facere quod D „ nunquam fuit, quam reparare quod fuerat. „ Quomodo ergo impoſſibile dicis, ut Deus, „ qui hominem formavit ex nihilo, reformet? „ Quomodo nos ſuſcitare non poteſt converſos „ in pulverem, qui etiamſi in nihilum rediremus, facere poterit, ut eſſemus, ſicut & fecit nos eſſe, cum nunquam antea fuiſſemus? „ Et conſequenter poſt, loquens de productione rerum ex cauſis ſuis ſeminalibus: „ Dic mihi „ ubi latitant, antequam producantur, quæ „ nuſquam quidem videntur; ſed tamen Deus, „ qui omnipotens eſt, & ea ex nihilo condidit, ſecreta ſua virtute producit? „ Hæc ille. E Ecce ex nihilo Deus iſta producit, & ſi in nihilum rediremus adhuc facere poſſet Deus, ut eſſemus. Inſanit ergo Wicleffus, dicens, quod potentia Dei non ſe extendit ad *nihil*. Hoc autem nihil *omnino nihil* jam ſupra * frequenter commemorat Auguſtinus, ne ad gloſſæ tuæ latebras fugeres, dicens, hoc intelligi de nihilo *in effectu*, quod eſt *tale nihil*, vel *ad tantum*, non *omnino*, qualiter poteſt dicit Artifex feciſſe domum de nihilo gemmæ, vel ſtellæ, vel propinquius de nihilo, quod erat domus. De non domo enim in effectu, domum in effectu perfecit, quamvis idea domus præceſſit in arte. Quare ergo non ſimpliciter produxit domum de nihilo, & per conſequens creavit domum, ſicut

* Vide ſupra cap. 1. & 2. & ſeqq. — Cur naturæ ſint mutabiles. — * Cap. præced. n. 1. — Gregorius To. 1. pag. 1558. hom. 26. in Evang. num. 12. — b Auguſtinus To. 5. pag. 622. — * Num. 3. & deinceps.

(a) Intellige, quod non eſt materia, unde creaturæ fabrefiant.

(b) In hoc citato loco Maurini ſenſum exprimunt, ſed verba dant prorſus diverſa.

cut Deus Cœlum? Quia (inquis) *non produxit de nihilo in ratione materiæ* , ergo *nihil* , quod Divinam creationem ab omni inferiori productione diſtinguit, non aliud negat, niſi materiam præjacentem . Et quid hoc ad ideas ? Ab eſſe enim intelligibili producit Artifex domum , & a nulla domo in effectu: necdum tamen creat : A quia ex omnino nihilo non producit. Sed quia hoc deſtrueret *prolixum eſſe* quod ponis*, idcirco nec ſacræ Fidei condeſcendis , ut cum Eccleſia de *omnino nihilo* creaturam confirmes : ſed vis dici, quod aſinus ſemper fuit Deus, & idcirco aſinus ante creationem ſuam non omnino nihil fuit. Sed hoc prædixi tibi, ex errore parvo prodire majorem . Fidelius eſſet negare aſinum Deum, aut ſemper eſſe, ut creationis fidem, quam jam læſiſti, ex omnino nihilo libere prædicares. Alligatus es? quære diſſolvi, & eſſe cum Chriſto.

* *Vide ſupra, cap. 6.*

Quare Wicleffus nolit fateri creaturam de omnino nihilo.

Philip. 1. 23.

6. Nec illud *eſſe æternum* damnificavit tantum creationis articulum , ſed etiam prædeſti- B nationis faſtigium; quia non prædeſtinatur res, niſi antequam eſt. Si enim jam eſt, deſtinari quidem poteſt, prædeſtinari non poteſt. Unde Origenes lib. 1. *ſuper Epiſt. Pauli ad Rom.* tractans hunc textum , *quod ante promiſerat per Propheas ſuos*, ORIGENES . Quamvis (inquit)
„ in latinis exemplaribus *prædeſtinatus* ſoleat in-
„ veniri ; tamen ſecundum quod interpretatio-
„ nis veritas habet , *deſtinatus* ſcriptum eſt ,
„ non *prædeſtinatus* . Deſtinatur enim ille qui
„ eſt; prædeſtinatur vero ille, qui nondum eſt.
„ ſicut de iis, de quibus dicit Apoſtolus: *quos* C
„ *autem præſcivit* , *illos & prædeſtinavit*. Præ-
„ ſciri ergo , & prædeſtinari poſſunt illi , qui
„ nondum ſunt : ille autem qui eſt, & ſemper
„ eſt, non prædeſtinatur, ſed deſtinatur. Hæc
„ a nobis dicta ſunt propter eos, qui in Uni-
„ genitum Filium Dei impietatem loquuntur;
„ & ignorantes differentiam *deſtinati* & *præde-*
„ *ſtinati*, putant eum inter eos, qui, cum an-
„ te non fuerint , prædeſtinati ſunt ut eſſent ,
„ numerandum: qui nunquam prædeſtinatus eſt,
„ ut eſſet Filius Dei, ſed ſemper fuit, ſicut &
„ Pater (*a*). Qui ERGO SEMPER eſt, *deſtinatur*,
„ Qui autem prædeſtinatur, nondum erat (*b*), D
„ ſed eſſe cœpit ex tempore.„ Hæc Origenes. Vide jam quid concludit ex multis unum: *Qui ſemper eſt*, *non prædeſtinatur*, quia non præcurrit eum Divina deſtinatio, ſed ſibi concurrit. Et addit: *quia iam incœpit ex tempore*, *cum ante non erat* , *qui prædeſtinatur* . Omnem ergo prædeſtinationem amputat *ſemper eſſe*.

Non prædeſtinatur, niſi quod nondum eſt.

Rom. 1. 2. Origenes *Tom. 2. lib. 1. cap. 1. pag. 297.*

Rom. 8. 29. Differentia inter prædeſtinationem, & deſtinationem.

a b

CAPUT XXI.

Quomodo Wicleffus ponit neceſſitatem abſolutam omnium futurorum eventuum : & qualiter contra Doctrinam Eccleſiæ*. E

* *Poſtquam Dei Omnipotentiam adverſus Wicleffum propugnavit, Waldenſis, procedit nunc ad tuendam Dei Scientiam, ac Providentiam.*

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Omnia, quæ eveniunt* (*ſecundum Wicleffum*) *de neceſſitate eveniunt*.
2. *Deus neceſſitat ſingulas Creaturas activas ad quemlibet actum ſuum. Et ſic omnis præſcitus , neceſſitate Divina damnatur ; ac Judas nunquam ivit cum Chriſto ut membrum ejus, ſecundum eundem*.
3. *Refelluntur hujuſmodi inſanæ poſitiones ratione, & authoritate Sanctorum Hieronymi, & Chryſoſtomi*.
4. *Addit Wicleffus, quod damnandus non poterit mori, antequam faciat malum, pro quo damnetur: quod quidem neceſſario faciet*.
5. *Rejicitur hæc horrenda doctrina authoritatibus S. Auguſtini*.

1. VOx Patrum in primitiva Eccleſia fuit ad Dominum Deum: *Reſpexiſti humilitatem meam, ideo ſalvaſti de neceſſitatibus animam meam* . Sed non ſuſtinet hunc clamorem aſpis hæretica ſurda , & tamen obturans aures ſuas , ne audiat voces Eccleſiæ incantantis ſapienter ; immo reclamat per iniquos ſenes latentes in pomario: non ſalvat Dominus de neceſſitatibus animam cujuſcumque . *Omnia quæ evenient* (inquit) *de neceſſitate evenient* (*c*): quia ſic ſequitur ex prædictis, *omnia futura ſunt*, *& non poteſt Deus aliter rem facere , quam ut fecit*, *vel facturus eſt*. Omnia ergo futura fixe, & immutabili neceſſitate futura ſunt, quod ſunt. Unde 1. *Trial.* cap. IX. WICLEFFUS. Quis rectilo-
„ quus *(inquit) negaret hanc conſequentiam :
„ Deus intelligit hoc; ergo hoc eſt intellectum
„ a Deo? Sed de quacumque creatura ſignata
„ antecedens eſt abſolute neceſſarium, & æter-
„ num; ergo & conſequens.„ Et in *barbarizatione* cujuſdam Evangelii feriæ ſecundæ hebdomadæ V. Quadrageſimæ: *Chriſtus* (inquit) *multoties dixit*, *quod quidquid erit*, *neceſſario erit*. At cum quidam ſimulatæ pietatis viri hanc hæreſim illius, & ſuam excuſare conantur, dicentes eum intelligere de neceſſitate ſequelæ, quam *conditionatam* appellat (*d*) Eccleſia ; erumpit ſtatim fumus de clibano hæreſum , ut ex ore proprio judicetur ſervus protervus ; & ut dicit tertio *Trial.* cap. VIII. *Recolo me dixiſſe in lib. 1. quod omnia, quæ evenient, neceſſario abſolute evenient*. Jam omnis ficta amicitia (*e*) cedit retro , & omnis excuſatio confunditur , quando ipſe *abſolutam* neceſſitatem futurorum omnium libere confitetur.

Pſal. 30. 8. *Ibid. 57. 5.* *Dan. 13.* *Rom. 13. 18.* *Baruch. 6. 16.* c

Wicleffus. * *Cod. Vat.* rectiloquens.

d e

2. Sed quid conſequenter dicit in offenſam fidei , proſequamur . Dicit enim ex his in ſecundo *Trial.* cap. XIV. WICLEFFUS. *Videtur* (inquit) *mihi probabile* , *quod Deus neceſſitat creaturas ſingulas activas ad quemlibet actum ſuum*. Ex hoc peſſimo fundamento eradicat * omnem præſcitum, neceſſitatione Divina, fore damnandum , & eſſe diabolum , priuſquam quidquam boni cognoverit, ſive mali. Unde in *barbarizatione* Evangelii Sabbati *vigiliæ Palmarum* , dicit, quod *ex quo Judas fuit præordinatus ad pœnam* , *nunquam ivit cum Chriſto ut membrum ejus: & ſic omnis, qui damnabitur*, *eſt diabolus*, *ſicut Judas erat* . Jam animadvertant Fideles , an iſte plus erravit, qui dicit omnes præſcitos ſtatim ex æterna Dei præordinatione, antequam ſint in natura, eſſe diabolos; aut Origenes, qui peccatores præſcitos ponebat futuros eſſe diabolos in ſæculo poſt futuro . Hieronymus enim in Epiſt. *de erroribus Origenis ad Avitum* , ſic recitat dixiſſe Origenem in ſuo *Periarchon*. HIERONYMUS. Qui omnes vicerit nequitia, & pe-
„ nitus ſe terræ coæquaverit, in alio Mundo ,
qui

Wicleffus.

* *Eradicat*, ſeu *extrahit*, *educit*, *infert*.

Wicleffus.

Hieronymus *To. 1. pag. 922.*

(*a*) Habent hic Origenis Defenſores, quo eum de Filio coæternō recte ſenſiſſe demonſtrent , adverſus illos , qui illum Arianiſmi præluſorem fuiſſe autumant .

(*b*) Exempl. Pariſien. *nondum erat tunc cum prædeſtinaretur* , *ſed capit ex tempore*.

(*c*) Neceſſitatem futurorum eventuum , & ablationem liberi arbitrii, quæ illam conſequitur, libenter exceperunt , præter *Huſſitas* , alii quoque ſubſequentes hæretici , *Lutherus* in articulo 31. a Leone X. damnato, ac in *Theſibus* Lipſiæ evulgatis anno 1519. *Calvinus* in lib. *de æterna Dei Prædeſtinatione* , ac alibi , *Arminiani* , *Gomariſtæ* , *Bajani*, atque e recentioribus Etherodoxis nonnulli alii.

(*d*) Scholaſtici *neceſſitatem ex ſuppoſitione* eam nunc paſſim appellant .

(*e*) Loquitur de hypocriſi, qua Wicleviſtæ, juxta priſcorum hæreticorum morem , veram fidem oſtentabant .

* M. fiat. Sententia Origenis de præſcitis in ſæculo futuro.

„ qui poſtea fabricandus eſt, fiet * diabolus „ principium plaſmationis Domini, ut illudatur ei ab Angelis, qui exordii amiſere virtutem. Quibus dictis (inquit Hieronymus) „ quid aliud conatur oſtendere, niſi hujus Mundi peccatores homines, in alio Mundo poſſe „ diabolos, & dæmones fieri?„ Hæc ille. A

3. Quod ſi propter hoc, quod præſciti futuri ſunt diaboli, Origenes damnatur; quominus damnandus eſt Wicleffus, qui a præterito, imo ſecundum *prolixum* ſuum *eſſe* ab æterno, omnem præſcitum dixit eſſe diabolum? Ignoſcat mihi Deus: paratus ſum hoc credere, ſi ſic velit Eccleſia. Sed quia antiquus Doctorum chorus, quantum vidi, ſub pœna infidelitatis injungit oppoſitum, idcirco timidus lapſus mei, ſequor antiquos. Nam & antiquus Joannes Chryſoſtomus *Tract.* XVI. *Super Johannem* de diabolo, quod nunquam fuiſſet de non diabolo factus diabolus, niſi ægrotaſſet morbo ſuperbiæ, CHRYSOSTOMUS. B Bene (inquit) dicebat Sapiens, quo„niam principium ſuperbiæ neſcire Dominum. „ Nequaquam cecidiſſet, & diabolus factus eſſet diabolus, non exiſtens diabolus prius, niſi hac ægritudine ægrotaret, ſcilicet ſuperbiæ.„ Hæc ille. Nota ex hoc antiquo Doctore duo contra Wicleffum. Primo, quod diabolus factus eſt diabolus, non exiſtens prius diabolus, & ſic non ab æterno diabolus. Secundo, quod ægrotatio ejus in ſuperbia fuit ipſi cauſa diabolizandi *. Non ergo fuit aliquando diabolus ante ſuperbiam actualem; & ſic Divina præſtitutio non facit quemquam diabolum. C Et arguunt hic filii Eccleſiæ primo: ſi ex Dei prædordinatione neceſſitaretur quis eſſe diabolus, tunc aliquis ſanctus, & innocens ab omni peccato, eſſet diabolus, & damnandus. Patet ſequela de præſcito baptizato ante tempus doli, quia inter tempus baptiſmi, & doli forſan per octo, vel decem annos ſervat talis ſibi innocentiam baptiſmalem, cum tamen a Dei ordinatione primæva iſte erat diabolus. Fatebitur Wicleffus Chriſtum habuiſſe per tantum tempus unum diabolum innocentem: & ſi in eo tempore decederet talis diabolus, ſalvaretur? Non (inquit) poſſet ſic decedere, ſed neceſſario D expeccabit, & ponet obicem. Unde cap. XIII. quarti *Trialogi*.

Chryſoſtomus To. 8. pag. 94. num. 4.
Eccli. 10. 14.
Sine ſuperbia diabolus non cecidiſſet, & non eſſet diabolus.
* Editi, ut fieret diabolus.

Wicleffus.

4. WICLEFFUS *Cum* (inquit) *omnia quæ evenient, de neceſſitate evenient, abſolute neceſſarium eſt, quod damnandus ponat obicem in peccando*. Et inter *Concluſiones* ter damnatas CCXLVI. *Infans præſcitus, & baptizatus neceſſario vivet diutius, & peccabit in Spiritum Sanctum, ratione cujus merebitur, ut perpetuo damnetur: & ita nullus ignis poteſt eum comburere pro hoc tempore, vel in iſtanti*. Hæc Wicleffus.

5. Horrenda doctrina, & quæ Divinæ innocentiæ, E & infinitæ clementiæ, qua peccatores a perditione ſolet eripere, inaudibilem obtrudit infamiam. Ignoſcite * mihi fideles, non fero hanc læſæ Majeſtatis Divinæ injuriam, hanc ſummæ generoſitatis retributionem nequiſſimam. Torqueor impatientia: æſtuo ſancta ira, ferveo præ vindicta: *Conturbatus eſt in ira oculus meus; anima mea, & venter meus*, cum Pſalmiſta. Aut quis amator Dei hoc tolerat, hoc bene patitur dici de clementiſſimo Domino noſtro, quod ipſe nos neceſſitat ad peccandum, ut habeat ad damnandum; cum ipſe per ſe ipſum ſpirat ad vitam, per Angelicas officinas * præſervat, per Prophetas minatur, per Patriarchas hortatur, allicit dulcibus, aſperis excitat; poſtremo unicum Filium, exinanita Majeſtate ad nos miſit, & citra mortem non pepercit: Apoſtolos nobis reliquit, Doctores ſanctos diſponit; trahit per gratiam, roborat per exemplum? Et quid amplius facere debuit, ut ſalvaret a morte, ut vitæ nos perpetuæ copularet? Et poſt hæc omnia dicetur, quod ſit crudelis artifex, trahens, & neceſſitans hominem, tamquam beſtiam ad macellum; & ab antiquo propoſito reſervaſſe homines ad mortem ſecundam? Vere Sanctus Auguſtinus dicit Deum fore injuſtum judicem, & crudelem, ſi ſic jubeat homines facere, ſub pœna mortis æternæ, & ipſe, ne ſic facere poſſent, firmavit ab origine. In Lib. *de quæſtionib. novi & veteris Teſtamenti* cap. XL. AUGUSTINUS. Si (in„quit) naſcuntur qui mali ſunt, & e contra„rio qui boni ſunt; fruſtra lex data dicitur: „ & non ſolum hoc, ſed & injuſtus habebitur „ Legislator. Qui enim lege data cogit homi„nes contra id, quod nati ſunt facere, ſciens „ non poſſe mutari naturam; ad hoc utique „ legem dediſſe videtur, ut haberet occaſionem „ qua crudelitatem ſuam de nece hominis ſa„tiaret. Ut quid enim prohibet quod ſcit a„verti non poſſe? Aut quemadmodum dam„nat hominem, qui non fecit, quod facere „ non potuit? Si autem injuſtum videtur, ut „ eſt, quia iſtud ſentire de Deo nefarium eſt, „ recte, & ſalutari ratione legem dedit, ſciens „ poſſe hominem continere ſe ab eo, quod „ prohibet Lex.„ Hæc Auguſtinus. Optime demonſtravit Sanctus Pater, & quaſi videtur alapaſſe (a) Wicleffum in omni verbo ſuo. *Ut quid* (inquit) *prohibet, quod ſcit averti non poſſe; aut quare damnat hominem, qui non fecit, quod facere non potuit:* immo abſolute non potuit? Sic enim dicit ipſe teſtis iniquus: *Abſolute neceſſario damnatus ponet obicem; & infans præſcitus neceſſario vivet diutius &c.* Et quo neceſſitante vivet, ut peccet? quo neceſſitante ponet damnandus obicem? Numquid bono Deo? Nunquid clementiſſimo Domino? Sic dixiſti jam ſupra *, quod *Deus neceſſitat creaturas ſingulas activas ad quemlibet actum ſuum*; & nedum ad ſubſtantiam actus, ſed etiam ad piaculum, unde damnare eum poſſet, propter utilitatem Eccleſiæ. Sic enim dixerunt tecum falſarii Auguſtini, quod quando inceſtant Patres filias, & filii Matres; quando ſervi Dominos occidunt, ideo fit, quia Deus ita prædeſtinavit, ut fieret. At contra AUGUSTINUS. Si (in„quit) diabolo obiiceretur, quod facinorum „ talium ipſe auctor eſſet, vel * incentor; puto, „ quod aliqua ratione exonerare ſe hac poſſet „ invidia, & talium ſcelerum patratores de ſua „ ipſorum voluntate convinceret: quia etſi „ Deus delectatus eſt furore peccantium, pro„baret tamen, ſe non intuliſſe vim criminum. „ Qua ergo inſipientia, quave dementia defini„tur, ad Dei referendum eſſe conſilium, quod „ nec diabolo in totum aſcribi poteſt, qui IN „ PECCANTIUM FLAGITIIS illecebrarum adju„tor, non voluntatum credendus eſt eſſe ge„nerator? Nihil ergo talium negotiorum Deus „ prædeſtinavit, ut fieret.„ Hæc Auguſtinus Libro *de articulis, ſibi falſo imputatis* (b) in ſatisfactione ad undecimum articulum. Et ubi eſt jam ille Deus, qui olim dixit: *nolo mortem peccatoris, ſed magis ut convertatur, & vivat?* Ubi Apoſtolus ejus, qui dixit Theſſaloni-cen-

* Cod. MSS. redimite.
Pſal. 30. 10.
* Forte, per Angelica officia.
* Auguſtinus To. 3. p. 2. pag. 43. Homines non boni naſcuntur aut mali, ſed tales fiunt.
* Num. 2.
* Auguſtinus Tom. 10. in Append. pag. 211.
* M. ipſe.
b
Ezech. 18. 32.

(a) Ita Cod. Ferrarien. E contra Editi habent traxiſſe; ſed non appoſite ad ſententiam. Cod. Vat. peralapaſſe.

(b) Nunc huic Libro titulus eſt, Reſponſiones ad objectiones Vincentianas.

1. Theſſal. 4. 3. censi Populo peccatori: *hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra, ut abſtineatis vos a fornicatione, ut ſciat unuſquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honore, non in paſſione deſiderii, ſicut gentes, quæ ignorant Deum:* qui tamen his, & aliis notati erant quæ diſſuaſit eis Apoſtolus? Non enim eis, ut perfectis, ſicut Corinthiis ſcribit, ſed ut infirmis, inquit Hieronymus in *annotationibus*. Sed cur dixit Apoſtolus hoc eſſe voluntatem Dei; & confirmat hoc, ſubdens: *non enim vocavit vos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem?* Quomodo non vocavit eos in immunditiam, ſi ipſe abſolute neceſſitavit ad crimen tam fortiter, ut impoſſibile fuerit eos tunc melius facere, quam fecerunt? Sic enim addit Wicleffus cap. VIII. tertii *Trial.* reſpondendo ad ſecundum argumentum, WICLEFFUS. Probabiliter (inquit) dici poteſt, quod ſicut Deus non po„ teſt meliorem Mundum facere, ſic nemo poſ„ ſet melius facere, quam facit; ſed poſſet ta„ men, ſi Deus voluerit (*a*). Nam ſi melius „ faceret, quam facit, tunc potentia ſua ſe ex„ tenderet ad contradictoria, in quæ Deus non „ poteſt. „ Hæc ille. Non ergo poteſt peccator Theſſalonicus, nec potuit melius facere, quam fecit, niſi qualiter potuit ſimul contradictoria verificare: & hoc quia non voluit Deus; quod ſi ille voluit, ipſe poſſet.

Wicleffus.

CAPUT XXII.

De authoribus, & fautoribus hujus hæreſis a principio.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quam vetuſta fuerit Wicleffi hæreſis de neceſſitate humanorum actuum, oſtendit. Fuit enim,*
2. *Pelagianorum,*
3. *Philoſophorum,*
4. *Manichæorum,*
5. *Et Prædeſtinatorum.*
6. *Quomodo Wicleffus conetur in Deo & homine libertatem cum ſua neceſſitate componere.*
7. *Imputat Armachano fallibilitatem Divinæ præſcientiæ.*
8. *Omnes Philoſophi, præter* Necromanticos & Divinos, *neceſſitatem improbant Wicleviſticam in Creaturis.*

Audacia Wicleffi.

1. MIror ultra modum audaciam iſtius viri, & improbitatem hæreticam, quod tam plane renovat hæreſim antiquatam; nec de reprobatione fundatorum ejus habet formidinem, nec de condemnantium authoritate cautelam, aut verecundiam de cenſura. Si namque libeat antiquitatem ejus ſcrutari, tempore *S. Jacobi* pullulavit per quoſdam *pſeudo* (*b*) in populo diſperſionis Judaicæ tunc fideli. Dicebant enim Deum neceſſitare homines ad peccandum per quaſdam inſpirationes privatas, quas vocabant *Dei tentationes occultas:* contra quos Sanctus Jacobus, dicens: *nemo cum tentatur, dicat, quoniam a Deo tentatur: Deus enim intentator malorum eſt. Ipſe autem neminem tentat.* Ubi in expoſitione *ſuper Epiſtolas Canonicas*, BEDA. „ Hic (inquit) primo illorum deſtruit errorem, „ qui ſicut bonas cogitationes a Deo nobis con„ ſtat inſpirari, ita etiam malas, ipſo inſtigan„ te, putant noſtra in mente generari. Nemo „ ergo cum tentatur dicat, quoniam a Deo „ tentatur: illa videlicet tentatione, qua dives „ incedens in itineribus ſuis marceſcit. Ideſt, „ nemo cum rapinam, furtum, falſum teſti„ monium, homicidium, ſtuprum, vel cætera „ hujuſmodi commiſerit, dicat quoniam Deo „ cogente, neceſſe habuerit hæc patrare: ideo„ que nullatenus horum effectum declinare po„ tuerit. „ Hæc Beda.

Jacobi 1. 13.

Beda To. 5. cap. 1. pag. 933.

2. Secundum hanc Scripturam Apoſtoli confutavit Auguſtinus Pelagianos in ſuo *Hypognoſtico*, verſus finem. AUGUSTINUS. Videte (in„ quit) dilectam veſtram ſemine laudum ve„ ſtrarum concipientem dolorem, parientem * „ peccatum, generantem mortem. Cujus dum „ authorem Deum eſſe prædicatis, ſine dubio „ arguitis tantum Apoſtolum, & Deum eſſe „ malorum dicitis tentatorem, quia ipſe crea„ vit ſecundum vos, unde tententur homines, „ & illiciantur *: ac per hoc ipſe unde pe„ reant fecit. „ Hæc Auguſtinus. Dicat jam qui ſcit, quare non Wicleffus æque contradicit Apoſtolo, qui æque cum Pelagio, Deum authorem peccati conſtituit? Vere hæc omnia contra prohibitionem Sancti Jacobi dicet Wicleffus: quod rapinam Raptor committit, nec poteſt declinare rapinam melius faciendo, eo quod neceſſitat eum Deus ad quemlibet actum, & cogitationem tentatoriam ipſe prius immittit.

* Auguſtinus To. 10. p. 2. in Append. lib. 4. cap. 8. pag. 34. * M. parturientem.

Pelagiani Deum faciebant authorem peccati.

* M. abſtrahantur, & illiciantur.

3. Nec dormivit hic error: ſed ut linealiter perveniret ad Wicleffum, quidam Periti * poſtea de Gentilibus continuabant eum, dicentes, Chriſtum neceſſitaſſe Judam ad traditionem ſui, (ſi tamen Judas erat; eo ſcilicet, quod prophetice dixit: *Nonne duodecim vos ego elegi; & unus ex vobis diabolus eſt?*) Quibus obvians antiquus Pater Chryſoſtomus *ſuper Johannem* homil. XLVI. CHRYSOSTOMUS. Denique accuſant „ Chriſtum Gentiles frigide & inſipienter. Non „ enim neceſſitate, & vi facere bonos aſſuevit „ Deus: neque electio ejus violentia eorum, „ qui vocati ſunt erat; ſed converſiva, ideſt, „ hortativa. Ut igitur diſcas, quoniam non „ vim infert vocatio, multos contingit eorum, „ qui vocati ſunt, perire. Unde manifeſtum „ eſt, quoniam & in mente, ideſt, voluntate „ poſitum eſt veſtra & ſalvari, & perire. „ Multa ſatis notabilia iſte Pater involvit, quod ſcilicet prædeſtinatio Dei non infert neceſſitatem; & quod in poteſtate voluntatis poſitum eſt, ut ſalvemur ex gratia, vel pereamus ex culpa. Sed de his poſtea *. Nunc autem fuiſſe Gentilium opinionem poſſumus intelligere de neceſſitatione Divina.

* Supple, Philoſophi.

Joan. 6. 71.

Chryſoſtomus To. 8. pag. 281.

Electio Dei non eſt coactiva, ſed hortativa, & impulſiva.

Perire, & ſalvari eſt in voluntate noſtra.

* Cap. 24.

4. Demum vero non multo poſt Manichæi hanc opinionem cœperunt defendere *de neceſſitate peccandi*, dicentes de Juda, quod propter malam naturam non potuit ſervare Apoſtolatum ſuum, nec vitare peccatum. Contra quos arguit Beatus Hieronymus, quærens, quomodo ergo propter malam naturam potuit agere pœnitentiam? Unde ſuper illud Matthæi XXVII. *Tunc videns Judas, qui tradidit eum.* HIERONYMUS. Qui (inquit) diverſas naturas conan„ tur introducere, & dicunt Judam proditorem „ malæ fuiſſe naturæ, nec electionem * Apo„ ſtolatus potuiſſe ſervare, * reſpondeant, quo„ modo mala natura egerit pœnitentiam? „ Hæc Hieronymus. Mitius tamen mihi videtur Mani-

Peccatum eſſe neceſſitatem naturæ, dicebant. Manichæi.

Hieronymus Tom. 7. lib. 4. pag. 226.

* M. electione.

* M. ſervari.

(*a*) Illuſoria conditio, *ſi Deus voluerit*. Nam ut Waldenſis late ſupra diſſeruit, hæc Dei voluntas, juxta Wicleffum, otioſa eſt, & iners; tum quia non vult id quod non valet limitata Dei poteſtas efficere; tum quia eſt voluntas, quæ cum tali arctata poteſtate confunditur.

(*b*) Infra num. 5. vocantur *Jacobitæ* a S. Jacobo Apoſtolo, qui in Epiſtola ſua mox citanda eos memorat, ac redarguit.

Magis erravit Wicleffus, quam Manichæus.

Manichæos hic erraſſe, quam Wicleffus eo quod illi originem neceſſitatis peccandi ponebant in homine malo, ipſe in Deo bono. Jovinianus (*a*) autem circa illa tempora neceſſitatem induxit in bono, dicens, hominem non poſſe peccare. Cui occurrens Beatus Hieronymus ſimul ex prædictis in Epiſtola *ad Damaſum Papam* de fide (*b*), dicit HIERONYMUS. Liberum ſic confitemur arbitrium, ut dicamus, nos Dei ſemper indigere auxilio: & tam illos errare, qui cum Manichæo dicunt, hominem peccatum vitare non poſſe, quam illos, qui cum Joviniano aſſerunt, hominem non poſſe peccare poſt ſuſceptum plena fide baptiſmum. Uterque enim tollit arbitrii libertatem. Nos vero dicimus, hominem ſemper & peccare, & non peccare poſſe, ut ſemper nos liberi confiteamur eſſe arbitrii. „ Hæc Hieronymus. Hæc igitur eſt fides recta, ſecundum Hieronymum, potuiſſe ſcilicet Judam melius facere, quam fecit, quando Dominum tradidit; & Beatum Johannem potuiſſe pejus facere, & peccaſſe, quando meritorie ſuper pectus Chriſti recubuit. Et notat hoc Hieronymus propter libertatem arbitrii, ſecundum quam dicit, etiam Angelos, & Sanctos poſſe peccare lib. ſuo II. *contra Jovinianum*. HIERONYMUS. Quid loquar (inquit) de Sanctis viris, & de Angelis, qui cum creaturæ Dei ſint (*c*), poſſunt utique recipere peccatum? „ Hæc ille.

a Jovinianus in bonis neceſſitatem ponebat ad bonum.

b * Hieronymus To. II. pag. 148.

Luc. 22. 48.

Johan. 13. 22.

Hieronymus To. 2. pag. 329.

c

5. Inter hæc ſurrexit Hæreſis *Prædeſtinatorum* in Eccleſia, qui, ut reor, occaſione ſumpta quorumdam verborum Auguſtini, præfatam neceſſitatem firmabant: de quibus in *Chronicis* Proſperi ſub tempore Cœleſtini Papæ *, PROSPER (*d*). Prædeſtinatorum hæreſis, quæ ab Auguſtino (*e*) accepiſſe initium dicitur, his temporibus ſerpere exorſa eſt. „ Hæc ibi. Neſcio, an propter iſtos, ſeu propter quoſdam falſo ſibi neceſſitatem prædictam futurorum eventuum imputantes, coactus eſt Auguſtinus in libello uno per ſexdecim articulos doctrinam illam damnare, & anathemate præfigere (*f*): cujus libri titulus eſſe ſolet, *De quibuſdam capitulis ſibi falſo imputatis* (*g*); quorum articulorum ut videamus quantum opinioni Wicleffi conveniant, ſecundus eſt, quod Deus nolit omnes ſalvare, etſi omnes ſalvari velint. Tertius, quod Deus majorem partem Generis humani ad hoc creat, ut illam perdat in æternum. Septimus eſt, quod hæc ſit voluntas Dei, ut magna pars chriſtianorum ſalva eſſe nec velit, nec poſſit. Decimus, quod adulteria, & corruptelæ Virginum Sacrarum ideo contingunt, quia illas Deus ad hoc prædeſtinavit, ut caderent. Decimus quartus, quod pars illa magna Chriſtianorum, quæ ad ruinam, & perditionem prædeſtinata eſt, etiamſi petat a Deo Sanctitatis perſeverantiam, non impetrabit, eo quod mutari non poteſt Divina prædeſtinatio, quæ illos præordinavit, præparavit, ut caderent. Decimus ſextus, quod magna pars illa Fidelium, quæ ad æternam mortem prædeſtinata eſt, quando dicit Deo in oratione Dominica, *fiat*

Hæreſis Prædeſtinatorum.

* *an. circiter* 425. Proſper *In app. pag.* 213. *num.* 23.

d

e

f

* Auguſtinus To. 10. *in app. pag.* 208.

g

A *voluntas tua*, nihil aliud agat, quam contra ſe petat, ideſt, ut cadant, & ruant, quia voluntas Dei hæc eſt, ut æterna morte pereant. Hos omnes prædicto loco colligit Auguſtinus. Non imputo ergo noſtro Wicleffo articulos iſtos cum terminis infra ſcriptis, ſed per ea, quæ ſupra colliguntur de Libris, & Opuſculis ſuis. Quamvis plura, & forſan deteriora dimiſimus, videtur peritis Catholicis, quod hæc prædicta ipſe non reſpuit, nec evadet, ſaltem in ſubſtantia falſitatum. Recedit ab eis, ſcio, in multis, & accedit in pluribus; immo ſuperat in quibuſdam. Ecce una eſt radix errorum ejus, & o-

B mnium prædictorum *, *neceſſitas abſoluta* futurorum eventuum. Hæc eſt grata hæreſis *Manichæis*, *Jovinianiſtis*, *Jacobitis*, *Prædeſtinatis*, *Wicleviſtis*, & *Paganis*: ſed propter neceſſitatem iſtam deſtruxerunt hi prædicti liberum arbitrium: quidam publice, ſicut *Manichæi*, & *Jovinianiſtæ*; quidam occulte, ſicut *Prædeſtinati*, & *Wicleviſtæ*, qui profitentur quidem liberum arbitrium ſalvare, & ſalvant quidem exemplariter*, ſed deſtruunt in effectu: *Prædeſtinati* quidem in hominibus & Angelis, quibus ſolis neceſſitatem prædictam aſcribunt: Wicleffus in Divinis Perſonis, quibus etiam neceſſitatem præ-

* *Subaudi* Hæreticorum.

* *Seu apparenter.*

C fatam indixit; & in hoc ipſo ſuperat omnes hæreticos antiquos, qui neceſſitatem iſtam abſolutam penes futuros eventus, nec in Deo, nec de Deo cauſaliter audebant exponere: Wicleffus autem omnium futurorum eventuum neceſſitatem primam, & potiſſimam Deo aſcribere non formidat, dicens, Deum ſic præſcire; & ideo non aliter facere poſſe. Dicit tamen, voluntatem humanam ad effectum meriti ſui, vel demeriti debere concurrere, preces hominum, & ſuffragia Sanctorum, eleemoſinas, & pia vota, impreſſiones Orbium, & activitates cauſarum, quia hæc omnia Deus prævidit. Sed poſt

Wicleffus ſuperat antiquos Hæreticos, ponens neceſſitatem etiam in Deo.

D hæc omnia neceſſario abſolute dicit hunc elegiſſe ſic facere, & neceſſario Deum cum eo in illa determinata parte concurrere, quia ſic prævidit Deus, & prævoluit; & aliter quam fecit, vel facturus eſt, nec Deus, nec homo poterit facere; nec unquam potuit ante illud.

6. Cum autem quæritur, quomodo eſt voluntas Divina, vel creata, libera, ſi abſolute neceſſitetur hoc facere? quantum ad Divinam voluntatem, reſpondet Wicleffus cap. XXVIII. tertii *Trialogi*, quod *Deus non illibertatur quidquam facere, licet abſolute neceſſario illud fiat: ſicut non illibertatur producere Verbum, vel Spiritum*

E

(*a*) *Jovinianus* Monachus, ex Mediolanenſi Monaſterio apoſtata an. 382. erumpens, fœdida illa dogmata evulgare cœpit, ob quæ a S. Hieronymo *Chriſtianorum Epicurus* jure eſt appellatus. Nam præter quam (ut hic teſtatur Hieronymus mox citandus) libertatem negavit humani arbitrii, Virginitati Nuptias in merito adæquabat: Jejunia, & abſtinentiam nihil ad ſalutem æternam prodeſſe eſſutiebat: omnes ſuo baptiſmo ablutos, æqualem in Cœlo gloriam conſecuturos: omnium peccata eſſe paria: Sanctiſſimam Deiparam in partu non fuiſſe Virginem: ſed inſtar aliarum fœminarum corruptam. Hæreticum hunc damnavit Siricius Papa in Synodo, quam Romæ anno Chriſti 390. coegit.

(*b*) Non habet modo talem titulum tractatus iſte; ſed hunc, *Explanatio ſymboli ad Damaſum*.

(*c*) Ut *creaturæ* ſunt, non ut *in ſtatu beatifico ſunt*, poſſunt Angeli recipere peccatum. Nam ut Lib. I. *contra Julianum* nos docet Auguſtinus, *reſponſione* 102. „ Hoc Deus Angelis Sanctis poſt „ lapſum diaboli pro merito bonæ voluntatis, qua in veritate ſtete„ runt, donaſſe credendus eſt, ut poſtea nullus per liberum arbi„ trium diabolus fieret. „ Porro in ſtatu beatifico ſumma charitas omne excludit peccatum.

(*d*) Chronicon citatum, non ſub *Proſperi Aquitani*, ſed ſub *Tironis Proſperi* nomine evulgavit *Guillelmus Deſprez* Pariſiis 1711. Nec immerito hoc Opus *Proſperi Aquitani* non eſſe fœtum nunc vulgo cenſetur. Aquitanus enim Auguſtini diſcipulus, præter meliorem ordinem, chronologiam, & dicendi ornatum, maxima cum laude de Auguſtino Magiſtro ſuo ſcribit. E contra ipſius *Chronici* author eſt Auguſtini laudum obtrectator.

(*e*) Pro his verbis, *ab Auguſtino* Pithæus ſcribit, *ab Auguſtini libris male intellectis*.

(*f*) Ex mera conjectura loquitur de hoc Libro *Waldenſis*: & quidem prudenter; cum poſt multiplices inquiſitiones quidquam de eo certi affirmare plures ſubſequentes eruditi viri auſi non fuerint. Nunc *Maurini*, non *Auguſtino*, ſed *Proſpero Aquitano* illum aſſerunt.

(*g*) Diverſos habuit titulos Liber iſte. Nam alii *de quibuſdam articulis*, alii, *de quibuſdam caſibus*, alii demum *de quibuſdam capitulis, ſibi falſo imputatis*, inſcripſerunt. Nunc poſt Lovanienſes Editores, *Reſponſiones ad Capitula objectionum Vicentianorum* inſcribitur. Obſervant autem Lovanienſes præfati, eſſe qui arbitrentur, objectionum Scriptorem *Vincentium Lirinenſem* illum fuiſſe, cujus extat adverſus prophanas hæreſum novitates *commonitorium*, ſcriptum circiter annum Chriſti 434. ſeu ut ipſe Author in cap. 42. teſtatur, poſt triennium ferme a celebrato contra Neſtorium Concilio Epheſino.

ritum Sanctum ; licet abſolute neceſſario illud a *agat* (*a*). Hæc ille. Conformiter autem, quoad libertatem hominis, exemplum reddit de libertate Angelica cum *Prædeſtinatis**, vel falſis imputatoribus Auguſtini, quorum articulus ſextus erat ille, *quod * tale Deus in hominibus plaſmet arbitrium, quale eſt dæmonum, quod proprio motu nihil aliud poſſit, vel * velit, niſi malum*. A

[** Subaudi hæreticis.*]

[** M. quia*]

[** Auguſtinus To. 10. in app.*]

[** M. velle niſi malum.*]

Minus dictum eſt jam pro parte Wicleffi, ſi dicatur, quod neceſſario abſolute nihil aliud poſſunt * velle, niſi malum : quæ tamen neceſſitas par eſſe in utriſque non poteſt, dicente Auguſtino in ſatisfactione ejuſdem articuli, AUGUSTINUS. Quod hoc inter malos homines diſtat & dæmones, quod hominibus, etiam valde malis, ſupereſt, ſi Deus miſereatur, reconciliatio: dæmonibus autem nulla eſt in æternum ſervata converſio. „ Hæc Auguſtinus. Docuit ergo ſemper Eccleſia, quod quamvis præſcientia Dei eſt neceſſaria, & infallibilis, non tamen ſunt eventus futuri abſolute neceſſario futuri, ſed contingentes. Ita docuit ex alia parte, quod quamvis effectus ſunt contingentes & varii; præſcientia tamen Dei propterea nullatenus poteſt falli. Ideo, ſicut eſt abolenda neceſſitas abſoluta effectuum præſcitorum, propter neceſſitatem præſcientiæ, quam tenet Wicleffus; ita eſt abolenda contingens fallacia Divinæ præſcientiæ, ſive Prophetiæ, propter contingentiam futurorum, quam Wicleffus imputat *Armachano*, unde cap. IX. tertii *Trial*. B

[** Subintelligo, poſſunt homines & Angeli velle.*]

[** Auguſtinus To. 10. p. 2. in Append. pag. 210.*]

[Dæmones in æternum non convertentur.]

[Quamvis Dei præſcientia ſit certa, effectus ſunt contingentes, & econtra.]

[Wicleffus.]

b 7. Dominus (inquit) ARMACHANUS (*b*) dicit, ſe pro ſolutione iſtius evidentiæ viginti annis ſtuduiſſe, videlicet, ſi Chriſtus prophetavit, vel aſſeruit hoc eſſe futurum, hoc eſt, vel fuit, vel erit. Sed antecedens eſt neceſſarium; ergo & conſequens. Nec ſcit iſte Doctor iſtam rationem in fine evadere, niſi concedendo, quod Chriſtus erraſſe potuit, & Eccleſiam decepiſſe. Sed quis Catholicus iſta dicet? „ Hæc Wicleffus. Iſte ergo fecit, quod ſuum erat, ad probandum complicem ſuum Hæreticum (*c*), a Catholicis ſegregatum (*d*). Hæc tamen imputata in terminis ſuis in Armachano me legiſſe non memini. Sed ex conſuetudine hoc habet ſic imputare certe in alium, qualiter forſan jam obruit hoſtis amicum. C D

[Wicleffus falſus imputator.]

8. Sed ut tendamus ad terminum, hanc Wiclevisticam pravitatem de abſoluta neceſſitatione voluntatis humanæ paſſim ut fuerat ſuſcitata jam tardis temporibus, Sancti Patres Eccleſiæ eam premere non tardabant; nec Eccleſiaſtici dumtaxat, ſed, ut ſcribit Doctor profun- e dus (*e*), ipſam damnant omnes Philoſophi, exceptis paucis Mathematicis, Jeromanticis, Necromanticis, cæteriſque Divinis, qui in ea parte nequaquam *Philoſophi*, ſed *frivophili* potius ſunt dicendi: quam etiam, ut dicit, Beatus Auguſtinus VI. *de Civit. Dei*, lib. LXXXIII. *quæſtionum*, *De doctrina chriſtiana*, *De quæſtionibus novi*, *& veteris Teſtamenti*, & multis aliis locis ferventi zelo condemnat : quam & *omnis turba* (inquit) *Catholicorum Doctorum variis locis reprobat*, *& condemnat*. E

[Omnes Philoſophi damnant neceſſitatem abſolutam in Creaturis ad actum.]

CAPUT XXIII.

Quomodo Wicleffus declarat neceſſitatem ſuam : & quam clare Eccleſia docet, & docebat oppoſitum ab antiquo.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quæ fuerint rationes hæreticorum probantes ſuam opinionem de humanorum actuum neceſſitate.*
2. *Refelluntur hujuſmodi rationes: & primo authoritate.*
3. *Probatur ratione veritas Catholica.*
4. *Divina præſcientia nullum arctat, nec ejus providentia quemquam obligat ad ſequelam.*
5. *Deus non magis ex præſcientia ſua cogit hominem ad peccandum, quam homo ſua memoria cogat eſſe præteritum.*
6. *Reſponſio quædam, vel potius fuga Wiclevestarum de duplici neceſſitate, adducitur.*
7. *Redarguitur futilis horum reſponſio, compluribuſque teſtimoniis Catholica veritas comprobatur.*

1. PRoſequenda tamen eſt prima propoſitio partialis illius ſimilitudinariæ veritatis fidelis, quod non eſt abſoluta neceſſitas ponenda effectuum propter Divinam præſcientiam : quia hujus oppoſitum videtur Wicleffus aſſerere II. *Trial*. cap. XIII. „ Deus (inquit) neceſſitat creaturas ſingulas activas ad quemlibet actum ſuum; & ſic ſunt aliqui prædeſtinati, hoc eſt, poſt laborem ordinati ad gloriam; & aliqui præſciti, hoc eſt, poſt vitam miſeram ad pœnam æternam -- Et infra -- Si quæritur, quid complete cauſat Dei ordinationem æternam, antequam illud fiat, dicatur, quod Dei volitio, & etiam ipſe Deus, cum neceſſarium eſt ad completionem reſpectus hujuſmodi, effectum talem abſolutum ſuccedere. „ Quid jam per hoc intendit, niſi (ſicut Sectatores ſuæ hæreſeos prædicant) quod Divina præſcientia, vel præordinatio, eſt cauſa neceſſaria perditionis hominum, vel ſalutis? Et probat hoc cap. IX. tertii *Trial*. „ Nunquid creatura (inquit) poteſt impedire Dei determinationem, &, ut Sophiſtæ concedunt, veritatem æternam præcedentem ex Dei propoſito, facere quod non erit, ac ſi ab illis penderet Divinum propoſitum, & veritas æterna? Item „ miſe-

[*Vide cap. preced. num. 6.*]

[Wicleffus.]

[Dei præſcientia ſecundum Wiclevistas, eſt cauſa perditionis hominum.]

[Wicleffus.]

(*a*) Quam inepta ſit hæc a Wicleffo producta ſimilitudo, quis parumper in philoſophicis eruditus non advertit? Norunt omnes, eſſe quaſdam neceſſitates, quæ vocantur *eſſentiales*, ut deſcenſus in lapide, amor ſui ipſius in homine, immutabilitas, felicitas, immortalitas in Deo, ſicut & æterna generatio Filii in Patre, & ſpiratio Spiritus Sancti in Patre, & Filio. At hæc ſunt potius prærogativæ, quam neceſſitates Eſſentiæ, & illam potius ornant, quam arctent. Immo vero, dicit Auguſtinus Lib. 1. contra Julianum Operis Imperfecti reſp. 103. *Si neceſſitas dicenda eſt, beatiſſima eſt iſta omnino neceſſitas, qua neceſſe eſt feliciter vivere, & in eadem vita neceſſe eſt non mori, neceſſe eſt in deterius non mutari*. Econtra voluntas pro neceſſitate ſuæ eſſentiæ debet habere facultatem & electionem ad alterutrum contradictoriorum; alioquin non *voluntas*, ſed *pondus*, non *libera*, ſed *coacta*, non *electiva*, ſed *prædeterminata* appellanda foret, & eſſet. Vide infra cap. 29. num. 8.

(*b*) De *Richardo Groſthead*, ſeu *Capiso*, Armachano Epiſcopo, dictum jam ſatis in *Præfat. Generali* §. 5.

(*c*) Clariſſimus *Daniel Papebrochius* in *Apologeticis* Antverpiæ Editis an. 1755. *Accuſatione* 5. pag. 421. adverſarium ſuum Carmelitam ſingulari comitate alloquens, *hanc ipſi gratiam* (ejus ſunt verba) offert, ut ignotum ei *Armachanum* prodat. Num ibi blandum *Papebrochium* obtrectandi libido pervaſerit, nemo non videt. Quod ad rem nunc attinet, non debuiſſet de ignorato, ac minime lecto *Armachano* Adverſarium arguere; cum foret ipſe de ignorato ac non lecto *Waldenſi* certiori & æquiori judicio redarguendus. Dicit enim ibi, quod *Thomas Waldenſis* amicus erat *Armachani*. Sed quis, niſi *Waldenſem* prorſus ignorans, hoc diceret? Ex *Waræo*, quem ibi benigniſſimus Scriptor citat & ſequitur, obiit *Armachanus* an. 1360. At eo anno nondum ſe natum fatetur *Waldenſis* ipſe, ut in *Præfat. generali* §. 2. notavimus. Porro nec *Waldenſem* vel parum evolviſſe convincitur; non enim ſi evolviſſet adeo turpiter ſcripſiſſet, quod amicus erat hujus *Armachani* Antiſtitis, quem hic non ut *amicum* memorat, ſed ut hoſtem, ac hæreticum ab Eccleſia ſegregatum improbat. Numquid *hanc gratiam Waldenſi* confert, ut eum hæreticorum conſodalem falſo criminetur?

(*d*) Segregatum a Catholicis *Armachanum* fuiſſe, non certo conſtat. Forte dicit *ſegregatum*, non Eccleſiaſtico judicio, ſed Doctrinæ pravitate.

(*e*) *Ægidius de Roma* Ord. Eremitarum S. Auguſtini, ex perveruſta *Columnenſium* Familia, labente ſæculo XIII. clarus.

„ miſera creatura habet poteſtatem opus ſuum „ futurum proponere, & ſubductis impedimen- „ tis, conſideratione voluntatis, & temporis, „ foret determinate verum, quod illud eveniet; „ ergo multo magis Deus poteſt ad eventum „ futuri ſe determinare. Cum ergo in ignoran- „ tia Dei, invariatione ſuæ volitionis, vel rei A „ impedientis, non poteſt obſtaculum evenire, „ relinquitur, quod propoſitum Dei oportet ne- „ ceſſario adimpleri; & ſic omne futurum eve- „ niet neceſſario. „ Hæc Wicleſſus. Attendite quid concludit: *Oportet propoſitum Dei neceſſario adimpleri; & ideo omne futurum eveniet neceſſario* — Et adhuc addit ibid. — Cum ergo pro- „ poſitum hominis, vel ejus determinatio faciat aliqualem firmitatem in futuritione ſui „ operis, videtur, quod determinatio Dei facit ſummam firmitatem in futuritione ſui „ operis.

Wicleſſus. *Cap.* 9. 3. *Trialogi.*

2. Sed quid ab antiquo docet Eccleſia Jeſu B Chriſti in hac materia, niſi quod Eccli. xv. ſcribitur: *Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu conſilii ſui: adjecit mandata & præcepta ſua: ſi volueris mandata conſervare, conſervabunt te. Appoſuit tibi aquam & ignem; ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum; quod placuerit ei, dabitur illi: quoniam multa ſapientia Dei, & fortis in potentia, videns omnes ſine intermiſſione: & ipſe agnoſcit omnem operationem * hominis. Nemini mandavit impie agere, & nemini dedit ſpatium peccandi. Non enim concupiſcit multitudinem filiorum infide-* C *lium, & inutilium.* Quod exponens in *Hypognoſtico* contra Pelagianos, in expoſitione tertii articuli hæretici, AUGUSTINUS. Quid eſt (in- „ quit) *reliquit eum in manu conſilii*, niſi di- „ miſit eum in poſſibilitate liberi arbitrii ſui? „ In *manu* enim *poſſibilitas* intelligitur. Ipſa „ eſt prima gratia, qua primus homo ſtare po- „ tuiſſet, ſi mandata Domini ſervare voluiſſet. „ Hæc Auguſtinus. Ecce quod Adam potuit melius feciſſe, quam fecit, ſecundum poſſibilitatem liberi ſui arbitrii. Ex hoc fundamento fidei clarum ſemper eſt apud Eccleſiam, omnem D hominem ſine omni neceſſitate extrinſecus, habere in poteſtate voluntatis ſuæ vitam, & mortem, non obſtante Dei ſapientia, ſecundum quam cognoſcit opera humana futura: nec ipſum prædeterminare voluntate ſua numerum damnandorum, eo quod *non concupiſcit multitudinem filiorum infidelium;* cum tamen *concupiſcere* ſit actus proprius voluntatis, dicente concorditer Auguſtino in lib. *de definitionib. rectæ fidei* (*a*) cap. XXVI. in perſona totius Eccleſiæ, AUGUSTINUS. Nullum credimus voluntate Dei „ perire, ſed permiſſu, pro electione arbitrii, „ ne ingenuitatis * poteſtas ſemel hominibus „ attributa, ad ſervilem cogatur neceſſitatem. „ Hæc ibi. Ubi patet, quod nec Eccleſia, nec Auguſtinus ſcirent ſuſtinere ingenuam arbitrii poteſtatem ſemel datam hominibus, ad quod voluerint porrigendi manum ſuam, ſi per Dei determinationem ad *ſervilem* cogeretur moriendi neceſſitatem. Ideo per Sanctum Jeremiam dixit Dominus Populo Judæorum, quod poteſt illi facere, ſicut poteſt figulus luto ſuo, reparare ſcilicet diſſipatum: *Nunquid* (inquiens) *ſicut figulus iſte, non poſſum facere vobis Domus Iſrael, dicit Dominus?* Super quo Hieronymus

Eccl. 15. 14.

*Vulg. operam

‡* Auguſtinus *To.* 10. *p.* 2. *in Append. pag.* 12.

Eccl. 15. 14.

In manu poſſibilitas deſignatur.

Dei voluntas non prædeterminat numerum damnandorum.

a

* Auguſtinus *To.* 8. *in Append. Lib. de Eccleſiaſticis Dogmatibus pag.* 78.

*Al. ingenuitas poteſtatis.

Jerem. 18. 6.

lib. IV. *ſuper Jeremiam*, HIERONYMUS. Si „ Figulus (ait) hanc habet poteſtatem, ut ex „ eodem luto rurſum faciat, quod fuerat * diſ- „ ſipatum; ego in vobis, qui, quantum in vo- „ bis eſt, periiſſe videmini, hoc facere non „ potero? Et ut liberum ſignificaret arbitrium, „ dicit ſe & mala annuntiare genti, & regno „ illi, vel illi; & rurſum bona: nec tamen hoc „ evenire quod ipſe dixerit *, ſed e contrario „ fieri; ut bona malis eveniant, ſi egerint pœ- „ nitentiam; & bonis mala, ſi poſt repromiſ- „ ſiones fuerint ad peccata converſi. Et hoc „ dicimus, non quod ignoret Deus hoc, vel „ illud gentem, aut regnum eſſe facturum; ſed „ quod dimittat hominem voluntati ſuæ, ut „ præmia, vel pœnas ſuo * merito recipiat. „ Nec tamen * totum erit hominis, quod e- „ veniet; ſed ejus gratiæ, qui cuncta largitus „ eſt: ita enim libertas arbitrii reſervanda eſt, „ ut in omnibus excellat gratia Largitoris, „ juxta illud: *Niſi Dominus ædificaverit domum,* „ *in vanum laboraverunt &c.* „ Hæc ille. Ubi duo notari poſſunt, quia dicit primo, Deum dimittere hominem ſuæ voluntati, non obſtante præſcientia ſua. Eſt enim Deus cauſa determinata rerum factibilium, ſed non immediata & præciſa (*b*); alioquin ſi non reſervaretur cauſæ ſecundæ aliqua operatio propria, non eſſet opus ejus aliquid, nec illi poſſet quidquam imputari, ſed omnia primæ Cauſæ. Secundo dicit, quod propter liberum hominis arbitrium aliqua dicit Deus evenire genti, vel Regno, quæ tamen non evenient, ſicut ipſe prædixit. Unde ſignatur liberum arbitrium eſſe cauſam immediatam (*c*) actuum humanorum, ita ut vertibilitati electionis ſuæ firmum Dei verbum, ſive decretum, derogare non poſſit: *quæ* (inquit) *non evenient, ſicut ipſe prædixit.*

Hieronymus *Tom.* 4. *pag.* 969.

* *Veron.* fuerit.

* *Ver.* prædixerit.

**Ver.* ſua voluntate, & ſuo merito.

**Ver.* nec ſtatim

Pſal. 126. 1. 2.

b

3. Et tunc poſſet argumentum catholicum ſic fundari: Non eſt aliqua Dei providentia, determinatio, ſive præſcientia firmior, vel neceſſarior verbo Divino; ſed etſi Dominus aliquid prædixit, oppoſitum poteſt ſuccedere in effectu; ergo & Divinæ determinationis poteſt oppoſitum evenire. Fundamentum hujus, & illius, eſt *Ezechiel.* XXX. Tu Fili hominis dic ad „ filios populi tui: juſtus non poterit vivere „ in juſtitia ſua in quacumque die peccaverit. „ Etiamſi dixero juſto, quod vita vivat, & con- „ fiſus in juſtitia ſua fecerit iniquitatem; om- „ nes juſtitiæ ejus oblivioni tradentur, & in „ iniquitate ſua, quam operatus eſt, in ipſa „ morietur. Si autem dixero impio, morte „ morieris; & egerit pœnitentiam a peccato ſuo, „ fecerit judicium, & juſtitiam &c. vita vivet, „ & non morietur. „ Hæc dicit ille. Unde dicit HIERONYMUS. Quibus omnibus demonſtratur, E „ nec peccatorem ſalutem deſperare debere, ſi „ pœnitentiam agat: nec juſtum confidere in „ ſua juſtitia, ſi negligentia perdiderit, quæ „ magno labore quæſierit *. „ Hæc Hieronymus.

Liberum arbitrium eſt cauſa immediata actuum humanorum.

c

Divinæ determinationis poteſt oppoſitum evenire.

Ezech. 33. 12.

Hieronymus *To.* 7. *lib.* 10. *pag.* 398.

* *Ver.* quæſierat.

4. Abſit tamen, ut fallacem dicamus eſſe Dei determinationem, ſicut nec fallibilem prophetiam; ſed hoc ſolum ſequitur ex præmiſſis, quod Divina præſcientia nullum arctat, nec ejus providentia quemquam obligat ad ſequelam. Præſcit enim Deus pœnam, ſi cadant, & prævidet: præſcit etiam præmium ſi laborent, & prævidens certe culpam, non providet ad

(*a*) Liber iſte habet nunc pro titulo, *de Eccleſiaſticis dogmatibus.*

(*b*) Deus non eſt cauſa immediata, & præciſa rerum effectarum; non quia Deus non ſit cauſa principalis, & coefficiens rerum; ſed quia voluntas creata libere, & immediate ſe determinat ad hoc, vel illud faciendum.

(*c*) Liberum arbitrium eſt cauſa immediata actuum humanorum, ratione ſuæ *electionis;* ſed ratione *efficientiæ* habet Deum ſimul, & immediate concurrentem.

Deus prævidens culpam, non providet ad ruinam, ſed ad ſalutem.

ad ruinam, ſed gratiam præordinat ad coronam: nec hic tamen neceſſitat, nec ibi impellit. Unde Auguſtinus in Lib. *de caſibus ſibi falſo imputatis*, ſatisfaciendo ad decimum articulum, AUGUSTINUS. Non caſus ruentium, nec
„ malignitatem iniquorum, neque cupiditates
„ peccantium prædeſtinatio Dei aut concita- A
„ vit *, aut ſuaſit, aut impulit: ſed plane præ-
„ deſtinatum * judicium ſuum unicuique * re-
„ tributurus eſt pro eo, quod geſſit, ſive bo-
„ num, ſive malum. Quod judicium futurum
„ non * eſſet, ſi homines Dei voluntate pec-
„ carent. Erit autem manifeſtiſſime: & omnis
„ homo, quem diſcretio Divinæ ſcientiæ in ſi-
„ niſtra conſtituerit parte, damnabitur: quia
„ non Dei, ſed ſuam exſecutus eſt volunta-
„ tem. „ Hæc ille. Et in ſatisfactione articuli ſequentis habet hoc idem. -- Nec illam ani-
„ mam (inquit) nequiter, turpiterque victu-
„ ram, ad hoc, ut taliter viveret, præparavit; B
„ ſed talem futuram non ignoravit; & ſe de
„ talibus * juſte judicaturum eſſe præſcivit.
„ Atque ita ad prædeſtinationem ejus nihil am-
„ plius * referri poteſt, niſi quod aut ad debitam
„ juſtitiæ retributionem, aut ad indebitam per-
„ tinet gratiæ largitatem. „ Hæc Auguſtinus. Jam poteſt Wicleviſta videre effectus neceſſario cauſatos a præſcientia, vel prædeſtinatione Divina, nec eſſe peccatum hominis, vel meritum, ſed retributionem unicuique condignam.

* Auguſtinus Tom. 10. p. 2. in Append. pag. 211.
*M. excitavit.
* M. prædeſtinavit.
* M. quo unicuique.
* M. omnino non eſſet.
* M. tali.
* M. aliud.

5. Et alibi dicit Auguſtinus, Deum ex præſcientia ſua non magis hominem cogere ad peccandum, quam tu tua memoria cogis aliquid C
eſſe præteritum. Tertio enim *de libero arbitrio*, cap. III. AUGUSTINUS. Non (inquit) quia Dei
„ præſcientia eſt, neceſſe eſt fieri, quæ præ-
„ ſcierit, ſed tantummodo quia præſcientia eſt;
„ quæ ſi non certa prænoſcit, utique nulla eſt:
„ quia niſi fallor, non continuo tu peccare co-
„ geres, quem peccaturum eſſe præſcires; ne-
„ que ipſa præſcientia tua peccare eum coge-
„ res *, quamvis ſine dubio peccaturus eſſet:
„ non enim aliter præſcires id futurum eſſe.
„ Sicut itaque non ſibi adverſantur hæc duo,
„ ut præſcientia tua noveris, quod alius ſua
„ voluntate facturus eſt: ita Deus neminem D
„ ad peccandum cogens, prævidit * tamen
„ eos, qui propria voluntate peccabunt. CUR
„ ERGO NON VINDICET JUSTUS, quæ fieri non
„ cogit præſcius? Sicut enim tu memoria tua
„ non cogis facta eſſe, quæ præterierunt: ſic
„ Deus præſcientia non cogit facienda, quæ
„ futura ſunt. Et ſicut quædam, quæ feciſti,
„ meminiſti; nec tamen, quæ meminiſti, o-
„ mnia feciſti: ita Deus omnia, quorum ipſe
„ author eſt, præſcit; nec tamen omnium,
„ quæ præſcit, ipſe author eſt. „ Jam dicat Wicleffus Deum præordinare periturum ad mortem; & quia oportet Dei propoſitum adimpleri, ideo omne quod eveniet, abſolute neceſſario eveniet: dum tamen fides Catholica E
doceat nos fideles, Divinam præſcientiam nullum neceſſitare ad peccatum, nullum pellere ad ruinam; & per conſequens nec alapa Jeſu neceſſario abſolute evenit, quia nullus (ſaltem non Chriſtus percuſſus) neceſſitavit percuſſorem ad faciendum ictum. Sic enim Auguſtinus generaliter dicit, Deum cæteros omnes, qui judicio juſtitiæ ejus ab hac gratia efficiuntur expertes, præſciſſe vitio proprio perituros; non

Auguſtinus To. 1. pag. 614.
Dei præſcientia eſt certa, quia certa cognoſcit.
* M. cogeret.
Exemplis oſtenditur quomodo conveniant præſcientia Dei, & contingentia rerum.
*M. prævidet.
Auguſtinus To. 10. pag. 60. in App.

ut perirent, prædeſtinaſſe: ſed quos in opera impietatis, & mortis præſcivit, non præordinavit, nec impulit. Hæc Auguſtinus Libello (a) *de Predeſtinatione*, circa medium. Pleni ſunt Chriſtianorum Libri hac ſententia doctrinali. Et iterum ſimile prædictorum habet
A idem Auguſtinus, libro *de vera innocentia*, propoſitione XXXVII. AUGUSTINUS. Neminem
„ (inquit) Deus ad peccandum cogit *; præ-
„ vidit * tamen eos, qui propria voluntate
„ peccabunt. Cur ergo non vindicet juſtus,
„ quæ fieri non cogit præſcius? Sicut enim ne-
„ mo * memoria ſua * cogit * facta eſſe, quæ
„ præterierunt: ſic Deus præſcientia ſua non
„ cogit facienda, quæ futura ſunt. Et ſicut
„ homo * quædam facit *, quæ meminit; nec
„ tamen omnia, quæ meminit * facit *: ita
„ Deus omnia, quorum ipſe Author eſt, præ-
„ ſcit; nec tamen omnium, quæ præſcit, ipſe
B „ author eſt. QUORUM AUTEM NON EST ma-
„ lus author, juſtus eſt ultor. „ Hæc Auguſtinus. Quis ergo neceſſitat peccatores ad malum, ſi Deus non neceſſitat? Nec tantum præſcientia, ſed nec præordinatione, vel generaliter voluntate?

a
Auguſtinus To. 1. lib. 3. de libero arbitrio cap. 4. pag. 614.
* M. cogens.
*M. prævidet.
* M. tu.
* M. tua.
* M. cogis.
* M. tu.
* M. quædam, quæ feciſti, meminiſti.
* M. meminiſti.
* M. feciſti.

6. Reſpondent communiter Wicleviſtæ, trutinantes gloſſam evaſoriam, quod Deus non neceſſitat *neceſſitate coactionis* ad bonum vel malum futurum: quia illa ſola tollit arbitrii libertatem *; non autem alia neceſſitas præveniens abſolute futuritionem effectus.

* Ed V. dignitatem.

7. Sed redarguunt gloſſam iſtam prudenter
C Catholici, objicientes eis metaphyſicam Pauli dicentis ad Philemonem, *ne velut ex neceſſitate bonum tuum eſſet, ſed voluntarium*. Ubi patet, quod ſimul non potuit bonum Philemonis ex neceſſitate fore abſoluta, & libera voluntate. Sic enim capit eum in *annotationibus* ſuis, dicens HIERONYMUS. Ut oſtendat quod bonum facere, noſtrum eſt. Notandum, quod ne-
„ minem voluerit neceſſitate aliquid boni face-
„ re, ne mercedem voluntatis * amitteret. „ Hæc Hieronymus. Hæc eſt ergo neceſſitas, quæ ſic opponitur libertati; non autem coactio, quæ libertatem non tollit omnino (b), veluti
D dictamen probat Spiritus Sancti 1. Machab. II. dicentis, cogi Judæos ad ſacrificandum per Satrapas Regis Antiochi (c): non tamen abſtulerant eis libertatem voluntatis, quo minus imputabatur eis ad culpam, qui coacta ſacrificia compleverunt. Chriſtus etiam coegit Diſcipulos ſuos aſcendere navim (d), Marci VI. non tamen ligavit voluntatem, ut tolleret meritum. Lucæ quoque XXIV. Diſcipuli coegerunt Chriſtum (e), dicentes: *mane nobiſcum Domine, quoniam adveſperaſcit*. Quis inſenſatus diceret, quod in hoc abſtulerunt Chriſto arbitrium libertatis? Et Paulus dicit ad Galatas II. quod Petrus coegit gentes judaizare: quem locum
E tractans Auguſtinus in Lib. *contra mendacium* ad Coſentium, circa medium, exponit quid ſit *cogi*. AUGUSTINUS. Erant (inquit) qui hoc
„ putabant, atque prædicabant, quamvis rece-
„ pto jam Chriſti Evangelio; & eis ſimulate
„ conſenſerant jam * Petrus, & Barnabas; ideo-
„ que cogebant omnes * judaizare. Id enim
„ erat cogere, ſic ea neceſſaria prædicare, tan-
„ quam recepto * Evangelio, nulla ſine illis
„ ſalus eſſet in Chriſto. „ Hæc Auguſtinus. Et tamen iſta coactio non abſtulit eis faculta-

Ad Philem. 14.
* Hieronymus To. 11. pag. 1069.
* Voluntatis, omittunt Veronenſes.
b
1. Machab. 2. 15.
c
d
Marci 6. 46.
Lucæ 24. 29.
e
Gal. 2. 14.
Auguſtinus To. 6. cap. 12. pag. 464.
* Jam abeſt a Maurinis.
* M. agentes.
*M. & recepto

(a) Libellus iſte, quamvis inter Opera Divi Auguſtini relatus, non eſt ipſius Auguſtini, ſed ignoti Authoris.
(b) Qualibet coactio non omnino deſtruit libertatem, quia non aufert ab homine facultatem electivam, nec idem poſſe velle, aut nolle.

(c) Judæi ad prophana ſacrificia cogebantur ab extrinſeco, per minas videlicet, & ſupplicia.
(d) Coegit authoritate juſſionis, non impulſu violento.
(e) Coegerunt Chriſtum importunitate precum.

tem liberæ voluntatis, quoniam ſimulatorie deliquerunt, dicente Paulo, quod vidiſſet eos non recte ambulare ad veritatem Evangelii. Non

Gal. 2. 14.

eſt ergo coactio in cauſa, unde libertas perdatur, fons humani meriti, vel delicti; ſed vis illa neceſſitatis occulta (ſi iſte ſic dicendo non erret), quæ ſic voluntatem ſtringit ad effectum, A ut nec aliter facere valeat (*a*).

a

CAPUT XXIV.

Quod prima radix peccati eſt voluntas, & ante eam nulla neceſſitas.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Humanam voluntatem eſſe originem actuum noſtrorum oſtenditur.*
2. *Peccatorum gradus tres ſunt.*
3. *Stramineum fundamentum, quod ponere audet Wicleffus de Dei beneplacito circa tentationes hominum, diluitur.* B
4. *Reſponſio, quam afferre poſſet hæreticus, adducitur.*
5. *Neceſſitates quædam peccandi non abſolutæ exponuntur.*
6. *Quod in omni peccato nemo reprehendendus ſit, niſi libera voluntas.*

1. Tradit certe antiquitas Eccleſiæ Jeſu Chriſti originem actus humani mali, & deformis, eſſe voluntatem humanam in ſua radice liberrimam, & ſine frœno alicujus neceſſitatis C diſtinctam. Eamdem inſuper voluntatem docet eſſe principium originale, & unigenium actus boni, præveniente eum gratia Dei in ratione motivi. Nullibi tamen infertur neceſſitas actui abſolute dicta; ſed neceſſitas *tractionis*, vel *inclinationis* (*b*) operantem perficit, vel promovet aliquando. Dicamus ergo nos omnes fideles Eccleſiæ cum Sancto Jacobo, quod Deus nullum neceſſitat, neminem tentat. Ipſe enim *intentator malorum eſt*. Sed prima origo omnis tentationis, ideſt, prævaricationis humanæ, vel Angelicæ, eſt ab intus, a concupiſcentia ſua, a voluntate corrupta. Quod declarans S. Jacobus, D ſubdit: *Unuſquiſque enim tentatur a concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus*. Ac ſubjungens ſubtiles gradus ruendi per ſemitam delictorum, *demum*, inquit, *concupiſcentia, cum conceperit, parit peccatum; peccatum vero, cum conſummatum fuerit, generat mortem*.

Neceſſitas duplex, tractionis, & inclinationis ad bonum. b

Jacobi 1. 13.

Ibid. 1. 14.

2. Sicut ergo ſunt tres gradus peccati, ita ut prima ſtirps ejus ſit *corrupta voluntas*, ex qua propagatur fœminea proles, quæ *concupiſcentia* appellatur; ex qua per inceſtum paternum, cum ipſa conceperit, paritur peccatum, forſan in conſenſu; peccatum vero, cum fuerit opere conſummatum, generat mortem primam: ita IN E BONIS OPERIBUS PERTRACTOR * EST DEUS, in malis incentor eſt diabolus. In utriſque vero originalis opifex eſt creata voluntas, quæ ita poteſt ex ſe mala facere, etiam renitente Divina Clementia, ut nonniſi Deo præcurrente, bona poſſit conſummare. Ideo tractans prædictum Jacobi verſum Beatus Hieronymus libro ſecundo *contra Jovinianum* dicit, HIERONYMUS. „ Sicut in bonis operibus perfector eſt Deus, „ non enim eſt volentis, neque currentis, ſed „ miſerentis, & adjuvantis Dei, ut pervenire „ valeamus ad calcem: ſic in malis, atque pec„ catis, ſemina noſtra ſunt incentiva, & per„ fectio diaboli. Cum viderit nos ſuper funda„ mentum Chriſti ædificare, fœnum, ligna, „ ſtipulam, tunc ſupponit incendium. Ædifice„ mus * aurum, argentum, lapides pretioſos, „ & tentare non audebit.„ Hæc Hieronymus.

* *Ed. V.* perfector.

In bonis operibus noſtrahit Deus, in malis diabolus.

Hieronymus *To. 2. pag. 326.*

Rom. 19. 16.

* *m.* ædificemus ergo.

3. Iſtis ergo Scripturæ Sanctæ principiis, & Sanctorum Patrum hærendum eſt circa principia fidei, & dimittenda plane noſtri Wicleffi ſtraminea fundamenta, ex quibus fatue dicit cap. XIII. ſecundi *Trial.* WICLEFFUS, quod ma„ li Spiritus poſſunt tentare homines per ſpe„ cies ſenſibilium, nunc excitantium ad gu„ lam, atque luxuriam; nunc ad avaritiam, ſe„ cundum concupiſcentiam oculorum; nunc ad „ ſuperbiam, ſicut diabolus Chriſtum. Regu„ lam tamen in omnibus iſtis oportet de be„ neplacito Dei accipere, quoniam diaboli non „ poſſunt plus tentare homines, quam de Dei „ beneplacito permittuntur.„ Ecce, quod delirus iſte ſemper imponit Deo fomenta tentandi de mero beneplacito, cum tamen Beatus Jacobus dixerit, quod unuſquiſque tentatur a concupiſcentia ſua, abſtractus, & illectus. Ubi in *Expoſitione* ſuper Epiſtolas Canonicas BEDA. „ Abſtractus (inquit) a recto itinere, & illectus „ in malum -- *Et bene infra* -- Tentatus eſt Ju„ das per Philargyriam; & quia erat avarus, „ ab ipſa ſua concupiſcentia abſtractus, & il„ lectus, ad interitum conſentiendo decidit. „ Tentatus eſt Job multipliciter, ſed quia non „ poſſeſſiones, nec ſalutem corporis Divino amo„ ri præpoſuerat, tentari quidem hoſtili ſugge„ ſtione potuit, ſed conſentire, vel ſaltem de„ lectari peccato, non valuit., Hæc Beda. Ecce tentatum Judam, & concupiſcentia propriæ voluntatis evictum. Ecce & tentatum Job, & præpoſito amore Dei ſalvatum. In utrumque tentator ſe ingerit, & nec in Job deficit, niſi per propoſitum voluntatis ſanctificatæ a Deo: nec in Juda proficit, niſi per avaritiam voluntatis a Deo deſertæ. Nec Deus portabit in Judaica tentatione * infamiam, quod tentationi conſenſerit; nec diabolus culpæ notam, quamvis plane dicat Evangeliſta, quod diabolus miſit in cor Judæ traditionis perfidiam: ſed a principali denominatur unumquodque, quod eſt truncus voluntatis inſequentis, vel præcurrentis, maxime in peccato. Unde hanc ipſam radicem peccati, quam Jacobus ſupra *concupiſcentiam* appellavit, Beatus Paulus *avaritiam* nominat: *Radix* (inquit) *omnium malorum eſt avaritia* *; quam Beatus Auguſtinus exponit, eſſe plus velle, quam ſatis in omni genere delictorum. Unde III. *de libero arbitrio* cap. XVII: quærens *Adeodatus* quæ ſit radicalis cauſa peccati, ADEODATUS. Scire (inquit) vellem, ſi fie„ ri poſſet, quare illa natura non peccet, quam „ non peccaturam præſcivit Deus; & quare „ iſta peccet, quæ ab illo pecatura præviſa eſt. „ Non enim puto, ipſa Dei præſcientia, vel il„ lam non peccare, vel iſtam peccare cogi. „ -- Et ſubdit -- Sed nolo mihi reſpondeatur, „ voluntas: ego enim cauſam quæro ipſius vo„ luntatis: non enim ſine cauſa unquam * vult „ illa peccare, nunquam iſta non vult: quæ„ dam vero aliquando vult, aliquando non vult, „ cum ejuſdem generis omnes ſint.„ Reſpondet AUGUSTINUS. Quoniam voluntas eſt cauſa „ peccati, tu autem cauſam ipſius voluntatis „ inquiris, ſi hanc invenire potuero, nonne „ cau-

Wicleffus.

Matth. 4. 9.

Jacobi 1. 13.

Beda *To. 5. pag. 933.*

Job 2.

* *Intellige*, in tentatione Judæ.

Joan. 13. 2.

1. Tim. 6. 10.

* *Vulg.* cupiditas.

Auguſtinus *To. 1. pag. 629.*

* *M.* nunquam.

Auguſtinus ibidem.

(*a*) Vere auſert omnem libertatem illa neceſſitas, quæ ſic ligat voluntatem ad unum, ut nequeat contrarium eligere. Talis autem eſt neceſſitas Wicleviſtica, ut ſupra num. 6. dictum eſt.

(*b*) Hujuſmodi blanda neceſſitas, quæ ſit aut donis trahendo, aut gratia inclinando, non perimit libertatem, ſed fovet. Sic enim trahitur, & inclinatur voluntas ad eligendum bonum, & ad deſerendum malum: quibus ſuam facultatem electivam, ſeu libertatem exercet.

„ cauſam etiam ejus cauſæ, cum inventa fuerit, quæſiturus es ? Et quis erit quærendi modus, quis finis percunctandi, ac diſſerendi, cum te ultra radicem quærere nihil oporteat ? Cave enim putes quidquam potuiſſe verius dici, quam id quod dictum eſt, *radicem malorum omnium eſſe avaritiam*; hoc eſt, plus velle, quam ſatis eſt. Tantum autem ſatis eſt, quantum ſibi exigit naturæ in ſuo genere conſervandæ modus. Avaritia enim, quæ *Philargyria* græce dicitur, non in ſolo argento, vel in nummis magnis * unde * nomen duxiſſe reſonat; argento enim nummi, aut * mixto argento frequentius (*a*) fieri ſolebant: ſed in omnibus rebus, quæ immoderate cupiuntur, intelligenda eſt, ubicumque omnino plus vult eſſe quiſquam quam ſatis eſt. Hæc autem avaritia cupiditas eſt, cupiditas porro improba voluntas eſt. Ergo improba voluntas, malorum omnium cauſa eſt; quæ ſi ſecundum naturam eſſet, conſervaret utique naturam, nec ei pernicioſa eſſet, ideo non eſſet improba. Unde colligitur, radicem omnium malorum non eſſe ſecundum naturam, quod ſufficit adverſus omnes, qui volunt accuſare naturas. Tu autem, ſi radicis hujus cauſam quæris *, quomodo erit iſta radix omnium malorum? Illa enim erit, quæ hujus eſt cauſa; quam cum inveneris, ut dixi, & * ipſius cauſam quæſiturus es, & quærendi nullum habebis modum. Sed quæ tandem eſſe poterit ante voluntatem cauſa voluntatis ? Aut enim & ipſa voluntas eſt; & a radice iſta voluntatis, non receditur: aut non eſt voluntas; & peccatum nullum habet.„ Hæc Auguſtinus.

1. *Tim.* 6. 10.
A

*Magnis *omittitur a Maur.*
* *M.* unde magis nomen.
* *M.* vel.
a Avaritia eſt de omnibus, quæ immoderate cupiuntur.
* eſſe *omittitur a Maur.*
Improba voluntas malorum omnium cauſa.
* *M.* requiris.
* *M.* etiam.

4. Videamus jam pro Deo, quid poterit iſtis argumentis Auguſtini ab Wicleviſtis intrudi *. *Peccat aliquis homo carnalis* (dicunt) *neceſſario abſolute*. At quæ eſt cauſa prima radicalis hujus peccati neceſſarii? Numquid Deus, qui neceſſitat creaturas ad omnes actus ſuos? Et tunc radix omnium malorum non erit avaritia, ſed Dei benevolentia: ſi nihil prius voluntate; tunc in poteſtate voluntatis eſt etiam non peccare; & ſic tunc non erit abſolute neceſſarium iſtum peccare: & ſi peccet, melius quam fecit peccando, potuit facere. An non potuit iſte peccator voluntate ſua, concurrente gratia Dei, vitaſſe peccatum? *Non* (inquiunt). Ergo invite peccavit. Dicunt *non*, quia voluntate ſua neceſſario peccavit. Sed hic eſt oppoſitum in adjecto (*b*); & hoc eſt, quod Auguſtinus *inintelligibile* reputat in hoc Mundo. Quid autem ſic neceſſitat voluntatem, oportet ſemper ut dicas; vel voluntas ipſa, quod eſt impoſſibile; vel aliquid extra voluntatem, & prius ea. *Imo* (inquit) *Deus*. Vere, inquit Auguſtinus, tunc nulla ſunt peccata, quia nullus actualiter peccat in eo, quod vitare non poteſt. Unde in prædicto Capitulo multum laborioſe ediſſerit iſta, dicens, AUGUSTINUS. Aut „ ergo voluntas eſt prima cauſa peccandi, aut nullum peccatum eſt cauſa * peccandi; nec eſt cui recte imputetur peccatum, niſi peccanti: non eſt ergo cui recte imputetur peccatum (*c*), niſi volenti: ſed neſcio, cur aliud te quærere libeat. Deinde quæcumque

Ed.V. intendi
b
D
E
Auguſtinus *ibidem*.
* *M.* prima cauſa.
c Non recte imputatur peccatum niſi volenti.

„ illa cauſa eſt voluntatis, aut juſta profecto eſt, aut injuſta. Si juſta, quiſquis ei obtemperaverit, non peccabit; ſi injuſta, non ei obtemperet, & non peccabit; An forte violenta eſt, & cogit invitum? Num eadem toties replicaturi ſumus? Reminiſcere ſuperiorum, quæ a nobis tam multa de peccato, & voluntate libera dicta ſunt *; ſed ſi laborioſum eſt omnia mandare memoriæ, hoc breviſſime * tene. Quæcumque iſta cauſa eſt voluntatis, ſi non ei poteſt reſiſti, ſine peccato ceditur *: ſi autem poteſt, non ei cedatur, & non peccabitur. An forte fallit incautum? Ergo caveat ne fallatur. An tanta fallacia eſt, ut caveri omnino non poſſit ? Si ita eſt, nulla peccata ſunt. Quis enim peccat in eo, quod nullo modo caveri poteſt ? Peccatur tamen *: caveri ergo poteſt.„ Hæc Auguſtinus. Sed æmulus negabit hic conſequentiam Auguſtini. *Peccatur enim neceſſario abſolute: & hoc caveri non poteſt: poteſt tamen, ſi Deus voluerit*. Hoc eſt dicere, *omnino non poteſt:* quia Deus non poteſt velle (*d*). Et tunc, qua neceſſitate ſic aſtringitur Divina voluntas, ſi quæratur, ſibilare forſitan poterit, ſed loqui non poterit. Declinemus ergo poſitionem iſtam nimis hæreticam, nec adſcribamus Deo cauſam inevitabilem delinquendi, nec injuſtitiam puniendi; quia ſcilicet damnet quemquam pro eo, quod ſimpliciter vitare non potuit: ne dicat quiſquam inſipiens: *Domine tu magis eras cauſa peccati mei, quam ego, qui peccavi. Tu enim arctaſti voluntatem meam, tu prævidiſti media delinquendi: unde abſolute neceſſarium fuit me & peccare, & velle peccare*. Et Auguſtinus jam ſupra * docuit: *Si reſiſtere non potui, ſine peccato ceſſi*. Quid autem dicendum eſt de neceſſitate contracta ex originali peccato, cui jam reſiſti non poteſt, niſi quod voluntate primæva ſic etiam peccatum eſt? Peccamus enim, & peccamus continue; & ſic de neceſſitate. Omne enim quod eſt, dum eſt, neceſſe eſt eſſe. Sicut tamen peccamus originaliter in primo Parente actualiter delinquente (*e*); ita nunc vitare poſſumus * originaliter in ipſo eodem actualiter evitante.

* *In Libris de libero arbitrio, To.* 1.
* *M.* breviſſimum.
* *M.* ei ceditur.
* *M.* autem.
B
d
C
* *In ſuo textu mox citato*.
Adam adhuc in nobis actualiter peccat.
e
* *Subaudi* peccatum.

5. Sunt autem aliæ neceſſitates peccandi, ſed non abſolutæ, quales ſunt de quibus dicit Pſalmiſta: *De neceſſitatibus meis eripe me Domine*. Et Apoſtolus: *Non quod volo bonum hoc ago:* quæ non tam peccata ſunt, quam pœnæ congruæ peccatorum (*f*); quæ utique vitari poſſunt; & ſic vitatæ, nunquam erunt.

Pſal. 24. 17.
Rom. 7. 15.
f

6. Mandat ergo B. Ambroſius omnino in omni peccato, quod nullum alium accuſemus, nec aliam cauſalitatem, vel neceſſitatem, quam liberæ voluntatis propriam facultatem. In *Hexameron* hom. 1. verſus finem, AMBROSIUS. „ Non (inquit) ab extraneis eſt nobis, quam a nobis ipſis majus periculum. Intus eſt adverſarius, intus author erroris, intus, inquam, clauſus in nobiſmetipſis. Propoſitum tuum ſpeculare, habitum tuæ mentis explora; excubias obtende adverſus mentis tuæ cogitationes, & animi cupiditates. Tu ipſe tibi es cauſa improbitatis, tu ipſe Dux flagitiorum tuorum; atque incentor criminum.

„ Quid

Ambroſius *To.* 1. *cap.* 8. *pag.* 18.

(*a*) M. *Frequentius apud Veteres fiebant*.
(*b*) Eſt enim manifeſta oppoſitio, quod peccator peccet *voluntate* ſua, & peccet *neceſſario*.
(*c*) *Peccatum*, deeſt apud Maurinos.
(*d*) Deus non poteſt velle ad ſenſum Wicleffi, quia arctata eſt Divina Poteſtas ad ea, quæ facit; unde ſicut non poteſt aliter facere, ita nec poteſt aliter velle.
(*e*) Intellige, quod Adam actualiter peccat in nobis, per voluntatem ſuam actualiter in nobis ſucceſſive manentem. Sicut enim omnes in Adam peccavimus, quia cum voluntate ejus fuit noſtra voluntas conjuncta: ita etiamnum peccat Adam in nobis, per voluntatem ſuam cum noſtra voluntate complexam.
(*f*) Neceſſitates iſtæ ſunt impropriæ, quia non ſunt *coactivæ*, ſed *inductivæ* ad malum: quales cenſentur, conſuetudo peccandi, male affecta voluntas, concupiſcentiæ æſtus, & alia id genus innumera, quæ Deus in malis relinquit ad pœnam, & in bonis interdum permittit ad coronam. Omnia autem hæc, Deo opitulante, vinci poſſunt.

* M. arceſſis.

,, Quid alienam naturam accerſis * ad excuſa-
,, tionem tuorum lapſuum? Utinam te ipſe non
,, impelleres, te non involveres, aut ſtudiis
,, immoderatioribus, aut indignatione, aut cu-
,, piditatibus, quæ nos innexos velut quibuſ-
,, dam retibus tenent. Et certe in nobis eſt
,, moderari ſtudia, cohibere iracundiam, coer- A
,, cere cupiditates; in nobis eſt & indulgere
,, luxuriæ, adolere libidines, inflammare ira-
,, cundiam, vel inflammanti aurem accomoda-
,, re; elevari magis in ſuperbiam, effundi in
,, ſævitiam, quam reprimi humilitate, dilige-
,, re manſuetudinem – *Et ſequitur* – Illa ca-
,, venda, quæ ex noſtra voluntate prodeunt,
,, delicta juventutis, & irrationabiles corporis
,, paſſiones. Quorum ergo nos ſumus Domini,
,, horum principia extrinſecus non quæramus; nec
,, derivemus in alios, ſed agnoſcamus ea, quæ pro-
,, prie noſtra ſunt. Quod enim poſſumus non facere
,, ſi nolumus, hujus electionem mali potius debe- B
,, mus nobis, quam aliis adſcribere.,, Hæc Ambro-
ſius. *Ita eſt: ſed nulla ſunt talia*, dicet Wicleffus.

Homo eſt dominus actuum ſuorum.

Sed *omnia ſunt talia*, dicit Ambroſius: quia nos
actuum noſtrorum ſumus Domini, non ſune
neceſſitatis illecti: & ideo cum peccamus, *pec-
catorum noſtrorum principia extrinſecus non quæ-
ramus*. Non eſt Deus, non natura communis,
non dæmones, non mali homines, domini ne-
ceſſarii malorum noſtrorum, ſed ipſi nos, &
corrupta voluntas. Origenes etiam vetus Pa-
ter ab iſtis non diſſentiens lib. VIII. *ſuper Epi-
ſtola Pauli ad Rom.* tractans hunc textum, *Quos*

Rom. 8. 29. Origenes Lib. 7. cap. 8. To. 2. pag. 732.

prædeſtinavit, hos & vocavit, ORIGENES. Hoc C
,, ergo pacto (inquit) neque in præſcientia Dei,
,, vel ſalutis, vel perditionis noſtræ cauſa con-
,, ſiſtit; neque juſtificatio ex ſola vocatione
,, pendebit, neque glorificari de veſtra penitus
,, poteſtate ſublatum eſt -- *Et ſubdit* -- Ut autem
,, ſcias, quia non in præſcientia Dei unicui-
,, que ſalutis cauſa ponitur, ſed in propoſito,

Rom. 9. 27.

,, & actibus ſuis; vide Paulum verentem, ne
,, forte cum aliis prædicaverit, ipſe reprobus
,, efficiatur, macerare corpus ſuum, & ſubiice-
,, re ſervituti.,, Hæc ille. Optime ſumptum
argumentum. Non enim timere debuit Paulus
caſum ſuum, ſecundum Wicleffum, qui cecidiſ- D
ſe non potuit. Non enim cecidit, ergo non
potuit cecidiſſe.

CAPUT XXV.

* Cod. Vat. ab extra.
* Cod. Vat. libertatem.

Quod neceſſitas omnis ab æterno * proveniens,
& præcedens rem, tollit ambulatoriam homi-
nis voluntatem. *

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quod nec ad virtutes, nec ad vitia, neceſſi-
tate trahimur.* E
2. *Qua ratione hæreticus hanc libertatem infrin-
gere moliatur, oſtendit, & refellit.*
3. *Complurium Patrum, authoritate probatur in
homine eſſe liberam voluntatem.*
4. *Ut aliquis delinquat, nihil ibi intervenit Di-
vinæ voluntatis.*
5. *Neceſſitatis modi duo ſunt, ſecundum Augu-
ſtinum.*
6. *Duplicem eſſe neceſſitatem, Anſelmi teſtimo-
nio probatur, videlicet, præcedentem, &
ſubſequentem.*
7. *Præcedens neceſſitas periculoſe ponitur in hu-
manis actibus.*
8. *Concluditur, quod nec Deus, nec ejus præ-
ſcientia, nec voluntas, aliqua ratione crea-
turam liberam cogit; ſed libera perma-
net.*

1. MIlitat, nulli dubium, neceſſitas iſta
A Wicleviſtica adverſus arbitrii libertatem:
NEC POTEST IN NOBIS SALVARI VOLUNTARIÆ
electionis libertas, ubi inſtat ad extra merendi,
vel demerendi neceſſitas, dicente Hieronymo
contra Jovinianum Libro II. HIERONYMUS.

Hieronymus To. 2. pag. 326.

,, Liberi arbitrii nos condidit Deus, nec ad
,, virtutes, nec ad vitia, neceſſitate trahimur.
,, Alioquin ubi neceſſitas, ibi nec damnatio
,, (*a*), nec corona eſt.,, Hæc ille. Vide, quod
nec ad virtutes, nec ad vitia, neceſſitate tra-
himur, quia *liberi arbitrii nos condidit Deus*.

2. Sed Wicleffus reſpondet: *eſt & libertas in
Angelis confirmatis; qui tamen ad hoc agendum,*
B *quod agunt, ſumma neceſſitate trahuntur*. Jam
dicat Eccleſia, iſtum non intelligere ſemeti-
pſum: quia duo dicuntur eſſe ſtatus hominis,
ſecundum Apoſtolum. Unus eſt ſtatus *curſus*,

Hominis duplex ſtatus; viæ ſcilicet & termini. 1. Cor. 9. 24. 25. Rom. 9. 16.

alius ſtatus *termini*, ſecundum illud: *omnes
quidem currunt*; & illud: *omnis qui in agone
contendit*; & illud: *neque volentis, neque cur-
rentis &c.* Status *viæ*, ſtatus *termini* eſſe non
poteſt: quæ ſic diſtant, qualiter mereri præmium
habendum, & præmium jam habere. Et quo
pede currimus ad bravium obtinendum, niſi
pede libertatis incerto? Quo pede inhæremus
bravio jam percepto? Pede certæ libertatis, ſed
C fixo. Non eſt ergo pes fixus pes meriti, pes
curſus noſtri; nec ſimilis eſt pedi comprehen-
dentis, pes currentis. Sic libertas noſtra pro
ſtatu viæ eſt libertas, ſed mobilis; quam ſi ali-
qua neceſſitas extranea voluntati jam currenti
teneret, non eſſet illa vel merendi, vel deme-
rendi * libertas, quia non eſſet noſtra, ſed ſic

* Ed. V. offendendi.

neceſſitatis vera poteſtas; cum tamen dixerit
S. Johannes: *quotquot receperunt eum, dedit eis*

Johan. 1. 12.

poteſtatem filios Dei fieri; ideſt, excluſit ab eis
omnem neceſſitatem, ne per aliquid extraneum,
rationem perderent meriti. Sic enim antiquus
Pater dixit Hilarius 1. Lib. *de Trinit.* in prin-
D cipio, tractans hunc textum Johannis prædi-
ctum,

Hilarius pag. 772. num. 11. Ed. Pariſien.
* M. in filios Dei aucti ſunt.

3. HILARIUS. Recipientes (inquit) filii Dei
,, facti * ſunt, non ortu carnis, ſed fidei. Eſſe
,, autem filios Dei non arguit neceſſitatem eſ-
,, ſe, ſed poteſtatem: quia propoſito univer-
,, ſis Dei munere non natura gigentium affe-
,, ratur, ſed voluntas præmium conſequatur.,,

Eſſe filius Dei, quid ſignificet.

Hæc ille. Dicit, eſſe filios Dei, poteſtatem eſ-
ſe quamdam, non neceſſitatem; ideſt, potentia
ipſi conceditur, nulla neceſſitas irrogatur, quia
neceſſitas talis auferret omnem vim meriti, &
ſic omne præconium præmii. Aut da mihi ne-
E ceſſitatum ad meritum, & dabo tibi invite, &
ſine gratiarum actione beatum. Sed ideo NUN-
QUAM VOLUIT DEUS aliquem neceſſario tra-
here, ne vileſceret in retributione. Unde pro-
pter hoc dicit Pater Chryſoſtomus, quod Chri-
ſtus magnis liberalitatis indiciis volebat Judam
a traditione ſua ſubtrahere; ſed neceſſitatem ul-
lam nolebat imponere, ſed relinquere optioni,
ideſt, libertati. Dicit enim *ſuper Johan.* hom.
LXIX. tractans hunc textum, *Ante diem Feſtum
Paſchæ &c.* CHRYSOSTOMUS. Videamus (inquit)

Chryſoſtomus homil. 70. To. 8. pag. 413. num. 1.

,, ad diſcipulos quid fecit; nunc autem magis
,, & quid facit ad inſidiatorem, quem maxime
,, omnium oportebat odiſſe, quoniam diſcipu-
,, lus

(*a*) Nec *damnatio* ad calcem rejiciunt Maurini; non negantes tamen, quod verior fortaſſe ſit lectio.

„ lus exiſtens, & menſis, & ſale communicans,
„ & miracula videns, & tantis dignus effectus
„ honoribus, fecit difficiliora: lapides quidem
„ non mittens, neque convicians, ſed prodens
Joan. 13. 5. „ eum, & tradens. Hunc ergo vide, qualiter
„ amicabiliter ſuſcipit, lavans ejus pedes. Ete-
„ nim hac forma eum nolebat a ſua nequitia A
Marci 11. 21. „ detineri; & nimirum licebat, ſi demum vel-
Matth. 27. 51. „ let, & ſiccare eum ſicut & ficum, & incidere,
„ ſicut & petras ſcidit, & ſcindere ſicut velum:
„ ſed nolebat neceſſitate, ſed operatione, ab in-
Quare Chriſtus lavit pedes Judæ. „ ſidiis eum abducere. Propterea & lavat Chri-
„ ſtus ei pedes. „ Hæc Chryſoſtomus. Nec mi-
Primus Angelus non fuit neceſſitatus ad crimen. rum, ſi Judam non neceſſitavit, qui primum An-
gelum non neceſſitavit ad crimen, ſed dimiſit
propriæ, & pro tunc (*a*) vertibili libertati. Un-
a de Lib. *contra adverſar. Legis & Prophetar.* c. XIII.
Auguſtinus *cap.* 14. *To.* 8. *pag.* 559. AUGUSTINUS. Si (inquit) ratio recta demonſtrat
„ rationabilem * creaturam illam eſſe meliorem,
* *M.* rationalem. „ quæ nulla inobedientia deſerit * Deum, quam B
* *M.* deſeruit. „ iſta, quæ ita deſerit; ſciat quiſquis hoc ſa-
„ pit, nec illam deeſſe cœleſtibus rebus, quæ
„ nunquam deſerit Deum; nec iſtam ita eſſe fa-
„ ctam, ut aliqua neceſſitate deſerere cogeretur
„ Deum: & quia voluntate deſeruit, nihil ex
„ hoc diminutum eſt ſapientiſſimis diſpenſatio-
Deus bene utitur malis. „ nibus Dei, qui & malis bene, & perverſis
„ recte utitur. „ Hæc Auguſtinus.

4. Nulla ergo neceſſitate Deum deſeruit, qui
ſua voluntate, nullo cogente, peccavit. Con-
formiter dicit de quolibet peccatore in Libro
de articulis ſibi falſo imputatis, in ſatisfactione
ad articulum XIII. ubi loquens de Deo rerum C
* Auguſtinus *To.* 10. *p.* 2. *pag.* 214. *in Append.* præſcio, AUGUSTINUS. Nemini (inquit) per
„ hoc, ut * falli poſſit, aut neceſſitatem, aut
* *M.* quod falli non poteſt. „ voluntatem intulit delinquendi. Si autem * a
* *M.* ergo. „ juſtitia, & pietate quis deficit, ſuo in præ-
„ ceps fertur arbitrio, ſua concupiſcentia tra-
„ hitur, ſua perſuaſione decipitur. Nihil ibi
*M. nihil agit. „ Pater, nihil Filius, nihil * Spiritus Sanctus:
„ nec tali negotio quidquam Divinæ volunta-
* *M.* opere. „ tis intervenit: cujus ope * ſcimus multos,
„ ne laberentur retentos; nullos autem, ut la-
„ berentur impulſos. „ Hæc Auguſtinus. Ecce
quod Deus nulli infert neceſſitatem, ut peccet;
ut ſuo cuique arbitrio imputetur quod cadit: & D
nihil ibi Pater, Filius, vel Spiritus Sanctus ha-
bet, quo talis delinquat; nihilque Divinæ vo-
luntatis intervenit. Quomodo ergo blaſphemus
iſte ad Divinum beneplacitum nos pro certa re-
gula peccandi demandat? Non ergo Dei volun-
tas, vel præſcientia quemquam ad peccandum
neceſſitat, quia ſic tollitur humana libertas.
Nec humana libertas Divinæ præſcientiæ ali-
b quid adimit, ſicut Cicero exiſtimavit (*b*); ſed
in Deo eſt præſcientia certa, & in homine non
* *Editi* extranea. minus voluntas ſine omni forenſi * neceſſitate
liberrima.

5. Unde Auguſtinus V. *de Civitate Dei*, c. X. E
ad liquidum iſta determinans, enucleat primo
neceſſitatum modos, ſupponens dici neceſſita-
tem ab extrinſeco, quæ non eſſet in poteſtate
Neceſſitas fati tollit arbitrii libertatem. noſtra, quam Stoici dixerunt eſſe *neceſſitatem*
fati (*c*); & iſta, dicit, tollit arbitrii liberta-
c tem. Aliam aſſignat intra poteſtatem noſtram,
quæ libertatem non tollit, ſed ſupponit. AU-
Auguſtinus *To.* 7. *pag.* 125. GUSTINUS. Sic enim * (inquit) cum dicimus,
* *M.* etiam. „ neceſſe eſt *, ut, cum volumus, libero arbi-
* *M.* eſſe. „ trio velimus; & verum proculdubio dicimus,
„ & non ideo ipſum liberum arbitrium neceſ-
„ ſitati ſubiicimus, quæ adimit libertatem.
„ Sunt ergo * noſtræ voluntates, & ipſæ fa- * *M.* igitur.
„ ciunt quidquid volendo facimus; quod non
„ fieret, ſi nollemus. Nam ſi voluntas tantum
„ eſſet, nec poſſet quod vellet, potentiori vo-
„ luntate impediretur. — Et tandem ſic con-
cludit. — Quocirca nullo modo cogimur, aut
„ retenta præſcientia Dei tollere voluntatis ar-
„ bitrium, aut retento voluntatis arbitrio, Deum
„ (quod nefas eſt) negare præſcium futurorum:
„ ſed utrumque fideliter, & veraciter confite-
„ mur; illud, ut bene credamus; hoc, ut be-
„ ne vivamus. „ Hæc Auguſtinus.

6. Ubi plane patet, neceſſitatem, quam po-
nit Wicleffus, tollere liberum arbitrium: quia
extra poteſtatem hominis eam ponit penes Deum;
immo hominis ſurripit poteſtatem. Primam ve-
ro neceſſitatem omnes ponunt, ſive in Deo, ſive
in homine; etiam penes actum contingenter fu-
turum: quam utique geminam neceſſitatem An-
ſelmus I. *Cur Deus homo*, cap. XVIII. vocat *an-*
tecedentem, & *conſequentem*; & ſumpſit ex Au-
guſtino hic ſupra, & VI. *ſuper Gen. ad lit.* cap.
XXII. ANSELMUS. Eſt (inquit) neceſſitas *præ-* Anſelmus *Cap.* 17. *pag.* 94.
„ *cedens*, quæ cauſa eſt, ut ſit res: & eſt neceſ-
„ ſitas *ſequens*, quam res facit. *Præcedens*, &
„ efficiens neceſſitas eſt, cum dicitur Cœlum
„ volvi: quia neceſſe eſt, ut Cœlum volvatur.
„ *Sequens* vero, & quæ nihil efficit, ſed fit, eſt
„ cum dico te ex neceſſitate loqui, quia loque-
„ ris. Cum enim hoc dico, ſignifico, nihil
„ facere poſſe, ut dum loqueris, non loquaris;
„ non quod aliquid te cogat ad loquendum.
„ Nam violentia naturalis conditionis cogit Cœ-
„ lum volvi; te vero nulla neceſſitas facit lo-
„ qui. „ Hæc Anſelmus. Et idem habet *de con-*
cordia Prædeſtinationis Dei cum libero arbitrio:
„ Cum dico, quia ſi præſcit Deus aliquid, ne- Anſelmus *Cap.* 2. *pag.* 123.
„ ceſſe eſt illud eſſe futurum; idem eſt, ac ſi
„ dicam: ſi erit, ex neceſſitate erit. Sed hæc
„ neceſſitas non cogit, nec prohibet aliquid eſ-
„ ſe, aut non eſſe. Ideo enim quia ponitur res
„ eſſe, dicitur ex neceſſitate eſſe: aut quia po-
„ nitur non eſſe, affirmatur ex neceſſitate non
„ eſſe; non quia neceſſitas cogit, aut prohibet
„ rem eſſe, vel non eſſe. Nam, cum dico: ſi
„ erit, ex neceſſitate erit, hic ſequitur neceſſi-
„ tas rei poſitionem, non præcedit. Idem va-
„ let, ſi ſic pronuncietur: quod erit, ex neceſ-
„ ſitate erit. Non enim aliud ſignificat neceſ-
„ ſitas hæc, niſi quia quod erit, non poterit
„ ſimul non eſſe. „ Hæc Anſelmus.

7. Neceſſitas ergo præcedens non compatitur Neceſſitas præcedens repugnat libertati.
arbitrii libertatem, & ideo ipſa non convenit
humanis effectibus. PERICULOSE ERGO, UT MI-
HI videtur, quidam magni viri neceſſitatem
iſtam præcedentem ponunt in humanis operi-
bus (*d*); etiam & quod fluat voluntate Dei: d
maxime cum in antiquis Eccleſiæ Patribus nihil
conſonans reperire poſſunt, cum conantur. Et
illud, quod adducunt, *cor Regis in manu Do-* *Proverb.* 21. 1.
mini, & quocumque voluerit inclinat illud, ip-
ſe textus exponit ſe intelligi de neceſſitate *tra-*
ctionis, vel *inclinationis* *; non autem de ne- * *Vide ſupra, cap.* 24, *num.* 1.
ceſſitate illa, quæ præcedit, ſecundum Anſel-
mum, & ſecundum quam voluntas neceſſario
agit: nec poteſt aliter agere, etiamſi vellet,
ſecundum Auguſtinum. Quomodo iſti non di-
cerent

(*a*) *Pro tunc*, quando primus Angelus non in ſtatu *termini* bea-
tifici, ſed in ſtatu erat *curſus*.

(*b*) Vide Ciceronem Lib. 2. de Div. nat. ubi neſciens rerum
eventa, & voluntatis libertatem cum certa Dei præſcientia conci-
liare, hanc in Deo negare auſus eſt: de quo graviter eum corripit
Auguſtinus V. *de Civit. Dei* cap. 9.

(*c*) *Fatum* vetere: Aſtrologi ponebant in aſtrorum conſtitutione:
Stoici autem in connexione omnium cauſarum, ſic aptata a Dei vo-
luntate. Porro hanc ſive aſtrorum conſtitutionem, ſive cauſarum con-
nexionem, *fatalem* in noſtris actibus neceſſitatem dicebant.

(*d*) Hæc verba non parum vexant Thomiſtas, & quotquot cum
illis Divinæ gratiæ efficaciam totis viribus extollunt. Sed Patri *An-*
naro ea objicienti reſpondet *Johannes Baptiſta Gonet* Tom. 1. Clyp.
Th. in Apol. Thomiſt. art. 6. Vide *Notas ſuſiores*.

cerent una cum Wicleſſo, quod Chriſtus ſubivit mortem neceſſitate, cui obviare ipſe non potuit, quod eſt ſcandalum Crucis inter gentes, & hæreſis Chriſtianis? Ideo autem quia ſpontaneitatem Chriſti perimeret, & veritatem illam Evangelicam, *poteſtatem habeo ponendi animam meam*, omnes fideles dicunt, eum non A neceſſitate, ſed ſponte mortem ſubiiſſe. Non neceſſitate ſcilicet præcedente, puta Dei, quæ cogeret libertatem. Unde Anſelmus, *Cur Deus homo*, ubi ſupra, ANSELMUS. Hac ſequenti, & „ nihil efficienti neceſſitate, quoniam vera fuit „ fides, vel prophetia de Chriſto, quia ex vo- „ luntate, non ex neceſſitate moriturus erat, „ neceſſe erat, ut ſic eſſet. Hac homo factus „ eſt: hac fecit, & paſſus eſt; hac voluit quæ- „ cumque voluit. „ Et XXIV. *Moral.* cap. 11. GREGORIUS. Quia veniens in carne Dominus, „ non culpam noſtram ex vitio, non pœnam „ ex neceſſitate ſuſcepit. Nulla enim peccati B „ labe pollutus, reatus noſtri teneri conditione „ non potuit: atque ideo mortem noſtram o- „ mni neceſſitate calcata, cum voluit, ſponte „ ſuſcepit &c.. „ Hæc Gregorius. Ecce Gregorius abſtulit omnem neceſſitatem, ſaltem extrinſecam, Chriſto, cum docuit, mortem Chriſti fuiſſe ſpontaneam, quam abſtulit ideo, quia hæc ſibi obviant, & ſibi ipſis convenire non poſſunt. Certe ille, *qui facit concordiam in ſublimibus*, non faceret illam concordiam inter neceſſitatem, quam Auguſtinus appellat *extrinſecam*, & Anſelmus *præcedentem*, & liberum arbitrium, ambulans cum homine pro ſtatu iſto; C quam Wicleſſus pejerat bene ſtare, ſed nuſquam demonſtrat.

Chriſtus ſponte mortuus eſt. — *Anſelmus Cap. 17. pag. 94.* — *Gregorius To. 1. pag. 761. num. 3.* — *Job 25. 2.*

8. Dicamus ergo omnes cum Eccleſia Jeſu Chriſti, quod nec præſcientia Dei, nec voluntas, nec Deus ipſe, quomodocumque neceſſitat creaturam ambulatorie liberam ad quodcumque opus ſuum, quod voluntati ejus ſuppoſuit, neceſſitate aliqua abſoluta; nec ex præſcientia Dei quidquam facere limitatur, quo minus poſſit, & non poſſit hoc facere, quod proponit. Hieronymus enim cum omnibus ſupradictis plane ſentiens, dicit lib. IV. *ſuper Jerem.* tractans hunc textum, *Noli ſubtrahere verbum*, *ſi forte* D *audiant*, ponderans hoc verbum *forte*, HIERONYMUS. Verbum ambiguum *forſitan* Majeſta- „ ti Domini convenire non poteſt, ſed de * „ noſtro loquitur affectu, ut liberum homini „ ſervet * arbitrium; nec ex præſcientia ejus, „ quaſi ex neceſſitate, facere aliquid*, vel non „ facere cogatur. Non enim ex eo, quod ſcit „ * futurum aliquid, idcirco futurum eſt; ſed „ quia futurum eſt, Dominus * novit, quaſi „ præſcius futurorum. „ Hæc Hieronymus. Ecce quod ſemper abſolvunt Patres neceſſitationem Divinæ præſcientiæ, ne, ſi poneretur, poteſtatem tolleret libertatis humanæ. Idcirco E quaſi ſummarie concludens hunc proceſſum Beatus Auguſtinus in Epiſt. *ad Deogratias Presbyterum*, in reſponſione ad quartum dubium, AUGUSTINUS. In voluntate (inquit) propria me- „ tietur bonus homo bona facta, & in ea me- „ tietur ei beatitudo. Itemque in voluntate „ propria metietur malus homo opera mala, „ & in ea metietur ei miſeria: quoniam ubi „ quiſque bonus eſt, bene * vult, ibi etiam „ malus, cum male vult. Ac per hoc ibi et- „ iam fit vel beatus, vel miſer, hoc eſt, in „ ipſo ſuæ voluntatis affectu, qui * omnium „ factorum, meritorumque menſura eſt: ex

Jerem. 26. 6. — *Hieronymus To. 4. lib. 5. pag. 1025.* — * *De noſtro* ... *Veronen.* — * *Veron.* *ſervetur.* — * *Ver.* quid. — * *Ver.* Deus ſcit — * *Ver.* Deus — *Auguſtinus Epiſt. nunc 102. al. 49. To. 2. pag. 281.* — * *M.* cum bene — * *M.* quæ.

„ qualitatibus quippe voluntatum, non ex tem- „ porum ſpatiis, ſive recte facta, ſive peccata „ metiemur. * „ Hæc ille. Non ergo eſt voluntas Dei neceſſitatura, nec neceſſitativa menſura factorum noſtrorum, excluſa contingentia, eorum dico, quæ ad meritum, vel demeritum conſequendum Deus noſtræ libertatis arbitrio ſubrogavit.

* *M.* metimur.

CAPUT XXVI.

Quæſtiones implexæ de incerto futurorum eventu, & ſolutiones earum.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Divinum implorat auxilium, ut hanc de Divina præſcientia perdifficilem quæſtionem digne valeat abſolvere.*
2. *Præſcientia quid in ſacris literis ſignificet.*
3. *Quodnam ſit objectum* adæquatum *Divinæ præſcientiæ, & prædictionis, declaratur.*
4. *Futurum de certo a futuro de poſſibili ſecernitur; & de utroque gravis doctrina ſtatuitur.*
5. *Quod non eſt de certo futurum, Deus non præſcit, ſed tantum præintelligit.*
6. *Præſcientia Dei non fallitur, nec falli poteſt circa futurum de poſſibili.*
7. *Quod Dei præſcientia non inferat neceſſitatem rebus.*
8. *Scientia Divina, & humana, quomodo diſtent ab invicem.*
9. *Præſcitus de certo damnabitur, quamvis peccatum ejus futurum ſit contingens.*
10. *Præſcitus nunquam erit prædeſtinatus, etſi peccatum finale vitare poſſit.*

1. AB initio vero naſcentis Eccleſiæ, homines plurima ſapientes, de hac ſumma præſcientia Dei mirabiles collegerunt quæſtiones: & nimirum multi defecerunt (*a*) ſcrutantes ſcrutationes ſuas. Eſt enim in altitudine Divinæ Sapientiæ hoſpitata, cujus ſunt inveſtigabiles viæ; multo magis eſt inveſtigabilis finis viæ, ubi latet Hoſpes abſconditus, & Manna velatum. Proſtratus ergo ego inter cæteros inquiſitores falli potero, ſed novit Deus, errare non volens, immo cuncta faciens, ne aberrem. Veniam precor, ne quiſquam fidelis in me dedignationis ſuæ vultum effundat, ſi non ſingulas mentis ſuæ dubitationes abſolvam, ſi eas, quas prætendam diſcutere, correſpondenter voto ſuo non efferam: ſi non clare, & limpide cuncta pronuntiem; dum tamen pauca dicam de multis, faciens plana de myſticis, ſecundum antiquam fidem Eccleſiæ, quæ & per recentiores Patres uſque ad nos pervenit, & hoc ſi, & quantum Deus balbo loqui prudenter, lippo videre ſubtiliter, & manco, ac mutilo conceſſit, veraciter ſcribere, & dictare profunda. Ea vero maxime conabor adducere, quæ neceſſitatem illam Wicleffi, ab olim jam hæreticam, effodiant protinus, & antiquam Fidem Eccleſiæ clarius adminiſtrent. Adſit huic conatui Spiritus conſilii, ut digne poſſim communicare fidelibus ſcriptis & verbis hanc ſummæ præſcientiæ fidem inter omnes materias fidei maxime formidandam in verbis, quam ſecundum ſpiritum fortitudinis audaciſſima fide, & veritate, amplector in conceptibus. Vere enim non mihi tam leve ac facile eſt fideliter dicere, quam fide-

a *Pſal. 63. 7.* — *Rom. 11. 33.* — *Apoc. 2. 17.*

(*a*) Recole, quæ ſupra dixit cap. 22. de iis, qui præſcientiam Dei perverſe intelligentes, eam jam a primis Eccleſiæ temporibus, poſtrorum actuum malorum cauſam neceſſariam, & ineluctabilem prædicabant. Inter illos primi recenſentur *Jacobitæ*, ita dicti, quia a S. Jacobo Apoſtolo refutati.

fideliter credere, & mente tractare. Maxime enim eſt hæc materia pervia logicis, atque metaphyſicis ſtragulis variata. Tenax ergo Logicus de ſignis caveat, & ſubtilis Philoſophus dicendorum naturas ſeorſum inſpiciat, ut uterque plano ſermone fidem adſtruat, & blaſphemias, & perplexitates eliminet præinventas. A

2. Suppoſito communi intellectu terminorum *præſcientiæ*, *& prædeſtinationis* Divinæ, notandum eſt, quod præſcientia aliquid plus dicit in Scripturis, quam vulgo concipitur. Non enim eſt præcognitio tantum rei futuræ (quia ſic parum diſtaret a notitia ideali) ſed eſt præcognitio rei cum applicatione odii, vel amoris; odii ſcilicet, quando præſcientia cum reprobatione convertitur: amoris, quando cum prædeſtinatione convertitur, ſecundum illud Apoſtoli: *quos præſcivit, & prædeſtinavit conformes fieri imagini Filii ſui*. Ideo Origenes *ſuper Epiſtolam ad Rom.* lib. VII. ORIGENES. Non „ (inquit) ſecundum communem vulgi opinio- „ nem putandum eſt, bona, malaque præſcire „ Deum, ſed ſecundum Scripturæ Sanctæ con- „ ſuetudinem. — Et bene infra — Ideo in præ- „ ſenti loco conſtat Apoſtolum, ſecundum Scri- „ pturæ Sacræ conſuetudinem, cognoſcendi po- „ ſuiſſe ſermonem, ut illos oſtenderet præco- „ gnitos a Deo, in quibus, ſciens quales eſſent, „ amorem ſuum Deus, affectumque poſuiſſet, „ ſecundum illud: *cognovit Dominus illos, qui* „ *ſunt ejus*. „ Hæc Origenes. Sic & Auguſtinus *de dono perſeverantiæ* libro II. (*a*). AUGUSTINUS. Prædeſtinare Dei eſt diſponere ſua ope- „ ra futura in ſua præſcientia, quæ falli, mu- „ tarique non poteſt. „ Et in libro *de Articulis ſibi falſo imputatis*, in ſatisfactione ad articulum XI. „ Ad prædeſtinationem Dei nihil „ amplius * referri poteſt, niſi quod aut ad de- „ bitam juſtitiæ retributionem, aut indebitam „ pertinet gratiæ largitatem *. „ Sic ergo accipiendum eſt in Dei ſcientia, quemadmodum in noſtra, aliquid in ratione actus immanentis, ſcilicet, actus ipſe ſcientiæ certæ futurorum eventuum; & aliquid quaſi conſequens ex iſto, & in ratione actus emanantis; ſcilicet, præparatio pœnæ, vel præmii, correſpondens ſuppoſito, quod hæc prænovit; & habent ſe ordinate ad Deum, ſicut lucere, & illuminare ad Solem; vel calere, & calefacere ad ignem. Calefacere eſt rei calefactæ propinquius: calere autem invariabiliter inſiſtit igni, & calefactionem cauſat formaliter. Jam forſan dubitare de multis non erit inutile.

Rom. 8. 29.
Origenes To. 2. cap. 8. lib. 7. pag. 731.
pag. 371.
2. Tim. 2. 19.
a Auguſtinus To. 10. p. 2. cap. 27. pag. 844.
* Auguſtinus To. 10. p. 2. pag. 211. in App.
* M. aliud.
* al. largitionem.

3. Quærunt curioſi quidam, quid ſit objectum Divinæ præſcientiæ adæquatum, volentes excludere contingens futurum, hoc medio: „ quia „ præſcientiæ neceſſariæ infallibili, ſolum præſci- „ tum infallibile & neceſſarium correſpondet: o- „ mne autem contingens deficit ab hac neceſſita- „ te: nullum ergo contingens eſt præſcitum: o- „ mne ergo præſcitum eſt ſimpliciter neceſſarium. „ Reſpondet Mater Eccleſia, objectum adæquatum Divinæ præſcientiæ eſſe futurum de certo, ſecundum quod tale, ideſt, quod eſt de certo futurum; non ut eſt futurum ſolum de poſſibili, vel de modo contingenti, qualiter multa poſſunt eſſe futura, quæ nunquam erunt. Et ideo nec ipſa *præſcita* ſunt proprie, ſed *intellecta* ſunt a Deo ſimplici intelligentia, quæ non dicitur *ſcientia*, vel *præſcientia*, niſi forſitan abuſive. Auguſtinus enim VI. *ſuper Gen. ad literam*, capite XVII. dicit ſic: AUGUSTINUS.

Objectum Divinæ præſcientiæ eſt futurum certum.
Intelligentia in Deo, non eſt proprie ſcientia, vel præſcientia.
Auguſtinus To. 3. p. 1. pag. 207.

Thom. Wald. Tom. I.

„ Multa ſecundum inferiores cauſas futura ſunt. „ Sed ſi ita ſunt, & in præſcientia Dei, vere „ futura ſunt: ſi autem ibi aliter ſunt, ita potius „ futura ſunt, ſicut ibi ſunt, ubi (*b*) præſcit qui falli b „ non poteſt. Nam futura dicitur ſenectus in ju- „ vene; ſed tamen futura non eſt, ſi ante ſene- „ ctutem moriturus eſt: hoc autem ita erit, „ ſicut ſe habent aliæ cauſæ, ſive in (*c*) mun- c „ do contextæ, ſive in Dei præſcientia conſer- „ vatæ. Nam ſecundum quaſdam futurorum „ cauſas moriturus erat Ezechias, cui Deus ad- „ didit quindecim annos ad vitam, id utique „ faciens, quod ante conſtitutionem mundi ſe „ facturum eſſe præſciebat, & in ſua volunta- „ te ſervabat. Non ergo illud fecit, quod fu- „ turum non erat. Hoc enim magis erat futu- „ rum, quod ſe facturum eſſe præſciebat. „ Hæc Auguſtinus. Ecce probat, quaſi ad convertentiam, futurum eſſe objectum Divinæ præ- B ſcientiæ. Et *de Concordia præſcientiæ, & Prædeſtinationis*, cap. IV. ANSELMUS. Si quis (in- „ quit) intellectum verbi proprie conſiderat; „ hoc ipſo, quod præſciri aliquid dicitur, fu- „ turum eſſe pronunciatur. Non enim, niſi „ quod futurum eſt, preſcitur, quia ſcientia „ non eſt niſi veritas *. „ Hæc ille.

4. Reg. 20. 6.
Anſelmus quæſt. 1. cap. 2. pag. 123.
* M. veritatis.

4. Inquirunt ulterius curioſi prædicti, an non ſit omnino neceſſarium neceſſitate præeunte; quæ eſt objectum præſcientiæ. Aliter enim ſi Deus præſciat Thomam iturum Romam in Paſcha, & poſſit non ire, falleretur Divina præſcientia. Docet Eccleſia, quod non ſic ſequi- C tur, ſed ipſos falli, qui ſic miſcent de *in eſſe* cum *modali* (*d*). Diximus jam objectum adæ- d quatum Divinæ præſcientiæ eſſe futurum de certo *. Sciunt equidem omnes logici, omnino unius naturæ eſſe propoſitionem *de in eſſe*, alteriuſque propoſitionem *de modo*, & longe diſtantes vires in propoſitionibus obtinere. Ne ergo fallamur confuſionibus terminorum, volo de cætero *futurum de certo* a ſolum *de poſſibili futuro* ſua appellatione diſtinguere, ſecundum illam legem Auguſtini ſupra * habitam *de ſpiritu, & litera*. „ Multa poſſunt Deus & ho- „ mines, quæ numquam fuerunt, nec ſunt, D „ nec erunt (*e*). „ Sicut in lib. *de perfectione juſtitiæ* ipſe conceſſit, & hic probat, quod aliquis homo extra Chriſtum, immo omnis homo vivens, poteſt eſſe ſine ullo peccato; quod tamen nunquam erit, eſt, vel fuit; ſicut & Chryſoſtomus homil. IV. *de laude Pauli* dicit omnes poſſe eſſe ſimiles Paulo in merito, & ejuſdem gratiæ participes: quod tamen de certo non erit. Et ſic conceditur prædictum Thomam poſſe non ire Romam, quo caſu poſito, & admiſſo, ſi proponas mihi: *Thomas non ibit Romam*; nego, quia ejus oppoſitum eſt *de certo futurum*, & a Deo præſcitum: eſt enim futurum de cer- E to, quod Thomas ibit Romam: nec hoc eſt illud poſitum & admiſſum, ad quod affirmative teneor reſpondere; ſed unum futurum de poſſibili, ſcilicet hoc, *Thomas de poſſibili non ibit Romam*. Et ecce concordavimus *de in eſſe* cum *modali*: quia poteſt eſſe, quod Thomas non ibit Romam, qui tamen de certo ibit Romam. Et iterum: Thomas poterit non ire Romam, quem Deus determinate novit iturum Romam: ſed quod *Thomas ibit Romam*, non ideo minus falſum eſt de certo, quamvis ſit poſſibile verum. Falſum enim eſt, quia non eſt de certo futurum; & quia poſſet eſſe futurum, conceditur eſſe poſſibile, juxta logicam Magni Chry-

* Vide ſupra num. 2. & 3.
* Cap. 16. n. 5.
Auguſtinus Tom. 10. pag. 85.

K ſoſto-

(*a*) Non in duos diviſus, ſed unico conſtat nunc Libro Tractatus iſte *de dono perſeverantiæ*.
(*b*) M. *ubi qui præſcit, falli non poteſt*.
(*c*) *Mundo Contextæ*, omiſſo *in*, legunt Maurini.

(*d*) Senſus eſt, *qui ſic miſcent propoſitionem de facto, cum propoſitione de poſſibili*, ut infra explicat Waldenſis.
(*e*) Hanc *eſſe Auguſtini* legem, evidenter deducitur ex iis quæ recitantur ſupra cap. 16. num. 5.

Matth. 12.25.

ſoſtomi in *Imperf.* homil. XXIX. tractantis hunc textum Chriſti, *Omne Regnum in ſe diviſum deſolabitur*, ubi probat fuiſſe poſſibile, quod Chriſtus in Beelzebub ejecit Dœmonia, ſed falſum tamen in facto. CHRYSOSTOMUS. Aliud „ eſt (inquit) *impoſſibile*, aliud *falſum*. *Impoſ-* „ *ſibile* eſt, quod fieri non poteſt; *falſum* au- „ tem, quod fieri poteſt, ſed factum non eſt. „ Quod autem Phariſæi adverſus Chriſtum di- „ cebant, *poſſibile* erat, * *falſum* autem erat. „ Non enim Chriſtus in Beelzebub dæmonia „ ejecit: poſſibile autem fuerat, ut in ſpiritu „ Diaboli Dæmones expellerentur (*a*). Nun- „ quid Phariſæi homines in malo docti, hoc „ adverſus Chriſtum blaſphemaſſent, niſi fieri „ poſſe cognoviſſent?„ Hæc ille. Ubi præter alia, patet quam falſe dixit Wicleffus III. *Trialogi* cap. 11. *Omne poſſibile eſt verum*. Hoc enim jam dictum Chriſto fuit poſſibile, & nunquam verum. Sic jam dico de terminato futuro, illud fore verum, & ejus oppoſitum eſſe poſſibile, quamvis falſum. Addamus ergo in conceſſione *poſſibilis falſi*, ut diſcerni valeat a veritate *certi futuri*, quia additio *modi*, quamvis non exprimitur, ſubintelligitur in omni caſu. Nam quid aliud eſt dicere, caſu poſito quod curram, *concedo me currere*, niſi de poſſibili *concedo me currere?* Non enim concederem me currere, ſi ſimpliciter proponatur. Ubi ergo adverſitas terminorum exigit, tunc eſt neceſſe exprimere ſubintellectum. Et certe hæc modica truſa (*b*) coincidentiæ, vel acceptionis indiſtinctæ futuri de *poſſibili*, loco futuri de *certo*, eſt magnis viris in materia de Præſcientia Dei, cauſa diſturbii. Poſtquam enim poſitum ſit *poſſibile*, concedunt reliqua, quæ ſequuntur, quaſi ſimpliciter *de in eſſe*.

Chryſoſtomus *Tom. 6. pag.* 122.

Non omne impoſſibile eſt falſum.

* *M.* poſſibile quidem erat.

a

Scopulus, in quem frequenter impingunt loquentes de præſcientia Dei.

b

5. Sed dicis: poſito tali *poſſibili*, quod non eſt de facto futurum, nunquid concedam Deum hoc *præſcire?* Non: ſed *præintelligere* ſimplici notitia: ſic enim diximus Deum non *præſcire* niſi de certo futura *. quod ſi de certo futura non ſint, nec ea *præſcita* ſunt. Et hæc eſt antiquior logica Sanctorum Patrum, & adhuc cautior. Audite namque veterem Origenem ſuper *Epiſt. ad Rom.* lib. VIII. dicentem conſimiliter de *Prophetia*, ORIGENES. Non (inquit) „ quia Prophetæ Chriſti dixerant, idcirco pro- „ didit Judas: ſed quia futurus eſſet proditor, „ ea quæ ille ex nequitiæ ſuæ propoſito geſtu- „ rus erat, prædixerant Prophetæ: cum utique „ Judas in poteſtate habuiſſet ut eſſet ſimilis „ Petro, & Joanni, ſi voluiſſet: ſed elegit pe- „ cuniam per cupiditatem, magis quam Apo- „ ſtolici conſortii gloriam: & hanc ejus futu- „ ram voluntatem prævidentes Prophetæ, li- „ brorum tradidere monumentis. „ Hæc Origenes. Videte jam quomodo ſupponit caſum *poſſibilem* contra id, quod erat *pro certo futurum*, Judam ſcilicet potuiſſe eſſe ſimilem Petro, & Joanni; & non obſtante illo poſſibili ſic conceſſo, concedit Doctor prævisionem Propheticam non fuiſſe de illo *futuro de poſſibili*, ſed de oppoſito ejus, quod fuit *de certo futurum*: *Hanc* (inquit) *futuram ejus voluntatem prævidentes Prophetæ*.

* *Vide ſupra num.* 3.

Origenes *Tom. 2. lib. 7. cap. 8. pag. 372.*

Judas potuit eſſe ſimilis Petro & Joanni.

6. Sed dicis: Numquid ergo ſicut conceditur hoc eſſe poſſibile futurum, cujus ſcilicet Deus præſcit oppoſitum; ita & præſcientiam Dei poſſe falli? Quia ſequitur hoc præſcit Deus, hoc poteſt non eſſe; ergo præſcientia Dei poteſt falli. Nec ſequitur in nobis: *Ego ſcirem ſcribere iſtum librum, ſed poteſt eſſe, quod nunquam ſcribatur; ergo poteſt eſſe, quod nunquam ſciam, vel ſcivi*. Et Philoſophia docet, potentiam non decipi niſi circa objectum proprium. Non enim viſus decipitur circa dulce, quamvis nigrum A apparens dulce fuerit. Præſcientia ergo Dei falli non poteſt circa futurum ſolum de poſſibili. Deciperetur autem, ſi determinate futurum non veniret. Quod multum longe exponens, juxta viam Origenis jam dictam, ſenex Chryſoſtomus, tractans illud Matth. XVIII. *Neceſſe eſt ut veniant ſcandala*, CHRYSOSTOMUS. Non (inquit) hic de- „ ſtruit libertatem arbitrii, neque neceſſitatem „ aliquarum rerum ſupponit, ſed quod omni- „ no futurum eſt, prædicit. Neque enim quia „ prædixit, propter hoc fit; ſed quia omnino „ futurum erat, propter hoc prædixit. Sed di- „ cet aliquis: ſi omnes corrigantur, & nullus B „ ſit, qui ſcandala afferat, nonne mandacii ar- „ guetur hic ſermo? Nequaquam. Quia enim „ vidit inemendatos futuros homines eſſe, pro- „ pter hoc dicit: *neceſſe eſt ut veniant ſcanda-* „ *la*. Si autem corrigendi eſſent, non dixiſſet.„ Hæc ille.

Potentia non fallitur niſi circa proprium objectum.

Matth. 18. 7.

Chryſoſtomus *Tom. 7. pag.* 594.

7. Videant jam magni illi viri, qui neceſſitatem futurorum concedunt, quod *prædicere* vel *prævidere* Dei non ſubinfert rebus prævenientem neceſſitatem quamcumque, ſed ſolum futuritionem de certo. Secundo, videant omnino futurum, ideſt, determinate futurum, ſolum eſſe prædictionis Divinæ, vel prævisionis C objectum. Et tertio, quomodo ponit caſum in terminis, ne aliquis ſcandalizet in poſterum: quo conceſſo dicit, non ideo prædictionem divinam fore mendacem. Et ſubjungit cauſam: *quia vidit inemendatos futuros* de certo. Concordat ergo futuram emendationem *de poſſibili* cum oppoſita futuritione *de certo*, ſalva prævisione divina: cujus prævisionis, vel præſcientiæ tota ratio infallibilitatis eſt certa futuritio contingentis, non quidem cauſaliter, ſed objective. Quod ſi eſſet de aliqua re, non de certo futura, tunc eſſet Præſcientia falſa, vel nulla; ſicut ſi dicerem me ſcire rem fore, falſe dicerem, ſi res D non foret: vel fuiſſe, ſi non fuerit: vel eſſe, ſi non ſit: & hoc eſt *præſcire*, qualiter res erit ſcire: ſcire autem qualiter res eſſe poterit, *præintelligere*.

Prævidere Dei non ſubinfert neceſſitatem rei prævisæ.

Quæ ſit tota ratio infallibilitatis Divinæ præſcientiæ.

Præſcire & præintelligere quid ſit.

8. Sed dicis: ſcientia humana eſt circa ea, quæ non poſſunt aliter evenire: quanto magis Divina? Non ita: quia ſcientia humana cauſatur a rebus, quæ curſu naturæ falli non poſſunt: ſcientia autem Divina ab intus eſt, & non *a rebus*, ſed *de rebus*, etiam contingentibus. Et hoc eſt magni preconii in divina ſcientia, quod tam certa eſt, & tam neceſſaria de rebus contingentibus, ſicut de ſumme neceſſariis. Non E ſic in humana ſcientia, quæ cauſis imprimentibus certior eſſe non poteſt. Et inde eſt, quod ſit tanta neceſſitas præſcientiæ Divinæ cnm omnimoda contingentia rei præſcitæ. Præſcit enim Deus infallibiliter qualitercumque res eſt futura contingenter; & qualitercumque ſit res contingens, non eſt magis neceſſaria in ſe, nec minus neceſſaria in Deo ſciente, qui non alia præſcientia, quam neceſſaria, ſpeculatur: nec aliud, quam quomodo contingenter res contingens ad unam partem determinate perveniet, intuetur. Ipſe enim præſcientia ſua videt ex qua parte pondus in libra deſcendet: nec tamen ut neceſſitatem inducat alterutri lancis brachio ma-

Scientia Dei non cauſatur a rebus.

(*a*) Chriſtus omnium Dominus, ſicut per Angelos bonos, ita & dæmonum ſervitute, poterat ipſos dæmones expellere.

(*b*) *Truſa*, vox exotica, quæ hic ponitur pro *æquivocatio*, vel *verborum colluſio*.

manum premit. Tunc ſicut pondus in libra ſine omni aſpiciente deſcenderet, ita per impoſſibile, ſi Deus rem non præſciret, ſic tamen ſicut jam futura eſt, futura foret. Ideo dixit Auguſtinus *de libero arbitrio*, ſicut ſupra * habetur, quod non plus præſcientia Divina, quam mea, infert neceſſitatem rei futuræ, & didicit hoc forſan ab Origene, de quo ſupra *, AUGUSTINUS. „ Etſi communi (inquit) intellectu de præſcientia ſentiamus, non propterea erit aliquid, quia id ſcit Deus futurum; ſed quia „ quod futurum eſt, ſcitur a Deo antequam „ fiat. Nam etſi v. g. fingeremus Deum non „ præcognoſcere aliquid futurum, ſine dubio „ erat quod eſt ita ut eſt, ut puta Judas tra„ditor factus eſt, & hoc ita futurum Prophe„tæ prædixerant. „ Hæc ille. Futuritio ergo rei eſt verum objectum *præſcientiæ*, ut *præſcientia* eſt. Non dico hic, quod præſcientia non eſt reſpectu *poſſibilis*, quod nunquam erit; ſicut non intendo negare hominem eſſe ſenſibilem, quamvis dicam eum appropriate riſibilem, in quantum homo eſt: non minus tamen eſt ſenſibilis, in quantum animal eſt; ſed non adæquate. Ita *præſcientia* Dei, in quantum intelligentia ſimplex eſt, eſt reſpectu omnis *poſſibilis:* adæquate autem non eſt, niſi reſpectu *determinate futuri*, ſcilicet, in quantum *præſcientia* eſt. Alioquin omnia illa quæ ſupra * poſuit Auguſtinus eſſe poſſibilia, ſed nunquam futura, præterita, vel præſentia, nunquam fuiſſent a Deo præſcita eſſe poſſibilia: adducere ſcilicet mille legiones ne pateretur, & alius eſſe Redemptor poſſibilis, & nunquam futurus: poſſibilitas etiam omnium hominum univerſa cohibere peccata, abbreviatio exitus de Ægypto nunquam facta. Eccleſia Sacra docet, Deum præſciſſe omnes poſſibilitates iſtas, & modos contingentiæ, & quod æque præſcivit de certo nunquam deducendas ad actum. Poſſibilitates autem præſcivit, ratione *ſimplicis intelligentiæ;* futuritiones vero certas ratione *præſcientiæ* ſempiternæ.

Res eveniet, ut futura eſt, etiamſi per impoſſibile Deus eam non præſciat ſic futuram.

* *cap. 23. n. 5.*

* *num. 5.*

Auguſtinus *To. 1. de lib. arbitr. lib. 3. pag. 623.*

* *Cap. 11*

Intelligentia Dei reſpicit poſſibilia.

9. Inſtat iterum curioſus iſte, quia *ſi peccatum finale præſciti ſit contingens, tunc poterit non eſſe, & ſic præſcitus non damnabitur*. Reſpondet Eccleſia falſum eſſe, quod præſcitus non damnabitur, immo damnatio ejus eſt de certo futura, & ſic peccatum ejus finale, dicente Propheta: *in peccatis, quæ operatus eſt, in ipſis morietur*. Sed quia eſt contingens; & ſic præſcitum eſſe contingens & voluntarium, & præſcitum Deo eſſe voluntarium, idcirco in poteſtate illius eſt vitare illud peccatum. Sed quia *de certo* præſcitum eſt eum hoc non velle, quod poteſt, idcirco merito ſuo ad damnationem proviſus eſt, & præviſus.

10. Sed dicis: „ ergo præſcitus iſte poteſt or„dinari ad gloriam, ſi poteſt illud finale vitare „ peccatum, & per conſequens eſſe prædeſtina„tus. „ Equidem poteſt, ſi laqueum ſophiſmatis non abſcondas in verbis. Nolo quod contrarias determinationes immiſceas. De re ſubjecta *præſcientiæ* eſt ſermo, ſi poteſt prædeſtinationi eſſe ſubjecta, non autem quod præſcientia poſſit eſſe prædeſtinatio, vel quod ſimul poſſit quis eſſe præſcitus, dum ſit prædeſtinatus. Ad hæc enim præcavenda didici juvenis quid ſit compoſitio, & quid diviſio, & conceſſi album poſſe eſſe nigrum, impoſſibile tamen album eſſe nigrum. Sed ut fides ædificetur in rebus, excluſo ſophiſmate, ab olim docebat Eccleſia omnem damnatum aliquando potuiſſe ſalvari, & omnem damnandum adhuc poſſe ſalvari, ſi velit. Unde Auguſtinus in lib. *de articulis ſibi falſo imputatis*, in reſponſione ad quintum Articulum, dicit, primum hominem potuiſſe vitare peccatum primum, quo damnavit ſe, &

totum genus humanum. AUGUSTINUS. Non „ (inquit) cujuſquam peccatoris * author eſt „ Deus, ſed naturæ eſt Creator, quæ cum po„teſtatem habuit * non delinquendi, ſponte „ deliquit, & deceptori propria voluntate ſe „ ſubdidit. „ Hæc ille. Ecce quod homo ha-
A buit poteſtatem non delinquendi: qui etiam habuit poteſtatem, quia & voluntatem habuit delinquendi: & ſic qui fuit præſcitus, ut caderet, potuit non cecidiſſe, ſi voluiſſet. Idem Auguſtinus lib. 1. *contra adverſarium legis & prophetarum* cap. XIV. loquens de homine ſecundum ſpeciem, AUGUSTINUS. Quibus (inquit) „ videtur ſic hominem fieri debuiſſe, ut pec„care nollet, non eis diſpliceat ſic eſſe fa„ctum, ut poſſet non peccare, ſi nollet. Num„quid enim, ſi melior eſſet, qui non poſſet „ peccare, ideo non bene factus eſt, qui poſſet „ & non peccare? „ Hæc Auguſtinus. Sic ergo
B homo factus eſt a prima creatione ſui, ut poſſit non peccare ad ruinam, quod tamen fecit, & maxime finetenus. Alioquin, rogo, dicat qui ſcit, ſi non fruſtra oret Eccleſia in communi: *a damnatione perpetua libera nos Domine*. Et illud in *Collecta* poſtcom. feria v. ante Paſſionem: *Cœleſtia dona capientibus, quæſumus Domine, non ad judicium provenire patiaris, quod fidelibus tuis ad remedium providiſti*. Providentia divina enim, quæ eſt pars politica juſtitiæ diſtributivæ, quamvis moralis proles prudentiæ, falli non poteſt, ſicut nec præſcientia. Si ergo providit hoc *ad remedium ſervorum fidelium*,
C nunquid poteſt pati, ut *ad judicium* illorum, vel eorum proveniat: illud ſcilicet judicium, quod in eodem Evangelio notatur, *Qui mala egerunt in reſurrectionem judicii?* Poteſt certe, quia & illi ſic mereri poſſunt, & alii ſic peccare poterant. Unde Auguſtinus loquens de malis creaturis, quas Deus cum creaſſet, erant ca„ſuræ poſterius: Præſciebat (inquit) quid eo„rum factura eſſet voluntas mala: præſcie„bat ſane; & quia falli non poteſt ejus præ„ſcientia, ideo non ipſius, ſed eorum eſt vo„luntas mala -- Et tandem in ſequenti Ca„pitulo. Sed poſſet (inquit) ipſorum volunta-
D „ tem in bonum convertere, quia omnipotens „ eſt. Poſſet plane. Cur ergo non fecit? Quia „ noluit. Cur non voluerit, penes ipſum eſt. „ Hæc Auguſtinus XI. *ſuper Geneſim ad lit.* c. IX. Ecce quod Deus potuit voluntates eorum malas in bonum convertere, non diſſimulat Auguſtinus: ſed *potuit plane*, inquit. Et tandem ſubdit: *ſed noluit*. Poterant ergo iſti non peccaſſe, qualiter etiam damnabiliter peccaverunt: quare ergo non omnis homo adhuc poteſt damnationis ſuæ completæ vitare peccatum? Poteſt equidem, ſed non faciet. Rectius ergo damnari debet, & ſic Deus damnandum præſcit,
E qui potuit omnino, ſed noluit ſalvari, cum potuit.

* Auguſtinus *To. 10. in App. pag. 210.*

* M. peccati

* habuerit

Auguſtinus *To. 8. lib. 1. pag. 558.*

Joan. 5. 29.

Auguſtinus *To. 3. pag. 279.*

CAPUT XXVII.

Quod præſcientia poteſt variari in objecto, ſine omni variatione ſui in principio.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Dubium quoddam proponitur, quod quidem difficultatem ponere videtur in hac materia.*
2. *Solvitur dubium, & corroboratur reſponſio exemplis Medicinæ, & Solis.*
3. *Nova difficultas adducitur, & diluitur, adhibito etiam principio dialectico.*
4. *Altera hæreticorum objectio ponitur, & diſſolvitur.*

5. *Propoſitio illa magiſtralis*, Præſcitus poteſt facere, quod Deus nunquam cum præſciverit ad pœnam, *quomodo veniat intelligenda*.

1. SEd inſtat jam graviſſimum dubium: quomodo non erit Deus in ſe mutabilis, in A præſcientia ſua fallibilis, & in providentia inconſultus, ſi poſſet jam prædeſtinare ad gloriam, quem ab æterno præſcivit ad lapſum, & providit ad pœnam? Hoc enim videretur ſuper omnia mirabilia mirabile maximum.

Johan. 6. 13.
Auguſtinus. To. 3. tract. 24. pag. 481.

2. Sic eſt: ſed ſimile miraculo quinque panum, de quo dicit Auguſtinus in Tract. XXIII. *ſuper Johan.* quod pavit Deus ſemel quinque millia de quinque panibus, & omnes mirantur. Quotidie autem ſatiat de paucis granis innumera millia, & nemo miratur. Sed illud quia ſolitum, hoc quia rarum. Ita quod Deus præſcire poſſet ad pœnam, quem olim prædeſtinavit ad patriam, quamvis de certo non faciat, plures mirantur, multi diffidunt; cum tamen ſine ſuæ mutatione voluntatis, quem nunquam creavit, jam creat ad præſens: & nemo criminatur Deum mutabilem. Et quem ſua voluntate creavit ad *eſſe*, & ſua eadem voluntate perducere poteſt, adnihilando, ad *non eſſe*, ſine mutatione ſui eſſe. Ubi ergo eſt mutatio?

Morienti homini Deus occurrit, ut ſpiret ad ſalutem.

Nonne in creatura mutata? Et creatura cum infirmatur uſque ad mortem, nonne Deus occurrit, qui prius non occurrebat; & hoc per certa media, ut ſpiret ad ſalutem? Quis facit hoc? Nonne ille, qui dixit: *Ego Deus, qui non mutor?* Beatus autem Auguſtinus in *ſententiis Proſperi*, ſententia CCCLXXXIV. AUGUSTINUS.

Malach. 3. 6.
** Auguſtinus To. 10. Sent. 384. pag. 252.*

„ Ut ars Medicinæ (inquit), cum eadem maneat, neque ullo modo ipſa mutetur, mutat tamen præcepta languentibus, quia mutabilis eſt noſtra valetudo: ita Divina Providentia, cum ſit ipſa omnino immutabilis, mutabili tamen creaturæ varie ſubvenit, & pro diverſitate morborum, aliis alia jubet, aut negat *: ut a vitio, unde mors incipit, & ab ipſa morte, ad naturam ſuam & eſſentiam, ea quæ deficiunt, ideſt, ad nihilum tendunt, reducat, & firmet.„ Hæc Auguſtinus.

** M. vetat.*

Ecce videtis, quod non mutatur D Deus ad omnem, vel aliquam mutationem creatæ naturæ: multo magis ſi non mutabitur creatura a termino ſibi præfixo, non Deus mutabitur. Et ab æquo, ſi poterit creatura mutari, Deus tamen mutari non poterit. Sed videamus principale, quod intenditur. Nonne Deus poteſt prærogare nobis gratiam prædeſtinationis indebitam, nobis inquam, quibus debitum damnationis judicium eſt præſcitum? Et ne Dominum meum importune præveniam, præcedat Dominus meus Auguſtinus Vexillifer Eccleſiæ, dicens in Libro ſuo *de prædeſt. Sanctorum*, qui incipit, *Addere etiam hæc*, propoſitione finali (*a*), AUGUSTINUS. E Nemo (inquit)

** Auguſtinus To. 10. pag. 50.*
2. Tim. 2. 19.

„ glorietur, nemo deſperet. Solus enim Dominus ſcit qui ſunt ejus. In quantum etiam poſſumus, omnes homines ad bonum opus adhortemur: nulli autem deſperationem demus, pro invicem oremus, in conſpectu nos humiliemus Dei, dicentes: *fiat voluntas tua*. Ipſius erit poteſtatis judicium in nobis debitum mutare damnationis, gratiam prædeſtinationis indebitam prærogare.„ Jam auſus ſum certe profiteri, quod dixeram, Deum ſcilicet, poſſe gratiam nobis prærogare prædeſtinationis indebitam; & ut *nobis* intelligas *numeratis præſcitis*, præpoſuit: *Ipſius erit poteſtatis judicium in nobis debitum mutare damnationis*.

Matth. 6. 10.

Poteſt ergo mutare damnationis ſententiam, etiam æternæ: poteſt quidem; ſed non hoc facturus eſt. Audeo dicere, ipſe novit, qui ſunt ejus, quamvis plures poſſint ejus eſſe quam ſint, vel unquam futuri ſunt, pro quibus nunquam orarem, niſi ſicut pro diabolo facerem, ſi eos agnoſcerem. Sicut & me docet Auguſtinus in Libro XXI. *de Civ. Dei:* non quia boni finaliter, & beati eſſe non poſſunt, ſed quia de certo, & veriſſimo futuro, finaliter boni non erunt; & hoc quia boni eſſe non volent. Ideo diſtinguantur prudenter dicta Doctorum in hac materia, quid ſcilicet loquuntur *de facto* & *certo futuro*, quidque *de poſſibili*. Auguſtinus enim in omni loco, quo cum vidi, ſecundum hunc modum diſtincte loquens, propoſitiones ſuas affirmat, vel negat.

2. Tim. 2. 19.
Auguſtinus Cap. 9. & 27.

Accedamus adhuc propius, & videamus in Sole tria per ordinem: *Solem in ſe*; B ſecundo, *lucere*, vel *lucem*, actum ejus primum, & innatum; & tertio, *illuminare*, vel *lumen*, actum ejus emanantem, in quo ad mortalia iſta pertingit. Ponamus ipſum Solem ſemper ſtantem eſſe oculum Mundi, ſicut finxere Poetæ (*b*), viſionemque fieri per extramiſſionem viſualium radiorum; nonne ſine mutatione Solis, vel lucis ejus, illuminatur aliquid, ſcilicet, quod videtur a Sole, quod jam noviter ſe ipſum ponit intra Solis aſpectum, quod nunquam ante illuminabatur ab eo? Nonne & idem Sol, ſine omni mutatione ſui, poteſt illud idem non videre, vel illuminare, ſi parumper ſe ſubtraxerit ab ejus intuitu? C Cur ergo non conformiter manere poterit immutabilis Deus, ſi oculo præſcientiæ ſuæ viderit iſtum poſſe ſalvari, & illuminandum lumine gratiæ ultimatæ, quoniam voluntarie ſe intra iſtud lumen conſtituit, & iterum ipſum ſcire perdendum in tenebris, qui ab illo lumine ſe ſponte ſubtraxerit?

Præſcientia Dei, ſicut Sol.

Et nonne idem Sol eodem radio ſuo, camdem herbam madentem humore facit vireſcere, & eamdem, humore conſumpto, areſacit in fœnum? Cur ergo non idem Deus eumdem hominem providere poteſt ad pœnam, humore ſuæ gratiæ epotato, quem cum inundaret rore gratiæ, providit ad gloriam? Inde Beatus Auguſtinus probat hoc ipſum, quia idem Sol, ſine mutatione ſui, oculis ægris eſt aſper, qui ſanis eſt dulcis, XXII. *de Civ. Dei* cap. 11. AUGUSTINUS. Cum Deus mutare dicitur voluntatem, ut quibus lenis erat, v. g., reddatur iratus; illi potius, quam ille, mutantur, & cum quodammodo mutatum in his, quæ patiuntur, inveniunt: ſicut mutatur Sol oculis ſauciatis, & aſper quodammodo exiſtit *, & ex delectabili moleſtus efficitur, cum ipſe apud ſemetipſum maneat id * quod fuit.„ Hæc Auguſtinus.

Auguſtinus To. 7. pag. 656.
** M. ex miti.*
** M. idem.*

Intelligamus igitur conformiter Deum verum Solem, præſcientiamque ejus ſimplicem actum primum, tanquam lucem: providentiam vero ejus ad pœnam, vel præmia *, ſecundum merita ſingulorum, tanquam actum ſecundum, & emanantem. Manet ergo eadem præſcientia ſimpliciter invariabilis in ſuo principio, quæ mutari videtur in termino. Quod enim Deus præſcit iſtum ad pœnam, quem poſſet ad gratiam præparare, non eſſet mutatio præſcientiæ in fonte ſuo, ſed nova ſuſceptio ejuſdem lucis in termino. Sic enim dicitur lumen *lux emanans*.

** Cod. Vat. patriam.*
Lumen eſt lux emanans.

3. Sed objicis: *ergo idem mutabile erit*, & *immutabile; neceſſarium*, & *contingens*. Non ſic;

(*a*) Sequentem textum habes nunc in Lib. *6. Hypognoſticon*, Tom. 10. pag. 50. in fine.

(*b*) Ægyptii, ac Stoici, quos lib. 4. *de Civ. Dei* cap. 12. redarguit Auguſtinus, putabant Mundum eſſe quoddam animal ſenſibus, ac membris præditum. Hinc de Sole veluti de oculo Mundi cecinit Homerus, quod ſit *cuncta intuens*, prout eum recitat Plinius lib. 2. cap. 6.

ſic; ſed idem neceſſarium poſſet eſſe principium varii, & oppoſiti contingentis, puta ad variationem medii; & ita diſcas illud logicale principium eſſe verum, quod *ex mixtione neceſſarii, & contingentis, ſequitur contingens varium*: ut omnis benemeritus præſcitur ad gloriam, & ſolus talis; Thomas erit benemeritus: ergo præſcietur ad gloriam. Et variato medio contingenti, ex eodem neceſſario ſequitur contingens oppoſitum. Unde ſequitur: omnis benemeritus, & ſolus talis, præſcitur ad gloriam; Thomas non erit talis: ergo præſcietur ad pœnam. Anſelmus autem videtur magis approbare quod dixi, idem ſcilicet eſſe mutabile in tempore, & immutabile in æternitate. Unde in *de concordia præſcientiæ, & prædeſtinationis*, cap. VIII. ANSELMUS. Sicut (inquit) quamvis in æternitate non fuit, aut erit aliquid, ſed tantum ,, eſt; & tamen in tempore fuit, & erit aliquid ſine repugnantia: ita quod in æternitate mutari nequit, in tempore aliquando ,, per liberam voluntatem, antequam ſit, eſſe ,, mutabile probatur, abſque inconvenientia -- ,, Et infra -- Cum autem res aliter eſſe cognoſcatur in tempore, quam in æternitate: ut ,, aliquando verum ſit, quoniam aliquid non ,, eſt in tempore, quod eſt in æternitate: & ,, quia fuit in tempore, quod ibi non fuit; ,, & erit temporaliter, quod ibi non erit: nulla ratione negari videtur poſſe ſimiliter aliquid eſſe in tempore mutabile, quod ibi eſt ,, immutabile. Quippe non magis oppoſita ſunt, ,, *mutabile in tempore, & immutabile in æternitate*; quam *non eſſe in aliquo tempore, & eſſe ſemper in æternitate* -- Sequitur. -- Non ,, enim dico actionem meam craſtinam nullo ,, tempore eſſe; ſed hodie tamen * nego eam ,, eſſe, quæ tamen ſemper eſt in æternitate.,, Hæc ille.

Anſelmus *queſt. 1. cap. 5. pag. 125.*

Quod in æternitate mutari nequit, poteſt mutari in tempore.

* *M. tantum.*

4. Secundum hoc igitur præſcientia Petri objectiva poteſt mutari in tempore, quamvis ſit certa in æternitate. Non forſan ſatiantur quidam his ſolidis, ſed ad logicas invectiones aures erigunt ſitibundas. Si (inquiunt) Petrus præſcitus ad pœnam, ſuo merito contingenti poteſt prædeſtinari ad præmium; poteſt ergo Petrus facere, quod Deus nunquam præſciverit eum ad pœnam; cum tamen de certo Deus ab æterno præſciverit eum ad pœnam. Quamvis multi moderni affirment conſequentiam, & conſequens, juxta jam dictum Anſelmi, *Quod eſt immutabile in æternitate, eſt mutabile in tempore:* mihi tamen, ſalva fide Majorum, videtur inſtandum ex multis. Primo, quia eſt ſatis importuna deductio. Sic igitur arguatur paulatim: *Petrus præſcitus poteſt vitare peccatum ſuum finale; ergo poteſt facere, unde decedat cum venia:* & placet quod infertur. Et tandem ultra: *ſed non poteſt ſine præſcientia Dei; Deus ergo præſciet eum vitaturum peccatum, & veniam habiturum*. Sed ibi nego ſequelam, quia infert futurum de certo, loco unius futuri de poſſibili. Concludat ergo cum modo: *Deus qui præſcit eum poſſe vitare peccatum finale:* & verum eſt. Et tunc ultra: *Ergo poteſt eſſe ex parte Dei, quod Deus nunquam præſcivit eum ad pœnam, quem tamen præſcivit de facto*. Non ſic; ſed hoc debet concludi cum modo: *ergo præſcit Deus iſtum poſſe non ſubire vitam æternam, quem tamen præſcivit de facto ſubiturum eam pro merito*. Et ſic conceditur. Cadat ergo modus poſſibilis, vel contingens ſuper rem contingentem, ſecundum quam eſt tota variatio. Infallibilitas enim, & neceſſitas eſt ex parte præſcientiæ, cum ſit actus primus, & quaſi immanens Deitatis: contingentia vero eſt actus libertatis noſtræ, & conſequenter pœnæ, vel præmii; ſecundum quod eſt terminus intrinſecus Divinæ Providentiæ. Unde Hugo ſic concipiens Auguſtinum, dixit Lib. 1. *de Sacramentis*, parte 11. cap. ultimo, HUGO. Dicunt quidam: ſed providentia mutari non ,, poteſt, nec caſſari: eventus autem impediri ,, poteſt, ut non fiat, quod futurum eſt. Si ,, autem impediretur eventus rei, (quod fieri ,, poteſt), mutaretur, vel caſſaretur providentia; quod fieri omnino non poteſt. Sed nos ,, reſpondemus, quod ſi mutaretur eventus, ,, (quod fieri poteſt) nec mutaretur, nec caſſaretur providentia: quia hoc fieri omnino non ,, poteſt: ſed potius nunquam fuiſſet prævi- ,, ſum, quod nunquam fuerat futurum: & conſtaret providentia in eo, ut non fieret; ſicut ,, modo conſiſtit in eo, ut fieret.,, Hæc ille.

Hugo *de S. Vict. To. 2. cap. 22. pag. 503.*

Et concedatur ergo, quod iſte præſcitus poteſt mereri beatitudinem, & Deus præſcit eum ſic poſſe mereri; & nunquam ſequetur, quod Deus præſciet aliquid, cujus oppoſitum ab æterno præſcivit; ſed quod ab æterno præſcivit eum ſic poſſe, & non ſic futurum. Et ſic bene conveniunt, ſi bene aptentur propoſitiones, modus cum modo, & determinatum cum certo. *Præſcitus iſte poteſt vitare peccatum, & Deus præſcivit eum ab æterno poſſe vitare peccatum. Sed iſte non vitabit peccatum, quod poteſt vitare, & Deus præſcivit eum ab æterno non vitaturum peccatum, quod potuit evitare*. Inſto etiam pro priori ſequela: quia concludit *, Petrum poſſe facere Deum præſcire eum ad gloriam; quod ego non video, quia ſic Divina operatio immanens dependeret ex futuro opere creaturæ; quod non admitto: licet hoc ſapiat Armachanus *de quæſtionibus* * *Armenorum*. Et Wicleffus, quamvis in hoc ipſi improperet; ipſe tamen plane concedit capitulo XIII. ſecundi *Trial.* quod *temporale eſt cauſa æternæ prædeſtinationis Dei*. Sed quid oportet hoc dicere, quod tam eſt inſipidum, maxime cum cauſa illimitata, & neceſſaria, cum effectu limitato, & contingenti, non conjungitur, niſi per medium contingens? Dico ergo, quod Petrus poteſt facere ſe irradiari a Sole, ſed non poteſt facere Solem irradiare ſe, quia Sol non eſt in poteſtate Petri. Et Hædus Jacob, qui occurrit ipſi, ut volebat, potuit ſic facere, ut caperetur ab eo; non tamen potuit facere, ut Jacob caperet ipſum. Et ſic præſcitus poteſt facere ſe cum gratia Dei præveniente, ut præſciatur ad gloriam, non autem poteſt facere Deum præſcire ipſum ad gloriam. De hoc enim eſt, quod dicit Job. XXIII. *Ipſe ſolus eſt, & nemo poteſt avertere cogitationes ejus*. Super quo GREGORIUS. Sicut enim immutabilis in natura eſt, ita immutabilis in cogitatione. Ejus ,, quippe cogitationes nullus avertit, quia nemo reſiſtere oculis ejus judicio prævalet. ,, Nam etſi fuerunt quidam, qui deprecationibus ſuis ejus cogitationem avertiſſe viderentur, ita fuit interna ejus cogitatio, ut ſententiam illius avertere deprecando potuiſſent; ,, & ab ipſo acceperunt, quod agerent apud ,, ipſum. Dicat ergo, *& nemo poteſt avertere cogitationes ejus*, quia ſemel fixa judicia mutari nequaquam poſſunt.,, Ubi patet, quod nullus homo poteſt facere Deum ne præſciat; poteſt tamen facere, unde ſic præſciatur; nec tamen mutatur præſcientia Dei: quia ut ſic poſſet, ipſe præſcivit, & ſic fixa judicia non poſſunt mutari.

* Wicleffus

* *Forte erroribus.*

Contradictio Wicleffi.

Quomodo Divina operatio immanens non dependeat ex futuro opere creaturæ.

Gen. 27. 20.

Job. 23. 13.

Gregorius *Tom. 1. lib. 16. cap. 27. pag. 519.*

5. Sic ergo corrigatur illa propoſitio magiſtralis, *Præſcitus poteſt facere, quod Deus nunquam præſciverit eum ad pœnam, & dicatur: Petrus*

trus poteſt facere ſe dignum venia, & Deus præſcit eum poſſe coronari. Vel ſic propinquius: *Deus præſcit eum poſſe nunquam ſubire pœnam, ad quam præſcivit eum ab æterno: & hoc eſt, quia non vitabit de facto: & hoc Deus præſcit*. Sed ſi objiciatur, quod non eſt paſſivum ſine activo; ideo qui poteſt ſe ſtatuere, ut ſic patiatur ab agente, ipſe poteſt facere agens ſic agere, unde patiatur. Ego reſpondeo, me audiſſe quandoque, quod paſſio ſit effectus, & illatio actionis. Audivi etiam, quod *quidquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati*. Fateor, non audivi, quod *quidquid eſt cauſatum a cauſa, eſt cauſa cauſæ*. Hoc autem in præcedentibus oporteret (*a*). Quod ergo conceditur ſine omni inconvenienti a quibuſdam, mens audire perhorret; & magis, ideo quod non oportet, ſi logica tenaciter ſervaretur cum naturis rerum, quod ſcilicet creatura poteſt impedire Divinum propoſitum: quod poteſt facere, ne velit, quod ab æterno volebat, & e contrario: quod poteſt facere Deum prædeſtinare eum ad vitam, qui ſemper præſcivit eum ad pœnam: quod poteſt facere, quod Deus nunquam præſcivit eum ad pœnam, qui de facto ſic præſcivit eum ab æterno. Sine percunctatione hæc declino, abnego, & a procul devito. Sed iſtis concedo, Deum præſcire iſtum poſſe ſalvari, qui eſt præſcitus; & præſcitum ad pœnam præſciri poſſe ad vitam; & hoc de omnipotentia Dei, dicens ſemper illud Pſalmi: *Mutabis ea, & mutabuntur: Tu autem idem ipſe es*. Quod autem ego dico Deum præſcire hoc poſſibile, ſic accipitur cum futuritione ſecreta, quod Deus præſcit hoc fore. Poſſibile, vel eſſe, vel fore poſſibile, eſt partiale objectum *præſcientiæ* ratione futuritionis incluſæ. Simpliciter autem poſſibile, ſicut dixi *, eſt objectum *intelligentiæ*.

Præſcientia Dei, tamquam agens, non dependet a creatura, tamquam a patiente.

Pſalm. 101. 27.

* *Vide ſupra, cap.* 26. *num.* 3.

CAPUT XXVIII.

Contra quoſdam ponentes neceſſitatem prævenientem in futuris eventis, conſequentem tamen cauſas primas, ſic, quod non evenire non poſſint univerſa futura.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Qua ratione quidam conceſſerint prævenientem neceſſitatem futurorum eventuum.*
2. *Alterius cujuſdam Doctoris opinio recenſetur, ſed non laudabilis.*
3. *Quibus authoritatibus prima opinio ſe ipſam tuebatur.*
4. *Quod qui primam tuentur opinionem, in hoc grave periculum labuntur, nempe, quod peccatum contrahitur voluntate Divina cogente.*
5. *Hujus poſitionis falſitas oſtenditur, ſalvaturque arbitrii voluntas.*
6. *Frivola quædam Adverſariorum reſponſio adducitur, diluiturque.*
7. *Oſtenditur adhuc ad mentem Auguſtini hujus opinionis ſtoliditas.*
8. *Peccatum hominis, nullas habere cauſas ſuperiores, ſed tantum liberam voluntatem, concluditur.*

1. URget adhuc honor Divinæ præſcientiæ, ut aliquid de neceſſitate illius tractemus, ſimul & infallibilitate Divinæ providentiæ cum concurſu contingentiæ futurorum eventuum. Non ſunt perminimi homines, nec in Scripturis Sacris indocti (*b*), quorum aliqui non multum ante nos conceſſerunt, ponentes in ſcriptis, neceſſitatem futurorum eventuum: ſed caventes abſolutam, *reſpectivam* eſſe dixerunt, & prævenientem quemcumque futurum effectum, ne propter contingentiam liberam rei futuræ, neceſſaria macula fallibilitatis concludi poſſet, vel certiſſimæ prophetiæ.

2. Alius vero famoſus Scriptor contingentiam affirmat in futuris eventibus, ſed tunc Dei providentiam, ſive prophetiam fallibilem eſſe confirmat (*c*). Similes, ut videtur, Arianis, & Sabellianis, quorum priores, ne dicerent Deum temporaneum Filium Dei, Deum naturaliter abnegabant. Secundi autem, ut Dei Filium confiterentur naturaliter Deum etiam, eundem Deum Deo Patri perſonaliter affirmabant. Sic priores de prædictis ita ponunt Deum pro certo præſcium, ut negent eum omnipotentem, dicentes, rem ſic eſſe futuram: ideo nec Deum poſſe vitare, ne veniat: ſecundi ponunt Deum ſic omnipotentem circa contingentes effectus, ut non vitent præſcientiam, vel prophetiam ejus poſſe eſſe fallacem. Sed *inter medium montium pertranſibunt aquæ*. Iſti, montes erant, fateor, & magni Doctores; & unuſquiſque *ſuum* duxit; non autem *medium*, ſicut exponit prædictum verſum Beatus AUGUSTINUS. Quod (inquit) medium eſt, commune eſt. Res communis, unde omnes æqualiter vivunt, media eſt, nec attinet ad te, nec ad me. Audi aquas inter medium montium, quia communis illis fides erat, nec quiſquam aquas quaſi proprias habebat – Et infra – Veritas nec mea ſit, nec tua, ut mea ſit & tua. Audi iſtum, & ipſum montem. Sive autem ego, ſive ille *, ſic prædicamus, & ſic crediſtis: ſecurus dixit, ſive ego, ſive ille. Inter medium Montium enim fluebant aquæ; nulla de aquis diſcordia montium, ſed pax conſenſionis, & ſocietas charitatis. Si quis autem vellet aliud prædicare, jam de ſuo prædicaret, non de medio. „ An iſti *in medio* pertranſeant, ideſt, in communi conſenſu Eccleſiaſticæ doctrinæ, videbimus. Hauriemus enim aquas de fontibus Salvatoris: proceſſus Scripturæ, & antiquorum ſcripta Doctorum, quorum aquæ ſemper cum communi determinatione currebant Eccleſiæ; & quorum aquæ cum eis emergunt, cum iis curremus & nos.

Pſal. 103. 10.

Auguſtinus *To.* 4. *Serm.* 2. *pag.* 1148.

* *M.* illi.

Iſai. 12. 3.

3. Primus * probat & neceſſitatem præcedentem in futuris, & impoſſibilitatem eventus oppoſiti per hoc, quod dicit Balaam in lib. numer. *Num poſſum aliud loqui, niſi quod dederit mihi Dominus*, & illud Joan. *non poterant credere, quoniam Iſaias ait: auditu audietis, & non intelligetis*. Et Navicula Petri turbari poterat, mergi non poterat (*d*). Et Auguſtinus dicit *de fide ad Petrum: quod ad vitam prædeſtinati, perdi non poſſunt*, & cætera his ſimilia, per quæ probare ſe putat, quod omnia, quæ evenient, ſimplici neceſſitate provenient, ita quod omnino impoſſibile ſit ea non evenire, vel aliter evenire, quam ut evenient de futuro. Subdit tamen; quod iſta neceſſitas libertati non repugnat arbitrii, eo quod duplicem cauſam reſpiciat: Cauſam ſuperiorem, penes quam neceſſitatem ſuam habet, ſcilicet ſcientiam,

* *ſubaudi* Wicleffus.

num. 23. 12.

Johan. 12. 39.

Matth. 14. 24.

* Auguſtinus. *To.* 6. *in app. pag.* 32. *num.* 78.

(*a*) *Oporteret*, ideſt, *ſequeretur* ex præcedentibus in argumento Adverſariorum.

(*b*) Doctores iſtos Catholicos ſuppreſſo nomine redarguit *Waldenſis*, ne eorum, vel ſequacium excitet verecundiam. Nefas ergo mihi eſt illos hic prodere: ſed ſufficiet adnotare quod illa ætate quidam claruerant Scholaſtici, quorum doctrinam de Dei *Præſcientia* ſæpe & magnopere laudat *Twiſſius*, tamquam jam ab illo tempore futuris faventem Calviniſtis. Videndus hac de re *Joannes Baptiſta Gonet* in ſua *Apologia Thomiſtica* To. 1. art. 6.

(*c*) Hæretica hæc ſententia Armachano tribuitur a Wicleffo.

(*d*) Vide infra cap. 30. num. 6.

tiam, & voluntatem Divinam; & aliquam cau-
ſam mediam reſpicit pro cauſa ſecunda, per
quam providit Deus rem talem eſſe futuram:
ſicut talem virum dantem eleemoſinam provi-
dit Deus ad relevandam talis inopiam. Et ſic
in ſecundis cauſis eſt libertas, & poſſibilitas a-
liter eveniendi, non autem in primis. Sed A
* Wicleffum. quando arguitur contra eum *, quod efficien-
tia talis cauſæ ſecundæ eſt aliquis futurus even-
tus, & a cauſis ſupremis proviſus, ſcilicet, ſcien-
tia, & voluntate Divina; ergo quomodo non effe-
ctus reſpicit eum ordine neceſſario, & per hoc non
libero? Ibi luctatur cum argumento, ſicut Ja-
Gen. 32. 24. cob cum Angelo, quouſque emarcuerit nervus
in fœmore, & ſua ipſa reſponſione ſuccumbat.

4. Ubi autem Venerabilis Anſelmus, & San-
ctus Thomas clariſſimo ore dicunt, non eſſe
ibi neceſſitatem aliquam præcedentem, ſed con-
ſequentem, quæ nihil efficit: ipſe omnino im-
ponit eis neceſſitatem ponere præcedentem, quæ B
Wicleffus. rem obliget ad eventum. „ Voluntas (inquit)
„ Divina, ſecundum Auguſtinum, eſt neceſſitas
„ in rebus, ut ſint: & ſic voluntate Divina præ-
„ veniente & neceſſitante, peccatum contrahitur
„ a peccante; & non peccare non poterit: quia
„ ſic præſcivit Deus, & ſic voluit. „ In majus pro-
cedit error, non dubium, & contra hoc quod
Auguſtinus ſcripſit, & Doctores quilibet Ortho-
doxi per univerſam Eccleſiam.

* Cap. 23. n. 2. & cap. 25. num. 2. 5. Audiſtis ſupra * Hieronymum dicentem,
quod propter libertatem arbitrii, nec ad pec-
candum neceſſitate trahimur, nec ad meren-
dum. Sic Auguſtinus, ſic Chryſoſtomus indu- C
cuntur planiſſime. Et Auguſtinus omnibus vi-
* *Subaudi* hæreticos. ribus elaborat contra *Prædeſtinatos* *, hoc ipſum
ſectantes, & tenentes execrabile documentum.
Unde in Libro *de Capitulis ſibi falſi imputatis*,
* Auguſtinus *Tom. 10. pag. 213. in append.* in ſatisfactione ad xv. articulum, AUGUSTINUS.
„ Nemini (inquit) Deus correctionis adimit viam,
„ nec quemquam boni poſſibilitate diſpoliat.
„ Quia qui ſe a Deo avertit, ipſe & velle
„ quod bonum eſt, & poſſe, ſibi ſuſtulit. Non
„ eſt ergo conſequens, ſicut putant, qui talia
„ objiciunt, ut Deus, quibus pœnitentiam non
„ dederit, reſipiſcentiam abſtulerit, & quos
„ non levaverit, alliſerit: cum aliud ſit inſon- D
„ tem in crimen egiſſe, quod alienum eſt a
„ Deo; aliud crimino ſo veniam non dediſſe;
* *M.* peccatoris. „ quod de peccatorum * eſt merito. „ Hæc
Auguſtinus. Quid planius? Quid clarius? *Alie-
num eſt a Deo agere inſontem in crimen.* Quo-
modo tu dicis: *Immo per voluntatem ſuam im-
pellit, & neceſſitat?* Et adhuc pertinacius di-
cis, quod *per præſcientiam ſuam?* Et Auguſti-
* Auguſtinus *To. 10. pag. 312. in Append.* nus ibi dicit ad Art. XIII. AUGUSTINUS.
„ Nefas eſt Deo adſcribere cauſas talium rui-
„ narum; qui etſi ex æterna ſcientia præco-
„ gnitum habet, quod uniuſcujuſque meritis
„ retributurus eſt; nemini tamen per hoc quod E
„ falli non poteſt, aut neceſſitatem, aut volunta-
„ tem intulit delinquendi. „ Hæc ille. Immo
Wicleffus. (inquit), *quando obdurat, & mittit in repro-
bum ſenſum.* At nonne obduratio eſt actio Di-
vinæ voluntatis? Non, niſi ſicut omiſſio, vel
abſentia Nautæ eſt cauſa naufragii. Sic enim
dicit Auguſtinus Judæos obduratos, *ſuper Jo-
Auguſtinus To. 3. pag. 646. han.* homilia LIII. AUGUSTINUS. Dicit enim
„ Propheta, quod dedit illis Deus ſpiritum
„ compunctionis, oculos, ut non videant, &
Quo ſenſu Deus excœcat, & indurat peccatores. „ aures, ut non audiant, & excœcavit oculos
„ eorum, & induravit cor eorum. Etiam hoc
„ eorum voluntatem meruiſſe, reſpondeo. Sic
„ enim excœcat, ſic obdurat Deus, deſerendo,
„ & non adjuvando: quod occulto judicio fa-
Pag. 647. „ cere poteſt, inique non poteſt -- Et verſus
„ finem Tractatus dicit -- Hinc excœcantur,
„ & indurantur, quia negante Deo adjutorium,
„ non adjuvantur. Hoc de judæis, qui excæ-
„ cati, & indurati ſunt, Deus præſcivit, at-
„ que in ejus ſpiritu Propheta prædixit. „ Hæc
Auguſtinus. Vides ergo, quod obduratio ſit de-
ſerendo, & non adjuvando, idest, non aliquid
conferendo, ut induret: quemadmodum per-
petua humidi deſertione humor induruit in cri-
ſtallum. Verumtamen fides clara eſt, & lata,
quod ſicut in actum bonum voluntas humana
non tendit, niſi voluntate præventa Divina,
ita voluntas Divina conſenſum actus mali, vel
humani delicti non prævenit, ſed ſola perver-
ſa voluntas eſt autrix culpæ; utrobique tamen
voluntas eſt libera; nec ad vitam, nec ad mor-
tem ſpecie neceſſitatis obducta. Unde Lib. VI.
ſuper Lucam AMBROSIUS. Dividit eſcas Domi- Ambroſius
„ nus Jeſus. Et ille quidem vult dare omni- *Tom. 1. in cap.*
„ bus, negat nemini: diſpenſator eſt enim *9. Luc. pag.*
„ omnium. Sed cum ille panes frangit, & dat *1401. num. 76.*
„ Diſcipulis; ſi tu manus non extendas tuas,
„ ut accipias tibi eſcas, deficies in via; nec
„ poteris in eum culpam tuam deferre, qui
„ miſeretur, & dividit; ſed iis dividit, qui
„ cum eo in deſerto permanent; qui & pri-
„ mo, & ſecundo, & die tertio non recedunt.
-- Et ſequitur. -- Noli ergo deficere a diſcipli-
„ na Domini, neque fatigeris, cum ab eo in-
„ creparis. Non fatigeris nunc, ne poſtea fa-
„ tigeris. Quid enim reſpondebis ei; aut quo-
„ modo excuſabis te, ſi eam * virtutem, quam * *M.* eſcæ.
„ adminiſtrat, amiſeris? Non potes dicere,
„ quia eſcam non dedit, quia dat omnibus.
„ Non potes dicere, quia noluit, te bonum
„ facere, ante quem poſuit bonum, & ma-
„ lum; ut non ex neceſſitate bonum tuum eſ-
„ ſet, ſed voluntarium. MULTUM REFERT E-
„ NIM inter eum, qui neceſſitate invitus ali-
„ quid agit, & inter eum, qui ex voluntate
„ bonum eligit. „ Hæc Ambroſius.

6. Pleni ſunt Catholicorum libri his verita-
tibus: nullum niſi ſua voluntate, ſine prævia
neceſſitate, perdendum. Quod ſi dicas non ne-
ceſſitari *neceſſitate coactionis*; certe ſi neceſſitan-
tur ita, ut motum ſuum cohibere non poſſint,
a coacto non diſtant. Quinimmo niſi quis in
plena poteſtate habuerit ſe cohibere, ſi velit,
Auguſtino videtur, quod cogitur, vel ſi non
cogitur, ejus eſſe tantummodo poteſtatis. Un-
de III. *de lib. arbitr.* cap. II. AUGUSTINUS. Auguſtinus
„ Credo meminiſſe te, in prima diſputatione *To. 1. lib. 3.*
„ ſatis eſſe compertum, nulla re fieri mentem *cap. 1. de lib.*
„ ſervam libidinis, niſi propria voluntate: nam *arb. pag. 610.*
„ neque a ſuperiori, neque ab æquali eam poſ-
„ ſe ad hoc dedecus cogi, quia injuſtum eſt;
„ neque ab inferiori, quia non poteſt. Reſtat
„ igitur, ut ejus proprius ſit iſte motus, quo
„ fruendi voluntatem ad creaturam a Creatore
„ convertit. „ Hæc Auguſtinus. Ecce argumen-
tum: *Si non cogitur, ejus proprius eſt motus.*
Poſtea autem deducit, quod non eſt tantum
motus ejus proprius, ſed omnino *voluntarius*;
alioquin non eſſet culpabilis, ſicut nec motus
lapidis. AUGUSTINUS. Lapidem (inquit) ſi quis Auguſtinus *ibid.*
„ dicat peccare, quod pondere ſuo tendit ad * * *M.* in
„ infima, non dicam ipſo lapide ſtolidior; ſed
„ profecto demens judicatur. Animum vero
„ peccati arguimus, cum eum convincimus, ſu-
„ perioribus deſertis, ad fruendum inferiora præ-
„ ponere. Propterea quid opus eſt quærere,
„ unde iſte motus exiſtat, quo voluntas aver-
„ titur ab incommutabili bono ad commuta- Peccatum culpabile quia voluntarium.
„ bile bonum, cum eum nonniſi animi, & vo-
„ luntarium, & ob hoc culpabilem eſſe fatea-
„ mur; omniſque de hac re diſciplina utilis,
„ ad id valeat, ut eo motu improbato, atque
„ cohi-

„ cohibito, voluntatem noſtram ad fruendum „ ſempiterno bono, a lapſu temporalium con- „ vertamus? „ Hæc ille. Quam plane concludit, & concludendo excludit Deum, & omnes cauſas ſuperiores, omnem præſcientiam, omnem voluntatem divinam ab efficientia motus peccantis liberæ voluntatis, dicens, *cum eum nonniſi animi, & voluntarium, & ob hoc culpabilem eſſe fateamur?*

7. Procedamus adhuc, ut videamus quantum iſte (*a*) ab Auguſtino recedit, & fide Eccleſiæ. Quærebatur ab eo, an peccator omnis libere peccet, ſtante neceſſitate majoris? Dicit quod ſic: quia in comparatione ad cauſas inferiores. Sed tunc dicebatur, quo pacto libere peccat, qui cohibere peccatum ſuum, obſtante neceſſitate, non poſſet? Certe non ego; ſed Auguſtinus illi plane concludit, quod ſi in poteſtate noſtra non eſt, nec in libertate erit. Tertio de libero arbitrio, capitulo III. AUGUSTINUS. Voluntas noſtra voluntas non eſſet, niſi eſſet in „ noſtra poteſtate. Porro quia eſt in noſtra po- „ teſtate, libera eſt nobis: non enim eſt libe- „ rum nobis, quod in poteſtate non habemus: „ aut ſi poteſt non eſſe liberum quod habe- „ mus in poteſtate, illud æque non eſt libe- „ rum. Hæc ille. „ Ecce quomodo te circundat Auguſtinus, ne fugias veritatem: *non eſt* (inquit) *liberum nobis, quod in poteſtate non habemus*. Sed ne cavillari poſſes, dicendo: verum eſt; ideo in poteſtate noſtra habemus quod accipimus a cauſis inferioribus, & inde libertas; non tamen eſt in noſtra poteſtate, quod a ſuperioribus cauſis eſt inditum nobis; & inde neceſſitas: inde copulatim addidit Auguſtinus: *aut ſi poteſt non eſſe liberum, quod habemus in poteſtate, illud æque non eſt liberum*: ergo undecunque ab extra intuleris neceſſitatem, quæ derogat poteſtati, ſtatim præjudicas libertati. Unde poſt in eodem libro concluſionaliter ponit, quod nullus aliquantum peccat in eo, quod vitare non poteſt: & ideo cap. X. AUGUSTINUS. Lauda (inquit) Creato- „ rem. Omnino ergo non invenio, nec inveni- „ ri poſſe, & prorſus non eſſe confirmo, quo- „ modo tribuantur peccata veſtra Conditori ve- „ ſtro Deo: quando & in ipſis laudabilem eum „ invenio, non ſolum, quod ea punit, ſed & „ quod tunc fiunt, quando ab ejus veritate receditur. „ Hæc Auguſtinus. Mirabilis Deus! quomodo iſte jam invenit, quod Auguſtinus dixit, ſe non inveniſſe, & confirmavit inveniri non poſſe: quomodo ſcilicet peccata poſſint attribui Deo, & cauſis illis ſuperioribus, & præſcientiæ, & voluntati divinæ? Idem ergo Auguſtinus in *Hypognoſtico* contra Pelagianos lib. III. non longe a principio, per hoc deſcribit liberum arbitrium, quod ſit poſitum in hominis poteſtate poſſe agere, vel recuſare. AUGUSTINUS. Cur (inquit) liberum arbitrium dica- „ tur eſſe, paululum differendum. *Arbitrium* „ ſcilicet ab *arbitrando* rationabili conſideratio- „ ne, vel diſcernendo quid eligat, quidve re- „ cuſet, puto, quod nomen accepit: vel ideo „ *liberum* dictum, quod in ſua ſit poſitum po- „ teſtate, habens agendi quod velit poſſibilita- „ tem; quod eſt vitalis & rationalis animæ mo- „ tus. Sed hujuſmodi, ut ante dixi, fuit in „ homine Protoplaſto, cum ante peccatum ma- „ neret illæſus. Non enim per aliud contraxit „ offenſam, niſi quod potuit, ne delinqueret, „ reſiſtere ſuadenti. „ Hæc Auguſtinus. Vides jam, quod Adam non per aliud contraxit offenſam, niſi per arbitrii poteſtatem. Non ergo per neceſſitatem primarum cauſarum præſcientiæ, & voluntatis divinæ. Et iterum attende, quod per poteſtatem illam *potuit reſiſtere ſuadenti*. Hoc contra te videtur: quia ab æterno præſcivit Deus iſtum non velle reſiſtere ſuadenti: & ab æterno Deus voluit, quod non reſiſteret; ergo ſi reſiſteret, poſſet falſare Dei præſcientiam, & ejus volitum impedire. Deus enim non præſcivit tantum effectum ultimum, ſcilicet peccatum Adæ; ſed omnes coefficientias cauſarum mediarum: ergo eadem neceſſitate reſpiciunt cauſas primas cauſæ intermediæ, qua effectus ultimi. Sed nec præſcientia Dei neceſſitat effectum culpæ, nec divina volitio. Immo contra volitionem Dei crimina perpetrantur, & non ex Dei voluntate, niſi ſinente. Unde in *Enchiridii* capitulo IX. AUGUSTINUS. Propte- „ rea namque *magna opera Domini, exquiſita* „ *in omnes voluntates ejus*: ut miro & ineffabi- „ li modo non fiat præter ejus voluntatem, „ quod etiam contra ejus ſit voluntatem. Quia „ non fieret, ſi non ſineret: nec utique nolens „ ſinit, ſed volens; nec ſineret bonum * fieri „ malum *, niſi Omnipotens etiam de malo „ facere poſſet bonum *. „ Hæc Auguſtinus. Ita ergo quamvis Deus peccatis quorumdam utitur ad utilitatem multorum: ſicut eſt uſus Adæ delicto ad majorem gloriam humanitatis noſtræ redemptæ: non tamen catholice dicitur, quod Deus a propoſito, & volitione directa præordinavit tale peccatum fore, maxime cui non poſſet reſiſtere author delicti, ut exinde proveniat majus bonum: quia hoc exemplo, hoc agerent homines, committendo furtum, ut inde parent eleemoſinam; & perpetrando perjurium, ut redimant morientem, contra mandatum illud Apoſtoli: *non faciamus mala, ut eveniant bona*. Sed hoc certa fide credendum: poſtquam contra Dei voluntatem peccaverit quis; volente Deo, peccatum ejus in bonum mutatur alterius, aut forſitan ipſius.

8. Plane ergo patet, peccatum hominis non habere cauſas tales ſuperiores, præſcientiam ſcilicet, & voluntatem divinam; ſed committens ſolum arbitrium: nec factum bonum habet aliquam neceſſitatem, ſed trahentem gratiam, & prævenientem; omneſque actus libertati noſtræ ſubſtratos, liberrimæ poteſtati ſubjectos, & tam in operatione cauſarum primarum, quam ſecundarum cauſarum: magiſque neceſſitari ad peccatum per cauſas medias, quam alias eis priores, puta per malam voluntatem. Unde *de vera religione*, capite XIV. AUGUSTINUS. Nunc „ uſque adeo peccatum voluntarium malum „ eſt, ut nullo modo ſit peccatum, ſi non ſit „ voluntarium: & hoc quidem ita manifeſtum „ eſt, ut nulla hinc Doctorum paucitas, nul- „ la indoctorum turba diſſentiat. Quare aut „ negandum eſt peccatum committi, aut fa- „ tendum eſt voluntate committi -- ſequitur -- „ Poſtremo, ſi non voluntate male facimus, „ nemo objurgandus omnino, aut monendus „ eſt. Quibus ſublatis, Chriſtiana lex & diſci- „ plina omnis religionis auferatur neceſſe eſt. „ Hæc ille.

Auguſtinus To.1.pag.613.

Voluntas libera eſt, quia in noſtra poteſtate eſt.

Auguſtinus To.1.lib.de lib. arb. cap. 26.

Qua ratione Deus ſit laudabilis in peccatis noſtris.

* Auguſtinus To.10.in App. lib. 3. cap. 4. pag. 14.

Liberum arbitrium deſcribitur.

Adam culpabilis, quia potuit culpam vitare.

Auguſtinus To. 6. in Enchir. cap. 100. pag. 234.

Pſal. 110. 2.

Quare Deus permittat malum fieri.

* M. bonus

* M. male.

* M. bene.

Rom. 3. 8.

Auguſtinus To.1.pag.766.

CA-

(*a*) Doctor ſcilicet, de quo ſupra, num. 1.

CAPUT XXIX.

Solvuntur objecta contra omnimodam contingentiam actuum humanorum : & declaratur logica catholici fundamenti.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quomodo aliqui conentur ponere in creaturis neceſſitatem conjunctam cum voluntate.*
2. *Quod iſta neceſſitas eſt impoſſibilis.*
3. *Argumentum quoddam adducitur, quod quidem Wicleffus in hac materia inſolubile exiſtimavit.*
4. *Deum orat, ut digne præſcientiam ſuam æternam vindicare ab hæreticis valeat.*
5. *Solvitur adductum argumentum quam facillime.*
6. *In præſcientia Dei non modo concluditur quod volumus, verum etiam & quod poſſumus.*
7. *Quod dicere oppoſitum, eſt inſignis ſtultitia.*
8. *Regula eſt generalis,* quidquid neceſſe eſt fieri, non voluntate, ſed neceſſitate fit.
9. *Error eorum, qui neceſſitatem in præſcientia Divina poſuerunt, unde ortum habuerit.*

Job 38. 2.

1. FEſtinant jam, ſcio, qui involvunt ſententias, ut me interrogent, utrum nulla ſit neceſſitas a Deo in eventibus creaturæ. „ Poteſt ne, ſi reus mutet vitam, & ipſe præſtare veniam, cum tamen ſemper præſciverit ad pœnam? „ Puto, poteſt. Ariſtoteles enim dixit, omnem potentiam rationalem valere ad oppoſita : quanto magis divinam? Et ipſa quidem rationalis natura, creata eſt ſecundum hanc poteſtatem libera, ne, neceſſitate, non libera eſſet, ſed ſerva, ultima ſervitute. Quantum autem hæc libertas Civium habet in ſe preconii, Ariſtoteles docet v. *Politicor.* & Auguſtinus *de vera religione* cap. XIV. dicens, AUGUSTINUS. „ Quoniam peccari dubium non eſt, nec hoc quidem dubitandum video, habere animas liberum voluntatis arbitrium. Tales enim ſervos ſuos meliores eſſe Deus judicavit, ſi ei ſervirent liberaliter : quod nullo modo poſſet fieri, ſi non voluntate, ſed neceſſitate ſervirent. Liberaliter ergo Angeli Deo ſerviunt. „ Hæc Auguſtinus. Verum eſt (inquit *), ſed ideo dicimus, & voluntate & neceſſitate ipſos * Domino famulari ; & dæmones, & malos homines, & voluntate & neceſſitate : non neceſſitate ſine voluntate peccare.

Potentia rationalis valet ad oppoſita. — Ariſtoteles. — Auguſtinus To. 1. pag. 756. — Servitus ea melior quæ eſt libera. — Angeli Deo libere ſerviunt. — * Wiclevista. — *. *Suppl.* Angelos.

2. Ita dicitis; ſed Auguſtinus non ſapuit unum & eumdem effectum, vel actum, & voluntarium & neceſſarium eſſe poſſe in rationali natura; immo probata voluntate, ſufficienter credidit neceſſitatem excludere : & ideo ſequitur ibidem AUGUSTINUS. Quod autem a perverſo angelo homini perſuaſum dicitur, & ad hoc utique voluntate conſenſit. Nam ſi id neceſſitate feciſſet, nullo peccati crimine teneretur. „ Hæc ille. Quomodo ergo auſi eſtis dicere, quod etſi neceſſitate feciſſet, peccati crimine teneretur? Sed addit * : *poteſt eſſe, quod ſi præſcitus ad pœnam credere velit, vel operibus bonis vacare, Deum hoc illi præſtare poſſe, ſi velit.* Sed numquid volet? volet plane. Audite iterum Auguſtinum *de prædeſtinatione* dicentem, AUGUSTINUS. Non volens „ iniquitatem eſt Deus; nec mandavit cuipiam „ impie agere; nec alicui dedit laxamentum „ peccandi : fecit enim, ut eſſent omnia, & „ ſanabiles nationes orbis terrarum. Imitantur „ autem illum qui ſunt ex parte ejus. Nec dicimus, ut fingitis, *etſi credere volunt, vel operibus bonis Dei vacare: Deum illis hoc nolle præſtare;* cum hujuſmodi velle donum Dei ſit. Si ergo ex Deo eſt quod volunt, vult Deus perfectum fieri quod donavit: ſi autem ex Deo non eſt, ſed eſt de jactantia propriæ voluntatis, quia * ſe meritis Deum exiſtimant promereri, maniſeſte quod volunt capere non poſſunt: quia non volentis (inquit Apoſtolus) neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. „ Hæc Auguſtinus.

Auguſtinus *Ibid. pag.* 757. — * Wiclevista. — * Auguſtinus *In Hypognoſtico, lib.* 6. *cap.* 7. *To.* 10. *pag.* 48. — *Pſal.* 5. 5. — *Eccli* 15. 21. — *Sap.* 1. 14. *Ibid.* 2. 24. — * *M.* quo — *Rom.* 9. 16.

3. Procedit adhuc ultra noſter Logicus, & agitat argumentum, quod Wicleffus dicit, Armachanum viginti annorum ſtudio non aliter ſolvere potuiſſe, niſi dicendo contra omnes Catholicos, quod Chriſtus errare poſſet, & totam Eccleſiam fallere (a). Argumentum autem eſt hoc : *Deus præſcivit, prophetavit, vel aſſeruit hoc eſſe futurum: ergo hoc eſt, fuit, vel erit.* Iſta conſequentia eſt bona : antecedens eſt neceſſarium abſolute; ergo & conſequens.

4. O Magne Deus! cujus prophetia immenſa, & præſcientia infinita ; qui abſcondis myſteria tua a ſapientibus, & prudentibus, & revelas ea parvulis: fac me de præſcientia tua ſic ſentire & ſcribere, ut nulla logica improviſa, non corrupta profeſſio ſcandalizet vel me, vel per me, aliquem de puſillis tuis, qui in te credunt. Fateor coram te: mallem ſuſpendi mihi molam aſinariam circa collum, & in profundum maris demergi, quam vel ſemel aſſerere te poſſe falli, vel fallere: prophetiam tuam poſſe eſſe mendacem; prædeſtinationem tuam mutabilem, vel præſcientiam tuam variabilem & incertam. Hæretica eſſe omnia iſta proclamo omni corde, ſacrilega & blaſphema. Æque autem condemno quemquam poſſe facere, quod eum facturum non præſciveris; vel poſſe facere te præſcire eum ad gloriam, poſtquam præſciviſti ad pœnam; vel te quemquam neceſſitare vel ad bonum, vel ad malum. Ad bonum te miſeratione tua creatam voluntatem prævenire confiteor, ut trahas per gratiam, non per neceſſitatem aſtringas, ita ut libera ipſi poteſtas permaneat te ſequendi ſalvatorem, vel inſequendi judicem. Quantum autem dediſti mihi ſapere, & de Sanctorum Patrum Auguſtini & Hieronymi & cæterorum Patrum Eccleſiaſticis diſputationibus experiri: illa prior conſequentia oſtenditur ex ſecunda, dicente illam eſſe abſolute neceſſariam in antecedente (b).

Matth. 11. 25. *Luc.* 10. 21. — *Matth.* 18. 6.

5. Reſpondeo primo, quod non ſit antecedens neceſſarium *abſolute* : quia quamvis divina præſcientia non dependeat a futuro ; dicit tamen ad futurum, reſpectum neceſſarium, ſicut omnes relationes tertii modi ad menſurabile ſuum, ex V. *Metaphyſ.* Et ita jam ſupra dixerunt concorditer Sancti Patres, præſcientiam Dei reſpicere futurum (c) pro objecto. *Ideo*, inquiunt, *hoc præſcit Deus, quia futurum eſt.* Ideo etſi antecedens foret neceſſarium, non tamen *abſolute* neceſſarium, ſed *reſpective*; independenter tamen omnino; veluti ſi ſic arguatur: Iſte eſt pater; ergo habet filium. Conſequentia eſt bona, & antecedens eſt neceſſarium reſpective; independenter tamen, quia pater non dependet a filio. Iterum etiam logicus calumniaretur ſecundam conſequentiam, niſi adderet, quod totum antecedens eſt neceſſarium, quia tunc nonniſi neceſſarium ſequi potuiſ-

Ariſtoteles 5. *Metaphyſ. cap.* 20.

(a) Falſo Wicleffus imputat Armachano hunc Deo tam injurioſum errorem. Vide ſupra cap. 22. num. 7.

(b) Loquitur de argumento quod Wicleffus falſo imputat Armachano; & habetur paulo ſuperius, num. 3.

(c) *Futurum* utique, ſed *futurum certum*, ut ex SS. Patribus diſerte probat Waldenſis ſupra, cap. 26. num. 3. & deinceps.

potuiſſet. Alias autem ſi antecedens eſſet partim neceſſarium, & partim contingens, bene poſſet ſequi non neceſſarium, ſed contingens; puta ſic: *Omne currens movetur: Petrus currit; ergo movetur*. In hoc autem caſu ſtat illa prior conſequentia. Antecedens enim explicite habet neceſſitatem, & implicite includit unum contingens, ad quod dicit reſpectum neceſſarium; quemadmodum Solem illuminare omne ſibi præſens, includit lapidem, vel ſaltem aliquid eſſe in lumine ejus, quod ſolum contingenter eſt præſens: & tunc ſequitur ex contingenti, quod illuminat ipſum. Ita Deum præſcire hoc futurum, puta pœnam Petri finalem, implicat * Petrum ſic ſe eſſe habiturum, & inde puniendum. Iſta ergo debet eſſe integra conſequentia: *Deus præſcit Socratem ad pœnam propter peccatum futurum, & de facto ſic peccabit: ergo punietur*. Jam conſequentia eſt bona, & totum antecedens non eſt neceſſarium, ſed partim contingens; ideo contingens bene ſequitur. Quod autem illud contingens neceſſario includitur in præſcientia Dei patet ad Metaphyſicos, quia non eſſet ſcientia, niſi ultra qualitatem abſolutam, reſpectum diceret ad proprium ſcibile: nec eſſet Pater, niſi ultra ſuppoſitum abſolutum, diceret relationem *. Sic etiam ſecundum Sanctos Patres, non eſſet præſcientia, ſed abſoluta intelligentia *, niſi ultra intelligentiam diceret reſpectum neceſſarium ad futurum contingens. Nec loqui potes tam breviter * Dei præſcientiam, niſi loquaris futuritionem: nam dicendo *Deus præſcit*, hoc eſt dicere: *Deus præſcit hoc certe fore;* & jam dixiſti Dei præſcientiam, & certiſſimam rei futuritionem, contingentem tamen. Illud ergo contingens neceſſario implicat certa præſcientia, & ſecundum illud implicitum poteſt concedi cum additione neceſſaria, præſcientiam Dei certam & neceſſariam, poſſe ſe aliter habere ſecundum terminum, ſicut creatio Dei, quamvis ſit objective contingens; ſicut concedit Anſelmus in *de concordia* (*a*) idem eſſe & immutabile in Deo, & in nobis mutabile: &, ſicut dictum eſt *, præſcientiam Dei ad pœnam poſſe eſſe ad gloriam, ſine omni variatione ſui, per ſolam variationem Petri præſciti; quemadmodum Sol poteſt areſacere gramen, quod antea fecit virere, ſine omni variatione Solis, per ſolam variationem objecti; & ſi Sol eſſet animal & oculus mundi, per extramiſſionem ſyderis, ſeu radii, videns jam ſciret experimento ſenſus, ſine omni mutatione ſui, hoc eſſe aridum, quod prius fuerat humectum. Quare non ſic Deus, qui eſt oculus æternitatis, a nullo viſibili extra ſe informatus ut videat? Et ſicut eſt de oculo Dei quoad præſcientiam, ita de ore Dei dicendum eſt, quoad prophetiam. Unde quandocumque dicimus Deum præſcire hoc futurum, vel prophetare, ſemper notanda eſt futuritio rei contingentis ſub eſſe præſcientiæ, vel prophetiæ: v. gr. Chriſtus præſcivit & prophetavit Petrum ſe negaturum, & cum hoc contingenter hoc fiendum *: ideo correſpondebat in Petro talis futuritio negandi de certo, & cum ea, poſſibilitas non fiendi: non eſt enim Deus ſemicœcus, vel luſcus, ut videat rei futuritionem, & non ejus contingentiam, & ſic non adventum ejus de poſſibili. Hanc totam poſitionem addidici primitus a ſanctiſſimo & diſertiſſimo Philoſopho Auguſtino *de libero arbitrio*, lib. III. cap. III. dicente,

* *ſeu* concludit, involvit.

* *ad filium*.

* *Vide ſupra cap.* 26. *num.* 3.

* *Cod. Vat.* cauſa brevitatis.

a Anſelmus pag. 125.

* *Cap.* 27. *num.* 2. *& deinceps*.

* *Ed. V.* futurum.

AUGUSTINUS. Sic Deum præſcium non negemus omnium futurorum, ut nos tamen velimus quod volumus. Cum enim præſcius ſit voluntatis noſtræ, cujus eſt præſcius, ipſa erit voluntas. Igitur voluntas erit, quia voluntatis eſt præſcius. Nec voluntas eſſe poterit, ſi in poteſtate non erit. Ergo & poteſtatis eſt præſcius. Non igitur per ejus præſcientiam mihi poteſtas adimitur, quæ propterea mihi certior aderit, quia ille, cujus præſcientia non fallitur, affuturam mihi eſſe præſcivit. „ Hæc Auguſtinus.

Auguſtinus To. 1. pag. 611.

6. Videtis, quod jam Auguſtinus me docuit, intra præſcientiam Dei claudi non tantum quid velim de certo, ſed etiam quid poſſim, ſicut ſupra * dixit, *vel recuſare, vel facere*. Et quia Deus præſcit me ſic poſſe, ideo de præſcientia ejus nulla mihi poteſtas adimitur aliter faciendi, quam ſum facturus. Ita ergo combinat Auguſtinus futuritionem rei certam, & contingentiam eventus ad factum meum futurum, & poſſibilitatem aliter eveniendi, & ſic contingenter futuri. Attendite etiam quomodo Auguſtinus nos docet, quod voluntas non erit, ſi in poteſtate non erit; ideſt, ſic ejus oppoſitum faciendi; directe contra iſtos, qui dicunt rem futuram fiendam libere a voluntate & cauſis ſecundis; neceſſario tamen a præſcientia divina & voluntate; ita ut omnino non poſſit oppoſitum.

* *Cap.* 28. *n.* 7.

Per Dei præſcientiam non adimitur poteſtas in creatura aliter faciendi.

7. Auguſtinus enim appellat iſtam poſitionem *ſtultitiam ſingularem* capite jam prædicto. AUGUSTINUS. Attendite (inquit) quæſo, quanta cœcitate dicitur: ſi præſcivit Deus futuram voluntatem meam, quia nihil poteſt aliter fieri, quam præſcivit; neceſſe eſt, ut velim, quod ille præſcivit: ſi autem neceſſe eſt, non jam voluntate, ſed neceſſitate id me velle fatendum eſt. O *ſtultitiam ſingularem*! Quomodo ergo non poteſt aliud fieri, quam præſcivit Deus, ſi voluntas non erit, quam voluntatem futuram ille præſcivit? Omitto illud æque monſtruoſum, quod paulo ante dixi eumdem hominem dicere, *Neceſſe eſt, ut ita velim:* qui neceſſitate ſuppoſita, auferre nititur voluntatem. Si enim neceſſe eſt ut velit, unde volet, cum voluntas non erit? „ Hæc Auguſtinus. Planiſſime ecce ſuſcitat Auguſtinus argumentum iſtorum capitale, quo probare videntur neceſſitatem prævenientem futurorum eventuum: ſed ſuſcitat & contemnit; non eſt ergo argumentum illorum novum, nec jam primo contemptum. *Quanta* (inquit) *cæcitate ſic arguitur: Deus præſcivit voluntatem ad hoc, vel ad illud agendum: ſed nihil poteſt aliter fieri quam præſcivit; ergo neceſſe eſt me velle quod ille præſcivit?*

Auguſtinus *Ibid. paulo ante*.

Stultitia ſingularis ex Dei præſcientia deducere neceſſitatem eventuum.

Argumentum hæreticorum de Dei præſcientia non novum ſed vetus.

8. Spernit argumentum, quia a voluntate deſcenditur ad neceſſitatem, propter præſcientiam. Et præſupponit regulam generalem: *Quidquid neceſſe eſt fieri, non jam voluntate, ſed neceſſitate eſt fiendum;* & oppoſitum vocat ipſe *monſtrum*, quia *neceſſitate ſuppoſita* (inquit) *omnino auferre nititur voluntatem*. Et hoc eſt verum de hac neceſſitate, quæ convertitur cum impoſſibili non eſſe ubique, etiam in Angelis & dæmonibus, niſi ubi voluntas, & productum per eam, ſunt ejuſdem naturæ; ſicut Deus neceſſario vult Filium ſuum amore impoſſibili non eſſe (*b*). Non ſic Angelus fruitur Deo, nec dæmon deteſtatur neceſſario neceſſitate illa, quæ convertitur cum impoſſibili omnino non eſſe,

Neceſſitas actionum in quo caſu admittenda.

b

(*a*) Anſelmus in libro de concordia præſcientiæ Dei cum libero arbitrio, quæſt. 1. cap. 5. pag. 125.

(*b*) Valet doctrina hæc contra ſimilitudinem quam objicit Wicleffus ſupra, cap. 22. num. 4. ubi conatur probare Deum neceſſitate premi.

eſſe, ſicut patebit infra. Hoc ergo verum concluditur ex præmiſſis, quod in noſtra poſitum eſt poteſtate & bonum facere, & vitare peccatum; quod utique facturi ſumus, ſaltem Deo juvante. Unde homil. LIII. *ſuper Joan.* AUGUSTINUS. Quoſdam nimia voluntatis ſuæ fiducia „ extulit in ſuperbiam: quoſdam nimia voluntatis ſuæ diffidentia dejecit in negligentiam. Illi dicunt: quid rogamus Deum, ne vincamur temptatione, quod in noſtra eſt poteſtate? Iſti dicunt: ut quid conemur bene vivere, quod in Dei eſt poteſtate? O Domine! O Pater qui es in Cœlis! ne nos inferas in quamlibet iſtarum temptationum, ſed libera nos a malo. Audiamus Dominum dicentem: *rogavi pro te, Petre, ne deficiat fides tua*: ne ſic exiſtimemus fidem noſtram eſſe in libero arbitrio, ut divino non egeat adjutorio. Audiamus & Evangeliſtam, dicentem: *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine ejus*: ne omnino exiſtimemus in noſtra poteſtate eſſe quod credimus. Verumtamen, in utroque illius beneficia cognoſcamus. Nam & agendæ ſunt gratiæ, quia data eſt poteſtas; & orandum, ne noſtra ſuccumbat infirmitas. „ Hæc ille.

Auguſtinus To.3.pag.647. — A — Matth. 6. 13. — Luc. 22. 32. — B — Joan. 1. 12. — Poteſtas bene agendi a Deo.

Wiclevistæ. *Sed quare non eſt diffidendum ubi incumbit neceſſitas, quam poteſtas data non tollit, quia poteſtas illa eſt tantum ad unam partem, ut ſcilicet illud poſſim, quod facturus ſum: non autem ad vitandum malum, quod facturus ſum?* Eſt poteſtas illa lapidea, & iſta, qua poteſt lapis deſcendere; ſed non qua poteſt cohibere deſcenſum. Hanc ne poteſtatem irrationabilem dedit Deus hominibus filios Dei fieri, ut fieri nunquam poſſint? Quis unquam hanc poteſtatem intelligit? Aut nonne hanc poteſtatem dedit Deus etiam diabolo? Dicamus ergo ſecundum antiquam ſcholam Eccleſiæ, & eis non obſtantibus, huc uſque durantem, quod Judæ dedit Deus poteſtatem veram filium Dei fieri, ipſum tamen videmus non hoc fuiſſe futurum: quam quidem futuritionem limpidiſſime Deus prævidit, & æque limpide poteſtatem. Non igitur falleretur Dei præſcientia, ſi hoc eligeret, quod potuit elegiſſe, & quod non fuerat electurus de facto; quia utrumque, ſcilicet, futuritionem de certo, & poteſtatem ad oppoſitum, prævidit Deus in ſe ipſo. Ideo dicit Hugo *de Sacramentis* lib. 1. parte 11. cap. XVII. HUGO. Quod futurum fuit, ad hoc ſpectabat quod futurum fuit: quod eſſe potuit, ad hoc ſpectabat quod eſſe potuit, & futurum non fuit: & currebant ſimul ab æterno duo hæc, quod futurum fuit; & quod eſſe potuit, quod futurum non fuit. „ Hæc ille. Nec tamen ſi verboſus quiſquam caſum poſuerit, ut ita feciſſet quod potuit, ideo concedam eum (ſcilicet Judam) filium Dei aſſuturum, quia hoc dicit mihi futuritionem de vero; ſed ponam ſignaculum ſuper brachium ejus, ut fugiat a facie arcus, notam ſcilicet *poſſibilis*, qua diſtincte cognoſci poſſit futurum ſolum *de poſſibili*, a futuro *de certo*: & dicam, quod poſito, quod Judas elegiſſet viam vitæ, concedo eum filium ſalutis *de poſſibili*, & ſalvandum de caſu, & ita prædeſtinatum *de poſſibili*: nullo modo tamen concedo eum filium ſalutis æternæ: ſicque bene ſtare: Antichriſtum damnandum de facto, & omnino perdendum, eſſe ſalvandum de poſſibili: & utrumque eſt Deo præſcitum, nec repugnans.

C — D — Hugo De S.Vict. To. 3. pag. 502. — E — Cant. 8. 6. — Pſal. 59. 6.

9. Et propter inadvertentiam logicæ hujus, credo illos eſſe deceptos, qui neceſſitatem prævenientem in omni futuro concedunt, putantes idem eſſe, hoc eſſe futurum ſolum *de poſſibili*, & *de certo* futurum; & exiſtimantes Deum præſcire ſolum illud futurum, & non poſſibilitatem concurrentem cum ipſo ad oppoſitum. Sed inſpiciat qui vult, & videbit Auguſtinum & Chryſoſtomum hæc ſeriatim ponderare quæ dixi *.

* *Vide ſupra cap.26. per totum.*

CAPUT XXX.

De variis modis dicendi *poſſibilis* & *impoſſibilis*, & *neceſſarii*, & de modis eſſendi: & contra neceſſitatem prædictam.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quibus authoritatibus hæretici rerum impoſſibilitatem probare ſint auſi.*
2. *Datur ex Auguſtino earum authoritatum vera intelligentia.*
3. *Confirmatur Auguſtini expoſitio per D. Chryſoſtomum.*
4. *Quod hæc voces*, Neceſſarium, Poſſibile & impoſſibile *duplicem habeant ſenſum.*
5. *Deus quædam facit per ſe ſine nobis; quædam vero noſtræ ſuppoſuit libertati.*
6. *Unus & idem homo quædam habet in ſui poteſtate ad libertatem; quædam vero ad neceſſitatem.*
7. *Humani arbitrii libertas quæ ſit, ſecundum Catholicos.*
8. *Res in triplici eſſe differentia, oſtendit.*

1. Reſtat (inquit adverſarius poteſtatis) ut Scripturæ ſolvantur, quæ neceſſitatem affirmant, & impoſſibilitatem eventus oppoſiti. Ego ſequor Agnum ſine macula: nec veni legem ſolvere, ſed adimplere, quod dictat. Primo omnium, mendoſi Balaam authoritatem inducit, cum diceret: *Numquid poſſum aliquid aliud loqui, quam Deus poſuerit in corde meo?* Et iterum: *prohibere benedictionem non valeo.* Et nunquid aliud loquebatur, quam Deus poſuit in corde ejus, quando, dicente Scriptura, ipſe *docuit Balac mittere ſcandalum coram filiis Iſrael, edere, & fornicari?* Hic ipſe aliud loqui poterat, quam Deus in ore ejus poſuit. Vel peccatorum ejus authorem facies Deum, ut errorem cumules ad errorem. Addidit quoque: Chriſtus dixit in Evangelio Joannis de Judæis pertinacibus, quod non potuerunt credere, quia Deus excœcavit eos.

Apoc. 14. 4. Matth. 5. 17. — Num. 22. 38. — Ibid. 23. 20. — Apoc. 2. 14. — Joan. 12. 32.

2. Auguſtinus autem ſolvens hoc dubium, dicit, iſtud non poſſe fuiſſe eorum velle. Unde *ſuper Joan.* Tract. LIII. AUGUSTINUS. Dicitur enim nobis, (inquit), ſi non potuerunt credere, quod peccatum eſt hominis, non facientis quod non poteſt facere? Si autem non credendo peccaverunt, potuerunt igitur credere, & non fecerunt. Si ergo potuerunt, quomodo dicit Evangelium: *Propterea non poterant credere, quia iterum dicit Iſaias: Excœcavit oculos eorum, & induravit cor eorum*, ut, quod gravius eſt, ad Deum referatur cauſa, qua non crediderunt; quandoquidem ipſe excœcavit oculos eorum? — Et ſubdit paulo infra — Audiſtis, fratres, propoſitam quæſtionem, nempe quam profunda ſit, cernitis: ſed reſpondeamus ut poſſumus. *Non poterant credere*, quia hoc Iſaias Propheta prædixit. Hoc autem Propheta prædixit, quia Deus hoc futurum eſſe præſcivit. Quare autem non poterant, ſi a me quæritis, cito reſpondeo, quia nolebant. Malam quippe eorum voluntatem prævidit Deus, & per Prophetam prænunciavit ille, cui abſcondi futura non poſſunt — Et infra — Non ita- „ que

Auguſtinus To.3.pag.643. — Joan. 12. 39. Iſai. 6.10. — pag. 646. — pag. 647.

„ que mirum eſt, quod non poterant credere, „ quorum voluntas ſic ſuperba erat, ut ignorantes Dei juſtitiam, ſuam vellent conſtituere; ſicut de illis Apoſtolus dicit: *juſtitiæ* „ *Dei non ſunt ſubjecti*. Sic autem dictum eſt, „ *non poterant*, ubi intelligendum eſt, quia *nolebant*: quemadmodum dictum eſt de Domino Deo noſtro, *Si non credimus, ille fidelis* „ *permanet, negare ſe ipſum non poteſt*. De Omnipotente dictum eſt, *non poteſt*. Sicut ergo, quod Dominus negare ſe ipſum non poteſt, laus eſt voluntatis divinæ; ita quod illi non poterant credere, culpa eſt voluntatis „ humanæ.„ Hæc Auguſtinus. Hæc igitur dolens audit Doctor iſte *impoſſibilitatum* magis ipſe *impoſſibilis*: & quia ſalvare ſe cum iſtis non poteſt, magis elegit veritatem tradere, & inficiari, quam cum veritate ſalvari, & propoſitum commutare. Dicit enim, Auguſtinum non recte exponere Evangeliſtam, & juxta proceſſum textus librare commentum.

Rom. 10. 3.
Non poſſe pro non velle in Scriptura.
2. Tim. 2. 13.
Wicleffus Doctor impoſſibilitatum.

A B

3. Sed quia in ore duorum, vel trium, ſtabit omne verbum; Auguſtinus, ut videtis, teſtimonium perhibet; & eſt qui teſtimonium perhibeat Auguſtino Chryſoſtomus Pater ſuus*, qui utique exponens eumdem textum *ſuper Joan.* homil. LXVIII. dicit, CHRYSOSTOMUS. Quæ enim di„ xit Propheta, ut omnino futura prædixit. „ Niſi enim omnino futura eſſent, nequaquam „ prædixiſſet. Omnino autem debebant futura „ eſſe, quia inſanabiliter ſe habebant illi. Si „ autem poſitum eſt *non poterant*, pro *non vo-* „ *lebant* poſitum eſt. Et ne mireris: etenim „ alibi ait: *qui poteſt capere, capiat*. Ita novit „ multis in locis *potentiam, electionem* dicere, „ ideſt *voluntatem*. Et rurſus: *non poteſt mun-* „ *dus odiſſe vos; me vero odit*. Hoc & in com„ muni conſuetudine cuſtoditum videbit quis „ utique; ut cum dicat quis: non poſſum ama„ re illum, vehementiam voluntatis, poten„ tiam dicens.„ Hæc ille. Videte nunc quo pervenit Chryſoſtomus. Nonne in verba Auguſtini deſcendit, dicens: *Non poterant Judæi credere, quia non volebant?* Et per exempla ſubjecta declarat quomodo vehementia voluntatis, potentia dicitur; & non potentia, non voluntas, ex conſuetudine nominatur. Ulterius & docti Scripturarum noverunt, ſimpliciter dici non poſſe, pro non poſſe, pro tempore diſpoſitionis oppoſitæ. Unde Chriſtus ait diſcipulis: *non poteſt mundus odiſſe vos*; cum tamen Joan. XVI. ipſe ait eiſdem: *quia vero de mundo non eſtis, propterea odit vos mundus*. Non potuit tamen mundus odiſſe eos, quandiu mundialiter ſapiebant. Sic quoque Auguſtinus in prædicta homilia LIII. de Judæis exponit, quod non poterant credere. AUGUSTINUS. Illi (inquit) *non* „ *poterant credere*: non quia homines mutari „ in melius non poſſunt; ſed quandiu talia ſa„ piunt, non poſſunt credere.„ Hæc ille. Ecce quos dixit Evangeliſta non potuiſſe credere, Auguſtinus bene dixit potuiſſe credere, & in melius commutari; ſed tamen ideo non potuiſſe, quia quandiu ſic ſapiebant, non poterant. Sic ergo *poſſe*, & ſic *neceſſe*, variis modis in Scriptura ſumuntur; nec non frequens eſt acceptio illa *non poſſe* pro ſimpliciter *impoſſibili*; vel *neceſſe*, pro *impoſſibili* non eſſe ſimpliciter, in Scriptura. Fallitur ergo Scriptor, qui ſtatim ut audiat Scripturam, dicentem, non poſſe hoc fieri, vel neceſſe ſic eſſe, ſi præcipitanter ſtatim affirmet, nec Deum, nec hominem, poſſe oppoſitum talis eventus. Pilatus enim non ſic arctabatur, quamvis dicat Evangeliſta: *neceſſe habebat illis dimittere vinctum unum*. Sciunt enim populares, *neceſſe* ſumi pro *oportet*, vel pro eo, quod omnino faciendum eſt. Sic enim quod Chriſtus dixit: *neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt de me*, ipſe alibi exponens dicit: *oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam*. Et alibi: *ſed quomodo implebuntur Scripturæ, quia ſic oportet fieri?* Ita dicitur neceſſarium Adæ peccatum: hæreticum autem eſſet dicere, *neceſſe* illud, fuiſſe *impoſſibile non eſſe*: ſed oportuiſſe ſic eſſe, vel omnino futurum eſſe, dicente Auguſtino in *de fide ad Petrum* cap. XXV. AUGUSTINUS. Firmiſſime tene, „ & nullatenus dubites, primos homines, Adam „ & mulierem ejus, bonos, rectos, ſine pecca„ to creatos eſſe cum libero arbitrio, quo poſ„ ſent, ſi vellent, Deo ſemper humiliter bona „ voluntate ſervire: quo arbitrio etiam poſſent, „ ſi vellent, propria voluntate peccare: eoſque „ non neceſſitate, ſed propria voluntate peccaſ„ ſe.„ Hæc Auguſtinus. Ecce omnino fuit peccatum Adæ futurum; non tamen aliqua neceſſitate futurum, quo minus ſaltem potuit non eſſe: ſic econtrario dicitur *non poſſe eſſe*, pro omnino *non fore*, qualiter Auguſtinus dicit *de fide ad Petrum*, cap. XLI. AUGUSTINUS. Fir„ miſſime tene, & nullatenus dubites, etiam „ juſtos, atque ſanctos homines, exceptis iis, „ qui parvuli baptizati ſunt, ſine peccato hic „ neminem vivere poſſe: ſemperque omni ho„ mini eſſe neceſſarium peccata ſua, uſque in „ finem vitæ præſentis, eleemoſinis diluere.„ Hæc ille.

Deut. 17. 6.
* al. Pater & anteceſſor.
Chryſoſtomus To. 8. pag. 406.
Matth. 19. 12.
Joan. 7. 7.
Impotentia pro non voluntate ſumitur.
Joan. 7. 7.
Joan. 15. 19.
Auguſtinus ibid. pag. 647.
Luc. 23. 17.
Luc. 24. 44.
Matth. 26. 54.
* Auguſtinus To. 3. in Append. pag. 30.
Primi parentes poterant non peccare.
* Auguſtinus To. 6. pag. 32. in Appendice.

C D E

4. Ecce *neceſſarium* pro *oportet*, & *non poſſe* pro *omnino non fore*: non autem pro *non poſſe abſolute*; declaratione ipſius præhabita * in libro *de ſpiritu & litera*, quod omnes homines, etiam in vita præſenti, poſſent eſſe ſine peccato; ſed non fuiſſe, eſſe, vel fore. Propter hos modos dicendi *poſſibilis*, vel *impoſſibilis*, & *neceſſarii*, ſunt varii modi eſſendi. Unde a fundamento Evangelii ſumentes exordium, Matth. XIX. *Quod impoſſibile eſt apud homines, poſſibile eſt apud Deum* (a); ex hoc præſumendum eſt, puto, quod impoſſibile eſt in natura inferiori, poſſibile eſſe in ſuperiori natura. Lapidem quippe impoſſibile eſt vehere ſe in altum, hominem illum vehere non eſt impoſſibile. Sic in lumine legis dicit Apoſtolus ad *Rom.* VIII. Impoſſibile erat, quod Deus Filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, de peccato damnaret peccatum. In lumine gratiæ non ſic erat. Sic etiam virginem parere fuit impoſſibile in natura noſtra: non autem erat impoſſibile apud Deum, dicit Evangeliſta. Et per oppoſitum eſt de *neceſſitate* dicendum. Auguſtinus enim in Epiſtola ad *Deo gratias*, in reſponſione ad primam quæſtionem dicit corpus mortuum ſine corruptione reſurgere, apud nos impoſſibile, apud Deum facile eſt. AUGUSTINUS. „ Quantum (inquit) adtinet ad illam differen„ tiam, quod Chriſti corpus indiſſolutum a pu„ tredine die tertio reſurrexit; noſtra vero poſt „ multum tempus, ex quadam, quo ſoluta di„ ſceſſerant, confuſione reparabuntur: humanæ „ facultati utrunque impoſſibile; divinæ autem „ poteſtati utrunque facillimum eſt.„ Hæc ille. Quod igitur *impoſſibile* fuit ex parte hominis, & *neceſſe* aliter eſſe, hoc *poſſibile* fuit ex parte Dei aliter eſſe, & contingens. Non ergo omne *impoſſibile* eſt ubique *impoſſibile*: neque omne *neceſſe* eſt ubique *neceſſe*; ſed alibi forſan eſt

* Vide etiam ſupra cap. 29. num. 2.
Matth. 19. 26.
Luc. 18. 27.
a
Quod fieri non poteſt in natura inferiori, poteſt in natura ſuperiori.
Rom. 8. 3.
Luc. 1. 37.
Auguſtinus Epiſt. 102. To. 2. pag. 275.
Non omne impoſſibile, aut neceſſarium, eſt ubique tale.

(a) Vulg. *Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deum.*

eſt *contingens*, quod hic eſt eſſe *neceſſe*.

5. Interim etiam videndum eſt, quod Deus quædam facit per ſe ſine nobis, quædam ſuppoſuit libertati noſtræ. Unde VIII. *ſuper Gen. ad lit.* cap. XXIII. AUGUSTINUS. Deus bipertito providentiæ ſuæ opere præeſt univerſæ creaturæ: naturis „ ut fiant; voluntatibus autem, ut ſine ſuo juſſu A „ vel permiſſu nihil faciant. „ Hæc ille. Hoc dixit de voluntatibus disjunctive, quia aliter concurrit Deus in bono, ſcilicet jubendo, aliter in peccato, ſcilicet, permittendo quod faciunt. Naturis autem concurrit, ut fiant, quibus eſt incerta neceſſitas ex parte ſui, & contingentia beneplacentiæ ex parte Dei: ut fiant igitur, non ut quidquam faciant ſuo motu.

Auguſtinus *To. 3. lib. 8. cap. 24. pag. 241.*

Deus concurrit ad bonum, jubendo; ad malum, permittendo.

6. Sic utique unus & idem homo aliquid habet in poteſtate ſua ad *libertatem*, quædam ad *neceſſitatem*. Ad *libertatem* quidem bonum & malum, benefacere & peccare: ad *neceſſitatem* vero, ut ultra poteſtatem non habeat contra fa- B cta naturæ, puta ſtaturam, de qua dicit Salvator in Evangelio Lucæ: *Quis veſtrum cogitando, poteſt adjicere ad ſtaturam ſuam cubitum unum? Si ergo ne quod minus* (a) *eſt poteſtis, quid de cæteris ſolliciti eſtis?* Ubi in *Expoſitione*, BEDA. „ Si ergo (inquit) neque quod minimum eſt poteſtis, minimum eſt hoc, ſed Deo, corpora „ operari. „ Hoc eſt ergo minimum Deo de omnibus poſſibilitatibus ejus, quod tamen eſt homini maximum; immo impoſſibile. Sic etiam de morte, de qua dicit Eccleſiaſtes: *Non habet poteſtatem in die mortis homo*. Ibi * ergo incumbit neceſſitas; ex parte vero Dei eſt poteſtas, C Sapientiæ XVI. *Tu es Domine, qui vitæ & mortis habes poteſtatem*. Diſcernendum eſt igitur, cum infertur neceſſitas, ne ſtatim concludatur omnino neceſſitas, & impoſſibilitas ad oppoſitum: quia idem poteſt eſſe neceſſarium ex parte paſſi, & impoſſibile aliter eſſe; contingens tamen, & poſſibile aliter eſſe ex parte principii: ſicut homo non habet neceſſitatis ſuæ poteſtatem, ſed neceſſitatem omnimodam, & ex ſe impoſſibile aliter eſſe: ex parte vero Dei contingentiam, & poſſibile non eſſe. Nimis late ergo expanderunt neceſſitatem ſuam, qui omnia undequaque dixerunt neceſſario evenire: quia D viderunt Auguſtinum dicere VI. ſuper Geneſim: *Hoc non erat in conditione creaturæ, ſed in placito Creatoris, cujus voluntas, rerum neceſſitas eſt*. Certum eſt, quod voluntas Dei rerum condendarum neceſſitas eſt: quia conditio creaturæ non eſt in propria voluntate, ſed in placito Creatoris: & quia non eſt in propria libertate, neceſſitas eſt, non tamen omnimoda neceſſitas, ſed ex parte volentis eſt contingens, quia eſt in placito Creatoris. Non tamen res condenda habet ex ſe iſtam neceſſitatem, ſed a Dei voluntate, quæ utique neceſſitatem imponit rebus ut ſint; ſibi ipſi reſervans liberam poteſtatem, ſicut & E deducit ibi Auguſtinus *de ſenectute*: AUGUSTINUS. Fortaſſis (inquit) in mundo eſt, ut ne- „ ceſſe ſit iſtum hominem ſeneſcere: (hoc eſt, „ ex aliqua cauſa ſecunda) (b). Si autem nec „ in mundo eſt, in Deo eſt. Hoc autem ne- „ ceſſario futurum eſt, quod ille vult: & ea „ vere futura ſunt, quæ ille præſcivit. „ Senectus enim non ſubeſt liberæ hominis poteſtati: nec prolungatio vitæ Ezechiæ; ſed computantur

Luc. 12. 25.

a

Beda *To. 2. lib. 4. pag. 106.*

Eccle. 8. 8.

* *Subaudi* in homine.

Sap. 16. 13.

Auguſtinus *To. 3. lib. 6. cap. 15. pag. 207.*

Auguſtinus *ibidem, cap. 17.*

4. Reg. 20. 6.

b

inter res, quæ a Deo in homine, præter hominem fiunt. Ideo ex parte factorum habent neceſſitatem a voluntate Dei: non tamen ſine poſſibilitate ad oppoſitum, ex parte ejuſdem voluntatis liberæ contradictorie operantis. Sunt ergo iſti eventus & neceſſarii & contingentes ex parte principii liberi. Taceant ergo iſti *neceſſarii* ſine omni neceſſitate *magiſtri* (c), ſi generalem neceſſitatem ſuam non habeant unde probent, niſi per naturas partim neceſſarias, partim contingentes: nec gemant Petri naviculam ſubmergendam ante finale judicium; quæ (ut dicunt) *turbari potuit, mergi non potuit* (d): ab undis dico, & ſpiritibus procellarum mergi non potuit: ex nautis ſuis, vel Deo ſupremo, mergi valebat. In inferiori enim natura fuit ligata neceſſitas, & in Superiori laxa poteſtas. Mergi tamen adhuc ab utroque non potuit, quia omnino non debuit. Nec ipſi gemant, cum imponunt omnino Catholicis præſcientiam Dei variabilem & incertam; aut prophetiam ejus fallibilem: quod Catholici omnino deteſtantur audire; & ipſi probare non poſſunt: ſed ſuper ſe ipſos fleant & ſuper filios ſuos, dum fatentur Deum impotentem & improvidum; & cum mille legionibus Angelorum per omnipotentiam ſuam hodie culicem illum mortificare non poſſe, qui cras me mordebit (e): quia hoc ipſi ſe dicere non abnegant (f). Formoſior ergo, & verior omnino eſt antiqua doctrina Eccleſiæ, ponentis omnia quæ liberæ voluntati ſubjecta non ſunt, neceſſario futura ex parte ſui: contingenter tamen ex parte principii *, quia quod impoſſibile eſt apud homines, poſſibile eſt Deo: quæ autem libertati ſubjecta ſunt, omnino ſunt contingentia, ſi intra nos ſunt: alioquin autem cum prædictis neceſſaria in ſe, ſi ſint extra nos.

c

d

Luc. 23. 28.

e

f

* *al.* principii forſan creati.

7. Unde licentiam poteſtatis humani arbitrii ſic moderantes intelligo, ſicut Auguſtinus exponit in *Hypognoſtico* contra tertium errorem Pelagii, AUGUSTINUS. Eſt, fatemur, (inquit) „ liberum arbitrium omnibus hominibus, habens quidem judicium rationis, non per quod „ ſit idoneum quæ ad Deum pertinent, ſine „ Deo aut inchoare aut agere *; ſed tantum „ in operibus vitæ præſentis, tam bonis, quam „ malis: bonis dico, quæ de bonis * naturæ „ oriuntur, ut velle laborare in agro, velle bi- „ bere & manducare, velle habere amicum, „ velle habere indumentum, velle fabricare do- „ mum, uxorem ducere, pecora nutrire, ar- „ tem diſcere diverſarum rerum bonarum, vel „ quidquid bonum ad præſentem pertinet vi- „ tam; quæ omnia non ſine gubernaculo di- „ vino ſubſiſtunt; immo ex ipſo, & per ipſum „ ſunt, & eſſe cœperunt. Malis vero *, ut eſt „ velle idolum colere, velle blaſphemare, vel- „ le turpiter vivere, velle maleficia dicere, „ velle inebriari, & luxurioſe vivere, velle quid „ non licet, vel non expedit operari. Sed iſta „ non pertinent ad ſubſtantiam vitæ præſentis, „ quia non ſunt a Deo; immo male deſidera- „ ta maculant vitam, quæ eſt a Deo. „ Hæc ille. Ecce omnia iſta, tam bona præſentis vitæ & futuræ, quia ad Deum directa non pertinent, de ſe efficere * & tractare poteſt humana libertas, ſine denominatione Dei; non tamen

* Auguſtinus *To. 10. in Append. lib. 3. cap. 4. pag. 14.*

* *M.* aut certe peragere.

* *M.* bono.

* *M.* Malis vero dico.

* *Cod. Ferrar.* cauſare.

(a) *Vulg.* minimum.

(b) *Hoc eſt, ex aliqua cauſa ſecunda*, verba ſunt non ab Auguſtino, ſed ab Authore interjecta.

(c) *Neceſſarii Magiſtri* vocari non dedignentur Lutherus, Calvinus, aliique ſupra cap. 21. num. 1. relati.

(d) Hæc dicebat ille Doctor, quem ſuppreſſo nomine refutavit Waldenſis cap. 28. a num. 3. & deinceps.

(e) Vide dicta jam ſupra cap. 10.

(f) Non abnegant hanc adeo abſurdam impietatem præfati *neceſſitatis* Magiſtri: nec abnegare jure queunt: nam præſupponunt in Deo neceſſariam præſcientiam, quæ mutari non poteſt.

tamen bona ſine conſueto concurſu: non enim denominatur Deus uxorem ducere, ſed homo. Omnimodam ergo contingentiam habent iſta ex parte cauſæ, ideſt, liberæ voluntatis; neceſſitatem tamen habent ex parte effectus: quia neceſſario ager colitur, ſi homo colere velit, non impeditus; non tamen homo neceſſario colit,

A

ſed libere contingenter.

Neceſſitas & contingentia in effectu explicantur.

8. Sunt ergo res in triplici differentia. Aliquid enim neceſſario evenit in effectu; quod tamen libere ſit ex parte principii, ſicut eſt Domini præordinare me tunc naſci, vel mori: aliquid etiam libere contingenter evenit tam ex parte principii, quam ex parte finis; ſicut ex providentia Dei evenit, quod ego merear gratioſe. Nimis ergo confuſe loquuntur, qui de eventibus non diſtinguunt; ſed in primum chaos cuncta trahentes, omnia dicunt de neceſſitate futura. Verum * ut ad ea, quæ adhuc retro ſunt, aſpiciamus, ſciant, quod nec

B

actus noſtri liberi aliquanta neceſſitate ligantur, ut ſint per cauſas illas ſupremas præſcientiam & voluntatem; præſcientia tamen falli non poteſt. Ita me præſcitum ad gloriam, poteſt Deus ſine omni variatione ſui præſcire ad pœnam per ſolam variationem liberæ voluntatis: nec enim præſcivit tantum quid fierem, ſed & quid fieri poſſem. Nec timeas tamen, quod in caſu jam poſito conceſſurus eſſem, quod Deus præſcit me pœnæ, ſed ſolum hoc, quod præſcit me pœnæ *de poſſibili*. Nec jam repugnant, *præſcit ad pœnam de poſſibili*, quem de certo *præſcit ad gloriam*; alioquin Judas

C

non eſset dictus a Chriſto *filius perditionis* certæ, ſed *filius perdibilitatis* omnimodæ. Et ſi audias quandoque Scripturam, aut Eccleſiæ Patres, Auguſtinum & alios dicere, quos Deus prædeſtinavit ad pœnam, omnino ſalvari non poſſe, intellige ſalvandos de certo futuro non eſſe, quia ſcilicet ſalvari omnino non volunt, ſicut Auguſtinus, & Chryſoſtomus exponunt Judæos credere non poſſe *. Deo enim ſemper manet, ultra quod futurum eſt, grandis & immenſa pietas. Unde in *Hypognoſtico* dicit AUGUSTINUS. Summus Deus habet poteſtatem ſi „ velit, tam per indebitam gratiam malos ſal-

D

„ vare, quam, juſto judicio, futuro gehennæ „ ſupplicio reſervare. „ Hæc ille. Quod autem per chimærinam gloſſam ſuam putant evadere, cum dicunt: poteſt Deus, *ſi vult*, poteſt homo *ſi vult*; ſed negant omnino quod poſſunt, jam ſupra * per Auguſtinum & Anſelmum iter illorum eſt obſtructum. Quia autem imponunt Catholicis dicere, quod homo cogitationis ſuæ ictu poteſt impedire præſcientiam æternam; dicant ergo ipſi, qui faciunt Deum cœcum, ut ſolum ſciat ea, quæ futura ſunt, non autem quæ de poſſibili ſunt futura, maxime quam poſſibilitatem ipſe Deus dedit, unde poſſet ſal-

E

vari ſi vellet, ſecundum illud, *dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*: & vide, quod jam impedimentum iſte facit divinæ præſcientiæ, qui perverſa voluntate facit quod poteſt, ut pereat; & hoc præſcivit Deus ipſum facturum eſſe, & poteſt tamen facere ut vivat; & hoc æque Deus præſcivit. Sed tunc ſciant iſtum præſtare obſtaculum divinæ præſcientiæ, ſi Deus præſciverit, eum de certo (*a*) facturum ut pereat, & ipſe non ſic facturus eſt, ſed ſemper ut vivat, quod non concedunt Catholici, ſed ſolum quod poſſit. Dicant etiam ipſi impediri poſſe humana libertate præſcientiam Dei fixam, qui eam ponunt activam, etiam naturaliter, & libere actuum humanorum; quod totum Auguſtinus, Chryſoſtomus, Hieronymus, Origenes, & reliqui priſci Patres Eccleſiæ, fixe negant.

Triplex rerum differentia.

* Cod. Ferrarien. ſed.

Joan. 17. 12.

* Vide ſupra, num. 3.

* Auguſtinus To. 10. lib. 3. cap. 13. pag. 25.

* cap. 25. num. 6. & deinceps.

Joan. 1. 12.

ARTICULUS II.

qui eſt

DE COMPOSITIONE HOMINIS.

CAPUT XXXI.

Contra Trinitatem, ſpiritus immortalis, corporis corruptibilis, & animationis mediæ, quam ponit Wicleffus in compoſitione hominis.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Perperam hæreticus exemplo hominis, in Chriſti notitiam nos ducere ſatagebat.*
2. *Quid Catholico ſufficiat ſcire de homine, ut in Chriſti cognitionem deveniat.*
3. *Quod hæreticus retorta forma arguendi quod homo tres ſeparabiles naturas habeat, exemplo Chriſti demonſtrare fuerit conatus.*
4. *Quomodo Auguſtini teſtimonio hanc in homine trinitatem Wicleffus defendere ſit auſus.*
5. *Quam male intellexerit Auguſtinum oſtenditur.*
6. *Quod Wicleffus non ſolum male intellexit Auguſtinum, ſed ei contradixit.*
7. *Quos patronos habuerit Wicleffus in hac ſua hæreſi, oſtendit.*
8. *Quam perperam Wicleffus ad Sancti Pauli patrocinium confugiat, demonſtratur.*

1. QUia de Chriſto loqui proponimus, Authori ſalutis noſtræ laborum vices impendimus, ſi quod Wicleviſtæ de eo falſum prædicant, corrigamus. Infert ipſe magiſter errorum *, exemplariter compoſitionem hominis, ut ſic in Chriſti notitiam ſurgeremus. Nec obeſt fidei quod exemplariter intulit, ſed quod tam abundanter erravit. ERROR PARVUS IN principio, fit major in fine. Aliquantum erravit de compoſitione hominis; ſed perículoſius de Chriſto in duabus naturis.

* Wicleffus.

2. Sufleciſſet Catholico credere, quod *ſicut anima rationalis, & caro unus eſt homo; ita Deus & homo unus eſt Chriſtus*. Bene enim manuducitur Chriſtianus credere quod eſt Chriſtus in hoc, quod *Deus & homo*, ſi bene cogitet de ſe ipſo. Ideo Auguſtinus homilia XLVII. *ſuper Joan.* AUGUSTINUS. Hominem (inquit) interro„ ga, & de ipſo fac gradum ad ea, quæ ſuper „ te ſunt, etſi nondum intelligenda, ſaltem „ credenda. Quomodo eſt enim unus homo a„ nima & corpus, ſic unus Chriſtus Verbum „ & homo. Videte quid dixerim, & intelligi„ te. Anima & corpus duæ res ſunt, ſed unus „ homo: Verbum & homo duæ res ſunt, ſed „ unus Chriſtus *. „ Hæc Auguſtinus.

Symbolum Athanaſio inſcriptum.

Auguſtinus To. 3. pag. 612. num. 12.

* M. unus homo.

3. Utinam hoc ipſo fuiſſet hoſtis fidei Chriſtianæ contentus. Sed exceſſit modum, quando exceſſit Athanaſium, quando exceſſit Auguſtinum. Athanaſius & Auguſtinus Verbum & hominem notant in Chriſto; animam & carnem in homine vero. Duo diverſa unum Chriſtum dicunt, & duo diſtincta unum hominem. Wicleffus autem tria * diſtinguit in Chriſto homine, ut novo philoſophandi genere, tria diſtincta

* al. contraria.

(*a*) Cod. Ferratien. *de certo futuro facturum*.

ſtincta reperiat in quolibet homine; retorta forma docens in Chriſto quid homo eſt; non, ut prædicti Sancti, tradens per hominem quid Chriſtus eſt. Unde in Libello ſuo *de compoſitione hominis*, loquens de ſpiritu rationali capite VI. in fine,

Wicleffus.

WICLEFFUS Conceditur (inquit) quod ille ſpiritus eſt duæ formæ, vel A „ naturæ, ſed una anima: ſicut & Verbum divinum eſt duæ formæ, & duæ naturæ, ſed „ unus Filius. Sicut enim Verbum eſt tres naturæ ſeparabiles; ſic homo eſt tres naturæ, „ ſcilicet, *ſpiritus*, *corpus*, & *animatio corporalis*. „ Sed quod hic dicit *duæ formæ*, *ſed una anima*, pœnituit eum. Ideo poſtea in ſecundo *Trialogi*, cap. V. hoc retractans dicit: „ Videtur mihi, quod omnis homo habet in „ ſe duas maneries (*a*) animarum, unam ſpi- „ ritum immortalem, & aliam corruptibilem, „ ſimilem beſtiarum animæ. „ Quid vobis videtur, Clerici * fideles? Nonne quod ille ſuffi- B cientiam partium hominis improbat, quam Chriſtus aſtruxit? Certe Chriſtus dixit: *ſpiritus quidem promptus eſt: caro autem infirma*:

* al. viri.

Matth. 26. 41.

de animatione Wicleffi non dixit quidquam. Apoſtolus etiam, Chriſti ſpiritu, & non ab homine doctus, interiorem hominem, & exteriorem tantum agnovit: hominem ſpiritualem, & hominem animalem, ſine *animatione* alia prædicavit: & *ſi ſpiritu facta carnis mortificaveritis*, *viveris*: cur non dixit *animatione*, vel *animationis* facta? Caro etiam concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem.

Rom. 8. 13.

Gal. 5. 17.

Miror, quod animatio Wicleffi medians inter C partes, non facit concordiam; cum tamen Cyprianus dicat in epiſtola *de Oratione Dominica*, ſicut allegat eum Auguſtinus lib. 11. *contra Julianum*, capite IV. quod nihil facit concordiam inter ſpiritum & carnem, niſi Dei gratia.

Auguſtinus To. 10. pag. 530. num. 6.

AUGUSTINUS. Cyprianus docet (inquit) petendum „ illud potius a Domino, quam de propriis „ viribus præſumendum; ut inter carnem & „ ſpiritum, non humana virtus: ſed gratia di- „ vina faciat concordiam. „ Hæc illi*. Videat jam Wicleffus, ſi *animatio* ſua ſit aliqua virtus humana. Hic ergo fons eſt, hic puteus abyſſi, de quo plurimas errorum ſuorum ſolet emitte- D re * locuſtas. Hæc capitalis eſt ejus perverſitas, & concluſio principalis, pene in qualibet re ſuam phantaſticam inſculpere *trinitatem*: ut quia in Chriſto comperit tres diſtinctas naturas in uno ſuppoſito, idcirco invenire cogit tres naturas diſtantes in humano compoſito, *ſpiritum* ſcilicet rationalem, *corpus* corruptibile aggravans animam, & *animationem* mediam.

* Cyprianus & Auguſtinus.

Apoc. 9. 3.

* Cod. Ferrarien. ebullire.

4. Si autem hujus novæ philoſophiæ quæramus authorem, timet ſe ipſum prodere, ne pro novitate contemptus novus author, novam perderet diſciplinam. Ideo ad fœtum ſuum adulterinum, patrinum, qui eum baptizet, invocat E Auguſtinum. Unde in prædicto libro *, capite VII. ſic habet

Wicleffus.

* de compoſitione hominis.

WICLEFFUS. Aliqua nomina ſignificant eſſentiam animæ, ſine connotatione „ actuationis corporis, ut ſpiritus, intelligentia, „ mens, animus, & ſimilia. Alia autem cum „ connotatione unionis corporis, ut anima, vi- „ ta, animatio, actus corporis &c. Et hinc di- „ cunt vere Doctores, quod mens, vel animus, „ & anima diſtinguuntur. Unde Auguſtinus epi- „ ſtola XL. *ad Dardanum*,

AUGUSTINUS. Quæ- „ ro (*b*) (inquit) quomodo dicant hæretici (*c*) „ Verbum Dei, & carnem hoc eſſe ſine ani- „ ma humana, ut Verbum eſſet carni pro ani- „ ma? Vel (*d*) ſecundo accipias verbum Dei & „ carnem, ſed ſine mente humana, ut Verbum „ Dei eſſet animæ pro mente humana. Non „ utique ſic accipis hominem Chriſtum, ſed ſi- „ cut ſuperius locutus es, ubi aiſti, *Chriſtum* „ *omnipotentem Deum ea te ratione credulitatis* „ *accipere*, *ut Deum non crederes*, *niſi perfectum* „ *factum* (*e*) *etiam hominem credidiſſes*: profe- „ cto cum dicis hominem perfectum, totam il- „ lic naturam humanam vis intelligere. Non „ eſt autem perfectus homo, ſi vel anima car- „ ni, vel animæ ipſi mens humana defuerit. „ Ex iſtis plane patet, Auguſtinum (*f*) diſtin- „ guere inter mentem & animam ad ſenſum „ expoſitum. „ Hæc Wicleffus.

b c Auguſtinus To. 2. Ep. 187. alias 58. pag. 679. num. 4.

d

e

f

5. Non ad *ſenſum expoſitum*, ſed ad *ſenſum exponendum*. Non ſic diſtinguuntur animus & anima, ut ſpirituale & corporale: ut duæ naturæ, perpetua & corrumpenda, ſicut dicis. Hoc enim ſapiebat hæreticus, *quem Auguſtinus induxit: ideo poſuit unam ſine altera ſeparatas eſſe in Chriſto; animam ſcilicet: non animum, ſive mentem, ſed Deitatem Verbi ſuppleſſe poſuit officium animi. Auguſtinus autem, & cæteri Orthodoxi, eas in eodem ſuppoſito univocant: & eumdem tantum ſpiritum, animum & animam, ſive mentem affirmant. Unde ſi tibi videtur Auguſtinus diſtinxiſſe inter mentem & animam, quia hæreticum ſic diſtinguentem induxit, videatur etiam tibi Auguſtinus unire mentem animæ, quando ſine hæretico loquens, inter mentem & animam non diſtinguit. Unde *ſuper Joan.* Tract. XLVII.

* Apollinariſta & Arianus.

Auguſtinus To. 3. pag. 610. num. 9.

AUGUSTINUS. Quid (inquit) eſt Chriſtus? „ Verbum & homo. Nec ſic homo, ut ſola „ caro: ſed quia homo conſtat ex carne & ani- „ ma, totus autem homo in Chriſto. Non „ enim partem deteriorem ſuſcepiſſet, & par- „ tem meliorem deſeruiſſet: pars quippe me- „ lior anima, quam corpus. Quia ergo totus „ homo in Chriſto, quid eſt Chriſtus? Ver- „ bum, inquam, & homo. Quid eſt Verbum „ & homo? Verbum, anima, & caro. Tenete „ hoc, quia non defuerunt hæretici &c. „ *Apollinariſtæ* (*g*) hæretici dicti ſunt, qui auſi ſunt dogmatizare, quod Chriſtus non ſit niſi Verbum & caro: & *animam* humanam non eum aſſumpſiſſe contendunt. Et animam humanam ſpiritum illum rationalem, ſeparatam ab *animatione* intelligas ſecundum hæreticum: quia *animationem* illam, quam etiam cum eo ponit Wicleffus, formis beſtiarum univocam, a Chriſto non negavit, dicente Auguſtino ibidem ſtatim poſt,

Apollinariſtarum hæreſis.

g

Auguſtinus ibid. pag. 611.

AUGUSTINUS. Videte abſurditatem, & in-

(*a*) *Duas maneries*, ſeu duas *conditiones*, duas *rationes*, duo *genera* animarum.

(*b*) M. *Ego quæro, vel potius agnoſco, quemadmodum accipias hominem Chriſtum. Non utique ſicut quidam hæretici Verbum Dei & carnem, hoc eſt, ſine anima humana, ut &c.*

(*c*) Ariani ex lib. *de hæreſib.* cap. 49. & Apollinariſtæ ibid. cap. 55.

(*d*) M. *Vel verbum Dei & animam, ſed carnem, ſed ſine mente humana.*

(*e*) M. expungunt ly *factum*.

(*f*) Non certe ab Auguſtino, ſed ex Platonicæ Philoſophiæ fontibus hanc Wicleffus hauſit doctrinam. Dicit enim *Nemeſius* initio libri *de natura hominis*: „ Quidam, e quibus eſt Plotinus, aliud „ eſſe animam, & aliud mentem ſtatuentes, ex tribus conſtare vo- „ lunt hominem, e corpore, anima & mente. Hos ſecutus eſt A- „ pollinaris „. Hos quoque demum ſecutus eſt Wicleffus.

(*g*) Apollinaris, ex quo *Apollinariſtarum* Secta, Laodicenæ Eccleſiæ Presbyter, medio circiter ſæculo IV. erupit. Palmaris ejus error fuit, quod naturam hominis in Chriſto ſemiplenam putavit, hoc eſt, anima carentem, cujus vicem ſuppleret corpori Verbum ipſum caro factum, ut conſtat ex Socrate lib. 2. cap. 36. & Sancto Epiphanio Hæreſi 77. quæ eſt *Dimæritarum*. At deinde priorem emolliens ſententiam, non totam funditus animam defuiſſe Chriſto profeſſus eſt: agnovit quippe in ipſo partem illam rationalis animæ, qua vivimus & ſentimus, & communia cæteris nobiſcum animantibus officia præſtamus: ſed partem illius ipſi duntaxat deeſſe aſſeruit, qua rationales ſumus, ideſt mentem: Verbum autem pro mente in Chriſto fuiſſe. Id conſtat ex S. Athanaſio lib. *de Incarnatione Chriſti* contra Apollinarium, & ex S. Auguſtino lib. *de hæreſib.*

„ & inſaniam non ferendam. Animam irra-
„ tionalem eum habere voluerunt, rationalem
„ negaverunt. Dederunt illi animam pecoris,
„ ſubtraxerunt hominis. Sed illi abſtraxerunt
a „ Chriſto rationalem (*a*) non intelligendo ra-
„ tionem. Abſit hoc a nobis in fide Catholi-
„ ca nutritis atque fundatis. „ Hæc Auguſti- A
nus. Ecce quam plane ſibi conveniunt Wiclef-
ſus & Apollinaris in diſtinctione *ſpiritus*
& *animationis* corporalis, in tantum ut *anima-*
tionem illam Chriſto tribuerit, *ſpiritum ratio-*
nalem amoverit. Non ſic eis convenit Augu-
ſtinus, qui animam rationalem, quam Apol-
linaris negavit in Chriſto, partem dixit homi-
nis meliorem, illum ſcilicet *ſpiritum rationa-*
lem, quem, ut audietis in ſequentibus *, Wiclef-
ſus negat partem hominis eſſe, ſed * homi-
nem. *Animationem* autem illam, quam Apol-
linaris dedit Chriſto, bene poſuit Wicleffus
partem hominis eſſe. Sed Chriſtus non ſuſce- B
piſſet partem deteriorem, dicit Auguſtinus, re-
linquendo partem meliorem: anima enim pars
melior eſt, quam corpus. Quæ pars melior eſt
relicta? Anima. Quæ anima? Nunquid *anima-*
tio? Non, quia illam habebat Chriſtus: *animam*
irrationalem, animam pecorinam, animam,
quæ, ſecundum Wicleffum, ponitur in ſpecie
animalis. Alia ergo eſt anima, alia pars me-
lior, ſpiritus ſcilicet rationalis, quæ, ſecundum
hæreticum, a Chriſto foret relicta *.

Wicleffus & Apollinaris bene ſibi conveniunt.

* *cap.* 39.

* *Subaudi* affirmat eſſe.

* *Cod. Ferrarien.* derelicta.

6. *Illam partem meliorem non deſeruiſſet*
Chriſtus, dicit Auguſtinus, *ſuſcipiendo partem*
deteriorem, ſcilicet corpus: ergo recolite, quo-
modo Wicleffus contradicturus eſt Auguſtino,
cum partem hominis negaverit *ſpiritum ratio-*
nalem; ſed de *animatione* dicit intelligi. Au-
guſtinus enim illum *ſpiritum rationalem* partem
hominis prædicat meliorem, quam non reli-
quiſſet Chriſtus, ſuſcipiendo partem deterio-
rem, ideſt corpus. Et ubi jam eſt diſtinctio
mentis & animæ, bone mi Wicleff, quam di-
cis Auguſtinum docere? Hic duæ partes homi-
nis inferuntur: pars, quam Chriſtus ſuſcepiſ- D
ſet, ſcilicet corpus: pars alia, quam non reli-
quiſſet, ſcilicet anima: plures partes hominis
ab Auguſtino non habes. Si vero nondum ere-
dis, iterum tibi dicit Auguſtinus Tract. XLII.
ſuper Joan. ſuper illud: *Propterea vos non audi-*
tis, quia ex Deo non eſtis, AUGUSTINUS. Non
„ naturarum merita diſcernit, aut præter ſuam
„ animam, aut carnem, aliquam naturam in
„ hominibus, quæ peccato vitiata non eſſet,
„ invenit. „ Hæc ille. Non enim tertiam na-
turam tuam ſapuit Auguſtinus, quæ etiam fuiſ-
ſet vitiata peccato, ſicut & caro, vel anima, E
ſi fuiſſet.

Joan. 8. 44. Auguſtinus *To.* 3. *pag.* 582. *num.* 16.

7. Sed oſtendamus deinceps Patronos hujus
ſcholæ, in qua ponit Wicleffus *trinitatem* na-
turarum in uno ſuppoſito hominis, *ſpiritum*,
animam, & *carnem*. Unum enim veterem com-
peri Didymum in hac ſententia reprobatum.
Unde Auguſtinus *de definitionibus rectæ fidei*,
capitulo XIX. & aſſumit hoc Rhabanus *de naturis*
rerum libro IV. cap. X. AUGUSTINUS. Duabus
„ (inquit) ſubſtantiis conſtat homo, anima tan-
„ tum & carne: anima cum ratione ſua, &
„ carne cum ſenſibus ſuis. Quos tamen ſenſus
„ abſque animæ ſocietate non movet caro. A-
„ nima vero, & ſine carne, rationale ſuum te-
„ net. Non eſt tertius in ſubſtantia hominis
„ *ſpiritus*, ut Didymus (*b*) contendit: ſed *ſpi-*
„ *ritus* ipſa eſt anima, pro ſpirituali natura,
„ vel pro eo quod ſpiret in corpore, *ſpiritus*
„ appellatus. „ Hæc Rhabanus, & Auguſtinus.
Ecce quam plana verborum ſerie *trinitas* Wi-
cleffi damnabatur in Didymo: quia ultra ani-
mam & carnem, tertiam ab utraque naturam,
ſpiritum aſſignavit. Quidam etiam *Jacobus* (*c*),
& *Syrorum* aliqui, in *trinitate* prædicta ſubverſi
ſunt. Unde ibidem AUGUSTINUS, ET RHA-
BANUS. Neque duas animas eſſe dicimus in uno
„ homine, ſicut Jacobus & alii Syrorum
„ ſcribunt, unam animalem, qua animetur
„ corpus, & quæ immixta ſit ſanguine; & al-
„ teram ſpiritualem, quæ rationem miniſtret:
„ ſed dicimus, unam eamdemque eſſe animam,
„ quæ & corpus ſua ſocietate vivificet, & ſe-
„ metipſam ſua ratione diſponat, habens in ſe
„ libertatem arbitrii, ut in ſuæ ſubſtantiæ le-
„ gat * cogitatione quod vult. „ Hæc ille ibi-
dem. Ecce quam plane negat Rhabanus, aliam
animationem eſſe, aliam * *rationalem ſpiritum*,
C diffidens ab Wicleffo tantum in appellatione
duplicis animæ, quam Wicleffus non *binam a-*
nimam, ſed bene *binam formam* nuncupat, &
binam naturam. Sed Pater ille Sanctus, non *bi-*
nam, ſed omnino *unam*, & eandem, quæ &
corpus vivificat, & ſe ratione diſponit, ſine o-
mni naturæ diſtinctione definit.

* Auguſtinus *To.* 8. *in Append. pag.* 77.

cap. 20. b Didymus de errore notatus.

Jacobitæ.

* Auguſtinus *ibid. cap.* 15. c

* *M.* eligat.

* *Subaudi* naturam.

8. Sed tamen pro præſidio *trinitatis* ſuæ phan-
taſticæ volat Wicleffus ad Baſilicam Sancti Pau-
li. *Scriptura* (inquit) *Sacra dicit, quod anima eſt*
perſonaliter ipſe homo. Apoſtolus tamen ſpecifi-
cat, quod eſt homo interior. III. *Trial.* c. XXVIII.
Ad hunc etiam eumdem locum Apoſtoli fugit
D *Vincentius* quidam (*d*): ſed utrumque una diſpu-
tatione de Sanctuario Scripturarum extrahit Au-
guſtinus. Poſuit enim ipſe *Vincentius trinita-*
tem Wicleffi in ſecta verborum Pauli, exterio-
rem hominem ponens, interiorem, & intimum:
exteriorem quidem carnem, interiorem ani-
mam, & intimum ſpiritum. Unde *de origine*
animæ contra *Vincentium*, lib. IV. cito poſt prin-
cipium, ſic Auguſtinus incedit, alloquens *Vin-*
centium, & in eo Wicleffum, AUGUSTI-
NUS. Sicut ego video (inquit) interiorem ho-
„ minem vis eſſe animam; intimum, ſpiritum:
„ tanquam & ipſe interior ſit animæ, ſicut il-
E „ la corpori. Ita fit, ut quemadmodum cor-
„ pus per interiora cava ſua recipit aliud *
„ corpus, quod eſt anima, ſicut putas; ſic ani-
„ ma credenda ſit habere interiora inania,
„ qua corpus tertium receperit ſpiritum: at-
„ que ita totus homo conſtet ex tribus, exte-
„ teriore, interiore, intimo (*e*). Deinde dic
„ mihi: quis earum renovabitur in agnitio-
„ nem

Rom. 7. 22.

d

Auguſtinus *To.* 10. *pag.* 398.

* *Cod. Vat.* aliquod.

e *Coloſſ.* 3. 10.

(*a*) M. *Sed illi abſtulerunt Chriſto rationem, non tenendo rationem.*

(*b*) Iterum hic moneo, quod Auguſtino male ſuppoſitus liber iſte *de Eccleſiaſticis Dogmatibus*, quædam habet (ut ajunt Lovanienſes Theologi) a lectore cavenda. Nec vereor cavendum hic eſſe quod præcipiti ſtylo ſcribitur de *Didymo*, qui etſi Origenis defenſor & ſectator a quibuſdam notetur; quemquam non invenio qui eum faciat hac Apollinariſtica, ſeu potius Platonica labe pollutum.

(*c*) *Jacobus* cognomento *Baradæus*, atque etiam *Zanzalus*, gente Syrus, Secta Eutychianus, *Jacobitarum* in Oriente factus eſt Parens, qui ab eo nomen traxerunt; & quorum dogmata per Syriam & Armeniam longe lateque diſſeminavit. Vir fuit obſcurus & ignarus; ideoque *Zanzalus* (inquit Nicephorus) propter ſummam tenuitatem cognominatus. Dictus eſt etiam *Baradæus*, vel a voce Arabica *Bardaa*, quæ pannoſum ac lacerum ejus veſtitum denotat; vel ab Urbe *Bardaa* in qua natus ſit. Scripſit *Catbecbeſin*, quæ totius fidei Jacobiticæ norma eſt, & fundamentum. Extat Arabice MS. in Collegio *Maronitarum* in Urbe Roma. Quo tempore vixerit, non levis eſt inter Scriptores tum Orientales, tum Latinos diſſenſio, quam hic definire non vacat. Ante Gennadium Maſſilienſem, qui hujus Jacobi meminit, eum vixiſſe neceſſe eſt, ſcilicet, circa annum 400.

(*d*) Vincentius, cognominatus *Victor*, qui Donatiſtarum, ſeu potius Rogatiſtarum labe pollutus, modeſtis Auguſtini correptionibus tandem reſipiens, ad Catholicam rediit unitatem, ut ipſe Auguſtinus gratulatur lib. 3. de Origine Animæ, in principio.

(*e*) Maurini addunt: *Itane nondum reſpicis, quanta te abſurdiſſima conſequantur, cum animam conaris aſſeverare corpoream?* Hæc videntur addenda hoc loco, ut vim, quam intendit *Waldenſis*, faciat textus.

„ nem Dei, ſecundum imaginem ejus, qui „ creavit eum? Interior, an intimus? Apoſto- „ lus quidem, præter interiorem & exteriorem, „ non video quod ſciat alium interioris inte- „ riorem, ideſt, totius hominis intimum. „ Hæc Auguſtinus. Ecce quomodo communis *trinitas* Vincentii & Wicleffi confunditur, & ad binarium carnis & animæ, interioris & exterioris hominis commaſſatur. Iterum tamen ad Apoſtolum Paulum recurritur, propter hoc quod oravit pro Theſſalonicenſibus, dicens: *integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus, ſine querela in adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti ſervetur.* Ubi plane *trinitas* prædicta recolitur, & diſtinctio ſpiritus & animæ confirmatur. Sed Auguſtinus contra prædictos *Jacobitas* dicit ibidem, dici ſpiritum Spiritus Sancti gratiam.

1. Theſſal. 5. 23.

* Auguſtinus *To. 8. pag. 77. in Append.*

AUGUSTINUS. Anima (inquit) ex eo vocatur, „ quod dat ad vivendum, vel ad vivifican- „ dum, animum, & corpus (*a*). Tertium ve- „ ro, qui ab Apoſtolo cum anima & corpore „ inducitur, gratiam Spiritus Sancti intelliga- „ mus, quam orat Apoſtolus, ut integra per- „ ſeveret in nobis, ne noſtro vitio aut minua- „ tur, aut fugiat a nobis. „ Hæc Auguſtinus de *definitionibus rectæ fidei* cap. xx. & habet Rhabanus lib. IV. *de naturis*. Beatus Auguſtinus eumdem textum eripiens de manu *Vincentii*, non dicens oppoſitum Rhabano, ſed aliter exponens, dicit ſpiritum & animam non res ibi diverſas eſſe, ſed nomina, ut ſtatim videbitur infra *. Non eſt ergo Beatus Auguſtinus Pater Wicleviſticæ *trinitatis*, cum ſic propter hanc fidem ab eodem Patre violetur *Vincentius*: ſed nec aliquis Orthodoxus. Sed jam audiſtis Patronum ejus *Apollinarem*, qui animam a ſpiritu diſtinxit in Chriſto. Audiſtis *Didymum* audiſtis *Vincentium*; audietis & *Petrum* (*b*), audiſtis *Jacobum*, & alios de Syria. Ubi jam ad barbaros ritus Chriſti Eccleſiam, talium Patronorum perfidia condenſavit? Hi ſunt Dii tui o Wicleff.

1. Theſſal. 5. 21.

* *Cap. ſeq. num. 6.*

CAPUT XXXII.

Contra dualitatem formarum, ſpiritus ſcilicet, & animæ, apponendam in homine, ſecundum Wicleffum.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Wicleffus ponebat duo veluti principia & rationes in hominis anima, & quomodo.*
2. *Quod hæc fuerit Manichæorum opinio, Auguſtini teſtimonio comprobatur.*
3. *Qua reſponſione ſuam Wicleffus opinionem tueatur.*
4. *Refellitur hujuſmodi reſponſio, & ipſe Wicleffus conſentaneus Vincentio hæretico manifeſtatur.*
5. *Ad argumentum Wicleffi, quomodo ſpiritus abyſſo carnis ſine ullo medio ſe immergat, reſpondetur.*
6. *Quod hominis anima per diverſa officia, diverſa ſibi ſortitur nomina, abſque ſubſtantiæ diverſitate.*

1. POſt *trinitatem* Wicleffi abolitam, ſecundum totalitatem ſui *ternarii*, de primo *binario* ternarii illius, utrum bene placeat fidei Patribus, videamus. Exponit enim III. *Trialogi*, cap. XXVIII. dicens WICLEFFUS. Anima hu- „ mana dupliciter poteſt intelligi: vel perſona- „ liter pro illo ſeparabili *ſpiritu* a corpore, ſe- „ cundum rationem, qua animat; vel ſimpli- „ citer pro illa *animatione*, quæ eſt actus pri- „ mus corporalis illius ſpiritus; & *animatio* il- A „ la eſt ejuſdem rationis cum aliis formis ma- „ terialibus. *Et infra ad primum objectum.* A- „ nima humana poteſt intelligi ſimpliciter ut „ pars qualitativa hominis, ut eſt de aliis for- „ mis materialibus; & perſonaliter pro illo *ſpi-* „ *ritu*, cui accidit taliter actuare. „ Hæc Wicleffus. *Eamdem animam*, dupliciter intelligens, dicit propter logicam. Non minus tamen vult, ſecundum prædicta, *ſpiritum* & *animationem* diſtinctas eſſe formas per naturam. Et cum frequenter unam materialem & corruptibilem, alteram immaterialem & incorruptibilem profi- B teatur; eamdem tamen animam, utrumque ponit eſſe, nec in officio animandi poſſe diſtare; quaſi dixerit, in ſecundo primum eſſe *ſpiritum calceatum*, in quo poſſit corpori ſuo conjungi; quod ſine illo mediante non poſſet. Unde in *de compoſitione hominis*, capite VI. WICLEFFUS. „ Spiritus ille creatus non componit cum cor- „ pore ſecundum ejus eſſe primum, ſed ſecundum „ quod eſt actus primus compoſiti, qui eſt *ani-* „ *matio* corporalis. Unde ſicut Verbum non poteſt „ aſſumere corpus humanum, niſi per *anima-* „ *tionem*; ſic nec ille ſpiritus, niſi ſecundum „ animam, poteſt corpori hypoſtatice copula- C „ ri. „ Hæc ibi. Et ibidem dicit, ſpiritum illum incorruptibilem, & immaterialem, fieri animam corruptibilem, & per conſequens corpus eodem modo per identificationem, ſicut Dei Verbum eſt facta forma ſervi.

Wicleffus dicit ſpiritum & animationem eſſe formas diſtinctas per naturam.

Wicleffus.

Spiritus materiæ expers fit anima corruptibilis & corpus juxta Wicleffum.

2. Hanc ipſam animam tuam, quam dicis carni inſertam, magiſter tuus Manichæus invenit. Unde Auguſtinus x. *ſuper Gen. ad lit.* cap. XIII. AUGUSTINUS. Secundum hanc (inquit) „ ſententiam, nec rem abſurdiſſimam dicimus, „ quod caro ſine anima concupiſcat; nec Ma- „ nichæis conſentimus, qui cum viderent non D „ poſſe carnem ſine anima concupiſcere, aliam „ quamdam animam ex alia natura Deo con- „ trariam, carnem habere putaverunt, unde „ concupiſcat adverſus ſpiritum. „ Hæc ille. Superfluitatem autem talis ſecundæ animæ reſcindit Auguſtinus ibi, dicens, eumdem ſpiritum per delectationem carnis concupiſcere adverſus ſe ipſum, aliter delectantem. Unde ibidem cap. XII. AUGUSTINUS. Carnem itaque concu- „ piſcentem adverſus ſpiritum dicit Apoſtolus „ carnalem procul dubio delectationem, quam „ cum carne & de carne ſpiritus habet adver- „ ſus delectationem, quam ſolus habet. „ Hæc E Auguſtinus. Non eſt ergo alia anima immixta corpori, niſi ſpiritus hominis tantum. Hanc quoque tuam ſententiam habebat unus inconſultus (*c*) contra quem fortiter * militat Pater Auguſtinus. Primo, quia illa anima eſſet efficacior, quæ poteſt immediate vivificare corpus adjunctum: ſi ergo ſpiritus ſine anima illa materiali non informat, efficacior igitur ſpiritu anima talis erit. AUGUSTINUS. Per animam „ (inquit) corpus ſubſiſtit, & eo ipſo eſt, quo „ animatur, ſive univerſaliter, ut mundus; ſive „ particulariter, ut unumquodque animal in- „ tra mundum. Quapropter conſequens erat, „ ut anima per animam corpus fieret, nec o- „ mnino aliter poſſet. Quod quia non fit: ma- „ nen-

Auguſtinus *To. 3. pag. 264. num. 22.*

Non anima, ſed caro concupiſcit.

Anima carnalis a Manichæis inventa.

Auguſtinus *Ibid. pag. 263. num. 20.* *Gal. 5. 17.*

* *al.* formaliter

Auguſtinus *To. 1. cap. 15. pag. 597. num. 24.*

(*a*) M. *Anima ex eo vocatur, quod ad vivendum vel ad vivificandum animet corpus.*

(*b*) Videtur legendum *Paulus* (Samoſatenſis) cui Wicleffum convenire dicitur infra cap. 44. Vel non *audietis*, ſed *audiſtis Petrum* (Abaelardum) cui affinem Wicleffum ſupra cap. 10. oſtendit Waldenſis.

(*c*) Vincentius Rogatiſta, de quo jam ſupra, cap. præced: num. 8.

* M. anima est. „ nente quippe anima in eo quo ſimplex * eſt, „ commutari in corpus anima non poteſt „. Hæc Auguſtinus libro ſuo *de immortalitate animæ*, cap. xv. Sic juxta Wicleffum, anima per animam corpus fieret: quia ſpiritus ille creatus, quem dicit animam *perſonaliter* *, per animam *ſimpliciter* dictam corpus eſſe fiendum; vel ſcilicet corpus illud carneum, vel *animationem* ſuam: quæ cum ſit forma corporalis, aliis formis materialibus univocum eſt quid corporeum. Qualiter contra eumdem *Vincentium* lib. II. in principio per proceſſum probat AUGUSTINUS. Primo (inquit) ſcire vellem, corpus quid eſſe definias. Si enim non eſt corpus, niſi quod membris carnalibus conſtat, nec terra erit corpus, nec cœlum, nec lapis, nec aqua, nec ſydera, nec quidquid hujuſmodi eſt. Si autem corpus eſt quidquid majoribus & minoribus ſuis partibus majora & minora ſpatia locorum obtinentibus conſtat; corpora ſunt illa, quæ commemoravi: corpus eſt aer, corpus eſt lux iſta viſibilis, & omnia, ſicut dicit Apoſtolus, corpora cœleſtia, & corpora terreſtria. „ Hæc Auguſtinus. Poteſt ergo torvus quilibet Wicleviſta videre, quod *anima* ſua *materialis*, vel *animatio*, erit verum corpus, ratione extenſionis, vel materialitatis ſuæ, quamquam non ratione carnis corporeæ, quod forſan Wicleffus ipſe non negabit: ſed tunc eruat ſe, & magiſtrum ſuum *Vincentium* ab argumentis Auguſtini. Quomodo dicis animam indiviſibilem, fieri animam illam corporalem, & corruptibilem? *Per identificam unionem*, inquis. Hoc non poteſt fieri, dicit Auguſtinus, quia *manente anima ſecundum quod ſimplex eſt, in corpus omnino commutari non poteſt*.

* Vide ſupra num. 1.

Auguſtinus To. 10. lib. 4. de Orig. animæ, pag. 356. cap. 12.

Corpus quid ſit.

1. Cor. 5. 40.

Anima in corpus mutari nequit.

3. *Verum eſt* (inquis) *in eſſe ſuo primo, ſed poteſt tamen in actu ſecundo*. Ergo eſt actus primus ſpiritualis, & indiviſibilis ſecundum aliquid ſui; & ſecundum aliud, corporalis & corruptibilis forma in eadem natura ſingulari, & ſubſtantia animæ? *Concedo*, inquis. Et hoc etiam conceſſit magiſter tuus *Vincentius*.

Auguſtinus To. 10. cap. 13. pag. 397.

4. Sed audi quid iterato objiciat AUGUSTINUS. Quo pacto corpus eſt anima (*a*), cum
a „ & ejus ſpiritus ſit una eademque natura? „ Quid quod iſta tua ratione etiam ſpiritum
b „ corpus eſſe cogeris dicere? Alioquin (*b*) ſi „ ſpiritus corpus non eſt, non ſunt ſpiritus & „ anima unius ejuſdem ſubſtantiæ. Tu autem
c „ quaſi (*c*) utrumque, quamvis duo quædam ſententias, unam fateris habere ſubſtantiam. Ergo „ & ſpiritus corpus eſt, ſi anima corpus eſt: „ neque enim aliter poſſunt unius, ejuſdemque „ eſſe naturæ. „ Hæc Auguſtinus ubi jam ſupra, contra *Vincentium*. Quid dicis, Vincentine, defendendo magiſtrum? Duo quædam ſunt ſpiritus & anima; ſed una ſubſtantia utrique. Hoc placet. Ergo ſpiritus ille corpus eſt, ſpiritus dico immortalis? *Non* (inquis) *eſt bona prædicatio: quia proprietates extremorum repugnant*. Poteſt ergo eſſe, quod tu fallaris in logica: quia Auguſtinus, qui non fallitur, ſic concluſit: *ſpiritus corpus eſt, ſi anima corpus eſt*, & ſunt ejuſdem ſubſtantiæ. Tam ſpiritus & anima ſunt ejuſdem ſubſtantiæ per identitatem tuam: & anima corpus eſt per ſuperiorem probationem *; ſpiritus ergo immortalis, & indiviſibilis, erit corpus. Si tamen hoc ipſum pro vero habueris, quid eſt, quod pro *impoſſibili*, hoc ſolum contra vos arguit Auguſtinus? An hoc ſatis poſſibile eſt apud vos, quod apud Auguſtinum impoſſibile celebratur? Certe hoc opinor: ſed hæc eſt fides beſtiæ habentis cornua tamquam agni, ſed quæ loquebatur ut draco. Nos autem, eo relicto, Auguſtinum audiamus, qui huic ſemper beſtiæ loquitur oppoſita. AUGUSTINUS. Anima (inquit) & Spiritus idem
A „ ſunt in homine. Quamvis anima aliud notet, aliud ſpiritus. Spiritus namque ad ſubſtantiam dicitur, & anima ad vivificationem. „ Eadem tamen eſt eſſentia, & proprietas diverſa. Nam unus & idem ſpiritus ad ſe ipſum dicitur *ſpiritus*, & ad corpus dicitur *anima*. Spiritus eſt, in quantum ratione prædita, & ſubſtantia rationalis: anima, in quantum eſt vita corporis: de qua dictum eſt, „ *Qui perdiderit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam*. Quiſquis propter Deum hanc vitam, quæ nunc in vivificatione corporis ex anima temporaliter mor-
B „ talis conſtat, libenter deſpexerit, in futuro „ eamdem corporis, non ſolum animæ, vitam „ æternam immortalem recipiet. Humana anima, quia in corpore habet eſſe & extra corpus, anima pariter & ſpiritus vocari poteſt. „ Hæc Auguſtinus lib. *de ſpiritu & anima*, cap. IX. Ecce quas tu dicis naturas diverſas, & formas diſtinctas, Auguſtinus dicit diverſas tantum proprietates ejuſdem eſſentiæ; & quod ſpiritus ille ſecundum unam proprietatem ſuam, rationes diſtribuat, ſecundum aliam corpus ſubjectum vivificet.

* Vide ſupra num. 2. & 3.

Apoc. 17. 16.

* Auguſtinus To. 6. in App. pag. 37.

Luc. 9. 24. Quomodo perdenda anima, ut cuſtodiatur in vitam æternam.

5. Sed forſan arguis: *Quomodo hoc fiet, ut*
C *immortalis ſpiritus abyſſo carnis ſine medio ſe immergat?* Hoc revera de ſpiritu rationali verum eſt; & ejus poteſtatis, & perfectionis eſt ſignum. AUGUSTINUS enim: eo (inquit) melior eſt anima, quo ſumit propinquius (*corpus ſupple*). „ Tam propinque autem & corpus ſumeret, „ ſi non per animam ſumeret (*puta aliam*). „ Etenim nullo interpoſito, corpus propinque „ utique ſumeret. Nec invenitur aliquid quod „ ſit inter ſummam vitam, quæ ſapientia & „ veritas eſt incommutabilis, & illud quod ultimum vivificatur, ideſt corpus, niſi vivificans anima. „ Hæc Auguſtinus lib. *de immor-*
D *talitate animæ*, verſus finem. Jam habes ſententiam Auguſtini, & cauſam ſententiæ: quid ulterius calcitras contra ſtimulum? Nihil enim (inquit) invenitur inter ſummam vitam Domini, & corpus ultimo ſumens vitam, niſi vivificans anima. Quam credis eſſe hanc animam? *animationem* tuam corpoream, an ſpiritum illum tuum d
in actu ſecundo (*d*)? Melior tunc eſſet animatio corporalis aut ſpiritus in actu ſecundo, quam ſpiritus ille immortalis in ſuo eſſe primo: quia animatio illa corpus immediate ſibi aſſumit, nullo interpoſito. Et hoc ipſo forſan in arcto conſtitutus, ſocios tibi coacervas in
E pœna, dicens: *Sic ergo omnes plurificantes formas, fidei repugnabunt, & Auguſtino diſſentient*. Non ſic ipſi formas plurificant, qui ſingulis gradibus naturæ diſponunt corpus ad ſuſceptionem ſpiritus immortalis; tu diſponis ſpiritum immortalem, ut intrare poſſit ad ſpeluncam corporis: ipſi imperfectum perficiunt, tu perfectum imperficis, quia dicis, quod ſpiritus creatus minoratur quando ſit corpus anima & natura corporea in VI. cap. *de compoſitione hominis*. Ipſi animant carnem, tu incarnas animam; immo & animam animas, quia ibi dicis ſpiritum rationis, ſpiritum animatum, quem jam ſecundum te vocavi *ſpiritum calceatum* *. Vere om-

Auguſtinus To. 1. pag. 398. Perfectio animæ eſt, quod immediate uniatur corpori.

Act. 26. 14.

*Supra num. 1.

(*a*) M. *Quo pacto corpus eſt anima, cum ejus & corporis ſit diverſa natura; & ſpiritus non eſt anima, cum ejus & ſpiritus ſit una eademque natura?*

(*b*) M. *Alioquin ſi ſpiritus corpus non eſt, & anima corpus eſt; non ſunt ſpiritus & anima unius ejuſdemque ſubſtantiæ*.

(*c*) Apud Maurinos deſideratur *quaſi*.

(*d*) Vide ſupra num. 3. ubi Wicleffus concedit ſpiritum hominis in actu ſecundo eſſe corporeum.

Luc. 16. 26

omnes ante te plurificantes formas, *Magnum chaos* (inquiunt) *inter nos & vos*, quia primam eſſentiam ſpiritus rationalis, ac ſi Angelus eſſet, abſolvis a conſortio carnis, & animandi officio: nos autem fideliter ipſum ſpiritum ſic corpori jungimus, ut ſemper in ejus eſſentia remaneat aptitudo ad ejus conjugium, quæ, A ſine alio interius diſponente, eſt ſufficiens medium rationis ſpiritui ad animandum actu corpus diſpoſitum. Omnem enim illam maſſam, quæ cum formis eam aptantibus adventum animæ rationalis expectat, *corpus* & *carnem* dicimus; & ſpiritum rationalem cum perficiat nullo alio adjuncto, *animam* hominis nuncupamus.

*Edit. animas

6. Et ſic adhuc quamvis plures formas * ponimus, tamen ab Auguſtino non recedimus, dum nihil inter corpus vivificatum, & primam vitam ponimus, niſi ſpiritum rationis; quamvis ſecundum id, quod intelligentia eſt, eſt B *ſpiritus*, & ſecundum id, quod corpus vivificat, magis *anima*, quam *ſpiritus* appellatur. Unde Auguſtinus *de ſpiritu & anima*, cap. XIII.

* Auguſtinus To. 6. in app. pag. 40.

Qua ratione anima dicatur ſpiritus, ſenſus, animus, mens, ratio, memoria, voluntas.

AUGUSTINUS. Anima eſt ſpiritus intellectualis, „ rationalis, ſemper vivens, ſemper in motu, „ bonæ malæque voluntatis capax: ſecundum „ benignitatem Creatoris, atque ſui corporis „ officium, variis nuncupatur nominibus. Di- „ citur enim *anima* dum vegetat, *ſpiritus* dum „ contemplatur, *ſenſus* dum ſentit, *animus* „ dum ſapit, *mens* dum intelligit, *ratio* dum „ diſcernit, *memoria* dum recordatur, *voluntas* dum vult *. Iſta tamen non differunt in C „ ſubſtantia, quemadmodum in nominibus; „ quoniam iſta omnia anima una eſt: proprie- „ tates quidem diverſæ, ſed eſſentia una. In- „ ter ſpiritum tamen & animam poteſt eſſe „ differentia: quia omnis anima ſpiritus; ſed „ non omnis ſpiritus eſt anima. „ Hæc ille.

* M. conſentit.

Omnis anima eſt ſpiritus, ſed non e contra.

Pondera ergo hoc, quod Auguſtinus non perpendit differentiam collateralem ſpiritus & animæ, tamquam diverſarum formarum in eadem eſſentia animæ; ſed vel appellationum tantum, vel tamquam magis communis ad minus commune: & tantum diſtare facit ſpiritum a ſua intelligentia, voluntate, vel memoria, quan- D tum ab anima: quia omnes iſtas differentias æque recitans, tandem concludens, *Iſta* (inquit) *non differunt in ſubſtantia, quemadmodum in nominibus*. Hoc idem etiam Auguſtinus latius diſputans contra magiſtrum tuum *Vincentium*, vocantem aliud ſpiritum, aliud animam, & totum conſtans ex ſpiritu & anima *mentem*: (a quo tu non multum diſcrepas) oſtendit palam quomodo anima, ſecundum quod intelligentia eſt, & ſecundum ſe totam, dicitur *ſpiritus*: & ſecundum aliud ſui *anima* nominatur: ſecundum aliud dico *conſideratione*, non naturarum *multitudine*. AUGUSTINUS. Reſtat E „ (inquit) tibi oſtendere quemadmodum, quamvis proprie dicatur *ſpiritus*, non univerſa anima, ſed aliquid ipſius, ſicut Apoſtolus di- „ cit, *& integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus*: vel illud multo expreſſius in libro „ Job: *abſolviſti animam meam a ſpiritu meo*: „ tamen & univerſa *anima* appelletur hoc no- „ mine; quamvis multo magis hæc quæſtio „ nominum videatur eſſe, non rerum. Cum „ enim conſtet, aliquid eſſe in anima, quod „ proprie *ſpiritus* nominetur, quo excepto, pro- „ prie nominetur & *anima*, jam de rebus ipſis „ nulla contentio eſt; præſertim quia illud &

Auguſtinus To. 10. lib. 4. de anima, cap. 22. pag. 405.

1. Theſſ. 5. 23.

Job. 7. juxta LXX.

„ ego dico proprie vocari *ſpiritum* (quod tu „ dicis) ideſt, quo ratiocinamur & intelligi- „ mus, quando ita diſtincte iſta dicuntur, „ quemadmodum Apoſtolus ait, *& integer ſpiritus veſter & anima & corpus*. Hunc etiam „ ſpiritum *mentem* videtur appellare, cum di- „ cit, *Mente ſervio legi Dei, carne vero legi* „ *peccati*. Nam ipſius ſententia eſt, *Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem*: ut quod ibi dixit, *mentem*, in- „ telligatur hic *ſpiritum* dicere: non ſicut exi- „ ſtimas *univerſam mentem vocari quod conſtat* „ *ex anima & ſpiritu*; quod ubi legeris, ne- „ ſcio. Mentem quippe noſtram, niſi rationa- „ le & intellectuale noſtrum dicere non ſole- „ mus -- Et infra -- Multis enim modis, at- „ que in diverſis ſignificationibus, Scripturæ „ divinæ *ſpiritum* nominant; ſed de quo nunc „ agimus, quo ratiocinamur, intelligimus, ſa- „ pimus; conſtat inter nos ſic eum etiam ſpi- „ ritum proprie nuncupari, ut non ſit univer- „ ſa anima, ſed aliquid ejus. Tamen etiam „ animam ſpiritum eſſe, ſi propterea negas, „ quia ejus intelligentia diſtincte dicitur *ſpiritus*; poteris negare, univerſum ſemen Ja- „ cob appellari *Iſrael*, quoniam, excepto Ju- „ da, etiam diſtincte appellatus eſt *Iſrael* in „ tribubus decem, quæ in Samaria tunc fue- „ runt. Sed quid opus eſt & hic diutius im- „ morari? Jam nunc unde facilius oſtendamus, „ attende eam quæ *anima* eſt, etiam *ſpiritum* „ dici, cum audis, vel legis, Domino mo- „ riente quod ſcriptum eſt, *Et inclinato capite* „ *emiſit ſpiritum*; ita vis intelligi, tamquam „ a parte totum ſignaverit, non quod ea, quæ „ anima eſt ejus, poſſit ſpiritus nuncupari. „ Hæc Auguſtinus libro IV. *contra Vincentium*, capite XXII. & XXIII. Et tandem verſus finem capitis XXIII. concludit, dicens: „ Remotis igi- „ tur omnis dubitationis ambagibus, generale „ animæ nomen eſſe intelligimus, *ſpiritum*. „ Cujus quidem nominis ſignificatio tam late „ patet, ut etiam Deus vocetur ſpiritus. „ Hæc Auguſtinus. Longe jam ab Auguſtino ſecernitur Wicleffus in diſtinctione ſpiritus & animæ, quos Auguſtinus eumdem ſpiritum nominat, ſed appellatione diſtare dicit. Eamdem quoque ſubſtantiam animæ, ſed ſuam intelligentiam diſtincte dici *ſpiritum*, & ſecundum aliquid ſui *animam*; non animam a ſpiritu rationali diſtinguens, tamquam mortale ab immortali, & incorpoream formam a forma corporea & materiali: ſed totam animam immortalem dicit, & totam generali nomine *ſpiritum* appellandam, & quemadmodum fideles Theologi modo dividunt indiviſibilem ſpiritum in duas portiones, non naturas: *ſuperiorem* portionem ejus, ſecundum quam copulatur divinis principiis, *intelligentiam* appellantes; *inferiorem* vero portionem animam, ſecundum quam carni confinis eſt, ut & ſentit ex ejus contactu contagium: quemadmodum Dominus Lincolnienſis in *de ceſſatione legalium* (a), LINCOLNIENSIS. Anima (inquit) conſiſtit media inter ſpi- „ ritum & carnem ſibi invicem adverſantes, „ habens in ſua poteſtate bonum & malum, „ velle & nolle: & habens in ſua poteſtate ut „ cum carni conſenſerit, & opera ejus fecerit, „ rurſus per pœnitentiam ſe remordens, ſpiri- „ tui copuletur. „ Hæc ille. Non eſt hæc *animatio* Wicleffi, forma illa materialis & corporea, quæ nec per pœnitentiam ſe remordere cogno-

1. Theſſal. 5. 23.

Rom. 7. 25.

Gal. 5. 17.

3. Reg. 12. 28.

cap. 23.

Joan. 19. 30.

Auguſtinus ibidem. pag. 407.

Portio ſuperior & portio inferior in anima.

a Lincolnienſis.

(a) Opuſculum Roberti Capitonis Lincolnien. Epiſcopi *de ceſſatione Legalium* extare MS. Oxonii, in Bibliotheca Magdalenenſi Cod. 259. Mertonenſi 160. Cantabrigiæ in Bibliotheca publica Cod. 36. & privatim in Bibliotheca Lumleii Cod. 285. refert Philippus Labbe *de Scriptorib. Eccleſiaſticis*, ad an. 1240.

cognovit : nec habens in ſua poteſtate velle & nolle, ut ſpiritui copuletur: ſed bene hæc eſt, quam Auguſtinus ſupra docuit fuiſſe ſpiritum, quem Chriſtus moriens tradidit; & quem Apoſtolus intulit, ut *integer ſpiritus veſter & anima & corpus ſine querela ſervetur;* ſpiritus ſcilicet, ſuperior vis, ſecundum quem dicitur, *Mente ſervio legi Dei &c.* Anima vero jam vis ejus inferior, & carni conjuncta, ſecundum quam dicitur : *carne vero legi peccati :* eadem tamen anima ſine omni diverſitate naturæ, hæc & illa *. Unde Auguſtinus ſuper quaſdam propoſitiones Epiſtolæ ad Romanos, ſuper hunc textum, *Prudentia carnis inimica eſt Deo*, AUGUSTINUS. Eadem quippe animæ natura & prudentiam carnis habet, cum inferiora ſectatur; & prudentiam ſpiritus, cum ſuperiora eligit; quemadmodum eadem aquæ natura & frigore congelaſcit, & calore reſolvitur." Hæc ille.

Joan. 19. 30.
1. Theſſal. 5. 23.
Rom. 7, 25.
* Supple vis.
Rom. 8. 6.
Auguſtinus To. 3. propoſ. 49. pag. 911.

CAPUT XXXIII.

Quod ſpiritus rationalis non eſt completa perſona hominis.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Spiritus immortalis, ſecundum Wicleffum, eſt omnino & per ſe hominis perſona.*
2. *Reſpuitur hujuſmodi poſitio tamquam erronea.*
3. Individuum *quid dicatur, ſecundum Sanctos Damaſcenum & Ambroſium.*
4. *Objectio hæretici adducitur in ſui erroris defenſionem, atque diluitur.*
5. *Quo argumento impius Wicleffus populares decipere conabatur, oſtenditur; & reſpondetur, quod ſæpe in Sacra Scriptura accipitur pars pro toto, & totum pro partibus.*
6. *Translatio quid ſit ſecundum Auguſtinum, & quid Synecdoche, ſecundum Bedam.*

1. TRinitatis ergo phantaſticæ Wicleffi, ſpiritus & animæ binarius monſtratur infamis. Jam ad unitatem ejus, & ſolitudinem ejus ſpiritus veniamus, ut tota *trinitas* illa ſecundo depereat, quando omnis pars ejus imaginaria retro ceſſit. Dicit primo, ſpiritum immortalem, quem nos *animam intellectivam*, ab animandi tamen officio ſeparatam, vocamus, eſſe complete, & per ſe perſonam hominis: animationem vero, & corpus carneum, de quanto ſpiritus iſte attraxerit ea, ſibi participare quodammodo nomen hominis, & perſonam. Unde ſic habet II. *Trialogi*, cap. VII. WICLEFFUS. Non debes (inquit) credere, quod proxima materia hominis foret brutum, aut quid ex illa parte materiali qualitativa, & ex ſpiritu creato naturali intelligentia tanquam ex parte altera formali qualitativa, tamquam omnino diſtinctis, componitur unus homo: ſed quod utrumque, vel utraque natura ſit idem homo numero, vel perſona, ſpiritus per ſe, & natura corporea, participatione."

Wicleffus.

2. Incedamus ſimpliciter, ut pedetentim pateat quod erravit. *Ex ſpiritu illo creato* (inquit) *& ex parte materiali, tanquam partibus qualitativis diſtinctis, non componitur unus homo.* Da mihi definitionem hominis ſimplicem : ſi quidem definitionem non ex additamento dones; corporeitas non intrabit illam, niſi de per ſe prima ratione hominis fuerit: & tunc erit homo abſolute deffinitus ſolus ſpiritus, par Angelis, contra Scripturam, dicentem ad quæſtionem, *Quid eſt homo? Minuiſti eum paulo minus ab Angelis*. Et ſecundo, quoad virtu- A tes animæ deſcribens, *Gloria & honore coronaſti eum:* & tandem ab officio exteriori, *Conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum*. Si autem non minuatur, niſi paulo minus ab Angelis in eſſentia ſua; rogo, dic: illud aut ſpiritus eſt, & vere nondum minorabitur ab Angelo: vel corpus eſt; & erit tunc corpus de eſſentiali ratione veri hominis, & non per participationem, quaſi quid extrinſecum. Propter hoc perpendit Auguſtinus magnus metaphyſicus deffinitionem hominis conſtare ex utroque ſimul, dicens XV. *de Trinitate*, capite VII. de parvis (*a*) AUGUSTINUS. Si ſic diffiniamus, B „ ut dicamus, *Homo eſt ſubſtantia rationalis*, „ *conſtans ex anima & corpore;* non eſt dubium, „ hominem habere animam, quæ non eſt cor- „ pus, & habere corpus, quod non eſt ani- „ ma. Ac per hoc illa tria non homo ſunt, „ ſed hominis ſunt, vel in homine ſunt." Hæc ille. Vide quid Auguſtinus ponat, & quid deducat : *Non eſt dubium* (inquit) *hominem habere corpus, quod non eſt anima; & animam, quæ non eſt corpus: ac per hoc illa tria non homo ſunt*. Quid tu dicis contra, quod homo ſunt? Caro homo eſt, dicis, & anima homo eſt in perſona (*b*). Et ego tibi C argumentor cum Auguſtino : ergo caro anima eſt, & anima caro eſt. Quod ſi in perſona hominis corpus anima non eſt, nec anima corpus : ergo utraque natura nullo modo eſt eadem tertia perſona: vel fallitur Auguſtinus, & contra bonam logicam eſt, ponere individuum communicare aliis nomen & eſſentiam : quia ex individuatione ſua habet rationem oppoſitam.

Pſal. 8. 6.
a Auguſtinus To.8.pag.973. num. 11.
Homo ſubſtantia rationalis ex anima & corpore.
b

3. Unde Damaſcenus in *Logica*, capite III. dicit ad propoſitum, DAMASCENUS. *Individuum* principaliter dicitur quod dividitur qui- D „ dem, non ſalvat autem poſt diviſionem prio- „ rem ſpeciem; quemadmodum Petrus dividi- „ tur quidem & in animam & corpus; ſed ne- „ que anima ſecundum ſe ipſam eſt homo per- „ fectus, vel Petrus perfectus, neque corpus." Hæc Damaſcenus. Et hac utens logica Ambroſius ſuper hunc textum, *Omne regnum in ſe diviſum deſolabitur, Individuæ* (inquit) *rei non poteſt eſſe diviſio*. Multum ergo lædis logicam Eccleſiæ in hac parte, tam ratione individui, quam in deffinitione hominis jam dicta Auguſtini.

Damaſcenus To. 1. cap. 11. pag. 27.
Ambroſius Matth. 12. 25.

4. Sed dicis : *non hanc diffinitionem aſſeruit* E *Doctor* *, *quia nonniſi ſub conditione ſuppoſuit*. Vere ſi proceſſum attendas, non conditionem, ſed cauſalitatem ejus, & *ſi* pro *quia* dictum eſſe cognoſces. Unde & alibi lege eum, ſi unquam pœnituerit eum deffinitionis ibi ſignatæ. Sed & deffinitionem iſtam veriſſimam & pretioſiſſimam approbat in lib. *de quantitate animæ*, cap. XXV. dicens AUGUSTINUS. Diffinitio „ nihil minus, nihil amplius continet, quam „ quod ſuſceptum eſt explicandum : aliter o- „ mnino vitioſa eſt. Utrum autem hujuſmodi „ vitiis careat, converſiono exploratur, quod „ his exemplis tibi fiet apertius. Si enim me „ interrogares quid eſſet homo, & eum hoc „ modo diffinirem, *Homo eſt animal mortale :* „ non

* Subintelligo Auguſtinus.
* Vide ſupra num. 2.
Auguſtinus To. 1. pag. 424. num. 47.
Definitio quomodo recte inſtituatur.

(*a*) *De parvis*, ſeu *brevibus* capitulis, quæ in cię̃to libro leguntur.

(*b*) Per hoc ſternit ſibi viam ad errorem de Chriſto, volens, quod Corpus Chriſti ſeparatim ſit totus Chriſtus; & ſimiliter totus Chriſtus anima Chriſti ſeparatim.

„ non continuo quia verum dictum eſt, & dif-
„ finitionem probare deberes ; ſed ſuperpoſita
„ ei particula, ideſt, *omnis*, converte illam,
„ & intuere utrum etiam converſa eſſet vera ;
„ hoc eſt, utrum quemadmodum verum eſt,
„ *Omnis homo animal eſt mortale*, ita *omne a-*
„ *nimal mortale eſt homo :* quo aliter invento,
„ improbabis deffinitionem propter illud vi-
„ tium, quo aliena comprehendit. Non enim
„ ſolus homo animal eſt mortale, ſed & quæ-
„ vis beſtia. Hæc ergo hominis diffinitio per-
„ fici ſolet, cum additur mortali *rationale :*
„ nam *homo eſt animal rationale mortale ;* at-
„ que ut omnis homo animal rationale mor-
„ tale eſt ; ita omne animal rationale morta-
„ le homo eſt. Plus continendo ergo ſuperior
„ definitio erat vitioſa: beſtiam enim cum ho-
„ mine continebat : iſta perfecta eſt : nam &
„ omnem hominem, & nihil plus quam ho-
„ minem tenet. Tenendo autem minus illa vi-
„ tioſa eſt, ſi addat *grammaticum:* quamquam
„ enim omne animal rationale mortale gram-
„ maticum homo ſit ; plures tamen homines,
„ qui grammatici non ſunt, hac diffinitione
„ non continentur: & ob hoc iſta per primam
„ illam propoſitionem falſa eſt ; cum autem
„ convertitur, vera. Falſum enim eſt, *omnis*
„ *homo eſt animal rationale mortale grammati-*
„ *cum ;* ſed verum eſt : *Omne animal mortale*
„ *grammaticum, homo eſt*. „ Hæc Auguſtinus
ibidem. Jam potes videre, quod non evaſit
eum hominis deffinitio prædicta *, ut ſcilicet
corpus includatur cum anima, & hoc diffini-
tione probatiſſima, ubi nihil magis quam opor-
tet, nihil minus, nihil per accidens adjungi-
tur, ſed *tantum hoc*, & *omne hoc*, quod eſt de
per ſe hominis ratione. *Omnem* (inquit) *homi-*
nem, & nihil plus quam hominem continet. Spi-
ritum nunquid continet immortalem ? Eſt ne
ſpiritus tuus animal rationale, & corpus ratio-
nali anima animatum ? *Non*, inquis. Quomo-
do ergo ſpiritus homo eſt, ſi animal non eſt ?
& quomodo omnem hominem deffinitio præ-
dicta tenebit ? Peſſime ergo dicit ille deffini-
tionem iſtam Auguſtini hominis perſonæ in-
congruam, quam ipſe dicit eſſe perfectam. Ex
hac ergo anima, quæ vivificat corpus, qualita-
tive conſtat, ex qua etiam deffinitiva ſurgit in-
tegritas, & ipſa quidem anima, quæ & *ſpiri-*
tus hominis & *intelligentia* nuncupatur. Unde
ſuper Joan. Tract. XXVI. AUGUSTINUS. Intelli-
„ gite (inquit) fratres mei quid dixerim. Ho-
„ mo es, & ſpiritum habes, & corpus habes.
„ Spiritum dico, qui anima vocatur, qua con-
„ ſtas quod homo es : conſtas enim & anima
„ & corpore. Habes itaque ſpiritum inviſibi-
„ lem, corpus viſibile. Dic mihi quid ex quo
„ vivat : ſpiritus tuus vivit ex corpore tuo,
„ an corpus tuum ex ſpiritu tuo ? Reſpondet
„ omnis qui vivit : (qui autem hoc non po-
„ teſt reſpondere, neſcio ſi vivit.) Quid re-
„ ſpondet omnis qui vivit? Corpus utique me-
„ um vivit de ſpiritu meo. „ Hæc Auguſti-
nus. *Et idem Auguſtinus ibidem, Tractatu* XXVII.
„ Spiritus eſt, qui vivificat : ſpiritus enim fa-
„ cit viva membra. Nec viva membra ſpiri-
„ tus facit, niſi quæ in corpore quod vegetat,
„ ipſe ſpiritus invenerit. Nam ſpiritus qui eſt
„ in te, o homo, quo conſtas ut homo ſis,
„ nunquid vivificat membrum, quod ſepara-
„ tum invenerit a carne tua? -- Et paulo poſt
„ -- Unum ſi tollas, jam non ex anima tua
„ vivificatur, quia unitati corporis tui non co-

* Supra num. 2.

Auguſtinus. To. 1. pag. 599. num. 23.

Pag. 504. num. 6.

„ pulatur. „ Hæc Auguſtinus. Quod expreſſe
dicit, ſpiritum illum, ideſt, animam, *qua con-*
ſtas (inquit) *quod homo es*, illa vivificat mem-
bra corporis : illa anima, non materialis ani-
matio tua, qua conſtas, quod animal es ; ſed
ille inviſibilis ſpiritus, illa anima, qua conſtas,
A quod homo es, & ſecundum partem una cum
corpore integrat quidditatem. *Homo* (inquit)
es, & ſpiritum habes & corpus : ſpiritum dico,
qui anima vocatur, qua conſtas quod homo es :
conſtas enim ex anima & corpore. Iterum & de-
finitionem illam hominis in effectu ſuo corro-
borat, vocans animam a corpore ſeparatam
non eſſe hominem nullo modo per ſe ; & per
hoc naturam, & definitionem hominis, nonni-
ſi ex anima conſtare & corpore. Octavo enim
de Trinit. cap. IX. AUGUSTINUS. Redi (inquit)
„ mecum, & conſideremus cur diligamus Apo-
„ ſtolum. Nunquid nam propter humanam ſpe-
B „ ciem, quam notiſſimam habemus, eo quod
„ credimus eum hominem fuiſſe? Non utique;
„ alioquin non eſt quem diligamus, quando-
„ quidem homo iſte jam non eſt : anima enim
„ ejus a corpore ſeparata eſt. Sed illud quod
„ in illo amamus, etiam nunc vivere credi-
„ mus : amamus enim animum juſtum. „ Hæc
Auguſtinus. Jam habes ex Auguſtino, quod
anima ſeparata homo non eſt, quia a corpore
ſeparata eſt. Nunquid animationem tuam in-
telligit ? Certe non : quia de anima ſeparata
dicit, quæ nec in corpore eſt, nec animationi
conjuncta. Spiritus ergo tuus, homo non eſt.
C *Verum eſt*, dicis, *non ſecundum quod homo dicitur*
ad aptitudinem corpoream actualiter exiſtentem ;
ſed ſecundum quod dicit creaturam rationalem ſim-
pliciter & abſolute, vel ſaltem ſub aptitudine
corporea de poſſibili. Sic enim æquivocat de ho-
mine ubi eum ſupra * notavi. Sed quid ſim-
plicius, quid abſolutius poteſt eſſe homo, quam
in ratione ſpecifica hominis? Et illam in prin-
cipio removet Auguſtinus * a ſpiritu tuo : *Num-*
quid propter humanam ſpeciem, quia homo fuit?
(inquit). Alioquin nunc non eſt, qui homo
non eſt, de ſpecie humana non eſt. Quare ?
quia anima ſola ſupereſt. A carne ſeparata eſt,
D ideo homo non eſt, nec per ſe aliqua perſona
de ſpecie humana.

5. Argumentum vero iſtius populare, quod
plerumque facit, unde ſimplices inducat conci-
pere, quod anima hominis ſit homo, jam pu-
blicum habet ſolutionis locum. *Sanctus Petrus*
(inquit) *eſt in cœlo, & nonniſi homo ſecundum*
animam ; anima ergo ejus eſt homo in cœlo. Sol-
vit Auguſtinus, dicens, hic eum non eſſe ho-
minem in cœlo, ſed animam ejus; hoc eſt ſim-
pliciter verum. Dicitur tamen homo in cœlo
ſecundum *ſynechdochen* a parte ad totum. Un-
de Auguſtinus *ſuper Joannem*, homilia CV. ſu-
E per hunc textum, *Dediſti ei poteſtatem omnis*
carnis, AUGUSTINUS. Omnem carnem dixit o-
„ mnem hominem, a parte totum ſignificans:
„ quemadmodum rurſus a parte ſuperiori ſigna-
„ tus eſt homo totus, ubi ait Apoſtolus, *omnis*
„ *anima poteſtatibus ſublimioribus tradita* (a) *ſit*.
„ Quid enim dixit, *omnis anima*, niſi *omnis*
„ *homo ?* „ Hæc Auguſtinus. Quid ergo fingis
novam metaphyſicam in locutione vulgari? Ca-
ro pars eſt hominis, & non totus homo : ani-
ma & pars hominis eſt, non homo : anima,
inquam, non *animatio* ſecundum gloſſam tuam,
ſed illa, quam jubet Apoſtolus Poteſtatibus
ſublimioribus tradi. Non eſt ergo hæc anima
aliud, quam pars hominis : ſic enim dicit Au-
guſti-

Auguſtinus To. 8. cap. 6. pag. 871. num. 9.

Wicleffus.

* num. 2.

* in textu mox adducto.

Wicleffus.

Qua ratione anima ſeparata poſſit dici homo.

Joan. 17. 2.

Auguſtinus To. 3. pag. 760. num. 2.

Rom. 13. 1.

a

(a) Vulg. & Martini, *ſubdita*.

guſtinus, totum hominem non eſſe; ſed ſignari a parte ſua inferiori, ideſt carne, ſicut in parte ſuperiori, ideſt anima. Et attendant fideles an iſte non multum laboravit penuria fundamenti iſtius, quando hoc ſolum poterit obtinere, quod Auguſtinus exponit ſe dixiſſe, non ſecundum proprietatem verbi, ſed tantum figuraliter more vulgari. „ Dicit enim (inquit) Auguſtinus *de Chriſto ſuper Joan. Tract.* XLVII. Caro Chriſtus, & anima Chriſtus, & Verbum Chriſtus: nec tamen hæc, tres Chriſti, ſed unus Chriſtus. „ In tractatu *de compoſitione hominis*, capite VII. ipſe audacter dicit, non eſſe ibi locutionem ſynechdochicam: nec tam Sanctus logicus ut eſt Auguſtinus, diceret, quod anima eſt homo ſecundum locutionem illam, quia quodlibet illorum concedit eſſe Chriſtum pro tempore *tridui* (*a*). Sed audiſtis dicere Auguſtinum a parte totum ſignari hominem, a parte ſcilicet ſuperiori, cum dicitur, *Omnis anima poteſtatibus ſuperioribus tradita ſit:* omnis anima, inquit, ideſt omnis homo, a parte totum. Item XIII. *de civit.* c. XXIV. AUGUSTINUS. Homo (inquit) non eſt corpus ſolum, vel anima ſola, ſed qui ex anima conſtat & corpore. Hoc quidem verum eſt, quod non totus homo, ſed pars melior hominis anima eſt; nec totus homo corpus, ſed inferior pars hominis eſt: ſed cum eſt utrumque conjunctum ſimul, habet hominis nomen; quod tamen & ſingula non amittunt, etiam cum de ſingulis loquimur. Quis enim quotidiana quadam lege ſermonis prohibetur dicere, *Homo ille defunctus eſt*, & *nunc in requie eſt*, *vel in pœnis;* cum de anima ſola poſſit hoc dici? Et, in illo, vel illo loco *homo ille ſepultus eſt*, cum hoc nonniſi de ſolo corpore poſſit intelligi? „ Hæc Auguſtinus. Ecce dicit, animam eſſe meliorem partem hominis, & non totum hominem: & ne equivocares quam partem animam diceret hominis, ſubjecit in exemplo dici vulgariter, quod *in requie eſt*, *vel in pœna:* quæ anima non jam *animatio* eſt, ſed *ſpiritus* tantum. Spiritus ergo hominis, pars hominis eſt, & non totus homo: quomodo ergo poteſt eſſe completus homo? Quinimo quamvis hominis nomen habet, hoc tamen nonniſi tropice*, dicente Auguſtino, quod *quotidiana quadam lege ſermonis dicitur: homo ille defunctus eſt*. Et *de natura animæ ad Renatum* (*b*), Parte prima, in fine, dicit idem AUGUSTINUS. Tropice *ex uno ſanguine*, totum ſignatur a parte, ideſt, totus homo, qui ex anima conſtat & carne. Nam & ex parte totum, & ex toto partem divina eloquia ſignificare conſueverunt. Ex parte enim totum ſignificatum eſt, ubi legitur, *ad te omnis caro veniet:* quia ex carne intelligitur totus homo. Ex toto autem pars, cum dicitur, *Chriſtus ſepultus eſt*, cum ſola ejus caro ſepulta ſit. „ Hæc Auguſtinus.

Wicleffus.

Wicleffus concedit quod corpus Chriſti erat Chriſtus, tempore Tridui.

a

Rom. 13. 1.

Auguſtinus *To.* 7. *pag.* 245. *num.* 2.

* *ſupple* habet.

b

Auguſtinus *To.* 10. *pag.* 1 2. *num.* 28. *lib.* 1.

Pſal. 64. 3.

6. Et idem Auguſtinus in *Dialectica*, capite de verbi *origine*, *tranſlatione*, & *declinatione:* „ Tranſlationem (inquit) voco, cum vel ſimilitudine unum nomen ſit multis rebus, ut *Tullius*, & ille in quo magna eloquentia fuit, & ſtatua ejus dicitur. Vel a toto, cum pars cognominatur, ut cum cadaver illius Tullius dici poteſt: vel ex parte totum, ut cum tecta dicimus totas domos. „ Hæc Auguſtinus. Ecce quod cadaver *Tullii* non eſt *Tullius*, niſi per tranſlationem a parte totum, quæ eſt *ſynechdoche*. Peccat ergo in logica qui extra ſynechdochen hoc concedit. Quid ergo laudis eſt tali philoſopho, qui fingit ſibi metaphyſicam in tropis grammaticæ? Maxime cum

* Auguſtinus *De principiis Dialecticæ*, *To.* 1. *in App. pag.* 21.

A tropus non res ſit, ſed dictio ſola tranſlata a ſignificatione propria ad non propriam, ſimilitudine ornatus, neceſſitatiſve cauſa, ſecundum Bedam *de Tropis*, qui ſub tropo deſcribens ſynechdochen, dicit, BEDA. Synechdoche eſt plena intellectus capax, cum plus minuſve pronunciat. Aut enim totum a parte oſtendit, ut *Verbum caro factum eſt:* &, eramus in navi univerſæ animæ ducentæ ſeptuaginta ſex. Aut e contrario, ut ibi: propter Paraſceven Judæorum, quia juxta monumentum erat, ubi poſuerunt Jeſum, ideſt corpus Jeſu, ſicut jam dixerat Angelus, ubi poſuerunt eum. „

Tropus non eſt res, ſed dictio tranſlata.

Beda *To.* 1. *pag.* 67.

Joan. 1. 14.

Act. 27. 37.

Joan. 19. 42.

B Hæc Beda. Quid ergo murmuras contra iſtos Doctores figuraliter, ſecundum ſynechdochen intelligentes Chriſtum ſepultum? Quid & Auguſtinum non audis, qui totum hominem ſemper ex anima conſtare & carne, jam neſcio quoties dixit? Sic etiam idem Auguſtinus primo *de Doctrina Chriſtiana*, cap. XXI. de parvis (*c*). AUGUSTINUS. Sic te totum intelligas, ideſt, animam & corpus, & proximum totum, ſcilicet, animam & corpus ejus, (homo enim ex anima conſtat & corpore) nullum rerum diligendarum genus in his duobus præceptis (*d*) prætermiſſum eſt. „ Hæc illic Auguſti-

c

Auguſtinus *To.* 3. *cap.* 26. *pag.* 13. *num.* 27.

d

C nus -- Et iterum XIV. *de Civit. cap.* IV. -- Ab anima quippe & carne, quæ ſunt partes hominis, poteſt totum ſignificari quod eſt homo -- & iterum infra -- Sive quiſque ſecundum carnem, aut ſecundum animam; ſive ſecundum totum hominem, qui ex anima conſtat & carne. „ Hæc ille. Vel ergo ſpiritus tuus totus & completus homo non eſt, aut fallitur Auguſtinus, qui nonniſi ex eo, & carne, totum hominem dicit ſubſiſtere. Saltem ſi ſpiritus tuus completus homo ſit ſine conſortio carnis, hoc aliquando proba teſte fideli.

Auguſtinus *To.* 7. *pag.* 353. *num.* 2.

Cap. 5.

D

CAPUT XXXIV.

Quod Wicleffus a Sanctis Patribus non habet fundamenta ſua, ſed a Gentilibus, & Philoſophis reprobatis.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quomodo Wicleffi error de animæ* humanatione *fuit antiquus*, *ipſumque acceperit a nonnullis Philoſophis*, *videlicet*,
2. *Plotino*,
3. *Scipione Tulliano*,
E
4. *Hermete*, *ſive Mercurio Triſmegiſto*.
5. *Quod nullo modo cum Auguſtino Wicleffus conſenſit*, *dum hujuſmodi* animationem *ſpiritus aſſerere auſus eſt*, *multis Auguſtini teſtimoniis convincit*.

1. ATtamen cavendum eſt, ne forte dicant Sectatores Wicleviſticæ pravitatis, Beato Auguſtino nondum propalatam eſſe Sanctorum viam, quomodo ſcilicet ſpiritus hominis eſt perfectus & completus homo: ſed hæc philoſophia præcipua Wicleffo conſequenter innotuit, quod

(*a*) Triduum innuit ſepulturæ Dominicæ.

(*b*) Ad Renatum Monachum, a quo Auguſtinus libros Vincentii Victoris, temere de Anima ſentientis, acceperat. Inſcribitur nunc liber ille, *De origine animæ*.

(*c*) *De parvis*, ſeu de *brevibus* illis Capitulis, quibus conſtat hic liber *de Doctrina Chriſtiana*.

(*d*) Exponit hoc loco Auguſtinus illa duo præcepta de dilectione Dei & proximi Matth. 22. 37. *Diliges Deum tuum ex tota corde tuo*, & *ex tota anima tua*, & *ex tota mente tua*, & *diliges proximum tuum*, *tamquam te ipſum*.

quod peritus Auguſtinus non novit: & idcirco hominem non poſuit niſi ex anima conſtare & carne; cum tamen aliter res habeat.

2. Sed revera fallitur qui ſic dicit. Diu enim ante tempora Auguſtini famoſus erat error iſte de humanatione animæ inter ſæculi ſapientes. Plotinus enim, Platonicus quidem, in libro intitulato, *Quid homo quid animal*, ſicut allegat eum Macrobius libro II. *de ſomnio Scipionis*, PLOTINUS. Verum (inquit) hominem animam „ ipſam eſſe teſtatur. Igitur qui videtur, non „ ipſe verus homo eſt: ſed verus homo ipſa „ anima, a qua regitur quod videtur. Sic cum „ morte animalis diſceſſerit animatio, cadit „ corpus regente viduatum, & hoc eſt quod „ videtur in homine mortale. * „ Hæc Plotinus.

Plotinus apud Macrobium pag. 153.

* Ed. V. mortali.

3. Ecce hic habes hominem, animam, & animationem Wicleffi, quam in libris Auguſtini reperire non poteras. Sed quid moratur, & non ſtatim concedit etiam eſſe Deum animam ſapientis, ſicut conceſſit Scipio Tullianus ibidem: ratione cujus dicti inductum eſt illud Plotini? Dicit enim Scipio: „ Nec enim tu is es, quem „ forma declarat: ſed mens cujuſque is eſt „ quiſque, non ea figura quæ digito demon- „ ſtrari poteſt. Deum igitur ſcito te eſſe. — „ Quod exponens ibi MACROBIUS — Africanus „ (inquit) pene exutus hominem, & defæcata „ mente jam naturæ ſuæ capax hic apertius ad- „ monetur, ut eſſe ſe Deum noverit: & ſit „ præſentis operis conſummatio, ut animam „ non ſolum immortalem, ſed Deum eſſe cla- „ reſcat. „ Bene & ſatis alte erraverunt iſti Philoſophi, a quibus non longe ſemotus eſt Wicleffus noſter, qui animam eſſe hominem totum perfectum & completum approbat; & non hoc ipſo contentus, ſpiritum immortalem dicit animatum: quare non ſimiliter incarnatum? Et parem ſibi non invenit, quouſque ad divinum Verbum pervenerit. „ Sic eſt (inquit) o- „ mnis homo duæ naturæ in una perſona, & „ earum quælibet, ſicut divinum Verbum eſt „ corpus & anima in uno ſuppoſito, & quæli- „ libet earumdem. Et ſicut Verbum fuit ante „ hominem, & jam eſt homo poſt aſſumptio- „ nem, ſic eſſentia corporea fuit ante homi- „ nem, ſed jam aſſumpta ab anima, in ejus „ ceſſit perſonam. „ Talia plurima fabulatur, nunquam ſciens rationem ponere, vel comparationem laudabilem in philoſophia probata fundare: ſed Deo ſemper æquiparat animam: unde Deo & animæ facit injuriam.

Macrobius In ſomnio Scipionis pag. 10.

Macrobius Lib. 2. cap. 12. pag. 151.

Anima hominis eſt totus homo juxta Wicleffum.

4. Hermes quoque Triſmegiſtus aſſertor fuit iſtius opinionis injuſtæ: loquens enim ad Aſclepium, dicit HERMES. Avus tuus, o Aſclepi, „ medicinæ primus inventor*, cui templum con- „ ſecratum eſt in monte Lybiæ, circa littus „ Crocodilorum, in quo jacet ejus mundanus „ homo, ideſt corpus: reliquus enim, vel po- „ tius totus homo in ſenſu vitæ melior remea- „ vit in cœlum. „ Hæc Hermes, ut recitat eum Auguſtinus VIII. de *Civit. Dei*. Jam ſtatim perpendi poteſt, quod poſitio iſta humanationis animæ non latuit Auguſtinum, & cum hoc, quod nec placuit Auguſtino, quia vidit eam & præteriit. Non fuit forſan philoſophia fidelis ipſi viſa, nec in ſenſibus chriſtiana; ideo quaſi doctrinam fœtam periculis abjecit indignam, & philoſophiam Varronis accepit; qui utique Varro trina diſputata doctrina (*a*), ſaltem prælegit eam, quam juxta principia fidei jam tota laudat Eccleſia. Unde Auguſtinus XIX. *de Civit. Dei*, cap. III. recitans diſputantem Varronem *quid homo eſt*, an corpus ſolum, an

Hermes apud Auguſt. To. 7. cap. 26. pag. 216. num. 2.

* Eſculapius.

A anima tantum, an ex utroque compoſitum; dicit AUGUSTINUS. Sentit (inquit) in ejus natu- „ ra (ſcilicet hominis) duo eſſe quædam, cor- „ pus & animam: & horum quidem eſſe me- „ lius animam, longeque præſtabilius, omnino „ non dubitat. Sed utrum anima ſola ſit ho- „ mo, ut ita ſit ei corpus, ut equus equiti. „ Eques enim non homo & equus, ſed homo „ ſolus eſt: ideo tamen eques dicitur, quia „ aliquo modo habet ſe ad equum. An cor- „ pus ſolum ſit homo, aliquo modo ſe habens „ ad animam, ſicut poculum ad potionem: „ non enim calix, & potio, quam continet ca-

Auguſtinus To. 7. pag. 544.

B „ lix, ſimul dicitur poculum, ſed calix ſolum: „ ideo tamen quod potioni continendæ ſit ac- „ comodatus. An vero nec anima ſola, nec „ ſolum corpus, ſed ſimul utrumque ſit homo, „ cujus ſit pars una, ſive anima, ſive corpus; „ ille autem totus ex utroque conſtat ut ho- „ mo ſit: ſicut duos equos junctos, *bigas* vo- „ camus, quorum ſive dexter ſive ſiniſter, pars „ eſt *bigarum*: unum vero eorum quoquomodo „ ſe habeat ad alterum, *bigas* non dicimus, „ ſed ambos ſimul. Horum vero trium, hoc „ elegit tertium, hominemque nec animam ſo- „ lam, neque corpus ſolum, ſed animam ſimul

C „ & corpus, eſſe hominem arbitratur. Proin- „ de ſummum bonum hominis, quo ſit bea- „ tus, ex utriuſque rei bonis conſtare dicit, & „ animæ ſcilicet & corporis. „ Hæc Auguſtinus ibid. de diſputatione Varronis. De qua Varronis concluſione non multum laudata, qua ponit ſummum bonum hominis in bonis conſtare animæ & corporis, quod in contemplatione Dei fidelius poſuiſſet; principia poſitionis collaudat: hominem ſcilicet, nec corpus ſolum, nec animam tantum: ſed ex anima & corpore quid conjunctum: quod quidem in aliis ſuis libris ſemper proſequitur, velut in XV. *de Trini-*

Summum bonum hominis in quo conſiſtat juxta Varronem.

Summum bonum in contemplatione Dei reponendum.

D *tate*, in VIII. ejuſdem, in *de Civitate*, *ſuper Joannem*, *de natura animæ*, *de quantitate animæ*, ſicut in locis recitatis * plane viſum eſt.

* Cap. 31. n. 5. & 8. & cap. 33. n. 4.

5. Miror ergo qua fronte impudica Auguſtinum dicit Patronum iſtius erroris (*b*) in III. *Trialogi*, cap. XXVIII. WICLEFFUS. Conſidero „ (inquit) quod in multis extraneis ac moder- „ nis diſſentio, ſed cum multis ſanctis anti- „ quis, & ſpecialiter Auguſtino convenio. „ Hoc dicit pro doctrina animationis ſuæ. Et forſan hac audaci pompa confiſi ſui diſcipuli vocabant eum famoſo & elato nomine JOANNEM AUGUSTINI (*c*). Sit in aliis, ſi poterit;

b Wicleffus.

E ſed in *humanatione* ſui ſpiritus immortalis, vidiſtis quam plane non fuerit Auguſtini; planiſſime vero eſt JOANNES HERMETIS TRIMEGISTI, Scipionis, Tullii, Platonis, vel Macrobii, aut deliri Plotini. Iſti enim ſponte ipſi conſentiunt: Auguſtinus autem nec tractus. Traxit enim eum, ut ſaltem in vultu verborum commodaret aſſenſum; & tamen quotiens trahitur, plus confundit, quam infundat propoſitum. Unde *de compoſitione hominis*, capite VI. WICLEFFUS. Auguſtinus inquit ad Voluſianum: „ Sicut

Wicleffus Joannis Auguſtini Sectatis dictus.
c

Wicleffus Auguſtinus To. 2. pag. 405. num. 11.

(*a*) Trina ſcilicet inſtituta & diſcuſſa quæſtione; ut infra ſe explicat.

(*b*) Hæreticis ſemper in more fuiſſe Scripturas Sanctas, ac veteres Eccleſiæ Patres pro ſe jactare ad incautos imperitoſque decipiendos; immo profundæ calliditatis arte, orthodoxis eorum vocibus, æquivocatione aliqua interpolatis, aut dolo corruptis, ſuas hæreſes obtegiſſe, paſſim edocent Eccleſiaſtica monumenta. Hoc præſertim de *Pelagianis*, qui ſub *Chryſoſtomi* authoritate, & de *Eutychianis*, qui ſub *Procli* Conſtantinopolitani ſe præſidio occultabant, notat Card. Noriſius. Vide *notas ſuperiores*.

(*c*) Hoc hæreticis eſt familiare, ut dogmata ſua liberius & felicius venditent, authorem eorum & magiſtrum ſummis æquare Eccleſiæ Patribus. *Cornelium* quoque *Janſenium* modernis noſtris temporibus *Cornelium Auguſtini* audivimus appellari.

„ Sicut in unitate perſonæ anima unitur cor„ pori, ut homo ſit; ita in unitate perſonæ „ Deus unitur homini, ut Chriſtus ſit.„ Vera eſt hæc ſententia Auguſtini: etiam & illud quod ſequitur: AUGUSTINUS. In illa ergo perſona eſt „ mixtura animæ & corporis; in hac perſona „ mixtura eſt Dei & hominis. „ Sed quid pro te? In unitate perſonæ anima unitur corpori, ut homo ſit: placet ut homo, homo ſit; non quod anima homo ſit. Et ſic in unitate perſonæ Deus unitur homini, ut Chriſtus ſit: non enim Deus ſolus, nec homo ſolus, ſed Deus & homo unus eſt Chriſtus: ideo in una perſona Deus unitur homini, ut Chriſtus ſit. Sic in una perſona anima unitur corpori ut homo ſit: non ut anima ſola, nec ut corpus ſolum; ſed ut ex anima & corpore unus ſit homo. Ideo Auguſtinus *ad Dardanum* ubi & tu allegaſti eum, loquens contra caput tuum, AUGUSTINUS. Non eſt „ (inquit) homo perfectus, ſi vel anima carni, „ vel animæ ipſa mens humana defuerit.„ Et iterum Auguſtinus inquit *ſuper Joan.* Tract. XLVII. „ De homine quære: Ubi eſt Paulus? „ Si dicat, in requie cum Chriſto: verum di„ cit; ſi dicat Romæ in ſepulchro: verum di„ cit: hoc de anima, hoc de ejus carne dicit. -- Et ſequitur -- Aliud anima, aliud corpus: „ ſed ex quo conſortium corporis & animæ ho„ minis natura accepit, jam & ſimul & ſepa„ ratim hominis nomen retinuit.„ Verum dicit Auguſtinus, quod *utrumque hominis nomen retinuit:* retinuit enim *ſecundum locutionis figuram*, non ſecundum proprietatis naturam. Unde XIII. *de Civit. Dei* cap. IV. AUGUSTINUS. Ab anima quippe & carne, quæ ſunt par„ tes hominis, poteſt totum ſignificari, quod „ eſt homo: ſive quiſque ſecundum carnem, „ ſive ſecundum animam, ſive ſecundum to„ tum hominem, qui ex anima conſtat & car„ ne.„ Hæc ille. Ubi palam dicit, totum hominem ex anima & carne conſtare, & nonniſi per Synechdochen ambidextraliter: nam ſicut jam ſupra deduxi Auguſtinum, fere ſecundum eumdem proceſſum verborum XIII. *de Civ. Dei*, cap. XXIV. hoc ibi neceſſarium ſuperaddit AUGUSTINUS. Quis quotidiani quadam lege ſer„ monis prohibetur dicere, Homo ille defunctus „ eſt, & nunc in requie vel in pœnis? „ Ideo cum loqueretur populo, dixit ſecundum figuram quotidiani ſermonis, Apoſtolum eſſe in Cœlo, & eumdem Romæ in ſepulchro. E contrario eumdem Apoſtolum negat hominem eſſe in Cœlo, ſed ſecundum rei naturam viſus eſt temperare ſermonem. „ Non (inquit) jam homo eſt, „ quia anima ejus ſola ibi eſt: & quia a corpo„ re ſeparata. „ VIII. *de Trinit.* cap. VI. Ecce in quibus iſte convenit Auguſtino. Et tamen planiora fundamenta doctrinæ illius nunquam vidi. Sed miror quod Auguſtinum nunquam induxit, nunquam Doctorem fidelem, ponentem in claris terminis unquam ſuum ſpiritum humanatum. Aut ergo deinceps aliquis fidei Pater perhibeat tibi teſtimonium, aut dicet conſtans quilibet Chriſtianus: *tu de te ipſo teſtimonium perhibes; teſtimonium tuum non eſt verum.*

[Margin: Auguſtinus ibidem. — Auguſtinus To. 2. pag. 679. num. 4. — Auguſtinus To. 3. pag. 613. num. 12. — Auguſtinus To. 7. pag. 553. lib. 14. cap. 4. num. 2. — Auguſtinus To. 7. pag. 345. num. 2. — Auguſtinus To. 3. pag. 613. — Auguſtinus To. 8. pag. 871. — Joan. 8. 13.]

CAPUT XXXV.

Quod duplici ratione fideli ſpiritus hominis immortalis non eſt per ſe completus & totus homo.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Imprudentis cujuſdam pro Wicleffo defenſio recenſetur.*
2. *Quod Wicleffi poſitio, quam aliqui parvi momenti exiſtimant, gravis ſit & periculoſa: immo Manichæi Fauſtique poſitioni affinis.*
3. *Ad mentem Auguſtini nullo modo ſola anima eſt perfectus homo.*
4. *Quam falſa ſit hæreticorum reſponſio demonſtratur.*
5. *Corroboratur rei veritas, ſumpta ratione a Chriſti verbis.*
6. *Quomodo hæretici conentur ſubterfugere hanc rationem; & confutatur eorum reſponſio tamquam inutilis & frivola.*

1. IMprudenti tamen forſan compaſſione permotus aliquis vir doctus, dicit: *Et quæ cura eſt, aut in quo fides læditur, ſi hominem eſſe ſpiritum teneatur?* Olim enim, ut recitat Origenes, utrum anima hominis ex ſeminis traduce prodiret, an ex Deo creante forinſecus, impune (*a*) diſputavit Eccleſia. Euſebius quoque Cæſarienſis (*b*) & Pamphilus martyr, Baſilius quoque & Gregorius diſcipulus ejus, Didymus atque Rufinus, Doctores omni ſplendore præclari, quando factæ ſunt animæ hominum, utrum olim ſimul, an nunc per ſingulos naſcentium, nihil dixerunt eſſe periculi (*c*). Quanto magis an ſpiritus immortalis, homo ſit: maxime cum Apoſtolus Paulus *hominem interiorem* appellet? Utrum etiam animatio vitalis corporea ſpiritum diſponat? Utrum caro corrupta de neceſſitate totalitatis hominis non fuerit, quæ cura fideli? Quæ utique quæſtiones pene ſunt promiſcuæ, ita ut quantum noceant, tantum proſint; aut nec obſint, nec conferant Catholicæ diſciplinæ. Et Sapiens dicit: *De ea re quæ te non moleſtat, ne certaveris.*

2. Audio quidem, & recte. Et nonne in eodem capite Sapientis vox eſt docens, *ne omnem hominem inducas in domum tuam: Multæ ſunt inſidiæ doloſi, & quomodo ab una ſcintilla augetur ignis; & ab uno doloſo augetur ſanguis?* Etſi modica videatur ſcintilla Wicleffi, dicentis, quod ſpiritus hominis immortalis ſit homo perfectus, nonne tibi modica viſa erit flamma Manichæorum, dicentium, quod Chriſtus non vere fuerit, ſed perfunctorie incarnatus? *Non* (inquis) *immo grandis*. Audi ergo quid dicit Wicleffus hæreticus: „ Ex parte materia„ li hominis, & naturali intelligentia ſpiritus, „ tamquam omnino diſtinctis, non ſit unus ho„ mo: ſed utraque natura eſt idem homo nu„ mero, vel perſona: ſpiritus per ſe, & natu„ ra corporea participative. -- Et iterum -- „ Nec facit ſimilitudo illa in Symbolo * ad pro„ poſitum fidelium, ſed eſt in hæreſes plurimas „ inductiva, niſi ille ſpiritus immortalis foret „ per ſe & complete ille homo „. II. *Trialogi*, cap. VII. Si logicam noveris, quod eſt *per ſe*, non includit omnino quod eſt *per accidens;* & quod

[Margin: De origine animæ dubitarunt antiqui Patres. a b — c — Rom. 7. 22. Epheſ. 3. 16. — Eccleſ. 11. 9. — Eccli 11. 32. — Chriſtus non vere incarnatus juxta Manichæos. — Wicleffus. — * Quod Athanaſio inſcribitur.]

(*a*) Impune utique *de origine animæ* quinto vertente Eccleſiæ ſæculo a Patribus diſputabatur: quia quodcumque aſſererent, adſtruebant eſſe peccatum originale, quod contra Pelagium ac Cœleſtium Eccleſia Romana credendam eſſe decreverat. Non ſic *impune* diſputavit Origenes, qui Pelagianorum Princeps agnoſcitur.

(*b*) Jam ſuperius *Doctrina* XV. egregium Caſſiodori teſtimonium pro Euſebio recitavit *Waldenſis*; & hic orthodoxis eum Eccleſiæ Patribus comparat; immo alibi eum *Sanctum* vocat, & non mediocri laude attollit. Sed quid vere de eo ſentiendum, jam dictum eſt ſupra in *Præfat. generali* §. 5.

(*c*) Extat hac de re erudita Auguſtini ad Optatum Epiſtola, in qua aperte fatetur dubium jam inde a pluribus annis ſe eſſe de animæ origine; num crearetur immediate a Deo, vel per traducem a Parentibus in filios derivaret; ſcripſiſſe ſe ea de re ad Hieronymum, a quo nondum reſponſionem acceperat.

& quod eſt completum, alterius acceſſu non eget, ut ſit plenum. Si ergo Chriſtus aſſumpſiſſet ſpiritum hominis immortalem, abjecta carne corruptioni obnoxia, adhuc per ſe fuiſſet & completiſſime homo in humana natura Chriſtus: cum Deus ſit nihil operatus fruſtra; carnem ergo hominis non aſſumpſit, cum ad veritatem humanæ naturæ hoc non oportuit. Vides jam quanta ſit hæc confirmatio hæreſis abolendæ. Ita dixerunt Manichæi: *Chriſtus ad redimendum hominem homo fuit: ſufficienter autem redemit hominem, ſi redemit animam; animam ergo ſine carne debebat aſſumere*. Tanto tamen fortius eſt motivum a principiis Wicleffi contra fidem Incarnationis, quanto principia ſunt interiora ſuppoſiti (*a*). Præcedens * autem ſumitur a cauſa finali, non aſſumptæ naturæ, ſed ſuppoſiti aſſumentis. Jam gaudeant Manichæi, ſe in tantum remotis partibus habere fautorem, qui tam occultis viis marcidam hæreſim & arentem, ut tutius creſceret, inſeruit ſurculo redivivo. „ Recitemus (inquiunt *) argumentorum fortiſſimum: Spiritus immortalis „ hominis eſt per ſe & complete homo; caro „ nonniſi participatione: Chriſtus ergo ſolum „ ſpiritum aſſumendo, totum hominem & perfectum, & completum hominem aſſumpſit, „ quamvis corruptam carnem repudio judicaret, quæ nihil ad neceſſariam integritatem „ pertinens, ſed propter adhæſionem, nomen „ participat. „ Hoc eſt, quod æmulus veſter Auguſtinus vos affirmaſſe vere tradit in libro *de hæreſibus* cap. XLVI. ubi inter cætera ſummatim tacta, AUGUSTINUS. Dicunt, inquit, „ (ſupple hæretici Manichæi) Chriſtum veniſſe noviſſimis temporibus ad animas, non „ corpora liberanda. Nec fuiſſe in carne vera, ſed ſimulatam ſpeciem carnis ludificandis humanis ſenſibus præbuiſſe, ut non ſolum mortem, verum etiam reſurrectionem „ ſimpliciter * mentiretur. „ Hæc Auguſtinus. Poſtremo, cum ex parte fidelium allegaretur eis illud Apoſtoli ad Romanos, *Qui factus eſt ei ex ſemine David ſecundum carnem*, reſponderunt, Apoſtolum revocaſſe illud verbum ad Corinthios, ubi dicit: *Et ſi cognovimus ſecundum carnem Chriſtum, jam nunc non novimus*, velut recitat Auguſtinus Fauſtum Manichæum in propriis terminis, ſic dicentem: „ Interrogante Catholico, *Apoſtolum accipis?* reſpondet, *maxime*. Cur ergo non credis Filium „ Dei ex ſemine David natum ſecundum carnem? Reſpondet Fauſtus: ſi quidem hæc vetus videatur eſſe, & antiqua opinio Pauli de „ Jeſu, cum eum & ipſe David filium putaret, ut cæteri: quod tamen ubi falſum didicit, interpolat & infirmat, ſcribens ad Corinthios: *& ſi cognovimus ſecundum carnem* „ *Chriſtum, jam nunc non novimus*. -- & infra -- „ Quod ſi ita eſt, quid igitur & nos indignum „ facimus, ſi novam & meliorem Pauli tenentes confeſſionem, veterem illam, ac deteriorem projicimus? „ Hæc Auguſtinus contra *Fauſtum* libro XI. Succeſſit Marcion magnus preco hujus perfidiæ. Succeſſit Baſilides (*b*); & ut aptius perveniret ad tempora noſtri Wicleffi, continuata eſt per Euthychen (*c*), & Dioſcorum (*d*) Alexandriæ Epiſcopum: qui utique

Si Spiritus hominis eſt per ſe homo, fruſtra Chriſtus carnem aſſumpſit.

* præcedens motivum, ſeu argumentum.

* Wiclevistæ.

Auguſtinus To. 8. pag. 16.

* M. ſimiliter.

Rom. 1. 63.

Auguſtinus To. 8. pag. 220. lib. 11.

humanam in Chriſto Domino carnem negabant, ſecundum Bedam 11. *de Temporibus*. Sed quorſum iſta? Non negat iſte * carnem Chriſti cum Manichæis, poteſt eſſe; ſed quia conceſſit hominem completum ſine carne, audaciam præſtitit Manichæis, & favorem donavit. In Sardicenſi Concilio (*d*) unum nomen eſſentiæ Patris & Filii peremptum eſt, quoniam occaſionem præſtitit errandi, quod innaſcibilis Deus, vel portio ejus, de Maria Virgine naſcebatur, ſecundum Hilarium in expoſitione ſymboli ejuſdem Concilii contra Photinum. Manichæus forte non negavit Chriſtum hominem ſecundum ſpiritum; negavit autem ſecundum carnem. Quid eſt igitur, niſi quod Chriſtus ſine carne verus homo, & completus eſſe potuit? Concedit Wicleffus, quia per aſſumptionem humani ſpiritus aliqualiter fuit verus & completus homo in inferno (*f*): Apoſtolus quoque Paulus verus homo & completus in Cœlo. Jam videtis quantum non diſtat Wicleffus a Manichæo; quale fœdus amicitiæ percuſſerit cum Fauſto (*g*).

3. Sed certe Auguſtinus dicit: *ut Verbum eſſet homo, acceſſit illi anima rationalis & caro*: non *anima ſola*, ſed *& caro*. Unde dicit in *Enchiridion* capite XXXV. AUGUSTINUS. Proinde Chriſtus Jeſus eſt Deus & homo. Deus „ eſt ante omnia ſæcula, homo eſt in noſtro „ ſæculo. Deus, quia Dei Verbum; homo autem, quia in unitate perſonæ acceſſit Verbo „ anima rationalis, & caro. „ Hæc ille. Periculis ergo non vacat poſitio, quod homo completus eſt anima, ſi figura non includitur (*h*). At quod ſpiritus hominis immortalis ſit homo completus Auguſtino non placet, Eccleſiæ diſplicet. Unde & Auguſtinus ideo notans quid ad totum & completum hominem pertinet, dicit certe, quod *caro & anima*. AUGUSTINUS. „ Video, (inquit) fuiſſe ſine anima humana „ Verbum: ſed cum in principio erat Verbum „ & Verbum erat apud Deum, & Deus erat „ Verbum. Ex quo enim Verbum caro factum „ eſt, ut habitaret in nobis, & ſuſceptus eſt a „ Verbo homo, ideſt, totus homo, anima & „ caro; quid fecit paſſio, quid fecit mors, niſi corpus ab anima ſeparavit? „ Hæc Auguſtinus *ſuper Joan.* Tract. XLVII.

4. Nec habet locum hic ſilveſtris illa diſtinctio de homine & natura rationali ſimpliciter & cum aptitudine corporea: quia Beatus Auguſtinus neſcivit quomodo Chriſtus aſſumpſiſſet totum hominem, niſi modo illo, quo ſe expoſuit: *totus homo*, inquit, *anima & caro*; immo nec totus homo, nec completus, ut cedam tibi in verbis, dicente Auguſtino X. *de Civit.* cap. XXIX. AUGUSTINUS. Quid incredibile eſt, „ ſi aliqua una intellectualis anima modo ineffabili quodam & ſingulari pro multarum * „ ſalute ſuſcepta eſt? Corpus vero animæ cohærere, ut homo totus & planus ſit, natura „ noſtra ipſa teſte cognoſcimus. „ Hæc Auguſtinus. Ecce quod natura humana eſt teſtis, quod non ſit completus homo ſine corpore cohærente.

5. Secunda autem ratio catholica, confirmatoria præcedentis, ſumitur a verbis Chriſti in Evangelio Lucæ ultimo, ubi Jeſus poſt reſurrectio-

* Wicleffus.

Wicleffus fautor Manichæorum.

Wicleffus amicus Fauſti.

Auguſtinus To. 6. pag. 210.

Auguſtinus To. 3. pag. 611. num. 10. Joan. 1. 1.

Auguſtinus To. 7. pag. 264. num. 2.

* M. multorum

Luc. 24. 36.

(*a*) Argumentum Wicleffi contra Chriſti incarnationem eo eſt validius, quo ab interioribus principiis deſumitur ipſius Chriſti aſſumentis carnem.

(*b*) De Marcione, & Baſilide, ac eorum erroribus vide ſupra pag. 9. & 11.

(*c*) *Euthyches* Archimandrita Conſtantinopolitanus, circa an. Chriſti 448. hæreſim ſuam de unica in Chriſto natura evulgavit.

(*d*) *Dioſcorus* Alexandrinus Patriarcha & Neſtorianæ Sectæ pugil vivebat an. 440.

(*e*) Sardicenſe Concilium *Sardicæ* in Illyrico, Præſide *Oſio* Corduben. an. 347. adverſus Arianos collectum.

(*f*) Recolenda hic ſunt quæ ſupra dixit Waldenſis cap. 33. n. 6. ubi Wicleffus inducitur aſſerens quod ſpiritus Chriſti fuit completus homo pro tempore tridui in ſepulchro: & ex Auguſtini teſtimonio, quod ſpiritus Pauli eſt in Cœlo verus homo.

(*g*) Cum Fauſto, magno Manichæorum duce, contra quem plura Auguſtinus.

(*h*) Subaudi, *Si non ſit figuralis, ſeu tropica locutio*, ut ſupra cap. 33. num. 5. late diſſeruit.

rectionem „ Stans in medio diſcipulorum, dixit, *Pax vobis*. Conturbati vero & conterriti exiſtimabant ſe ſpiritum videre, & dixit eis: quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in corda veſtra? Videte manus meas & pedes meos. Palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. „ Ecce Chriſtus intendebat affirmare diſcipulis ſuis, quod ipſe Chriſtus homo eſſet, & idem homo Chriſtus, qui ante reſurrectionem erat, qui & in vera humanitatis integritate reſurrexerit; exiſtimantibus & ſcientibus eis, quod ſpiritus rationalis erat Chriſtus. Ergo cum Chriſtus non intendebat eos aliquo modo turbare plus quam oportuit, cognoſcere eum hominem ſecundum ſpiritum, non fuit cognoſcere eum completum hominem, niſi etiam cognoſcerent eum hominem ſecundum carnem. Niſi enim periclitarentur circa articulum humanitatis ejus, ignorando carnem ejus, non tam ſollicite exhiberet eis carnem ſuam palpabilem in ſignum veri hominis, quem cernentes ſecundum ſpiritum ſolum, *ſemihominem* judicarent. Quid enim nocuiſſet fidei illorum, quod ſolum rationalem ſpiritum cum crederent, ſi ſpiritus rationalis eſſet homo completus? Sic dicit Manichæus, qui ſolum ſpiritum dicit Chriſtum: ſed ſic delirat. Unde Beda tractans hunc locum, libro VI. *ſuper Lucam*, capite XCVII.

Beda To. 5. cap. 23. pag. 505. BEDA. Quod hæretici Manichæi de Chriſto ſuſpicantur & credunt, quod non erat vera caro, ſed ſpiritus erat; hæc prima cogitatio ſurrexit in cordibus Apoſtolorum. Et illi quidem Manichæi, nunquam credunt, Jeſum fuiſſe hominem. Diſcipuli autem noverant hominem, cum quo tanto tempore fuerant converſati. Sed poſteaquam mortuus eſt, quod noverant, quando crederent hoc potuiſſe reſuſcitari, quod potuit mori? Apparuit ergo oculis eorum talis, qualem eum noverant illi. Et non credentes tertia die potuiſſe veram carnem de ſepulchro reſurgere, putaverunt ſe ſpiritum videre. Error iſte Apoſtolorum, ſecta eſt Manichæorum. Solent autem quando illis hæc objiciuntur, ita reſpondere: Quid mali credimus? Quia Chriſtum Deum credimus, ſpiritum fuiſſe credimus, carnem non credimus. Melior eſt ſpiritus, quam caro: quod melius eſt credimus, quod deterius eſt, credere nolumus. Si nihil mali eſt in iſto ſermone, dimittat Jeſus diſcipulos ſuos in iſto errore. Quid mali crediderunt & diſcipuli? Crediderunt Chriſtum ſpiritum: non enim eſſe putaverunt nullum, ſed ſpiritum. Parvo morbo putas te periclitari? „ Hæc Beda. Hinc ergo accedit totum hoc Evangelicum argumentum: non ſufficit diſcipulis ad expiationem erroris circa reſurrectionem iſtius hominis, credere quod homo eſſet ſpiritus, niſi crederent, quod etiam corpus eſſet. Igitur non ſpiritus tantum eſt homo perfectus, niſi habeat carnem apte conjunctam, cum res ſic habeat ſe ad eſſe, ſicut ad cognoſci. Quod ſi planiora verba deſideras: credere Chriſtum fuiſſe creatum ſpiritum, fuit hæreſis, quam hoc loco damnavit Chriſtus in perſona ſua coram cœtu Apoſtolorum. Quod etiam tantum vitavit in aliis puris viatoribus, ut ammoneret Pſalm. 77. 39. Pſalmiſtam de eis, ne diceret: *Spiritus vadens ſunt & non rediens*, quouſque præponeret, *quia caro ſunt*: & recordatus eſt (inquit) *quia caro ſunt*; & tunc infert: *ſpiritus vadens & non rediens*.

6. Sed dicit aliquis: *Non crediderunt Apoſtoli, Chriſtum fuiſſe ſpiritum hominis; ſed aliquem alium*. Sed nec hoc valet ad fugam veſtram: Ratio Chriſti fuit, ne crederent quemcumque ſpiritum eſſe perſonam ſuam ſecundum quod homo, *quia ſpiritus* (inquit) *carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere*: Luc. 24. 39. ergo nullus ſpiritus eſt perſona Chriſti ſecundum hominem; quia ſecundum hoc, carnem & oſſa non habebat. Dicere ergo quod ſpiritus hominis ſit homo Chriſtus, cum ſpiritus ille carnem & oſſa non habeat, eſt parvipendere rationem Chriſti, & dicere: *argumentum tuum non valet, quia ſpiritus tuus immortalis eſt perſona tua ſecundum hominem, quæ carnem & oſſa non habet*. Quinimo quidam reprobus poſuit hominem totum, qui jam ex corpore conſtat & anima, ſecundum totum, mutandum eſſe in ſpiritum (*a*), adducens illud Apoſtoli, *ſeminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale*, 1. Cor. 15. 44. ut Auguſtinus reprobat eum in Epiſtola 11. *ad Conſentium*, inter Epiſtolas CXLVI. AUGUSTINUS. Auguſtinus To. 2. Epiſt. 205. pag. 770. num. 10. Nonnulli arbitrantur, tunc fieri corpus ſpirituale, cum jam & ipſum corpus mutatur in ſpiritum, & quod homo erat ex corpore & ſpiritu, utrumque ac totum ſpiritus erit, Corpus non mutatur in ſpiritum. quaſi dixerit Apoſtolus: *Seminatur corpus, ſurget ſpiritus*. Dixit autem, *ſeminatur corpus animale, ſurget corpus ſpiritale*. 1. Cor. 15. 44. Proinde ſicut animale corpus non eſt anima, ſed corpus; ita ſpirituale corpus non ſpiritum debemus putare, ſed corpus. Quis porro audeat opinari, vel Chriſti corpus non ſpirituale reſurrexiſſe; vel ſi ſpirituale reſurrexit, non jam corpus fuiſſe, ſed ſpiritum? Cum hanc opinionem diſcipulorum refellat, ubi cum eum videntes exiſtimarent ſe ſpiritum videre, ait, *Palpate & videte quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere*. Luc. 24. 39. „ Hæc Auguſtinus. Ecce qualiter redarguit iſtos Auguſtinus, qui ſcholam tuam tenebant, pro vita futura tantum, quod ſcilicet totus homo erit ſpiritus: *utrumque*, inquiunt, *ac totum, ſpiritus erit*; & tu ponis cum eiſdem reprobis hoc idem de præſenti, totum ſcilicet hominem eſſe corpus ſimul & animam, & quodlibet ſingillatim: & ſic reprobe cum eis ponis totum hominem eſſe ſpiritum ſimul: & cum hujuſmodi ſpiritus non poſſit intelligi niſi humanus, non bene induceret Auguſtinus Chriſtum reprobaſſe opinionem eorum, cum diceret, *Palpate &c.* niſi diſcipuli erraſſent de ſpiritu taliter reprobato.

CAPUT XXXVI.

Quod Chriſtus non fuit animatus animatione, quam poſuit Wicleffus, nec talis (*b*) eſt natura ſeparata a ſpiritu, ſed portio ejus inferior.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Tertia Catholicorum ratio adducitur, qua in Chriſto animationem Wicleffi negant.*
2. *Comprobatur ratio non paucis Divi Auguſtini teſtimoniis.*
3. *Wicleviſtæ cujuſdam objectio pro magiſtro ſuo,*

(*a*) Corpus hominis in ſpiritum fore in reſurrectione vertendum cenſuit primo Origenes, deinde Eutychius Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui a S. Gregorio convictus, retractavit errorem, ut notat *Cornelius a Lapide* in 1. ad Cor. cap. 15.

(*b*) Subintellige, *nec talis animatio*.

ſuo, ponitur, & reſpondetur, applicando Wicleviſtis jocoſum dictum cujuſdam Ethnici.

4. *Quod anima ad mentem Auguſtini multipliciter ſumi ſolet.*

5. *Anima & ſpiritus natura non differunt, ſed tantum officio.*

6. *Mens non debet dici* pars hominis, *ſed* pars partis.

1. TErtio arguunt fideles, ſumentes motivum ab animatione Chriſti pro tempore mortis ejus. Aut enim illa anima, quam ponis tertiam ſubſtantiam mediam inter carnem & ſpiritum immortalem, fuit cum ſpiritu Salvatoris in inferno, aut cum corpore in ſepulchro, aut manſit ſeparata, aut fuit corruptioni obnoxia (*a*). In inferno vagari * non potuit, quia cum ſit ejuſdem ſpeciei eum aliis formis materialibus, non potuit ſeparari a corpore, & materiali ſuo principio; maxime cum etiam, ſecundum te, procedat de potentia materiæ ejus.

2. Fuit etiam tunc ſpiritus immortalis animal, quia per te non aliud eſt animal, quam rem animari. Sed in libro *de definitionibus rectæ fidei*, cap. XVII. dicit AUGUSTINUS. Animalium animæ non „ ſunt ſubſtantivæ, ſed cum carne ipſa carnis vi„ vacitate naſcuntur, & cum carnis morte finiun„ tur; & ideo nec ratione reguntur, ut Plato & „ Alexander putant, ſed ad omnia incitamento „ ducuntur naturæ. „ Hæc Auguſtinus. Secundum hanc regulam fidei, anima iſta non comitabitur ſpiritum ſeparatum, ſed potius corpuſculum mortuum. Quod tamen non manſit cum corpore in ſepulchro, fides obviat: quia cum animæ ſit ſubjectum animare, corpus Chriſti non fuiſſet vere mortuum. Unde Auguſtinus *ſuper Joan.* Tract. XLVII. AUGUSTINUS. Sepultum Chriſtum eſſe non negas: & tamen „ ſola caro ſepulta eſt. Si enim erat ibi ani„ ma, non erat mortuus: ſi autem vera mors „ erat, ut ejus vera ſit reſurrectio, ſine anima „ fuerat in ſepulchro: & tamen Chriſtus erat „ ſepultus. Ergo Chriſtus erat etiam ſine ani„ ma caro, quæ (*b*) non eſt niſi ſepulta caro. „ Hæc Auguſtinus. Tertium (*c*) dari non potuit: quod manſit tunc ſeorſum a ſpiritu ſeparata, ſeorſum etiam a carne: quia hujuſmodi formæ materiales non ſunt ſubſtantivæ ſecundum prædictam regulam fidei, quam Auguſtinus edocuit, quia de illa anima dictum eſt, *Spiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet.* Et qualiter tu doces in terminis V. *Trialogi* cap. V. Et iterum Beatus Auguſtinus inquirens ubi potuit beatus latro eſſe cum Chriſto in illo *hodie*, non invenit ubi potuiſſet eſſe cum eo, niſi cum corpore in ſepulchro, vel cum anima in inferno, vel cum Divinitate, quæ ubique eſt, in Paradiſo. Potuit autem eſſe cum *animatione* tua in vacuo infinito, ſi ſic ſeparata manſiſſet. AUGUSTINUS. Eſt (inquit) multo expeditior ſenſus, „ ſi non ſecundum illud quod homo erat, ſed „ ſecundum illud quod Deus erat, Chriſtum * „ dixiſſe accipiatur, *Hodie mecum eris in Pa*„ *radiſo.* Homo quippe Chriſtus illo die ſecun„ dum carnem in ſepulchro, ſecundum ani„ mam in infernum venturus erat: Deus vero „ idem ipſe Chriſtus ubique ſemper eſt. — Et „ infra — Sicut ergo recte potuit dici, *Domi*„ *nus gloriæ crucifixus*, cum ad ſolam carnem

* Auguſtinus To. 8. in App. pag. 77.
Animæ brutorum naſcuntur ſimul cum carne eorum.
Auguſtinus To. 3. pag. 613. num. 13.
Chriſtus ſine anima fuit in ſepulchro.
b c
Pſal. 102. 16.
Luc. 23. 43.
Auguſtinus To. 2. Epiſt. 187. alias 57. ad Dardanum, pag. 680. num. 7.
* M. Chriſtus. Luc. 23. 43.
Bonus latro fuit cum Chriſto Deo in tempore tridui.

Thom. Wald. Tom. I.

„ illa paſſio pertineret; ita recte dici potuit, „ *Hodie mecum eris in Paradiſo*, cum juxta hu„ manam humilitatem, per carnem in ſepul„ chro, per animam in inferno, illo die futu„ rus erat: juxta divinam vero immutabilita„ tem nunquam de Paradiſo (quia ubique ſem-
A „ per eſt) receſſiſſet. „ Hæc Auguſtinus. Et nota, quod Auguſtinus ibi neſcivit tertiam naturam in humanitate Chriſti a ſpiritu & corpore. Unde ibidem infra, AUGUSTINUS. In ho„ mine (inquit) duo ſunt, anima & caro: ſe„ cundum animam triſtis fuit uſque ad mor„ tem; ſecundum carnem, paſſus eſt mortem. „ In epiſtola *ad Dardanum*, ubi dixiſti Auguſtinum ponere tria, mentem, animam & corpus, etiam tantum duo ponit: forſan tertium metu tui obticuit. Quartum (*d*) autem membrum hujus diviſionis primæ, fides elidit, quod ſcilicet anima illa foret corruptioni obnoxia. Sic enim
B dicit Sanctus Petrus in Actibus Apoſtolorum: Quia Deus Pater *non dedit Sanctum ſuum videre corruptionem*, etiam nec in aliqua parte carnis ſuæ; multo magis nec in anima ſua, quæ eſt natura multo eximior. Item tradit Fides, quod *Chriſtus nunquam dimiſit quod ſemel aſſumpſit:* animam vero ſemel aſſumpſit; non ergo per corruptionem eam amiſit, vel per mortem ipſam. Item Auguſtinus *ad Oroſium*, quæſtione XXVI. AUGUSTINUS. Mors itaque Domini „ noſtri Jeſu Chriſti non fuit in anima, ſed „ in carne ſola: mors vero noſtra non in car„ ne ſolum, ſed etiam in anima: in anima
C „ propter peccatum; in carne propter pœnam „ peccati. Ille vero qui peccatum non habuit, „ in anima; non eſt mortuus, niſi tantum in „ carne: & hoc propter ſimilitudinem carnis „ peccati, quam de Adam traxerat. Igitur ſim„ pla mors ejus profuit duplæ noſtræ. „ Hæc Auguſtinus. Et alibi probat Auguſtinus, quod ſolum corpus Domini potuit mortificari, cauſa ſumpta a Scriptura. AUGUSTINUS. Jam in „ morte (inquit) ſola caro a Judæis occiſa eſt. „ Si enim diſcipulis dixit, *Nolite timere eos*
D „ *qui occidunt corpus; animam autem non poſ*„ *ſunt occidere:* numquid in ipſo potuerunt „ plus quam corpus occidere? „ Hæc Auguſtinus *ſuper Joannem*, hom. XLVII. Probatiſſimo ergo argumento ducto per principia fidei Chriſtianæ, patet Chriſtum nunquam habuiſſe *animationem* Wicleffi, quam nec cum corpore habuit in ſepulchro, nec cum ſpiritu in inferno: non per ſe ſtantem ſine ſubjecto corpore, non reſolutam etiam morte: vel det quintum ab iis modum indifferentiæ.

3. Sed forſitan inſtat adhuc advocatus Wicleffi: *Igitur ponere ſpiritum, animam, & corpus in uno ſingulari ſuppoſito hominis, foret hæ*
E *reſis. An ignoras, quod poſitio iſta eſt apud Doctores Scripturæ famoſa?* Non ignoro poſitionem ſanam Doctorum in ſua ſubſtantia; ſed additionem tuam criminor, quam ultro ingeris ſine cauſa. Vere enim aſſertionem veriſſimam Auguſtini per appoſitionem falſi jam feceras eſſe tuam, juxta illud jocoſi Ethnici:

Quem recitas, meus eſt o Fidentine libellus;
Sed male cum recitas, incipit eſſe tuus.

Ponit Auguſtinus *mentem*, *animam*, & *corpus* in una perſona hominis, fateor; ponis & tu: ſed tu *mentem*, ſive, ut tuis terminis utar, *ſpiri-*

Auguſtinus ibid. num. 8.
De mendacio Wicleffus arguitur.
d
Act. 13. 35.
* Auguſtinus Serm. de Symbolo, To. 6. in App. pag. 280. cap. 5.
Tantum in carne mortuus eſt Chriſtus.
Simplex mors Chriſti profuit duplici morti noſtræ.
Auguſtinus To. 3. pag. 613. num. 13.
Matth. 10. 28.
Martialis lib. 1. Ep. 33.

N 2 *tum*

(*a*) Quæ hic interrogando proponit de animatione Wicleffi, oſtendit in ſubſequentibus falſa eſſe per ſingula, & abſurdiſſima.
(*b*) M. *Quia non eſt ſepulto niſi caro.*
(*c*) *Tertium* ſcilicet, quod ſupra num. 1. Waldenſis interrogando propoſuit; an videlicet *animatio* Chriſti manſerit ſeparata a Chriſto in tempore Tridui.
(*d*) Quartum, quod ſupra de anima media inter carnem & ſpiritum, Waldenſis num. 1. interrogando propoſuit; an ſcilicet illa anima ſit corruptioni obnoxia?

tum illum immortalem, aliam naturam ponis ab *animatione*, ſubſtantiam variam, animam, & formam diſtinctam. Si Auguſtinus hoc unquam affirmat, oſtende. Non ſunt idem Michael & Lucifer, etſi ab uno Cœlo fluxerunt: nec Auguſtinus & hæreticus, quia ſimiliter incipiunt, quia multum diſſimiliter deſinunt. Habet enim Auguſtinus in libro *Octoginta trium Quæſtionum*, quæſt. LXVII. AUGUSTINUS. „ Omnis creatura in homine eſt; quia intelligit „ ſpiritu, & ſentit anima, & corpore localiter „ movetur. „

Auguſtinus To. 6. pag. 50. num. 5.
Omnis creatura in homine eſt.

4. Et ibi *quæſt.* VII. diſtinguit modos ſumendi animam. Aliquando dicitur anima ſecundum totum ambitum illius *ſpiritus*, tam ſecundum mentem qua intelligit, quam ſecundum baſſum ejus, quo corpus vivificat. Alio modo ſumitur tantum ſecundum baſſum illud, quo officium tenet animandi communiter cum aliis animabus beſtiarum. AUGUSTINUS. Anima (in„ quit) aliquando ita dicitur, ut cum mente „ intelligatur; veluti cum dicimus hominem „ ex anima conſtare & corpore: aliquando ita, „ ut excepta mente dicta, ex iis operibus in„ telligamur, quæ habemus cum beſtiis com„ munia. Beſtiæ namque carent ratione, quæ „ mentis propria eſt. „ Hæc Auguſtinus -- Et idem Auguſtinus in libro *de Agone Chriſtiano*, capite VI. „ Inviſibilis & incommutabilis veri„ tas per ſpiritum animam, per animam cor„ pus ſuſcipiens, toto homine aſſumpto, ab „ omnibus eum infirmitatibus, nulla ſua con„ taminatione liberavit. Ecce nolo putes, quod iſta me lateant. Plura ſunt talia, quæ *trinitatem* ſpiritus, ſive mentis, animæ, & corporis quodammodo inſtruant; ſed nondum ad manum veniunt animæ illæ, vel naturæ, quas tu diſtinguendo plurificas, & plurificando diſtinguis.

Auguſtinus To. 6. pag. 3.
Auguſtinus To. 6. cap. 18. pag. 254. num. 20.

5. Vis jam addiſcere quid Catholicos ſtudentes Auguſtinus edocuit? Hoc accipe pro rato; quod eadem eſt ſimplex eſſentia, quæ corpus vivificat, & ſpiritus immortalis, qui mente diſcernit, ſed *mens* & *anima* ita in ipſa ſimplici differunt eſſentia, ut diſtent *officio*, non *natura*. Secundum *mentem* intelligit, quæ portio eſt ſuprema: ſecundum *animationem* ſuam vegetat in portione extrema, & moli carnis contermina. Sic ex eo dictum eſt ſupra * per Auguſtinum, quod *anima & ſpiritus idem ſunt in anima, quamvis anima aliud notet, aliud ſpiritus: eadem eſt eſſentia, & proprietas diverſa*. Capitulo VII. *de ſpiritu & anima*. Et iterum capitulo IX. *Anima dicitur dum vegetat, ſpiritus dum contemplatur. Iſta tamen non differunt in ſubſtantia, quemadmodum in nominibus, quoniam iſtæ proprietates ſunt diverſæ, ſed una eſſentia*. Et in Epiſtola ad *Nebridium*, quæ eſt Epiſtola CLI. palam dicit *intelligentiam*, ſive *mentem*, non eſſe niſi partem animæ, quæ componit cum corpore hominem. AUGUSTINUS. „ Unde (inquit) conſtamus? Ex animo & cor„ pore. Quid horum melius? Videlicet animus. „ Quid laudatur in corpore? Nihil aliud video, „ quam pulchritudinem. Quid eſt corporis pul„ chritudo? Congruentia partium cum quadam „ coloris ſuavitate. Hæc forma ubi vera me„ lior, an ubi falſa? Quis dubitet, ubi vera „ eſt, eſſe meliorem? Ubi ergo vera eſt? In „ animo ſcilicet. Animus igitur magis aman„ dus quam corpus. Sed in qua parte animi eſt „ iſta veritas? In mente, atque intelligentia. „ Hæc Auguſtinus. Ecce quomodo ab anima, quæ eſt pars qualitative componens hominem, ordinate devenit, ut diceret *mentem* ejus, in qua reſidet maxime veritas. Item *in Geneſim contra Manichæos* libro XI. cap. XI. AUGUSTINUS. Ideo dicitur, *Non eſt bonum eſſe hominem* „ *ſolum:* adhuc enim erat quod fieret, ut non „ ſolum anima corpori dominaretur, quia cor„ pus ſervilem locum obtinet, ſed & virilis „ ratio ſubjugaret ſibi animalem partem ſuam, „ per quod adjutorium imperat corpori. „ Hæc A ille. Ecce non ſolum dominatur anima corpori, ſed & ratio, quam prius hic dixit *intelligentiam*, ſive *mentem*, dominatur animali parti ſuæ, quam Wicleffus *animationem* appellat; per quod *adjutorium præſtat corpori*, dicit Auguſtinus.

* Vide cap. 32. num. 4.
Ibid. num. 6.
Auguſtinus To. 2. Epiſt. 3. aliis 152. pag. 5. num. 4.
Quid ſit corporis pulchritudo.
Auguſtinus To. 1. pag. 671. Gen. 2. 18.

6. Quid ergo fugis, & fingis? fugis veritatem, & fingis mendacium; docens mentem, ſive ſpiritum non eſſe partem hominis ſecundum Doctores, ſed completum hominem, ſive totum; & eos intelligere dicis de animatione tua, non de ſpiritu, quotiens dicunt animam partem hominis? Jam tu videris, utrum ſpiri- B tus immortalis, ſive mens, debeat eſſe pars hominis, cum certum ſit eam eſſe partem partis. Et idem Auguſtinus *contra duas Epiſtolas Pelagianorum* lib. 1. cap. X. Quomodo dictum Pauli poſſit intelligi de ſpiritu immortali, AUGUSTINUS. Scimus enim (inquit) quia lex ſpiri„ tualis eſt, ego carnalis ſum. Non ait *fui*, „ ſed *ſum*. Numquid ergo Apoſtolus, cum hæc „ ſcriberet, carnalis fuit? An ſecundum cor„ pus hoc dicit? Adhuc enim erat in corpore „ mortis hujus, nondum facto quod alibi di„ cit, *ſeminatur corpus animale, ſurget corpus* „ *ſpirituale:* tunc enim ex toto *, ideſt, ex C „ utraque parte qua conſtat, ſpiritualis homo „ erit, quando ſpirituale etiam corpus erit. „ Neque enim abſurdum eſt, ut ſit in illa vi„ ta etiam caro ſpiritualis, ſi potuit eſſe in hac „ vita in iis, qui adhuc carnalia ſapiunt, etiam „ ſpiritus ille carnalis. „ Hæc ille. Et hic audiſti, quomodo Auguſtinus dicit, ex utroque conſtare totum hominem, corpore & ſpiritu, ſpiritu inquam, qui hic carnalis efficitur in iis, qui carnaliter ſapiunt: non autem *carnaliter ſapitur* niſi a ſpiritu immortali. Bernardus & bonus & docilis diſcipulus Auguſtini, & conſcius mentis ejus, dicit mentem, & animum vege- D tantem, ejuſdem animæ portiones & partes. BERNARDUS. Cum me nomino * (inquit) ex„ cellentius quod in me eſt, & in quo ſto per „ gratiam Dei, ideſt, mentem rationemque, „ intellige. Cum loquor animam meam, hoc „ inferius accipe, quod carni animandæ vides „ accomodatum, etiam & junctum in concu„ piſcentia -- Et infra -- Et ideo non *me* qui„ dem, ſed tamen *meum* dixerim, quod in „ me carnaliter ſapit, idque non aliud, quam „ ipſam animam. Revera enim animæ portio „ eſt carnalis affectus, * & vita, quam admi„ niſtrat corpori. „ Hæc Bernardus *ſuper Can-* E *tica*. Serm. XXX. tractans hoc verbum Apoſtoli Pauli: *Non enim facio animam meam pretioſiorem quam me*.

Auguſtinus To. 10. pag. 419. num. 17. Rom. 7. 14.
1. Cor. 15. 44.
* M. ex toto ſe.
Bernardus pag. 660. n. 9.
* M. dico.
* M. affectio ejus.
Act. 20. 24.

CAPUT XXXVII.

Quod ſuperfluum eſt * ponere *animationem* naturam diſtinctam a ſpiritu immortali.

* Cod. Ferrarien. ſuperfluit.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Sapientum inquiſitio in rebus abſconditis, in quo verſari debeat.*
2. Animationem *Wicleffi nullius eſſe neceſſitatis, oſtendit.*
3. *Qua neceſſitate inductus fuerit hæreticus ad ponendam hanc ſuam* animationem.

4. *Fri-*

4. *Frivolam, vanamque fuiſſe hanc ſuam poſitionem demonſtrat.*
5. *Corpus eſt naturalis locus ſpiritus.*
6. *Opinionem Wicleffi adverſari tum naturæ, tum fidei, concludit.*
7. *Nova ratio adducitur contra hæreticos.*
8. *Obiicit Wicleviſta quidam contra Catholicos, via ſenſus.*
9. *Satisfacit Author huic objectioni.*
10. *Duæ adhuc Wicleviſtarum inſtantiæ proponuntur, diluunturque.*

1. OMnis inquiſitio ſapientum pro adinveniendis rebus, quas ſenſus non ſtatim docet, ſed intellectus excogitat, eſt inveſtigare, utrum res hujuſmodi propter neceſſitatem, vel propter decorem ponuntur. Verbi gratia: cutis eſt in capite ad neceſſitatem, crinis ad decorem.

B 2. Quid ergo neceſſitatem inducit ponendæ talis animæ beſtialis, maxime ut in eodem homine alia ſit *animatio* in natura, alia *ſpiritus immortalis* in natura; immo *anima* alia hæc, & alia hæc? Vel quid auget ad decorem? Beatus namque Auguſtinus XXII. *de Civ. Dei*, cap. XXIV. humanæ fabricæ ornatus multos eliquat, ut artificium Creatoris, quam ſit magnum & mirandum, exponat. Ipſe (inquit) incorpoream, corporeamque naturam, illam præpoſitam, iſtam ſubjectam, miris modis copulans, atque connectens, animantem facit. „ Et tandem inferens inſignia mentis, in qua aliquantulum eſt boni, inquit: „ Quam mirabile opus Omnipotentis quis effetur, aut cogitet? Præter artes „ bene vivendi, quot per eam inventæ artes, „ & quo ingenio veſtimentorum, ædificiorum- „ que in agricultura, in navigatione, in fabri- „ catione vaſorum? Quot præſidia, quot mu- „ nitiones, quot inſtrumenta bellorum, quo- „ modo perita in literis, ſubtilis in ſcientiis, „ exquiſita in numeris? Poſtremo in ipſo cor- „ pore quanta (inquit) Dei bonitas, quanta „ apparet providentia Creatoris? Nam ſunt in „ eo loca ſenſuum, membra diſpoſita, ſpecies, „ figura, ſtatura, ita modificatæ, ut ad mini- „ ſterium animæ rationalis ſe indicet eſſe fa- „ ctum. „ Recitat ibi officia manuum, exercitia pedum, perplexitates nervorum, commoda juncturarum, ſitum, & reverentiam cordis, arterias, venas, & nervos, a quibus fontibus deriventur: quorum vias, & retrogrados curſus, Anatomici cum viderint, neſciunt, & quod neſciunt admirantur: *animationis* tuæ laudes vel prætermittunt, vel neſciunt: quæ cum eſſet natura corpore celſior, plus in ea poſſent invenire preconii, plus laudis, ex quo in honorem Factoris pingueſcerent labia laudatoris.

Auguſtinus *To. 7. pag. 689. num. 2.*

Mirabilia omnipotentiæ divinæ.

E Tollatur igitur ſtibium (*a*) meretricium, quo Wicleffus proponit decorare hominis vultum vitalem: quia non eſt hoc color ejus naturalis, ſed ſpiritus potius immortalis, quem ſpiravit Deus in faciem ejus ſpiraculum vitæ, quo factus eſt homo in animam viventem. Hic totus ornatus eſt vitæ; hic ſplendor humanæ perſonæ: non tantum in via mortaliter viventium, ſed & in Patria Beatorum, dicente Auguſtino XXII. de *Civ. Dei*, cap. XIV. ubi quaſi admirando interrogat, AUGUSTINUS. Quale „ (inquit) erit corpus, quod omnino ſpiritui „ ſubditum, & eo ſufficienter vivificatum, nul- „ lis alimoniis indigebit? „ Hæc Auguſtinus. Brevi, & ſententia plena, de corpore loquens glorioſo, dicit futurum corpus omnino ſpiritui ſubditum, ſpiritui immortali, ſpiritui, qui ſecundum Deum vivit, ſpiritui contra quem in hac pœnali vita caro continue concupiſcit; ſed A ubi erit perfecta quies, corpus erit ſpiritui omnino ſubjectum, quia erit ibi prima & nativa tranquillitas, & ab eo ſpiritu ſufficienter vivificatum. Pro bono Deo, numquid aliquid quod eſt de neceſſitate humanæ perſonæ in illa gloria deeſſe poterit, ubi capillus de capite non peribit? Si ſpiritus immortalis ſufficienter corpus vivificat, neceſſitatem *animationis* tuæ ſecundæ aut Deus ſuſpendit, aut ipſa ſuperfluit.

4. Reg. 9. 30. a

Gen. 2. 7.

Anima eſt totus ornatus hominis, etiam in patria.

Auguſtinus *To. 7. cap. 24. pag. 692. num. 5.*

Luc. 21. 18.

3. Sed produc, rogo, qua neceſſitate hæc animatio media ponitur? WICLEFFUS. Quia (inquit) ſpiritus ille creatus non componit cum „ corpore ſecundum eſſe ejus primum, ſed ſe- „ cundum quod eſt actus primus compoſiti, „ qui eſt animatio corporalis. Unde ſicut Ver- „ bum non poteſt aſſumere corpus humanum, „ niſi per animam, ſic nec ille ſpiritus, niſi „ ſecundum animam poteſt corpori hypoſtati- „ ce copulari. „ Hæc Wicleffus *de compoſitione hominis* cap. VI. dicit, non probat (*b*).

Wicleffus.

4. Quidquid autem ſit de poteſtate Verbi quoad carnem aſſumptam, quam, ut certum habemus ex fide, ſi voluiſſet, ſine anima ſumere potuiſſet; tamen de ſpiritu hominis immortali ſecuros nos facit ratio naturalis; & Fi- C des ad hoc accedit, non præjudicans rationi. Naturaliter enim unumquodque petit locum ſuum, & quodlibet perficiens ſuum perfectibile. Quid oportet addere lapidi, ut deſcendat, inſtrumentum, vel formam? Quid igni, ut ſurſum aſcendat, ſcalam inſtituis? Remove prohibens, & petent loca ſua celerrime.

b Verbum potuiſſet aſſumere carnem ſine anima, ſi voluiſſet.

5. Ideo dico tibi: locus naturalis ſpiritus rationalis eſt corpus ſignatum. Nec tam invicem delectantur pondus & centrum, ignis & ſurſum, Sol & Orbis, Lucifer & ortus, Piſcis & aqua, aer & avis, quam corpus & ſpiritus immortalis, in tantum ut Jacobus Apoſtolus di- D cat, quod *corpus ſine ſpiritu mortuum eſt*. Quid ergo facit animatio tua, ſi nec vitam præſtet, ſed ſpiritus? Sed *inſtrumentum eſt ſpiritus*, inquis. O cur non bene vidiſti, quid dicit tuus Macrobius? „ Ad motus (inquit) exercitium „ inſtrumenta quærantur, quando aliud eſt quod „ movet, aliud quod movetur: cum ignis, licet „ ex cauſa intra ſe latente moveatur, nullis ta- „ men inſtrumentis ad ſuperiora conſcendat. „ Multo minus hæc in anima quærenda ſunt, cujus motus eſſentia ſua eſt. Motus igitur animæ ad ſuum corpus naturalis eſt, & complacentia genitalis. Quid ad celebrandum nuptias unionis E ſecundam animam interponis? Quæ interpoſitio, ſi fiat, ut conveniant, eo magis non conveniunt, quo animam interponis? Sed *non conveniunt* (inquis) *niſi in tertio; ergo convenientia non eſt inter ipſa, ſed in illo tertio*. Quid ergo jactas, quid clamitas de delectatione ſpiritus ad carnem, quando nec ſpiritus carnem diliget, ſed *animationem*; nec caro ſpiritum, ſed animam mediam? Si enim ſe invicem maxime diligerent, ſe maxime unirent: poſſent autem magis ſe unire, quam per animam interceptam. Quod ſi probari poſtules, ecce quod fide dictante, flamma ignis groſſi

Jac. 5. 26.

Macrobius. Quando ad motum neceſſaria ſint inſtrumenta.

(*a*) *Stibium*, quoddam pigmenti genus, quo fœminarum oculi nigreſcebant, ut legitur de Jeſabel 4. Reg. 9. 30. Tertullianus *de cultu fœminarum*, & Sanctus Cyprianus in libro *de lapſis*, graviter invecti ſunt in morem tota Africa etiam inter viros invaleſcentem pingendi oculos, & ſupercilia: *inunge oculos tuos, non ſtibio Diaboli, ſed collyrio Chriſti*, ait S. Cyprianus.

(*b*) Hæc jam a Waldenſi producta & refutata habes ſupra cap. 32. num. 2. & deinceps.

groſſi ſpiritum hominis damnati ſic cremabit uſque ad graviſſimam pœnam ſenſus, & torturam perpetuam, & hoc ſine interpoſita forma ſubſtantiali, tertio, vel medio * inſtrumento. Quoniam ergo illapſus iſte eſt pœnalis, & per hoc violentus; quanto magis ſine omni forma ſubſtantiali media, diſponente ſpiritum immortalem, poteſt ipſe ſpiritus dilectæ & cognatæ carni ſe immergere, & indiſſolubiliter maritare?

* Cod. Ferrarien. tertio mediante.

6. Ecce contra te fides murmurat, natura te deridet. Ideo bene dixit Auguſtinus; ut in ſuperioribus recitatur *, nihil inter Deum & corpus ultimo vivificatum mediare, niſi vivificantem animam. Hoc dixit in libro ſuo *de immortalitate animæ* *.

* Vide ſupra, cap. 32. num. 5.

* Cap. 15.

7. Sed in libro *octogintatrium quæſt.* clariſſime hoc differit, & diffuſe, AUGUSTINUS. Rurſum „ inter corpus & animam, quod melius ſit corpore, deterius anima, non invenitur. Si quid „ enim eſſet medium, aut vivificaretur ab anima, aut vivificaret animam, aut neutrum; „ aut vivificaret corpus, aut vivificaretur a corpore, aut neutrum. At quidquid vivificatur „ ab anima eſt corpus: ſi quid autem vivificat animam, melius eſt, quam anima. Rurſum, quo vivificatur corpus, anima eſt: quod „ vivificatur a corpore nihil eſt. Neutrum vero, ideſt, nullius vitæ indigens, nullamque vitam tribuens, aut omnino nihil „ eſt, aut aliud corpus eſt, aut aliquid & corpore & anima melius. Nunc ratio comperit „ nihil inter corpus & animam eſſe, quod ſit „ corpore melius, illa * deterius. Quod autem „ eſt omni anima melius, id *Deum* dicimus, „ cui quiſquis eum intelligit junctus eſt. Jam ecce concludit, innuens quam animam dixit, AUGUSTINUS. Deo (inquit) junctum eſt quod „ intelligit Deum. Intelligit autem anima rationalis Deum — Et infra — Nec quidquam „ eſt melius anima rationali, niſi Deus„ (*a*). Hæc Auguſtinus ibidem. Planiſſime determinat univerſa, quod inter animam rationalem & Deum nihil eſt; nihil quoque melius niſi Deus. Hoc intellige in homine: Angeli enim ſunt meliores, ſed extra hominem meliores. Inter animam rationalem, & corpus vivificatum, nihil eſt, quod eſt ipſa anima deterius, & melius corpore. Exploſa * ergo eſt animatio tua corporalis, quæ deberet eſſe quid deterius ſpiritu, corpore melius, ſi foret præſens. Non „ (inquit); ſed dicit Auguſtinus, nihil inter „ animam & corpus medium, quod ſit corpore melius, anima deterius: animatio enim „ alia eſt forma a ſpiritu, non alia anima. „ Imo & alia anima, quia ſpiritus immortalis & animatio, duæ animæ ſunt. Sic enim ſecundo „ *Trial.* cap. v. WICLEFFUS (*b*). Videtur mihi „ (inquit) quod omnis homo habeat in ſe duas „ maneries (*c*) animarum: unam ſpiritum immortalem, quæ eſt eadem perſona cum homine; & aliam corruptibilem, ſimilem animæ beſtiarum; quæ anima non eſt res, quæ „ per ſe probatur exiſtere, ſed eſt actualis, ac „ ſubſtantialis animatio, ſecundum quam corpus eſt animal in tali ſpecie, vel in tali. „ Hæc ſunt verba *. Facis ergo unam animam corpore meliorem, anima rationali deteriorem, *animationem* illam ſcilicet beſtialem contra Auguſtinum. Aliud * etiam ponis anima melius citra Deum, animam ſcilicet rationalem, ſpiritum immortalem, meliorem anima beſtiali

Auguſtinus To. 6. quæſt. 54. pag. 24.

* M. anima. Quod eſt melius anima, Deus eſt.

Pag. 25. a

* Cod. Ferrarien. expedita.

Wicleffus. b c

* Wicleffi ſupple.

* al. aliquid.

contra eumdem. *Adhuc* (inquit) *nihil ponitur melius anima citra Deum, quia & ipſa * animæ eſt*. Non ita, Sophiſta; ſed dicas *nihil melius animabus:* duæ enim ſunt animæ, duæ formæ, duæ naturæ per te. Aliquid ergo (quia aliqua forma eſt) anima rationali deterius, A quæ juncta eſt Deo; & hoc eſt corpore melius: & hoc concluſive deſtruit Auguſtinus. Et revera in ipſo jam prædicto paſſu Auguſtini, ſatis efficaciter divulſa ſunt fundamenta Wicleffi, ponentis animam ſe ipſa animari; animationem quoque eſſe actum abſolutum ſuppoſiti; & plura talia adinventionum ſuarum, quæ omnia jam conſerere, ut appareat quam vana ſunt, peritus fidelis qui vidit * non optat, nec tales moras tempus indulget.

* Ipſa animatio anima eſt.

* al. jam videre.

8. Sed reſtitit quidam Wicleviſta, mihi involvens ſententias magiſtrales. „ Quid eſt (in- „ quit) quod poſt egreſſum ſpiritus immorta- B „ lis movet corpus? Oportet enim motum o- „ mnem cauſatum ab intrinſeco, ab anima a- „ lia habere principium. Videmus enim in ho- „ mine interfecto quandoque motum cordis „ pulſare lacertos, & linguam hominis etiam „ in abſciſſo capite quodammodo fabulari. „ Quod ſi ſpiritus ille jam deceſſit, quid efficit talem motum, ſi non animatio corporalis relicta pauliſper poſt ſpiritum?„

Objectio Wicleviſtarum ducta ab experientia.

9. Certum eſt motum talem humani corporis eſſe animæ argumentum: ſic enim ratio naturalis duxit priores philoſophos in notitiam animæ per bivium motus & ſenſus; & tangit C Ariſtoteles 1. *de Anima*. Non eſt tamen motus in abſciſſo capite productus ab anima tunc præſente, ſed ab anima paulo ante movente, & ex fervore motoris * adhuc relicto ibidem poſt deceſſum ſpiritus; quemadmodum forte odoriferum relinquit fumum, & intenſionem odoris in medio poſt deceſſum ſuum *. Et quemadmodum rota fortiter mota gyrat ſe ipſam poſt omnem actum motoris, remittendo uniformiter motum ſuum, ſicut perdit virtutem quam indidit ipſi motor, cum moveret per contactum. Qualiter etiam imaginabantur quidam Philoſophi Cœlum adhuc moveri vir- D tute influxa ſibi a primo motore, qui in principio temporis tantummodo movebat cœlum per contactum virtutis unitæ; ita in homine, qui eſt minor mundus, ſpiritus creatus movet efficaciter radices vitales per gyrum: ideo enim humana vita vocatur *rota* Eccleſiaſtes ultimo. Et Job dicit ſe totum factum *in circuitu:* & ex fervore motus ſic concepti, jam expirante motrice, relicta virtus movet ulterius aliquantum, remittendo continue motum illum. Sic putant quidam dictum ad literam illud Ezechielis: *Quocumque ibat ſpiritus, illuc eunte ſpiritu, & rotæ pariter levaban- E tur, ſequentes eum. Spiritus enim vitæ erat in rotis.*

Veteres philoſophi quomodo devenerint in cognitionem animæ. Ariſtoteles Lib. 1. de anima.

* Ed. V. moventis.

* Cod. Ferrar. ſui.

Opinio philoſophorum de motu Cœli.

Eccleſ. 12. 6. Job 10. 8.

Ezech. 1. 20.

10. Et iterum Wicleviſta: „ Sed eadem ſunt „ accidentia, & idem calor, eadem figura; & „ omnes partes homogeneæ conſimiliter moventes ſenſum poſt diſceſſum ſpiritus: quomodo ergo non manet eadem forma? „ Immo eadem corporis quanti, & qualis; ſed non eadem forma vitalis: hoc dumtaxat quod jam eſt forma completa, quæ prius fuerat incompleta; quemadmodum linea ſecta per medium jam habet punctum ſuum finalem, qui prius fuit punctus (*d*) intrinſecus: & ideo jam d eſt

(*a*) Hæc intelligenda ſunt reſtrictive *in homine*, ut mox infra explicat & reſtringit Waldenſis ipſe.
(*b*) Hæc eadem verba jam relata ſunt ſupra, cap. 31. num. 3.

(*c*) *Duas maneries*, ſeu *duo genera* animarum.
(*d*) *Punctus* in maſculino, non *punctum* in neutro paſſim ſcribebant veteres Scholaſtici.

eſt tota linea, quæ prius non fuit niſi pars. Sic forma ſubſtantialis corporis mortui jam complet informationem ſui ſuppoſiti, quæ prius ceſſit in completionem animæ rationalis: & ideo illa caro, quæ tunc fuit pars ſuppoſiti, jam eſt totum ejus ſuppoſitum; & non hoc, quod prius erat, quia non ſub illa forma eſt: tamen eadem, quæ prius erat pars, & iterum eſſe poteſt. Et iterum Wicleviſta: *Ergo ponis aliam formam in homine præter ſpiritum?* Pono quidem. *Ergo* (inquit) *& iſta forma mediat inter ſpiritum & corpus ſuum.* Nequaquam. Eſt enim tunc primo corpus cum habeat iſtam formam. Unde etſi ponerentur plures animæ, dummodo tamen diſponunt corpus & aptant ad ſuſceptionem ſpiritus, inter corpus non mediarent & ſpiritum, quia hoc ipſum quod componunt & aptant, etiam eis annumeratis, corpus eſt ad futurum ſpiritum capiendum: animatio autem tua cum ſit diſpoſitio ſpiritus, & ſecunda anima, vere mediat & cauſat ſpiritus ingreſſum, & eſt quodammodo corporeum ligamentum; quod nuſquam exegit natura, ut bene probat Ariſtoteles VIII. *Metaphyſicæ* ſuæ ad finale Commentum.

CAPUT XXXVIII.

Quod eſt quoddam vinculum naturale & ligamentum animæ ad corpus ſuum: unde non poteſt extranea corpora informare ex ſua potentia.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Eſſe naturale ligamentum inter animam & corpus, negavit Wicleffus, tametſi id alias conceſſerit.*
2. *Probatur tale vinculum & Scripturæ auctoritate, & Sanctorum teſtimoniis.*
3. *Quale ſit hoc naturale ligamentum quod negabat hæreticus.*
4. *Quod propter hunc errorem, in Platonicum etiam errorem de vagatione animæ præcipitavit.*
5. *Alter Wicleffi error detegitur, quod videlicet caro non ſit de perfectione hominis.*
6. *Refellitur hujuſmodi error, oſtenditurque bonum & malum ex arbitrii voluntate tantum procedere.*
7. *Spiritus hominis non eſt perſona perfecta, ſed ſpiritus & caro.*
8. *Spiritus reſumendo corpus, nihil ſuæ perfectionis amittit.*
9. *Si corpus noceret animæ, ab ea non diligeretur naturaliter.*
10. *Caro qua ratione ſit diligenda, & qua odio habenda.*
11. *Corporis humani quanta ſit dignitas, manifeſtatur.*

* *Inter corpus & animam.*

Wicleffus homo varius.

1. POnit equidem ligamentum * Wicleffus, qui ponit *animationem* diſtinctam a mente, ſed hoc denegat in ſermone. Verumtamen quia eſt homo maxime varius, ſucceſſive recitanda ſunt quæ dicit, & continue cancellanda quæ depravat. WICLEFFUS. Non (inquit) concipimus quod ſit aliquod vinculum alligans illum immortalem ſpiritum, & illam naturam corpoream, faciens ex illis ambobus tamquam partibus unum." Secundo *Trialogi*, cap. VII.

2. Jam dicat Auguſtinus Sanctus Antiſtes ſententiam ſuam. AUGUSTINUS. Cum homo „(inquit) interior, & homo exterior non ſint „unum: neque enim ejuſdem naturæ eſt homo „exterior, cujus eſt interior, quia exterior cum corpore nuncupato dicitur homo: „interior autem in ſola anima rationali intelligitur. Utrumque autem ſimul non homines „duo, ſed unus dicitur: quanto magis Pater „& Filius unus Deus eſt? -- Et ſequitur -- „Unus homo interior & exterior, & non unum: „& tamen propter connexionem vinculi naturalis, ſimul utrumque, non duo, ſed unus „homo." Hæc Auguſtinus Epiſt. *contra Paſcentium Arianum de fide Trinitatis*, quæ incipit, *Volueram quidem*. Ecce quod Auguſtinus ponit vinculum naturalis connexionis ſpiritus rationalis ad corpus humanum, quod Wicleffus negat. Et Damaſcenus in *ſententiis*, ideſt, in libro *de fide Orthodoxa*, de homine loquens ex corporea & incorporea naturis compoſito, dicit, DAMASCENUS. Oportuit equidem ex ambobus „mixtionem fieri ad ſapientiæ cognitionem „majoris, & ejus quæ eſt circa naturas largitatis, ut ait Divinorum annunciator Gregorius, velut quoddam vinculum viſibilis & inviſibilis naturæ." Hæc Damaſcenus.

Auguſtinus *To. 2. Epiſt. 238. al. 164. pag. 856. num. 12.*

Homo interior & exterior non eſt unum, ſed unus homo.

Damaſcenus *To. 1. lib. 2. cap. 12. pag. 177. Ed. Pariſien.*

3. Et ut terminos ponderemus, audiamus quod Wicleffus ſicut & *vinculum*, ita denegat *ligamentum*; non *ligamentum* medii poſitivi, quod negat Ariſtoteles, ſed *ligamentum* naturalis contingentiæ, quod approbat vera fides. WICLEFFUS. Ad tantum (inquit) devenit Ariſtoteles, quod ſufficit forma in materia, ſic „quod ad informationem non requiritur aliud „ligamentum: quia, ut apparet, illius ligamenti „foret aliud ligamentum, & ſic in infinitum." Hoc dicit in *Phroneſi* (a) lib. II. *Trialogi*, capitulo XXVIII. & hoc approbat. Verumtamen Scriptura Sacra vocat illam juncturam harmonicam continuationem corporis ad animam *funem argenteum*, & utriuſque ad primum principium *vittam auream*, Eccleſ. ultimo: Et *funem* & *vittam* ligamenta eſſe quis dubitat? Et Auguſtinus *de ſpiritu & anima*, cap. XVIII. AUGUSTINUS. Anima (inquit) præſentia ſua corpus „vivificat; & ſic *colligata* eſt ei, ut nec cum „velit, ſe inde ſegregare poſſit, nec retinere, „cum juſſionem Creatoris audierit." Hæc ille. Ecce quod anima colligata eſt corpori: neſcio tamen an ſine ligamento poterit colligari. Item cap. XVII. lib. 1. *Orth. fidei*, DAMASCENUS. Anima *colligata* eſt corpori, tota toti, & non pars parti: & non continetur ab ipſo, ſed continet ipſum; ſicut ignis ferrum; & in ipſo exiſtens, proprias operationes operatur." Hæc Damaſcenus. Et XXII. *de Civ. Dei*, cap. IV. AUGUSTINUS. Si enim tantummodo animæ eſſemus, „ideſt, ſine ullo corpore ſpiritus, & in Cœlo habitantes terrena animalia neſciremus, nobiſque „futurum eſſe diceretur, ut terrenis corporibus „animandis quodam vinculo necteremur, nonne multo fortius argumentaremur id credere „recuſantes, & diceremus naturam non pati, „ut res incorporea ligamento corporeo vinciretur? Et tamen plena eſt terra vegetantibus animabus *, quibus hæc membra terrena miro „modo ſunt *connexa* ſibi & *implicita*. Cur ergo „eodem volente Deo, qui fecit hoc animal, „non poterit terrenum corpus (b) attolli, ſi animus omni corpore, ac per hoc cœleſti corpore præſtabilior, terreno corpori potuit alligari? -- Et infra -- Cur enim non vehementius „admi-

Wicleffus.

a

Eccl. 12. 6.

* Auguſtinus *To. 6. pag. 42. in Appendice.*

Damaſcenus *To. 1. cap. 13. pag. 150. Ed. Pariſien.*

Anima colligata eſt corpori.

Auguſtinus *To. 7. pag. 658.*

* *M. animis.*

b

(a) *Phroneſi*, uno ſcilicet ex ſui Trialogi interlocutoribus. Vide in Præfatione generali §. 4. num. 16.

(b) M. *Terrenum corpus in cœleſte corpus attolli.*

„ admiramur incorporeos animos cœleſti cor„ pore potiores, terrenis alligari corporibus, „ quam corpora, licet terrena, ſedibus quam„ vis cœleſtibus, tamen corporeis, ſublimari? „ Hæc Auguſtinus. Vide quoties dicit ſpiritum immortalem, incorporeum animum, *alligari* corpori terreno, & de vinculis ejus commemorat. Et cum dicit eum ſic *alligari* corpori terreno, *animationem* tuam plane proſcripſit, cui ſpiritus ligatus eſſe non dicitur, ſed corpori, ſine medio intervallo.

* *al.* cenſeo.

4. Magis tamen reputo * iſtam formidandam eſſe doctrinam, propter ſuam ſequelam: quia enim naturale vinculum ſpiritus hominis ad materiam tollit carnis, facile in errorem Platonicum de vagatione & circuitu animarum per diverſa corpora aſſenſum præcipitat. Et ecce quod verebar jam accidit. In dicto enim libello *de compoſitione hominis* cap. x. Wicleffus ſic deſipit: „ Sicut eadem eſſentia materialis ma„ net continue, ſed nunc ignis, nunc aqua, „ & ſic de cæteris; ſic idem ſpiritus, qui eſt „ eadem eſſentia vel perſona hominis, poteſt „ nunc materiari iſto corpore, nunc illo, „ manens continue idem numero. „ Et ſecundum hoc principium ponit ipſe caſum ſibi ſatis familiarem *, Catholicis admirandum, in ſecundo *Trialogi*, cap. VII. WICLEFFUS. Poſito „ (inquit) de Dei potentia quod hinc uſ„ que ad Romam ſigantur naturæ corporeæ, „ quæ ad organizationem intellectus humani „ ſucceſſive diſponantur: & quod idem im„ mortalis ſpiritus ſucceſſive cum talibus cor„ poribus hypoſtatice copuletur, patet quod „ homo idem ſucceſſive movebitur ab uno lo„ co ad alium, & non corporaliter, cum o„ mnia corpora ſtabunt fixa. „ Hæc Wicleffus. Et in *de compoſitione hominis*, cap. finali renovat iſtum caſum *. Quid dicit iſte jam, niſi doctrinam Platonicam fore bene poſſibilem, & fidei Chriſtianæ non incongruam? Sic namque Porphyrius temperavit Platonis errorem, ut non in quælibet corpora beſtiarum, ſed hominum; & nova corpora, non antiqua, animas hominum reverſuras deliret. Unde Auguſtinus x. *de Civ.* cap. xxx. AUGUSTINUS. Platonem „ animas hominum poſt mortem revolvi uſque „ ad corpora beſtiarum, ſcripſiſſe certiſſimum „ eſt. Hanc ſententiam Porphyrius Doctor te„ nuit, & Plotinus. Porphyrio tamen jure di„ ſplicuit. In hominum ſane, non ſua quæ di„ miſerant, ſed in alia nova corpora redire hu„ manas animas arbitratus eſt. -- Et ſequitur -- „ Quanto, inquam, honeſtius creditur, quod „ Sancti & veraces Angeli docuerunt, quod „ Prophetæ Dei ſpiritu acti locuti ſunt, quod „ ipſe, quem venturum Salvatorem præmiſſi „ nuncii prædixerunt, quod miſſi Apoſtoli qui „ orbem terræ (*a*) repleverunt? Quanto, in„ quam, honeſtius creditur reverti animas ſe„ mel ad propria corpora, quam reverti to„ ties ad diverſa? „ Hæc ille. Quid ergo dicit Wicleffus ſpiritum rationalem poſſe materiari nunc iſto corpore, nunc illo, niſi ut renovet hæreſim *Porphyrianam*, (*b*) quæ in hominum corpora, non illa quæ dimiſerant, ſed in alia nova corpora redire humanas animas arbitratur? Sed multo honeſtius creditur ſecundum Auguſtinum, cum Angelis, cum Prophetis, cum Chriſto noſtro, & Apoſtolis ejus, falli Wicleffum in ſuo principio, ut magiſtrum ejus Porphyrium: principium quoque ejus impoſſibile, ut non ad extranea corpora, ſed ad ſua propria, ſpiritus hominum reverti credamus. Quid tamen ad caſum poſitum reſpondemus de corporibus fixis hinc uſque ad Romam, & uno ſpiritu animatis, niſi ſicut dicitur in *Dialogo Hieronymi & Auguſtini* de ratione animæ; qui Epiſtolis Hieronymi inſertus eſt: ubi caſus ille ſub pulchris terminis recitatur? HIERONYMUS. „ Inter (*c*) theatrales præſtigias, qui unum „ eumdemque hominem, perſonarum varieta„ te mutata, in Martem Veneremque produ„ cunt: ut qui prius rigidus & truculentus in„ ceſſerat, poſtea ſolvatur in mollitiem fœmi„ narum. „ Hæc ibi Hieronymus. De caſu Wicleffi hoc eſt poſſibile, ſi inter cætera corpora ibi fixa interponantur corpora Martis, aut Veneris, aut cætera corpora fœminarum, ut ſit fœmina qui prius vir erat, eadem ſimplex perſona corporibus alternatis. Ecce quantum malum de primo malo proceſſit, ut quia vinculum denegat naturale ſpiritus immortalis ad carnem ipſi connatam, vagos ejus circuitus admittit in cadaveribus alienis. Longe tamen errare iſta poſitio & ſatis inſulſa Clericis Orthodoxis viſa eſt. Ipſi enim concorditer cum Scripturis, ſpiritum humanum ita ex conditione ſua corpori ſuo proprio æſtimant * ſociatum, ut apte animandi neſciret officium, ſi alteri donaretur.

Wicleffus in errorem incidit Platonicorum de vagatione animarum.

* *Cod. Ferrariens.* domeſticum.

Wicleffus.

* *al.* iſtam cauſam.

Quomodo Porphyrius errorem Platonicum temperavit.

Auguſtinus *To. 7. pag. 266.*

* Hieronymus *To. 11. pag. 252.*

* *Ed. V.* auſtimant.

Spiritus unius hominis ſi alteri donaretur, animandi neſciret officium.

5. Non tamen hic quieſcit veſanus Wicleffus: ſed ex inſano principio, per medium condemnatum, in cacumen ſurgit hæreſis altioris. Poſtquam namque damnavit vinculum naturale ſpiritus ad corpus ſuum, & larga frœna ſibi dedit animandi multa corpora ſucceſſive, jam a natura hominis ſocietatem carnis excludit, & perfectionem ſpiritus; & per hoc homines creſcere aſſerit per depoſitionem corporis imperfecti. WICLEFFUS. Non enim debemus con„ cedere (inquit) quod defluente carne ab „ homine, tempore ſenectutis, deficit vel di„ minuitur propter hoc perfectio hominis. Sed „ potius accedendo ad naturam ſpiritus, ma„ gis perficitur. -- Et ſequitur in fine Capitu„ li. -- Non igitur propter depoſitionem car„ nis vel corporis imperficitur, ſed potius al„ leviatur, vel perficitur iſte homo, ut loqui„ tur fides Scripturæ. „ Hæc II. *Trialogi*, capite VII.

Wicleffus.

Alius Wicleffi error, quod homo perficitur per carnis depoſitionem.

6. Si iſta diceret de carnis corruptela, ſuſtinuiſſem utique: ſed jam video, quod dedignatur ſocietatem luti, quod Deus manu propria finxit in hominem. Qui ne exponi poſſet quod hoc dixit de carnis morbo, non de ſubſtantia, ipſemet ubi tractat *de compoſitione hominis* ſecundum naturam, dicit, quod „ ſicut Verbum „ minoravit ſe ipſum, faciendo ſe eſſe homi„ nem, ſic perſona hominis & ſpiritus crea„ tus minoratur cum ſit corpus, anima, & na„ tura corporea, cum tam animatio, quam „ natura corporea ſit minor illo ſpiritu ſecun„ dum vitam, qua vivit ſimilis Angelis Dei: „ Hæc cap. VI. *de compoſitione hominis*. O mi Wicleff! Auguſtinus dicit in libro *de definitionibus rectæ fidei*, cap. XLIII. AUGUSTINUS. Bona „ eſt caro noſtra, & valde bona, utpote a bo„ no

Wicleffus.

* Auguſtinus *To. 8. pag. 80. in Append.*

(*a*) M. *Orbem terrarum Evangelio repleverunt*.

(*b*) Non *Porphyrianam* dumtaxat & *Platonicam*, ſed & *Carpocratianam* renovat Wicleffus dementiam. *Carpocrates* enim Ægyptius ineunte ſæculo ſecundo, præter alia fœdiſſima dogmata, animas hominum a ſuis corporibus in aliena corpora detrudi, ibique detineri uſque dum a peccatorum labe purgarentur, effinxit; ac diſcipulis ſuis credendum tradidit. Videſis Natal. Alex. ſæc. III. cap. 3. art. 2.

(*c*) *Veronenſes* perfectum exhibent horum verborum ſenſum, dicentes: *Diverſis teſtimoniis Scripturarum eadem in quæſtione uteris in theatrales &c.*

a b c d

„ no Deo & ſolo condita: & non eſt mala, „ ut vult Sethianus (*a*), & Ophianus (*b*), & „ Patricianus(*c*): nec mali cauſa, ut docuit Florinus (*d*): nec ex bono & malo compacta, „ ut Manichæus blaſphemat; ſed cum creatio„ ne bona ſit, arbitrio animæ efficitur nobis „ ut bona vel mala ſit, non in mutatione ſub- A „ ſtantiæ, ſed executionis mercede. Ipſa eſt „ enim quæ ſtabit ante tribunal Chriſti. „ Hæc Auguſtinus.

7. Si igitur quod te imperficit vis projicere illud malum, depone animæ tuæ arbitrium, quo ſolummodo caro tua mala & imperfectiva tui eſſe ſentitur. Sed ad hoc tendere video doctrinam ejus in omnibus quæ prædixit, ſpiritum ſcilicet hominis perſonam ejus eſſe perfectam, & completam; & corpus ſolum participatione hominem, & cætera talia, ne pateretur carnem ſociam humanæ naturæ.

8. At quantum iſtud derogat reſurrectionis articulo, dicere quod ſpiritus ille beatus imperficitur in reſumptione corporis ſui? Et numquid de minoratione perfectionis ſuæ dolebat, videns ſe deluſum, dum ad majorationem gloriæ, ideſt, tam intenſivam, quam extenſivam, diu deſideravit amatiſſimum corpus ſuum ſibi fore conjunctum; & Chriſtus tunc bis minoravit ſe ipſum, in ſuſcipiendo ſcilicet ſpiritum, & tandem corpus poſt ſpiritum per te *; & ſic non *paulo minus*, ſed *duplo minus* minoravit ſe ab Angelis; immo *triplo*, poſtquam redivivam carnem aſſumpſit, ſurgens a mortuis? In omnibus, ut video, cohæret ipſe magiſtro ſuo *Porphyrio*, qui, ut Auguſtinus ait x. *de Civ.* cap. XXXIX. Omne corpus eſſe fugiendum crebro dixit, ut anima poſſit beata permanere cum Deo; illud accipiens a *Platone* ſecundum recitatum Auguſtini XIII. *de Civ.* cap. XIX. dicentis, AUGUSTINUS. O„ ptime cum hominibus agi arbitratur idem „ Plato, ſi tamen hanc vitam pie juſteque pe„ regerint, ut a ſuis corporibus ſeparati, in „ ipſorum Deorum, qui nunquam ſua corpora „ deſerunt, recipiantur ſinum. „ Quo contra Beatus Auguſtinus ex parte fidelium dicit animas multum diligere corpora pro vita iſta, quanto magis pro futura? AUGUSTINUS. Si enim carnem ſuam non oderint *: quando eam ſuæ mentis firmitati * reſiſtentem, ſpirituali jure coercebant; quanto magis eam diligunt etiam ipſam ſpiritalem futuram? „ Ibidem cap. XX.

* *Vide ſupra, num.* 3.
Pſal. 8. 6.

Auguſtinus *To.7.pag.*339.

Auguſtinus *ibid. cap.* 20. *pag.* 340.
* M. oderant.
* *M.*infirmitate.

9. Omnes tamen periti ſciunt, quod nunquam naturali dilectione diligitur, ſi natura non erret, quod naturam imperficit. Quomodo igitur anima naturaliter ita feretur ad animandum corpus, quod eam imperficit in natura? Peritior ergo iſto erat Sapiens, cum diceret: *corpus quod corrumpitur aggravat animam*, ne diceret *corpus* ſimpliciter. Et quanto cautior Paulus cum dixit: *Quis me liberabit de corpore mortis hujus?* propter hoc quod ipſe dixit: *Nemo unquam carnem ſuam odio habuit*. Hoc dicit, ſubſtantiam carnis laudans, non infirmitatem extollens.

Naturaliter non diligitur quod nocet naturæ.

Sap. 9. 15.
Rom. 7. 24.
Epheſ. 5. 30.

10. Hieronymus autem rigidus Pater in carnem ſuam, dixit, HIERONYMUS. Non conte„ mno carnem, in qua Chriſtus natus eſt, &

Hieronymus *To.*1.*Epiſt.*84. *pag.* 527. *n.*9.

„ reſurrexit. Non deſpicio lutum, quod exco„ ctum in teſtam puriſſimam, regnat in cœ„ lo: & tamen miror cur carni detrahentes vi„ vant carnaliter, & inimicam ſuam foveant „ & nutriant delicate, niſi forte implere vo„ lunt Scripturam dicentem: *amate inimicos ve-* „ *ſtros, & benefacite iis qui perſequuntur vos.* „ Amo carnem caſtam, virginem, jejunantem: „ amo carnis non opera, ſed ſubſtantiam: amo „ carnem, quæ judicandam ſe eſſe noverit *: „ amo illam, quæ pro Chriſto in martyrio cæ„ ditur, exuritur, laniatur. „ Hæc ille in Epiſtola *ad Pammachium & Oceanum*, quæ incipit, *Schedulæ quas miſiſtis*. Ecce ſenior noſter Pater non ſpernit carnem ſuam, immo amat actu dilectionis elicito: quemadmodum anima Auguſtini carnem ſuam diligit amore indito ex natura. Beatus quoque Bernardus in ſermone *de* B *omnibus ſanctis*, qui ſic incipit, *Advertiſtis ni fallor*, BERNARDUS. Stola (inquit) prima illa * „ eſt, quam diximus, felicitas & requies ani„ marum: ſecunda vero immortalitas, & gloria „ corporum. Unde & dicunt: *Vindica Domine* „ *ſanguinem Sanctorum tuorum qui effuſus eſt;* non „ tamquam vindictæ cupidi, nec de propriæ „ ultionis zelo: ſed ex deſiderio reſurrectionis, „ & glorificationis corporum ſuorum, quam ni„ mirum uſque in diem judicii differendam eſ„ ſe non dubitant. Sed unde hoc *, o caro mi„ ſera, o fœtida, unde tibi hoc? Animæ San- C „ ctæ, quas propria Deus inſignivit imagine, quas „ redemit proprio ſanguine, te deſiderant, te ex„ pectant: & ipſarum ſine te compleri lætitia, „ perfici gloria, conſummari beatitudo non po„ teſt. Adeo ſiquidem viget in eis deſiderium hoc „ naturale, ut necdum tota eorum affectio per„ gat in Deum, ſed conturbatur * quodammo„ do, & rugam facit *, dum inclinatur * deſi„ derio tui. „ Hæc Bernardus. Cauſam autem hujus jam ſupra docuit in principio ejuſdem Sermonis BERNARDUS. Neque (inquit) præſto„ lari * decet integram beatitudinem, donec „ ſit homo integer, cui detur. „ Ut pateret * D quoties Wicleffus deſipit & decipit, quando dicit animam hominis completum & per ſe hominem; quando dicit corpus excoriandum, ut perficiatur anima; quando non audit in laudem humani corporis dicere Apoſtolum: *Neſcitis quia corpora veſtra templum ſunt ſpiritus ſancti?* Et iterum: *Glorificate & portate Deum in corpore veſtro:* ſed ipſe e contrario clamat: *Allevemini & perficiamini in depoſitione corporis, ut accedatis propius ad naturam ſpiritus.* Et numquid Spiritus Sanctus templa elegit ad inhabitandum prophana, quæ inhabitatores ſuos imperficiant, unde ſqua- E leant in ſentina? Vere ſic non eſſet Spiritus Sanctus Deus honeſtus: & tamen Deus eſt. Dicit enim AUGUSTINUS. Neque enim Spiri„ tus Sanctus ſi aut Deus, aut Deus verus non „ eſſet, templa * ejus eſſent corpora noſtra. „ Neſcitis (inquit) quoniam corpora veſtra „ templum eſt Spiritus Sancti, qui in vobis eſt, „ quem habetis a Deo? Et ne quiſquam ſpiri„ tum ipſum neget Deum, continuo ſequutus „ ait: *Et non eſtis veſtri. Empti enim eſtis pre-* „ *tio magno. Glorificate ergo Deum in corpore*

Luc. 6.
Matth. 5.
Quomodo ſit diligenda caro.
* *Veron.* novit.

Bernardus *Serm.*1. *de omnibus Sanctis pag.* 317. *n.*1.
* *Maurini*, ipſa.
Apoc. 6. 10.

* *M.* hoc tibi.

Cum carne glorioſa perficitur beatitudo.

* *M.* contrahatur.
* *M.* faciat.
* *M.* inclinantur.

Bernardus *Pag.* 317. *n.*1.
* *Maurini*, præſtari.
* *Cod.Vat.* evideret.

1.*Cor.*6.19.20.

Wicleffus.

Auguſtinus *T.* 2. *Epiſt.* 238. *num.* 21. *pag.* 860.
* *M.* templum.
1.*Cor.*6.19.20.

O „ *veſtro*

(*a*) De Secta videlicet *Sethianorum* qui ſecundo Eccleſiæ ſæculo emerſerunt, docentes, Chriſtum in ſerpentis ſpeciem transformatum fuiſſe. Unde ſerpentem adorabant, & ex eo ſuam Euchariſtiam conficiebant. Hinc aſſerebant, Chriſtum in ſubſtantia carnis non fuiſſe. Porro diſtinguentes *Jeſum* a *Chriſto*, dicebant *Jeſum* quidem ex Virgine natum, ſed Chriſtum de Cœlis in ipſum deſcendiſſe. Hæc ex Origene, Epiphanio, Theodoreto, & Auguſtino.

(*b*) *Ophianus*, ſeu de ſecta *Ophianorum*, qui a ſerpente quem colebant tale nomen ſortiti fuere. Eoſdem cum *Sethianis* fuiſſe exiſtimat Theodoretus. Sanctus vero Epiphanius eos videtur diſtinguere. De his agit *hæreſi* 39.

(*c*) *Patricianus*, de ſecta *Patricianorum*, qui a *Patricio* eorum Duce nomen ſortiti ſunt. Dicebant ſubſtantiam carnis humanæ non a Deo, ſed a Diabolo conditam. De iſtis Auguſtinus lib. *de hæreſib.* & lib. 2. *contra adverſarium legis & Prophetarum*.

(*d*) Florinus ſuas hæreſes Romæ evulgabat ſecundo Eccleſiæ ſæculo, docens eſſe Deum authorem mali; & Chriſti Matrem non fuiſſe virginem in partu. Fuerat diſcipulus Sancti Polycarpi ſimul cum Sancto Irenæo, qui Sancti Magiſtri adverſam doctrinam ipſi exprobravit in Epiſt. ad ipſum *de Monarchia*, ſeu *de unitate principii*. Videſis Euſebium lib. 5. cap. 14. & 20. Sanctum Irenæum lib. 3. Sanctum Auguſtinum *de hær.* cap. 19. Philaſtrium cap. 58.

„ *veſtro*; eum ſcilicet, cujus templum corpo„ra veſtra eſſe prædixerat. „ Hæc Auguſtinus Epiſtola *ad Paſcentium Arianum*.

11. Male ergo agit iſte laniaſta, quod ſic templum Spiritus Sancti violavit in verbis, laceſſivit injuriis, Patres Sancti palpones carnis non

Carnis ſubſtantiam non corruptelam laudabant Sancti Patres.

A erant, nec aſſentatores improvidi: quamquam conſulentes humanæ naturæ, laudaverunt ſubſtantiam, ſcientes aliunde ejus damnare pruritum, ſpernere corruptelam. Ego autem in fide orthodoxorum Patrum morbum ſolum carnis fateor habere contagium. Caro tamen hominis ſecundum id quod eſt, ſpiritum non imperficit, immo magis perficit per acceſſum. Et ut

Prærogativæ humani corporis.

brevi dicam, corpus humanum eſt pluſquam omnia corpora, vel Sol, vel Cœlum, vel gemmæ rutilæ, reverendum; beatitudinis capax, æmulum paradiſi, & ſupplementum gloriæ ſpiritus immortalis, conjux ejus in integritate naturæ, & in conſtitutione humanæ perſonæ portio ſocialis. B

ARTICULUS III.

DE CHRISTO QUI EST DEUS ET HOMO.

CAPUT XXXIX.

Quod Chriſtus in humanitate ſua continet tantum duas naturas, corporis ſcilicet & animæ; nec eſt alterum eorum, niſi per ſynechdochen.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quod recta via ad cognoſcendum, quomodo Deus & homo unus eſt Chriſtus, eſt ſimilitudo rationalis animæ ad carnem.*
2. *Quomodo hanc viam exaſperavit Wicleffus ſuis commentis.*
3. *Ejus doctrinam non modo vanam, verum etiam & vagam eſſe oſtendit.*
4. *Si homo (per opinionem Wicleffi) facit* trinitatem, *ergo Chriſtus facit* quaternitatem.
5. *Reſponſio hæretici ponitur & infringitur.*
6. *Hanc Wicleffi trinitatem imaginariam eſſe, multoque deteriorem ea, quam quidam Theologi ſibi finxerunt.*
7. *Error Wicleffi unde ortum habuerit.*
8. *Cur Auguſtinus crebris tropis uſus fuerit, declaratur: & quomodo eis uti debeamus.*
9. *Inſtat adhuc hæreticus.*
10. *Satisfacit Author ejus objectioni.*
11. *Quod Scriptura aliquando ſumpſit partem pro toto, & e converſo.*

Luc. 1. 4.

1. ECce paravimus viam Domini, rectas fecimus ſemitas Jeſu Chriſti. Monſtravimus enim quomodo anima rationalis & caro unus eſt homo: quæ recta via eſt, ſecundum Athanaſium & Auguſtinum, ad ſciendum quomodo Deus & homo unus eſt Chriſtus.

Wicleffus.

2. Exaſperavit Wicleffus viam iſtam, difficultatibus eam ſepiens inauditis, dicens in II. *Trialogi* cap. VII. „ Quod non foret ſimilitu„do illa (*a*) in Symbolo * ad propoſitum, ſed „ in hæreſes plurimas inductiva, niſi ille ſpi„ritus immortalis foret per ſe & complete il„le homo. „ Et applicans ſpiritum animæ in homine ad ſpiritum Divini Verbi in Chriſto, in VI. cap. *de compoſitione hominis*, WICLEFFUS. „ Conveniunt (inquit) in tribus: Primo, quod „ ex unione illa fit uterque ſpiritus idem per„ſonaliter cum corpore & anima, & cum na„tura integra, ac ſingulis earumdem, ut pa„tet per Auguſtinum *ſuper Joan.* Tract. XLVII.

a

* Subaudi, Athanaſii: ſive alterius illius Symboli authoris.

Wicleffus.

A „ Secundo, in hoc quod ille ſpiritus creatus „ non componit cum corpore ſecundum eſſe „ ejus primum, ſed ſecundum quod eſt actus „ primus compoſiti, qui eſt *animatio* corpora„lis: unde ſicut Verbum non poteſt aſſumere „ corpus humanum, niſi per *animationem*; ſic „ nec ille ſpiritus, niſi ſecundum animam po„teſt corpori hypoſtatice copulari. Et tertio, „ ſicut Verbum minoravit ſe ipſum, faciendo „ ſe eſſe hominem; ſic perſona hominis & ſpi„ritus creatus minoratur quodammodo, quan„do fit corpus, anima, & natura cor„porea, cum tam animatio, quam natura cor„porea, fit minor illo ſpiritu ſecundum vitam B „ qua vivit ſimilis Angelis Dei. „ Hæc hæreticus.

3. Jam Chriſto juvante, in cujus ore certabimus, erunt prava in directa, & aſpera in vias planas. De duobus his ultimis dictum eſt ut oportuit ubi ſupra * de anima tractatum eſt, ubi aliquantum de *trinitate* illius ſuperſtitioſa differendum nobis Deus tribuit. Eſt enim tam vaga quam incerta. Et quia non in majori parte ſe habet, idcirco non poteſt inde eſſe ſcientia. Dicit enim quandoque ex duobus eſſe hominem, ſcilicet, ex anima rationali & carne: C quandoque explicat tertium, ut dicat ſpiritum, animam, & carnem eſſe hominem: & hæc eſt *trinitas* ejus vulgaris. „ Sicut (inquit) Verbum „ eſt tres naturæ ſeparabiles, ſic homo eſt „ tres naturæ ſeparabiles, ſcilicet, ſpiritus, „ corpus, & animatio corporalis „ cap. VI. *de compoſitione hominis*. Quandoque vero annumerat naturam corpoream ultra corpus, ut hic, & ſupra *: & ſic phrenetico quodam ſpiritu ductus laborat in quatuor. Pœnitentia tamen ductus corrigit ſe ipſum ſemper in poſteris; cum tamen correctiones oporteret interdum magis corrigere, quam pœnitere de correptis. De D cimo capite *de incarnatione Verbi*, explicans quæ tres naturæ ſit Chriſtus, „ Chriſtus (inquit) eſt tres naturæ incommunicantes, ſci„licet, Deitas, corpus, & anima, & earum „ quælibet (*b*). „ Addatur quod jam dixit: „ Sic homo eſt tres naturæ ſeparabiles, ſci„licet, ſpiritus, corpus, & animatio corpora„lis, & earum quælibet. „ Primo videtur utraque trinitas voluntarie fabricata ſine neceſſitatis ductu ſubjectæ naturæ. „ Chriſtus eſt (in„quit) tres naturæ, & homo eſt tres naturæ.

Iſa. 40. 4.

* *cap.* 32. & *ſeqq.* & *cap.* 38.

Trinitas Wicleffi in quo conſiſtat.

* *Vide ſupra num.* 2.

b

4. Et nonne Chriſtus ratione qua homo, eſt illæ tres naturæ ſeparabiles hominis, ſcilicet, E ſpiritus creatus, corpus, & animatio corporalis? Si dicas ſic; Chriſtus erit *quaternitas*, ſcilicet, Deitas, ſpiritus intellectualis, animatio corporalis, & corpus. Ut quid tacuiſti in Chriſto animationem tuam? Nonne illa ineſt Chriſto, ut ſit per omnia ſimilis fratribus, ejuſdem ſpeciei, & univoce homo cum eis? Quod ſi ſit pars qualitativa cujuslibet hominis; erit & Chriſti, quia Chriſtus eſt homo: & e contrario, ſi non ſit pars Chriſti hominis, non erit pars neceſſaria cujuslibet hominis, eo quod ipſe nihil in natura noſtra plantavit, quod non aſſumpſit. Unde Damaſcenus *in Sententiis* (*c*) capi-

Hebr. 2. 17.

c

(*a*) *Sicut anima rationalis & caro unus eſt homo, ita Deus & homo unus eſt Chriſtus.*

(*b*) Non omnino periit cum Wicleffo error iſte, ſed redivivus apparuit ſequentibus temporibus in *Auguſtino de Roma* Nazareno Archiepiſcopo; & in *Gaſparo Swenkfeldio* nobili Sileſio de quibus Natalis Alex. Sæc. XVI.

(*c*) Legitur nunc *in lib. de fide Orthodoxa*, lib. 3. cap. 6.

Damaſcenus To.1.pag.212. Ed. Pariſien.

capite I. DAMASCENUS. Nihil enim eorum, „ quæ plantavit in natura noſtra Deus, Verbum a principio plaſmans nos, dereliquit; „ ſed omnia aſſumpſit, corpus, & animam intellectualem & rationalem, & horum proprietates. Totum enim totus aſſumpſit me, „ & totus toti unitus eſt mihi, ut totam toti ſalutem tribuat (*a*). Quod enim inaſſumptibile, „ & incurabile*. „ Hæc Damaſcenus. Vide jam Chriſtum facientem *quaternitatem*, ſi homo faciat *trinitatem*. At quid facis hominem *trinitatem*, quando fides facit eum *dualitatem?* Forſitan ut animatio tua per te promoveri poſſit ad beneficium hominis, cujus converſationem inexpertam habent & Fides & Doctores? Fides dicit: *Sicut anima rationalis & caro unus eſt homo, ita Deus & homo unus eſt Chriſtus:* de animatione tua non dicit. Damaſcenus etiam dum totum hominem Chriſto toti conjunctum dicit, de animatione tua non recolit.

* Subaudi eſt.

5. Sed forſitan abſconditam eam dicis in nomine *animæ;* ſicut & in nomine *hominis* anima rationalis intelligitur. Sed miror, quod ſemper manet in latibulo, & nunquam per fidem vel Doctores ſinitur aſpirare, etiam cum ea quæ ſunt de perfecti hominis integritate, enucleatim diſtinguunt. Unde fides: *perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens:* nuſquam dicitur, *ex animatione*. Et XIII. *de Trinitate*, cap. VII. AUGUSTINUS. Neceſſaria eſt fides, ut beatitudinem „ conſequamur, omnibus naturæ bonis, ideſt, „ & animi & corporis. „ Hæc Auguſtinus. Perfectum ergo hominem fides ſymboli, & omnia naturæ hominis bona Auguſtinus enumerat; nec tamen cavernam maceriæ penetravit, ubi abſcondita eſt *animatio* tua.

Auguſtinus To.8. pag. 935.

6. Forſitan infixa eſt in limo profundi, ubi nulla eſt ſubſtantia? Sed & propter hæc, & talia *trinitatem* iſtam, quam Wicleffus ſibi proprio fabricavit ingenio, non a Deo vero diximus * exortam, ſed ab Wicleffo ſculptam, imaginarium idolum, & phantaſticam *trinitatem*, multo deteriorem illa, quam ſpurii quidam Theologi finxerunt ſibi, viri, conjugis, & communis prolis, imaginem reprobam Trinitatis invictæ, ſecundum Auguſtinum XII. *de Trinit.* capite VII. Quia hic * origo eſt, & quota certa partium Trinitatis, jam quid de trinitate dicit Chriſti? quod Chriſtus eſt illa trinitas naturarum, & earum quælibet, ideſt, illæ tres naturæ conjunctim, & diviſim: eſt humanitas ſua creata natura; eſt caro; eſt & anima ſua, dicente Auguſtino *ſuper Joan.* Tract. XLVII. AUGUSTINUS. Si (inquit) caro animam ſuam poſuit, quomodo Chriſtus animam poſuit? Numquid * caro Chriſtus? ita plane: & caro Chriſtus, „ & anima Chriſtus, & Verbum Chriſtus. Nec „ tamen tria hæc tres Chriſti, ſed unus Chriſtus.

Pſal. 68. 5.

* Vide ſupra cap. 33.

Turpis & improbanda imago divinæ Trinitatis.

* ſcilicet, in Wicleviſtica trinitate.

Auguſtinus To.3. pag. 612. num. 12.

* M. non enim.

7. Jam prodidit ſe Doctor iſte, quod Doctor grammaticus eſt plus quam philoſophus, vel theologus; qui ad tantum ſolemnizat grammaticam, ut ſtolidos tropos convertat in articulos ſolidos & ſubtiles fidei orthodoxæ. Non legat aliquis metaphyſicam ſubtilis Ariſtotelis, non theologiam Platonis, non libros altiſonos Auguſtini, Hilarii, Ambroſii de Sanctiſſima Trinitate; ſed tropos & figuras grammaticæ: & ubi Doctores, vel Scriptura, propter imbecillitatem Auditorii, ſecundum eos * loquuntur, applaudat, & erigat ſtatim machinam novellæ doctrinæ. *Ecce* (inquit) *Scriptura mecum eſt; Doctores mecum ſunt.* Sic enim iſte dicit: „ Auguſtinus dicit, *caro Chriſtus, & anima* „ *Chriſtus, & Verbum Chriſtus.* „

Wicleffus plus grammaticus quam theologus.

* ſubaudi tropos.

8. Neſciens vel nolens advertere, quod in prædicto libro * tropis multis utitur, condeſcendendo capacitati plebis indoctæ, utens propriis regulis, ſecundum quod dicit AUGUSTINUS. „ Qui docet, vitabit verba, quæ non docent. „ Et ſi pro eis, alia quæ intelligantur integra poteſt dicere, id magis eligat: ſi autem non poteſt, „ ſive quia non ſunt, ſive quia in præſentia non „ occurrunt, utatur etiam verbis minus integris, dum tamen res ipſa doceatur, atque „ diſcatur integre. Et hoc quidem non ſolum „ in collocutionibus, ſive fiant cum aliquo uno, ſive cum pluribus; verum etiam multo magis & in populis, quando ſermo promitur, ut intelligantur *, iſtandum eſt: quia „ in collocutionibus eſt cuique interrogandi poteſtas: ubi autem omnes tacent, ut audiatur unus, & in eum intenta ora convertunt, „ ibi ut requirat quiſque quod non intellexit, „ nec moris eſt, nec decoris: ac per hoc debet maxime tacenti ſubvenire cura dicentis. „ IV. *de Doctr. Chriſtiana*, cap. X. Ibi * enim utitur Auguſtinus *Synecdochen*, intelligens totum in ſua parte, cum dicit: *Chriſtus caro*, ideſt, *Chriſtus ſecundum carnem:* ipſe enim poſuit animam ſuam. Nam quis inſenſatus diceret, quod caro, pars qualitativa compoſiti hominis, poteſtatem haberet expirandi animam ad ſuum arbitrium, ſicut nec habet poteſtatem iterum ſumendi eam? Et quantum eſt ex parte carnis, ipſa eſt in Chriſto, & in nobis, ejuſdem rationis, & ejuſdem virtutis. Quantum eſt ex parte perſonæ, quæ illam habet unitam, longe majoris virtutis in Chriſto, quam in nobis. Chriſtus ergo caro animam ſuam poſuit, quando Chriſtus incarnatus, vel in carne exiſtens, animam ſuam poſuit: quemadmodum Chriſtus in Evangelio, *Caro & ſanguis non revelavit tibi;* ideſt, homo aliquis carnem ſequens & ſanguinem. Et ibi: *Omnia oſſa mea dicent;* ideſt, ego ſecundum numerum omnium oſſium meorum. Et Apoſtolus Paulus: *Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicationes, immunditiæ &c.* Ubi Auguſtinus XIV. *de Civ.* c. 11. AUGUSTINUS. Cur hæc omnia, & his ſimilia „ Doctor gentium in fide & veritate opera carnis appellat, niſi quia in eo locutionis modo, quo totum ſignificatur a parte, ipſum hominem vult nomine carnis intelligi? „ Hæc ille.

* ſuper Joan.

Auguſtinus To.3. pag. 73. num. 24.

Regulæ pro publica allocutione.

num. 25.

* M. intelligamur.

* in Tract. 27. ſuper Joannem.

Caro in Chriſto fuit longe majoris virtutis, quam in puro homine.

Matth. 16. 17.

Pſal. 34. 10.

Gal. 5. 19.

Auguſtinus To.7. pag. 315.

9. Sed Wicleffus tractatu *de compoſitione hominis* cap. VII. & *de incarnatione* cap. IV. & frequenter alibi, quaſi anathematizans hunc modum, dicit: „ Auguſtinus non loquitur ibi *ſynechdochice*, quia quodlibet illorum * concedit eſſe Chriſtum pro tempore tridui, quo „ ſunt ab invicem ſeparata: & indubie tam „ ſanctus & ſubtilis logicus, qui tantum cavet „ de mendacio & aſſertione falſi, (quia omne „ tale dicit peccatum ſapere) non relinqueret „ ad perpetuam rei memoriam in præcipua materia fidei captioſiſſimis hæreticis verba impoſſibilitatis (*b*) tam inculcativa: non enim „ fir-

Wicleffus.

* Spiritus, anima, & animatio.

(*a*) Hæc ſpectant ad illos *Severianos* hæreticos, qui cum ſtatuerent ſingulas cujuſve naturæ perſonas, totidem eſſe *partiarias eſſentias* unius eſſentiæ communis; unam veluti naturæ divinæ partem, cum una parte humanæ; non totam cum tota conjunctam inferre videbantur, quo natura una coaleſceret. Hos expugnat *Eulogius* Alex. cujus verba recitat P. *Michael Lequien* Ord. Prædicatorum in notis ad hunc locum Damaſceni.

(*b*) *Verba impoſſibilitatis:* ita Wicleffus appellat verba tropica, ſeu allegorica, quibus utitur Auguſtinus ad enodandam, & clarius enunciandam veritatem. Talia ſunt prædicta num. 6. *Caro Chriſtus, anima Chriſtus &c.* quæ quidem falſa & impoſſibilia in ſe; attamen per *Synecdochen* verum edocent, nempe totum a parte: ſcilicet totum Chriſtum per ſolam ejus carnem, vel animam.

„ firmat, ſed infirmat Fidem catholicam, dicendo impoſſibilia, propter devotionem, vel „ fidem dilucidandam. Ideo abſit a nobis ignaris, quod iſtam maculam imponamus ſanctis „ Doctoribus. „ Hæc Wicleffus.

10. Jam autem reſtat probare quod Auguſtinus ſic intellexit verba prædicta: non tamen eſt hoc facile ſic conferre verba Doctorum, ut a longinquo producatur ad manus expoſitio pertinens. Sed ipſe Auguſtinus xiv. *de Civ.* cap. 11. dicit ad propoſitum, AUGUSTINUS. Sæpe ipſum „ hominem, ideſt, naturam hominis, carnem „ nuncupat Scriptura divina, modo locutionis „ a parte totum, quale eſt, *Ex operibus legis* „ *non juſtificabitur omnis caro*. Quid enim vo- „ luit intelligi, niſi *omnis homo?* – Et tandem „ poſt multa exempla – Sicut enim a toto pars „ accipitur ubi Mariæ Magdalenæ verba in „ Evangelio leguntur, dicentis: *Tulerunt Do-* „ *minum meum*, & *neſcio ubi poſuerunt eum*; „ cum de ſola carne Chriſti loqueretur, quam „ ſepultam de monumento putabat ablatam; „ ita & a parte totum, carne nominata, in- „ telligitur homo. „ Hæc Auguſtinus. Jam ecce quomodo Chriſtus eſt caro ſua ſecundum Auguſtinum * Tract. XLVII. *ſuper Joan.* immo ſola caro ſine anima Tract. LXXV. potes videre ex eo ipſo in hoc comperto libro *de Civ. Dei*, ubi jam peritis perito ſtylo declarat tropos ſuos, quibus eſt uſus, ad populum homilizando, & ſermocinando Joannis Evangelium. Aut numquid id dixit Auguſtinus, dicendo, *Chriſtus caro*, & Maria dicendo, *Dominus meus caro?* Et numquid eumdem Dominum Chriſtum ſecundum eamdem carnem dixit uterque? Synechdoche ergo uſus eſt Auguſtinus, ſi Maria fecit ſynechdochen. Et bone Deus! nonne hoc eſt magna macula in Maria? Anne Maria dixit impoſſibile propter devotionem, aut non ſatis cavebat de mendacio, dicendo impoſſibiliter inculcata? Abſit hæc gloſſa cunctis fidelibus, per quam etiam poſituri ſunt maculam in gloria ſancti Joannis, qui voluit dicere, *Verbum caro factum eſt*, carnem ponens pro homine, a parte totum. Unde 11. *de Trinit.* capite VI. AUGUSTINUS. Caro pro homine poſita „ eſt in eo quod ait, *Verbum caro factum eſt*, ſicut „ capitur & illud, *Videbit omnis caro ſalutare Dei*. „ Non enim ſine anima, vel ſine mente: ſed „ ita omnis caro, ac ſi diceretur, omnis ho- „ mo. „ Hæc ille. *Item in Enchiridion*, capitulo XXII. AUGUSTINUS. Ita quippe Verbum „ caro factum eſt, a Divinitate carne ſuſce- „ pta, non in carnem Divinitate mutata. *Car-* „ *nem* porro hic *hominem* debemus accipere, a „ parte totum ſignificante locutione; ſicut di- „ ctum eſt: *Ex operibus legis non juſtificabitur* „ *omnis caro*, ideſt, omnis homo. „ Hæc ille. Et *de Civ. Dei* ubi jam ſupra, loquens de *ſynechdoche*, AUGUSTINUS. Secundum hoc (in- „ quit) intelligitur, & *Verbum caro factum eſt*, „ ideſt homo. „ Et quid jam dicis? Numquid vir tam ſanctus, & tam ſubtilis logicus potuit iſtam locutionem relinquere ad perpetuam rei memoriam in præcipua materia fidei captioſiſſimis hæreticis, cum in rei veritate ex iſto fundamento Joannis Apollinariſtæ finxerint ſuam hæreſim, Chriſtum ſcilicet, carnem tantum aſſumpſiſſe, & non ſpiritum, eo quod non dixerit Joannes: *Verbum ſpiritus factum eſt*, ſed *Verbum caro factum eſt?* Sed ſi liberabitur Joannes, in quo ergo criminabitur Auguſtinus, qui uſus eſt tropo in articulo ſepulturæ Chriſti, ſicut Apoſtolus in articulo ejuſdem incarnationis?

Auguſtinus *Ibid. pag. 350. num. 1.*

Rom. 3. 20. Figuratæ locutiones in Scriptura.

Joan. 20. 13.

* *Vide ſupra num. 6.*

Joan. 1. 14.

Auguſtinus *To. 8. pag. 778.* *Joan. 1. 14.* *Luc. 3. 6.*

Auguſtinus *To. 6. cap. 34. pag. 209.*

Rom. 3. 20.

Auguſtinus *To. 7. pag. 350.* *Joan. 1. 14.*

Apollinariſtæ hæretici ſolam carnem, non ſpiritum concedebant.

11. Sed revertamur ad primum; & ingruat bellum contra Wicleffum ex multiplicatione fidelis teſtimonii. Probemus adhuc Chriſti carnem fuiſſe Chriſtum tantum ſecundum *ſynechdochen* pro tempore ſepulturæ. Adducamus ſcriptum Auguſtini ex illis locis, ubi ſine tropis oportuit uti verbis propriis & præciſis, propter inſidias æmulorum. Auguſtinus enim libro 11. diſputans de origine animæ ad Petrum *, verſus finem dicit; AUGUSTINUS. *Verbum caro fa-* „ *ctum eſt* cum legimus, non utique carnem „ ſolam, ſed *hominem* totum intelligimus. „ Nec contra illos, qui propaginem animarum „ deſtruunt illa proferenda, ubi non pars ho- „ minis, ſed totum commemoratur: quia po- „ tuit ibi Scriptura a toto partem ſignificare: „ ſicut ſepultum confitemur Chriſtum, cum „ caro ejus ſola ſepulta ſit. „ Hæc Auguſtinus. *Item idem Auguſtinus de natura animæ ad Renatum, Parte prima, in fine.* „ Si (inquit) ve- „ rum eſt, quod totus homo ex toto homine „ propagatur; ibi proprie dictum eſt, *in quo* „ *omnes peccaverunt*: hic autem tropice *ex uno* „ *ſanguine*, totum ſignificatur a parte, ideſt, „ totus homo, qui ex anima conſtat & carne. „ Nam & ex parte totum, & ex toto par- „ tem divina eloquia ſignificare conſueverunt. „ Ex parte enim totum ſignificatur, ubi legi- „ tur: *Ad te omnis caro veniet*: quia ex car- „ ne intelligitur totus homo. Ex toto autem „ pars, cum dicitur Chriſtus ſepultus; cum ſo- „ la ejus caro ſit ſepulta. „ Hæc Auguſtinus. Ecce quod dicit Chriſtum totum; & ſepultam carnem ejus, non totum Chriſtum, ſed partem Chriſti: & ideo eſſe *ſynechdochen* dicere Chriſtum eſſe ſepultum. Neſcio quod potuit contra te dici apertius. Noli ergo amplius imponere Auguſtino, quod caro ſola ſit Chriſtus, niſi *figuram* intelligas: ſic enim ſe ipſum, dante Chriſto, Auguſtinus expoſuit; cum tamen non Doctor tantum Catholicus, ſed nec Scriptura Canonica poſſit certius exponi, nec verius, quam per dicta ſimilia alibi in præſenti loco inveſtigare quid velit, ut dicit idem Auguſtinus tertio *de Doctr. Chriſtiana*.

* *Presbyterum Hiſpanum.*

Auguſtinus *To. 10. pag. 369. num. 20. cap. 14.* *Joan. 1. 14.*

Auguſtinus *Lib. 1. de anima & ejus Orig. to. 10. pag. 332. num. 28.*

Ex parte totum ſignificare Scriptura conſuevit.

Pſal. 64. 3.

Auguſtinus *To. 3. pag. 55. 56.*

CAPUT XL.

Quod Wicleffus in favorem ſui male deſcribit Synechdochen: & quod figurata locutio non ſit loco propriæ extendenda *.

* *Ed. V.* exprimenda.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Conſtructio per Synechdochen quid ſit ſecundum Wicleffum.*
2. *Quid ſit Synechdoche ſecundum Catholicos.*
3. *Quomodo conetur hæreticus ſuam tueri poſitionem.*
4. *Rejicitur hæretici poſitio, notaturque tamquam præſumptuoſus.*
5. *Ad objectionem, quam ex Auguſtino deducit, reſpondetur.*
6. *Sermo figuratus non debet ſumi tamquam proprius.*
7. *Patres Sanctos non ſemper imitandos eſſe in verbis, oſtendit: & quare.*

1. ISte tamen Theologus *, volens arctare compedes noſtros, incipit deſcribere *Synechdochen*, ne ad tantum, quantum de jure poſſet, per campum Grammaticæ greſſus ſuos dilataret Eccleſia. WICLEFFUS. Non valet (inquit) dice- „ re, quod locutiones iſtæ ſunt Synechdochicæ, „ quia conſtructio Synechdochica eſt, quando „ parti quantitativæ attribuitur primo denomi- „ natio accidentalis, & conſequenter toti ſecun- „ dum

* *Ed. V.* Dominus.

Wicleffus falſo deſcribens Synechdochen.

„ dum illam partem, ut homo eſt albus ſecundum faciem, & ſanus ſecundum thoracem. „ Cum ergo nec corpus nec anima Chriſti ſit „ pars ejus quantitativa, ſequitur, quod hic non „ eſt conſtructio Synechdochica: *Chriſtus eſt anima*; ſicut nec hic: *homo eſt tibia* „. Hæc Wicleffus capite IV. *de Incarnatione Verbi*.

2. Si hic non ſit *Synechdoche*, fallimur: quia ab antiqua Grammatica, non ſolum quando a parte totum, ſed & quando pars a toto denominatur, eſt *Synechdoche*. Ideo Hieronymus, qui melior eſt grammaticus, quam ſit Wicleffus, deſcribens Synechdochen, dicit, HIERONYMUS. Synech- „ doche eſt conceptio: cum a parte totum, vel „ a toto pars intelligitur, ſignificatio pleni in- „ tellectus capax „. Hæc Hieronymus libro *interpretationis triformis*. Quia etiam Wicleffus dixit, deſcribendo *Synechdochen*, eam tunc eſſe, quando parti quantitativæ attribuitur denominatio quædam accidentalis, & conſequenter toti: & videtur per hoc juſte excludere partes qualitativas, & partes quidditativas cum ſuis totis; occurrit illi magnus ſtatim Iſidorus, qui lib. I. *Etymologiar*. cap. XXXVI. deſcribens *Synechdochen* dicit, ISIDORUS. Synechdoche eſt conceptio, cum „ a parte totum, vel a toto pars intelligitur: „ ea enim & per ſpeciem genus, & per genus „ ſpecies demonſtratur: ſed ſpecies pars eſt, ge- „ nus autem totum – Et exemplificans – a toto (inquit) pars intelligitur, ut,

* Hieronymus

Iſidorus
In lib. Originum pag. 8.

Virgilius
Æneid. 4.

Quam multæ glomerantur aves, ubi frigidus annus
Trans Pontum fugat.

„ Non enim totus annus frigidus eſt, ſed pars „ anni, ideſt hyems. At contra, a parte to- „ tum, ut

Æneid. lib. 2.

Flammas cum regia puppis
Extulerat.

„ Ubi non ſolum puppis, ſed tota navis; & „ non navis, ſed qui in ea: & non omnes, ſed „ unus flammas extulit. „ Hæc Iſidorus. Vides jam priorem tuam deſcriptionem tenuem nimis eſſe, quæ tam ſtricte incedens conſuta, ſolas partes quantitativas vel integrales admittit, cum ſola denominatione accidentali partis hujuſmodi attributa toti, ſoliuſque partis ad totum, & non prædicationem converſam. Nos autem meliores imitantes grammaticos Hieronymum, Iſidorum, Bedam, Auguſtinum, & magnum Gregorium, dicimus eſſe *Synechdochicam* figuram conceptionem cujuſcumque partis de quocumque ſuo toto, etiamſi tranſumpta quacumque denominatione, dante plenum intellectum totius in ſua parte, vel econtrario. Et per hoc Chriſtum fuiſſe carnem ſepultam, veram eſſe *Synechdochen*, & non appropriato ſermone ſic dictum: quemadmodum Beatus Auguſtinus ſupra * dixit Sanctam Mariam Magdalenam feciſſe *Synechdochen* quando dixit: *tulerunt Dominum meum*, ideſt, corpus Domini mei ſepultum: non enim poterant abſtuliſſe totum Chriſtum, quem ubique Deum eſſe cognovit. Ideo Gregorius *homil.* XXV. tractans hæc ipſa verba Mariæ, GREGORIUS. „ Notandum autem eſt (inquit) juxta hiſto- „ riam, quod mulier non ait: *tulerunt corpus* „ *Domini mei*, ſed *tulerunt Dominum meum*: „ uſus namque Sacri eloquii eſt, ut aliquando „ ex parte totum, aliquando vero ex toto par- „ tem ſignificet. Ex parte enim totum ſignifi- „ cat, ſicut de Jacob filiis ſcriptum eſt, quia „ *deſcendit Jacob in Egyptum in animabus ſe-* „ *ptuaginta*. Neque enim in Egyptum animæ „ ſine corporibus deſcenderunt: ſed per ſolam „ animam totus homo ſignatur, quia ex parte „ totum exprimitur. Et ſolum Domini corpus „ in monumento jacuerat; & Maria non cor- „ pus Domini, ſed ſublatum Dominum quæ- „ rebat, videlicet, ſignificans ex toto partem „. Hæc Gregorius. Ex quo patet, Gregorium ſen-
A tire corpus Domini Chriſti non fuiſſe Chriſtum Dominum, ſed partem ejus, & eſſe *Synechdochen* conceptionem totius in parte. Et non hoc tantum, ſed etiam partem in toto.

* Cap. præced. num. 10.

Joan. 20. 13.

Gregorius
To. 1. pag. 1548. num. 4.

Gen. 46. 15.

3. Sed dicit WICLEFFUS: Doctores famoſi „ dicunt ibi eſſe Synechdochen, ſed melius eſt „ dicere ſepultam carnem totum Chriſtum. „ Quid jam dixiſti? Vides ne, quod Doctores magni dicunt carnem ſepultam non eſſe Chriſtum, ſed partem ejus? *Sed ego melius dico* (inquis) *dicendo eſſe plenum Chriſtum*.

Wicleffus.

4. Hæc eſt præſumptio tuæ veſaniæ, præferre te Sacris Doctoribus, Patribus approbatis.
B Ubi eſt jam quod Auguſtinum dixeras tantum logicum, tam ſubtilem * ? *Et abſit* (dixiſti) *quod tantam maculam tam Sanctis Patribus imponamus*. Jam imponis, & non *abeſſe*, ſed *adeſſe* deſideras. Et ut erres liberius in Scriptura, præſupponis errores in Grammatica. Verumtamen grande periculum eſt imitari talem magiſtrum, qui quocumque pergat, aberrat.

* Cap. præced. num. 9.
Contradictio Wicleffi.

5. *Sed quare* (inquis) *dixerat Auguſtinus, Chriſtus caro animam poſuit; & anima Chriſtus ad inferna deſcendit; & Verbum Chriſtus latronem glorificavit? Nonne ergo caro Chriſti eſt Chriſtus?* Non eſt Chriſtus quantum ad rei na-
C turam, ſed ſecundum locutionis figuram. Sed pars Chriſti eſt, qui animam ſuam poſuit: quia ſic dicit Auguſtinus ibi *, *Chriſtus non depoſuit quod ſemel aſſumpſit*; ideo concludit ibi, quod caro animam poſuit; & hoc ſecundum ſynechdochen: ſecundum quod ipſe exponit ſe ipſum in eodem loco, dicens, AUGUSTINUS. Caro ponit animam ſuam, & caro ite- „ rum ſumit eam; non tamen ſua poteſtate „ caro, ſed poteſtate inhabitantis carnem. – „ Et iterum verſus finem Tractatus – Cum „ caro animam poſuit, Chriſtus animam po- „ ſuit; & cum caro, ut reſurgeret, animam ſum-
D „ pſit, Chriſtus animam ſumpſit. Nec tamen „ poteſtate carnis hoc factum eſt, ſed ejus qui „ & animam & carnem, ubi hæc adimpleren- „ tur, aſſumpſit. „ Hæc Auguſtinus ibidem, ſcilicet, Tract. XLVII. *ſuper Joan.* Jam potes videre Auguſtinum dixiſſe carnem Chriſti pro toto Chriſto habente carnem, vel Verbo incarnato; quod eſt mere *ſynechdochen*: & non hoc loco tantum, ſed ubique locorum, ubi tu allegas eum, prudens Lector videbit, quod vel ſic loquitur, vel ſic ſe exponit. Unde *ſuper Joannem* homilia LXXV. AUGUSTINUS. Sicut (in- „ quit) unus eſt homo rationalis anima & ca-
E „ ro; ſic unus Chriſtus Deus & homo. Chri- „ ſtum in omnibus iſtis, & ſingulis, confite- „ mur. Nam quis eſt, per quem factus eſt „ mundus? Chriſtus Jeſus, ſed in forma Dei. „ Quis ſub Pilato crucifixus? Chriſtus Jeſus, „ ſed in forma ſervi. Quis derelictus in infer- „ no? Chriſtus Jeſus, ſed in anima ſola. Quis „ jacuit in ſepulchro? Chriſtus Jeſus, ſed in „ carne ſola. „ Secundum hæc verba dicis, quod Chriſtus eſt trium naturarum incommunicantium quælibet. Ego autem dico quod non; ſed Chriſtus eſt in trium naturarum incommunicantium qualibet: quia hic non dicit Auguſtinus, Chriſtum Jeſum eſſe omnia iſta & ſingula; ſed *in omnibus & ſingulis*: Chriſtum in anima in inferno, Chriſtum in ſola carne in ſepulchro, Chriſtum in forma ſervi crucifixum ſub Pilato, ſicut totum eſt in ſua parte

* In Tract. 47. ſuper Joan. To. 3.

Auguſtinus
To. 3. pag. 612. num. 11.

Pag. 613. num. 13.

Auguſtinus
To. 3. cap. 78. pag. 699. num. 3.

Pſal. 25. 12. parte : quemadmodum Pſalmiſta, *ſtetit in directo*, ſecundum pedem; non tamen fuit pes. Cant. 5. 2. Et Sapiens vigilavit in corde dum ipſe dormiret; non tamen fuit ipſe cor ſuum. Hoc fuit ergo quod Auguſtinus ſupra dixit, *Chriſtus caro, & anima Chriſtus*, quod jam magis proprie loquendo dicit *Chriſtus in carne, Chriſtus in anima*. A Videns ergo adverſarius veritatis ſe neceſſario capiendum, condeſcendit quodammodo ad committendum * facilis, cui ſe tam difficilem exhibebat. Dicit ergo in tertio *, ſe non curare ſi ſit locutio figurativa, dum tamen ſit vera. Unde *tertio capite de incarnatione*, WICLEFFUS. Quomodocumque Scriptura, „ vel alii Doctores Catholici hoc intellexerunt, „ ſive figurative, ſive aliter; ſuppono me intelligere, ſic tamen quod maneat verum de „ virtute ſermonis : & ſic oportet me concedere alia quæ ſequuntur. — Et ſequitur. — „ Veritas teſtatur omnimode ſibi ipſi, nec aliquid ex veritate conſequens offenderet pias B „ aures. Quidquid ergo ex hoc principio perfectus philoſophus ſciret deducere, debet concedi tamquam Catholicum, & oppoſitum abjici tamquam fidei diſſonum. „ Hæc ibi.

* Intellige, ad cedendum.
* Subaudi, Trialogi.
Wicleffus.

6. Placet mihi, & fidei, quod figuram admittis. Sed forſitan poteſt diſplicere, ſi figuram extendas, ut jam putetur *veritas*, non *figura*, niſi ut ſit vera figura. Dicis intelligere te figuram cum Doctoribus, & oportere te concedere alia quæ ſequuntur. Sed vide, ut ſequela tendat in figuram, & utere fiugura ut figura ſit : & tropice dictum in tropo ſuo retineas, ne C facias de tropo proprietatem. Nam quid, rogo, *Antropomorphitas* (*a*) fecit hæreticos, niſi quia membra humana figuraliter dicta, realiter prædicabant de Deo, dicentes eum habere veras manus, veram faciem: quia ſcriptum eſt, *Faciem tuam illumina ſuper ſervum tuum* ; &, *Manus tuæ fecerunt me?* Quid etiam *Fauſtum* (*b*) fecit hæreticum, niſi quia carnem hominis ſecundum naturam excluſit a cœlo, quia Apoſtolus excluſit eam a ſuo tropo : *Caro* (inquit) *& ſanguis regnum Dei non poſſidebunt?* Caro, ideſt, carnis corruptela, ſecundum Auguſtinum. D Sic *Patripaſſiani* (*c*) humanas paſſiones aſcripſerunt Divinæ naturæ, quia tropice dixit Pſalmiſta : *Domine ne in furore tuo arguas me*. Et dicit tertio de *Doctrina Chriſtiana*, cap. V. in principio, AUGUSTINUS. Cavendum eſt, ne figuratam locutionem ad literam accipias. „ Cum enim figurate dictum ſic accipitur, „ quaſi proprie dictum ſit, carnaliter ſapitur. „ Neque ulla mors animæ congruentius appellatur, quam cum id quod in ea beſtiis antecellit, hoc eſt, intelligentia, carni ſubjicitur, ſequendo literam. Qui enim ſequitur literam, translata verba, ſicut propria tenet, E „ neque illud, quod proprio verbo ſignificatur, „ refert ad aliam ſignificationem. „ Hæc Auguſtinus. Jam te tetigit Auguſtinus dicendo : *Qui ſequitur literam, translata verba, ſicut propria tenet*. Tu igitur ſequeris literam, quæ occidit, quia translata verba Auguſtini ſecundum verbalem ſynechdochen poſita, ſicut propria tenuiſti, & ædificaſti tibi unam *Chriſteitatem* communem ad tres naturas conjunctim, & diviſim. Vere neſcio in quo peccavit *Fauſtus*, aut alius hæreticus *, ſi & tu non peccas, faciens de locutionibus tropicis metaphyſicas veritates.

Hæreſis Antropomorphitarum. a
Pſal. 118. 135. Job 10. 8.
b Hæreſis Fauſti.
1. Cor. 15. 50.
Patripaſſianorum error. c
Pſal. 6. 1.
Auguſtinus To. 3. pag. 47.
Homo per intelligentiam beſtiis antecellit.
2. Cor. 3. 6.
* Antropomorphitæ.

7. Sed dicis : *Licet loqui verba Scripturæ & Doctorum: ac nonne verba illorum ſunt optima?* Sunt quidem, ſi non verba illorum feceris verba tua. Verumtamen Auguſtinus dicit, Patres non ſemper imitandos in verbis, quia pares eis gratiis non habemus. Unde dicit IV. *de doctrina Chriſtiana*, capitulo III. AUGUSTINUS. Nos, „ etſi de literis illorum, (Canonicorum (*d*), „ ſcilicet Sanctorum, & Doctorum), quæ ſine „ difficultate intelliguntur, nonnulla ſumimus „ elocutionis exempla; nequaquam tamen putare debemus imitandos eos nobis eſſe in jis, „ quæ ad exercendas, & elimandas quodammodo mentes legentium, & ad rumpenda faſtidia, atque acuenda ſtudia volentium diſcere, zelandos quoque ut ſive ad pietatem „ convertantur, ſive ut a myſteriis ſecludantur, animos impiorum, utili ac ſalubri obſcuritate dixerunt (*e*). Sic quippe illi locuti „ ſunt, ut poſteriores, qui eos intelligerent, „ recte & exponerent, alteram gratiam, diſparem quidem, verumtamen ſubſequentem in „ Dei Eccleſia reciperent. Non ergo Expoſitores eorum ita loqui debent, ut tamquam ſe „ ipſos exponendos ſimili authoritate proponant, ſed in omnibus ſermonibus ſuis primitus ac maxime ut intelligantur, elaborent. „ Hæc Auguſtinus. Quid ergo ſub colore divinorum verborum ſecundum *modos loquendi*, *modos exiſtendi* metiris: cum ſecundum Hilarium quarto libro *de Trinitate*, *Intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi: quia non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubjectus?* Quid ergo magnum facis Domino Deo, fingendo falſam reverentiam verbis ejus, & intelligentiam verborum depravas? NON HOC EST OFFICIUM DOCTI VIRI (ut ſecundum Auguſtinum dicam) Scripturæ ſonis quaſi conſecratis inſervire, & ſub hoc fuco ſubjectam omittere veritatem. Ideo Paulus Apoſtolus jam ductus ſpiritu, dux Verbi erat, non ductus a Verbo.

Auguſtinus To. 3. cap. 8. pag. 72. d
Veterum Patrum locutiones non ſemper a nobis imitandæ.
e
Hilarius To. 2. n. 14. pag. 82.
Act. 14. 11. Paulus dux verbi erat.

CAPUT XLI.

Quod humanitas Chriſti non eſt totus Chriſtus, nec Chriſtus eſt ſic Creatura.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quam impie dixerit Wicleffus, Chriſtum non eſſe de neceſſitate duarum naturarum, ſanctorum teſtimoniis probatur.*
2. *Hoc idem probatur ratione.*
3. *Idem ad idem comparatum, ſecundum idem, non poteſt differre & convenire.*
4. *Secunda ratio, qua Wicleffum cum Ario convenire, immo eo pejorem fuiſſe convincitur.*

5. *Quo-*

(*a*) *Antropomorphitæ* ineunte ſæculo IV. ſuam protulerunt inſaniam. Ab *Audeo* eorum Progenitore, dicti quoque ſunt *Audæni*.

(*b*) Fauſtus, gente Afer, patria Milevitanus, ſecta Manichæus, juxta ſui dogmatis principia, carnem quam ex mala natura compactam eſſe prædicabat, Cœlo inſerere non audebat. An. 400. debacchabatur.

(*c*) *Patripaſſiani* a *Praxea*, *Noeto*, & *Sabellio* invecti, medio ſæculo III. in Ægypto graſſabantur. *Sabellium* Sanctus *Dionyſius Alexandrinus* damnavit in Synodo Alexandriæ celebrata.

(*d*) Maurini omittunt *Canonicorum*, *ſcilicet Sanctorum*, *& Doctorum* : quæ verba a Waldenſi, ut claritati conſuleret, adjecta fuiſſe non dubito.

(*e*) Optima hic traditur regula pro Sanctis Patribus legendis, ac exponendis. Siquidem in eorum ſcriptis expendendum eſt proprio loco unumquodque teſtimonium; ac punctum, ut ita dicam, ad quod omnes lineæ diriguntur, attentius eſt inſpiciendum. Hoc qui non caveat, totam forte Authoris mentem, doctrinamque turbabit, & res obſcuras majori involvet caligine. Defectu hujus immerito a ſuis adverſariis accuſatus fuit Ruffinus, quod transferens *Principia* Origenis, locum incaute reliquiſſet, ubi vetus iſte Theologus negare videbatur, Patrem videri a Filio Dei, quum alibi ſexcentis in locis erratum illud aperte, conſtantiſſimeque refellat. Divus etiam Auguſtinus lib. 2. irridet Julianum, qui defenſore gloriabatur Chryſoſtomo, ea ratione fretus, quod ſatis alicubi non expreſſiſſet, quæ tamen alias adeo perſpicue expoſuerat.

5. *Quomodo Wicleffus ſe Ario meliorem conetur oſtendere: & logice probatur ipſum ab Ario non diſtare.*

6. *Divus Hilarius multis rationibus convincit hæreticum.*

7. *Conantur Hæretici Hilarii rationibus ſatisfacere, ſed in vanum.*

8. *Tertia Catholicorum ratio, qua humanitatem Chriſti non eſſe Chriſtum, demonſtratur.*

9. *Demum, quod Divus Anſelmus, quem pro ſe eſſe Wicleffus arbitrabatur, ei adverſetur, aperte manifeſtat.*

1. PRobato jam quod humanitas Chriſti, quantum ad ſingulas partes quantitativas, non ſit Chriſtus diviſim, reſtat clarum facere, quod nec ipſa tota natura ex his compacta ſit plenus Chriſtus; ſed ad modum loquendi Auguſtini, & Damaſceni, pars Chriſti eſt, eo quod perfectus Chriſtus Jeſus non eſt, niſi qui ſimul eſt *Deus & homo*: Humanitas vero aſſumpta, non eſt ſimul perſona aſſumens, & aſſumpta natura; ſed *aſſumpta natura* dumtaxat: ſicut Avicenna dicit, quod *Equinitas* eſt tantum *Equinitas*. Ideo in *Enchiridio*, capitulo XXXV. dicit AUGUSTINUS. Proinde „ Chriſtus Jeſus eſt Deus & homo. Deus eſt „ ante omnia ſæcula, & homo in noſtro ſæ„culo. Deus, quia Dei Verbum; homo au„tem, quia in unitate perſonæ acceſſit Verbo „ anima rationalis & caro.„ Hæc Auguſtinus. Non ergo eſt anima rationalis & caro totus homo Chriſtus: ſed cum accedunt ad *Verbum*. Damaſcenus libro III. In ſententiis *Orthodoxæ fidei*, cap. III. DAMASCENUS. Chriſtum (in„quit) nomen hypoſtaſeos perſonæque dicimus, „ non uniformiter dictum, ſed duarum natu„rarum exiſtens ſignificativum.„ Sed Wicleffus ab iſta fide alienus, dicit Chriſtum non eſſe de neceſſitate duarum naturarum, ſed unam naturam dicit totum Chriſtum.„ Non eſt (in„quit) major color, quod ſit Creator, quia „ ſecundum Deitatem, quin per idem ſit crea„tura, quia ſecundum humanitatem; ſpeciali„ter cum ſit illa completa humanitas.„ *Primo capitulo de incarnatione Verbi*.

Natura humana non eſt totus Chriſtus, ſed pars Chriſti.

Non eſt totus Chriſtus, niſi Deus & homo.

Avicenna 5. *Metaph.*

Auguſtinus *To.6.pag.210.*

Damaſcenus *To.1.pag.206. Ed. Pariſien.*

Wicleffus unam naturam dicit eſſe totum Chriſtum.

2. Vere & ſpecialiter hoc tuum eſt in Eccleſia Dei. Sed audi parvulam rationem: Juxta communes animi conceptiones, nunquam eſt pars ſuum totum, maxime ubi totum non eſt omne quod habet; quod ſolum invenitur in Deo privilegium ſpeciale (*a*). Alibi enim per ſingulas creaturas omne totum eſt majus ſua parte: ergo humanitas Chriſti eſt pars ejus. Quis non delirus diceret totum Chriſtum? Ideo Damaſcenus dicit, quod Chriſtus in quantum totus Chriſtus, non eſt ejuſdem ſubſtantiæ cum Deo Patre, nec cum Virgine Matre: ſed ſecundum Divinitatem Patri, ſecundum humanitatem Matri. DAMASCENUS. Ratione (inquit) „ qua differunt ab invicem naturæ Chriſti, „ hoc eſt ratione ſubſtantiæ aimus copulari „ ipſum extremis. Secundum Divinitatem qui„dem & Patri, & Sancto Spiritui; ſecundum „ humanitatem autem & Matri, & nobis. Con„ſubſtantialis enim eſt idem, ſecundum Di„vinitatem quidem Patri & Sancto Spiritui, „ ſecundum humanitatem autem & Matri & „ omnibus hominibus. Qua autem ratione co„pulantur naturæ ipſius, differre ipſum aimus „ & a Patre & a Spiritu, & a Matre, & a re„liquis hominibus: copulantur enim naturæ „ ipſius in hypoſtaſi, unam hypoſtaſim com„poſitam habentes, ſecundum quam differt a „ Patre & Spiritu, & a Matre, & a nobis.„ Hæc ille, cap. XLIX.

a

Damaſcenus. *To. 1. lib. 3. Orthod. Fid. cap. 3. pag. 208.*

Chriſtus in quantum totus Chriſtus non eſt ejuſdem ſubſtantiæ cum Patre, nec cum Matre.

3. Jam vides hypoſtaſim Chriſtum, ideſt illam perſonam in conjunctis naturis diſparibus ſubſiſtentem differre ſubſtantialiter a Matre ſua: humanitatem autem ſuam * in eadem ſubſtantia
A ſubſtantialiter convenire. Patet igitur lege oppoſitorum, quod illa humanitas non eſt illa perſona. Intellectus enim non capit quod idem ad idem comparatum ſecundum idem conveniat, & differat, ſophiſmate circumſcripto.

* *Ed.V.* addit animi ejus.

4. Secundo vitatur a Catholicis dicere Chriſtum humanitatem ab eo aſſumptam, ne daretur ex fide via ad perfidiam, jubente Chriſto, *in viam gentium ne abjeritis*. Viam enim facit frequens hominum tranſitus; ita ut quiſque ubi
B inceſſum ſolitum peragat, de terræ planitie viam efficiat. In viam igitur gentium abimus, quotiens erroribus veteranis, favoris pedem imponimus. Vis omnem viam fricando, novam doctrinam ab hæreſi eſſe deſertam? A longe ſalutes illam: quia quantum appropinquas, tantum ut alii ibi incedant, & latam viam perficiant, donaſti principium. Ecce dixit Arius, Chriſtum eſſe creaturam, & creatam naturam: tu quoque hoc dicis (*b*); nonne cum Ario con-
C veniſti? Dixit Arius *digniſſimam creaturam*, tu dicis eum *viliſſimam creaturam*, quia materiam primam (*c*). Ibi viam Arii ſuperaſti, qui hoc dicere verebatur.

Matth. 10. 5.

In viam gentium abire quid ſit.

b

Wicleffus convenit cum Ario.

c

5. Sed dicis: *Ego dico Chriſtum eſſe Deum in natura, quod Arius non fecit, ſed dixit Chriſtum pure creaturam; quod ego non facio*. Vere jam video doctrinam tuam non eſſe tutam, quia a fortiſſima hæreſi ſolo diſtat adverbio *pure*: ita quod ſi tollatur gracilis duarum ſyllabarum dictio, idipſum ſine variatione ſentiretis utrique. Nec talis * eſt Chriſti; nec poſitio Chriſtiana, quæ dicit hæreticis, quod ſicut exaltati ſunt
D cœli a terra, ita exaltantur viæ meæ a viis veſtris. Sed probo ego logice, quod nec diſtatis *adverbio* *, quia *Chriſtus eſt ſua humanitas* *: *humanitas eſt pura creatura*. Negas rationem: ſed confirmo: quia *Chriſtus eſt aliqua pure creatura: ergo eſt pure creatura:* quia ex oppoſito, non eſt *pure* creatura, ergo non eſt iſta *pure* creatura, ſcilicet humanitas. Sic enim aliquis aſtutus logicus dato tuo principio ſtatim induceret ſimplicem Chriſtianum in Arianam perfidiam.

* *ſupple* doctrina.

Iſa. 55. 9.

* *Subaudi* pure.

* *juxta Wicleffum.*

6. Idcirco Eccleſia, quæ ponit in via ſpatioſa pedes ſuos, longe ab iſta poſitione recedit.
E Unde Hilarius libro XII. *de Trinit.* ſic contra hanc dictionem laborat multis rationibus. HILARIUS. Non (inquit) Dominum Chriſtum „ creaturam, quia neque eſt; neque facturam, „ quia facturarum omnium ipſe eſt Dominus; „ ſed Deum novimus, Dei * Patris propriam „ generationem.„ Et poſtea ponit rationem. Prima ratio eſt, quod creatura Creatori comparabilis non eſt: Creator ergo non poteſt eſſe creatura. Unde dicit HILARIUS. Non (inquit) „ aut factum, aut non natum prædicamus: „ quia neque Creatorem creaturis comparamus; „ neque nativitatem ſine generatione menti„mur.„ Secunda ratio eſt, quia Chriſtus creavit omnia, non autem ſeipſum: igitur non eſt creatura. HILARIUS. Per Dominum (inquit) Chri-

Pſalm. 30. 9.

Hilarius *To.2.pag.408. num. 2.*

* *M.* Deum Dei Patris.

Creatura non eſt comparabilis cum Creatore.

Hilarius *Ibid.*

Hilarius *Ibid. pag. 419. num. 4.*

(*a*) Propter *eſſe eminentiale*, quo omnes perfectiones rerum continet in excellentiſſimo gradu.

(*b*) Dicit utique Wicleffus quod Chriſtus eſt creatura, cum dicit, quod ſola natura humana eſt totus Chriſtus. Vide ſupra, num. 2.

(*c*) Arguit hoc loco Wicleffum, de eo quod dixit ſupra cap. 1. 2. &c. ubi ponit quodlibet eſſe Deum.

Proprium nomen Christi eſt, ut ſit Creator.

,, Chriſtum creata ſunt omnia: & idcirco proprium ei nomen eſt ut Creator ſit. Non cadit in eum efficientiæ ſuæ & natura & nuncupatio. -- Et ſequitur -- Quid operis nomen Opifici imponimus? Quid noſtris (a) Deum cognominamus? Creator noſter eſt, Creator omnis militiæ cœleſtis eſt. Hæc cum ad Filium, per quem facta ſunt omnia, Apoſtolica atque Evangelica fide intelligenda referantur; quomodo jis ipſis quæ geſſit æquabitur, & in ea naturæ erit nuncupatione, qua cuncta ſunt? ,, Tertia ratio eſt: Si Chriſtus eſſet creatura, eſſet vanitati ſubjectus, corruptioni ſubditus &c. HILARIUS. Primum (inquit) ,, quidem humanæ intelligentiæ ſenſus hoc * reſpuit, ut Creator creatura ſit; quia creatio per Creatorem eſt. Qui ſi creatura ſit, & corruptioni ſubditus eſt, & obnoxius expectationi eſt, & ſervituti ſubjectus eſt. Ait enim Beatus Apoſtolus Paulus: *Etenim longinqua expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura ſubjecta eſt non ſponte, ſed propter eum qui ſubjecit in ſpe. Quia & ipſa creatura liberabitur a ſervitute corruptionis in libertatem claritatis filiorum Dei*. Si igitur Chriſtus creatura eſt; neceſſe eſt ſub ſpe longinquæ expectationis incertus ſit, & longa ejus expectatio noſtram * potius expectet, & expectans eam * vanitati ſubjectus ſit, & per neceſſitatis ſubjectiones *, non ſponte ſubjectus ſit. Subjectus autem cum ſponte non ſit, neceſſe eſt & ſervus ſit; ſervus autem cum ſit, maneat etiam in corruptione naturæ. Hæc enim omnia creaturæ propria eſſe Apoſtolus docet. ,, Hæc ille. Quarta ratio capitalis eſt, quod ſummus honor negatur Chriſto, ſi ſit creatura; etiam Patri ſuo; vel dabitur creaturæ. HILARIUS. ,, Nunquam (inquit) diverſitas rerum niſi & in honore diverſo eſt. Res enim eædem, venerationis ejusdem ſunt: quia aut ſummus honor indigne inferioribus deferetur, aut * contumelia ſuperiorum inferiora jis æquabuntur in honore. Filius autem ſi ut creatio potius quam nativitas ſit, per venerationem qua (b) exæquabitur Patri; nulla nobis religio honoris ad Patrem eſt, cum tanta nobis ejus veneratio impoſita ſit, quanta eſt creaturæ. Quinta ratio eſt. Nunquam ſe docuit Chriſtus creaturam; ergo nec nos ſine temeritate hoc poſſumus aſſerere: & hoc deberet te ligare cum aliis, qui frequenter ſic arguis, & dicis: *Chriſtus non prætermiſiſſet fundare Religiones privatas, ſi voluiſſet eas eſſe de Eccleſia ſua: nec dotare Eccleſiam ſuam, ſi fuiſſet bonum*. (c) Jam & dico tibi: Chriſtus non omiſiſſet dicere ſe humanitatem ſuam, & creaturam, ſi fuiſſet verum: omiſit autem. Unde dicit HILARIUS. ,, Cujus nos temeritatis exemplo Deum *Creaturam*, & Filium *facturam* & dicimus * & exiſtimamus, * cum nuſquam * hoc de ſe & Magiſter & Dominus ſervis & diſcipulis ſuis locutus ſit, neque nativitatem ſuam aut creationem aut facturam docuerit: ſed Pater nihil aliud unquam Filium teſtatus ſit, & Filius nihil aliud, quam proprium ſibi Deum Patrem profeſſus ſit? Natus (d) eſt itaque, ac non factus, aut creatus, ſicut ait: *Omnis qui diligit Patrem, diligit & Filium, qui natus eſt ex eo*. ,, Hæc paſſim Hilarius ubi ſupra.

a

Hilarius *Ibid. pag.* 410. *num.* 4. & 5.

* *M.* hæc.

Rom. 8. 19.

* *M.* noſtra.

* *M.* ea.

* *M.* ſubjectionem.

Hilarius *Ibid. pag.* 412. *num.* 7.

* M. *aut cum contumelia*.

b

Wicleffus ſolito ſuo argumento convincitur.

c

Hilarius *Ibid. pag.* 414. *num.* 11.

* M. dicemus.

* M. exiſtimabimus.

* *M.* nuſquam nobis.

d

Joan. 5. 1.

* *Lib.* 12. *de Trinit.*

7. Sed dicis: *hæc dicta Hilarii, & omnium talium, intelligere quod Chriſtus non ſit pure creatura*. Verum eſt. Nec etiam quod ſit creata natura, ſed increata dumtaxat: creatum tamen ſuppoſitum dici poteſt, ſicut Hilarius ibi poſt dicit eum creaturam ſecundum humanitatem aſſumptam. Et Hieronymus hoc proclamat audacter, & multi moderni fideles hoc ſcribunt *ad communicationem idiomatum*: ſed quod Chriſtus ſit aliqua creata natura, nullus intelligit: omnes docti derident, niſi Arius, & Wicleffus in hos diſcipulus ejus. Ideo Hilarius magis appropinquat tibi in libro prædicto, arguens quod ſi Chriſtus ſit Deus, & Chriſtus forma ſervi creata, tunc Deus non diſtabit a creatura: quod ipſe putat inconveniens. HILARIUS. Chriſtus (inquit) in forma Dei manens, ,, formam ſervi accepit: & qui in forma Dei eſt, ſi creatura eſt, Deus non aberit a creatura. Eſſe autem in forma Dei, non alia intelligentia eſt, quam in Dei manere natura: per quod Deus creatura eſt, quia in natura ejus ſit creatura. ,, Hæc Hilarius. Et concludit hoc tamquam ultimum inconveniens, quod tamen Wicleffus ſine dilatione concederet. Nonne audis quid concludit deducendo ad inconveniens, quod ſi Chriſtus in forma Dei ſit creatura, tunc manens Chriſtus in Dei natura, etiam creatura eſt in ſua natura? Nonne jam te tetigit, & tantorum te verborum turbæ non comprimunt? Idem Hilarius etiam plane dicit: HILARIUS. *Homini adquirebatur ut Deus eſſet*. Numquid Deitati ejus? Numquid animæ, vel carni? Non utique; ſed homini conſtanti ex utroque. Quomodo ergo caro Chriſtus erit, ſi Deus non erit vel anima, vel humanitas partialis?

8. Tertium motivum Eccleſiæ Chriſti, quod humanitas Chriſti non ſit Chriſtus, eſt: quia tunc Chriſtus eſſet unus in confuſione ſubſtantiæ, contra illud principium fidei, *unus omnino non confuſione ſubſtantiæ, ſed unitate perſonæ*. Nam ſi Chriſtus ſit ſua humanitas, tunc Chriſtus ſecundum ſuam humanitatem eſt Deus inſenſibilis: & iterum ſecundum ſuam Deitatem eſt homo. Patet: quia ipſa humanitas eſt Deus: quidquid igitur eſt ipſa humanitas, ſecundum illam eſt Deus: Chriſtus eſt humanitas; ergo ſecundum illam eſt Deus. Sed negas forſan formam *; quia medium eſt extraneum & per accidens ad uniendum extrema. Contra: Homo eſt albus ſecundum faciem, ſi facies ejus ſit alba; cum tamen facies ejus ſit ſolum per accidens alba: quare non pari ratione Chriſtus ſecundum humanitatem eſt Deus, ſi aliquo modo humanitas ejus ſit Deus? Beatus igitur Auguſtinus negat humanitatem Chriſti ſenſibilem fuiſſe Deum, Tract. 111. *ſuper Joan.* AUGUSTINUS. Ipſe (inquit) Dominus noſter ,, Jeſus Chriſtus totum * quod videbatur & tenebatur, & crucifigebatur. Num totum * hoc ipſe eſt? Ipſe eſt quidem, ſed non totus. Illud quod viderunt Judæi, non hoc totum Chriſtus. Et quid eſt? *In principio erat Verbum*. In quo principio? *Et Verbum erat apud Deum*. Et quale Verbum? *Et Deus erat Verbum*. ,, Hæc Auguſtinus. Ubi ſagax lector ſtatim intelligit Auguſtinum dicere humanitatem Chriſti, quam viderunt Judæi, non hoc eſſe Chriſtum. Et quare? *Quia* (inquit) *Chriſtus erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus*

Chriſtus eſt creatura ſecundum humanitatem.

Hilarius *Ibid. pag.* 411. *num.* 6.

Hilarius *To.* 2. *lib.* 9. *de Trinit. pag.* 286. *num.* 38.

* *Subaudi*, argumenti.

Auguſtinus *To.* 3. *pag.* 305. *num.* 4.

* *M.* totus qui videbatur.

* *M.* totus.

Joan. 1. 1.

(a) Eraſmus contra fidem veterum Codicum hic addidit *cognominibus*: quam vocem retinuere ſequentes Editiones.

(b) Maurini expungunt *qua*, eo quod in MSS. non extet niſi in uno Colbertino valde ſuſpecto.

(c) Sæpe hæc & ſimilia blaterat Wicleffus, ut eum recitat Waldenſis infra libro 3. & 4.

(d) Maurini: *natum itaque non factum aut creatum ſe aſſerens, ſicuti ait &c.*

& Deus erat Verbum : & hoc non erat humanitas, quam viderunt Judæi.

9. Sed Wicleffius (*a*) dicit, hanc eſſe opinionem Anſelmi in lib. *de Incarnatione Verbi*. Teſtetur ergo Anſelmus de ſe palam : dicat quid ſcripſerit. ANSELMUS. Cum profertur *homo*, natura tantum, quæ communis eſt omnibus hominibus, ſignificatur. Cum vero demonſtrative dicimus *iſtum*, vel *illum* hominem, vel proprio nomine *Jeſum*, perſonam deſignamus, quæ cum natura collectionem habet proprietatum, quibus homo communis fit ſingulis, & ab aliis ſingulis diſtinguitur. Nam cum ita deſignatur, non quilibet homo intelligitur, ſed qui ab Angelo eſt annunciatus, qui Deus & homo, Filius Dei & Filius Virginis eſt. „ Hæc ille. Ecce jam diſtinxit tibi Anſelmus hominem, vel acceptum ſimpliciter pro natura, vel pro perſona. Primo modo non eſt Chriſtus homo, vel humanitas ſua, ſed ſolum homo perſona, qui & Filius Dei eſt, & Verbum incarnatum. Unde poſt declarat quæ dixit, ANSELMUS. Cum (inquit) *Verbum caro factum eſt*, naturam aſſumpſit, quæ ſola *hominis* nomine deſignatur *, & ſemper eſt alia a natura divina ; non aliam aſſumpſit perſonam, quoniam eamdem habet cum aſſumpto homine proprietatum collectionem. Non enim idem eſt, homo, & aſſumptus a Verbo homo, ideſt, Jeſus; quoniam in nomine hominis, ſicut dictum eſt, ſola intelligitur natura; in aſſumpto vero homine, vel in nomine Jeſu, intelligitur cum natura, ideſt, cum homine, collectio proprietatum, quæ eſt eadem eidem aſſumpto homini & Verbo. „ Hæc Anſelmus. Nihil ergo tibi & Anſelmo, qui dicit naturam, quam Chriſtus aſſumpſit, non eſſe Chriſtum, niſi quando ponitur cum collectione proprietatum perſonalium in eadem perſona Verbi, & tunc eſt *iſte homo*, ideſt Jeſus, non natura abſtracte compoſita. Sic enim dicit : Non eſt enim idem *homo*, & *Jeſus homo*. Jeſus homo, perſona Chriſti eſt : homo vero ſimpliciter, natura eſt quæ aſſumpta eſt, cum Verbum caro factum eſt. Et iſte homo, & iſta natura eſt, de qua dicit Damaſcenus : *Chriſtus ſuſcepit hominem in atomo* *. Individuata quodammodo fuit iſta humana natura, & de communitate ſua aliquantum contracta, non tamen ultima contractione ſignata, quouſque in collectionem proprietatum veniret ſecundæ perſonæ divinæ.

Anſelmus Cap. 6. pag. 47.

Anſelmus Ibidem.

* M. ſignificatur.

* Propter humilitatem qua ſe exinanivit.

Damaſcenus Lib. 3. de fide orth. pag. 215.

CAPUT XLII.

Quod Chriſtus non eſt tripartitus, ſed eſt Deitas, anima, & caro conjunctim, & neutra harum naturarum plenus Chriſtus diviſim.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Hanc eſſe antiquam Eccleſiæ fidem, ut tres naturas dicat eſſe Chriſtum, oſtendit.*
2. *Secundum Wicleffum unaquæque illarum naturarum ſingillatim eſt Chriſtus, & quomodo.*
3. *Nihil de Chriſto dicendum eſt, niſi quod melius & excellentius dici poteſt.*
4. *Sicut in homine partes ejus ſingillatim non ſunt homo; ita de Chriſto aſſerendum eſt.*
5. *Quibus rationibus hæreticus poſitionem ſuam*

tutatus ſit, & quomodo ſolvi poſſint a Catholico.

6. *Subtilem difficultatem ſibi objicit & ſolvit Waldenſis ; ac reſpondet aliis objectionibus Wicleffi.*
7. *Quod ſuper fragile fundamentum ædificium ſuum fundavit Wicleffus.*

1. POnit igitur antiqua fides Eccleſiæ tres naturas, Deitatem ſcilicet, carnem, & ſpiritum eſſe Chriſtum conjunctim; neutra harum diviſim. Non enim tutum exiſtimo, ut *homo ſeparet, quos Deus conjunxit*. Et Joannes in Epiſtola ſua prima : *Omnis Spiritus qui ſolvit Jeſum, ex Deo non eſt; & hic eſt Antichriſtus, de quo audiſtis quoniam venit, & nunc jam in mundo eſt.*

Matth. 19. 6.

1. Joan. 4. 3.

2. Et quomodo dicit Sanctus Joannes, quod Antichriſtus iſte jam nunc in mundo eſt? Numquid aliquis ante noſtrum * Wicleffum ſic ſolvit Jeſum, & tripartiebatur eum, dicens Chriſtum eſſe trium naturarum quamlibet ſingillatim, & eas omnes conjunctim ? Loquitur Magnus Hilarius aliquid de hujuſmodi viris lib. x. *de Trinit.* HILARIUS. Inter has impias, infirmaſque ſententias, Eccleſiæ fides imbuta Apoſtolicis doctrinis novit in Chriſto nativitatem, ſed ignorat exordium. Scit diſpenſationem, ſed neſcit diviſionem. Non aſſumit * Filium Dei in filium hominis. Neque tripartita fide Chriſtum ſcindit, cujus deſuper contexta * veſtis inſciſſa eſt: ut Jeſum Chriſtum & in Verbum & in animam & in corpus incidat, neque rurſum Deum Verbum in animam, & in corpus Domini aſſumat *. Totum ei Deus Verbum eſt, totum ei homo Chriſtus eſt : retinens hoc in ſacramento confeſſionis ſuæ unum, nec Chriſtum aliud credere quam Chriſtum, nec Jeſum aliud prædicare quam Chriſtum * — Et bene infra in eodem libro — Vos nunc vel tripartientes Chriſtum in Verbum & animam, & corpus, vel totum Chriſtum Deum Verbum in ſolum generis communis hominem contrahentes, hoc vobis * maximæ pietatis Sacramentum quod in carne manifeſtatum eſt, revelate : quem tradidit * ſpiritum Chriſtus, & qui * in manus Patris ſui ſuum commendaverit ſpiritum. „ Hæc Hilarius. Accipis ne quod jam dixit Hilarius? *Vos* (inquit) *tripartientes Chriſtum in Verbum, & animam, & corpus.* Et tu ipſe cap. VI. *de Incarnatione*. „ Suppono (inquis) tertio, quod perſona Verbi ſit corpus, anima, & Deitas ſingillatim : „ igitur tripartiris Verbum aliter quam antiqua Eccleſia, quæ iſta tria dixit eſſe Chriſtum, ſolum conjunctim.

* al. iſtum.

Wicleffus imitatur Antichriſtum.

Hilarius To. 2. pag. 358. num. 52.

* M. abſumit.

* M. texta.

Joan. 19. 23.

* M. in corpus abſumat.

* M. Jeſum.

Pag. 364. n. 61.

* M. nobis.

1. Tim. 3. 16.

* M. tradiderit.

* M. quis.

Wicleffus.

3. *Hoc eſt verum*, dicis tu, *in optimo ſuo eſſe, & excellentiſſimo*, cap. 1. in fine (*b*). Et abſit mihi & omni Catholico quidquam de Chriſto aſſerere, niſi quod melius, quod excellentius dici poteſt. Diſplicet autem, quod cadaver mortuum dicis Dei Filium, quod eum prædicas morticinum. Quid ſic Chriſtum prædicas tripartitum; & audis Apoſtolum dicentem: *Numquid Chriſtus diviſus eſt?* Melius æſtimo, & magis catholice dici, *hæc tria unus Chriſtus ſunt : & non horum trium quodlibet eſt unus Chriſtus.* Unde Boethius in libro *contra Eutychen & Neſtorium*, BOETHIUS. Quam magnum (inquit) quamque novum, quod ſemel & nullo alio ſæculo poſſet evenire, ut ea, quæ ſolus Deus eſt, cum natura humana, quæ ab ea diverſiſſi-

b

1. Cor. 1. 13.

Boethius Pag. 952. edit. Baſileen. Henrici Petri, an. 1546.

(*a*) Cod. Ferrarien. *Sed Anſelmus* (*inquit Wicleff*) *ita dicit libro ſuo de Incarnatione.*

(*b*) Cap. 1. in fine tractatus *de Incarnatione.*

„ ſiſſima erat, conveniret: atque ita de diſtan„ tibus naturis una fieret copulatione perſona?„ Hæc Boethius. Jam pœnitet te audiſſe, Chriſtum de diſtantibus naturis unam fieri *copulatione* perſonam: & non unam *disjunctione* perſonam? Sed dico tibi: nunquam hoc audies dicere Doctorem Catholicum. Auguſtinus enim, & habetur XIII. *de Trinit.* cap. XIX. AUGUSTINUS. Cum lego (inquit) *Verbum caro factum* „ *eſt*, *& habitavit in nobis*, in Verbo intelli„ go verum Dei Filium, in carne agnoſco ve„ rum hominis filium: & utrumque ſimul in „ unam perſonam Dei & hominis, ineffabili „ gratia largiente conjunctum.„ Hæc Auguſtinus. Ecce quod utrumque *conjunctim* una efficitur Verbi perſona; non dicitur *ſingillatim*. Et idem Auguſtinus ſerm. XXXIII. *de verbis Apoſtoli*, tractans hunc textum, *Omnis ſpiritus qui confitetur Chriſtum Jeſum in carne veniſſe*, dicit AUGUSTINUS. Qui Jeſum Chriſtum pluſ„ quam hominem non noverunt, Jeſum Chri„ ſtum utique non noverunt: ſi enim tantum„ modo homo eſt, & nihil amplius, non eſt „ ipſe Jeſus Chriſtus. -- Sequitur -- Jungere enim „ debes utrumque, quod de ſe dixit Chriſtus, „ & quod de Chriſto Petrus. Quid de ſe Chri„ ſtus? *Quem me homines dicunt?* filium homi„ nis eſſe. Quid de Chriſto Petrus? *Tu es Chri*„ *ſtus filius Dei vivi*. Utrumque conjunge, & „ venit Chriſtus in carne. Hoc de ſe Chriſtus „ quod minus eſt; hoc de Chriſto Petrus quod „ majus eſt.„ Hæc Auguſtinus. Plane definit Auguſtinus hic fidem Eccleſiæ, ut nuſquam dividamus Chriſtum, ſi Chriſtum quæramus agnoſcere. Junge (inquit) *hæc duo*, vel non habes Chriſtum. At contra Wicleſſus, *disjunge* (inquit) *hæc duo*, & ad utrumque habes Chriſtum. Et idem Auguſtinus VI. *de Trinit.* cap. IX. AUGUSTINUS. Verbum (inquit) cum Patre, quod „ ſimul Deus eſt, caput eſt Chriſti, quamvis „ Chriſtus homo niſi cum Verbo quod caro fa„ ctum eſt, intelligi non poſſit.„ Hæc ille.

A

Auguſtinus To.8.pag.·45. 1. Joan. 14.

Auguſtinus To. 5. *ſerm. 283. alias 31. pag. 875. 1. Joan. 4.*

B

Matth. 16. 17.

Chriſtus de ſe miſſe loquitur de ſe ipſo.

C

Auguſtinus *To.8.pag.50.*

4. Ecce quod Chriſtus non poteſt intelligi, niſi ſit homo cum Verbo, quod caro factum eſt. Et quod tu de Auguſtino producis *contra Felicianum* hæreticum, nonniſi contra te dicit teſtimonium. AUGUSTINUS. Non alius homo „ corpus (inquit) alius animus. Unus tamen „ atque idem homo, & corpus dicetur & ani„ mus. Sic in Mediatore Dei & hominum, „ aliud Dei Filius, aliud hominis filius; unus „ tamen Jeſus Chriſtus ex utroque fit. Aliud, „ inquam, pro diſcretione ſubſtantiæ, non alius „ pro unitate perſonæ.„

D

* Auguſtinus *To. 8. in App. cap. 11. pag. 45.*

5. Ecce quod unus fit ex utroque. Quando es auditurus, quod unus Chriſtus diviſim ſit uterque: & unus homo corpus dicatur, & animus? Quando audies disjunctive dici, quod unus atque idem homo corpus dicatur, vel animus? Certe niſi aliquando tale teſtimonium duxeris, ſine cauſa teſtes ſignaſti judicio. Sed teſtibus derelictis, eo quod non eſt conveniens producenti ſuum teſtimonium, pergit ad aciem rationum WICLEFFUS. Humani„ tas (inquit) Chriſti eſt riſibilis, ergo homo. „ Item: eſt individuum ſubſtantiæ animatæ & „ corporeæ, & hominis; igitur eſt homo & ani„ mal.„ Et jam ſupra * audiſti Anſelmum dicere hominem pro natura dici, & hominem pro perſona. „ Non (inquit) idem eſt ho„ mo, & aſſumptus a Verbo homo, ideſt Je„ ſus: quia in hominis nomine ſola intelligi„ tur natura. Et de hac paulo ſupra cum Ver„ bum caro factum eſt, naturam aſſumpſit, „ quæ ſola hominis nomine ſignificatur. -- Et „ ſequitur -- In aſſumpto vero homine, vel in

E

Marci 14. 59.

*Cap.41.num. 9.

Anſelmus *Lib. de fide Trinit. cap. 6. pag. 47.*

„ nomine Jeſu intelligitur cum natura, ideſt, „ cum homine, collectio proprietatum, quæ eſt „ eadem Verbo, & aſſumpto homini.„ Ergo natura a Verbo aſſumpta, ſignata ſolo *hominis* nomine, non eſt ille aſſumptus homo, ideſt Jeſus, qui eſt ex collectione proprietatum idem Verbo. Sed argumentaris: *Non eſt individuum hominis?* Reſpondeo, quod ſic: quia aliud eſt individuum eſſe, aliud hypoſtaſim, vel perſonam, dicente Damaſceno, cap. LVII. *Sententiarum*, DAMASCENUS. Idem eſt dicere naturam „ Verbi, & eam, quæ in individuo eſt, natu„ ram. Neque enim individuum *hypoſtaſim* pro„ prie & ſolum oſtendit: neque communem „ *hypoſtaſim*, ſed communem naturam in una „ hypoſtaſum conſideratam, & inveſtigatam.„ Hæc Damaſcenus. Placet ergo eſſe humanitatem Chriſti de ſe individuum hominis, non tamen ultima individuatione: quia tunc eſſet perſona, eo quod ultimate individuaretur a proprietate perſonalitatis Verbi: citra illam tamen individuatur aliis proprietatibus incomplete, & in ordine ad illam; & hanc ultimam dicit Anſelmus ſemper eſſe perſonam hominis, non autem aliquam individuationem priorem. Et ſecundum illam, dico cum Damaſceno humanitatem Chriſti diſtinctam a Chriſto, individuum hominis eſſe, non autem hypoſtaſim vel perſonam: quia tunc in unitatem non cederet perſonæ Verbi; ſed Chriſtus eſſet biceps monſtrum, & bina perſona.

Damaſcenus *To. 1. de fide Orthod. lib. 3. pag. 207.*
Individuum per ſe ſolum non ſignificat hypoſtaſim.

6. Et tunc quæro a me ipſo aliquid magis. Si eſt ergo individuum hominis, & per hoc homo, ſicut jam dixit Anſelmus *, numquid idem homo, an alius a Chriſto? Si idem homo, habetur propoſitum, quod Chriſtus eſt ſua humanitas: ſi alius homo, Chriſtus eſt duo homines, vel in perſona ejus ſunt duo homines. Sed mihi videtur taliter ſophiſticanti a vero Theologo reſpondendum, quod Chriſti humanitas non ſit alius homo a Chriſto: quia tunc eſſet alia perſona hominis, dicente Auguſtino jam ſupra *, *Aliud pro diſcretione ſubſtantiæ, non alius pro unitate perſonæ*. Eſt ergo aliud & *aliud* intranſitive; ſed non *alius homo*. Sic etiam de animali & de corpore eſt dicendum. Eſt enim corpus, vel caro, altera pars compoſiti, quæ non eſt tota compoſitio; eſt & caro, vel corpus dictum totum compoſitum ratione ſuæ ſpeciei in genere ſubſtantiæ: & tale corpus eſt Chriſtus, taliſque caro: nuſquam autem invenies, quod ſit ſua caro partialis, niſi per *ſynechdochen*. Sic nec humanitas ſua partialis, niſi per *ſynechdochen*, potuit eſſe Chriſtus; quæ utique humanitas, ſecundum ſuum modum dicta, eſt homo, ſecundum Auguſtinum homil. LXXV. *ſuper Joan.* AUGUSTINUS. Vi„ debat eum plane mundus carneis oculis in „ carne conſpicuum; non autem videbat quod „ in carne Verbum latebat. Videbat hominem, „ non videbat Deum. Videbat indumentum, „ non videbat indutum.„ Hæc ille. Ubi ſemper infertur illud indumentum hominis, ideſt humanitatem, non fuiſſe Deum indutum: & per hoc idem verbum Auguſtini ſatisfit aliis tuis infantilibus argumentis, ubi ſupra * cap. x. ſic dicis: „ Eo quod eadem numero eſt quan„ titas & qualitas, motus & ſtatio Chriſti, „ & humanitatis ejus: ergo Humanitas Chri„ ſti eſt Chriſtus -- Item -- Humanitas Chriſti „ crevit a puerili quantitate uſque ad ſeni„ lem, ergo augmentabatur; & hoc non eſt „ niſi ſuppoſiti: ergo eſt homo.„ Et per hoc homo eſſet digitus ſuus, quia crevit cum ipſo a pueritia ſua uſque ad ſenium: & ſic Chriſtus fuiſſet tunica ſua inconſutilis, ſi verum producant

* *Supra cap. 41. num. 9.*

* *Vide num. 4.*

Auguſtinus *To.3.pag.693. num. 2.*

* *Lib. de compoſitione hominis.*

dant

dant hiſtoriæ (*a*), quod extendebatur cum cor-
pore ejus continue a pueritia ejus uſque ad li-
gnum crucis. Vere magis diſtat Deus Verbum
ab humanitate ſua, quam humanitas ſua diſta-
bat a tunica, vel a digito ſuo. Chriſtus tamen
ſecundum humanitatem ſuam non erat tunica,
nec digitus; quamvis multis accidentibus uni- A
vocabantur, quia eadem quandolitate, eadem
diſtantia a polis, eadem continentia primi cœ-
li, ejuſdem matris partu, vel actu, & ſimili-
bus. Sed iſta ſic luſimus: in rei veritate au-
tem eiſdem accidentibus denominantur corpus
altera pars compoſiti, & totum compoſitum.
Ego enim non alio vado greſſu, quam corpus
meum altera pars mei diſtincta contra ani-
mam. Similiter nos comedimus & nutrimur:
ſimili genitura in orbem proceſſimus: ſimilem
procellam patitur domus & tectum: & idem
ſonus immutat ſingulas aures noſtras: nec ta-
men auris mea eſt tua, nec domus eſt tectum, B
nec ego ſum corpus meum diſtinctum extra a-
nimam. Vel proba mihi, quod ipſa ſecuris eſt
artifex, quia eodem actu ſimplici dolant li-
gnum; & ego concedam tibi Chriſtum eſſe na-
turam aſſumptam, quia in factis ſuis pariter
incedebant. Audiſti ne Ariſtotelem dicere ani-
mam non intelligere, niſi ſicut ædificare vel te-
xere? Certe anima non intelligit, ſicut nec te-
xit vel ædificat; ſed ſuppoſitum. Quid ergo fa-
cit? Quod alibi arguit * in eodem capite x.

Ariſtoteles *De anima*, *Com. 64.*

Wicleffus. * *In lib. de compoſitione hominis.*

„ Quandocunque duobus natæ ſunt ineſſe de-
„ nominationes; & uni nonniſi per reliquum,
„ tunc illi reliquo primo ineſt denominatio il- C
„ la: cum ergo prius prædicavit, & cæteros
„ humanos actus fecit illa humanitas, quam
„ Chriſtus; ſequitur quod humanitas primo fe-
„ cit actus humanos quam Chriſtus. „ Ecce
jam monſtrat ſe patenter ſentire eſſe unum de
tripertientibus Chriſtum, de quibus loquebatur
Hilarius in principio Capituli *. Sed audi quid
iterato reſpondeat, recitans illud Apoſtoli, *Non
enim judicavi me ſcire quidquam in vobis, niſi
Chriſtum Jeſum, & hunc crucifixum*, HILARIUS.
„ Aliud (inquit) Apoſtolus non ſcit *, neque
„ aliud ſcire ſe judicat: nos autem infirmi *
„ ingenii, & infirmioris fidei, Chriſtum Je- D
„ ſum ſcindimus, dividimus, duplicamus, ar-
„ bitri myſteriorum & occulti ſacramenti ca-
„ lumniatores. Alius enim nobis eſt Chriſtus
„ crucifixus, alius Dei ſapientia, alius ſepul-
„ tus, alius ad inferna deſcendens, alius * fi-
„ lius hominis, alius Filius Dei. „ Hæc Hila-
rius. Certe alium prædicas humanitatem Chri-
ſtum, & alium Chriſtum, ſi Chriſtus non ita
primo ambulavit vel eſuriit, ſicut ejus huma-
nitas. Multo melius dixiſti ſupra, cap. IX. *
quod „ non humanitas, ſed Chriſtus ambula-
„ vit ſecundum humanitatem, eſuriit, crevit
„ in virum perfectum; ſecundum Deitatem ſu- E
„ ſcitavit ſeipſum, panes multiplicavit, Laza-
„ rum reſuſcitavit, & ſimilia. „ Non hæc Dei-
tas, hæc humanitas, ſed Chriſtus utrumque ſe-
cundum alterum prædictorum. Unde Damaſce-
nus libro III. *orthodox. fidei.* cap. XV. prope fi-
nem illius capitis: DAMASCENUS. Operatur
„ Chriſtus ſecundum utramque ipſius naturam:
„ & operatur utraque natura in ipſo cum alterius
„ communicatione: Verbo quidem operante quæ
„ ſunt Verbi propter authoritatem & poteſtatem
„ Deitatis quæcumque ſunt principalia & re-
„ galia: corpore autem perficiente quæcumque

* *Vide ſupra num. 2.*

1. *Cor.* 2. 8.

Hilarius *To. 2. lib. 10. de Trinit. pag. 366. num. 65.*

* M. neſcit.

* M. & infirmi.

* *M.* & alius.

Wicleffus. * *De compoſitione hominis.*

Damaſcenus *To. 1. pag. 235.*

„ ſunt corporis ad voluntatem uniti ipſius Ver-
„ bi, cujus & factum eſt proprium. „ Hæc il-
le. Chriſtum dicit operantem utrumque in ra-
tione agentis ſuppoſiti, utramque quoque natu-
ram in ratione formalis principii: a quo longe
diſtas qui per humanitatis actum probas ipſum
eſſe ſuppoſitum. Unde Auguſtinus *de Verbis Do-
mini*, Sermone LIX. AUGUSTINUS. Licet unam
„ perſonam in Chriſto credamus, duas tamen
„ ſubſtantias, ideſt naturas, eſſe fatemur, Dei-
„ tatis & humanitatis, aſſumptricis & aſſum-
„ pte, creatricis & creatæ. -- Et infra -- Intan-
„ tum hæ duæ naturæ ſibimet unitæ ſunt at-
„ que conjunctæ, ut unus atque idem Chri-
„ ſtus, Deus & homo aliquando res aut agat
„ aut loquatur humanas; aliquando vero divi-
„ nas. Sicut eſt illud quod dormivit in navi,
„ & quod imperavit ventis & mari: aut quod
„ eſurierit, & quod quinque millia hominum
„ de quinque panibus & duobus piſcibus ſatu-
„ ravit. Poſtremo quod moritur, quod Laza-
„ rum quatriduanum auctoritate divina jubet a
„ mortuis revocari. „ Hæc ille. Ecce non hu-
manitas Chriſti communes actus perſonales exer-
cuit, ſed Chriſtus in humanitate, vel corpora-
liter inhabitans, & incorporata Divinitas. Ar-
gumentaris iterum: *Si Chriſtus aliquid eſt poſt
incarnationem, quod ante non fuit; quid aliud
quam humanitas?* „ Poſſet dici: ſi eſſe hominem
ſit Chriſto eſſe aliquid, quod poſt incarnatio-
nem eſt homo, quod ante non fuit. Sed magis
conſonanter juxta logicam Auguſtini, non eſt
aliud poſt incarnationem, ſed alius, vel aliter
ſe habens, quia perſona hominis ſimul & Dei,
aliud quidem, & aliud copulatim propter na-
turas; unus tamen in perſona. Unde in *Enchi-
ridio*, cap. XXXVIII. AUGUSTINUS. Utraque
„ (inquit) ſubſtantia, divina ſimul * & huma-
„ na, Filius eſt unicus Dei Patris, de quo pro-
„ cedit Spiritus Sanctus: utraque unus; ſed
„ aliud propter Verbum, & aliud propter ho-
„ minem. „ Hæc Auguſtinus. Sed adhuc ar-
gumentaris: „ Nec de judicio, nec de ju-
„ ſtitia, Chriſtus fuit ab æterno: & inde Dei-
„ tas erat, qua & temporalis erat & eſt: qua-
„ re non humanitas, quia Deitas rationem ſub-
„ ſiſtendi largitur ad hominem, non autem hu-
„ manitas Deitati? „ Ecce albus homo eſt ho-
mo propter humanitatem; non tamen ſic eſt
albedo propter albedinem, ſed albus tantum.
Expergiſcere ergo aliquando de ſomno erroris
tui, cui toto conatu libenter incumbis. Chri-
ſtus ab æterno fuit Deus, ſed temporaliter fuit
Chriſtus Jeſus: non enim ſine concordia Divi-
nitatis in aſſumpto homine, Deitas fuit Chri-
ſtus, multo magis humanitas, niſi cum Deo
conjunctim fiet unus Chriſtus. Et ratio eſt:
Chriſtus enim non eſt niſi *Chriſmate unctus*:
nec eſt unctus ſine ungente, nec ungens ſine
uncto: connexionem enim perpetuam ex utro-
que prædicat mihi Chriſtus. Nec eſt ergo hu-
manitas unica verus Chriſtus, ſed nec Deitas,
humanitate ſublata. Unde *lib.* IV. *Sent.* DA-
MASCENUS. Non ut quidam mentiuntur, ante
„ eam quæ facta eſt ex Virgine incarnationem
„ intellectus unitus eſt Deo Verbo, & ex tunc
„ vocatus eſt Chriſtus. Hoc enim eſt Origenis*
„ deliramentum inconveniens, præexiſtentiam
„ animarum dogmatizantis. Nos autem Chri-
„ ſtum & factum eſſe & vocatum eſſe aimus
„ Filium & Verbum Dei, ex quo in ventre San-
„ ctæ

Auguſtinus *To. 6. pag. 638.*

Matth. 8. 24. 26.

Ibid. 42.

Joan. 6. 13.

Ibid. 19. 30.

Ibid. 11. 43.

Wicleffus.

Auguſtinus *To. 6. pag. 212.*

* *M.* ſcilicet.

Chriſtus Chriſmate unctus.

Damaſcenus *To. 1. lib. 4. fidei Orthod. cap. 6. pag. 256.*

Error Origenis * *Lib. 2. Periarchon cap. 6.*

Verbum non recte vocatur *Chriſtus* ante incarnationem.

(*a*) Vulgaris quidem traditio eſt, tunicam a Virgine Matre adhuc puero Chriſto intextam, una cum illo creſcentem, nuſquam fuiſſe detritam, ipſiſſimamque militibus, qui eum crucifixerunt, forte obtigiſſe. Hoc aſſeveranter proferre noluit *Waldenſis*, qui optime noverat, quod huic traditioni nulla ſuffragatur antiquitas. Ea autem tunica *inconſutilis* dicitur, ideſt, *non ſuta*, ſed textrino opere elaborata, ut erudite probat Auguſtinus Calmet *Comment.* in Joan. 19. 23.

„ ctæ ſemper Virginis habitavit, & caro invertibiliter factum eſt, & unita eſt Caro Deitati. Unitio enim ipſa eſt Deitatis, ut ait Theologus Gregorius. Sed & Sacratiſſimus Alexandrinorum Epiſcopus Cyrillus ad Imperatorem Theodoſium ſcribens, hæc dicit,

Orat. 36. non longe a fine ed. Pariſien. pag. 25.

Cyrillus *To. 3. pag. 270. lib. de recta fide ad Theodoſium.*

„ CYRILLUS. Oportere enim ego quidem ajo, neque quod ex Deo eſt Verbum ſine humanitate, neque utique eum, qui ex muliere eſt, natum hominem non unitum Verbo Chriſtum Jeſum nominari. Humanitati enim & ſecundum unionem diſpenſativam ineffabiliter conjunctum, quod ex Deo eſt Verbum intelligitur Chriſtus -- Et ſequitur -- Quando enim factum eſt caro Verbum, tunc & nominatum eſſe dicimus *Jeſum Chriſtum*. -- Et ibi poſt inducit Athanaſium dicentem -- Quando Deus factus eſt homo, hoc nomen *Chriſtus* per carnem inducitur.„ Hæc ille. A

7. Semper ecce clamant Doctores ſolum Verbum humanitati unitum eſſe Chriſtum. Vel ſemel inducas aliquem dicentem humanitatem unitam Verbo eſſe Chriſtum. Non habes aliud ergo, quam debile fundamentum dicere Chriſtum eſſe creaturam, quia ſit humanitatis ſuæ creata natura. Nec Hieronymus, quem tu tibi attraxiſti, illam cauſam tibi atteſtatus eſt; ſed propter communicationem, & incidentiam proprietatum utriuſque naturæ. Unde ratio poteſt hoc donare, quod cui inſunt proprietates, debet ineſſe ſubjectum: quia ergo paſſio, mors, crucifixio, vulnus, fames, ſitis, & vigilia, riſibilitas, & hujuſmodi paſſiones creatæ inſuerunt Chriſto; *creatum eſſe*, quod eſt primum fundamentum neceſſarium omnium talium, neceſſario debebat ineſſe: quod qui hoc modo ſobrie dederit, a recta fide non exorbitat: maxime ſi inſtet neceſſitas hæc dicendi propter hæreticorum proterviam: in quo caſu tunc, cum hæc dixit, fuit Hieronymus, dicentibus quibuſdam Chriſtum non eſſe Dei Sapientiam, quam, ſecundum Salomonem, creavit Dominus *in initio viarum ſuarum*: ſed hanc dixerunt ſapientiam hujus mundi. Unde audiendus eſt in verbis ſuis HIERONYMUS. Quia ſemel ad nomen „ *creaturæ* venimus; & Sapientia in Proverbiis Salomonis dicit: *Dominus creavit me in initio viarum ſuarum antequam quidquam faceret;* multique timore concuſſi, ne Chriſtum creaturam dicere compellantur, totum Chriſti myſterium negant, ut dicant, non Chriſtum in hac ſapientia, ſed mundi ſapientiam ſignificari: nos libere proclamamus, non eſſe periculum eum dicere creaturam, quem *vermem*, & *hominem*, & *crucifixum* tota ſpei noſtræ fiducia profitemur.„ Hæc ille in Comment. ſuper Epiſt. ad Epheſ. lib. 1. ſuper textum, *Ipſius enim ſumus factura creati in Chriſto Jeſu*. Ecce propalavit ſe Hieronymus quomodo diceret Chriſtum creaturam, *ſicut vermem* (inquit) *hominem*, & *crucifixum*. Non dixit adhuc paſſiones iſtas eſſe Chriſtum, ut Chriſtus eſſet creatura, quia crucifixio ſua erat ut vermis natura; ſed nec hoc tecum dixit, quod humanitas ſua erat: ſed homo, & crucifixus, & vermis.

Prov. 8. 22.

Hieronymus *To. 7. pag. 578.*

Pſal. 21. 7.

Epheſ. 2. 10.

CAPUT XLIII.

Chriſtus non erat homo in triduo, excepta figura loquendi: fuit tamen Chriſtus in triduo. Et reſpondetur ad argumenta.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Chriſtus in triduo non fuit homo: & qua ratione hoc probari poſſit.*
2. *Quomodo Wicleffus poſitionem ſuam conetur defendere: & diluitur ejus ratio.*
3. *Altera hæretici ratio diluitur, qua Catholicos ad inconveniens ducere putabat.*
4. *Quod non ſit inconveniens dicere, Chriſtum bis hominem aſſumpſiſſe.*
5. *Ad tantam venit inſaniam Wicleffus, ut contra omnem rationem, ſubſtantiam ſuſcipere magis & minus, aſſeruerit.*
6. *Quemadmodum remota ab homine anima, non eſt homo; ita a Chriſto.*

1. EX his, & aliis principiis fidei, non ſequitur Chriſtum fuiſſe hominem in triduo, excepta figura loquendi. Nam quod propter Synechdochen loquendi grammatice volebat Wicleffus fabricare ſibi de ſola carne Chriſti ſepulta totum & verum hominem, hoc fecit inopia loquendi, non Scripturæ neceſſitas. Et ponitur pro fundamento: quia quod eſt tale per participationem ab aliquo, remoto eo, non eſt tale: ſicut quia aer eſt lucidus per participationem a luce: ideo remota luce, aer non eſt lucidus: ſed corpus eſt ſolum per participationem ſpiritus rationalis, homo: amoto ergo ſpiritu illo per ſepulturam & mortem, caro illa non eſt homo. Veritas minoris, ſi quæ ſit, eſt tua in *Trialogo*, ſicut jam ſupra * dictum eſt, *de compoſitione hominis*. Sed ideo dicit Auguſtinus oportere neceſſario mixturam eſſe animæ & corporis, ut eſſet perſona hominis. Unde Epiſtola *ad Voluſianum* ſic dicit AUGUSTINUS. Quidam reddi rationem ſibi flagitant, quomodo „ Deus homini permixtus ſit, ut una fieret perſona Chriſti, cum hoc ſemel fieri oporteat.* Sed quam rationem reddent ipſi de re quæ quotidie fit, quomodo miſceatur anima corpori ut una perſona fiat hominis? Nam ſicut in unitate perſonæ anima unitur corpori, ut homo ſit; ita in unitate perſonæ, Deus unitur homini, ut Chriſtus ſit.„ Hæc Auguſtinus ibidem. Juxta hoc fundamentum Auguſtini dicit Eccleſia, mixturam & copulationem naturarum eſſe neceſſariam in utroque, humanitatis ſcilicet cum Deitate ut Chriſtus ſit, animæ rationalis cum carne ut homo ſit.

*Cap. 33. num. 1. & cap. 35. num. 2.

Auguſtinus *Pag. 405. num. 11. To. 2.*

*M. oportuerit

2. Sed inſtat Wicleffus: „ Numquid Chriſtus pro Sancto triduo fuit verus Chriſtus? Imo verus Chriſtus. Igitur, (dicit) fuit Deus & homo pro Sancto triduo conjunctim. Et ultra: Ergo anima rationalis, & caro conjuncta, erant ille homo pro illo triduo: & ſic Chriſtus non fuit vere mortuus, quia anima non diſtabat a carne.„ Jam ſupra * dixit Anſelmus hominem dupliciter accipi, pro natura, & pro perſona. Dicitur ergo ſalva fide tam in homine pro natura accepto, conjunctionem animæ & corporis requiſitam, quam in homine pro perſona. Sed in natura hominis ſufficit quod uniantur in denominabili tertio, & ſic in ſancto triduo anima unita erat Verbo, & caro conformiter; & per hoc erant Deus & homo, ideſt, humanitas unus Chriſtus: non autem erant tunc una perſona hominis, quia ibi requiritur arctior & immediatior unio, animæ ſci-

Wicleffus.

* *Cap. 41. num. 9.*

ſcilicet & carnis inter ſe tamquam formæ ultimæ, & materiæ proximæ; & ex iſta arctiſſima unione animæ & carnis in perſona hominis ſurgit communicatio proprietatum utriuſque partis unionis, quaſi in unum angulum communis incidentiæ. Unde Auguſtinus in *Dialogo ad Felicianum*, AUGUSTINUS. Sicut ex anima & cor„ pore unuſquiſque hominum docetur eſſe per„ fectus, non alius homo corpus, alius animus: „ unus tamen, atque idem homo corpus dicetur „ & animus, quia ex utroque homo perfectus „ eſt. Non enim hæc aut ſubſtantias confun„ dunt in unitate perſonæ, aut perſonas gemi„ nant diverſitate ſubſtantiæ, quando (*a*) ex his „ quidam homo noſcitur extitiſſe. Non perdunt „ propria, ſed quia in unum, atque inſeparabi„ liter convenerunt, ex propriis videntur facta „ communia. Afficitur in corpore mens dolori„ bus corporis, fatigatur corpus cogitationibus „ mentis: & unum tamen horum proprium eſt „ corporis, alterum mentis. Quod autem uni „ homini accidit, & corporis videtur eſſe com„ mune & mentis. „ Hæc Auguſtinus. Ecce ubicumque Auguſtino occurrit de conſtitutione Chriſti & hominis, partes dicit debere uniri ad hoc, ut alterutrum tale fiat. Miror ſi veritas tecum ſit, quare nunquam veritatem tuam ſcripſerit Auguſtinus, quod ſcilicet humanitas diviſim accepta ſit Chriſtus, & ſpiritus immortalis ſingillatim, & caro ſit homo.

* Auguſtinus To. 8. cap. 11. pag. 45.

a

3. Arguit iterum WICLEFFUS demonſtrative, ducendo ad inconveniens, capite IV. „ Si Chri„ ſtus deſiit eſſe homo pro ſancto triduo, & „ in reſurrectione iterum fuit homo: igitur bis „ factus eſt homo.

Wicleffus.

4. Non diſplicet quod concludis: & quomodo aliter juxta fidem Apoſtolicam fuiſſet Chriſtus *Primitiæ dormientium*, ſi non ſicut & cæteri dormiviſſet uſque ad non hominem? Cæteri enim homines corrumpuntur ſecundum hominem, & reſurgunt finaliter incorrupti. Ideo bene dixit Auguſtinus *de Trinit.* ut ſupra * diximus, quod anima Apoſtoli in Cœlo, vel corpus ejus in tumulo, non *homo ſunt*, vel in ſpecie hominis, ſed *hominis ſunt*, ſcilicet, partes hominis. Conformiter ergo dormivit Chriſtus cum fratribus ſuis uſque ad non hominem incluſive, ita ſcilicet, ut nec ſpiritus ejus, nec caro *homo* eſſent, ſed *hominis*, & Chriſti partes: corpus enim Chriſti eſt quod jacet in tumulo, & anima Chriſti, quæ ſpolia fecerat in inferno: manus ejus, & pedes ejus, & cætera membra in tumulo: eadem forma corporis cadaver informans, quod informavit reponens in ſpecie corporis, quando fuit vivum: præter hoc quod tunc fuit completa, non de ſe, ſed per additionem ſupervenientis animæ immortalis. Jam autem complet corpus ex ſe ipſa, quemadmodum ſupra * dixi de puncto intrinſeco lineæ poſt ſecatæ. Ideo de identitate corporis Chriſti vivi & mortui: *quid* (inquit Auguſtinus) (*b*) *potentius*, *quam reſurgere a mortuis*, *& in Cœlum cum ipſa carne*, *in qua eſt occiſus aſcendere?* Nec fugiat aliquis cauſando carnis *ſimilitudinem*, ubi Auguſtinus cum Eccleſia *identitatem* denunciat.

1. Cor. 15. 20.

* Cap. 33. num. 5.

Quid eſſet caro & ſpiritus Chriſti in tempore tridui.

* Cap. 37. num. 10.

b

5. Nec eſt inconveniens quod adducis, bis ſcilicet hominem aſſumptum, ſi ſaltem intelligas in unitatem perſonæ Chriſti, bis unionem Chriſti corporis ad animam celebrari. Sic enim dicit magnus ATHANASIUS. Maledictum eſſe, „ qui totum hominem quem aſſumpſit Dei Fi„ lius, denuo aſſumptum tertia die a mortuis „ reſurrexiſſe non confitetur. „ Hæc ille. *Denuo aſſumptum*, ideſt, aſſumpti hominis animam denuo corpori copulatam. Hic eſt enim verus homo, & non aliunde, niſi ex corporis cum anima conjunctione completus. Et dicit

Non eſt inconveniens dicere, bis hominem aſſumptum a Verbo in unitatem perſonæ.

Athanaſius Lib. de Incarnatione Verbi, pag. 52.

A WICLEFFUS: Sic intelligit Auguſtinus totum „ hominem ex corpore & anima compoſitum. „ Et quando dicit corpus non eſſe hominem, „ vel animam, intelligit non eſſe perfectum „ hominem, & completum ex corpore & ani„ ma compoſitum, cap. 11. *de Incarnatione*. Et ſic male fateris te & falſe dixiſſe in *Trialogo* (*c*), quod ſpiritus hominis immortalis eſt per ſe & complete homo, quia jam Auguſtinum gloſſas, non eſſe hominem completum ſine corpore.

Wicleffus.

c

6. Sed & ſi adhuc recte jam philoſopheris, neſcio, niſi quod hucuſque inauditum eſt, ſubB ſtantiam in natura ſua ſuſcipere magis aut minus. Quid ad tantum infatuaris, ut contra omnem authoritatem velis hominem dicere ſecundum naturam & hypoſtaſim hominis magis completum, & minus completum: minus completum in ſpiritu rationali, vel in parte qualitativa hominis; magis completum autem in unione earum? Omnis philoſophia Theologorum præcedentium dixit, aut ſtatim eſſe hominem in eſſe ſuo completiſſimo, aut non eſſe hominem. Species ſunt ſicut numeri, dicit Ariſtoteles: in indiviſibili ſunt perfectæ. Tolle a ternario unitatem, non eſt ternarius: adde uniC tatem, non erit ternarius: ternarius ergo in partes diviſibilis, ſecundum ſpeciem ſui numeri, indiviſibilis eſt omnino. Ita certe eſt ſpecies hominis ex animali & rationali conjunctim, ut ſi unitorum aliquem ſolvas, vel auferas unionem, non erit homo completus, nec incompletus, ſecundum quod diſputat Auguſtinus, venando deffinitionem hominis ſecundum ſuperfluum, diminutum, & eſſentiale, in lib. *de quantitate animæ*. Et bene dixi *, quod animal & rationale non perficiunt hominem, niſi addatur quod ſint unita: ſicut tres dualitates quæcumque, non ſunt ſex. Et Ariſtoteles diD cit in *Metaph.* Ter tria non ſunt novem, ſcilicet, novem unitates cum forma copulandi. Sic utique ſimul conjunctæ anima rationalis & caro unus eſt homo: non dicit Athanaſius *ſunt* cum Wicleffo; & ita Deus & homo unus *eſt* Chriſtus: non *ſunt* unus Chriſtus.

Subſtantia in natura ſua non recipit magis & minus.

Ariſtoteles 8. Metaph. cap. 10.

Auguſtinus To. 1. pag. 424. num. 47.

* Vide ſupra, cap. 31. per totum.

Ariſtoteles 8. Metaph. 1. 10.

7. Tolle ergo unionem corporis ad ſpiritum immortalem, & tuliſti hominem. Tolle & Chriſto, & jam nec Chriſtus eſt homo. Quid ergo cauſaris Chriſtum in triduo fuiſſe verum hominem, qui tunc verum animal non fuit; nec corpus jam extinctum, prius per animam viviE ficatum, eſt quomodolibet ſenſitivum? Scio Chriſtum dixiſſe in Cruce: *Deus meus, ut quid dereliquiſti me?* Quem textum, præter illos qui tractant eum allegorice de corpore Eccleſiæ, quidam Doctores exponunt ad literam de Deo Verbo, & aſſumpto homine. Unde ſuper illum textum Marci HIERONYMUS. Verba (inquit) pro„ pria filii hominis. — Et ſuper Matth. libro „ ultimo — Non mireris verborum humilita„ tem, & querimonias derelicti, cum formam „ ſervi ſciens, ſcandalum crucis videas. „ Hæc Hieronymus. Secundum quæ dicta, Divinitas Chriſti reliquit filium hominis, dereliquit formam ſervi. Et Ambroſius libro ultimo *ſuper Lu-*

Pſal. 21. 2. Matth. 27. 46. Marc. 15. 34.

* Hieronymus To. 11. pag. 830.

(*a*) M. Quandoquidem unus ex his homo noſcitur extitiſſe.
(*b*) Similia habet Auguſtinus To. 6. in lib. *de Agone Chriſtiano*, cap. 24. & *de Symbolo ad Cathecumenos* cap. 6.

(*c*) Vide ſupra, cap. 33. 34. & 35. ubi errorem hunc late refutavit Waldenſis.

Marci 15. 34. Ambroſius To. 3. pag. 223. Edit. Pariſien. 1642.

Lucam, tractans eumdem textum, *Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquiſti?* AMBROSIUS. Ergo (inquit) nec ego erubeſcam fateri, „ quod Chriſtus non erubuit voce magna pro- „ fiteri. Clamavit homo Divinitatis ſeparatio- „ ne moriturus. Nam cum Divinitas mortis „ libera ſit, utique mors eſſe non poterat, niſi A „ vita diſcederet: quia vita Divinitas eſt. „ Hæc ille. Quæro jam, quid dereliquit Divinitas negans vitam? Filium hominis, dicit Hieronymus: &, *clamavit homo Divinitatis ſeparatione moriturus*, dicit Ambroſius. Hominem ergo, & filium hominis deſeruit in ſancto triduo Deus Verbum. Quomodo tu dicis, quod non dereliquit, quia tunc homo erat? Quem hominem deſeruit Deus verbum? Numquid carnem hominem? non: quia tunc *caro Chriſtus*: & in carne Chriſtus fuit in ſepulchro. Numquid animam hominem? non, quia tunc *anima Chriſtus* (*a*), & ſecundum animam Chriſtus fuit in B inferno. Aut humanitatem hominem, ideſt, hominis naturam? Certe non, quia humanitatem ſemel acceptam nunquam deſeruit gratus Deus. Sed aſſumptum hominem, & hominis perſonam tunc Divinitas dereliquit, quæ per ſeparationem ſpiritus a carne, & totius a ſuppoſito Verbi, & in ſe una, & Deo, deſtitit veri hominis eſſe perſona. Deus ergo tunc ſeparatus erat ab homine (ſecundum Ambroſium) qui homo in perſona deſtitit eſſe. Quod interim confirmant verba Chriſti dicta per Prophetam pro tempore mortis in ſancto triduo: *Ego ſum vermis, & non homo*: ubi pronomen pri- C mæ perſonæ, quod de ratione ſua certam ſemper ſignificat perſonam, negata homini, demonſtrat Chriſtum veri hominis tunc non habuiſſe perſonam. Chriſtus tamen tunc fuit Chriſtus in perſona, quia in duabus naturis Dei & hominis ſubſiſtit Verbi perſona: & iſta perſona Chriſti tunc in anima ſpoliavit infernum, non anima per ſe, ut tu argumentaris. Et Chriſtus in corpore prius unctus, poſtea mortuus jacebat in ſepulchro. Et tandem idem Chriſtus reſurrexit tertia die, ſpiritum corpori alligans, jam ſecundum perſonam hominis denuo factus homo.

Chriſtus per mortem ſuam deſtitit eſſe hominis perſona.

Pſal. 21. 7.

Chriſtus poſt mortem ſuam fuit adhuc perſona Chriſti.

CAPUT XLIV.

Quod humanitas Chriſti ſeparata non eſt adoranda latria: & qualiter Verbum potuiſſet aſſumpſiſſe aliam naturam.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Ab Orthodoxis Patribus recedit, qui Chriſtum ſimplicem in duplicem paralogizat.*
2. *Chriſti humanitatem a Divinitate ſejunctam, latria adorandam eſſe, dicebat Wicleffus.*
3. *Refellitur ejus error; quidque in Chriſto adorandum ſit, oſtenditur.*
4. *Wicleffus fuit imitator Photini.*
5. *Chriſtus (ſecundum Wicleffum) aliam humanitatem aſſumere non potuit, niſi eam, quam aſſumpſit: & rejicitur ejus poſitio Sanctorum auctoritate.*
6. *Quod hæreticus ſubterfugere ſoleat Catholicorum poſitionem; ſed leviter id facit.*
7. *Omne poſſibile (ſecundum Wicleffum), eſt verum.*
8. *Non oportet (dicebat impius ille) ſervare in Deo potentias infinitas, quarum nulla reducitur ad actum.*
9. *Quam falſo hæc duo aſſeruerit, conſtantiſſime demonſtrat.*

1. RESumit inceſſanter mens mea, & me A non advertente, vigilanter pſallit illud Athanaſii, *Sicut anima rationalis & caro unus eſt homo: ita Deus & homo, unus eſt Chriſtus.* Hæc concorditer per omnes Doctores Eccleſiæ Jeſu Chriſti eſt & totius Incarnationis proceſſus epilogus. Hoc contra omnes hæreſes eſt decretum compendii. Dicamus igitur, quod *ſicut anima rationalis & caro unus eſt homo; ita Deus & homo, unus eſt Chriſtus.* Vere Orthodoxis Patribus adjunctus non eſt, qui conjunctionem iſtam bipertitam conatur effringere: immo ipſe a Sanctis disjungitur, quiſquis conjunctionem in disjunctionem vertere non veretur. Et quam- B quam non alium Chriſtum & alium, & ſic duos Chriſtos; aliud tamen Chriſtum, & aliud: & Chriſtum ſimplicem in duplicem, contra Sanctorum Patrum canones Paralogizat. Unde magnus Cyrillus, & totum Concilium Epheſinum in Epiſtola Synodica ad Neſtorium hæreticum, quæ incipit, *Cum Salvator noſter*, CYRILLUS. „ Non enim eſt duplex unus Chriſtus, & ſo- „ lus, quamvis ex duabus, diverſiſque rebus „ ad unitatem cognoſcitur individuam conve- „ niſſe (*b*); ſicut homo quoque ex anima con- „ ſtans & corpore, non duplex, ſed potius „ unus eſt ex utroque. „ Hæc ibi. Sed forſan C quæritur, unde hoc mihi occurrit in dictis ejus? Ubi dicit ſine figura loquendi *, carnem ſolam verum Chriſtum, & verum hominem; nam ſic caro ſola a carne disjuncta, eſt verus homo. Sed *ſicut anima rationalis, & caro unus eſt homo; ita Deus & homo, unus eſt Chriſtus*: ergo ſi de potentia majeſtatis humanitas Chriſti eſſet a Verbo disjuncta, humanitas illa eſſet adhuc verus Chriſtus; & tunc non eſſet verus Deus: eſſet ergo Chriſtus alius, & æquivocus Chriſto noſtro, qui Deus eſt & homo.

* Athanaſius in Symbolo.

Cyrillus Alex. To. 4. pag. 29.

b

* Cap. 42. & 43.

2. Quidquid ad caſum dixeris, non poteſt habere calumniam; immo in ſcriptis tuis con- D firmationem prævalidam, ubi dicis in cap. x. Quod ſi per impoſſibile humanitas Chriſti foret dimiſſa propriæ perſonalitati, converſans nobiſcum ut proximus, diligeres eum ut Salvatorem & Redemptorem tuum, adoraresque eum latria, ſicut prius: quia nulli alteri hominum a Deo poteris obligari. Si ergo ille eſſet Salvator & Redemptor tuus jam dimiſſus*, jam eſſet Chriſtus. Nullus enim alius a Chriſto foret Redemptor tuus: quod ſi digne adorares eum latria, eſſet Deus tuus. Sicque pura creatura eſſet tibi Chriſtus & verus Deus.

Wicleffus Lib. de Incarnatione.

* Subaudi a Verbo.

3. Procul abſit illa logica ab Eccleſia Sancta E Dei, quæ eſt meræ idolatriæ tam affinis. Sed audiendus eſt Auguſtinus, qui carnem Chriſti dicit *ſcabellum* tantum pedum Chriſti: & quamvis jam unita; non tamen niſi propter Deitatem cui adjungitur, aliquatenus adoranda: quia caro, & humanitas illa in ſe nihil prodeſt, dicit: ſed ſpiritus Deitatis præſidentis eidem. Tractans enim Auguſtinus hunc Verſiculum Pſalmi XCVIII. *Adorate ſcabellum pedum ejus &c.* AUGUSTINUS. Videte (inquit) fratres quid nos „ jubeat adorare. In alio loco Scriptura dicit: „ *Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum* „ *pedum meorum*. Ergo terram nos jubet ado- „ rare, quia dixit alio loco quid ſit ſcabellum „ pe-

Caro Chriſti fuit ſcabellum pedum ejus.

Pſal. 98. 5.

Auguſtinus To. 4. pag. 1065. num. 9.

Iſai. 66. 1.

(*a*) Verba ſunt Auguſtini in Tract. 47. ſuper Joannem, quibus Wicleffus tamquam achilleo argumento utitur, ut evincat quod in Chriſto ſpiritus, anima, & caro ſeparatim ſunt Chriſtus.

(*b*) Eadem tradit To. 3. lib. *de recta fide ad Theodoſium*, pag. 270.

Deut. 6. 13. Matth. 4. 10. „ pedum Dei? & quomodo adorabimus, cum „ dicat aperte Scriptura: *Dominum Deum tuum* „ *adorabis?* Et hic dicit, *adorate ſcabellum pe-* „ *dum ejus?* Exponens autem mihi quid ſit „ ſcabellum pedum ejus, dicit: *terra eſt ſca-* „ *bellum pedum meorum*. Anceps factus ſum. „ Timeo adorare terram, ne damnet me qui „ fecit cœlum & terram. Rurſus timeo non „ adorare ſcabellum pedum Domini mei, quia „ Pſalmiſta mihi dicit: *adorate ſcabellum pe-* „ *dum ejus*. Quæro quid ſit ſcabellum pedum „ ejus; & dicit mihi Scriptura: *terra eſt ſca-* „ *bellum pedum meorum*. Fluctuans conver- „ to me ad Chriſtum, quia ipſum quæro „ hic; & invenio quomodo ſine impietate ado- „ retur terra, ſine impietate adoretur ſcabel- „ lum pedum ejus. Suſcepit enim de terra ter- „ ram, & de carne Mariæ carnem accepit. — „ Sequitur — Numquid autem caro vivificat? „ Ipſe Dominus dixit, cum ipſe de commen- „ datione ejuſdem terræ loqueretur: *ſpiritus* „ *enim eſt qui vivificat: caro autem nihil pro-* „ *deſt*. Ideo & ad terram quamlibet cum te „ inclinas, atque proſternis, non quaſi terram „ intueris, ſed illum ſanctum, cujus ſcabellum „ eſt, quod adoras: propter enim ipſum ado- „ ras. Ideo & hic ſubjecit: *Adorate ſcabellum* „ *pedum ejus*, *quoniam ſanctum eſt*. Qui ſan- „ ctus eſt? In cujus honore adoras ſcabellum „ pedum ejus. Et cum adoras illud *, ne co- „ gitatione maneas in carne. „ Hæc Auguſti- nus.

3. ſent. diſt. 9. cap. aliis autem.

Joan. 6. 64.

* M. illum.

4. Jam Wicleffus, prohibente Auguſtino, in carne Chriſti, cogitatione manet, quando illam jam actu per caſum ſuum (*a*) a Verbi perſona ſuſpendit, & ſic adorat, etiam adoratione illa, qua Scriptura dicit: *Dominum Deum tuum adorabis*, *& illi ſoli ſervies*. Et ideo Auguſtinus timet adorare terram illam, niſi dum ſit ſcabellum pedum Domini, ne damnet eum qui fecit cœlum & terram. Sed in hac ergo poſitione, qua nudam Chriſti carnem adoratione latriæ ſe Wicleffus adorare promittit, quid aliud, quam ſectatorem Pauli Samoſateni, & Photini hæreticorum ſe ſpondet eſſe poſſibilem? Auguſtinus enim palam iſta determinans *de Verbis Domini* ſerm. LVIII. ſuper hunc textum, *Non turbetur cor veſtrum*, inducit Arianos interrogantes eum, AUGUSTINUS. Illi (inquit) „ replicabunt, & dicent: quid eſt quod carnem „ ejus, quam creaturam eſſe non negas, ſimul „ cum Divinitate adoras, atque ei non minus „ quam Divinitati deſervis? Ego dominicam „ carnem, immo perfectam in Chriſto huma- „ nitatem, propterea adoro quod a Divinitate „ ſuſcepta, atque Deitati unita eſt; ut non „ alium atque alium, ſed unum eumdemque „ Dominum & hominem Dei Filium eſſe con- „ fitear. Denique ſi hominem ſeparaveris a „ Deo, ut Photinus vel Paulus Samoſatenus (*b*); „ illi ego nunquam credo, nec ſervio. Velut „ ſi quis veſtrum aut purpuram, aut diadema „ regale jacens inveniat, numquid ea conabi- „ tur adorare? Cum vero ea rex fuerit indu- „ tus, periculum mortis incurrit, ſi ea ſimul „ cum Rege adorare quis contempſerit. Ita & „ in Chriſto Domino humanitatem non ſolam „ aut nudam, ſed Divinitati ſuæ unitam, unum „ Dei Filiium, Deum verum, & hominem ve- „ rum, ſi quis adorare contmpſerit, æternæ „ mortis pœnam incurrit. „ Hæc Auguſtinus. Hic caſus tuus in nudis terminis tuis damnatur. Tu dicis: ſi humanitas Chriſti dimitteretur ſibi, adorares eam latria. Auguſtinus dicit, nec crederet, nec ſerviret: humanitatem vero non nudam, aut ſolam, ſed Divinitati ſuæ unitam, quiſquis Chriſtianus eſt, ſub pœna mortis adoret. Quaſi conſimile habet Damaſcenus in *Sententiis*, libro III. cap. VIII. DAMASCENUS. Timeo (inquit) tangere carbo- „ nes propter ignem. Ita ut concorditer ad Do- „ ctores, omnes Catholici adorandam non ſen- „ ſerint humanitatem Chriſti, niſi Chriſto Dei „ Verbo unitam in ſuppoſito; & unica vene- „ ratione utrumque tunc adorant Deum & ho- „ minem. Unde & Cyrillus in *Epiſtola Symbolica* ad Neſtorium, CYRILLUS. Unicus in- „ telligitur Chriſtus Jeſus Filius Dei Unigeni- „ tus, una ſervitute cum propria carne vene- „ randus. „ Hæc ibi. Iſte ergo error, unde tibi irrepſit, quod humanitatem Chriſti realiter Verbo abſolutam adorares adoratione & cultu Divino, niſi quod adhuc Chriſtum crederes puram creaturam ſimpliciter ſeparatam: ſicut corpus ab anima ſeparatum, verum hominem damnabili opinione confirmas? Hoc enim eſt humanitas in Chriſto Deo, quod eſt corpus in homine (*c*). Et quantum in hoc toto nil diſtas ab idolatra? Nunc enim & ab olim Eccleſia definivit idolatram illum eſſe, qui cultu Divino adorat ſimplicem creaturam.

Deut. 6. 13.

Joan. 14. 17.

* Auguſtinus To. 5. in append. ſerm. 246. num. 5.

Damaſcenus To. 1. pag. 216.

Cyrillus.

Quare Wicleffus velit adorare puram Chriſti humanitatem adoratione latriæ.

5. Alia quædam documenta circa humanitatem recenter inducit, & doctoralibus caſibus reſponſa nova & ſatis peregrina ſupponit. Ubi enim quæri ſolebat, utrum Chriſtus aliunde potuit vel aliam humanam naturam, quam illa quam aſſumpſit, ſibi unire, ipſe celeri pede negationis omnes difficultates ejus excuſſit, dicens caſum impoſſibilem: & Dei Verbum humanitati iſti tam fortiter colligavit, ut putetur poſſe dici de eo, quod alligavit Regem Cœli in compedibus, & nobiles Chriſti partes, ſcilicet corpus & animam, in manicis ferreis. Unde dicit capitulo VI. *de Incarnatione*, WICLEFFUS. Secundo ſequitur, quod nullam humani- „ tatem aliam Verbum potuit hypoſtatice aſ- „ ſumpſiſſe. Quod patet: quia aliter Chriſtus po- „ tuit fuiſſe alius homo, & per conſequens, alia „ perſona: conſequens eſt impoſſibile; ergo & „ antecedens. „

Secunda pars capitis.

Pſal. 149. 8.

Wicleffus.

6. Sed Beatus Auguſtinus, qui melius novit, quam noſter Wicleffus, quomodo divina ſapientia per omnipotentiam ſuam attingit a fine uſque ad finem fortiter, habens ſcilicet utroſque fines contradictionis, puta illam ſuſcipere, & illam non ſuſcipere, intra metas propriæ libertatis, non dubitat quoquomodo de poſſibilitate caſus. Unde XIII. *de Trinit.* cap. XVIII. AUGUSTINUS. Poterat enim utique Deus hominem „ aliunde ſuſcipere, in quo eſſet Dei Mediator „ & hominum: non de genere illius Adam, qui „ peccato ſuo genus obligavit humanum; ſicut „ ipſum, quem primum creavit, non de gene- „ re creavit alicujus. Poterat ergo vel ſic, vel „ alio quo vellet modo, creare unum alium, „ de quo vinceretur victor prioris. Sed melius „ judicavit & de ipſo, quod victum fuerat, ge- „ nere, aſſumere hominem Deus. „ Hæc Auguſtinus. Ecce quod tu dicis *Deus non potuit*, Auguſtinus affirmat quod *potuit*; & contra ratio-

Sap. 8. 1.

Chriſtus potuit aſſumere hypoſtatice aliam humanitatem.

Auguſtinus To. 8. pag. 943.

(*a*) *Caſum* quem Wicleffus ſupra num. 1. fingit de humanitate Chriſti.

(*b*) Paulus, *Samoſatis* oriundus, & inde *Samoſatenus* dictus, anno 260. ad Eccleſiæ Antiochenæ cathedram, Zenobiæ Reginæ potentia evectus eſt. Artemonis hæreſim inſtauravit, Chriſtum Dei Verbum hypoſtaſim a Patre diſtinctam habere negans; ipſum tamen in terras deſcendentem nudum hominem fuiſſe: ante Mariam non extitiſſe; & nomen Filii Dei nonniſi ex bonis operibus meruiſſe.

(*c*) Errores Wicleffi arctiſſimo fœdere conjunguntur. Cum enim ſupra dixerit, quod anima Chriſti eſt Chriſtus; cohærenter jam vult adorare, & latria adorandam aſſeruit humanitatem Chriſti a Divinitate ſeparatam: quia ſola humanitas Chriſti (inquit) eſt Chriſtus.

Si Chriſtus aſſumpſiſſet aliam humanitatem, eſſet quidem alius homo, ſed non alia perſona.

tionem tuam, etiam aliam, & aliunde aſſumens naturam hominis, potuit fuiſſe alius homo, quia aliam naturam ſingularem hominis aliis proprietatibus circumſeptam accipiens, alius eſſet homo, quamvis non *alia perſona:* ſed *aliter perſona* hominis, cum radix perſonalitatis nullo modo in natura ſuſcepta habeat initium, ſed in natura ſuſceptrice firmetur. Quod ſi levi digito coneris amovere caſum poſſibilem Auguſtini, dicens, ut ſoles: *potuit Deus ſi voluit:* certe hoc iterum tibi dico verbum: *Etſi voluit non potuit hoc*, *ſi non potuit:* tu ergo male dicis quod non potuit, ſi verum eſt quod ſi vellet potuit (*a*).

7. Offendit tamen Wicleffus Eccleſiam Jeſu Chriſti quando defendit quod inaniter poſuit; & ipſe hoc imputat Eccleſiæ, ſuſcitatos ſcilicet eſſe tales caſus inaniter *de humanatione* Chriſti, ad arbitrium voluntatis.

8. Unde in *Trialogo*, cap. XXVII. WICLEFFUS. Omnes (inquit) tales caſus inaniter poſiti, ſunt ſimpliciter impoſſibiles. Et iſta ſententia habet colorem ex dictis, quod *omne poſſibile eſt verum;* & quod non oportet in Deo ſervare potentias infinitas, formaliter loquendo, quarum nulla procedit in actum; ut quod poteſt aſſumere naturam tuam, & alias infinitas.

9. Intelligit in hac propoſitione, ſicut patet ex prolixo paſſu ejuſdem Capituli, quod caſus poſiti de humanitatis Chriſti dimiſſione, vel de aſſumptione alterius differentis naturæ, ſunt omnino impoſſibiles, eo quod non ſunt veri: quia *omne poſſibile eſt verum*, dicit: nec oportet in Deo eſſe potentiam, quæ non jam reducitur ad actum. Et ſic neſcio videre quin ipſe Philoſophus dixiſſet ante incarnationem Chriſti, quoniam fuit impoſſibile eum incarnari: quia non fuiſſet in eo potentia ſervata ante actum. Verumtamen quia dicit caſus iſtos inaniter introductos, Eccleſia declarabit, ſe ſuſtinuiſſe hæreticos, quorum vi Orthodoxi ſcholaſtici talia diſputabant; & non propria ſponte talia induxerunt. Unde Auguſtinus XIII. *de Trinit.* cap. x. de quibuſdam talibus loquens, qui induxerunt hujuſmodi novitates ſubtiles, quibus non debuerunt fideles eſſe paſtores muti, dicente Apoſtolo, *Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem*, 1. Pet. 3. dicit AUGUSTINUS. Eos itaque qui dicunt: ita „ ne defuit Deo modus alius, quo liberaret ho„ mines a miſeria mortalitatis hujus, ut Uni„ genitum filium Deum ſibi coæternum, ho„ minem fieri vellet, induendo animam & car„ nem, mortalemque factum mortem perpeti? „ Parum eſt ſic refellere, ut iſtum modum, quo „ nos per Mediatorem Dei & hominum, ho„ minem Jeſum Chriſtum Deus liberare digna„ tur, aſſeramus bonum, & divinæ congruum „ dignitati; verum & ut oſtendamus alium mo„ dum poſſibilem Deo non defuiſſe, cujus po„ teſtati cuncta æqualiter ſubjacent; ſed ſanan„ dæ noſtræ miſeriæ convenientiorem modum „ alium non fuiſſe, nec eſſe oportuiſſe. „ Hæc Auguſtinus. Ecce jam poteſt Wicleffus videre qua via inducti fuerint in Eccleſiam Dei caſus tales ſubtiles: quos tamen Auguſtinus dicit eſſe poſſibiles; & nedum Chriſti factum eſſe bonum & Deo congruum; & ideo Deus id elegit; ſed & alius modus ipſi non defuit faciendi poſſibilis; & ſubdit rationem: *cujus poteſtati* (inquit) *æqualiter ſubjacent*, utraque ſcilicet contradictoriorum extrema, ut ſupra * diximus. Quod autem parvipendit poſſibilitatem dimiſſionis humanitatis Chriſti, non multum exiſtimo ponderandum; maxime cum ratio ejus præpotens eareat poteſtate. „ Tunc (inquit) optima crea„ tura puniretur maxima pœna ſine ſuis deme„ ritis: & nos ex fide ſcimus humanitatem „ Chriſti optimam creaturam: & quamvis in „ ſimilitudinem peccati factam, ſine tamen o„ mni peccato progenitam. „ At ipſam, ipſumque Chriſtum, agnum ſine macula novimus pœnas acerbiſſimas, quas nunquam ipſe commeruit, eſſe paſſum; ſed peccata noſtra ipſe portavit: & Beata Dei genitrix mater ejus ſine omni crimine ſuo paſſa eſt tranſitum gladii per animam ſuam: quia hoc grata fecit ſententia Chriſti, ut alter alterius onera portaremus; ita ut nullo dimiſſo foramine vacui (*b*), adimpleremus intra Eccleſiam legem Chriſti. Alias difficultates complures iſte Wicleffus excitat, quas vel in nube ſua dimittit, vel amplius difficultat. Quibus omnibus intentare Scripturas, credo eſſet incidere in manus Sapientis, conſulentis non litigare cum homine linguato, & non ſtruere in ignem illius ligna.

1. Pet. 3. 15.

Auguſtinus To. 8. pag. 936. num. 13.

* Cap. 11. & 12.

Wicleffus.

Luc. 2. 35.

Gal. 6. 2.

Eccleſ. 8. 4.

(*a*) Suis telis confoditur hoc loco Wicleffus. Pertinent autem hæc ad ea quæ ſupra dixit hæreticus cap. 15. de futili Dei voluntate, quam cum limitata potentia Dei conjungit. Et recte dicit Waldenſis, *ſi voluit non potuit hoc:* quia voluntas iſta eſſet prorſus inefficax ad id, quod non attingit poteſtas, ut ſupponit & docet citato capite Wicleffus.

(*b*) Jocoſe tangit Wicleffum, qui, ut relatum eſt ſupra, cap. 18. num. 1. potentiam Dei limitat, eo quod metuat innumeras ſequi vacuitates & infinita foramina in ente analogo.

ADMO-

ADMONITIO

IN SUBSEQUENTEM

LIBRUM SECUNDUM.

Eccleſiam Corpus Chriſti eſſe teſtatur Paulus Apoſtolus, cujus teſtimonia unicuique ſunt notiora, quam ea hic recenſere prodeſſe queat. Abſoluto ergo Tractatu de Chriſto Deo & homine, *qui recte hujus Corporis Caput* (inviſibile) *ab eodem Apoſtolo dicitur, jam ad ejus membra* Thomas Waldensis *progreditur, ac de jis non tam fuſe, quam erudite pertractat, ut perfectam hujuſce Corporis ſtructuram nobis reddat. Nec modica ſane hujus argumenti ſive utilitas, ſive etiam impræſentiarum neceſſitas. Nullus quippe ignorat, quod Eccleſiæ Corpus, etſi adeo formoſe compactum, undique ſemper fuit tentatum per omnia. Nam cum ipſum nec creſcere, nec ullo modo conſiſtere paterentur Judæi atque Ethnici, ſæpe repetitis ſuppliciis illud prorſus diſcerpere, & ad nihilum redigere conati ſunt. Deinde Græcorum ſuperbia ac æmulatio non antea deſtitit hoc Corpus deformare, quam ipſi a Saracenorum tyrannide oppreſſi, priſtinam gloriam cum dignitate amiſerunt. Tum omni ævo inſurgentes procaciſſimi hæretici id potiſſimum diris certaminibus attentarunt, ut ſine Capite* (viſibili) *Corpus iſtud jaceret, & exanime. Tum Imperatores potentiſſimi, & Chriſtiani; & quod pejus eſt, ſub Religionis obtentu, illud multis modis vexarunt, exagitaruntque. Et ne quidquam de florentiſſima Anglia dicam, quæ graviſſimum ei dolorem ſua abſciſſione intulit, ſupra dolorem addiderunt, & etiamnum addunt Orthodoxi non pauci. Alii ſiquidem nunc loquendo, nunc ſcribendo, aut majeſtati ejus derogant, aut authoritati detrahunt, aut innocentiam calumniantur. Alii ejus jura contemnunt, opes accuſant, pietatem irrident; maculas in eo quærunt, quas prodant, & non inventas affingunt. Nec omnes tamen tam fero ſtylo Eccleſiam dilacerant, quod eam forte oderint; ſed plurimi ob hoc dumtaxat id agunt, quod tunc ſibi magni videantur, cum de rebus magnis magna temeritate obloquantur.*

Hujuſce pernicioſiſſimi genii homines tribus jam Articulis aggreditur Waldenſis. In primo de Sancti Petri Primatu ſupra coævos Apoſtolos, & ſuper univerſam Eccleſiam invicte diſſerit, ea ſolvens præcipua Wicleffi argumenta, quæ ſequenti ævo ut nova a ſe inventa jactare auſi ſunt Velenus, Blondellus, & alii Eccleſiæ hoſtes, qui, neſcio quo ſpiritu ducti, Authorem diſſimulabant, quem ſequebantur, & colebant. Septem ergo capitulis probat Petri eminentiam ſupra Jacobum Jeroſolymorum Epiſcopum, ſupra Divum Paulum, & ſuper totius Orbis Eccleſias. Quod ſi hic non tangit argumentum deductum ex Pontificiorum Diplomatum ſigillis, in quibus effigies SS. Petri & Pauli ſimul exprimi ſolent; & interdum etiam dextra Paulo, interdum Petro datur, quo æqualis utriuſque a Novatoribus deſignatur poteſtas; id, ut cenſeo, cauſæ fuit, quod ea ætate nondum hæc frivola ratio aut magni fieri, aut vel privatim agitari mereretur. Quid enim exinde contra Petri Primatum valide erui poterat? Sigillo certe ſuo Sanctorum Gervaſii & Protaſii conjunctas effigies inſculpi curaverat Sanctus Carolus Borromeus: nec tamen Deceſſores in Mediolanenſi Archiepiſcopatu ſuos ideo agnoſcebat, ſed ſingulares tantum apud Deum Patronos, ut & adjuncta innuebat inſcriptio, Tales ambio defenſores. *Adde, quod Pontificia Diplomata dantur & obſignantur* ſub annulo Piſcatoris, *hoc eſt, ſolius Petri; & hoc tantum modo obſignata pro legitimis habentur, & promulgantur. Nec magis æqualitatem deſignat dextra interdum Paulo, interdum Petro data: quia ut obſervat B. Petrus Damiani Opuſ. 35. cap. 1. Paulus de Tribu Benjamin extitit:* Benjamin *autem hebraice, latine* Filius dexteræ *nuncupatur. Quid ergo mirum eſt, ſi ad dexteram conſtituitur, qui vocabulum* dexteræ *ex Paterno jure ſortitur? Porro in Concilio Chalcedonenſi Dioſcorus, licet mox damnandus, dexteram tenebat: Legati vero Sancti Leonis ſiniſtram. In ſiniſtro Cornu altaris Evangelium legi ſolet, quod Prophetiis dignius eſt & Epiſtolis, quæ in dextro recitantur. Cum olim in Eccleſia fœminæ ſeorſim a viris orabant, ſiniſtra viris, dextra fœminis aſſignata eſt. Horum vero ratio ex antiquo more petenda eſt, quo cum duo ſimul incederent, ſenior & honoratior ad lævam eſſet, junior autem dextrum ipſi latus tegeret, & nonnihil præiret in ſignum obſequii. Inde namque* Laterones *dicti ſunt, qui dextrum latus Dominorum, defenſionis cauſa, tegebant. Sed de his plus forte quam ſatis.*

Jam ſecundi Articuli deſcribenda eſt ſeries. Poſt dicta de Capite viſibili, jam de Corpore Eccleſiæ in communi nihil non digeſtum, nihil intactum relinquit. Quid ſit Eccleſia præſens, quæ ſint ejus partes, qui ad Corpus, qui ad Eccleſiæ Animam ſpectent, optimis ductis a ratione, & ab authoritate argumentis oſtendit. Veræ quoque Eccleſiæ notis illuſtratam eam demonſtrat in unitate, *in* univerſalitate, *ac in* doctrina Apoſtolica. *Quo autem modo eo nutriatur, atque ſubſiſtat, demum aperit, totam rei Catholicæ ſummam in* Traditione *conſtituens. Et ſane apud Catholicos nihil in fide magis venerandum, nihil in ore magis frequens, quam* Traditio: *ea, inquam,* Traditio, *quæ nec vetuſtate deficiens, nec novitatibus immutata, nec certaminibus victa, nec erroribus polluta, teſtis eſt, & doctrix diſciplinæ Dei: quæ unitatem doctrinæ perhibet, Myſteria loquitur, occulta reſerat, involuta explicat, Scripturas prodit.* Traditio, *quæ ipſius Romanæ Eccleſiæ præeminentiam, & Romani Epiſcopi Primatum docet; immo totius fidei regula eſt, a Patribus laudata, & frequentibus olim exquiſita Conciliis. De ea tamen* Waldensis *ſub alio nomine tractat, quod eſt* Authoritas Eccleſiæ. *Videbatur quippe ſapientiſſimo viro, aptius hoc titulo explicari quod Eccleſiæ Corpus, non ab extra, ſed intra ſe ipſum habet quo vivat, & vigeat. Rectius quoque hoc nomine intelligi, quod ſicut primæva, æque poteſt Eccleſia præſens, quæ eadem cum illa eſt, Apoſtolicas definire, ſcrutari, & tradere Doctrinas. Hinc plurima diſſerit de* Traditione *ſupra* Scripturam, *& de* Scriptura *ſupra* Traditionem; *de ratione inveſtigandæ per* Traditionem *veritatis, de* Concilio Generali, *& alia nonnulla, quæ vere cœleſti ſapientia referta, dum legentes erudiunt,*

diunt, ad fidem pietatemque mirifice excitant: Certe ſi ea ab Erherodoxis perpenderentur, plurimum apud eos tum Calvini, *tum* Brentii, *tum* Hamelmanni, *quoad ea quæ contra* Traditionem *ſcripſerunt, nutaret authoritas.*

Supererat ut poſt dicta de Corpore Eccleſiæ in communi, omnes poſtea enodaret difficultates, quæ de ejus membris ſingillatim ventilantur. Hoc autem perficit in tertio Articulo, ubi de nuſquam interrupta ſucceſſione *Romani Antiſtitis a Beato Petro, de ejus* præeminentia *poteſtatis, de ejuſdem* prærogativis, *de* Cardinalibus, Epiſcopis, Archidiaconis, Decanis, *aliiſque membris diſputat, & quidem nervoſe & catholice, ſi quis unquam. Pene innumeras hic exortas ante ſua tempora hæreſes, immo & poſtea naſcituras proſternit.* Lutherum & Calvinum *exagitat ubi de gradus differentia inter Epiſcopum & ſimplicem Presbyterum fuſe agit:* Brentium, Kemnitium, *alioſque id genus viros, ubi de Sacerdotio Chriſtiano; alios item alibi; ita ut vere in hoc libro totius fidei armamentarium nobis* Waldensis *tradiderit. Sed non mirum propterea videri debet, quod nonnulli ex Orthodoxis Scriptoribus, iique dignitate ac fama ſpectatiſſimi, aliquas hujus Libri Doctrinas acriori ſtylo perſtrinxerint. Quæ etenim ſuis locis (in* Notis Fuſioribus) *omni amoto præjudicio, accuratiori expendentur indagine, id unice de* Waldensi *noſtro probabunt, quod in Doctrina puriſſimus irrogatis neſcit fœdari maculis; & merito clariſſimus, quo plus atrae in eum offunduntur nebulæ, eo majori doctrinæ fama ſplendeſcit.*

LIBER



LIBER SECUNDUS

QUI EST

De Corpore Chriſti quod eſt Eccleſia, & de membris ejus variis.

PROLOGUS.

SYNOPSIS PROLOGI.

1. *Benignitas Salvatoris erga Petrum & Joannem, quorum primo commendavit ſponſam Eccleſiam, ſecundo Matrem Deiparam, conſideratur.*
2. *Hæretici non prævalebunt contra Fidem Petri.* A
3. *Infernalis Doctrina Wicleffi deſcribitur.*
4. *Eccleſia fundata ſuper Petram, ut patiens ſit doloris.*

Matth. 16. 18. 1. TU ES PETRUS, ET SUPER HANC PETRAM ÆDIFICABO ECCLESIAM MEAM. *Act. Tit. 3. 4.* *Apparuit benignitas & humanitas Salvatoris æterni*, quando migraturus a ſæculo, ſicut Joannem Carum ſuum glorioſæ Matri Virgini *Joan. 19. 27.* voluit commendare Tutorem; ita ſponſæ ſuæ Eccleſiæ fideliſſimum Petrum Curatorem exhibuit. B Bene duobus primis inter Apoſtolos duo prima ſubjungens pietatis officia; illi matrem Virginem; huic ſponſam Virginem deputavit in curam: gratus in utrumque Jeſus Chriſtus, Filius, atque Sponſus. At ut uberiora viderentur gratitudinis fœdera, & Curatorum ad commendatitias ſuas arctior junctura cognatorum, tam ſecundum *Chriſtus in Petrum & Joannem, totum tranſtulit ſe ipſum.* perſonam, quam vocabulum, ſe ipſum tranſtulit in utrumque: de primo dicens Matri, *Mulier ecce filius tuus; & accepit eam diſcipulus in ſuam:* *Joan. 19. 26.* de ſecundo, eidem Principi, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram &c.* *Matth. 16. 18. 1. Cor. 10. 1.* *Petra autem erat Chriſtus*, & Matris filius erat Chriſtus. C Filius ergo Joannes Chriſtus, & Petra Chriſtus Petrus: *tu es* (inquit) *Petrus, & ſuper hanc petram*, non ſuper arenam fugacem & tremulam, ſed ſuper firmam petram *ædificabo Eccleſiam meam:* quæ, cum venti hæreticorum perflaverint, & irruerint in domum illam, non cadit, quia fundata eſt ſuper firmam petram. *Ambroſius To. 4. pag. 200. Edit. Pariſien. an. 1642.* Ambroſius de Petro dicit libro *de Incarnatione Verbi*, capite IV. in fine, & cap. V. in principio: „ Hic eſt (inquit) Petrus, qui reſpondit „ pro cæteris Apoſtolis, immo præ cæteris, & „ ideo *fundamentum* dicitur, quia novit non „ ſolum proprium, ſed & commune ſervare. „ Huic adſtipulatus Chriſtus, *revelavit* (inquit) „ *tibi Pater*. FIDES ERGO EST ECCLESIÆ fundamentum. Non enim de carne Petri, ſed de „ fide dictum eſt: quia portæ mortis ei non „ prævalebunt. „ Hæc Ambroſius.

2. Ita eſt: portæ mortis, fidei Petri prævalere non poſſunt. Flumina enim ſunt, ſed Petrus fundatur in Petra: ſed & hæreticorum venti cum flaverint, blaſphemando, plus petram ſolidant, quam confundant. Venti illorum per portas inferorum aſpirant; ſed portæ inferi non prævalebunt. Hieronymus *in Comment. Matth.* XVI. libro ſuo ſecundo. „ Ego (inquit) *Hieronymus To. 7. lib. 3. pag. 124.* „ portas inferi vitia reor, atque peccata; vel „ certe hæreticorum doctrinas, per quas illecti „ homines ducuntur ad tartara. „ Hæc ille.

3. O Chriſte Jeſu! Quis unquam portas contigit inferorum, & horrendæ doctrinæ Wicleffi blaſphemias non guſtavit ibi? Quis ſic draco flumina ſcandalorum poſt pennatam mulierem evomebat Eccleſiam? Legite Chriſti ſacerdotes, *Apoc. 12. 16.* qui mihi non creditis, vos ipſi legite in libris ejus, *Antichriſtianos* Papas, *Pſeudo Cardinales*, *Cæſareos* Clericos, Pontifices & Prælatos *filios diaboli*, & *diabolos incarnatos*, *diabolos larvatos*, *diabolos non domeſticandos in filios*. Legite in libris Wicleffi *mendacia Fratrum*, & *necromantica Monachorum*. Legite ibi *petulcos Clericos & laſcivos*, *armigeros*, *luciferinas fraudes*, & *inſtinctus diaboli*, *glomerationes & fœdera*, *merdas & ſtercora* (*a*). Breviter: nuſquam legetis ª Gentilis, & Saraceni, vel fabulantis Judæi, Talmud, aut alicujus execrabilis Scriptoris volumina cum tanta nauſea, horrore (*b*), vel cholera: quæ ideo quantum Chriſtianæ benignitati b repugnant, quis fidelis ignorat?

 4. Sed

(*a*) Has hæreticales injurias evomit Wicleffus contra miniſtros Eccleſiæ, de quibus in hoc libro ſecundo.

(*b*) Horrenda nedum piis, ſed honeſtis quoque auribus declamat adverſus Papam, & Orthodoxos Lutherus contra Leonem X. Pont. Max. in libro quem inſcripſit, *Adverſus execrabilem Bullam Antichriſti*, & in *Antidoto* contra Theologos Pariſienſes, quos *Gregem* vocat *Porcorum*. Nec minus inverecundus Calvinus in lib. contra *Jacobum Latomum*, Catholicos Doctores vocans *aſinos*, *porcos* &c.

4. Sed ideo novi in petra domum tuam ſun-
dari, Domine Jeſu, ut patiens ſit doloris. Et
revera quilibet fidelis & conſtans de domo tua
Pſal. 60. 3. dicit ad te; *Dum anxiaretur cor meum, in pe-
tra exaltaſti me.* ANXIETAS EST MANERE CON-
STANTER IN PETRA, IN ECCLESIA: ſed palea
ventilata, granum exaltatur cum gloria. An- A
xietatis autem noſtræ & diſputationis aſſiduæ
pro Chriſti membris, & Eccleſia, Capitula quam-
a plurima ſubſequentur (*a*), præſumpti textus ſe-
cundum verba ordine conſervato.

ARTICULUS PRIMUS.

De Petri Epiſcopatu, & ejus eminentia inter Apoſtolos.

CAPUT I.

Quod Petrus Apoſtolus fuit omnium Apoſtolo- B
rum Princeps, & Caput Eccleſiæ.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Inſtar Herodis Wicleffus Eccleſiam decollare eſt conatus.*
2. *Idem etiam aſſerebat diſſenſionem fuiſſe inter Doctores ſui temporis de Petri Primatu: & illum roprobat, argumento ducto ex Auguſtino.*
3. *Ex verbis Chriſti probatur Primatus Petri: & quod in Petro figurabatur Eccleſia, & utrumque genus fidelium, firmi ſcilicet & infirmi.* C
4. *Petrus non dicitur Apoſtolorum primus primitate vocationis, ſed auctoritate prælationis.*
5. *Petrus non eſt Apoſtolorum princeps ſenectute, ſed poteſtate.*
6. *Petri præfecturam probari poſſe Scripturæ teſtimonio negabat Wicleffus.*
7. *Confutatur hujuſmodi poſitio, probaturque Eccleſiæ veritas.*
8. *Reducitur Wicleffus ad contradictionem.*

1. BEatiſſimi Principis Apoſtolorum Petri D
cum interceſſione communis Eccleſiæ
conemur laxare cathenas, & vice Chriſti Ca-
piti noſtro vices reddamus ſecundi hujus libel-
li, poſt Chriſtum ipſi dedicantes exordium.
Act. 12. 3. Modernus namque Herodes Wicleffus, cum oc-
cidiſſet Jacobum, totum ſcilicet cœtum Papa-
b rum (*b*) ſupplantantium hæreſes inſurgentes,
videns quia placeret Judæis confeſſoribus Sectæ
ſuæ, propoſuit apprehendere & Petrum. Recte
* Antipatri filius. vero, ut ſicut prior Herodes * tot ſauciat * In-
* Eid. occidit. nocentes, ut tandem veniat ad Chriſtum; ita
* Agrippa. ſecundus Herodes * Jacobum percutit, ut tandem
Vicarium Chriſti proſcribat. Porro jam tertius E
Herodes Wicleffus omnem cœtum Paparum ex-
terminat, ut tandem recta linea Petrum decol-
let. Sed quid eſt decollat, ſi Petrus illæſus cur-
rit a carcere? Quia NON VITAT REATUM qui
totum complet conatum. Aut quid intereſt, ſi
Petrum non decollet, qui eum rationem Capitis
habere non ſinit, ſed abnegat; & non Petrum
ſolum, ſed totam iſtam decollat Eccleſiam?

2. Quod dicit, hoc in libello ſuo eſt *de Chri-
ſto & Antichriſto*, cap. V. WICLEFFUS. In-
„ cipiendo a radice, ſupponendum eſt ut
„ fides, quod Chriſtus fuit Caput iſtius Ec-
„ cleſiæ, ut ſæpe dicit Apoſtolus; ſed de
„ Primatu Apoſtolorum eſt apud modernos
„ diſſenſio. Primo tamen videndum eſt,
„ utrum fundari poſſit in fide Scripturæ, quod
„ Petrus fuit Caput Eccleſiæ: & videtur quod
„ non. -- Decurſis autem motivis, quæ ſolven-
tur in poſterum, tandem definiendo concludit --
„ Si ergo Auguſtinus timuit vocare Chriſtum
„ hominem Deum ex hoc quod ejus ſenſus non
„ eſt patulus ex Scriptura; quanto magis ti-
„ mendum eſt vocare Chriſtianum aliquem Ca-
„ put Eccleſiæ, ne forte blaſphemetur in Chri-
„ ſtum, cum hoc nomen ex Trinitatis conſilio
„ tamquam illi proprium eſt ſervatum? Vide-
„ tur autem modernos philoſophos philocaptos
„ eſſe frontoſos ex hæretica cœcitate: quia po-
„ nunt Petrum & Papas generaliter (quorum
„ quoſdam veriſimile eſt eſſe diabolos) eſſe Ca-
„ put Eccleſiæ totius militantis, immo præri-
„ piendo angelis, eſſe Caput Eccleſiæ triumphan-
„ tis. „ Hæc Wicleffus.

3. Audio iſtum primo de Primatu Petri, ut
videtur, ægre ferre. Sed ſervemus ordinem Chri-
ſti, & ex confeſſione ejus primaria, Primatum
Petri diſcamus. *Ego* (inquit) *dico tibi, quia tu* Matth. 16. 18.
„ *es Petrus.* Et quid hoc? Eſt ne aliquid ma-
„ gni pretii eſſe Petrum? Remuneraſti ne, Do-
„ mine Jeſu, Petrum confitentem nudo voca-
„ bulo te Filium Dei, & primo omnium A-
„ poſtolorum, & totum ſinceriter profitentem? „
Et exiſtimant aliter oves Petri, oves ſingulæ
gregis tui, ſcilicet, ut ſupra omnes coapoſtolos
PRIMUS A PETRA (*c*) PRIMATUM TENEAT IN c
congregatione, qui primus fuit in cognitione.
Dicit namque in *de verbis Domini* ſecundum
Matth. *ſerm.* XIII. AUGUSTINUS. Tu es (in- Auguſtinus To. 5. ſerm. 76. num. 1. pag. 415.
„ quiens) Petrus; & ſuper hanc petram (*d*),
„ quam confeſſus es, ſuper hanc petram, quam
„ cognoviſti, dicens: *Tu es Chriſtus Filius Dei* d
„ *vivi*, ædificabo Eccleſiam meam. -- Sequi- Matth. 16. 17. num. 3.
„ tur -- Idem ergo Petrus a Petra cognomina-
„ tus *beatus*, Eccleſiæ figuram portans, Apo-
„ ſtolatus Principatum tenens, continuo poſt
„ paululum, audito jam quod *Beatus* eſſet,
„ jam audito quod Petrus eſſet, jam audito
„ quod ſuper Petram, ædificatus * eſſet:
„ poſtquam autem audivit futuram Domini **M.* Ædificandus.
„ paſſionem, expavit. -- Et bene infra -- In il- *num.* 4.
„ lo ergo uno Apoſtolo, ideſt Petro, in ordi-
„ ne Apoſtolorum primo & præcipuo, in quo Sine firmis & infirmis non eſt Eccleſia.
„ figurabatur Eccleſia, & utrumque genus ſi-
„ gnificandum fuit, ideſt firmi & infirmi, quia
„ ſine utroque non eſt Eccleſia. „ Hæc Augu-
ſtinus.

4. Jam audiſti de Primatu Petri ut cognomi-
natus a *petra*. Petrus eo ipſo claruit Principa-
tu Apoſtolatus, eo ipſo in ordine Apoſtolorum
primus, non quidem tempore, quo Andreas
frater ejus præceſſit vocatione: non ergo pri-
mus,

(*a*) Poſt Prologum præmittit de more Catalogum Capitulorum hujus libri: qui Catalogus etiamnum extat in MSS. Codd. non tamen hic relatus, quia ad majorem commoditatem jam ſupra in initio Tomi omnium ſimul Librorum & Capitulorum elenchus traditus eſt.

(*b*) Contra cœtum Paparum irruit Wicleffus præſertim cap. 49. & 50. hujus libri.

(*c*) Sub duplici metaphora promiſſus fuit Petro totius Eccleſiæ Principatus. Prior metaphora eſt *Petræ* fundamentalis in ædificio: quod enim eſt in ædificio fundamentum, id eſt in corpore Caput, in Civitate Rector, Rex in regno, Paterfamilias in domo. Poſterior, eſt *Clavium*: cui enim traduntur claves Civitatis, ille inſtituitur Rex, vel certe Gubernator Civitatis; qui quos vult admittat; quos vult, excludat. De prima jam diſſerit Waldenſis hoc capite; de ſecunda fuſe quoque tractat in ſequentibus.

(*d*) Hunc locum hæretici miris modis depravant. Eraſmus dicit, omnem hominem fidelem eſſe hanc Petram: Calvinus lib. 4. Inſtit. cap. 6. §. 6. Petram illam eſſe Chriſtum. Lutherus lib. *de Poteſtate Papæ*, & Centuriatores lib. 1. *Cent.* 1. cap. 4. fidem, ſeu fidei confeſſionem, eſſe petram, de qua Dominus hoc loco loquitur. Sed hæc ad amovendum Petri Primatum perperam ſunt adinventa, ut egregie probat Robertus Cardinalis Bellarminus *de Romano Pontifice* lib. 1. cap. 10. 11. 12. &c.

mus, niſi authoritatis prælatione primus: quod etiam manifeſtat quod appellatur *Princeps*. Sic enim Sancti Patres Eccleſiæ ſingulos Apoſtolos *Eccleſiarum Principes*: ſolum autem Petrum *Principem Apoſtolorum*, vel *Prælatum* appellant. Unde Hieronymus lib. *de viris illuſtribus*, c. I.

Petrus Princeps Apoſtolorum.

Hieronymus To. 2. pag. 813.

HIERONYMUS. Simon Petrus filius Jonæ*, Provinciæ Galilææ, vico Bethſaida, Princeps Apoſtolorum, poſt Epiſcopatum Antiochenſis Eccleſiæ per ſeptem annos (*a*), & prædicationem diſperſionis eorum, qui de circumciſione crediderant, in Ponto, Galatia, Aſia, Cappadocia, & Bithynia, ſecundo anno Claudii Neronis ad expugnandum Simonem Magum pergit Romam. (*b*) „ Hæc ille. Chryſoſtomus libro II. *Dialogorum*, cap. I. alloquens Baſilium dicit,

* Veronen. Joannis.

Chryſoſtomus To. 1. pag. 372.

CHRYSOSTOMUS. Ito nunc, & ambigito utrum te bene ſeductum debeas arbitrari, qui conſtituendus es ſuper omnia bona Domini tui. Et hæc adminiſtrans, in quæ Petrum cernis aſſumptum, qui cum in hoc miniſterio eligeretur, cæteris prælatus Apoſtolis eſt (*c*): Petre quippe (ait) amas me plus his? „ Hæc ille. Ubi habes Apoſtolum Petrum ex electione ſua cæteris Apoſtolis eſſe prælatum. Item Iſidorus in libro *de obitu & ortu Sanctorum Patrum*, capite *de Simone Petro*,

Joan. 21. 17.

Iſidorus Pag. 168. num. 69.

ISIDORUS. Simon (inquit) Petrus filius Joannis, frater Andreæ, ortus vico Bethſaida Provinciæ Galilææ, quæ eſt juxta ſtagnum Geneſareth. -- Et infra -- Non immerito Apoſtolorum Princeps eſt, & confeſſor primus Filii Dei, & diſcipulus, paſtor humani gregis, petra Eccleſiæ, clavicularius regni, amator Domini, atque negator: confitendo laudatus, negando lapſus: lachrymando purificatus, confeſſione probatus, paſſione coronatus: cui nomen ex opere datur, titulus ex merito poteſtatis imponitur. „ Hæc ille.

Petri laudes.

5. Videat hic tergiverſator Wicleffus, qui dicit Petrum ita eſſe Prælatum Apoſtolis quaſi ſeniorem, non quaſi ex hoc poteſtatem habentem, quod Iſidorus hic dicit, *titulus ex merito poteſtatis imponitur*. Quis titulus, niſi quem docuit in principio, dicens: *non immerito eſt Princeps Apoſtolorum?* Sed de hoc ſtatim latius*. Euſebius quoque Cæſarienſis lib. II. *Eccleſiaſticæ hiſtoriæ*, capite XIV. de Principatu Petri ſuper Apoſtolos cæteros ait,

* Vide infra cap. 2.

Euſebius Pag. 34.

EUSEBIUS. In ipſis Claudii temporibus clementia divinæ providentiæ probatiſſimum omnium, & Apoſtolorum maximum, fidei magnificentia, & virtutis merito primum & Principem Petrum, ad Urbem Romam velut adverſus humani generis communem perniciem repugnaturum deducit; Ducem quemdam & magiſtrum militiæ ſuæ, ſcientem divina prælia gerere, & divina * caſtra ductare. „ Hæc ille. Vide quantum ſenior iſte Pater magnificavit Petrum Apoſtolum: & eum non ſolum primum & Principem, ſed Apoſtolorum maximum & probatiſſimum ſublimavit.

* al. virtutum.

6. Expectat, ſcio, adverſarius Petri, ut Caput Eccleſiæ Petrum eſſe probemus: ſic enim limitavit, ut primo diceremus de Capite.

Wicleffus.

WICLEFFUS. Primo (inquit) dicendum eſt, utrum poſſit fundari in fide Scripturæ quod Petrus fuit Caput Eccleſiæ: & videtur quod non. Quantum (inquit) ad tria nomina Petri, patet, ſecundum interpretationem Hieronymi, quod non ſonant, quod Petrus ſit Caput Eccleſiæ alicujus. Petrus enim dicitur *agnoſcens*, ſive *diſcalcians*. Simon dicitur *obediens*. Cephas vero eſt nomen tertium a Chriſto ipſi impoſitum, & interpretatur *potens*, ſive *firmitas*, nomen ſyrum, non hebræum. Sed rogo, quid ſonat interpretatio alicujus iſtorum nominum, ut Petrus ſit Caput Eccleſiæ? „ Hæc Wicleffus capite jam ſupradicto*.

Tria nomina Petri.

* Cap. 5. de Chriſto & Antichriſto.

7. Expediamus fragile argumentum, monſtrando ei quomodo ab uſurpata Scriptura præceps cecidit in peccatum Grammaticæ. Nam ut de nomine Petri *Cephas* dicamus, magnus Sanctus Pater Iſidorus *Etymologiarum* ſuarum libro VII. cap. IX. de Apoſtolis loquens, dicit de Petro,

Iſidorus Pag. 47.

ISIDORUS. *Cephas* dictus eſt, eo quod in Capite ſit conſtitutus Apoſtolorum. *Cephalin* enim græce, *Caput* dicitur; & ipſum nomen in Petro ſyrum eſt. „ Hæc ille. Ecce quod jam in ſermone Syro neſciviſti *Cephas* dici *Caput*. Cur neglexiſti græcum conſulere? Et tamen cum ſis grammaticus famoſus, miror ſi non audiſti *acephalon* dici *capite deſtitutum*, & venam *cephalicam* inter alias *capitalem*. Iſidorus etiam in libro *de ortu & obitu Sanctorum Patrum*, capite de Simone Petro, exponens tria nomina Petri, dicit,

Iſidorus Pag. 168. Varia Petri nomina quid vere ſignificent.

ISIDORUS. Ejus prima vocatio nominis *Barjona* legis directa generatio eſt: *Petrus* in Chriſto Eccleſiæ fundamentum eſt: *Cephas* corporis Chriſti Princeps & Caput eſt: *Simon Joannis* virginitatis generatio incorrupta. „ Hæc ille. Ecce quod *Cephas* eſt *Petrus*, quia Caput Princeps omnis militantis Eccleſiæ, quia omnis Chriſti corporis. Vide tu, ſi ſumpſiſti hoc argumentum ex fundamento Scripturæ, & habe ex Scriptura cephalicum Petrum Caput Eccleſiæ. Nec obviat, ſed prodeſt, quod *Cephas* Syro ſermone dicitur *firmus*: idcirco enim vulgariter dicitur, *Cujus caput infirmum cætera membra nutant*; quaſi totum robur corporis ſit firmitas capitis. Ex abundanti vero inferamus, quod Petrus, non Caput ſolum, ſed & Caput erat Eccleſiæ ſecundum optimam partem Capitis, puta vertex ejus, ubi capilli colliguntur & verſantur, ſecundum Iſidorum. Chryſoſtomus enim homil. finali *ſuper Joan.* dicit, tractans hunc textum, *Simon Joannis diligis me plus his?*

Joan. 21. 16.

Chryſoſtomus To. 8. hom. 88. pag. 525. num. I.

CHRYSOSTOMUS. Eximius (inquit) Apoſtolorum erat Petrus, & os diſcipulorum, & vertex Collegii: propterea & Paulus aſcendit eum tunc videre præ aliis ſimul, & oſtendens ei quoniam oportet eum audacem eſſe de reliquo; & negatione deleta committit ei præſidentiam fratrum. „ Hic habemus Petrum *verticem* Collegii Apoſtolorum, & ei commiſſam præſidentiam ſuper illos. Item idem Chryſoſtomus hom. LXIX. ſuper eodem Evangelio Joannis, exprobrat ideo Judam, quod ante Petrum elegit diſcubitum, probans hoc ex textu, dicente, *Quando autem venis ad Petrum*,

Petrus vertex Collegii Apoſtolici.

Joan. 13. 7.

Chryſoſtomus To. 8. pag. 415.

CHRYSOSTOMUS. Mihi (inquit) videtur proditorem lavaſſe, deinde ad Petrum veniſſe: nam quod & alium aliquem ante ipſum lavit, manifeſtum eſt, ex eo quod dicit: *Quando autem venit ad Petrum*: ſed non eſt vehemens accuſator Evangeliſta -- Sequitur. -- Si vero Petrus primus erat, decuit primum recubuiſſe; videmus tamen proditorem ſtultum exiſtentem, „ an-

Chriſtus in cœna prius lavit pedes Judæ, quam Petri.

(*a*) *Per ſeptem annos* deſideratur apud Veronen.

(*b*) Eadem tradit Hieronymus in Chronico, *Petrus Apoſtolus, cum primus Antiochenam Eccleſiam fundaſſet, Romam mittitur, ubi Evangelium prædicans, XXV. annis ejuſdem Urbis Epiſcopus perſeverat*. Sed cum de hiſce XXV. annis plurimæ ingerantur quæſtiones, proderit videre Pagium, ad an. Chr. 43. Baluzium in Lactantii librum *de mortibus perſec.* cap. 2. aliosque. E vetuſtioribus Ruffinus lib. 2. *Invectiv.* numerat annos 24.

(*c*) Idem legitur apud Chryſoſtomum Orat. adverſus Judæos pag. 677.

Petrus vertex Eccleſiæ.

„ ante verticem recubuiſſe. „ Hæc ille. *Vertex* ecce erat Petrus Eccleſiæ, quando Paulus in complementum debiti aſcendit videre magiſtrum. Et Judas infamatur ſtultitiæ, quod ſupra *Caput* ſuum locum elegit in Cœna; cum tamen coapoſtolus ejus erat. Idem quoque Chryſoſtomus in *Dialogo* (*a*) lib. II. cap. I. CHRYSOSTOMUS. Ad verticem quippe Apoſtolorum „ loquens, *Petre* (inquit Chriſtus) *amas me?* „ Quod profeſſo eo, addidit: *ſi diligis me, paſce oves meas*. „ Hæc ille. Et idem Chryſoſtomus in vocabulo *Capitis*, quod tu tantopere deteſtaris, ipſum Petrum laudat in libro ſuo *de laude Pauli*, homil. VI. CHRYSOSTOMUS. „ Paulus (inquit) cum mortem timeret, nec „ ipſam quidem recuſabat gehennam propter „ deſiderium Chriſti: & cum formidaret inte„ ritum, tamen cupiebat reſolvi. Non autem „ hic ſolus talis fuit, ſed ille quoque ipſe qui „ fuit Apoſtolorum *Caput*, qui ſæpe dixerat ſe „ eſſe pro Chriſto paratum animam tradere; „ & tamen mortem vehementer horruerat. „ Audi quid ei Chriſtus loquitur: *Cum ſenueris, cingent te, & ducent quo non vis*. „ Hæc Chryſoſtomus. Ubique Sancti Patres Cephas eſſe Petrum, libenter, ſicut Chriſtus eum ordina„ vit, admittunt *Caput* Apoſtolorum, & Eccleſiæ *Verticem*; quem procax Wicleffus, & ejus clientes ab officio *Capitis* damnabili temeritate propellunt.

Gal. 2. 2. — Chryſoſtomus To. 4. pag. 25. — Chryſoſtomus T. 5. pag. 612. — Joan. 21. 18.

A B

8. Et putas ne quod in pœnam perfidiæ ſuæ coactus eſt Wicleffus per occultas venas puræ * veritatis alibi fateri, qualiter mentitus eſt hiccine? Certe in libello ſuo nefando *de dotatione*, quem *ſupplementum Trialogi* alias appellavit, plane affirmat ab inſtitutione Chriſti fuiſſe Petrum *Caput* Eccleſiæ. „ Dicit enim Chriſtus Joan. ultimo: Petre amas me? Paſce oves „ meas. Quod quia Petrus perfecit excellen„ tius, fuit conſtitutus *Caput Eccleſiæ*. „ Hæc ille ibi, cap. V. circa medium. Quid putas ergo eum indubie veritatem habere, qui talis eſt verborum propriorum tam apertus falſarius, qui in forma diſcipuli traditoris falſe fatetur teſtari in Petrum? *Peccavi tradens* (inquit) *ſanguinem juſtum*.

* al. primariæ. — Ipſe Wicleffus ratione victus fatetur Petrum eſſe Caput Eccleſiæ. — Matth. 27. 4.

CAPUT II.

Quod omnes Apoſtoli erant honore & poteſtate pares: & tamen Petrus, Caput omnium, authoritatis poteſtate & honore præcellens.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Hæreticorum ratio, qua Petri Primatum negare conantur.*
2. *Quod Wicleffus hæreſim Jovinianam ſuſcitavit.*
3. *Si in Eccleſia tolleretur Ordo, tolleretur & Eccleſia.*
4. *Inter Apoſtolos fuerunt aliqui majores & honoratiores; & unus fuit auctoritate & juriſdictione cæteris ſuperior.*
5. *In Eccleſia cur Caput conſtitutum ſit: & cur Joannes, qui tempore Chriſti erat juvenis, non fuerit Apoſtolorum Caput.*
6. *In negotiis ſæcularibus juvenis præficiendus eſt, in ſpiritualibus vero ſenior.*
7. *Non humana electione in Eccleſia Princeps ſuffectus eſt, ſed divina. Et quæ ſint Principantis conditiones, ſecundum Ariſtotelem.*
8. *Cur hujuſmodi conditionibus uſus non fuerit Petrus initio naſcentis Eccleſiæ.*
9. *Quare Dominus modo jubet ut Apoſtoli virgam ferant, modo vero prohibet.*
10. *Romanam ſedem utraque via, ideſt, & Chriſti diſpenſatione, & Apoſtolorum conſenſu aliis præeſſe concluditur.*

1. INſiſtit acriter contra Primatum prædictum Petri ejus adverſarius capitalis in loco jam tacto, cap. VI. WICLEFFUS. Videtur (inquit) Wicleffus.
„ probabile, quod omnibus Apoſtolis Chriſtus „ dedit plenitudinem poteſtatis ad ligandum & „ ſolvendum, & faciendum quodcumque Prælati officium in Eccleſia militante, ut patet „ Matth. XVIII. & Joan. XX. -- Et recapitulando ſubjungit -- Erubeſcant ergo hæretici, di- B „ centes, quod Petrus habet cæteris Apoſtolis „ excellentiorem potentiam, quia eſt Epiſcopus Romanorum. „ Hæc Wicleffus. Non caſualiter * hoc, ſed aſſertive * dicit, niſi idiotice ſapiat, cum tota diſtinguat Eccleſia Primatum ejus Papalem a Præſulatu Romano; cum ante Romanam Sedem fuerit Petrus Primas, & verum Caput Eccleſiæ. Intelligit ergo ſimpliciter hæreſim eſſe, quod Petrus habeat cæteris Apoſtolis excellentiorem potentiam: ſic enim concludit in fine capituli: „ Vanum ergo eſt vobis ex talibus verbis Petrum ſimpliciter anteferre. „ Hæc ibi. Addamus & C nos quod Cyprianus dicit, omnes Apoſtolos pares fuiſſe & poteſtate & honore. Addamus & quod Hieronymus dicit, *ſuper omnes Apoſtolos ex æquo fortitudo ſolidatur Eccleſia*. Et quid inde concludis? Ergo omnes ſimpliciter ſunt æquales? Nullus major, nullus minor; ſed omnes pares & poteſtate & honore? Scio quid conaris ulterius: quod omnes etiam Sacerdotes Eccleſiæ ſunt æquales (*b*), quia æqualiter cum Petro, non Petrus ſolus, ſed claves Dominicas tota ſuſcepit Eccleſia, ut Auguſtinus exponit ſuper *Joan. hom. ultima* (*c*).

* al. cauſaliter. — * al. aſſociativo — Petrus erat verum Caput Eccleſiæ, antequam Romanus foret Epiſcopus. — Cyprianus lib. de Unit. Eccleſ. pag. 397. — Hieronymus infra num. 5. — Wicleffus conatur facere omnes Sacerdotes æquales in Eccleſia. b — c

2. Et ſuſcitaſti hæreſim Joviniani jam mortuam, D contra quam inſudat Hieronymus verſus finem libri ſecundi, qui ejus nominis titulum portat, *Contra Jovinianum*, & multiplici loco Scripturæ probans in ordinibus Eccleſiæ veram diſtantiam gradualem. HIERONYMUS. Quid (inquit) ſibi volunt „ in deſcriptione Templi ſeptem & octo gra„ dus? Quid rurſum in Pſalterio poſt elementa centeſimi decimioctavi Pſalmi, quibus my„ ſticum erudimur alphabetum, per quindecim „ gradus uſque illuc pervenimus, ut poſſimus „ canere: *Ecce nunc benedicite Dominum omnes* „ *ſervi Domini: qui ſtatis in domo Domini, in* „ *atriis domus Dei noſtri?* -- Sequitur -- Cur E „ Levitica Tribus in terra partem non accipit; „ ſed Dominus pars ejus eſt: & inter ipſos Levitas & Sacerdotes ad Sancta Sanctorum, „ ubi Cherubin & Propitiatorium eſt, Pontifex „ ſolus ingreditur? Quare reliqui Sacerdotes li„ neis tantum utuntur veſtibus, & non habent „ indumentum auro, hyacintho, cocco, pur„ pura, byſſoque contextum? Inferioris gradus „ Levitæ & Sacerdotes plauſtra & boves accipiunt; majoris ordinis ipſi geſtant arcam „ Domini humeris ſuis? Si tollis ordinem; „ tabernaculum, Templum, Eccleſiam tolle. „ Si

Hieronymus To. 3. pag. 377. num. 34. — Pſalm. 133. 1. — Num. 21.

(*a*) Non *Dialogus*, ſed *de Sacerdotio* inſcribitur nunc liber iſte apud omnia quæ vidi cum vetera, tum moderna Chryſoſtomi edita Exemplaria.

(*b*) Hunc errorem, quem olim docuit *Aerius*, renovavit *Wicleffus*, & continuavit *Lutherus*, egregie refellit infra cap. 60. Thomas Waldenſis.

(*c*) Hæc habet Auguſtinus To. 5. ſerm. 149. pag. 706. num. 7. Ubi longe a Wicleffi mente dicit, quod Petrus figuram & perſonam totius gerebat Eccleſiæ: & hoc ſenſu dumtaxat, claves illi traditas, totam ſuſcepiſſe Eccleſiam.

„ Si omnes, qui a dextris ſunt, corpus unum, „ &, ut vulgo dicitur, *Encoma* (*a*) ad militiam probat, nequicquam Epiſcopi, fruſtra „ Presbyteri, ſine cauſa Diaconi ſunt. „ Hæc Hieronymus.

3. Quid facis Wicleff? Si tollis ordinem, tollis Eccleſiam. Nec tantum contra Primatum A Petri proficit quod moliris; ſed ſine cauſa Epiſcopi, ſine cauſa Presbyteri fiunt, ſi Epiſcopi ad Presbyterum ſtatuatur æqualitas, majoritas abſcindatur. Sed redeamus ad argumentum in ſpecie. Apoſtoli omnes acceperunt æqualiter poteſtatem: ergo ſine cauſa Petrus præfertur. Quid igitur? Inter eos nullus major, vel potior in honore?

Gal. 2. 2.

Auguſtinus To.3.pag.948. num. 13.

4. Scio tamen Auguſtinum dicere in Expoſitione ſua *ſuper Epiſt. Pauli ad Galatas*, tractantem hunc textum, *De his autem, qui videntur eſſe aliquid:* AUGUSTINUS. Petrus autem & Jacobus & Joannes honoratiores in Apoſtolis B „ erant, quia ipſis tribus ſe in monte Dominus oſtendit in ſignificatione regni ſui, cum „ ante ſex dies dixiſſet: ſunt hic quidam de „ circumſtantibus, qui non guſtabunt mortem, „ donec videant filium hominis venientem in „ regno ſuo. „ Hæc Auguſtinus. Habes jam tres honoratiores in Apoſtolis, qui erant in honore * æquales. Hieronymus etiam libro 11. *contra Jovinianum* capite XX. reſpondendo ad quartam propoſitionem, ait: HIERONYMUS. Loquitur enim de humilitate ſanctus Paulus: *Ego „ ſum noviſſimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, quia perſecutus ſum Ec- „ cleſiam Dei. Gratia autem Dei ſum id quod „ ſum, & gratia ejus in me vacua non fuit, „ ſed amplius omnibus illis laboravi: non ego autem, ſed gratia Dei, quæ in me eſt*. Verumtamen in eo quod ſe humiliat, oſtendit poſſe Apoſtolos alios minores, alios eſſe majores: & quia utique vas electionis dicitur, & „ cunctis amplius laboravit, non eſt injuſtus „ Deus, ut obliviſcatur operis ejus, & diſpar „ meritum æquali mercede compenſet. „ Hæc Hieronymus. Et hic habes quoſdam majores inter Apoſtolos, minores alios: non quidem merito virtutis, ſed merito poteſtatis: is enim qui infertur, plus omnibus laboravit. Et ſi ſcire volunt fideles; omnes Apoſtoli erant Apoſtolatus ſui poteſtate æquales, ſed in hac identitate poteſtatis fuerant authoritate difformes. Aut nonne in militia Rex, & omnes milites pares ſunt; ſed authoritate ſola, & non militia, Rex milites antecedit? Ita omnes Apoſtoli Apoſtolatus honore & poteſtate ſunt conſortes: unus autem Petrus authoritatis juriſdictione prælatus. Et ne novum videretur quod dico, teſtatur antiquus Præſul Anacletus, quartus a Beato Petro, ſecundum calculum Auguſtini (*b*), ſecundum allegatum Jvonis in tertio ſuo Decretali, ſic dicens: ANACLETUS. Hic (inquit) „ ligandi ſolvendique poteſtatem primus accepit a Domino, primuſque ad fidem populum „ virtute ſuæ prædicationis adduxit. Cæteri vero Apoſtoli cum eodem pari conſortio honorem & poteſtatem acceperunt, ipſumque „ Principem eorum eſſe voluerunt, qui & jubente Domino in toto Orbe diſperſi Evangelium prædicaverunt. „ Hæc ille.

Matth. 16. 28.

* *ſupple* Apoſtolatus

Hieronymus To.2.pag.162. num. 23.
1.Cor.15.9.10.

Apoſtoli erant poteſtate omnes æquales, non authoritate.

* Anacletus *In Epiſt. ſua* 2. *apud Labbeum* To. 1. pag. 70.

5. Ecce quod omnes Apoſtoli cum Petro pari conſortio honorem & poteſtatem nacti, Petro, quem ſuum Principem eſſe volebant, fuerunt authoritate ſubjecti. Beatus vero Hieronymus hanc ſecutus ſententiam libro 1. *contra Jovinianum*: HIERONYMUS. At dicis (inquit) „ ſuper Petrum fundatur Eccleſia; licet idipſum „ in alio loco ſuper omnes Apoſtolos fiat, & „ cuncti claves regni cœlorum accipiant, & ex „ æquo ſuper eos Eccleſiæ fortitudo ſolidetur: „ tamen propterea inter duodecim unus eligitur, ut Capite conſtituto, ſchiſmatis tollere- „ tur * occaſio. Sed cur non Joannes electus „ eſt virgo? Ætati delatum eſt, quia Petrus „ ſenior erat; ne adhuc adoleſcens, & pene puer „ progreſſæ ætatis oneribus * præferretur, & „ magiſter bonus, qui occaſionem jurgii debebat auferre diſcipulis, & dixit eis: *Pacem „ meam do vobis, pacem meam relinquo vobis: „ & qui voluerit inter vos major eſſe, minimus „ omnium ſit*; in præficiendo adoleſcentem, „ quem dilexerat, cauſam præbere videretur „ invidiæ. Ut autem ſciamus Joannem fuiſſe „ tunc puerum, maniſeſtiſſime docent Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, quod uſque ad Trajani imperium vixerit, ideſt, poſt paſſionem Domi- „ ni ſexageſimo octavo anno dormierit; quod „ & nos in libro *de viris illuſtribus* breviter „ perſtrinximus. „ Hæc Hieronymus. Quam plana ſententia reſponſiva Wicleffo! Omnibus dedit Chriſtus plenitudinem poteſtatis, concedit Hieronymus; & ex abundanti, quod cuncti claves regni Cœlorum acceperunt, & quod C ex æquo ſuper eos Eccleſiæ fortitudo ſolidetur. Sed tamen inter duodecim unus eligitur. Ad quid? ut *Capite conſtituto, ſchiſmatis tolleretur occaſio*.

Hieronymus To.2.pag.279. num. 26.

* M. tollatur. Petrus, quia ſenior erat, præfectus eſt Joanni.
* M. hominibus.
Joan. 14. 27.
Matth. 20. 26.

Joannes Evangeliſta quo tempore mortuus.

Petrus Apoſtolorum inſtituitur princeps, ad tollendam occaſionem ſchiſmatis.

6. Hic fremit Wicleffus, ſcio, quia Petrum audit Caput conſtitutum Eccleſiæ. Sed eo invito, Petrus & Caput eſt, & occaſio ſchiſmatis tollitur eo ipſo. Et ne uſurpet authoritatem, ipſe unus eligitur ex duodecim. Sed a quo, niſi ab illo, qui dixit eiſdem: *Non vos me elegiſtis; ſed ego elegi vos?* Elegit forſitan ipſe primo; & ad authoritatis executionem cæteri electum poſtea compellebant. Et hoc eſt, quod D hic Hieronymus intulit de Authore electionis Petri: *Magiſter bonus* (inquit) *qui occaſionem jurgii debebat auferre*. Magiſter ergo bonus materiam jurgii inter diſcipulos abſtulit, quando ſenem Petrum Joanni juveni prælegit. Sic enim dicit Chryſoſtomus de eo homil. finali *ſuper Joan.* CHRYSOSTOMUS. In ſæcularibus quidem „ juvenis utilis: qui ſenuit vero inutilis eſt. In „ meis vero non ita eſt, ait Chriſtus; ſed cum „ ſupervenerit ſenectus, tunc virtus clarior, „ tunc virilitas illuſtrior. „ Hæc ille. Materiam vero prædicti jurgii, quam electio unius E Capitis a communitate diſcipulorum debebat auferre, puto eumdem Hieronymum *in Commentario* ſuo explanare ſuper Epiſt. Pauli *ad Titum*, ſuper hunc textum, *Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe:* HIERONYMUS. Antequam (inquit) „ inſtinctu diaboli diverſa ſtudia fierent in religione, & diceretur in populis: *Ego ſum Pau- „ li, ego Apollo, ego autem Cephæ*, communi Presbyterorum conſilio Eccleſiæ gubernabantur. Poſtquam vero unuſquiſque eos, quos „ baptizaverat, putabat ſuos, non Chriſti; in „ toto Orbe decretum eſt, ut unus ex Presbyteris

* *Vide inferius num.* 6.

Joan. 15. 16.

Chryſoſtomus To.8.pag.567.

Tit. 1. 7.

Hieronymus To.7.pag.694. verſ. 5.
1. Cor. 1. 12

(*a*) Falſo prius habebatur *Euphonia* in Editis, & *Criſoria* in quibuſdam MSS. Jam cum accuratioribus Hieronymi Editoribus legendum eſt *Encoma*. Quid vero nomen iſtud ſonet, docet Iſidori Gloſſarium: *Incoma*, ſeu *Encoma*, *menſura militum*. Vegetius quoque lib. 1. cap. 5. *proceritatem tyronum ad incoma, ſcio ſemper exactam*. Erat nempe quidam palus, ad quem probari ſtatura militum ſolebat, ſi proceritatem haberent requiſitam. Senſus itaque eſt: non ſicut milites una corporis menſura ad militiam probat, ita eorum, qui in cœlis a dextris ſunt, æqualis eſt gloriæ menſura. Et quemadmodum fruſtra ſunt Epiſcopi, Presbyteri; & Diaconi, ſi tollas ordinem Eccleſiæ, ſive Jerarchicum, ita in caſſum laborant fideles, & ad perfectiora nituntur, ſi omnium in cœlis æquale erit meritum, atque unus gradus.

(*b*) In Epiſtola ad Generoſum.

CAPUT III.

Ad rationes Wicleffi de Scripturis, in quibus Paulum Petro non inferiorem reddit.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Ratio Wicleffi ponitur, qua Paulum Petro non eſſe inferiorem, conatur oſtendere.*
2. *Quam male arguerit, arguendo argumento negativo.*
3. *Paulus contulit Evangelium ſuum cum tribus Apoſtolis, ſed magis cum Petro.*
4. *Sanctus Marcus, tantum Petri authoritate ſcripſit & retulit Evangelium ſuum.*
5. *Secundus Wicleffi error ponitur, videlicet, quod Petrus, & cæteri Apoſtoli, nihil Paulo contulerunt.*
6. *Petrus non modo contulit Paulo Evangelium, verum etiam eum de fide ſecurum reddidit, gentiumque Apoſtolum conſecravit.*
7. *Paulus nihil Petro majori ſuo derogavit, tametſi eum caritate correxerit.*
8. *Petri præfecturam compluribus Patrum teſtimoniis comprobat.*

1. ASſumit ſibi teſtimonia Scripturæ Apoſtolicæ, unde Principem Apoſtolorum humiliet, cap. VI. prædicti ſui libelli *de Chriſto & Antichriſto*, dicens WICLEFFUS. Non con- [Wicleffus.]
„ ſuluerunt cæteri Apoſtoli de ſuis Provinciis
„ Sanctum Petrum, ac ſi ab illo Papalis pote-
„ ſtas neceſſario emanaret. Sed Paulus dicit ſi- [Gal. 2. 6.]
„ gnanter, quod illi, qui videbantur aliquid
„ eſſe, nihil ſibi contulerunt. *Deus* (inquit)
„ *perſonam hominis non accipit: mihi autem qui*
„ *videbantur eſſe aliquid nihil contulerunt, ſed*
„ *e contra &c.* Iſtam autem benedictam fidem
„ hiſtoricam Spiritus Sanctus in Evangelio Pau-
„ li ſecundum iſtam formam inſeruit, ad con-
„ fundendum ſuperbiam, & hæreſim ſequentium
„ Prælatorum. „ Hæc Wicleffus.

2. Sequamur & nos veſtigia vulpis hujus, ut cum de fovea ſua cautius expellamus. Arguit primo ab authoritate præſumpta negative: qui modus, ſecundum peritos Theologos, RARO EST VALIDUS, tutus nunquam. [Argumentum negans raro validum, tutum nunquam.] *Non* (inquit) *conſuluerunt cæteri Apoſtoli de ſuis Provinciis Sanctum Petrum*. Quos autem Apoſtolos *cæteros* nuncupat, dubitare fas eſt. Unum tamen de *cæteris* maximum, Sanctum Paulum ſumamus, de quo & ipſe poſtmodum accipit argumentum. Ipſe, audeo dicere, de Principe Apoſtolorum Petro ſuper prædicatione ſortis ſuæ ſumpſit conſilium. *Sortis ſuæ* dico, ne cum Wicleffo dicam *Provinciam;* quia cum cæteri Apoſtoli Provincias gentium delegerint, Paulo tota ſimul, & nulla pars traditur ſpecialis. Unde Iſidorus lib. *de ortu & obitu Sanctorum Patrum*, ISIDORUS. [Iſidorus To. 2. cap. 81. p. 353.] Paulo cum cæteris Apoſtolis
„ nulla ſors propria traditur, eo quod in o-
„ mnibus magiſter & prædicator eligitur. Nam [Paulo nulla pars mundi, ſed totus Orbis contigit ad prædicandum.]
„ ſicut Petro, & reliquis, Apoſtolatus circum-
„ ciſionis eſt traditus, ita Paulo præputii in
„ Gentibus. „ Hæc ille.

3. Ipſe namque Paulus poſt annum tertium converſionis ſuæ aſcendit videre Petrum, & neminem Apoſtolorum tunc vidit, niſi Jacobum fratrem Domini: manſitque ibi diebus quindecim. [Gal. 1. 19.] Deinde poſt annos quatuordecim, peragratis partibus Syriæ & Ciliciæ, iterum aſcendit Hieroſolymam, aſſumptis ſecum Barnaba & Tito: non quidem proprio capite ductus, ſed in revelatione juſſus aſcendere, conferre cum eis Evangelium, quod poſt prædicavit in Gentibus. [Gal. 2. 1.]

At ſi petas, cum quibus *eis?* Reſpondet Pauli textus ibidem: *cum his qui videbantur aliquid eſſe;* quos poſtea nominat, *Petrum, Jacobum, & Joannem*. His verbis Scripturæ patet, quod Paulus cum Petro, & cum cæteris Apoſtolis tractavit Evangelium prædicandum in Gentibus; non tamen cum his tribus æqualiter, ſed cum Petro magis, a quo ſecure prædicandi Evangelii tota Pauli pendebat authoritas, ne ſcilicet (ut ipſe dicit) in vacuum curreret, aut cucurriſſet. [Paulus authoritatem prædicandi habuit a Petro.] [Gal. 2. 2.] Sic enim dicebat Beatus Hieronymus in Epiſtola ad Auguſtinum, quæ incipit, *Tres ſimul Epiſtolas*, HIERONYMUS. Tantæ Pe- [Hieronymus To. 2. Epiſt. 112. pag. 736. num. 8.]
„ trus authoritatis fuit, ut Paulus in epiſtola
„ ſua ſcripſerit: *Deinde poſt annos tres veni*
„ *Hieroſolymam videre Petrum, & manſi apud* [Gal. 1. 18.]
„ *eum diebus quindecim*. Rurſumque in conſe-
„ quentibus: *Poſt annos quatuordecim aſcendi* [Ibid. 2. 1.]
„ *iterum Hieroſolymam cum Barnaba, aſſumpto*
„ *& Tito. Aſcendi autem ſecundum revelatio-*
„ *nem, & expoſui eis Evangelium, quod præ-*
„ *dico inter gentes:* oſtendens non habuiſſe ſe-
„ curitatem Evangelii prædicandi, niſi Petri,
„ & qui cum eo erant, fuiſſet ſententia robo-
„ ratum. Statimque ſequitur: *Seorſum autem his,*
„ *qui videbantur columnæ Eccleſiæ, ſeu aliquid*
„ *eſſe: ne forte in vacuum currerem, aut cucur-*
„ *riſſem*. „ Hæc Hieronymus. Vide quam plane mentitus eſt Wicleffus, dicens, nullum *cæterorum* Apoſtolorum conſuluiſſe ſanctum Petrum, cum dicit Scriptura, ſecundum expoſitionem Hieronymi, quod Sanctus Paulus, accepta revelatione, ad Petrum aſcendit, ut ſic haberet quomodo Sanctum Evangelium ſecurius prædicaret. At quamvis dicat Hieronymus, *niſi Petri, & qui cum eo erant;* tamen quod authoritas Petri ſolius petebatur a Paulo, exprimit poſt, dicens: *Tantæ Petrus fuit authoritatis, ut Paulus &c.* ſicut & magnus Pater Chryſoſtomus jam dixit ſuperius *, CHRYSOSTOMUS. Eximius [* Cap. 1. Chryſoſtomus To. 9. hom. 87. ſup. Joan. pag. 566.]
„ erat Apoſtolorum Petrus: os diſcipulorum,
„ & vertex collegii: propterea & Paulus aſcen-
„ dit eum tunc videre præ aliis. „ Hæc Chryſoſtomus.

4. At Beatus Marcus Evangeliſta tantum ſub authoritate Petri probatum, & viſum ſcripſit, & retulit ſuum Evangelium. Unde libro *de viris illuſtribus*, cap. VIII. HIERONYMUS. Mar- [Hieronymus To. 2. pag. 827.]
„ cus (inquit) diſcipulus & interpres Petri, [Petrus Evangelium Marci probavit.]
„ juxta quod Petrum audierat referentem, ro-
„ gatus Romæ a Fratribus, breve ſcripſit Evan-
„ gelium, quod cum Petrus legiſſet, probavit,
„ & Eccleſiis legendum ſua auctoritate contra-
„ didit, ſicut ſcripſit Clemens *. „ Hæc ille. Plane ergo falſum eſt, quod ipſe * dicit *, nullum cæterorum Apoſtolorum conſuluiſſe cum Petro de ſuis Provinciis. Sed non ſtemus hic. [* Subaudi Papa. * ipſe Wicleffus. * ſupra num. 1.]

5. Videamus quid infert poſterius: *Paulus* (inquit) *dicit ſignanter, quod illi, qui videbantur eſſe aliquid, & columnæ Eccleſiæ, nihil ſibi contulerunt.* [Gal. 2. 6. Wicleffus.] Si bene arguat, ex hoc ipſo authoritati Petri præjudicare proponit; quod etiam ſubinfert, dicens poſterius: *Patet ſecundo, quod iſti tres * principales Apoſtoli non contulerunt ſenſum, vel notitiam Evangelii Sancto Paulo.* [* Petrus, Jacobus & Joannes.] Hæc Wicleffus.

6. Sed quomodo ex iſto authoritatis eminentiam auferat Sancto Petro, jam agnoſcere? Aut quomodo intelligis, quod iſti nihil illi contulerunt? An Sanctus Petrus nihil contulit, quando collatione facta ſui Evangelii, ipſum reddidit de fide ſecurum? An etiam Petrus cum aliis duobus * nihil ipſi contulit, quando in Apoſtolum gentium eum conſecravit, juſſu Chriſti dicentis: *Segregate mihi Paulum & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos?* Et in de *de viris illuſtribus,* [* Jacobo & Joanne. Act. 13. 2.]

Hieronymus To. 2. pag. 821. Sergius cognominatus *Paulus*, quia a Paulo converſus ad Chriſtum.

bus, cap. I. HIERONYMUS. Cumque ad prædi-
,, cationem ejus primo Sergius Paulus & Pro-
,, conſul Cypri credidiſſet, ab eo quod eum
,, fidei Chriſti ſubegiſſet, ſortitus eſt nomen.
,, Et conjuncto ſibi Barnaba, multiſque urbi-
,, bus peragratis, revertens Hieroſolymam, a
,, Beato Petro, Jacobo, & Joanne, Gentium A
,, Apoſtolus ordinatur.,, Hæc Hieronymus. In-
telligas ergo Petrum cum aliis Apoſtolis Paulo
nihil contuliſſe, ideſt, non objurgatum Paulum
ab eis fuiſſe, non reprehenſum alicujus, quod
jam in gentibus prædicavit. Sic enim exponit
Haymo ipſum textum in loco ſuo ſuper Epi-

Haymo.

ſtolas Pauli, dicens HAYMO. Cum putaſſent
,, aliqui, quod reprehenſores mei eſſent: non
,, ſolum non fuerunt reprehenſores, ſed econ-
,, tra laudatores & fautores extiterunt prædi-
,, cationis meæ.,, Hæc ille. Aſſumpſit autem
hanc expoſitionem ab Auguſtino *ſuper Epiſt.*
ad Galatas, ubi hoc ipſum exponit, dicens B

Auguſtinus To. 3. pag. 947. num. 12.

AUGUSTINUS. Non ergo inventi ſunt in aliquo
,, diſſentire ab illo: ut cum ille perfectum Evan-
,, gelium ſe accepiſſe diceret, illi negarent, &
,, aliquid tamquam imperfecto addere vellent;
,, ſed econtrario pro reprehenſoribus imperfe-
,, ctionis, approbatores perfectionis fuerunt, &

Gal. 2. 9.

,, dederunt dextras ſocietatis.,, Hæc Auguſtinus.
7. Quomodo ergo ſuadere vellet Petrum non
eſſe excellentiorem cæteris Apoſtolis, quia
Paulo nihil contulit reprehenſionis, huc uſque
forma non patuit Orthodoxis. Commemorat *

* Wicleffus.

item, quomodo Paulus Petrum reprehenderit

Gal. 2. 11.

de obſervatione ſimulata legalium (*a*). Quod ſi C

a

velit ex hoc colore Petrum a Principatu deji-

Prælatus increpatus a ſubdito nihil authoritatis amittit.

cere, & æquare illi Paulum, SCIAT A VERIS
ECCLESIÆ PASTORIBUS nihil authoritativæ po-
teſtatis imminui, quod ſubditorum ſuorum in-
terdum increpationibus humiliter ſunt ſubjecti,
ſponte proſtrati. Nihil ergo derogavit Paulus
Majori ſuo Petro, quod eum charitative cor-

b

rexerit (*b*): in nullo Petrus minuit poteſtatem,
quia Minoris correptioni ex humilitate ſuccu-
buit. Non ergo Paulus par Petro, quia legiti-
mus reprehenſor; nec quia humiliter ſuſtinens
Petrus, inde deſinit eſſe major; immo ſignifi-

Majoritas & humilitas in Petro conjunctæ.

cans Petrus majoritatem ſuam ſimul & humi- D
litatem eſſe conjunctas, poſtmodum Epiſtola ſua
ſecunda, Pauli authorizat & defendit Epiſto-
las, tamquam Major mitis, & Prælatus ſponte
dejectus; etiam illas, in quibus eum Paulus
commemorat reprehenſum, ſicut notat locum
illum Scripturæ hom. XVIII. *ſuper Ezechielem*

Gregorius To. 1. lib. 2. hom. 6. pag. 1368. num. 9.

Sanctus GREGORIUS. Idem (inquit) Apoſtolo-
,, rum primus cum multa diſcipulos admone-
,, ret, atque a quibuſdam detrahi Pauli ſcripta
,, agnoſceret, dixit: *Sicut chariſſimus frater no-*

1. *Pet.* 3. 15.

,, *ſter Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiam*
,, *ſcripſit vobis, loquens in eis de his, in qui-*
,, *bus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ in-* E
,, *docti & inſtabiles depravant, ſicut & cæteras*
,, *Scripturas ad ſuam perditionem*. Ecce Paulus
,, in Epiſtolis ſuis ſcribit Petrum reprehenſibi-
,, lem; & ecce in Epiſtolis ſuis Petrus aſſerit
,, Paulum in his, quæ ſcripſerat, admirandum.
,, Certe enim niſi legiſſet Petrus Pauli Epiſto-
,, las, non laudaſſet. Si autem legit, quod il-
,, lic ipſe reprehenſibilis diceretur invenit. Ami-
,, cus ergo veritatis, laudavit etiam quod re-
,, prehenſus eſt, atque ei & hoc ipſum placuit,
,, quia in his non placuerat, quæ aliter quam
,, debuerat, ſenſit; ſeque etiam minori fratri
,, ad conſenſum dedit, atque in eadem re fa-
,, ctus eſt ſectator minoris ſui, ut etiam in hoc
,, præiret, quatenus qui primus erat in Apo-

Petrus non minus in Apoſtolatu, quam in humilitate primus.

,, ſtolatus culmine, eſſet etiam primus in hu-
,, militate.,, Hæc Gregorius. Attendat Wiclef-
fus Petrum majorem, Paulum minorem fratrem:
& hoc non poteſtate Apoſtolatus, in qua fue-
runt omnes æquales. Quapropter dicit Hiero-
nymus in *annotationibus* ſuis ſuper illud ad Gal.

* Hieronymus To. 11. pag. 983.

2. *Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatum*, HIE-
RONYMUS. In nullo (inquit) ſum inferior il-
,, lo, quia ab uno Deo ſumus in uno miniſte-
,, rio ordinati,,. Hæc ille. Cum exprimit mi-
niſterium Chriſtus illud, limitat paritatem (*c*), c
ſed ideo Paulus in miniſterio æqualis, eſt minor
frater in comparatione Culminis.

8. Attendat iterum duplicem Petri Primatum,
dicente Gregorio, *quatenus qui primus erat in*

Duplex Petri Primatus.

Apoſtolatus culmine, eſſet etiam primus in humi-
litate. Aliter ergo Petrus primus, aliter culmi-
ne Apoſtolatus primus: quia dicit Wicleffus Pe-
trum non habuiſſe excellentiam majoritatis, niſi

* *Vide infra cap. 5. num. 1.*

majoris humilitatis*. Sed quid amplius de laude
majoritatis Petri idem Gregorius, ubi prius,

Gregorius To. 1. hom. 6. pag. 1368.

affirmat, videbimus. GREGORIUS. Penſate (in-
,, quit) fratres chariſſimi, in quo mentis ver-
,, tice ſtetit, qui epiſtolas laudavit illas, in qui-
,, bus ſe ſcriptum vituperabilem invenit. Quæ
,, illa tanta eſſe manſuetudo potuit? quæ quies
,, animi, quæ ſoliditas mentis, atque impertur-
,, batæ cogitationis? Ecce a minore ſuo repre-
,, henditur, & reprehendi non dedignatur. Non

Matth. 4. 18. & 16. 19.

,, ad memoriam revocat, quod primus in Apo-
,, ſtolatum vocatus eſt; non quod claves re-

Matth. 14. 29.

,, gni cœleſtis accepit; non quod peccata
,, quæcumque in terra ſolveret, eſſent ſoluta
,, & in cœlo; non quod in mari pedibus am-

Act. 9. 33. & 5. 15.

,, bulavit; non quod paralyticos in nomine Je-
,, ſu jubendo erexerat; non quod ægros corpo-
,, ris ſui umbra ſanaverat; non quod mentien-

Ibid. 5. 10. *Ibid.* 9. 40.

,, tes verbo occiderat; non quod mortuos ora-
,, tione ſuſcitaverat. Ne ergo increpationis ver-
,, ba dedignanter audiret, omnia dona, quæ
,, acceperat, quaſi a memoria repulit, ut unum
,, fortiter humilitatis donum teneret. Quis, ro-
,, go, veſtrum, ſi vel ad extremum ſignum fe-
,, ciſſet, a minore fratre increpatus, increpa-
,, tionis verba patienter audiret? -- Et infra --
,, ſunt vero nonnulli, qui non Petrum Apoſto-
,, lorum Principem, ſed quemdam alium eo
,, nomine (*d*), qui a Paulo eſt reprehenſus, d
,, accipiunt. Qui ſi Pauli Apoſtoli ſtudioſius
,, verba legiſſent, iſta non dicerent (*e*).,, Hæc e
Gregorius. Ecce quod ubique minorem fratrem
Paulum appellat; Petrum majorem, & Apoſto-
lorum Principem Petrum, qui tanta ſe humili-
tate depreſſit, ut quaſi a memoria ſua omnia
dona, quæ acceperat, repulerit. Sed numquid
donum humilitatis? Non, ſed Primatum Apo-
ſtola-

(*a*) Hoc argumentum adverſus Petri Primatum protulit Nilus Theſſalonicenſis Epiſcopus, anno Domini 1340. famoſus, & infenſiſſimus Latinorum hoſtis in libro ſuo *de Primatu Papæ*. Ex iſto lutulento gurgite ſuam forte epotavit Wicleffus inſaniam. Certe poſt *Wicleffum Matthias Illyricus* ex *Nili* verbis, quæ non parum depravat, totis conatur lacertis Petrum e Primatu ſuo dejicere. In eamdem ſententiam incidit *Calvinus* lib. 4. *Inſtit.* cap. 7. §. 19. 20. & 21. quam leviſſimis argumentis roborare præſumit: & refellitur a Bellarmino *de Rom. Pont.* lib. 2. cap. 28.

(*b*) Sic habet Auguſtinus Epiſt. 19. *ad Hieronymum*, dicens, quod non reprehendit Paulus Petrum, quomodo Majores, ſeu Judices, de minoribus & ſubditis ex authoritate judicant, ſed quomodo minores interdum fratres, majores ſuos ex fraterna charitate corripiunt.

(*c*) Solvit hoc loco objectionem, quæ ex citato Hieronymi teſtimonio adduci poſſet. Et quia Sanctus Gregorius paulo ante citatus culmen Apoſtolatus in Petro deſignavit, ideo dicit quod Chriſtus in Paulo limitavit paritatem miniſterii cum Petro, cui culmen Apoſtolorum ſuper omnes delatum eſt.

(*d*) Jam tunc invaluerat apud nonnullos opinio, quod non Petrus, ſed Sanctus Martialis, qui *Cephas* pariter alicubi inſcribitur, fuerit a Paulo reprehenſus. Vide dicta jam ſupra in notis ſuper Epiſtolam Waldenſis ad Martinum V. Pontificem Maximum.

(*e*) Ibi proſequitur Gregorius contra eos, qui alium, quam Petrum Apoſtolum, a Paulo correptum fingunt.

ſtolatus, Clavium poteſtates quas prædixit. Ut quid iſta? ut unum fortiter humilitatis donum teneret. Aliud eſt ergo donum Primatus Apoſtolici, aliud humilitatis in perſona Petri: ſed primum a ſe pene repulit, ut ſecundum fortius cuſtodiret. De hoc etiam ſimiliter ait Beda, exponens textum illum Petri prædictum, *Sicut chariſſimus noſter Paulus*, exponendo eamdem Canonicam, BEDA. Ecce „ (inquit) primus Apoſtolorum, quaſi oblitus ſui „ Prioratus, & datarum ſibi clavium regni cœ„ leſtis, datam Paulo ſapientiam miratur; quia „ nimirum moris eſt electorum, ut aliorum „ magis quam ſuas mirentur virtutes, per quas „ ſe ad profectum excitent. „ Hæc ille. Hic primum Apoſtolum Petrum appellat, & Prioratus ſui pene oblitum decernit. Qua ratione? Quia ſic Paulum glorificat. In comparatione ergo Pauli, Petri Prioratum accepimus: in comparatione autem Petri, Pauli poſterioritatem quæramus. Auguſtinus in expoſitione Epiſtolæ ad Galatas, tractans dictum illud Apoſtoli, *Quemadmodum gentes cogis judaizare*, AUGUSTINUS. Huc (inquit) accedit, quod firmitas & „ charitas Petri, cui ter a Domino dictum eſt, „ *Amas me? Paſce oves meas*, objurgationem „ talem poſterioris Paſtoris pro ſalute gregis „ libentiſſime ſuſtinebat. „ Hæc ille. Hic habes Paulum *poſteriorem* Paſtorem. Jungantur iſta ſibi, & habebis poſteriorem Apoſtolum Paulum, & Priorem Paulo Petrum. Nec ſugam capiat Wicleffus in prioritate temporis; cum ex illa præferri non debuit aliquis Apoſtolorum Paulo. Et idcirco ſemel ait Paulus ad Galatas II. quod non eſt acceptor perſonarum Deus, ſicut exponit Hieronymus hoc idem in *annotationibus* ſuis. HIERONYMUS. Deus (inquit) perſo„ nam hominis non accipit, ideſt, non mihi „ cura eſt, quod cum Domino ambulaverunt, „ QUIA NEQUE TEMPUS PRÆJUDICAT FIDEI, ne„ que perſona labori. „ Hæc ille. Sed nec hoc ſupponamus ignoraſſe Bedam, vel latuiſſe Auguſtinum, quod prioritas temporis, vel ſenii, vel familiaritatis, vel reverentiæ perſonalis, non argueret condignam prioritatem, vel poſterioritatem inter coæquales Chriſti coapoſtolos, ſed præſidentia poteſtatis.

Petrus ſuæ obliviſcitur dignitatis, ut humilitatem cuſtodiat.

3. Pet. 3. 15.

Beda To. 5. pag. 1006.

Gal. 2. 14.

Auguſtinus To. 3. pag. 949. num. 15.

Joan. 21. 15.

Humilitatis exemplum in Petro.

* Hieronymus To. 11. pag. 983.

CAPUT IV.

Quod Petrus præferri debet Jacobo Hieroſolymorum Epiſcopo.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Jacobus major fuit Petro, (dicit Wicleffus) & qua movebatur ratione.*
2. *Rejicitur hæretici poſitio, probaturque rei veritas.*
3. *Petrum Jacobo majorem eſſe probatur.*
4. *Cujuſdam Scripturæ loci verus ſenſus exponitur, quem Wicleffus in ſui favorem, male intelligendo, ſumere poterat.*

1. CUm ergo ſatisfecit iſte, quantum in ipſo erat, ne eminentior eſſet Petrus Paulo, jam brevi verborum claſſe Sancto Jacobo Petrum ſubſternit, dicens prædicto libro *de Chriſto & Antichriſto*, cap. VI. WICLEFFUS. Patet „ (inquit) ſecundo, quod iſti tres principales „ Apoſtoli * non contulerunt ſenſum, vel no„ titiam Evangelii Sancto Paulo; ſed quod Ja„ cobus, qui erat Epiſcopus Hieroſolomytanus, „ ubi Chriſtus fuit Epiſcopus, a Deo in hoc „ Evangelio Simoni antefertur. „ Hæc Wicleffus. Et eſt una rationum improbantium prælationem Sancti Petri. Ubi autem in Epiſtola ad Galatas fuit Petro Jacobus antelatus *, non mihi occurrit; niſi forte vires habere perpendat, quod dicitur ibi: *Cum cognoviſſent gratiam, quæ data eſt mihi, Jacobus, Cephas, & Joannes, qui videbantur eſſe columnæ &c.* ubi quia primo recitatus eſt *Jacobus*, quam *Cephas*, majoritate Jacobum arguat anteferri. Sed o tunc pauperem theologum, pernicioſum magiſtrum, & inopem rationum, qui in tantam egeſtatem incidit motivorum, ut præcipitaturus Sanctum Petrum de cathedra capitali, ab ipſa grammatica poſitione vindicat argumentum! *A Deo* (inquit) *in hoc Evangelio Jacobus Simoni antefertur*. Quomodo? Cum ſic ſcibitur: *Jacobus, Cephas, & Joannes*.

Wicleffus.

* Petrus Jacobus & Joannes.

* ut jactabat Wicleffus.

Gal. 2. 6.

2. Sed ſi vis, audi loquentem Deum, & ponentem ordinem inter Apoſtolos *Matth.* X. Apoſtolorum (inquit) nomina ſunt hæc: *Primus Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater ejus:* ubi Jacobus tuus a Beato Petro occupat nonum locum. Et credis ne ipſum * ſine cauſa ſic exorſum, *Primus Simon, qui dicitur Petrus*, & ſubſcripſit coetum Apoſtolorum, nullum ſcribens ſecundum, niſi quod omnes fuerunt ſecundi futuri Petro, etiam ad omnes retinenti Primatum? Hieronymus enim de hoc loco in *Commentario* ſuo dicit, HIERONYMUS. Ordinem Apoſtolorum, & meritum uniuſ„ cujuſque, illius fuit diſtribuere, qui cordis „ arcana rimatur. „ Hæc ille. Lucas inſuper Pauli diſcipulus, inſtinctu Dei dicit: *elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominavit: Simonem, quem cognominavit Petrum, & Andream &c.* Idem etiam *Actuum* I. *Ad cœnaculum aſcenderunt, ubi manebant Petrus & Joannes &c.* Si ſcribendi ordinem in poſtpoſitione Petri notaſti, etiam frequenti antepoſitioni Petri quandoque præſtes aſſenſum. Etſi omnino de hoc Evangelii loco contenderis, nota quod non quidem in ordine ſcribendi, ſed in ordine faciendi, ab ipſo Paulo nonniſi poſt Petrum Jacobus viſitatur: *Poſt annos tres* (inquit) *aſcendi Hieroſolymam videre Petrum, & manſi apud eum diebus quindecim*. Occaſionaliter autem infert Jacobum, dicens: *alium autem Apoſtolorum neminem vidi, niſi Jacobum fratrem Domini*. At ſi ſine viribus nec ipſum dictionum ordinem eſſe contendas, placeat ut Spiritus Sanctus Jacobum ob virtutes egregias ante alios Apoſtolos quandoque velit inſcribi, quem primo omnium Apoſtolorum ſtatuit Epiſcopum Sancti Loci: quod non abs re eſt, cum ideo etiam *fratrem Domini* eum voluit appellari. Sic enim docet Hieronymus in Epiſtola *, & habet Anſelmus * in gloſſa ſuper hunc locum, HIERONYMUS. Frater (in„ quit) Domini Jacobus (*a*) dicitur propter mo„ res egregios, & incomparabilem fidem, ſa„ pientiamque non mediam; & quia primus „ illi Eccleſiæ præfuit, quæ prima in Chriſtum „ credens, congregata eſt ex Judæis. „ Hæc ille. Particulariter igitur cenſeo Jacobum cæteris præponendum, interdum ob reverentiam ſacri loci, cui particulariter præſidebat. Petrus generalius præfertur, cui generalis præſidentia indulta eſt, dicente Chryſoſtomo *ſuper Joan.* homilia LXXXVII. declarans in principio quomodo omnes alios Apoſtolos præteriens Jeſus, ſoli Petro de paſtu ovium loquebatur, eo quod erat *Vertex* Apoſtolorum, CHRYSOSTOMUS. Si vero (in„ quit) dixerit quis, qualiter ergo Jacobus thro„ num

Matth. 10. 2.

* Cod. Vet. Chriſtum.

Jacobus in ordine Apoſtolorum nonus.

Hieronymus To. 7. pag. 56.

Luc. 6. 13.

Act. 1. 13.

Jacobus poſt Petrum viſitatur a Paulo.

Gal. 2. 1.

Ibid. 1. 19.

Quare Jacobus aliquando ante alios nominetur Apoſtolos.

* ad Gal.

* Laudunenſis.

Hieronymus To. 7. pag. 396.

Qua ratione Jacobus dicatur frater Domini.

(*a*) Parentes habuit *Cleopham*, alio nomine *Alphæum*, & *Mariam* Beatæ Virginis germanam: quare Jeſu Chriſti conſobrinus habebatur.

„ num aſſumpſit Hieroſolymorum? Illud utique „ dicam, quoniam hunc, ideſt Petrum, orbis
Pag. 429. a „ terrarum intrhonizavit magiſtrum(*a*).„ Hæc ille. Et *hom.* LXXIII. tractans quomodo Petrus
Petrus ob multum amorem contradicebat Chriſto. multoties contradixit Chriſto, MULTUS (inquit) AMOR CONTRADICTOREM eum fecit Chriſti; „ ſed ſobrium facit eum de cætero, ut non in „ his, quæ poſt contingent, talia patiatur, cum „ orbis terrarum diſpenſationem ſuſciperet.„ Hæc ille. Hujus authoritatem ſequebatur Bernardus, dicens ad *Eugenium* *, BERNARDUS.
* Papam III. ‡ Bernardus Lib. 2. de conſid. cap. 8. pag. 428. „ Denique Jacobus, qui videbatur columna „ Eccleſiæ, una contentus eſt Hieroſolyma, Petro univerſitatem cedens. Pulchre vero ibi „ poſitus eſt ſuſcitare ſemen defuncti fratris, „ ubi occiſus eſt ille. Nam dictus eſt *frater Domini*. Porro cedente Domini fratre, quis ſe „ ultro ingeret Petri prærogativæ?„ Hæc ille.

3. Quid ergo antelatum Simoni Beatum Jacobum eſſe contendis? Non erat Sanctus Pau-
b lus (*b*) talis intruſor; vices tibi gratiarum non faciet, quod eum antecedere dixeris Sanctum Petrum, qui Petro cedere juſtum duxit; qui Petri prærogativam augere maluit, quam auferre. Ad hanc etiam probationem generalis prælationis Petri accedit, quod cum Major non benedicitur a Minore, ſed ſecundum regulam Apoſtoli, ſine contradictione quod minus eſt a
Hebr. 7. 7. majore benedicitur, Sanctus Jacobus a Beato Petro, adjunctis illi Jacobo & Joanne germanis, conſecratur Hieroſolymorum Epiſcopus. Unde Anacletus ſucceſſor Clementis in Decre-
* Anacletus Papa I. apud LabbeumTo. I. Concilior. pag. 522. Diſt. 64. Ordin. Epiſcopor. tis ſuis cap. I. diſt. LXXV. ANACLETUS. Ordi- „ nationes Epiſcoporum auctoritate Apoſtolica „ ab omnibus, qui in eadem Provincia fuerint, Epiſcopis ſunt celebrandæ; qui ſimul „ convenientes, ſcrutinium diligenter agant, „ jejuniumque cum omnibus precibus celebrent, „ & manus cum Evangeliis, qui prædicaturi „ ſunt, imponentes, Dominica die, hora tertia orantes. -- Et infra -- Porro in Hieroſolomytanorum Eccleſia primus Archiepiſcopus „ Beatus Jacobus, qui dicebatur *juſtus*, & ſecundum carnem *frater Domini* nuncupatus „ eſt, a Petro, Jacobo, & Joanne, Epiſcopus „ eſt ordinatus.„ Hæc ille. Et Anicetus in Decretis, cap. I. allegans idem decretum Anacle-
*Anicetus Papa I. apud Labbeum To. I. Concilior. pag. 585. ti, ANICETUS. De ordinationibus (inquit) Epiſcoporum, ſuper quibus nos conſulere voluiſtis (*c*), olim in ſcriptis Sancti Prædeceſſoris
c „ noſtri Anacleti quædam jam decreta reperimus. Scimus enim Beatiſſimum Jacobum, „ qui dicebatur *juſtus*, qui etiam ſecundum „ carnem *frater Domini* nuncupatus eſt, a Petro, Jacobo, & Joanne Apoſtolis, Hieroſolymorum Epiſcopum eſſe ordinatum. Si autem non minus quam a tribus Apoſtolis tantus vir fuit Epiſcopus ordinatus, patet profecto, eos formam, inſtituente Domino, tradidiſſe, non minus quam a tribus Epiſcopis, „ Epiſcopum ordinari debere.„ Hæc ille.

4. Et Clemens in ſexto libro *Diſputationum* idem dicit. Quod ſi dicas, nihil amplius hic dici pro Petro, quam pro duobus reliquis Jacobo & Joanne, jam liceat argumento tuo
Matth. 9. 1. uti, quod in his omnibus Petrus aliis antefertur: & hoc non a ſe, ſed a Sancto Spiritu habuiſſe in Scripturis, dicente de eo Matthæi IX.
Aſſumpſit Jeſus Petrum, Jacobum, & Joannem. Matth. 26. 37.
-- Et iterum -- *Aſſumpto Petro, & duobus filiis* Marci 5. 37.
Zebedæi. Et Marci V. *Non admiſit quemquam* Ibid. 3. 16.
ſequi eum, niſi Petrum, Jacobum, & Joannem.
A Et Marci III. Primo Simoni Petro nomen impoſuit, & deinde alii * vocabulum *Bonargetis* * Subaudi Jacobo.
(*d*): & vix locus eſt, ubi primo non præponi- d
tur Petrus aliis: ergo regulariter major eſt Pe- In Scripturis Petrus regulariter aliis præponitur Apoſtolis.
trus. Quod ſi hæc ratio noſtra communis æſtimetur, adjiciatur hoc pondus, quod in electionibus, conſecrationibus, famoſis Conciliis, ſemper Petrus præcellit. Nam Petrus Apoſtolus erat: quis ei Apoſtolorum manus impoſuit? Petrus Romæ primus Epiſcopus extitit; quis
B unquam Apoſtolorum eum hactenus conſecra- Act. 13. 2.
vit? Paulus autem ſegregatur, & Barnabas, in Apoſtolatum; non tamen quouſque eſſent Beati Petri, & aliorum, manuum impoſitione protecti *. Matthias ad Apoſtolatum eligitur, ubi Forte legendum provecti.
Petri primo authoritate, ſimul & exhortatione Act. 1. 26.
oratio (*e*) diſpenſatur. Jacobus Epiſcopus ordi- e
natur; ſed cum & ipſe eſſet Apoſtolus, Petri tamen primo benedictione perfunditur. Quod ſi nihil amplius authoritatis Petro convenit, quam cæteris, cur ipſe in Pontificatione Antiochiæ, & demum Romæ, aliorum non eſt inſtitutioni ſubjectus? Profecto cum cauſa perquiritur, non alia reſtat, quam illa prædicta Apo- Hebr. 7. 7.
ſtoli, quod ſine ulla contradictione quod minus eſt a Majore benedicitur. Et quia in hoc
C Evangelio Pauli gloriaris Petro Jacobum ante- Gal. 2. 19.
ferri, noverit ſubtilis ſcrutator hujus Evangelii, Beatum Petrum in hoc ipſo loco & Jacobo & Paulo, & univerſis Apoſtolis, fuiſſe Principem, & Prælatum. Quod enim dicit hic Paulus aſcendiſſe ſe cum Tito & Barnaba exponere eis Evangelium, ad Concilium Apoſtolorum (*f*) aſcendit de ceſſatione legalium; quod f
habetur clare Actuum XV. Quis autem & quantus erat in prædicto Concilio Sanctus Petrus, plane ſcribit Hieronymus in Epiſtola *ad Auguſtinum*, inter Epiſtolas X. brevi ſermone totam
tangens * hiſtoriam: HIERONYMUS. Cum mul- * al. cingens. Hieronymus To. 2. Epiſt. 112. pag. 736. num. 7.
D „ to poſt tempore Paulus & Barnabas veniſſent „ Antiochiam, & congregata Eccleſia retuliſ-
„ ſent *quanta feciſſet Deus cum illis, & quod* Act. 14. 21.
„ *aperuiſſet Deus gentibus oſtium fidei: quidam* „ *deſcendentes de Judæa docebant fratres, atque*
„ *dicebant: Niſi circumcidamini ſecundum le-* Act. 15. 1.
„ *gem Moyſi, non poteſtis ſalvi fieri. Commota* „ *ergo ſeditione non minima adverſus Paulum &* „ *Barnabam, ſtatuerunt aſcendere*, & ipſi qui accuſabantur, & ji qui accuſabant, *ad Apoſtolos & ad Preſbyteros Hieroſolymam ſuper hac* „ *quæſtione. Cumque Hieroſolymam perrexiſſent*, „ *exſurrexerunt quidam de hæreſi Phariſæorum*,
E „ *qui crediderant in Chriſto, dicentes: Oportet* „ *circumcidi eos, & præcipere illis, ut ſervent* „ *legem Moyſi: & ſuper hoc verbo, cum magna quæſtio oriretur, Petrus* ſolita libertate, „ *viri* (inquit) *fratres, vos ſcitis quia ab antiquis diebus in vobis elegit Deus per os meum* „ *audire gentes verbum Evangelii, & credere.* „ *Et qui novit corda Deus, teſtimonium perhibuit,* „ *dans*

(*a*) *Bernardus de Moutfaucon* hanc appoſite magis ſic vertit ſententiam: *Quod ſi quis dixerit, Cur ergo Jacobus Jeroſolymorum thronum accepit: Reſpondebo ei Petrum non throni hujus, ſed totius Orbis Doctorem a Chriſto ſtatutum fuiſſe.*

(*b*) *Non erat Sanctus Paulus talis intruſor.* His verbis intendit reſumere allegata a Wicleffo Apoſtoli verba ad Galatas 2. 6. & citata jam ſupra num. 2. Quibus, ut jam probavit, Paulus nunquam voluit in Primatu Petri intrudere Jacobum.

(*c*) Loquitur ad Galliæ Epiſcopos, ad quos eſt hæc Epiſtola.

(*d*) Rectius *Boanergetis*, ideſt, *filii tonitrui*. Hoc nomine vocavit Chriſtus Jacobum filium Zebedæi, *Marci* 3. 17.

(*e*) *Oratio*, quæ per Apoſtolicam inſtitutionem in ordinatione Epiſcopi dicebatur.

(*f*) Synodorum omnium proprie dictarum prima, Jeroſolymis ab Apoſtolis circa annum Chriſti 47. celebrata. Nam plures alias Apoſtolorum Synodos, quas Scriptores Sacri commemorant, nempe Jeroſolomytanam circa electionem Matthiæ Apoſtoli, an. Chriſti 33. paulo poſt Domini noſtri in cœlum aſcenſum: alteram itidem eodem loco in feſto Pentecoſtes habitam; ne de aliis dicam; improprie Concilia aut Synodos vocari; & piorum potius fuiſſe Conventus, quam cœtus Synodales, nonnulli advertunt eruditi viri.

„ *dans illis Spiritum Sanctum, ſicut & nobis,*
„ *& nihil diſcrevit inter nos & illos, fide pu-*
„ *rificans corda illorum. Nunc autem quid ten-*
„ *tatis Deum, imponere jugum ſuper cervices*
„ *diſcipulorum, quod neque Patres noſtri, neque*
„ *nos portare potuimus? Sed per gratiam Domi-*
„ *ni noſtri Jeſu Chriſti credimus ſalvari, quem-*
„ *admodum & illi. Tacuit autem omnis multi-*
„ *tudo;* & in ſententiam ejus Jacobus Apoſto-
„ lus, & omnes ſimul Presbyteri tranſierunt.
„ Hæc non debent eſſe moleſta lectori, ſed & mihi,
„ & illi utilia, ut probemus ante Apoſtolum Pau-
„ lum non ignoraſſe Petrum; immo ipſum prin-
„ cipem eſſe hujus decreti, legem poſt Evan-
„ gelium non eſſe ſervandam. Denique tantæ
„ Petrus auctoritatis fuit, ut Paulus in Epiſto-
„ la ſua ſcribat: *Deinde poſt annos tres veni*
„ *Hieroſolymam videre Petrum.* „ Hæc Hiero-
nymus. Nonne jam habetis Petrum in gene-
rali Concilio Apoſtolorum Principem definire
ſententiam; & Jacobum, & omnes in defini-
tione præcedere? At ſi Præſidens ibi & Primus
non eſſet, procax eſſet, eo quod in abſolutione
diſſidii, & in definitione ſententiæ, ſingulos præ-
veniret. Sed Hieronymus dicit ſe probaſſe, non
ignoraſſe beatum Paulum, quod Beatus Petrus
hujus decreti princeps tunc eſſet. Leviter ergo
Scripturas intelligunt, qui dicunt Beatum Ja-
cobum in prædicto Concilio decreti judicem &
authorem, pro eo quod diceret ſubſequenter:
Propter quod ego judico non inquietari eos &c.,
cum iſta non fuerit ſententia nova, ſed confeſ-
ſio in primam. Ideo dixit ſingulariter, *Ego ju-
dico*. Et ideo Hieronymus ſupra dixit: *in ſen-
tentiam Petri Jacobus & omnes ſimul Presbyteri
tranſierunt*. Sed ut mos eſt Eccleſiæ in moder-
nis Conciliis, definitam Papæ & Prælatorum
ſententiam, unum ex minoribus in advocatio-
ne, Statutum toti Eccleſiæ promulgare: ita fas
eſt intelligere Jacobum tunc feciſſe. Pro certo
autem verum eſt, Petrum hujus tunc fuiſſe Prin-
cipem, & auctorem decreti. Unde ibidem in-
fra, HIERONYMUS. Nulli (inquit) dubium eſt,
„ quin Petrus Apoſtolus ſententiæ hujus, cujus
„ nunc prævaricator arguitur, primus auctor
„ extiterit: cauſa autem prævaricationis, ti-
„ mor eſt Judæorum. „ Hæc ille.

Gal. 1. 18.

Petrus in Concilio Apoſtolico author decreti de ceſſatione legalium, non autem Jacobus.

Act. 15. 19.

Hieronymus *Ibid. pag. 737. num. 8.*

CAPUT V.

Quod Petrus fuit univerſalis Magiſter poſt Chriſtum, & Caput Eccleſiæ.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Petrus non ſimpliciter, ſed humilitatis virtute cæteros antecelluit, ut dicit Wicleffus.*
2. *Petrus, ſecundum eumdem, non perſonaliter, ſed figurate Petra illa erat, de qua dicit Chriſtus.*
3. *Probatur in Petro magiſterii eminentia, Sanctorum teſtimoniis.*
4. *Deus non ſibi ſoli reſervavit eſſe Caput Eccleſiæ.*
5. *In Eccleſia duplex Caput invenitur, ut docet Wicleffus.*
6. *Reducitur hæreticus ad contradictionem.*

1. HIs viſis, incipit Wicleffus ſophiſticare cum Petro. Coactus enim ſibi videtur ex Scripturis, & aſſertionibus Sanctorum Patrum, ut quamdam excellentiam illi ſuper alios largiatur. Sed dum timet exceſſum, ſubtrahit quod eſt juſtum. In prædicto enim libro *de Chriſto & Antichriſto* cap. VI. WICLEFFUS. Re-

Wicleffus.

„ deundo (inquit) ad primum, patet logicis,
„ quod Petrus alios in aliquo excedebat, cum
„ notum ſit, quod verbum Chriſti ſingulariter
„ dictum Petro, fuit exemplar & doctrina ſe-
A „ quenti Eccleſiæ militanti. Sed ſi fuit Petri
„ excellentia ſimpliciter ſuper alios, hoc fuit ex
„ Dei gratia, & propter meritum humilitatis,
„ quæ floruit excellentius in hoc Petro. Petrus
„ enim dicitur aliqualiter fuiſſe *firmus* * in fide.
„ -- Sequitur -- Vanum eſt ergo vobis ex tali-
„ bus verbis Petrum ſimpliciter anteferre. „
Hæc ille.

* *Idem jam ſupra dixit cap. 1. num. 6.*

2. Vult dicere, quod Petrus habuit quamdam præeminentiam humilitatis, ſecundum quam figuravit Caput Eccleſiæ Chriſtum; & ſic fuit Princeps Eccleſiæ ſecundum illam virtutem, Paulus ſecundum aliam, Joannes ſecundum aliam: non tamen fuit generalis magiſter Eccle-
B ſiæ. Hoc enim exponit Wicleffus Tract. 11. *de ſermone Domini in monte*, cap. XVIII. Hinc
„ (inquiens) dicimus ad ſenſum catholicum,
„ quod Eccleſia Chriſti fundatur ſupra firmam
„ petram Eccleſiæ, quæ eſt Chriſtus, cum ipſe
„ dicat: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram
„ ædificabo Eccleſiam meam; non intelligen-
„ do quod Petrus erat perſonaliter illa petra,
„ ſed quod Petrus figurative dicebatur a Pe-
„ tra, quæ eſt Chriſtus, ſuper quam petram eſt
„ Eccleſia catholica erigenda. Sicut autem Pe-
„ trus habuit quamdam figuram præeminentiæ
C „ hujus capitis & fundamenti Eccleſiæ, ſic Ja-
„ cobus, qui fuit tamquam Chriſtus, Epiſco-
„ pus Hieruſalem; & Joannes, qui, ſicut Do-
„ minus, perpetuo virgo manſit; & breviter
„ quicumque Apoſtoli, vel Sancti, habent
„ quamdam dignitatem, per quam figurant ſin-
„ gulariter Caput ſuum; & ad hoc quidam re-
„ ferunt ſententiam hujus textus, *Non eſt in-*
„ *ventus ſimilis illi.* „ Hæc ille. Videtis qualiter implicat ſe, qualiter fugiat veritatem. Quid hoc eſt ad poteſtativum Principatum Eccleſiæ, quo per claves ſibi datas dignos admittat, & indignos a regno ſecludat *? Aliud eſt diſputare de merito, aliud de miniſterio; aliud de poteſtate, aliud de veritate. *Non* (inquit) *aliam præeminentiam habuit Petrus*. Sed quomodo ergo Petrus magiſter Eccleſiæ ſecundum humilitatem? Sed quomodo Paulus ſecundum cha-
D ritatem? Plus enim omnibus laboravit. Major ergo Petro Paulus, ſicut charitas major cæteris virtutibus univerſis. *Ideo dixi* (inquit) *vanum eſt ex talibus verbis Petrum ſimpliciter anteferre*.

Wicleffus.

Eccli. 44. 20.

* *Conſule dicta jam ſupra, cap. 1. num. 3. &c.*

1. Cor. 15. 10.

3. Procul, procul ſint ab Eccleſia Dei hæc ſuperſtitioſa phantaſmata. Scrutemur autem certiores magiſtros Eccleſiæ, qui de magiſterio Petri ſecundum Scripturas nos doceant veritatem. In Evangelio Matthæi legimus, quod poſtulatus Chriſtus ſolutionem tributi, Petrum ad os piſcis delegat, *aperto ore ejus* (inquiens) *invenies ſtaterem: illum ſumens, da eis pro me*
E *& te*. Ambroſius exponit, *quia penſa didragmæ erat ſolutio Capitis*. Non enim, niſi a Capite familiæ exactum eſt tributum illud. Cum ergo ſolus Chriſtus Caput eſſet Collegii, quid in ſolutione tributi annexuit ſibi Petrum? Quod ſi Petrum in ſolutione conjunxit, quia ſecundum quamdam virtutem præcellere debuit & figurare Chriſtum Caput; cur ergo non miſit & Jacobum, qui Sacri Loci Paſtor futurus erat, & ſecundum hoc, ut dicis, figurativus Capitis? Cur non Joannem, qui etiam in eminentia caſtitatis figuraturus erat idem Caput Chriſtum? Fictiones amplius non expecto; ad inſtructionem fidelium me converto. Doceat nos egregius Auguſtinus, quam prærogativam contulit

Matth. 17. 26.

Ambroſius *To. 1. lib. 4. ſuper Luc. pag. 1354.* A capite familiæ exigebatur tributum.

Chri-

Cur tantum pro ſe & pro Petro Chriſtus ſolvit tributum.

* Auguſtinus To. 3. in App. quæſt. 75. pag. 73.

* M. cauſa.

Matth. 26. 41.

Luc. 22. 31.

* M. & vulg. aliquando.

Joan. 17. 9.

Chriſtus Petro in cenſu dictæ didragmæ(a)? Movet enim ipſe quæſtionem hanc, cur Salvator tantum pro ſe & Petro ſolvit didragmam, libro *de quæſtionib. novi & vet. Teſtam. quæſt.* LXXIX.[a] & ſolvit: AUGUSTINUS. Salvator (inquit) cum pro ſe & Petro dari jubet didragmam, pro omnibus ſolviſſe videtur: quia ſicut in Salvatore erant omnes cauſæ * magiſterii, ita & poſt Salvatorem in Petro omnes continentur. Ipſum enim conſtituit eſſe Caput eorum, ut Paſtor eſſet gregis Dominici. Nam inter cætera dicit diſcipulis: vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Et Petro dixit: Ecce ſatanas expoſtulavit, ut vos ventilet tamquam triticum: ego autem rogavi pro te, ne deficiat fides tua: & tu tandem* converſus confirma fratres tuos. Quid ambigitur? Pro Petro rogabat: pro Jacobo & Joanne non rogabat, ut de cæteris taceam. Maniſeſtum eſt in Petro omnes contineri, quia & alio loco dicit: Ego pro his rogo, quos dediſti mihi; & volo ut ubi ego ſum, & iſti ſint mecum.„ Hæc Auguſtinus. Benedicta ſententia, quæ ſic ſerenavit alta Scripturæ. Primo habes, quod in Petro poſt Chriſtum ſunt omnes cauſæ magiſterii, quemadmodum in Salvatore: plenus ergo, & non partialis magiſter Eccleſiæ Sanctus Petrus. Partialis eſt magiſter, qui ſolum de humilitate, vel fide, magiſterium continet: non ſecundum omnes cauſas magiſter eſt, ſi magiſterium innocentiæ non Petro, ſed Joanni: magiſterium abſtinentiæ non Petro, ſed Jacobo reſervavit. Si ergo ſecundum omnes cauſas magiſter eſt Petrus, magiſter ergo eſt omnis fidei, innocentiæ, caſtitatis, parſimoniæ, charitatis, tolerantiæ: & nulla erit virtus, cujus cuſtos, cujus magiſter non fuerit Sanctus Petrus. At quidquid Petro negaveris poſt Chriſtum, Chriſto negaſti. Sic enim Auguſtinus jam dixit: *Sicut in Salvatore erant omnes cauſæ magiſterii; ita & poſt Salvatorem in Petro omnes continentur.* In tribus enim conſummatur Chriſti magiſtratus officium; quia aut ſanctis exhortationibus allicit, qualiter & turbas & Apoſtolos docuit; aut verberibus terret, ſicut vendentes ejecit: aut proſtratis indulget, ſicut Magdalenæ, Petro, & adulteræ.

Confer cum dictis ſupra num. 2.

Omnium virtutum magiſter eſt Petrus.

Triplex potentia Petri ſuper univerſam Eccleſiam.

Hanc autem tripartitam etiam Chriſtus ſuper Eccleſiam univerſam & Apoſtolos Petro contulit potentiam magiſterialem, docendi, puniendi, & indulgendi: & in his conſiſtit materia poteſtatis. Forma vero, quemadmodum dixit Auguſtinus, *ſicut & in Salvatore*, CUJUS MAGISTERIUM FUIT MINORITAS, cujus dominatio ſervitus, & cujus præcellentia miniſtrare. Ne putent infirmi, Petri magiſterium eſſe ad modum ſæculi, quod Chriſtus ſibi conſtituit in cenſu didragmæ, qui fuit tunc error diſcipulorum Chriſti, ut in *Commentario* ſuo ſuper illud Matth. XVIII. *In illa hora acceſſerunt diſcipuli ad Jeſum*, notat HIERONYMUS. Poſt inventum ſtaterem, poſt tributa reddita, quid ſibi vult repentina Apoſtolorum interrogatio? *In illa hora acceſſerunt diſcipuli ad Jeſum, dicentes: quis putas major eſt in regno cœlorum?* Quia viderant pro Petro & Domino idem tributum redditum, ex æqualitate pretii arbitrati ſunt omnibus Apoſtolis Petrum eſſe prælatum, qui in redditione tributi Domino fuerat comparatus. Ideo interrogabant: Quis major eſt in regno cœlorum? Videnſque Jeſus cogitationes eorum, & cauſas erroris intelligens, voluit deſiderium gloriæ, humilitatis contentione ſanare; *& advocans Jeſus parvulum, ſtatuit eum in medio eorum.*„ Hæc Hieronymus. Error ergo diſcipulorum in materia prælationis Petri, & majoritatis Eccleſiæ, fuit deſiderium gloriæ, CUM NON SIT GLORIÆ, SED lachrymæ potius rata majoritas.

Matth. 18. 1.

Hieronymus To. 7. lib. 3. pag. 117.

Matth. 18. 2.

Quid ſit prælatio Eccleſiaſtica.

Luc. 22. 26.

Luc. 22. 25.

Bernardus Lib. 2. de conſid. cap. 6. pag. 425.

Luc. 22. 26.

* M. junior.

* M. ſicut qui miniſtrat.

Luc. 22. 27.

1. Cor. 11. 23.

Pſal. 138. 17.

Prælatio eſt, majoritas eſt, præcellentia eſt, etiam aliquale dominium eſt, ſed prælatio humilitatis ut parvuli; majoritas obſequii, *qui major eſt veſtrum, erit omnium ſervus*; præcellentia miniſterii, *& qui præceptor, tamquam miniſtrator:* & vere Dominium tantummodo ſervitutis: *reges enim gentium dominantur eorum; vos autem non ſic.* Et Bernardus Papam alloquens Eugenium lib. II. BERNARDUS. Si regnare ſine Deo juvat, habes gloriam, ſed non apud Deum. At ſi tenemus interdictum, audiamus edictum: Qui major eſt veſtrum (inquit) ſiat ſicut minor*; & qui præceſſor eſt, tamquam miniſtrator*. Forma Apoſtolica hæc eſt: Dominatio interdicitur, indicitur miniſtratio, quæ & commendatur ipſius exemplo Legiſlatoris, qui ſecutus adjungit: *Ego autem in medio veſtrum ſum, tamquam qui miniſtrat.* Quis ſe jam titulo hoc inglorium putet, quo ſe prior Dominus gloriæ præſignivit? Merito Paulus in eo gloriatur, dicens: *Miniſtri Chriſti ſunt, & ego:* & addit: *ut minus ſapiens dico, plus ego* — Sequitur. — O præclarum miniſterium! quo non id glorioſius Principatu? Si gloriari oportet, forma tibi Sanctorum præfigitur, Apoſtolorum proponitur gloria. Parva ne tibi illa videtur? Quis mihi tribuat ſimilem fieri in gloria Sanctorum? Clamat Propheta: *Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt Principatus eorum.*„ Hæc Bernardus. Nec nos prætereat, quo minus audiat noſter Wicleffus Auguſtinum dixiſſe ſuperius, quoniam Chriſtus *conſtituit Petrum eſſe Caput Apoſtolorum.* Et quid refert quod non fuerit Caput totius Eccleſiæ militantis, ſi Caput fuit totius Eccleſiæ principium conſtitutum? Quo contra ipſe dixit in ſæpe dicto libello *de Chriſto & Antichriſto*, cap. V. WICLEFFUS. Videtur eſſe ſanum Catholico nec contendere de Petro, nec de aliquo Chriſtiano, quod ſit Caput alicujus Eccleſiæ, ſed hoc, tamquam proprium Domino reſervare.„

Epheſ. 5. 23.

1. Cor. 11. 3.

* Hieronymus To. 11. pag. 910.

Quod Petrus ſit Caput Eccleſiæ non derogat Chriſto.

Hebr. 5. 2.

Auguſtinus To. 8. pag. 850. num. 10.

4. Non exiſtimo hoc ſibi proprium Dominum reſervaſſe, cum per Apoſtolum ſuum Paulum, Caput mulieris virum voluit appellari; & non minus Caput viri Chriſtum, ſed & Caput Chriſti Deum, 1. Cor. 11. Et in *annotationibus* ſuis HIERONYMUS. Vir, ut liber, non debet habere velamen, cujus Caput eſt Chriſtus. Mulier debet eſſe velata, ut oſtendatur quia humilis eſſe debet & ſubjecta.„ Hæc ille. Quod ſi ſint tria Capita ſubordinata, Deus Chriſti, Chriſtus viri, vir mulieris, nec Deo præjudicat, quod unus ſit Caput mulieris, quamvis communiter acceptes quod vir ſit temporaneum Caput ejus; quare præjudicat Chriſto, ne ſit Caput totius Eccleſiæ militantis, permanens & æternum, quamvis Petrus poſt Chriſtum, poſt Petrum aliud ſit Caput ſubordinatum Chriſto temporaneum, & infirmitatis conditione conjunctum: de quali etiam Capite, dicto *Pontifice*, ſcribit Apoſtolus ad Hebræos: *Qui condolere poſſit his qui ignorant & errant, quoniam ipſe circumdatus eſt infirmitate?* Quid etiam, quod mens hominis Caput ejus dicitur per totam militantem & triumphantem Eccleſiam? Numquid hoc Chriſto præjudicat, qui ſibi nomen *Capitis* reſervavit? Auguſtinus dicit VI. *de Trinit.* cap. IX. AUGUSTINUS. Si enim mentem recte dicimus principale hominis, „ ideſt,

(a) Didragma vox græca, nummum ſignificans duarum Dragmarum: & ſolidos octo cum uno denario æquabat.

,, ideſt, tamquam Caput humanæ ſubſtantiæ,
,, cum ipſe homo cum mente ſit homo, cur
,, non multo congruentius, multoque magis
,, Verbum cum Patre, quod ſimul eſt Deus,
,, Caput eſt Chriſti; quamvis Chriſtus homo,
,, niſi cum Verbo, quod caro factum eſt, in-
,, telligi non poſſit? ,, Hæc ille. Et diffuſius de A
hoc XII. *de Trinit.* cap. VII. Et Gregorius ho-
mil. VII. *ſuper Ezechielem*, GREGORIUS. Non
,, immerito enim per Caput mentem intelligi-
,, mus, quia ſicut Caput corpus, ita mens a-
,, ctiones regit. ,, Hæc ille. Videas jam in fi-
,, ctis * ratiunculis quas feciſti, ſi mens præ-
ſtet corpori motum & ſenſum: quod ſi non
niſi mediante ſpiritu animali; quid impedit,
quod Sanctus Petrus non potuit eſſe *Caput* Ec-
cleſiæ, & omnis Succeſſor ejus legitimus, ſi ſpi-
ritualem ſenſum & motum gregis Chriſti præ-
ſtiterit ipſe; & quidem non ipſe, ſed gratia
Dei cum ipſo? Certe Beatus Hieronymus di- B
cit, quod benigniſſimus magiſter Chriſtus nihil
ſibi in vocabulis proprium reſervavit, tractans
hunc textum Abdiæ, *Aſcendent Salvatores mon-
tem Sion*, HIERONYMUS. Quomodo lumen Do-
,, minus *lucem* appellat Apoſtolos ſuos, & di-
,, cit, *vos eſtis lux mundi*, & ipſa Petra Pe-
,, tro donavit ut Petra ſit? Bonus quoque Pa-
,, ſtor illis Paſtorum largitus eſt nomina, Et
,, quodcumque dicitur *, ſervis tribuit ut di-
,, cantur. Sic ipſe Salvator Apoſtolos ſuos mun-
,, di voluit eſſe Salvatores, qui aſcenderunt
,, ſpeculam Eccleſiæ. ,, Hæc ille. Noli ergo
ad tuam invidiam metiri Dominicam charita- C
tem: neque enim *lucis*, neque *Petræ*, neque
Capitis, neque *Salvatoris* nomen; & quod ma-
ximum eſt, neque *Dei* vocabulum ſibi proprium
reſervavit, ut fingis, ſed conſentiente Hierony-
mo, *quodcumque dicitur*, *ſervis tribuit*, ut di-
catur benignus Dominus, profluus gratiarum.

Pag. 917. Gregorius *To. 1. lib. 1. pag. 1227.*
* *al.* inſutis.
Abdiæ 21. Hieronymus *To. 6. pag. 385.*
Matth. 5. 14. Deus nomina ſua hominibus tribuit.
* *M. addunt*, de eo.

5. Sed ut redeamus ad locum, unde diſceſſi-
mus, miror valde, ſi tamen non neſciam, in
multiloquio non deeſſe peccatum, quomodo di-
cat iſte *, ſanum non eſſe viro Catholico con-
cedere de Petro, nec de aliquo Chriſtiano, quod
ſit Caput alicujus Eccleſiæ; cum tamen ipſe con-
ceſſerit (neſcio an non *ſane*) duo capita citra D
Chriſtum, unum ſcilicet ſimplex, alterum ag-
gregatum totius Eccleſiæ militantis, in libro *de
Eccleſia, & membris ejus*, lib. II. cap. XI. ubi
poſtquam Chriſtum Caput dixerit ſecundo mo-
do, WICLEFFUS. Tertio modo (inquit) pro-
,, pinquius propoſito conceditur, quod omnino
,, in humano genere viante eſt unum Caput,
,, vel Capitaneus, per quem oportet reſiduum
,, regulari, qui eſt totum genus Capitaneorum,
,, quibus Deus ad hoc excellenter ſua bona di-
,, ſtribuit. Sed oportet continue eſſe unam per-
,, ſonam ſimplicem ante electionem vel autho-
,, ritatem humanam ad hoc a Deo ordinatam: E
,, Deus autem præficit talem, licet mundo abſcon-
,, dite, qui ſine ſuperbia, aut verborum ſtrepitu,
,, plus prodeſt Eccleſiæ (*a*). ,, Hæc Wicleffus.

* *Wicleffus ſupra num. 3. in fine.*
Wicleffus.
a

6. Dignus ergo Doctor Wicleviſtarum, qui
tam leviter contradictorium affirmat, & ſe ip-
ſum plane probat eſſe mentitum. At nonne
Apoſtolum audiſti dicentem 1. Cor. XII. *Non
poteſt dicere oculus manui: opera tua non indi-
geo; aut iterum Caput pedibus &c*, ubi *Caput*
Sacerdotem plebi dicit præpoſitum: pedes au-
tem perſonas ſubjectas? Unde in *annotationibus*
ſuis in eodem loco, HIERONYMUS. Hic Sacer-
,, dos eſt caput; & infirmi pedes Eccleſiæ. ,,
Hæc ille. Videtur ergo ſanum omni Catholi-
co, ſi ſic videtur ſanum Apoſtolo, & Expoſito-
ri ejus Hieronymo, concedere de aliquo Chri-
ſtiano, quod ſit Caput alicujus Eccleſiæ; quod
iſte dedocuit. Verumtamen quid impedit San-
ctum Petrum omnium Apoſtolorum principium *,
& columnam, ne dici poſſit Caput univerſitatis
fidelium, cum primus Angelus non impediatur
quin dici poſſit caput & principium creaturarum?
Auguſtinus enim ſic habet *ſuper Gen. ad lit.* in
eo libro, qui dicitur *Imperfectus*, cap. III. tra-
ctans hunc textum, *In principio fecit Deus cœ-
lum, & terram*, AUGUSTINUS. Ipſa (inquit)
,, prima creatura intellectualis poteſt dici prin-
,, cipium iis, quibus Caput eſt, quæ fecit Deus.
,, Cum enim recte appelletur principium Caput,
,, in illa gradatione Apoſtolus, mulierem tan-
,, tum * non dixit Caput alicujus. Nam & vi-
,, rum dixit Caput mulieris; & Caput viri Chri-
,, ſtum, & Caput Chriſti Deum: ita Creatori
,, creatura ſubnectitur. ,, Hæc ille. Ecce quod
ratio *principii* eſt ſufficiens ratio *Capitis* in il-
lo ordine.

1. Cor. 12. 21.
* Hieronymus *To. 11. pag. 915.*
* *Cod. Ferrarien.* primum.
Angelus poteſt dici principium creaturarum.
Gen. 1. 1. Auguſtinus *To. 3. pag. 95. num. 6.*
* *al.* tamen.
1. Cor. 11. 3.

CAPUT VI.

Quod Petrus eſt fundamentum Eccleſiæ poſt Chri-
ſtum, & Petra ſuper quam fundatur Eccleſia.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Petrus dicitur* Petra *Eccleſiæ tantum figurate, dicebat hæreticus.*
2. *Deſtruitur falſa hæc poſitio, oſtenditurque rei veritas.*
3. *Eccleſia fundatur ſuper Chriſtum, & ſuper Petrum, & quomodo.*
4. *Eccleſia, etiam fundata ſuper duodecim Apoſtolos.*
5. *Objicit Auctor contra ſe ipſum, & ſolvit.*
6. *Petrus eſt poſt Chriſtum fundamentorum fundamentum.*
7. *Divus Paulus ore proprio (ut teſtatur Dionyſius) Petrum fundamentum Eccleſiæ appellavit.*

1. AD ulteriorem fundationem Sacrorum An-
tiſtitum & miniſtrorum Eccleſiæ de-
ſcendere properantes, occurrens Wicleffus, &
magiſter ejus Guillelmus *, obloquiis & men-
daciis in Primum Petrum paſſim conjectis, ſta-
re compellunt. CREDIMUS ENIM, CLARUM NON
POSSE generare proceſſum, turpe vel anceps prin-
cipium. Iſti enim certatim quod poſſunt faciunt
ad excludendum Petrum a primi Paſtoris offi-
cio; cum dicat de eo Gregorius homil VII. *ſu-
per Ezechiel.* GREGORIUS. Bene primus bonus
,, Paſtor admonet, dicens: omnium finis appro-
,, pinquat: *Eſtote itaque prudentes, & vigilate
,, in orationibus.* ,, Hæc ille. Hoc tamen con-
corditer faciunt, ne Papa poſſit illa via (*b*)
poteſtatem ſuam arguere ſibi cœlitus eſſe com-
miſſam; nec volunt ipſum eſſe aliquale funda-
mentum Eccleſiæ, neque Petram aliqualiter,
ſuper quam ſpopondit Chriſtus ſe fundaturum
Eccleſiam (*c*). Unde, ut revolvamus quod ſu-
pra *

* *Guillhelmus Huſius.*
Gregorius *To. 1. lib. 1. pag. 1232.*
1. Pet. 4. 7.
b
c

(*a*) Vide infra cap. 39. 40. & 51. ubi doctrinam iſtam promovere ſtudet Wicleffus.

(*b*) Videlicet, *per ſucceſſionem a Petro.*

(*c*) De hoc pariter perverſe loquuti ſunt Lutherus lib. *de poteſtate Papæ*, Calvinus *lib. 4. Inſtit.* cap. 6. §. 6. Centuriatores lib. 1. *cent.* 1. cap. 4. aliique poſt Wicleffum hæretici. Vide quod jam ſupra, cap. 1. notatum eſt, de pravo ſenſu quo hanc detorquent Scripturam, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram &c.* Duplici autem ex cauſa Pontificiam ſic conantur ſubvertere poteſtatem. Primo, ut jure a Summi Præſulis obedientia ſe ſubtrahere videantur. Secundo, ut Eccleſiaſticam, quam valde ſemper oderunt, deſtruant Hierarchiam.

* Cap. præcedenti num. 2. Wicleffus.

pra * de eo poſuimus, ſecunda parte *de Serm. Dom. in monte*. cap. XXVIII. „ Dicimus (inquit) quod Eccleſia Chriſti ad ſenſum Catholicum fundatur ſupra Petram Eccleſiæ, „ quæ eſt Chriſtus, cum ipſe dicat Matth. XVI.

Matth. 16. 18.

„ *Tu es Petrus*, & *ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*. Non intelligendo quod A „ Petrus erat perſonaliter illa prima Petra metaphorica, ſed quod Petrus figurative dicebatur a Petra quæ eſt Chriſtus, ſuper quam „ Petram eſt Eccleſia Catholica erigenda. „ Hæc ille.

Petrus eſt perſonaliter, non tropice Petra.

2. Revera fides Petri docet oppoſitum; quod ſcilicet Petrus erat perſonaliter prima Petra metaphorica, ſuper quam immediate poſt Chriſtum tota fundaretur & erigeretur Eccleſia. Dicat Hieronymus, dicant Sancti Patres Eccleſiæ, in fide Petri tutiſſimi Præceptores, an non Petrus fuerit illa Petra, & per hoc fundamentum Eccleſiæ, ſuper quod Chriſtus ſuam fabricam B exorſus eſt. Hieronymus dicit ſuper illud Jerem. XVI. *Mittam eis multos venatores*, HIERONYMUS. Non ſolum (inquit) Chriſtus Petra, ſed Petro Apoſtolo donavit, ut vocaretur *Petra*. In cujus ſenſibus requieſcentes, „ recte dicuntur eſſe tranſlati de petra. „ Hæc ille. Idem etiam Hieronymus in *Comment.* Matth. XVI. tractans hunc textum, *Et ego dico tibi*, *quia tu es Petrus*, „ Sicut (inquit) „ ipſe lumen Apoſtolis donavit, ut lux mundi „ appellentur, & cætera quæ ex Domino ſortiti ſunt vocabula: ita & Simoni, qui credebat in Petram Chriſtum, *Petri* largitus eſt C „ nomen, ac ſecundum metaphoram Petræ, „ recte dicitur ei, *ædificabo Eccleſiam meam ſuper te*. „ Hæc ille. Ecce quod ſupradixi, Petrum eſſe perſonaliter illam Petram metaphoricam, cui dixit Dominus: *ædificabo Eccleſiam meam ſuper te*. Strictam ergo nimis fecit ſuppoſitionem illam logicam perſonalem, quæ non ſe extendit ad theologicam veritatem. Idem Hieronymus ibidem, tractans hunc textum, *Vade retro me Satana*, HIERONYMUS. Prudens „ lector inquirat quomodo poſt tantam beatitudinem, *Beatus es Simon Bar-iona:* Et *Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*; nunc „ audiat, *Vade retro me Satana* -- Subdit -- Sed „ conſideret qui hoc quærit, Petro illam benedictionem, & beatitudinem, ac poteſtatem, & ædificationem Eccleſiæ ſuper eum, „ in futuro promiſſam, non in præſenti datam. „ *Ædificabo* (inquit) *ſuper te Eccleſiam meam*. „ Hæc Hieronymus. Sed valde huic adverſari videtur, quod Auguſtinus exponit, non ſuper Petram Petrum, ſed ſuper Petram Chriſtum ædificaſſe Chriſtum ſuam Eccleſiam. Unde *ſuper Joan. Tract. ultimo*, AUGUSTINUS. Non (inquit) a Petro *Petra*, ſed *Petrus* a *Petra*; ſi- E „ cut *Chriſtus* non a *Chriſtiano*, ſed *Chriſtianus* a *Chriſto* vocatur. Ideo quippe ait Dominus: *ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*, quia dixerat Petrus: *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi*. Super hanc (inquit) Petram, quam confeſſus es, ædificabo Eccleſiam meam: Petra enim erat Chriſtus. „ Hæc ille. Idem *de verbis Domini Serm.* XIII. „ Tu es (inquit) Petrus, & ſuper hanc Petram, quam confeſſus es, ſuper hanc Petram, „ quam cognoviſti, dicens, Tu es Chriſtus Filius Dei vivi, ædificabo Eccleſiam meam. „ Super me ædificabo te, non me ſuper te. „ Hæc ille. Sed hac expoſitione non obſtante, Auguſtinus perpendit juxta literæ veritatem, prædictam explanationem eſſe acceptam & famoſam Eccleſiæ. Idcirco admittit ad electionem lectorem lib. *Retractationum*, cap. XXI. dicens,

Jerem. 16. 16. Hieronymus To.4.pag.954.

Matth.16. 18. Hieronymus To.7.pag.124.

Marci 8. 33. Hieronymus To.7.pag.127. Matth.16. 17. 18.

Auguſtinus Tract. 124. To.3.pag.822. num. 5.

Matth.16.17.

1. Cor. 10. 4. Auguſtinus To.5.ſerm.76. pag.415.num. 1.

Auguſtinus Lib.1.Retract. cap.21. To. 1. pag. 32.

AUGUSTINUS. Dixi quodam loco de Apoſtolo „ Petro, quod in illo, tamquam in Petra, fundata ſit Eccleſia; qui ſenſus etiam cantatur „ ore multorum in verſibus Beatiſſimi Ambroſii, ubi de gallo gallinaceo ait: *Hoc canente*, „ *ipſa Petra Eccleſiæ culpam diluit*. Sed ſcio „ me poſtea ſæpiſſime ſic expoſuiſſe, quod a „ Domino dictum eſt, Tu es Petrus, & ſuper „ hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam; ut „ ſuper hunc intelligeretur, quem confeſſus eſt „ Petrus, dicens: Tu es Chriſtus Filius Dei „ vivi: ac ſic Petrus ab hac Petra appellatus, „ perſonam Eccleſiæ figuraret, quæ ſuper hanc „ Petram ædificatur. Nec dictum eſt illi, Tu „ es Petra; ſed, Tu es Petrus: Petra autem „ erat Chriſtus. Harum autem ſententiarum „ duarum quæ ſit probabilior, eligat lector. „ Hæc Auguſtinus.

Matth. 16.18.

3. Mihi vero neutra expoſitio rejicienda videtur; ſed ſuper Chriſtum Petram primo & principaliter ædificatur Eccleſia ſecundum iſtam ſecundam: ſecundario vero, ſecundum formam quamdam vicariam, ſuper Petrum Petram, juxta expoſitionem primævam. Et idem Auguſtinus *ſuper Pſal.* LXXIX. AUGUSTINUS. Petrus, „ qui Paulo ante confeſſus fuerat filium Dei, „ & in illa confeſſione appellatus erat *Petra*, „ ſuper quam Eccleſia fabricaretur, paulo poſt, „ dicente Domino de futura paſſione ſua, ait: „ Abſit Domine; propitius tibi eſto. „ Hæc ille.

Auguſtinus In Pſal. 138. To. 4. pag. 1547.

Matth. 16.22.

4. At in quo dubitaremus hoc dicere, cum ſecundum Apoſtolum Paulum, non ſolum ſuper Petrum, ſed ſuper omnes Apoſtolos, immo & Prophetas, ſit Eccleſia Chriſti fundata? *Eſtis* (inquit ad Epheſios) *cives* & *domeſtici Dei ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum* & *Prophetarum*, *in ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu*. Et tamen Apoſtolorum cœtum idipſum inſcripſit, dicens: *Super fundamentum Apoſtolorum*, quos tamen in ratione fundandi primo deſcripſit: quia ſcilicet ſunt priora, & immediatiora nobis, quamvis tamen poſteriora ſimpliciter. Et quantum ad vocabulum *Petræ*, dicit *ſuper Lucam* libro VI. cap. II. AMBROSIUS. Magna Chriſti gratia, qui omnia pro„ pe vocabula ſua donavit diſcipulis ſuis. *Ego* „ *ſum* (inquit) *lux mundi*; & id tamen, quo „ ipſe gloriatur, diſcipulis nomen indulſit: *Vos* „ *eſtis lux mundi*. *Ego ſum panis vivus:* & *nos* „ *omnes unus panis ſumus*. *Ego ſum vitis vera:* „ & tibi dicit: *plantavi te vitem fructuoſam*, „ *omne ſemen verum*. *Petra eſt Chriſtus: bibebant autem de ſpirituali*, *conſequente eos Petra: Petra autem erat Chriſtus*. Etiam diſcipulo ſuo hujus vocabuli gratiam non negavit, ut & ipſe ſit Petrus, quod de Petra habeat ſoliditatem conſtantiæ, fidei firmitatem. „ Hæc Ambroſius. Ad idem etiam Hieronymus in Comment. Amos, tractans hunc textum, *Numquid currere queunt in petris equi?* HIERONYMUS. Petra (inquit) Chriſtus eſt, qui do„ navit Apoſtolis ſuis, ut ipſi quoque vocen„ tur Petræ, dicens: *Tu es Petrus*, & *ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*. Qui „ in iſtis petris fuerit, adverſariæ poteſtates, „ quæ appellantur equi, perſequi eum non poterunt, curſibus præpeditis, & per ſingulas „ petras corruentibus. „ Hæc Hieronymus. Et Origenes Homil. XI. *ſuper Jeremiam*, ORIGENES. Si conſideres (inquit) quid ibi Petra di„ catur, & foramen petræ, intelliges & cæteras „ petras, petrarumque foramina. Quæ eſt igitur Petra? Dominus Jeſus Chriſtus: *bibebant* „ *enim de ſpirituali*, *conſequente eos Petra:* &, „ *ſuper Petram ſtatuit pedes meos*. Quæro alias „ Pe-

Epheſ. 2. 20.

Quare Apoſtoli recenſentur primi in fundamento Eccleſiæ.

Ambroſius To. 1. pag. 1407. num. 97.

Matth. 5. 14.

Joan. 6. 1.

1. Cor. 10. 17.

Joan. 15. 1.

Jerem. 2. 21.

1. Cor. 10. 4.

Matth.16. 28.

Amos 6. 13.

Hieronymus To.6.pag.320.

Matth. 16. 18.

Origenes Apud Hieron. To.5.hom.12. pag. 858.

1. Cor. 10. 4.

Pſal. 39. 3.

„ petras, & alias cavernas: venio ad chorum „ Prophetarum, atque Apoſtolorum, & dico „ quia omnes imitatores Chriſti, Petræ ſunt, „ ut Petra eſt ille qui docuit. „ Hæc ille. Ergo omnes Apoſtoli *Petræ* ſunt, non tantum Petrus: præcipue tamen Petrus, in quo omnes *Petræ* primo nomen ſumpſerunt, ut liquet ex jam dicto Hieronymi: *Donavit* (inquit) *Apoſtolis, ut ipſi vocentur Petræ, dicens: Tu es Petrus &c.* In cujus etiam fide, tamquam in tutiſſima petra fundavit Chriſtus Eccleſiam, dicente Auguſtino ſuper Canonicam *Joan.* hom. x.

Auguſtinus To.3.Tract.10. pag.894.num. 1. *Matth. 16. 18.*

Augustinus. Videte quæ laudes proſequantur „ hanc fidem: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Quid eſt ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam? „ Super hanc fidem, ſuper id quod dictum eſt, „ *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*. Super hanc „ (inquit) petram ædificabo Eccleſiam meam. „ Hæc ille. Ecce una eſt fides Apoſtolorum, & tamen hanc prærogativam Petrus aſſequitur, ut fidei ſuæ petra fundet Eccleſiam.

5. Nihil ergo eſt, quod quidam objiciunt, quod murus Civitatis Eccleſiæ duodecim habeat fundamenta, ſecundum Apocalypſim Joannis: *Et ſunt duodecim fundamenta, duodecim nomina Apoſtolorum ſcripta, & Agni;* ubi nulla præcellentia fundandi Petro aſſignatur. Sed nec Agno ſecundum illam ſeriem, niſi una cum illis duodecim, aſcribitur gloria fundamenti. *Nomina* (inquit) *duodecim Apoſtolorum & Agni*. At quid, ſi arguerem cum noſtro Wicleffo, quod in hoc paſſu Scripturæ Agno cœtus Apoſtolicus antefertur; ergo majus habet fundandi præconium? Saltem ſufficit, quod ex Scripturis Sanctis, quam ſit argumentum ſtivolum videatis. Sed ex ductu ejuſdem textus, qui myſticus omnino eſt, etiam myſtice Petrus eſt prælatus. Nam conſequenter cum duodecim fundamenta nomine tenus percurrit, *fundamentum* (inquit) *primum, Jaſpis*. Hieronymus enim in libello, quem *de duodecim lapidibus* (*a*) inſcripſit, Hieronymus. Jaſpis (inquit) „ viridis, ſuper quem fuerit, phantaſmata non „ timet. Significat fidem qua & vireſcunt Sanctorum animæ in prata æterna, & terrores „ dæmonum expelluntur. „ Hæc ille.

Apoc. 21. 14. — *Apoc. 21. 19.* — a

Fide omnes præceſſit Apoſtolos Petrus.

6. Cum ergo fide Petrus omnes præceſſerit, ita ut in ejus fide fundaretur Eccleſia ipſa, prælatio Jaſpidis in ordine lapidum, præponit Petrum in ordine Apoſtolorum. Omnes ergo Apoſtoli fundamentum, ſed poſt Chriſtum: Petrus fundamentorum fundamentum, & omnis Eccleſiæ firmamentum. Unde Ambroſius lib. iv. *ſuper Lucam*, cap. viii. de turbatione loquens naviculæ Petri, Ambrosius. Quemadmodum „ turbari (inquit) poterat, cui is præerat, in „ quo Eccleſiæ firmamentum eſt. Illic ergo „ turbatio, ubi modica fides — Idem in Decretis, Diſt. 1. cap. *Fidelior.* Idem etiam li- „ br. 1. Homiliar — Fidelior factus eſt Petrus „ poſtquam fidem ſe perdidiſſe deflevit; atque „ ideo majorem gratiam reperit quam amiſit. „ Tamquam enim bonus paſtor tuendum gre-

Ambroſius To 1. cap.5. pag. 1353. num. 70. — To.2.pag.551.

„ gem accepit, ut qui ſibi ante infirmus fue- „ rat, fieret omnibus firmamentum; & qui ſe „ interrogationis tentatione mutaverat, cæteros „ fidei ſtabilitate fundaret. Denique pro ſoliditate devotionis Eccleſiarum Petra dicitur, „ ſicut ait Dominus: *Tu es Petrus*. Petra enim „ dicitur eo quod primus in nationibus fidei „ fundamentum poſuerit, & tamquam ſaxum „ immobile, totius operis Chriſtiani compagem, molemque contineat. „ Hæc Ambroſius. Ecce Petrum omnium firmamentum, & pro ſoliditate Eccleſiarum Petram dictum; & quod primo poſuit in nationibus fidei fundamentum; & quod totam contineat molem operis Chriſtiani. Et vetus pater Origenes *homil.* v. *ſuper Exodum*, Origenes. Vide magno „ illi Eccleſiæ fundamento & petræ ſolidiſſimæ, ſuper quam Chriſtus fundavit Eccle- „ ſiam, quid dicatur a Domino: *Modicæ fidei* „ *quare dubitaſti?* „

Origenes To. 2. pag.81. — *Matth.14. 31.*

7. Quod ſi adhuc antiquiorem auctoritatem expectes, Beatus Dionyſius fatetur audiſſe ſe dicere Apoſtolum Paulum ad Beatum Petrum, cum a ſe diſcederent verſus mortem: Dionysius. *Pax* (inquit) *tecum fundamentum Eccleſiarum, Paſtor ovium, & Agnorum Chriſti*. „ Et Petrus ad eum: *vade in pace prædicator* „ *bonorum, mediator & dux ſalutis juſtorum*. „ Cum autem elongaſſent ſe ab invicem, ſecutus ſum magiſtrum meum Paulum. Non in „ eodem loco, ſive vico, occiderunt eos. *Et* „ *infra*. Attende miraculum, vide prodigium: „ nam præſens fui in tempore ſeparationis eorum: vidi eos invicem manu ad manum intrantes portam Urbis, & indutos veſtes lumi- „ nis, & coronis charitatis & lucis ornatos. „ Hæc Dionyſius in *Epiſt. ad Timotheum* (*b*) de morte Apoſtolorum Romæ.

* Dionyſius. — b

CAPUT VII.

Quod Petrus Romæ fuit: quo etiam tempore & quanto Præſul Romanus.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quæ fuerit ratio Wicleffi ac magiſtri ejus, qua Petrum nunquam Romæ fuiſſe probabat.*
2. *Deſtruitur eorum ratio, Sanctorumque teſtimoniis veritas manifeſtatur.*
3. *Petrus & Paulus anno poſt Aſcenſionem Domini trigeſimo octavo Romæ martyrio coronantur. Petrus autem ſedit Romæ viginti quinque annis.*
4. *Petrus quarto Claudii anno, poſtquam Antiochenam fundaverat Eccleſiam, Romam venit.*
5. *Quod etiam ex Scripturis Sanctis conſtare poteſt, Petrum fuiſſe Romæ.*

1. Hic locus eſt, quo ad erubeſcendum invitemus Wilhelmum * noſtri Wicleffi magiſtrum, & præcipuum in materia præceptorem, dicen-

(*a*) Vix alium reperies, qui librum hunc Hieronymo adſcribat: & modo apud ipſum non eum extare compertum eſt. Forte excidit ab Amanuenſibus *Hieronymus* pro *Epiphanius* cujus eſt liber *de duodecim gemmis* To. 2. ubi pag. 227. & 228. ſimilia profert a Petavio in latinum e græco tranſlata.

(*b*) De hac Dionyſii Areopagitæ ad Timotheum Epiſtola, cujus adeo pretioſum fragmentum nobis profert Waldenſis, jam dictum ſatis in *Præfat. generali* §. 5. ubi de Dionyſio, ejuſque ſcriptis oportuit diſſerere. Si cui autem non ſatis probetur tam vetus teſtimonium, non idcirco ei de Primatu Petri ambigere jure licebit, cum de illo diſerte tota teſtetur antiquitas: ut Sanctus Eucherius Lugdunen. in ſerm. *de Natali SS. Apoſtolorum Petri & Pauli*, qui cum aliis ſub nomine Euſebii Emiſſeni falſo circumfertur. Tertullianus lib. *Scorpiaci* cap. 10. & *de Præſcriptionib.* adverſus hæreticos, cap. 21. Sanctus Cyprianus epiſtolis 40. 57. & 71. S. Hieronymus lib. 1. adverſus Pelagianos, cap. 4. & epiſt. 57. S. Joannes Chryſoſtomus hom. 2. de Pœnit. in Pſal. 50. S. Cyrillus Alexandrinus lib. 2. in Joan. cap. 12. S. Epiphanius Hæreſ. 59. S. Hilarius Can. 16. in Matth. S Auguſtinus in Pſal. 69. & lib. 2. *de Baptiſmo* contra Donatiſt. cap. 1. S. Proſper Aquitanus ſive Author librorum *de vocatione gentium* lib. 2. cap. 28. Optatus Milevitanus lib. 2. *contra Parmenianum*. Porro Eccleſiaſtica geſta teſtantur eumdem Primatum in Succeſſoribus Petri ſemper viguiſſe, cum doceant Romanos Epiſcopos controverſias Fidei diremiſſe ut judices, poſt Œcumenica Concilia ſupremos: appellationes dejectorum Epiſcoporum ſuſcepiſſe: reſtituiſſe ſuis Sedibus qui exauctorati erant immeriti: mulctaſſe excommunicatione aliarum Eccleſiarum (etiam Orientalium) Antiſtites, vel eos communione donaſſe; jus cæteris Patriarchis dixiſſe &c.

dicentem, Beatum Petrum nunquam fuiſſe Romæ, nec ibi prædicaſſe: ideoque nec ibi fuiſſe Epiſcopum, ſed Paulum magis. „ Scriptura „ (inquit) Sancta non docet hoc in Actibus, „ ſed Legenda quædam apocripha (a).„ Et omnium mirabilium hoc admirandiſſimum eſſe fatetur.

Willhelmus Hosfinus.

a

2. Mira certe protervia, quod ſeductus eſt ad tantum, ut cœcam ratiunculam ſuam præponat tam extenſæ famæ omnium ſæculorum, quæ ſucceſſive duravit, & ſcribitur omnium Doctorum codicibus, & memoriis populorum. (b) *Lucas* (inquit *) *non commemorat in Actibus*. Quid tum? Nec Joannes Chriſti alumnus in Evangelio ſuo nativitatem Chriſti carnalem: nec quiſquam Evangeliſtarum redemptionem primorum Parentum; nec totum novum Teſtamentum Beatæ Virginis cœlibatum perpetuum. Et nonne iſta magis neceſſaria ſunt fidei Chriſtianæ, quam prædicatio Petri Romæ? Sed ſi credas Patribus, Petrus Romæ fuit, ſaltem quando ſe mutuo ſalutaverunt Petrus & Paulus, ſecundum Dionyſium jam citatum *. Euſebius inſuper lib. II. *Eccleſiaſticæ Hiſt.* c. XIV. EUSEBIUS. In ipſis (inquit) Claudii temporibus „ clementia Divinæ providentiæ probatiſſimum „ omnium Apoſtolorum maximum, fidei magnificentia & virtutis merito primum & Principem Petrum ad urbem Romanam, velut adverſus humani generis communem perniciem „ repugnaturum deducit, ducem quemdam & „ magiſtrum militiæ ſuæ, ſcientem divina prælia gerere, & virtutum caſtra ductare. Iſte „ adveniens ex Orientis partibus, ut cœleſtis „ quidam negotiator, mercimonia divini luminis advexit, & ſalutaris prædicationis verbo, „ primus in urbe Romana Evangelii ſui clavibus januam regni cœleſtis aperuit (c) — Et „ cap. XVII. * inferens Philonem — Quem ſermo (inquit) tenet, temporibus Claudii Imperatoris Romam veniſſe, & Petrum Apoſtolum vidiſſe, atque ejus adhæſiſſe colloquiis. Hæc ille. Vide laudes hujus annoſi Patris Euſebii, qualiter Beatum Petrum omnium Apoſtolorum *probatiſſimum*, *maximum*, *merito Primum* & *Principem* appellat, *totiuſque militiæ chriſtianæ magiſtrum*. Idem Euſebius etiam in capite XV. dicit, EUSEBIUS. Hierapolites Epiſcopus, nomine *Papias*, qui & hoc dicit, quod „ Petrus in prima Epiſtola ſua, quam de urbe „ Roma ſcripſit, meminerit Marci, in qua tropice Romam *Babyloniam* nominavit, cum dicit: *Salutat vos ea, quæ in Babylone* (d) *eſt* „ *Eccleſia*, & *Marcus filius meus*. „ Hæc Euſebius. Hic ergo habes utrumque, & quod Romæ fuerit, ubi ipſe prædicavit primitus verbum Dei, ſecundum quod huic dicto Euſebii aſtipulatur Pater Hieronymus, *contra Jovinianum* in fine libri invehens, HIERONYMUS. Nulla fuit alia in toto orbe Provincia, quæ reciperet præconium *, in quam coluber tortuoſus irrepſerat; niſi in qua Petri doctrina

b

* Subaudi *Willhelmus.*

* *Vide cap. 6. num. 7.*

Euſebius *pag. 34.*

c

* *cap. XVI. pag. 34.*

Laudes Petri ex Euſebio.

Euſebius *ibidem.*

Roma vocatur tropice *Babylon.*

d

1. *Pet. 5. 13.*

Hieronymus *lib. 2. To. 2. pag. 381. num. 37.*

* *M. præconium voluptatis.*

„ ſuper ſe Petram fundaverat Chriſtus. „ Hæc ille. Et ex Scripturæ habes teſtimonio, quod Romæ fuerit, quando in Epiſtola ſua ipſe ſe commemorat, Epiſtolam ipſam Romæ ſcripſiſſe. Ibi: *Salutat vos ea, quæ in Babylone eſt, Eccleſia*, ideſt *in Roma*, ſecundum Papiam * &

A Bedam in expoſitione ejuſdem Canonicæ. BEDA. „ *Babyloniam* (inquit) tropice * *Romam* dicit. „ — Et infra — Patet, quia priuſquam Marcum Alexandriam de Roma ad Evangelizandum mitteret, Epiſtolam antea ſcripſit. Tempore autem Claudii Principis & Petrus & „ Marcus Romam venerunt: & ipſe Marcus „ deſcripto Romæ Evangelio ſuo, Alexandriam „ miſſus eſt. Unde colligitur, quod epiſtolam „ hanc, dum quæritur ubi, vel quando Petrus „ ſcripſerit, locus erat Roma, tempus Claudii „ Cæſaris. „ Hæc Beda — Idem ſuper primum „ textum ejuſdem Epiſtolæ — Sanctus (inquit)

B „ Presbyter Hieronymus de his loquens, ait, „ quod Petrus poſt Epiſcopatum Antiochenſis „ Eccleſiæ, & prædicationem diſperſionis eorum, qui de circumciſione crediderunt in „ Ponto, Galatia, Cappadocia, Aſia, & Bithynia, quarto * Claudii anno ad expugnandum Simonem Magum Romam pergit. „ Hæc ille. Et quia, ut putatur, hiſtoriam illam Simonis Magi calumniaris ſine fide, & nonniſi in antiqua *Legenda* conſcriptam, Beatus Ambroſius in magnum argumentum cauſæ ſuæ *de fide Eccleſiæ* eam apertiſſime producit contra *Auxentium* hæreticum lib. v. Epiſtolarum,

C epiſtola XXXII. AMBROSIUS. Idem (inquit) Petrus, victo Simone, cum præcepta Dei populo ſeminaret, doceretque caſtimoniam, excitavit animos gentilium, quibus eum quærentibus, Chriſtianæ animæ deprecatæ ſunt, „ ut pauliſper diſcederet. Et quamvis eſſet cupidus paſſionis, contemplatione tamen populi precantis inflexus eſt. Rogabatur enim ut „ ad inſtituendum & conſervandum * populum „ ſe reſervaret. Quid multa? Nocte muros egredi cœpit; & videns ſibi in porta Chriſtum occurrere, Urbemque ingredi, ait: *Domine, quo vadis?* Reſpondit Jeſus: *venio*

D „ *Romam iterum crucifigi* (e). Intellexit Petrus ad ſuam crucem divinum pertinere reſponſum. „ Hæc Ambroſius.

3. Jam ſi non antiquæ *Legendæ*, ſaltem credas Ambroſio. Putavit enim contra immanem Arianum hæreticum illum *Auxentium* bene hiſtoriam valere. An non poteſt ille lapis te frangere, qui fregit *Auxentium*? Quanto etiam tempore, & quoto anno Romam Petrus venit, & ſedit ibi Epiſcopus, notat ibidem Beda *ſuper Actus Apoſtolorum*, tractans hunc textum, *Et ſtatuerunt ut aſcenderent Paulus & Barnabas*, BEDA. Scimus (inquit) Petrum & Pau-

E „ lum Apoſtolos, anno poſt Aſcenſionem Domini XXXVIII. ideſt ultimo Neronis, paſſos „ fuiſſe martyrium: & Beatum Petrum Romæ XXV. annis Epiſcopalem ſediſſe Cathe- „ dram,

1. *Pet. 5. 13.*

* *citatum Paulo ſupra ab Euſebio.*

Beda *To. 5. pag. 989.*

* *al.* typice.

Marcus Romæ ſcripſit Evangelium.

pag. 961.

Petrus Romam petiit ad expugnandum Simonem Magum.

* *al.* ſecundo.

Ambroſius *To. 2. Epiſt. 22. pag. 866. num. 13.*

* *M.* confirmandum.

Chriſtus in porta Urbis apparet Petro.

e

Act. 15. 2.

Beda *To. 5. pag. 900.*

(a) Contra certiſſimam traditionem, & omnium Chriſtianorum conſenſum de adventu Petri Romam, primus temere inſurrexit *Willhelmus* iſte, de quo in *Præfat. generali* §. 4. num. 8.

(b) Bellarminus *de Poteſtate Papæ* lib. 2. cap. 2. notat quod traditionem iſtam non negant ſubſequentes Heterodoxi Matthias Illyricus, Velenus, Calvinus & alii.

(c) Idem narrat Nicephorus lib. 2. hiſt. cap. 35.

(d) Ne dicant hæretici, ex conjectura hic loqui Euſebium, nec certam reddere interpretationem. Nam Joannes in Apocalypſi paſſim Romam vocat *Babylonem*, ut Tertullianus annotavit lib. 3. *contra Marc.* ac lib. *contra Jud.* & aperte colligitur ex cap. 17. Apoc. ubi dicitur Babylon magna ſedere ſupra ſeptem montes & habere imperium ſuper Reges terræ: nec enim alia Civitas eſt, quæ Joannis tempore imperium habuerit ſuper Reges terræ, quam Roma: & notiſſimum eſt, ſuper ſeptem colles Romam eſſe ædificatam. Porro Adverſarii ipſi paſſim clamant Romam eſſe Babyloniam de Apocalypſi. Ideo enim Lutherus librum inſcripſit *de Babylonica captivitate*: & Magdeburgen. non aliam ob cauſam recipiunt Apocalypſim inter libros divinos, quam quod in eo multa adverſus Romam ſub nomine Babylonis dicantur. Vide Centur. 1. lib. 2. cap. 4. Quare ſi Roma in Scripturis eſt Babylon, ut ipſi volunt, & Petrus ex Babylone ſcripſit, certe ex Roma ſcripſit.

(e) Hujus Petro factæ Chriſti apparitionis præter Hegeſippum lib. 3. Ambroſium hoc loco, & Gregorium in Pſal. 4. Pœnit. vix alium ex antiquis reperies, qui meminerit. Quoad vero Petri Romam adventum, ejuſque de Simone Mago victoriam, utrumque tam multiplici Patrum veterum teſtimonio celebratur, ut nos puderet vel recenſendis eorum nominibus immorari: cum tamen quoſdam ex Heterodoxis adhuc non pudeat rem a Calvino ipſo & Blondello evidentiæ vi coactis agnitam & confeſſam inficiari.

„ dram. Vigintiquinque anni, & quatuordecim, „ non trigintaocto, ſed trigintanovem faciunt. „ *Sequitur*. Ergo & Beatum Petrum eode i „ quartodecimo anno poſt Domini paſſionem, „ quo eum Hieroſolymis alloquitur Paulus, A „ quarto Claudii Cæſaris Romam veniſſe credamus. Simulque (niſi fallor) ex hac poſitione Paulum Apoſtolum eodem quo Dominus paſſus eſt & reſurrexit anno, ad fidem „ veniſſe probatur. „ Hæc ille.

Paulus Apoſtolus quando ad Chriſtum converſus.

4. Hic ergo habes, quod annus quartodecimus Pauli, quem ipſe *ad Gal.* II. commemorat, fuit annus adventus Petri Romam, qui fuit quartus Claudii. Sic enim idem Beda calculum agitat libro ſuo *de Temporibus* (*a*), BEDA. Claudio (inquit) agente annos quatuor, menſes „ ſex, dies vigintiocto, Petrus Apoſtolus, cum „ prius Antiochenam Eccleſiam fundaſſet, Romam pergit, ibique vigintiquinque annis Cathedram tenet Epiſcopalem, ideſt, uſque ad „ ultimum Neronis annum. Marcus vero Evangelium, quod Romæ ſcripſerat, Ægypto, „ Petro mittente, prædicat. „ Hæc ille. Quare ergo negat Æmulus * Petrum fuiſſe Romæ tot annis Epiſcopum, Paulum vero non anno uno? Marcus etiam de Roma, ubi ſcripſit Evangelium, Petro mittente, Evangelium detulit in Ægyptum. Nonne ergo Petrus Romæ tunc fuit, quando illinc Marcum miſit in Ægyptum? Et Petrus Romæ occubuit eodem die, quo Paulus: nonne ergo Petrus aliquando Romæ fuit? Unde Ambroſius in *Sermone Apoſtolorum Petri, & Pauli* & eſt in numero *Sermonum* LXVI. AMBROSIUS. Non ſine cauſa factum putemus, quod „ uno die, uno loco, unius tyranni, Apoſtoli „ toleravere ſententiam. Una die paſſi ſunt, „ ut ad Chriſtum pariter pervenirent: uno loco, ne alteri Roma deeſſet: ſub uno perſecutore, ut æqualis crudelitas utrumque conſtringeret. Dies ergo pro merito, locus pro „ gloria, perſecutor decretus eſt pro virtute. „ Hæc ille. Et Auguſtinus libro I. *contra Julianum*, cap. v. de Occidentali Eccleſia loquens, AUGUSTINUS. Puto ergo (inquit) eam tibi partem Orbis debere ſufficere, in qua primum „ Apoſtolorum ſuorum voluit Dominus glorioſiſſimo martyrio coronare. Cui Eccleſiæ præſidentem Beatum Innocentium ſi audire voluiſſes (*b*), juventutem tuam Pelagianis laqueis D „ exuiſſes. „ Hæc ille.

Gal. 2. 1.

a Beda To. 2. pag. 110.

* *Willhelmus Husſus.*

C

* Ambroſius

Auguſtinus To. 10. pag. 503.

b

5. Primus ergo Apoſtolorum Sanctus Petrus Romæ erat, cui Eccleſiæ Innocentius Papa præſidebat. Erubeſcat igitur idem pædagogus noſtri Wicleffi *, qui de Scripturis Sanctis jactat haberi non poſſe Petrum unquam Romæ fuiſſe, cum ipſe Petrus de Roma primam ſcribens Epiſtolam, *Salutat vos*, (inquit) *Eccleſia, quæ eſt, in Babylone electa*, tropice Romam *Babylonem* appellans, ut exponit * ad literam vetus Pater *Papias Hierapolites*, & diſcipulus ejus Beda. Et inſuper in *Prologo* Marci ipſe Beda magiſtrum, quem imitatur, allegat, BEDA. Dat (inquiens) teſtimonium Hieropolites Epiſcopus, nomine *Papias*, qui & hoc „ dicit, quod Petrus in Epiſtola ſua prima, „ quam de Urbe Roma ſcribit, meminerat Marci. In qua tropice Romam Babyloniam nominarit, cum dicit: Salutat vos ea quæ in „ Babylone eſt Eccleſia, & Marcus filius meus. „ Hæc ille. Beatus vero Hieronymus hanc lite-

* *Willhelmus Husſus.*

1. *Pet.* 5. 13.

* *ſupra num.* 2.

Beda To. 5. pag. 1.

Thom. Wald. Tom. I.

ralem expoſitionem affirmat libro ſuo *de viris illuſtribus*, cap. VIII. HIERONYMUS. Petrus (inquit) in prima Epiſtola ſua ſub nomine Babylonis figuraliter Romam ſignificans, *Salutat vos* (inquit) *ea quæ eſt in Babylone Eccleſia collecta, & Marcus filius meus*. „ Hæc ille. Cognoſcere etiam potuit ex Scripturis, ſi eas vidiſſet, Romanos per Sanctum Petrum ad fidem Chriſti eſſe converſos, & prædicationibus ſuis quotidianis hortatos diu ante adventum Pauli: quia antequam Epiſtola illa Pauli ad Romanos venit, & antequam ipſe veniret, præmiſit Epiſtolam, dicente textu, *Deſidero videre vos, ut aliquid impertiar vobis gratiæ ſpiritalis ad confirmandum vos*. Ubi patet Paulum confirmaſſe in illis fidem, quam Petrus inſtituit. Unde in *annotationibus* ſuper eodem loco HIERONYMUS. Romanos Petri prædicatione fidem „ tenentes confirmare ſe velle Paulus dicit: „ non quod minus accepiſſent a Petro, ſed ut „ duobus Apoſtolis teſtantibus * atque doctoribus, eorum roboraretur fides. „ Hæc ille. Credat tandem Willhelmus * de Scripturis haberi, quod Petrus Romæ fuit: vel dicat mendacem eſſe Hieronymum, qui hoc jam de Scripturarum ſenſu probavit.

Hieronymus To. 2. pag. 829.

1. *Pet.* 5. 13.

Romani a Petro ad Chriſtum converſi, a Paulo confirmati.

Rom. 1. 11.

B

* Hieronymus To. 11. *in Append. pag.* 839.

* *M. teſtibus.*

* *Husſus.*

ARTICULUS II.

qui eſt

DE ECCLESIA IN COMMUNI, DE QUA EST FIDES IN SYMBOLO *.

* *Subaudi* Apoſtolico.

CAPUT VIII.

Quid ſit Eccleſia Catholica jam præſens.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Eccleſia* (*dicit Wicleffus*) *eſt prædeſtinatorum univerſitas.*
2. *Eccleſiam militantem continere bonos & malos oſtenditur.*
3. *Repugnat, ad mentem Wicleffi, dicere: Iſte eſt Epiſcopus, Papa, vel membrum Eccleſiæ, & in peccatum finalis impœnitentiæ cadere poteſt.*
4. *Prælati vel Cæſarei, vel Eccleſiaſtici, ſi notorie a Fide Scripturæ peccent, non ſunt membra Eccleſiæ, dicit idem hæreticus.*
5. *Inconvenientia, quæ ex his Wicleffi poſitionibus exoriuntur.*
6. *Sub hoc prætextu non ſolum malos excludunt Wicleviſtæ ab Eccleſia, ſed etiam bonos & Sanctos, ſi eos ſibi videant adverſari.*

1. POſtquam unctio Chriſti docuit fideles ſuos quomodo ipſe erigebat lapidem in titulum, & Petrum in Petram eminentiæ ſingularis, veniendum exiſtimo ad Eccleſiam Catholicam, quam ſuper ipſam firmam Petram Chriſtus ædificare dignatur. Wicleffus autem definiendo præveniens, *Secundum Catholicos* (inquit) *Eccleſia eſt Prædeſtinatorum univerſitas* (*c*). Lib. *de Antichriſti*, cap. 1.

Joan. 2. 27.
Gen. 28. 22.
E
Matth. 16. 18.
Wicleffus.
c

2. Fateor, illa eſt magna Chriſti Eccleſia *, de qua multum ſollicitos eſſe non eſt datum fidelibus viatoribus, non conceſſum. Supra nos ſunt, in quantum tales * ſunt. Sed iſtam Ec-

* *ſupple* prædeſtinatorum.

* *Subaudi* prædeſtinati.

(*a*) Legendum, *libro ſuo de ſex ætatibus mundi*, ubi citanda verba inveniuntur.

(*b*) Innuit Innocentii Papæ Epiſtolas ad Carthaginenſe, & Milevitanum Concilia.

(*c*) Hæc definitio, ſi de Eccleſia militante ſit ſermo, eſt omnino impia ac falſa: & in hoc ſenſu eam protulit *Wicleffus*, & refutavit *Waldenſis*. Eamdem docuit Wicleffi aſſecla *Joannes Huſs*, ut habetur in majori Conſtantienſi Synodo ſeſſ. 15. Poſt eos abierunt alii ſuccedentes hæretici, ut *Calvinus lib. 4. Inſtit.* cap. 1. §. 2. *Bucerus* in ſuo libro *de regno Chriſti*; *Tilmannus Hesbuſius* lib. *de erroribus Pontificiorum* loco 22. lib. 1. de Eccleſia, cap. 3. Mirari autem quiſque poteſt, quod non erubeſcant recentiores Heterodoxi antiquatam Donatiſtarum, renovare impietatem. Si enim ex ſolis Prædeſtinatis Eccleſia ſit, fruſtra Africani Patres in *Collatione Carthaginenſi* adverſus Donatiſtas probabant Eccleſiam toto orbe eſſe diffuſam, & inſignes etiam peccatores continere.

* *militantem.*

cleſiam * interpello, quam Chriſtus nos docuit, cum in Evangelio diceret, *Simile eſt regnum Cœlorum decem Virginibus, quarum erant quinque fatuæ, & quinque prudentes:* quarum quinque fatuæ poſt generalem ſoporem, decreto Sponſi, pelluntur a regno: unde novimus, non totam illam univerſitatem Virginum prædeſtinatam ad regnum. Iterum alibi Chriſtus nos docuit, *Simile eſſe regnum Cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti:* ubi non tota univerſitas piſcium prædeſtinabatur ad vaſa, ſed miſſi ſunt foras mali. Iterum alibi docuit, idem Cœlorum regnum ſimile eſſe factum homini ſeminanti bonum ſemen in agro: in quo etiam agro inimicus homo potuit ſeminare zizania, quæ colligebatur tantum in meſſe, comburendis alligata faſciculis. Quarto loco, idem Cœlorum regnum nuptiis comparatur, quo omnes congregabuntur inventi, & boni & mali: ubi etiam unus, veſtitus habitu nuptiarum diſſimili, ejici jubetur in tenebras exteriores (*a*). In iis omnibus citavit nos Chriſtus ad contemplandum, non ad condemnandum Eccleſiam, quam ex diverſis moribus congregavit. Nec utique contemnendum cenſuit, quod non *Romæ*, non *Græcorum*, non utique *hujus mundi;* ſed *regnum Cœlorum* placuit appellare: & tamen quia non omnes cœli ſunt cœli cœlorum, idcirco non electorum tantum eſt Eccleſia, nec etiam reproborum; ſed Eccleſia mixtim collecta ex reprobis cum electis. Ideo xx. *de Civ. Dei*, capite IX. AUGUSTINUS. Alio modo intelligendum eſt regnum cœlorum, ubi „ ambo ſunt, & ille ſcilicet qui ſolvit quod „ docet, & ille qui facit; ſed ille minimus, „ iſte magnus. Alio autem modo regnum cœ„ lorum dicitur, quo non intrat niſi ille qui fa„ cit. Ac per hoc ubi utrumque genus eſt, „ Eccleſia eſt, qualis *nunc* eſt: ubi autem il„ lud ſolum erit, Eccleſia eſt, qualis *tunc* erit, „ quando malus in ea non erit. Ergo & *nunc* „ Eccleſia regnum Chriſti eſt, regnumque cœ„ lorum. „ Hæc ille. Unde homilia antepenultima ſecundæ Partis homiliarum, GREGORIUS. „ Boni ſoli nuſquam ſunt, niſi in cœlo; & „ mali ſoli nuſquam ſunt, niſi in inferno. „ Hæc autem vita, quæ inter cœlum & infer„ num ſita eſt, ita utrarumque partium cives „ communiter recipit, quos tamen Sancta Ec„ cleſia & nunc indiſcrete ſuſcipit, & poſtmo„ dum in egreſſione diſcernit. „ Hæc ille. Et XVIII. *de Civit. Dei*, cap. XLIX. AUGUSTINUS. In hoc (inquit) ſæculo maligno, in his „ diebus malis, ubi per humilitatem præſen„ tem, futuram comparat Eccleſia celſitudinem, „ & timorum ſtimulis, & dolorum tormentis, „ laborum moleſtiis, temptationum periculis e„ ruditur, ſola ſpe gaudens quando ſanum gau„ det, multi reprobi miſcentur bonis, & utrique „ tamquam in ſagenam Evangelicam colliguntur. „ Et in hoc mundo tamquam in mari, utrique in„ cluſi retibus indiſcrete natant, donec pervenia„ tur ad littus, ubi mali ſegregantur a bonis, & „ in bonis tamquam in templo ſuo, ſit Deus „ omnia in omnibus. -- Sequitur -- Elegit di„ ſcipulos ſuos, quos & Apoſtolos nominavit, „ humiliter natos, inhonoratos, illiteratos, „ ut quidquid magnum eſſent & facerent, ipſe

Matth. 25. 1. — Figuræ militantis Eccleſiæ. — *Matth. 13. 47.* — *Matth. 13. 24.* — *Matth. 22. 2.* — Ex quibus conſtet Eccleſia militans. — Auguſtinus *To. 7. pag. 586. num. 1.* — Gregorius *To. 1. lib. 2. hom. 38. pag. 1637. num. 7.* — Auguſtinus *To. 7. pag. 531.* — *Matth. 13. 47.* — *1. Cor. 15. 28.* — Quare ignobiles Apoſtolos, & Judam proditorem Chriſtus elegerit.

A B C D E

„ in eis eſſet, & faceret. Habuit inter eos u„ num, quo malo utens bene, & ſuæ paſſio„ nis impleret diſpoſitum, & Eccleſiæ ſuæ to„ lerandorum malorum præberet exemplum. „ Hæc ille. Hæc idcirco dixerim, non quia mihi diſplicet de prædeſtinatorum Eccleſia, quod catholice ſupra narras (*b*): ſed quia non hæc tantum eſt, quam ſupra petram Petrum Chriſtus ædificavit Eccleſiam. Non enim ſolos electos præficere juſſit Epiſcopos; non de ſolis electis Presbyteros; non Diaconos, non de cæteris ordinibus Clericos (*c*). Non enim per claves, quas Petro conceſſit, diſcernere docuit reprobos ab electis: non ideo ſoli reprobi excommunicantur, non ſuſpenduntur, non utique degradantur: nec ab his cenſuris ſoli ſervantur electi; ne via ſcilicet rebellandi pateat dyſcolis, quam iſte introduxit, ut diceret Eccleſiæ Præpoſitis: *Neſcio an ſis membrum diaboli, & non Eccleſiæ. Non teneor ratum habere quod judicas, vel quod dicis.*

Wicleffus viam ſtravit dyſcolis.

3. Unde in *de Dotatione Eccleſiæ*, capite II. dicit WICLEFFUS *. Cum credere debeamus „ Eccleſiam Sanctam Catholicam tamquam fi„ dem, & iterum credere debemus, quod quod„ libet membrum iſtius Eccleſiæ ſit prædeſti„ natum ad gloriam. Si credere debemus, quod „ iſte Papa vel Epiſcopus ſit membrum Eccle„ ſiæ, credere debemus, quod repugnat ipſum „ in peccatum finalis impœnitentiæ cadere. „ Sed quid inconvenientius? Sic tamen eſt im„ pertinens dicere, quod iſte ſecundum præ„ ſentem juſtitiam eſt Caput Sanctæ Matris „ Eccleſiæ, vel membrum repræſentativum Eccle„ ſiæ Chriſti, non obſtante quod ſit diabolus: „ quia non eſt talis communicatio Chriſti ad Be„ lial. Ideo patet ex fide Scripturæ, & multi„ plici teſtimonio Sanctorum, quod nullum eſt „ membrum Sanctæ Matris Eccleſiæ, niſi per„ ſona prædeſtinata; & de illa Eccleſia lo„ quitur fides noſtra, & non de Eccleſia mali„ gnantium, vel de Eccleſia falſo nuncupata. „ Secundo videtur mihi, quod quoſcumque „ Prælatos Cæſareos, vel a fide Scripturæ no„ torie delinquentes, debemus non ſupponere „ eſſe membra Sanctæ Matris Eccleſiæ. „ Hæc ille.

* *Vide infra cap. 28. num. 1. & ſeqq.* — *2. Cor. 6. 15.*

4. Ecce latam viam, quæ ducit ad mortem. Ecce altam ſtratam omnibus ſeditioſis ad conſurgendum in Judices. *Quoſcumque Prælatos Cæſareos* (inquit) *vel a fide Scripturæ notorie delinquentes debemus non ſupponere eſſe membra Sanctæ Matris Eccleſiæ*. Et notetur ſophiſma quo dicit, *debemus non ſupponere;* non ſic, *non debemus ſupponere;* ubi affirmatur debitum, non negatur. Et quia, ſecundum eum, omne quod erit, eſt *; debemus non ſupponere eos poſſe reduci in melius, vel poſſe eſſe membra Eccleſiæ. Conſequenter tamen verſus finem capituli, dicit WICLEFFUS. Ex iſtis videtur, quod „ debemus ſupponere, tales non eſſe membra „ Eccleſiæ. „

Matth. 7. 13. — * *Vide ſupra lib. 1. cap. 9.*

5. Quid amplius? Petrum Apoſtolum debemus non ſupponere eſſe membrum Eccleſiæ, quia notorie deliquit contra fidem Scripturæ, quando Chriſtum negavit: Paulum quoque, quando perſequebatur Eccleſiam: omnes Apoſtolos inſuper propter perfidiam triduanam. Pro tempore enim & hora delicti debemus non ſuppone-

(*a*) Haſce Parabolas contra Donatiſtas urgebant Africani Patres, ut conſtat ex ipſorum mandato ſelectis Epiſcopis, qui Eccleſiæ cauſam in Collatione Carthaginenſi agere debebant. Videſis Natal. Alexand. Diſſert. 41. Sæculi IV.

(*b*) Supra num. 1. ubi ſi de Eccleſia triumphante intelligatur, Catholice explicatur definitio Eccleſiæ a Wicleffo producta.

(*c*) Poſito jam quod Eccleſia militans *Prædeſtinatorum* ſit *Univerſitas*, immenſam erigit ac pernicioſiſſimam errorum molem. Iteritas nempe cenſet electiones Prælatorum ab hominibus factas: quia ſoli prædeſtinati a Deo inviſibiliter ordinati, & ignoti hominibus, præſunt Eccleſiis. Prædeſtinatos dicit non poſſe ab Eccleſia per cenſuras ſeparari, nec puniri: non eſſe verum ac legitimum Præpoſitum, niſi eum, de quo certe conſtet, quod ſit prædeſtinatus &c. Unde rebellionibus, jurgiis, ac utriuſque Reipublicæ ſeditionibus & ruinis viam ſternit: quod in hoc libro paſſim videbitur.

ponere ſic notorie delinquentes contra fidem Scripturæ eſſe membra Eccleſiæ. Sed non tenebamur non ſupponere, niſi quod ſupponere falſum foret: falſum ergo erat, Apoſtolos tunc eſſe membra Eccleſiæ. Et quia ſicut omne poſſibile eſt verum, ſecundum eum *, ita omne falſum eſt impoſſibile: impoſſibile eſt eos eſſe A aliquando * electos ad gloriam. Sed Auguſtinus dicit *contra Epiſtolam Parmeniani* lib. II. cap. x. quod Angelus ille in Apocalypſi, in figura Præpoſitorum dicebatur mortuus a Sancto Joanne, & non vivus; qui tamen inter ſeptem Eccleſias numeratur, & præcepta vitæ ipſi dantur inferius, nec ſeparatur a compage corporis Chriſti.

* Supra lib. I. art. I. cap. 26.
* Cod. Ferrar. adhuc.

Auguſtinus To. 9. pag. 17. num. 20.
Apoc. 3. 1.

AUGUSTINUS. Si ita audent (inquit) „ renuncient ſe mortuos non habere, & meliores eſſe, quam illa Eccleſia, cujus Angelo in figura Præpoſitorum, vel animarum, dicitur quod non vivat, ſed mortuus ſit; & tamen inter ſeptem Eccleſias numeratur: nec B ei diviſæ a compage corporis Chriſti, ſed in unitate perſeveranti, præcepta vitæ inferius dantur." Hæc Auguſtinus. O ergo generalem patronum perfidiæ, contumaciæ ſpeculum, reſultatorium Philoſophum, peritum in jurgiis, aſtutum ad blaſphemias, prævducem ad querelas, doctum ad pugnas! O acutum rebellionis præconem, inſurrectionis magiſtrum, detrahentium pædagogum *, & omnium temere judicantium proximos, diffamantium Præpoſitos, C accuſantium fratres, magniloquum advocatum! At nonne *diſperdet Dominus univerſa labia doloſa, & linguam magniloquam* eorum qui dixerunt: *linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra a nobis ſunt: quis noſter Dominus eſt?* Beatus Auguſtinus dixit hanc fuiſſe maximam ſuperbiam *Parmeniani*, & Donatiſtarum ſequacium, quod ſcilicet ponerent Eccleſiam ſuam talem, qualis non erit Eccleſia Chriſti, uſque poſt judicium, lib. III. *contra Parmenian.* c. II. circa medium,

* al. Ductorem.
Pſal. 11. 4.
Wicleffus cum Donatiſtis conſentit.
Auguſtinus To. 9. cap. 3. pag. 67.

AUGUSTINUS. Inter omnia (inquit) „ quibus eorum ſacrilegus tumor apparet, nullo ſe loco magis aperuit, quam in D eo, quod auſus eſt illud etiam Jeremiæ Prophetæ ponere, unde perſuaderet hominibus cæteris, communionem Donatiſtarum, non ſolum Eccleſiam veram eſſe, ſed etiam talem jam hoc tempore, qualis poſt ultimam ventilationem Eccleſia Sancta ventura eſt." – Et infra – *Admonet* (inquit) *Jeremias Sanctiſſimus, infructuoſas & ſteriles peccantium turbas ab honorata fruge juſtorum diſcerni*, dicens: *Quid paleis ad triticum?* O tuba furoris! O vox exſecrabilis peſtilentiæ! Numquid forte ſic errat genus humanum, ut non cognoſcat ventilatorem Parmenianum? – E Concludendo ergo infert – Ubi enim dicitur * „ conſiderent, ſi eis ineſt qualiſcumque ſenſus humanus. Numquid in agro dici poteſt, *Quid paleis ad triticum*, quando eadem radice portantur? Numquid in area, ubi pariter triturantur? Sed utique in horreo, *quid paleis ad triticum?* Veniet enim Paterfamilias ferens ventilabrum in manu ſua, & mundabit aream ſuam, frumenta recondens in horreum, paleam vero comburens igne inextinguibili. Nam & per aliam ſimilitudinem omne triticum *ovium* nomine, & omnis palea *hœdorum* nomine ſignificatur: quæ duorum pecorum genera ſub uno paſtore paſcuntur. Sed veniet (inquit) filius hominis cum angelis ſuis, & congregabuntur ante eum omnes gentes: & ſeparabit eos ab invicem, ſicut Paſtor ſegregat * oves ab hœdis. – Sequitur – Tunc ergo implebitur prophetia, *Quid paleis ad triticum?* Quando hædis & ovibus non poteſt paſcua eſſe communis. – Et tandem, ſeu finaliter. – Quod ſi jam hoc tempore intelligamus fieri, quod Jeremias ait, *Quid paleis ad triticum?* nihil aliud recte intelligere poſſumus, niſi quod in una quidem congregatione ſunt, donec in fine ventilationis etiam corporaliter ſeparentur; ſed tamen tritici ſurſum cor eſt, paleæ vero deorſum. Palea quippe ſua quærit, non quæ Jeſu Chriſti: triticum autem theſaurizat theſaurum in cœlo, & ubi eſt theſaurus ejus, ibi eſt & cor ejus." Hæc Auguſtinus.

Jerem. 23. 28.
* M. dicatur.
Matth. 3. 12.
Matth. 25. 31.
* Ed. V. ſeparat

6. Falſum ergo, & ſacrilegum mendacium Wicleffus aſſumpſit, dicens, Eccleſiam Chriſti de prædeſtinatis eſſe, & ſolum *triticum*, non autem *de paleis* etiam finaliter comburendis. Nec contra malos tantum aſſumunt hæretici tale reſultandi commentum, ſed & in bonos & optimos viros, ſi ſibi videant eos adverſos. At nonne beatiſſimus Auguſtinus fuit inter electos Antiſtites, etiam orthodoxus? Et tamen hoc modo irruerunt in eum Donatiſtarum cauſidici. Sed reſpondit, ut recitat *in Pſalm.* XXXVI.

Auguſtinus To. 4. ſerm. 3. pag. 293.

AUGUSTINUS. Suſpicamini (inquit) quod vultis de nobis. Si boni ſumus, in Eccleſia Chriſti frumenta ſumus: ſi mali ſumus, in Eccleſia Chriſti palea ſumus. Tamen ab area non recedimus. Tu, qui vento tentationis foras volaſti, qui es? Triticum? Non: id tollit ventus ex area. Ex eo ergo ubi es, agnoſce quod es. – Et infra – Quid autem ſumus, ille novit ad quem gemimus. De malis tamen dictum eſt aliud: *Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi; quod dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite.* Vides quod in Cathedra Moyſi, cui ſucceſſit Cathedra Chriſti, ſedent etiam mali; & tamen dicendo bona, non obſunt auditoribus. QUARE TU PROPTER MALOS ISTAM Cathedram dimiſiſti? Si bona loquor, & bona facio; imitare me: ſi autem non facio quod dico, habes conſilium Domini: quæ dico, fac; quæ autem facio, noli facere: tamen a Cathedra Catholica noli diſcedere. Ecce in nomine Chriſti ituri ſumus, & multa dicturi ſunt. Quis finis? Cito contemnite cauſam noſtram. Non illis dicatis niſi, fratres, ad rem reſpondete. Auguſtinus Epiſcopus eſt in Eccleſia Catholica, ſarcinam ſuam portat, rationem redditurus eſt Deo, in bonis eum novi; ſi malus eſt, ipſe novit; ſi bonus eſt ipſe novit. Nec ſic ſpes mea eſt. Hoc ante omnia didici in Catholica Eccleſia, ut ſpes mea non ſit in homine. Merito ergo vos homines reprehendunt, quia ſpem veſtram in hominibus poſuiſtis." Hæc ille. Juxta hunc modum, Eccleſiarum Principes inſultationibus Wicleviſtarum reſpondeant (a). Sed ad hunc finem præſcripto modo definivit Eccleſiam, ut de prædeſtinatis & reprobis temere judicent, licenter imputent hoc, vel aliud, cui volunt: hos filios Dei, illos appellent diabolos. Et nonne Chriſtus, quod in levi, vel indifferenti cauſa judicare vetuit peccatores, in ſecretiſſimis cauſis voluit prohibere judicium de præſcitis? Beatus Paulus dixit: „ Mihi pro minimo eſt, ut a vobis judicer, aut ab humano die: ſed neque me ipſum judico: qui autem judicat me, Dominus eſt." Quale autem ſit iſtud judicium, quod intendit, patet quod *electionis & reprobationis*, per hoc quod ſequitur: „ Itaque nolite ante tempus judicare, quoaduſque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium." Super hoc loco dicit Auguſtinus, ſecundum allegationem Hymonis, AUGUSTINUS. „ Singulis electis manifeſtabit opera, & cogitationes

Matth. 23. 2.
Cathedræ Moyſi ſucceſſit cathedra Chriſti.
Quare Wicleffus de ſolis prædeſtinatis dicat conſtare Eccleſiam.
Matth. 7. 1.
1. Cor. 4. 2. &c.
Haymo Super 1. ad Cor. cap. 4.

(a) Inſultationibus quoque Calviniſtarum, Lutheranorum, & omnium, qui etiamnum Eccleſiaſticis detrahunt Paſtoribus.

„ tiones omnium electorum; nec erit quod ſuis „ quiſque non aperiat amicis, & abſcondat alie- „ nis, ubi nullus erit alienus. Similiter creden- „ dum eſt, omnia opera & conſilia reprobo- „ rum patere ad contumeliam, & verecundiam „ illorum.„ Hæc ille. Mirum eſt ergo, quod iſti Wicleviſtæ volunt ante tempus, prædeſti- nationis occulta diſcutere, & præſcientias judi- care, cum hi ipſi ſecretiſſimi ſint Summæ Tri- nitatis articuli, in generali judicio pertractan- di. Quod ſi dies, & hora talia judicandi, ſe- cretum ſuum habent, quo nec Angelis, nec & filio hominis ſic pateant; multo magis ſenten- tiæ ipſæ Judicis, quæ intimiores ſunt Judici, nulli patebunt. Æſtimo, quod is intravit ſecre- tum Deitatis Conclave, ut videret, qui poſtmo- dum egrediebatur foras, & loquebatur. Sed uti- nam intus eſſet, & vera loqueretur, ait ſuper Pſal. XL. AUGUSTINUS. Non exiret foras, ubi „ falſa loquitur. Traditor eſt, perſecutor eſt, „ egreſſus foras loquitur. Si ad membra Chri- „ ſti pertines, veni, intuere * Caput. Tolera „ zizania, ſi triticum es: tolera paleam, ſi fru- „ mentum es; tolera piſces malos intra retia, „ ſi piſcis bonus es. Quare ante tempus ven- „ tilationis avolaſti? Quare ante tempus meſ- „ ſis etiam frumenta tecum eradicaſti? Qua- „ re antequam ad littus venires, retia diſru- „ piſti?„ Hæc Auguſtinus.

Matth. 24. 36.

Pſal. 40. 7.

Auguſtinus *To.4.pag.350. num. 8.*

*M. veni intra, hæc Capiti.

CAPUT IX.

Quod univerſi electi non ſunt intra Eccleſiam Catholice militantem, nec omnes reprobi extra eam.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quæ ſit Eccleſiæ militantis vera definitio.*
2. *Eccleſia quomodo a Synagoga differat.*
3. *Extra Eccleſiam poſſunt inveniri etiam electi, & quomodo,*
4. *Catholica Societas neceſſaria eſt huic noſtræ Eccleſiæ.*
5. *Wicleffus perperam definivit Eccleſiam.*
6. *Sola prædeſtinatio non facit Eccleſiam, ſed congregatio Chriſti per generationem baptiſmalem.*
7. *Sicut non ſola electio hominem in Eccleſia includit, pari ratione nec ſola reprobatio ab ea excludit: & quomodo hanc veritatem Wicleviſtæ conentur evertere.*
8. *Eorum objectiones quomodo ſolvendæ.*
9. *Eccleſia militans, virgo caſta, immaculata dici poteſt, & quomodo.*
10. *Alia Wicleviſtarum oppoſitio adducitur, & reſolvitur.*

1. DE hac ergo Eccleſia loquamur, de qua nobis judicare licebit, quis Epiſcopatu ſit dignus, quis Sacerdotio; quis in ea præficiendus, quis ſubſtituendus, quis ejiciendus: quis bonus, quis melior, quis deterior, quis malus ſimpliciter: & ſecundum hoc dicamus, ECCLESIAM MILITANTEM ESSE CONGREGATIONEM OMNIUM VOCATORUM (*a*), CATHOLICA SOCIETATE JUNCTORUM (*b*). a b

2. Sonat enim nomen Eccleſiæ *vocationem*, dicente Beda ſuper hunc textum Prov. V. *Pene fui in omni malo, in medio Eccleſiæ, & Synagogæ* lib. I. BEDA. *Eccleſia* & *Synagoga* græca no- A „ mina ſunt, & unam eamdemque rem ſigni- „ ficant latine, ideſt, conventum populorum „ ad invicem. Si autem ſubtilius diſtinguan- „ tur, Eccleſia *convocatio*, & Synagoga *congregatio* interpretatur, & vetus quidem Dei po- „ pulus utroque nomine vocabatur. Nunc au- „ tem dictionis gratia, ille *Synagoga*, noſter „ *Eccleſia* dicitur, merito ſcilicet fidei, & ſcien- „ tiæ majoris: quia & irrationabilis creatura po- „ teſt congregari. Unde & Dominus dixit: *Congregentur aquæ in congregationem unam.* Ra- „ tionalis autem ſolummodo & ſenſibilis pro- „ prium habent convocari.„ Hæc ille. Et B *ſuper Pſal.* LXXVII. AUGUSTINUS. Quamvis enim „ proprie dicitur *Synagoga* Judæorum, *Eccleſia* „ vero Chriſtianorum; quia *congregatio* magis „ pecorum, *convocatio* vero magis hominum „ intelligi ſolet: tamen & illam dictam inve- „ nimus *Eccleſiam.*„ Hæc ille.

Nomen Eccleſiæ vocationem ſonat.

Prov. 5. 14.

Beda *To.4.pag.650.*

Gen. 1. 9.

Auguſtinus *To.4.pag.817. num. 3.*

Aliud convocatio aliud congregatio.

3. Propter hoc ergo magna noſtra *Eccleſia* pro tempore hujus caliginis non *electorum* tantum, ſed quod generalius eſt, eſt *congregatio vocatorum:* & ſic hujus Eccleſiæ membra ſunt reprobi, dummodo per ſe ſocietatem non exeant, vel per cenſuras Eccleſiæ ejecti non fuerint: ideo additur *, *Catholica ſocietate junctorum*. C Quod & ſi *electi* ſunt; ſi tamen per hæreſim, vel aliter peſte ſchiſmatis Catholicam ſocietatem amiſerunt, infra Eccleſiam non habentur. Quod quam non ſit a veritate extraneum, audiamus Paulum, damnantem fornicarium, qui accepit uxorem patris ſui, ſub his verbis:„ Ego „ quidem abſens corpore, præſens autem ſpiri- „ tu, jam judicavi, ut præſens, eum, qui ſic „ operatus eſt, in nomine Domini noſtri Jeſu „ Chriſti congregatis vobis, & meo ſpiritu cum „ veritate Domini Jeſu tradere hujuſmodi Sa- „ tanæ in interitum carnis (*c*), ut ſpiritus ſal- „ vus ſit in die Domini noſtri Jeſu Chriſti.„ c D I. *Cor.* 5. Ab Eccleſiaſtica Societate, & de corpore Chriſti, vere, non ficte ejiciebatur, quem tradidit Paulus Satanæ: qui tamen per hoc ab *electorum* univerſitate non cecidit, ſi ſpiritus ejus ſalvus futurus fuit in die Domini. Unus ergo & idem ab Eccleſia Sanctorum pulſus, intra collegium Prædeſtinatorum per hoc potuit eſſe contentus, quem Paulus ob hanc cauſam Satanæ tradidit, ut in die Domini ſpiritus ſalvus eſſet. Non hoc autem potuit Paulus ab Eccleſia Wicleffi, quam ſolam *univerſitatem electorum* deſcripſit, a qua nullus cadit electus, etiam nec per ſententiam Judicis (*d*). Sic & pri- d E mos Parentes de paradiſo Deus ejecit, quos de libro vitæ non expulit, & ſine præjudicio prædeſtinationis ad gaudia cœli, fecit eos exules paradiſi *, ut ſocietate beata carerent, qui ſocialiter non vixerunt.

Quomodo reprobi ſint membra Eccleſiæ.

**ſupra, num. 1.*

Interdum etiam electi poſſunt non eſſe intra Eccleſiam.

1. Cor. 5. 3. &c.

Primi Parentes in numero Prædeſtinatorum.

* *terreſtris*.

4. Dicamus ergo, Catholicam *ſocietatem* neceſſariam huic noſtræ Eccleſiæ, ita ut neque preces, nec Sanctorum ſuffragia, vel Sacramenta frequentata frequentantibus proderunt, ſi quan-

Sine Eccleſiaſtica ſocietate nihil proſunt alia bona.

(*a*) Vocatio eſt primum beneficium, quod Sancti a Deo recipiunt: *quos vocavit*, inquit Apoſtolus Rom. 8. 30. *hos juſtificavit: quos autem juſtificavit, illos & glorificavit*. Et Actor. 2. 39. *Quoſcumque advocaverit Dominus Deus noſter*. Hinc toties Apoſtolus Chriſtianos appellat *vocatos* in omnibus fere ſuis Epiſtolis.

(*b*) Subintellige, *Sub obedientia legitimorum Paſtorum, præſertim Romani Pontificis*. Dicit enim *Waldenſis* Eccleſiam eſſe *Societatem;* quæ utique ſine legitimo Capite rite conſtare non poteſt.

(*c*) Per hæc verba innuit Apoſtolus quod Fornicarium prædictum excommunicaverit, ut reſipiſceret.

(*d*) Ratio eſt: quia cum Eccleſia per Wicleffum ſit ex ſolis prædeſtinatis, nullus mortalis judex poteſt certo cognoſcere an aliquis non ſit a Deo prædeſtinatus, ut eum a ſocietate Chriſtiana ſecludat. Hoc idem faſſus eſt Calvinus ipſe, dicens, Eccleſiam a ſolo Deo cognoſci poſſe, ejuſque fundamentum eſſe divinam electionem: quia nimirum conſtat ex fidelibus, qui neceſſario ſunt de numero Electorum.

* *Cap. præced. num.* 6.

quando hanc *ſocietatis* compagem amittunt. Unde Auguſtinus ideo ſupra * dixit ſuis detractoribus: „ Suſpicamini quod vultis de „ nobis. Si boni ſumus, in Eccleſia Chri„ ſti frumentum ſumus: ſi mali, palea: tamen „ ab area non recedimus.„ Quid eſt *ab area?* Ab Eccleſiaſtica *ſocietate*, ubi mali cum bonis, frumenta cum paleis, reprobi cum electis, ſine noſtra diſcretione coincidunt, & cœca quadam *ſocialitate* convivunt. Idem quoque Auguſtinus libro *de fide ad Petrum*, cap. XXXIX. AUGUSTINUS. Omni homini, qui Eccleſiæ Catholicæ „ non tenet unitatem, neque baptiſmus, „ neque eleemoſina, quamlibet copioſa, „ neque mors pro nomine Chriſti ſuſcepta „ proficere poſſet ad ſalutem, quando in „ eo hæretica, & ſchiſmatica pravitas per„ ſeverat, quæ ducit ad mortem.„ Hæc ille. -- Et iterum cap. XXXVI -- Tantum enim va„ let Eccleſiaſticæ *ſocietatis* unitas ad ſalutem, „ ut baptiſmo non ſalvetur, cui non ibi datur. „ Ineſſe tamen homini baptiſmum, etiam ex„ tra Eccleſiam baptizato, ſed ad judicium ineſ„ ſe ab Eccleſia ſeparato. -- Et reddens hujus cauſam in ſequenti Capitulo -- Nam in diebus „ diluvii (inquit) neminem legimus extra ar„ cam potuiſſe ſalvari.„ Hæc Auguſtinus.

* Auguſtinus *To.* 6. *in app. pag.* 32.

Neque baptiſmus extra Eccleſiam ſuſceptus valet ad ſalutem.

5. Ecce ergo extra arcam potuit nemo ſalvari, quæ munda animalia immundis, hominibus jumenta, fœda pulchris, mitia rapacibus *ſocialiter* combinavit. Hæc eſt ergo Eccleſia noſtra, quæ ſimul iſta complectitur: ſed nec noſtri propoſiti eſt, nec nobis licet iſta disjungere. Prædeſtinatos a præſcitis non eſt datum ſecernere: nec quis præſcitus eſt, inquirere ut pereat; nec ſi ſit prædeſtinatus, ut ſervetur. Hoc igitur eſt, quod catholice concludemus, Eccleſiam Chriſti, quæ eſt corpus ejus, cujus Caput eſt Chriſtus, non bene deffinitam a Wicleffo, quod ſit *univerſitas electorum* (ſaltem pro hoc miſero incolatu) pro eo quod multi electi ante regenerationem baptiſmalem non pertinent ad illam Eccleſiam, nec ipſi ſunt lapides vivi, ex quibus fiat templum Chriſti, ſecundum Apoſtolum. De electis nondum natis ex utero, ſed in utero, hoc Auguſtinus definit Epiſt. *ad Dardanum*, & eſt in numero Epiſtolarum LVII. non longe a fine, AUGUSTINUS. Hoc (inquit) „ excepto lapide angulari, non video quomo„ do ædificentur homines in domum Dei ad „ habendum in ſe inhabitantem Deum, niſi „ cum fuerint renati; quod non poſſunt eſſe, „ antequam nati.„ Hæc ille. Et iterum loquens de natis ab utero, ſed nondum renatis in generali, quadam claudens ſententia, AUGUSTINUS. Proinde (inquit) in compagem „ Chriſti, tamquam in vivam ſtructuram tem„ pli Dei, quæ eſt ejus Eccleſia, nati homi„ nes, non ex operibus juſtitiæ, quæ fecerunt, „ ſed renaſcendo per gratiam, transferuntur „ tamquam de maſſa ruinæ ad ædificii firma„ mentum. Præter hoc enim ædificium, quod „ beatificandum conſtruitur ad æternam habi„ tationem Dei, vita hominis omnis infelix, „ & mors eſt potius appellanda, quam vita. „ Quiſquis ergo inhabitatur a Deo, ne ira Dei „ maneat ſuper eum, ab hoc corpore, ab hac „ vita, ab hoc templo, ab hac civitate non „ erit alienus: omnis autem non renatus alie„ nus eſt. Sacramentum porro regenerationis „ noſtræ manifeſtum eſſe voluit manifeſtus * „ Mediator.„ Hæc Auguſtinus. Jam vides, quod in compagem, & vivam ſtructuram Chriſti, quæ eſt ejus Eccleſia, transferuntur nati homines, renaſcendo, tamquam de maſſa ruinæ,

Eccleſia arcæ Noeticæ comparata.

1. *Pet.* 2. 5.

Auguſtinus *To.* 2. *pag.* 688. *num.* 32.

Auguſtinus *Ibid. pag.* 689. *num.* 33.

* *M.* habitabitur.

* *M.* manifeſtatus.

ad ædificii firmamentum. Tota ergo univerſitas electorum poſt Chriſtum erat in maſſa ruinæ, quouſque renaſcendo transferretur in ſtructuram vivam Chriſti, quæ eſt ejus Eccleſia. *Electorum* ergo hominum *univerſitas* ſi ſit Eccleſia, tamen eſt maſſa ruinæ, quouſque ſit regenerata Chriſti Eccleſia. Exemplificat ibi Auguſtinus de multis Evangelicis viris, qui nondum pertinebant ad Eccleſiam, ſed poſtmodum pertinebant. AUGUSTINUS. Nec nos (inquit) „ movere debet, quod per quosdam ad hoc „ templum non pertinentes, vel nondum per„ tinentes, ideſt, in quibus non habitat, vel „ nondum habitat Deus, aliquid virtutis ope„ ratur; ſicut per illum, qui in nomine Chri„ ſti expellebat Dæmonia, cum Chriſtum non „ ſequeretur; quem permitti juſſit, propter „ multis utilem commendationem nominis ſui. „ -- Sequitur -- Cornelius quoque, antequam „ regeneratione incorporaretur huic templo, „ miſſum ad ſe angelum videt, auditque di„ centem, quod exauditæ ſunt orationes ejus, „ & eleemoſinæ acceptæ. Agit enim hæc Deus „ tamquam ubique præſens, vel per Angelos „ Sanctos ejus *. Nam illa priuſquam exiret „ de vulva Jeremiæ ſanctificatio, quamquam „ nonnulli hoc in typum Salvatoris accipiant, „ qui regeneratione non eguit: tamen etiamſi „ de ipſo Propheta accipiatur, poteſt & ſecun„ dum prædeſtinationem non inconvenienter „ intelligi: ſicut filios Dei appellat Evange„ lium nondum regeneratos, ubi Caiphas cum „ de Domino dixiſſet, *Expedit vobis ut unus* „ *moriatur homo pro populo, & non tota gens* „ *pereat;* mox Evangelium ſecutum adjunxit: „ *Hoc autem a ſe ipſo non dixit, ſed cum eſſet* „ *Pontifex anni illius, prophetavit, quia Jeſus* „ *moriturus erat pro gente; & non tantum pro* „ *gente; ſed ut filios Dei, qui erant diſperſi,* „ *congregaret in unum*. Filios Dei utique ap„ pellavit, præter hebræam gentem, in cæteris „ etiam omnibus gentibus conſtitutos, nondum „ fideles, nondum baptizatos. Quomodo ergo „ Dei filios, niſi ſecundum prædeſtinationem, „ ſecundum quod Apoſtolus ait, quod *elegerit* „ *nos Deus in Chriſto ante mundi conſtitutio*„ *nem?* Illa vero in unum congregatio factu„ ra erat eos filios Dei. Neque enim *in unum* „ dictum eſt in aliquem corporalem locum. -- „ Sequitur -- Sed *congregaret in unum* dictum „ eſt, in unum ſpiritum, in unum corpus, cu„ jus caput * eſt Chriſtus. Talis congregatio, „ ædificatio eſt templi Dei: talem congrega„ tionem non generatio carnalis, ſed regenera„ tio ſpiritualis facit.„ Hæc ille. Ecce non ſubtrahitur oculis veſtris quod Auguſtinus diffuſe pronunciat. Cornelius ante regenerationem non fuit incorporatus templo Chriſti, nec membrum Eccleſiæ; cum tamen, ut præſupponimus, æternaliter fuerit electus & prædeſtinatus eſſe membrum Eccleſiæ. Nec Jeremias Propheta fuit actu ſanctificatus in utero, ſed prædeſtinatus ſanctificationi: ſicut filios Dei dixit Evangelium, qui nondum erant Dei filii: quia nec fideles, necdum baptizati, quos tamen congregatio Chriſti *in unum* factura erat Dei filios, cum congregaret eos in unum corpus, cujus caput eſt Chriſtus. Et inde dicebantur *Dei filii* ſecundum prædeſtinationem, non ſecundum actum; ſicut aliquis dicitur prædeſtinatus *beatus*, qui nondum eſt beatus.

Electi ante baptiſmum erant in maſſa ruinæ.

Auguſtinus *To.* 2. *pag.* 690. *num.* 36.

Quomodo poſſint qui ſunt extra Eccleſiam virtutes operari.

Matth. 7.

Act. 10. 4.

* *M.* ſuos.

Sanctificatio Jeremiæ in utero quomodo poſſit intelligi.

Joan. 11. 50.

Epheſ. 1. 4.

* *M.* unum caput.

Joan. 11. 52.

6. Prædeſtinatio ergo ſola, vel electio, non facit Chriſti corpus Eccleſiam: quia electi, & prædeſtinati, hoc æternaliter erant; ſed congregatio Chriſti per regenerationem baptiſmalem *,

* Cod. Ferrarie. baptiſmaliter.

lem *, conſequentem (a). Et quia dicit Wicleffus, quod de hac Eccleſia non loquitur fides noſtra, ſed tantum de Eccleſia electorum; an quod dixit Chriſtus non audivit? „ Alias oves „ habeo (inquit) quæ non ſunt de hoc ovili; „ & illas oportet me adducere: & vocem me„ am audient: & fiet unum ovile, & unus „ paſtor. „ *Alias oves* exponunt concorditer Gregorius & Auguſtinus (b) *gentium nationes*; & illæ non ſunt ex hoc ovili. Si ex ovili electorum, ut Wicleffus dicit, falſum eſt: quia electi erant ante mundi conſtitutionem. Si ex hoc ovili præſentis Eccleſiæ, in quam oportuit eas Chriſtum adducere per fidei portam & baptiſmatis Sacramentum: ergo ovile, & Eccleſia Chriſti, non continet omnes electos, nec eſt adhuc *ovile* Chriſti *unum* omnium electorum: ſed nec unus paſtor, ad quod paſtor Chriſtus adducit alias adhuc oves.

Joan. 10. 16.

A

7. Eadem ratione, qua prædeſtinatio neceſſario non includit Eccleſiam, reprobatio * non excludit; quamvis contra hoc quidam Wicleviſtæ ſophiſticent, dicentes, Chriſtum ſecundum Apoſtolum ſtatuiſſe ſibi Eccleſiam *glorioſam*, non habentem maculam, ſive rugam. Et iterum: *Deſpondi uni viro virginem &c.* Sed & ego addam quod de eo celebratur in Canticis Canticorum, *Tota pulchra es amica mea.*

* Veneta Ed. improbatio.

B

Epheſ. 5. 27. *2. Cor. 11. 2.* *Cant. 4. 7.*

8. Sed audiamus quid de hac re Beda præſenſerit, exponens eumdem textum lib. IV. *ſupra Cantica*, BEDA. Tota pulchra es, ideſt, „ non in eximioribus tantum membris electo„ rum, quæ ſpecialius enumeravi, pulchra es; „ verum etiam in illis, qui puſilli videntur, ac „ fragiles; & decore refulges virtutum, & vi„ tiorum macula cares. Benedixit enim omnes „ timentes Dominum, puſillos cum majoribus. „ Unde & in Apocalypſi ſua de ſuperna ejuſ„ dem Eccleſiæ patria dicit Joannes: noc in„ trabit in eam aliquid coinquinatum, & fa„ ciens abominationem & mendacium, niſi „ qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni. Hæc au„ tem dicta ſunt, non quod in hac vita San„ ctorum quiſpiam vel a culpis omnibus im„ munis, vel perfectus poſſit eſſe virtutibus, „ cum veraciter ſcriptum ſit: Quia non eſt ho„ mo in terra juſtus, qui faciat bonum & non „ peccet; ſed quod Sancta Eccleſia in quan„ tum Eccleſia Chriſti eſt, & fide recta, & „ munda ſit opere. Si quid vero eam immun„ ditiæ, vel pravitatis attigerit, non hoc ad „ eam pertineat, ſed ab ea ſit celerius, velut „ extraneum, omni conatu expurgandum. „ Hæc ille.

Beda To. 4. pag. 765.

Pſal. 113. 13.

C

Apoc. 21. 27.

3. Reg. 8. 46. *2. Paralip. 6. 36.*

D

9. Sic ergo intellige Eccleſiam Virginem & totam caſtam, quod quamvis hæreſes (c), vel flagitia multa contineat, quæ etiam ab Eccleſia tua ex toto purgare non poteris; tamen flagitiis & hæreſibus proſtituta non ſternitur *: peccata enim non probat, ſed corrigit: & ita in ſuo gremio reprobos ſuſtinet, quod eorum improbitatem ullatenus non admittit. At quis quantumcumque peccator eſt, quem Deus non fecerit, qui peccatum non fecit, nec eſt fabricæ ſuæ culpa? Sicut igitur Deus dicitur deteſtari peccatorem propter peccati culpam, non propter naturam bonam; ita & hæreticus, vel flagitioſa perſona, extranea cenſetur Eccleſiæ propter culpam quidem tantum, quæ nullatenus Chriſti corpori incorporari probatur; quemadmodum loquitur Hieronymus in Commentario ſuper Epiſtolam Pauli *ad Epheſ.* lib. III. tractans hunc textum, *Ut Eccleſia ſubjecta eſt Chriſto; ita & mulieres viris ſuis in omnibus*, HIERONYMUS. Eccleſia Chriſti glorioſa eſt, non „ habens maculam, neque rugam, aut quid „ iſtiuſmodi. Qui ergo peccator eſt, & aliqua „ ſorde maculatus, de Eccleſia Chriſti non po„ teſt appellari, nec Chriſto ſubjectus dici. „ Poſſibile autem eſt, ut quomodo Eccleſia, quæ „ prius rugam habuit & maculam, in ubertatem & munditiam poſtea reſtituta eſt: ita „ & peccator currat ad medicum, ut curentur „ vulnera ipſius, & fiat de Eccleſia, quæ cor„ pus eſt Chriſti. „ Hæc ille. Hic habes Eccleſiam prius maculatam & rugatam, poſtmodum ſine macula & ſine ruga. Numquid Eccleſia tua eſt iſta, ſcilicet, univerſitas electorum? Sed ergo macula iſta non eſt indelebilis præſcientia, ut tibi videtur, ſed macula aliqua temporalis, ſine qua etiam virgo noſtra ex toto in hoc exilio caſta non eſt.

c Quo ſenſu Eccleſia virgo ſit & caſta.

*Ven. Ed. finitur.

E

Epheſ. 5. 24.

Hieronymus To. 7. pag. 655.

10. Sed invehetur aliquis Wicleviſta: „ Hoc „ ipſum, quid profeſſioni tuæ proderit, ſecun„ dum quam Eccleſiam facis ex reprobis & e„ lectis, cum hæc omnes peccatores excludat? „ Hieronymus pro me eſt, qui non omnes electos incluſit, quia eos excluſit, qui propter actuale peccatum de Eccleſia nondum ſunt, & per pœnitentiam eſſe poſſunt. Non ergo tota univerſitas electorum jam eſt Eccleſia, de qua multi excluduntur, quamdiu regenerati, vel nondum fuerint generati. Multi quoque poſt regenerationem baptiſmatis, propter iniquitatem actualis malitiæ, jam ab ipſa relegantur, in quam poſtmodum revertentur. Hi ergo, tam qui regenerationem præveniunt, quam qui poſt illam præveniuntur flagitiis, intra univerſitatem electorum veraciter continentur, ſed non de prædicta Eccleſia computantur.

CAPUT X.

Quod tres partes ſunt Catholicæ militantis Eccleſiæ, ſecundum diviſionem gratiarum.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Eccleſia in quot partes dividatur, ſecundum Wicleffum.*
2. *Eccleſia in quot partes diſtribuatur ſecundum Catholicos.*
3. *Wicleffus offendi ſolet, audiens reprobos, dum vivunt, eſſe in Eccleſia: ſed eos viventes, de numero eſſe Eccleſiæ militantis, filios Dei appellari, & cum Chriſto unanimes, oſtenditur.*
4. *Primus Angelus olim fuit Cœli civis, ac Summæ Eccleſiæ filius.*
5. *Reprobi, ac ii qui futuri ſunt diaboli, quomodo in Eccleſia contineantur.*

1. DE Eccleſia in communi, prout Deus dedit, jam diximus: de ejus Partibus jam jam dicamus. Tripartitur autem noſter Wicleffus Eccleſiam in *militantes*, *gaudentes*, & *dormitione detentos*; forſitan non male diſtinguens electos; ſed de neceſſariis Partibus hujus militantis Eccleſiæ nondum certos faciens Orthodoxos. Nec quidem tutum eſt iſtum imitari ſciſſorem, qui non tam dividere, quam ſcindere vellet Eccleſiam; ſed imitemur eum, qui dixit:

(a) Extra Eccleſiam utique ſunt etiam prædeſtinati ante ſuſceptam *regenerationem baptiſmalem* in re, vel in voto, ut communiter loquuntur Theologi.

(b) Gregorius hom. 14. & Auguſtinus Tract. 47. ſuper Joannem.

(c) Hoc loco *hæreſes occultas*, & occultos, ac nondum ſeparatos intellige hæreticos.

1. Cor. 4. 16. dixit: *Imitatores mei eſtote, ſicut filii chariſſimi:* non ſcindentem, ſed dividentem imitemur

1. Cor. 12. 4. &c. Apoſtolum 1. Cor. XII. „ Diviſiones gratiarum „ ſunt: idem autem ſpiritus. Diviſiones mi- „ niſtrationum ſunt: idem autem Dominus. „ Et diviſiones operationum ſunt: idem vero „ Deus, qui operatur omnia in omnibus. „

2. Sunt diviſiones *gratiarum* in Eccleſia, diviſiones *miniſtrationum*, & diviſiones *operationum*. Diviſiones gratiarum ſunt, non tantum temporalium, quas ſtatim docet Apoſtolus; ſed

1. Cor. 12. 31. magis ſpiritualim, de quibus dicens *Æmulamini chariſmata meliora*, ſubdit in ſequenti capi-

1. Cor. 13. 13. te: *Fides ſpes, & charitas: major horum charitas*. Secundum vero horum Chariſmatum

Tres partes Eccleſiæ. gratias graduales, tres habemus partes Eccleſiæ graduatim diſtinctas. In primo & ſummo gradu ſunt electi fideles, immunes a damnabili crimine. Sub iſtis habemus electos, ſed peccatores; &, niſi per pœnitentiam reſipiſcant, reos gehennæ. Et tertio flagitioſos, vel hæreticos, vel omnes præſcitos flammæ perpetuæ. Primi habent gratiam præſentem, & in re puram. Secundi habent gratiam tantum in ſpe futuram. Et tertii, quamvis habent gratiam fidei, ſunt tamen debitores gratiæ ſpei: vel quamvis utramque habeant, & ſpem & fidem,

1. Cor. 13. 2. ita ut montes transferant, gratia tamen charitatis, quia prævaricatores exiſtunt, privati ſunt; ideo quaſi nihil ſunt: ſed tamen horum trium quia idem eſt Dominus, eadem fides, & idem baptiſma; idcirco horum trium una præſens eſt Eccleſia. Quibus utique tribus tria illa reſpon-

Ezech. 2. 9. dent Cœleſtis Scripturæ, *Lamentationes, Carmen & Væ*. *Carmen* primis, *lamentationes* peccatoribus ſecundis, & *væ* præſcitis. De primis habet Auguſtinus Epiſtola *ad Dardanum*, AUGUSTI-

Auguſtinus To. 2. pag. 690. num. 35. NUS. Deus, qui ubique præſens eſt, & ubique „ totus, non in omnibus habitat, ſed in eis „ tantum, quos efficit templum beatiſſimum „ ſuum, vel beatiſſima templa ſua, eruens eos „ a poteſtate tenebrarum, & transferens in re- „ gnum filii charitatis ſuæ, quod incipit a re- „ generatione. „ Hæc Auguſtinus. Hic monſtrat evidenter Auguſtinus, hoc genus electorum eſſe per quamdam antonomaſiam præcipuum Chiſti templum, quos vocat *beatiſſima templa* Chriſti, quia eruti ſunt de pote-

Baptiſmus initium regni Dei. ſtate tenebrarum, & tranſlati in regnum Filii, *quod incipit* (inquit) *a regeneratione*. Illi ergo electi omnes, qui nondum eruuntur a poteſtate tenebrarum, ſive doloſi, ſive dolo immunes, non ſunt participes hujus Eccleſiæ electorum, quæ vocatur ab Apoſtolo

Quo ſenſu Eccleſia dicatur *glorioſa*. Epheſ. 5. 27. ſingulariter *glorioſa* quia ſit aquæ lavacro regenerata. „ Chriſtus (inquit) dilexit Eccle- „ ſiam, & ſe ipſum tradidit pro ea, ut illam „ ſanctificaret, mundans eam lavacro aquæ in „ verbo vitæ, ut exhiberet ſibi glorioſam Ec- „ cleſiam, non habentem maculam, aut ali- „ quid hujuſmodi; ſed ſit ſancta & immacula- „ ta. „ *Epheſ.* 5. Scio tamen, & ſemper confiteor Eccleſiam quamdam eſſe omnium electorum, qualiter ſemel & frequenter dicit Augu-

Auguſtinus To. 7. pag. 534. ſtinus XVIII. *Civit. Dei* cap. LI. in fine. AUGUSTINUS. Non ſolum a tempore corporalis „ præſentiæ Chriſti & Apoſtolorum ejus, ſed „ ab Abel, quem primum juſtum impius fra- „ ter occidit, & deinceps uſque in finem ſæ-

Eccleſia ab initio mundi fuit. „ culi, inter perſecutiones mundi & conſola- „ tiones Dei peregrinando percurrit Eccleſia. „ Hæc ille. Et ſecundum hoc *in Prologo ſuper*

Beda Lib. 2. ſuper Cant. cap. 1. To. 4. pag. 728. *Cantica*, BEDA. Quiſquis Cantica Canticorum „ ſapienter legere cupit, meminiſſe debet in „ primis, quod omnis electorum congregatio

„ generaliter *Eccleſia* vocatur: & tamen nunc, „ cauſa diſcretionis, ſpecialiter ea fidelium por- „ tio, quæ incarnationis dominicæ tempora „ præceſſit, *Synagoga:* quæ vero hanc ſecuta „ eſt, *Eccleſia* nuncupatur. „ Hæc ille. Et Auguſtinus dicit, Chriſtum reliquiſſe matrem ſuam, ut adhæreret uxori, *ſuper Joan.* Tract. IX. AUGUSTINUS. Quomodo reliquit matrem? Relin- „ quendo Synagogam Judæorum, de qua ſecun-

Gen. 2. 24. Auguſtinus To. 3. pag. 365. num. 10. Chriſtus Matrem reliquit deſerendo Synagogam.

A „ dum carnem natus eſt; & inhærendo Eccle- „ ſiæ, quam ex omnibus gentibus congrega- „ vit. „ Hæc ille. Sic ergo ſolent providi Doctores Eccleſiæ loqui de Eccleſia electorum, ut loquendo, *Eccleſiam* a *Synagoga* diſtinguant, & cum Apoſtolo eam dicant, quæ aquæ lavacro in verbo vitæ facta eſt Chriſti glorioſa Eccleſia. *Glorioſa*, inquam, ſed nondum re ex omni parte perfecta, ſed his affecta mendulis vitiorum, ſine quibus vita præſens, etiam a mul-

Quæ nunc ſit propriè Eccleſia.

B tum juſto non agitur. Ideo Auguſtinus in libro *Retract.* II. *de ſerm. Domini in monte*, capite XVIII. *contra Donatiſtas*, AUGUSTINUS. „ Ubicumque (inquit) in his libris comme- „ moravi *Eccleſiam non habentem maculam, aut* „ *rugam*, non ſic accipiendum eſt, quaſi jam „ ſit, ſed quæ præparatur, ut ſit, quando ap- „ parebit etiam glorioſa. Nunc enim propter „ quaſdam ignorantias, & infirmitates mem- „ brorum ſuorum, habet unde quotidie tota „ dicat: *Dimitte nobis debita noſtra*. „ Hæc ille. Et idem lib. *Retract.* I. cap. XIX. AUGUSTINUS. Quod dixi, *Quam ſibi elegit Deus glo-*

Auguſtinus To. 1. pag. 48. Eccleſia dicitur ſine macula eſſe, quia præparatur ut ſit.

Matth. 6. 12. Auguſtinus To. 1. pag. 31. num. 9. Epheſ. 5. 27.

C „ *rioſam Eccleſiam, non habentem maculam, ne-* „ *que rugam;* non ideo dixi, quia nunc ex o- „ mni parte talis ſit, quamvis ad hoc electa „ non dubitetur ut talis ſit, quando Chriſtus „ apparuerit vita ejus: tunc enim & ipſa cum „ illo apparebit in gloria, propter quam glo- „ riam eſt Eccleſia glorioſa. „ Hæc ille. Eſt iterum alia pars Eccleſiæ paulo iſta inferior, eorum ſcilicet electorum, qui adhuc non minima peccata, ſed utique gravia peccata, & damnationi obnoxia circumportant: qui utique, illis non obſtantibus, intra Eccleſiam Chriſti ſunt, propter hoc quod reſipituri ſunt: in-

D tra illam Eccleſiam dico, quæ glorioſa eſt futura in Cœlo, & omnes electos continet jam renatos. De qua lib. XVIII. *de Civ. Dei*, cap. XLVIII. AUGUSTINUS. Major eſt (inquit) glo- „ ria domus ejus * novi teſtamenti, quam do- „ mus prioris veteris teſtamenti: & tunc appa- „ rebit major, cum dedicabitur. Tunc enim „ veniet *deſideratus cunctis gentibus*, ſicut legi- „ tur in Hebræo *. Nam prius ejus adventus „ nondum erat deſideratus omnibus gentibus. „ Non enim, quem debebant deſiderare, ſcie- „ bant, in quem non crediderant. Tunc etiam, „ ſecundum Septuaginta Interpretes, (quia &

Auguſtinus To. 7. pag. 531. * M. hujus.

Aggæi 2. 8. * Forte Aggæo

E „ ipſe propheticus ſenſus eſt) *venient quæ ele-* „ *cta ſunt Domini cunctis gentibus:* tunc enim „ vere non venient niſi electi, de quibus dicit „ Apoſtolus: *Sicut elegit nos in ipſo ante mun-* „ *di conſtitutionem*. Ipſe quippe Architectus, „ qui dixit, *Multi vocati, pauci vero electi*, „ non de jis, qui vocati ſic venerunt, ut de „ convivio projicerentur; ſed de electis demon- „ ſtraturus eſt ædificatam domum, quæ nullam „ ruinam deinceps formidabit. Nunc autem, „ quando & hi replent Eccleſias, quos tam- „ quam in area ventilatio ſeparabit, non appa- „ ret tanta gloria domus hujus, quanta tunc „ apparebit, quando quiſquis ibi erit, ſemper „ erit. „ Hæc ille. Videtis jam, de qua domo dixerit, quia de domo electorum in communi; non tamen omni, quia *major eſt* (inquit) glo-

Epheſ. 1. 4.

Matth. 22. 14.

gloria domus hujus teſtamenti novi, *quam domus prioris veteris teſtamenti*; & tamen ſolos electos dicens, Eccleſiam vocatorum volebat includere, *quorum quidam* (inquit) *ſic venerunt*, *ut de convivio projicerentur*. Hæc tamen Eccleſia membra ſua habet; quæ utique primæ Eccleſiæ Chriſti, quamdiu peccato ſuo A deſerviunt, ſunt extranea: quamvis intra Eccleſiam Catholicam continentur. Unde ſecundum quoſdam, qui excommunicationem minorem contrahunt, apud Conditoris ſententiam gehennæ reatum incurrunt; & ad magnam iſtam, & prævenerandam Eccleſiam Sanctorum non pertinent (*a*), quouſque per lachrymarum tabulas, culpas ſuas mortales deletas oſtendant. Unde lib. III. contra Donatiſtas *de Baptiſmo*, cap. XVIII. AUGUSTINUS. Iſti (inquit) ideſt mali, „ qui intus cum gemitu tolerantur; quamvis „ ad eamdem columbæ unitatem, & illam glo„ rioſam Eccleſiam non habentem maculam aut B „ rugam, aut aliquid ejuſmodi, non pertine„ ant; tamen ſi corrigantur, & ſe ipſos * ad „ baptiſmum acceſſiſſe fateantur, non rebapti„ zantur, ſed incipiunt pertinere ad colum„ bam, per cujus eis gemitus peccata ſolvun„ tur, a cujus pace alienati tenebantur. Sic & „ qui apertius foris ſunt, etſi eadem ſacramen„ ta ſumpſerunt, cum correcti ad Eccleſiæ ve„ niunt unitatem, non iterato baptiſmo, ſed „ eadem charitatis lege, & unitatis vinculo li- C „ berantur. „ Hæc Ille. Ecce iſti mali baptizati, quouſque corrigantur, non pertinent ad Eccleſiam: correcti, ſtatim incipiunt pertinere. Ad quam Eccleſiam, rogo dicas: numquid ad Eccleſiam Electorum generaliter? Sed ad illam nullus incipiet pertinere, poſtquam pertinuit: ergò ad Eccleſiam ſpecialiter electorum, ad Eccleſiam illam glorioſam: ergo iſti de electorum Eccleſia membra ſunt, & tamen extra Eccleſiæ illius glorioſæ communionem morantur, quouſque pœnitentialiter corrigantur. Sed vere nec tunc Eccleſiam illam intrarent, ſi ad hoc ante mundi conſtitutionem electi non eſſent: D electi ergo ſunt, & quod plus eſt, renati ſunt: & tamen de magna electorum Eccleſia ſeparantur. Et quid dico *ſeparantur*? Excommunicantur ab ea.

Excommunicati excommunicatione minori, non pertinent ad Eccleſiam Sanctorum.

Auguſtinus To. 9. pag. 118.

Epheſ. 5. 27.

* M. peſſimos.

3. Eſt demum alia adhuc & gens extranea hujus magnæ Eccleſiæ, genus ſcilicet reproborum, actibus peſſimis, & perverſo fini damnatum. Hæ quidem gentes, ſi non aperte exeant, vel Eccleſiæ authoritate pellantur de Eccleſia Catholica peregrinante, membra ſunt (*b*), quamvis in agro tritici lolium *, aut in rete Evangelico piſces mali. Offendi hic, ſcio, noſtrum Wicleffum, qui ſolet eos dicere in Eccleſia, non E non de Eccleſia, niſi *ſicut ſtercus* (inquit) *in vena meſaraica*. Ego autem ſcio, nec ſtercus eſſe filium talis venæ, nec membrum eſſe hominis, nec vere unum cum homine: qualiter Auguſtinus Judam comparavit ad Chriſtum in expoſit. Pſal. CXLII. qui inſcriptus eſt, *Perſecutioni Abſalon filii David in patrem ſuum*, AUGUSTINUS. Agnoſcamus (inquit) quemad„ modum & Chriſtum perſequebatur filius ſuus. „ Habebat enim filios, de quibus dicebat: *Non* „ *jejunant filii ſponſi quamdiu cum illis eſt* „ *ſponſus: cum autem ab eis ablatus eſt ſponſus*, „ *tunc jejunabunt filii ſponſi*. Ergo filii ſponſi, „ Apoſtoli; & inter eos perſecutor diabolus Ju„ das. – Et bene infra * – Sicut corpus unum „ eſt (inquit) & membra habet multa: omnia „ autem membra corporis cum ſint multa, „ unum eſt corpus; ita & Chriſtus. Non ait, „ *ita & Chriſti*; ſed, *corpus unum membra* „ *multa*, *ita & Chriſtus*. Ergo Chriſtus; & „ quia totum Chriſtus, ideo Caput de cœlo, „ *Saule* (inquit) *Saule quid me perſequeris?* – „ Et infra ad propoſitum * – Non ergo mire„ mur in Pſalmis. Multa enim dicit ex per„ ſona Capitis, multa ex perſona membrorum: „ & hoc totum, tamquam una ſit perſona, ita „ loquitur. Nec mireris, quia duo in voce „ una, ſed * duo in carne una. Judas filius „ ſponſi perſequens ſponſum: hoc tunc conti„ git. An & futurorum exemplum promiſſum „ eſt? Multos enim falſos fratres paſſura erat „ Eccleſia, ut adhuc, & uſque in finem ſpon„ ſum illum filius perſequatur. „ Hæc ille. Ecce Judas filius ſponſi, & perſecutor ſponſi, & diabolus; & unum membrum, non Chriſti, ſed ipſe Chriſtus (*c*). Et infert dicentem Chriſtum: *Si inimicus meus exprobraſſet * mihi*, *ſuſtinuiſſem utique*. Et ſubdit AUGUSTINUS. Quid „ facio de Abſalon? quid facio de Juda? quid „ de falſis fratribus? quid de malis filiis, & „ tamen filiis, qui non contra nos blaſphe„ mant Chriſtum, ſed nobiſcum adorant Chri„ ſtum, & in nobis perſequuntur Chriſtum? „ Alium facile erat perferre, eum qui oderat „ me; vel abſcondere me ab eo. Abſcondis „ enim te a Pagano, intrans in Eccleſiam: „ quando autem & ibi invenis quod times, „ quid quæris ubi te abſcondas? Denique ille „ ipſe Apoſtolus, qui gemuit in periculis a fal„ ſis fratribus, *foris* (inquit) *pugnæ*, *intus ti*„ *mores*. *Si ergo is*, *qui oderat me*, *ſuper me ma*„ *gna locutus fuiſſet*, *abſcondiſſem me utique * ab* „ *eo*. *Tu vero unanimis meus*. Unanimem di„ cit, tamquam unum in Chriſto. Eſt ergo „ Eccleſiæ quod ferat foris, gemat intus. „ Hæc Auguſtinus. Jam habetis quod eum, quem ſupra dixit *filium*, & unum in Chriſto, ideſt Judam (*d*), iterum jam dicit *unanimem* hominem: quod plus eſt dicere quam *membrum*; & *unanimem* exponit *unum in Chriſto*. Et idem Epiſtola ad *Vincentium*, quæ eſt inter epiſtolas XLVIII. * exponens illud Cantici I. *Ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum*, AUGUSTINUS. Non in gregem tuum, ſed in greges ſo„ dalium tuorum, ideſt, hæreticorum: quos „ ita dicit ſodales, ſicut illas ſpinas filias, pro„ pter communionem Sacramentorum. De qui„ bus alibi dicitur: *Tu vero unanimis*, *Dux* „ *meus & notus meus*; *qui ſimul mecum dulces* „ *capiebas cibos*, *in domo Dei ambulavimus cum* „ *conſenſu*. *Veniat ſuper eos mors*, *& deſcendant* „ *in infernum viventes*, ſicut Dathan & Abi„ ron impiæ ſeparationis authores. „ Hæc ille. Ecce unanimes homines in infernum deſcenſuri viventes, ſicut Dathan & Abiron; & tales „ filias Eccleſiæ & filios; ſed & malos filios, & tamen filios dicit, ne aliquis diceret eos non eſſe filios, qui ſunt filii mali.

Reprobi membra ſunt Eccleſiæ.

* Ed. V. palea.

Auguſtinus To. 4. pag. 1589. num. 2.

Matth. 9. 15.

Judas filius Sponſi.

1. Cor. 12. 12.

* Pag. 1590.

Act. 9. 4.

* Pag. 1591. n. 3.

* M. ſi.

Pſal. 54. 13.

* Vulg. maledixiſſet.

Auguſtinus Ibid. pag. 1591. num. 4.

2. Cor. 7. 5.

Pſal. 54. 13. & 14.

* Vulg. forſitan.

* Codd. Ferrarien. & Vat. XXX.

Cant. 1. 6.

Auguſtinus To. 2. Epiſt. nunc 93. pag. 242. num. 28.

Pſal. 54. 14.

Eccleſiæ filii ſunt etiam mali.

4. De primo angelo ſimiliter conſuevit Eccleſia dicere, quod olim fuerit Cœli civis, & filius

(*a*) De excommunicatis, ſine diſcretione loquentes, quod in Eccleſia non ſint, docent Cathechiſmus Romanus in explicatione Symboli; Joannes de Turrecremata lib. 1. cap. 43. Summæ de Eccleſia; Joannes Driedo lib. 4. cap. 2. parte 2. de Scriptorib. & dogmatib. Eccleſiaſticis, & alii nonnulli: quos etiam de excommunicatis excommunicatione minori locutos fuiſſe cenſeo: quia excommunicatio minor privat hominem participatione Sacramentorum, quæ ſunt Eccleſiaſticæ Societatis ſymbolum; & ideo qui eis privatur, Eccleſiaſtica quoque videtur Societate privari.

(*b*) Vide infra cap. 62. hujus libri.

(*c*) Hæc directe militant contra *Joannem Huſſium* docentem quod Judas nunquam fuit de Eccleſia, ut advertit Bellarminus lib. 3. de Eccl. cap. 7.

(*d*) Vide infra cap. 62. hujus libri, num. 3.

Cant. 1. 5.

filius illius ſummæ matris Eccleſiæ. Unde Bernardus homil. XXIX. *ſuper Cantica Canticor.* tractans hunc locum, *Filii matris meæ pugnaverunt contra me*, BERNARDUS. Quoſdam (inquit) altius intellexi ſentire iſtud quaſi de „ diabolo, & angelis ejus dictum: qui cum „ fuerint & ipſi filii Jeruſalem illius, & quæ A „ ſurſum eſt mater noſtra, ex quo lapſi ſunt, „ non ceſſant ſororem ſuam Eccleſiam impugnare. Sed neque contendo, ſi quis uſurpet „ hoc etiam in bonam ſignificationem. „ Hæc ille. Quomodo excludet hæc currens Eccleſia reprobos filios, ſi Eccleſia illa primitiva tot habebat natos ſuos, futuros de propinquo diabolos? Et Auguſtinus non reputat Scripturis abſonum, quod omnes Angeli in principio erant pares, in XI. *Civ.* c.XIII. AUGUSTINUS. Reſtat „ (inquit) ut aut impares fuerint, aut ſi pares „ fuerunt, poſt iſtorum ruinam, illis ſcientia „ certa felicitatis ſuæ ſempiternæ acceſſerit. „ B Hæc ille.

Bernardus To. 1. pag. 1373. num. 6.

Angeli ante ruinam filii erant cœleſtis Jeruſalem.

Auguſtinus To. 7. pag. 283.

Quomodo reprobi intra Eccleſiam ſint.

5. Reſtat ergo intra Eccleſiam Catholicam peregrinantem, etiam futuros diabolos contineri; ſed ſicut ſentinam in navi, corruptum membrum in corpore, aut maculam in globo lunari. Etenim Luna figuram gerit Eccleſiæ, cujus ſunt tres partes: una a Sole illuminata continue, & correſpondet Eccleſiæ glorioſæ: alia illuminabilis impoſterum, ſed adhuc Soli averſa, quamvis gratia ſublucida; & correſpondet ſecundæ: & tertia habens maculam non delendam, & quamvis remiſſe ſublucida, correſpondet extremæ præſcitorum Eccleſiæ, etiam C quamvis gratia ſublucidæ. Non ergo de Eccleſia Catholica ſunt tantum electi, qui non faciunt niſi particularem Eccleſiam: ſed ea eſt Eccleſia Catholica, quæ regeneratos & non emiſſos continet univerſos; electos & reprobos, fœdos & pulchros, oves & hædos: nam inde dicitur *catholica*, quaſi *univerſalis* Eccleſia. Unde *de Inſtitutis Clericorum*, capite 1. RHABANUS. „ Eccleſia Dei Catholica, quæ per totum orbem „ dilatata diffunditur, Chriſti nominis nobilitate glorificatur. Omnis enim homo, qui re„ ctæ fidei exiſtit particeps, & ſacro baptiſ„ mate regeneratur, a Chriſto *Chriſtianus* voca- D „ tur, & Dei Patris, atque Eccleſiæ matris eſ„ ſe noſcitur filius. *Eccleſia* græcum eſt voca„ bulum, quod in latinum vertitur *Convocatio*, „ ſive Conventus, eo quod omnes ad ſe con„ vocat: *Catholica* autem dicitur, ideſt, *uni„ verſalis*, quia in toto mundo una eſt Eccle„ ſia Chriſti, quæ & ſponſa, & corpus ejus „ eſt. „ Hæc ille. Ecce non tantum electus, ſed omnis fidelis particeps * & renatus, eſt filius Dei Patris, & matris Eccleſiæ; non alicujus, ſed Catholicæ: & ipſa quidem Eccleſia univerſalis eſt Sponſa Chriſti, & Corpus ejus.

Luna figuram gerit Eccleſiæ.

Rhabanus To. 6. pag. 3.

Eccleſia dicitur *Catholica*, quia omnes convocat, & quia ubique una.

* *Subaudi* Sacramentorum.

CAPUT XI.

De mixtione, & concurſu membrorum majoris Eccleſiæ.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *In Chriſti corpore quomodo aliquid igne cremandum inveniatur.*
2. *Oppoſitio Wicleffi adducitur.*
3. *Reſpondent Catholici.*
4. *Cum in Scripturis Sacris, ac Sanctorum ſcriptis, Eccleſiæ ſit mentio, diſtinctione uti debemus.*
5. *Judas ex Apoſtolis erat numero, non merito:*

Sacramentorum participatione, non fidei veritate.

6. *Mali, dum ab Eccleſia non ejiciuntur, ſemper de Eccleſia judicantur.*
7. *Quod etiam prædeſtinati, dum vivunt, aliquando dicuntur humores mali, vel palea.*
8. *Quam modeſte loquendum ſit de militante Eccleſia.*

Wicleffus.

1. SEd ergo, dicis, *in Corpore Chriſti multa ſunt membra igne cremanda perpetuo.* In hoc magno corpore, non abnuo, non contendo: famoſe tamen intelligitur Chriſti Corpus, ſecundum ſuam excellentiam, illa glorioſa electorum Eccleſia, cujus corporis nulla ſunt membra, quæ aliquid habeant unde conſumptibiliter ardeant: multo magis unde perpetuos ignes luant. Sed & quamvis membra ſint magnæ ſagenæ, nonniſi humores mali ſunt Eccleſiæ glorioſæ, ſicut phlegma pars eſt & membrum Univerſi; humor tamen corporis humani. Et hoc eſt quod dicit III. *de Doctr. Chriſtiana* cap. *de regulis Ticonii*, regula ſecunda, AUGUSTINUS. „ Non (inquit) revera corpus Domini eſt, quod „ cum illo non erit in æternum. Sed dicendum „ fuit de corpore Domini vero atque permix„ to, aut vero atque ſimulato, vel quid aliud: „ quia non ſolum in æternum, verum etiam „ nunc hypocritæ non cum illo eſſe dicendi ſunt, „ quamvis in ejus eſſe videantur Eccleſia. „ Hæc ille.

Reprobi tanquam humores mali in corpore Eccleſiæ.

Auguſtinus To. 3. pag. 58.

Wicleffus.

2. Sed forſan dicis: Hic videtur Auguſtinus „ ſentire hypocritas non eſſe, ſed *videri eſſe in „ Eccleſia*. Et quomodo ſunt in corpore Chri„ ſti, qui cum Chriſto non ſunt? Et quæ con„ venientia (inquit Apoſtolus) Dei ad Belial? „ aut lucis ad tenebras? Inter illa pax eſt nul„ la, ſed oppoſitio manifeſta. „

2. Cor. 6. 15.

3. Sed in communi tertio quandoque concurrunt. Nonne lux & obſcuritas conveniunt in colore? Sic enim dixit Ariſtoteles, quod lux pauca in obſcuro proſpicuo creat nigrum. Pone ergo ſolam lucem in genere colorum, & non habes nigredinem: tolle nigrum, & pereміſti genus commune colorum. Conjunge ergo quam paucam lucem obſcuro multo, & habes genus in nigro integrum. Sic habes ibi album, ſic etiam colorem medium. Ita denique lux gratiæ Eccleſiaſticæ, quæ facit ut habeat ſinceros electos quaſi ſumme albos, medios quoque electos non pene albos etiam facit, ut nec penitus reprobi excludantur, quamvis tetri: quia ſunt ad ſpeciem & decorem Eccleſiæ. Ideo in prædicto loco AUGUSTINUS. Ad hoc (inquit) „ pertinet in Canticis Canticorum, *Fuſca ſum „ & ſpecioſa ut tabernacula cedar, ſpecioſa ſum „ ut pelles Salomonis*. Non enim ait, *Fuſca fui „ ut tabernacula cedar, & ſpecioſa ſum ut pelles* E „ *Salomonis*: ſed utrumque eſſe ſe dixit, pro„ pter unitatem temporalem, intra una retia „ piſcium bonorum & malorum. Tabernacula „ enim Cedar ad Iſmaelem pertinent, qui non „ erit hæres cum filio liberæ. Itaque cum de „ bona parte Deus dicat: *Ducam cæcos in viam, „ quam non noverunt, & faciam illis tenebras „ in lucem, & prava in directa*: hæc verba *fa„ ciam, & non derelinquam eos*, mox de alia „ parte, quæ mala, vel permixta eſt, dicit: „ *Ipſi autem converſi ſunt retrorſum*, quamvis „ alii jam ſignificentur jis verbis; ſed quoniam „ nunc in uno ſunt, tamquam de ipſis loqui„ tur, de quibus loquebatur: non tamen ſem„ per in uno erunt. Ipſe eſt quippe ille ſervus „ commemoratus in Evangelio, cujus Domi„ nus, cum venerit, dividet eum, & partem

Ariſtoteles in lib. de Senſ. cap. 2.

Auguſtinus ibid.

Cant. 1. 5.

Matth. 13. 47.

Gen. 21. 10.
Gal. 4. 30.

Iſai. 42. 16.

Matth. 24. 51.

„ ejus cum hypocritis ponet. „ Hæc ille. Noli jam iterum dicere, quod pars reproba non ſit pars Eccleſiæ, cum dicat hic Auguſtinus, ſervum Evangelicum perſonam Eccleſiæ, *cujus partem* (inquit) *Dominus ponet cum hypocritis*. Et quam partem illius ſervi & Chriſti Eccleſiæ, niſi partem reprobam finaliter condemnandam? Pars ergo præſcita, pars reproba eſt, pars Evangelici ſervi, & Chriſto ſervientis Eccleſiæ. Beatus vero Hieronymus videtur dicere omne hominum genus etiam non fidelium (a), eſſe membra corporis Chriſti in Epiſt. *ad Amandum* XXXVIII. HIERONYMUS. „ Chriſtus (inquit) in iis, qui fideles ſunt, „ *ſubjectus* eſt Patri: quoniam omnes, immo „ omnium hominum genus, corporis ipſius „ membra reputantur. In iis autem, qui in„ creduli ſunt, ideſt Judæis, Ethnicis, & hæ„ reticis, *inſubjectus* dicitur, quoniam pars „ membrorum ejus non eſt ſubjecta fidei. In „ fine autem mundi cum omnia membra re„ gnantem Chriſtum viderint, ideſt, corpus „ ſuum, etiam ipſa ſubjicientur Chriſto, ideſt, „ corpori ſuo, ut omne corpus Chriſti ſubji„ ciatur Deo, & Patri, & ſit Deus omnia in „ omnibus. „ Hæc ille.

Hieronymus To.1.Epiſt.56. al.86.pag.298. num. 5.

1. Cor. 15. 28.

4. Proinde ergo diſtinguendum eſt in Scripturis ſanctis, aut Sanctorum ſcriptis, de qua intendunt Eccleſia, quando quoſdam intra Eccleſiam admittunt, quoſdam expellunt. Nam illum, quem unus excludit, alter includit. Intra Eccleſiam, quandoque hoſpitio tradunt Moyſen & Prophetas: & alii * diſtincte loquentes, ut Eccleſia præſenter currens excipit ſynagogam, ſic Judam proditorem inferunt, & Patriarchas excludunt, hæreticum prædeſtinatum eventilant, & parvulum congregant jam præſcitum: ab electorum glorifica portione reprobos amovent, quos tamen ab univerſali & catholica domo non diſtrahunt: & ſic dicuntur in electis eſſe, & non eſſe, & non ex eis. *In eis* in magna ſagena ſocietate Sacramentorum; *non ex eis*, animo, & propoſito meritorum. Magnum membrum * glorioſæ electorum Eccleſiæ dixit de quibuſdam fidelibus reprobis: „ *Exierunt ex nobis, ſed non erant ex nobis: „ quod ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utique „ nobiſcum*. „ 1. Joan. II. Audiatis tamen caput illius membri dicere ad Apoſtolos de Juda, *unus ex vobis me traditurus eſt*. Et numquid Judas non permanſit cum Apoſtolis? Quomodo ergo ex Apoſtolis unus, ſi non permanſit? Super illud verbum dicit *in expoſitione ejuſdem Canonicæ*, Tract. III. AUGUSTINUS. Omnes hæretici, „ omnes ſchiſmatici ex nobis exierunt, ideſt, „ ex Eccleſia exeunt; ſed non exirent, ſi ex no„ bis eſſent. Antequam exirent ergo non erant „ ex nobis. Hæc ille.

* al. alibi

* Joannes Apoſtolus.

1. Joan. 2. 19.

Joan. 13. 21.

1. Joan. 2. 19.

Auguſtinus To.3.pag.844. num. 4.

5. Quomodo ergo Judas ex Apoſtolis unus erat? Dicit idem Auguſtinus: *Numero, non merito*; Sacramentorum participatione, ſed non fidei veritate; hoc eſt dicere, non erat unus de Eccleſia electorum; erat tamen unus de Eccleſia communiter renatorum. *Super Joan.* homil. LXI. AUGUSTINUS. Utrumque verum eſt: „ & ex nobis, & non ex nobis: ſecundum aliud „ ex nobis; ſecundum aliud, non ex nobis: „ ſecundum communionem Sacramentorum, „ *ex nobis*; ſecundum ſuorum proprietatem cri„ minum, *non ex nobis*. „ Et de hoc paulo ante „ *Unus ex vobis* numero, non merito, u„ nus ex ſpecie, non virtute; commixtione „ corporali, non vinculo ſpirituali; carnis ad„ junctione, non cordis ſocius unitate. „ Hæc Auguſtinus. Et ſecundum hoc idem etiam dicit *ſuper Pſal.* LXXVII. *in primum verſum*, AUGUSTINUS. Omnibus in nomine Patris, & Fi„ li, & Spiritus Sancti baptizatis commune eſt „ lavacrum regenerationis; ſed ipſa gratia, cu„ jus ipſa ſunt Sacramenta, qua membra cor„ poris Chriſti cum ſuo capite regenerata ſunt, „ non communis eſt omnibus. Nam & hæ„ retici habent eumdem baptiſmum, & fal„ ſi fratres in communione Catholici nominis. „ Hæc Auguſtinus. Gratia ergo baptiſmali ſunt iſti nobiſcum in Eccleſia, gratia prædeſtinationis finalis non ſunt nobiſcum. Neutro vero modo nobiſcum, vel ex nobis ſunt, ſi ſunt præciſi; ſed nunc etiam, quamvis electi, ſunt publici antichriſti. Et ideo prædicta homilia III. *ſup. Can. Joannis*, AUGUSTINUS. Omnes (inquit) „ qui exeunt de Eccleſia & præciduntur ab u„ nitate Eccleſiæ, antichriſti ſunt: nemo du„ bitat: ipſe enim deſignavit, *ex nobis exie„ runt; ſed non erant ex nobis* — Et verſus fi„ nem homiliæ * — Si amas & amplecteris „ peccata tua, contrarius es Chriſto. Intus ſis, „ foris ſis, contrarius es Chriſto: intus ſis, fo„ ris ſis, palea es: intus ſis, foris ſis, anti„ chriſtus es. „ Hæc ille.

Quomodo Judas erat ex Apoſtolis unus.

Auguſtinus To.3.pag.666. num. 2.

Joan. 13. 21.

Auguſtinus To.4.pag.817.

Auguſtinus To.3.pag.846. num. 7.

1. Joan. 2. 19.

* Pag. 848. num. 9.

6. Sed frequens quæſtio eſt de his piſcibus malis in Eccleſia, an membra ejus ſint? Jam alias * dixi ſentire magiſtros Scripturarum expertos, ſi nondum ejecti ſunt, nec exierunt, eos eſſe membra magnæ Chriſti Eccleſiæ illius Catholicæ per orbem diffuſæ. Sic enim *contra duas Epiſtolas Pelagianorum* libro III. in fine. AUGUSTINUS. Quiſquis (inquit) de anima, vel „ quacumque re obſcura id adſtruit, unde hoc, „ quod veriſſimum & fundatiſſimum eſt, de„ ſtruat, ſive ſit ille filius, ſive inimicus Ec„ cleſiæ, corrigendus eſt, aut cavendus. „ Hæc ille. Quod non dixiſſet Auguſtinus, niſi talis, deſtruens veriſſimam & fundatiſſimam fidem Eccleſiæ, eſſet pro tunc filius Eccleſiæ, quandiu ſcilicet ejectus non eſt a communione Sacramentorum. An non hoc ſenſit Apoſtolus 1. Cor. XI. dicens: „ Unus panis & unum corpus multi ſu„ mus omnes qui de uno pane & de uno cali„ ce participamus „? Et tamen de uno pane & de uno calice multi de eis ipſis participabant indigne, judicium ſibi manducantes & bibentes: unde & imbecilles erant, & dormiebant multi, ut ipſe ſequenti capitulo dicit. Super quem locum in *annotationibus*, HIERONYMUS. Signifi„ cat Corinthios, propter ſupradictum pecca„ tum, ægrotatione, imbecillitate & morte a „ Deo eſſe correptos „. Hæc ille. Et tamen de iis iterum poſtea dicit: *In uno ſpiritu omnes baptizati ſumus, ut unum corpus efficeremur in Chriſto*. Et iterum poſt: *Vos autem eſtis corpus Chriſti:* ubi HIERONYMUS. Hoc eſt, Eccleſia de car„ ne ejus, & de oſſibus ejus; ſicut ad Epheſios „ ait. „ Et iterum Apoſtolus: *& membra de membro*. Et HIERONYMUS. *Toti, corpus: ſinguli membra*. Non audeo ergo eos etiam peccatores & gehennæ reos negare membra magni corporis Chriſti & grandis Eccleſiæ, ſpecioſæ & fuſcæ, quos Apoſtolus dicit etiam cum eo omnes in uno ſpiritu baptizatos, ut unum corpus efficerentur in Chriſto, & membra de membro. Nec tamen ſcio introducere eos in Eccleſiam electorum, quam dicit Apoſtolus *glorioſam*, ut membra ejus ſint, quamvis inter eos corporaliter

ter

Perverſi intra Eccleſiam, membra ſunt Eccleſiæ.

* Cap.8. num. 2. & cap. 9. num. 7.

Auguſtinus To. 10. pag. 466.

1. Cor. 10. 17.

1. Cor. 11. 30.

* Hieronymus To. 11. pag. 933. in App.

1. Cor. 12. 13.

1. Cor. 15. 27.

* Hieronymus To. 11. pag. 936.

Epheſ. 5. 30.

1. Cor. 27.

* Hieronymus ibidem.

Epheſ. 5. 27.

(a) Subintelligas, *Adhuc in Societate manentium*. Vide infra num. 5.

ter habitent: ſed ut mali humores(non ut membra) in corpore minus ſano, ut dicit Auguſtinus Tract. III. *ſuper Canonicam primam Joannis*. AUGUSTINUS. Sunt (inquit) qui intus ſic „ ſunt in corpore Domini noſtri Jeſu Chriſti; „ quandoquidem adhuc curatur corpus ipſius, „ & ſanitas perfecta non erit, niſi in reſurre- „ ctione mortuorum. Sic ſunt in corpore Chri- „ ſti quomodo humores mali: qui quando evo- „ muntur, tunc relevatur corpus. Sic & mali „ quando exeunt, tunc relevatur Eccleſia. Et „ dicit, quando evomuit eos, atque projecit „ corpus, ex me exierunt humores iſti, ſed „ non erant ex me. „ Hæc ille.

Auguſtinus To.3.pag.845. num. 4.

A

7. Non ſunt ergo niſi humores mali in Chriſti corpore glorioſo, qui forſan in Chriſti corpore, magno illo regno cœlorum ſunt membra. Nec tamen glorietur hic Wicleffus, credens hos humores malos dici tantum præſcitos; quin etiam noverit & prædeſtinatos malos eſſe de eis. Ideo paulo poſt dicit AUGUSTINUS. De volun- „ tate quiſque ſua aut antichriſtus, aut in Chri- „ ſto eſt, & aut in membris, aut in humori- „ bus malis. Qui ſe in melius commutat, in „ corpore membrum eſt: qui autem in malitia „ permanet, humor malus eſt „ – Et verſus fi- „ nem homiliæ *, Vos grana alloquitur; ut „ qui palea erant, audiant, & grana fiant. „ Hæc Auguſtinus. Quis autem dubitat *, eum non fuiſſe electum qui mutatus ſit, & eſt granum; & de humore malo membrum factum? Sed & ſi omnino humores mali præſciti ſunt, poterit ergo aliquis eſſe prædeſtinatum membrum, qui de humore malo in membrum, & de palea mutari poteſt in granum. Et *de vera Religione* cap. VI. AUGUSTINUS. Quia in hac a- „ rea, pro voluntate quiſque ſua, vel palea, „ vel frumentum eſt, tamdiu ſuſtinetur pecca- „ tum, aut error cujuslibet, donec aut accuſa- „ torem inveniat, aut pravam opinionem per- „ tinaci animoſitate defendat. „ Hæc ille. Et idem lib. III. *contra Parmenianum* cap. IV. AUGUSTINUS. An palea non erant qui non ex ve- „ ritate, ſed ex invidia Chriſtum annuntiabant? „ An immundi non erant qui non caſte Evan- „ gelium prædicabant? Hos * in illius temporis „ Eccleſia fuiſſe Paulus teſtatur. „ Hæc Auguſtinus. Credamus autem firmiter, Sanctum Auguſtinum non dixiſſe, vel determinaſſe omnes iſtos eſſe præſcitos gehennæ. Abſit tam docto viro tam leviter judicare de magnis: ſed *paleas* bene dixit, quia in ſtatu finalis perditionis eos vidit. Sed & hoc ſatis eſt nobis, quod non ſolum præſcitus eſt antichriſtus, ſed cum ſit omnis, qui peccata ſua amplectitur, foris, intus ſit prædeſtinatus: ſic præſcitus, ſi palea eſt, antichriſtus eſt, malus humor eſt, & ad magnum numerum electorum pertinere negandus eſt, dicente Auguſtino XX. *de Civit.* cap. VIII. AUGUSTINUS. Cogere videtur iſta ſententia (*a*), „ ut credamus illo, licet exiguo tempore, ne- „ minem acceſſurum eſſe populo Chriſtiano, „ ſed cum eis, qui jam Chriſtiani reperti ſunt *, „ diabolum pugnaturum: ex quibus etiamſi „ aliqui victi ſecuti eum fuerint, non eos ad „ prædeſtinatum filiorum Dei numerum perti- „ nere. Neque enim fruſtra idem Joannes A- „ poſtolus in Epiſtola ſua de quibuſdam dixit: „ *Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis: ſi* „ *fuiſſent ex nobis, manſiſſent utique nobiſcum.* „ „ Hæc ille.

Auguſtinus Ibid. num. 5.

* Pag. 848. num. 10.

* Ed.V. patet.

C

Auguſtinus To.1.pag.751. num. 10.

Auguſtinus To.9.pag.72. num. 25. Philip. 1. 15.

* M. quos.

D

Auguſtinus To.7.pag.584. num. 3.

a

E

* M. fuerint.

1. Joan. 2. 19.

8. Modeſte vero tamen loquendum eſt de hac, tam catholice, ideſt, univerſaliter peregrinante Eccleſia, ut quamvis univerſi renati, nedum electi, ſint ejus filii computandi; tamen non omnibus æque conveniunt præconia filiorum. Sed vocabula ſummæ laudis, & excellentiæ tituli, quamvis indiſtincte per Scripturas de tota legantur Eccleſia, tamen de ſola glorioſa parte ejus debent intelligi; ut quod ſit *nova nupta, ſponſa agni;* quod ſit *Civitas Sancta, Jeruſalem nova, deſcendens de cœlo, a Deo parata;* aut quod jam regnet in terris, & cum ea Chriſtus: qualiter dicit XX. *de Civ. Dei*, c. X. AUGUSTINUS. Regnant itaque cum illo etiam „ nunc Sancti ejus, aliter quidem, quam tunc „ regnabunt: nec tamen cum illo regnant zi- „ zania, quamvis in Eccleſia cum tritico cre- „ ſcant. Regnant enim cum illo qui faciunt „ quod ait Apoſtolus, *Si reſurrexiſtis cum Chri-* „ *ſto, quæ ſurſum ſunt ſapite, ubi Chriſtus eſt* „ *in dextera Dei ſedens: quæ ſurſum ſunt quæ-* „ *rite, non quæ ſuper terram:* de qualibus idem „ dicit, quod eorum converſatio ſit in cœlis. „ Poſtremo regnant cum illo, qui eodem mo- „ do ſunt in regno ejus, ut ſint ipſi etiam re- „ gnum ejus. Quomodo autem ſunt regnum „ Chriſti, qui, ut alia taceam, quamvis ibi „ ſint donec colligantur in fine ſæculi de re- „ gno ejus omnia ſcandala, tamen illic ſua „ quærunt, non quæ Jeſu Chriſti? „ Hæc Auguſtinus. Omnes ergo qui de glorioſa & ſumma illa electorum Eccleſia non habentur, regnare cum Chriſto non dicuntur: quia quamvis multi tales de numero ſalvandorum finaliter fuerint; tamen eo quod quæ ſurſum ſunt non quærunt, ſed magis ea quæ ſua ſunt; non cum Chriſto regnant, ſed cum terrenis rebus, quas ſapiunt. Nec minus tamen tota regnat Eccleſia, ſi in magnis regnet electis: ſicut non minus fulget pictura, quæ fulget ex auro fulvo, non rutilat ex tetro nigro: & quidem auri claritas fortius ſplendet ex vicinitate luridi, quod non ſplendet. Integra ergo planities ex auri ſplendore & livore nigri picta refulget, ubi ſolus fulgor auri ſplendorem, & nigrum format caliginem. Hæc enim Eccleſia eſt catholica, & ſola: quia ſola iſta magna ſagena eſt univerſalis Eccleſia. Et revera hæc eſt Eccleſia, cujus non dedignatur Chriſtus eſſe caput, ſecundum ſententiam Apoſtoli ad Epheſ. I. *Omnia ſubjecit pedibus ejus. Ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ejus.* Super quo in *Commento*, lib. I. cap. I. HIERONYMUS. Sic debemus accipere, quod etiam quæ „ non ſunt ei voluntate ſubjecta, naturæ con- „ ditione deſerviant: verbi cauſa, Dæmones, Ju- „ dæi, atque Gentiles: non enim ſerviunt Chri- „ ſto, nec ſubjecti ſunt pedibus ejus; & ta- „ men quia ab eo in bonam partem creati „ ſunt, poteſtati ejus inviti ſubditi ſunt, ta- „ metſi adverſum eum repugnant, liberi arbi- „ trii voluntate. In hunc ſenſum & illud quod „ ſequitur coaptatur, *& ipſum dedit caput ſu-* „ *per omnia Eccleſiæ, quæ eſt corpus ejus.* Quo- „ modo enim caput plurima membra habet ſibi „ ſubjecta, de quibus ſunt nonnulla vitioſa & „ debilia: ita & Dominus noſter Jeſus Chri- „ ſtus, cum ſit Caput Eccleſiæ, habet membra „ eos, qui in Eccleſia congregantur, tam ſan- „ ctos videlicet, quam peccatores: SED SAN- „ CTOS VOLUNTATE, peccatores ſibi neceſſita- „ te ſubjectos. „ Hæc ille. Ubi ſceleratiſſimos peccatores & præſcitos ab Eccleſia, cujus Chriſtus,

Non omnes qui intra Eccleſiam ſunt, filii ſunt Eccleſiæ.

Auguſtinus To.7.pag.586. num. 1.

B

Coloſſ. 3. 1. & 2.

Philip. 3. 20.

Philip. 2. 21.

Epheſ. 1. 22.

Hieronymus To.7.pag.567.

Epheſ. 1. 22.

Chriſtus omnes habet ſubjectos in Eccleſia.

(*a*) Sententia Matthæi 12. 29. *Quis intrat in domum fortis, ut vaſa ejus eripiat, niſi prius alligaverit fortem?*

ſtus eſt Caput, non abjicit; ſicut nec Dæmones, Judæos, & Gentiles, a ſubjectione pedum Chriſti non eximit: *in hunc ſenſum coaptatur* (inquit) *quod ipſum dedit Caput ſuper omnia Eccleſiæ*.

CAPUT XII.

De tribus Ordinibus, vel Partibus, tam communis, quam Electorum Eccleſiæ, ſecundum diviſionem miniſtrationum.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Loco Apoſtolorum, Prophetarum, & Doctorum, ſuccedunt nunc in Eccleſia Præpoſiti, identitate quidem non actus, ſed officii.*
2. *Wicleffus Eccleſiam militantem dividens, ipſam tripartitam fecit, nempe, in Clericos, Milites, & Operarios.*
3. *Inſufficientem fuiſſe ſuam diviſionem, per diviſionis conditiones manifeſtatur.*
4. *Quod Hugo diviſit Eccleſiam in quinque Status.*
5. *Eccleſiam proprie & vere in tres Status diſtribui, nimirum, in Præpoſitos, Continentes, & Conjugatos, Sanctorum teſtimoniis oſtenditur.*
6. *Reprobi in unoquoque Eccleſiæ Statu cum electis admiſcentur.*
7. *Eccleſia Chriſti militans duplex eſt.*
8. *Reprobi non modo ſunt in Eccleſia, verum etiam ex Eccleſia.*

1. Cor. 12. 5. 1. MIniſtrationum diviſiones ſunt, quod eſt ſecundum metonymiam dicere diviſiones miniſtrorum. Et intendit Apoſtolus diviſionem miniſtrorum Eccleſiæ facere ſecundum miniſteriorum diviſiones. Forſitan hi ſunt, de quibus per interjectionem dicit: *Dedit Deus in Eccleſia primo Apoſtolos, ſecundo Prophetas, tertio Doctores; deinde virtutes &c.* loco autem horum, & identitate non actus, ſed officii, diſtincte ſurrexerunt in Eccleſia Eccleſiarum Præpoſiti, & eorum miniſtri. Unde ſuper illum textum Apoſtoli, *Diviſiones miniſtrationum ſunt*, HAYMO. Verbi gratia, ut in Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus, cæteriſque ordinibus, qui „ Spiritu Sancto diſtribuente, Eccleſiæ miniſtri „ conſtituuntur. „ Hæc ille.

[margin: 1. Cor. 12. 28.] [margin: * Haymo.]

2. Sed ut includamus omnes opitulantes & gubernantes, quos ſupponit Apoſtolus, habebimus in hoc Chriſti corpore omnes non ſolum ordinatos ad Sacra, ſed ad quodcumque miniſterium Eccleſiæ deputatos. At ut videatur noſter Wicleffus ſufficienti compendio contrudere militantem Eccleſiam, ipſam efficit tripartitam, in Clericos ſcilicet, Milites, & Operarios, in libro *de Chriſto & Antichriſto* cap. 1. & idem habet cap. 1. *de veritate & mendacio*, & alibi, quotiens neſcio. „ Eccleſia dicitur communiter tripartita, ſcilicet, Eccleſia *Clericorum*, „ qui debent eſſe Chriſto propinquiſſimi, & Eccleſiæ triumphanti, & juvare reſiduum militantis Eccleſiæ, ut ſequantur Chriſtum propinquius, qui eſt Caput noſtrum totius Eccleſiæ; ut patet Epheſ. 1. Secunda pars militantis Eccleſiæ dicitur eſſe *Militum*; ita quod „ ſicut prima pars iſtius Eccleſiæ dicitur inſtruentium oratorum; ita ſecunda pars Eccleſiæ dicitur corporalium defenſorum. Tertia vero pars Eccleſiæ dicitur *Vulgarium*, vel „ *Laboratorum*. „ Hæc Wicleffus.

[margin: Wicleffus in quot partes Eccleſiam dividat.] [margin: Epheſ. 1. 22.] [margin: A]

3. An partes iſtæ rite ſint collectæ, & miniſtrationes membrorum rite diviſæ, vir prudens animadvertat. Mihi autem videtur hunc logicum in diviſionum arte peccaſſe, quod non ſic totum in ſuas partes diſtribuit, quin aliquid ejus extra remaneat, cui nulla pars dividens correſpondet. Ecce ſi totam peregrinantem Catholicam Eccleſiam in *Clericos*, *Milites* & *Operatores* apte condividis; ubi locaſti jam ſqualidos mendicos tuos, cœcos illos, debiles & claudos, quibus ſolis, contra decretum Hieronymi, nullum pene pietatis ſenſum * appropriate diſpenſas (*a*)? *Clerici*, ſi ſunt inſtruentes, ipſi Eccleſiæ tuæ prophanæ prædicent Dei verbum, Miſſas tuas celebrent, Sacramenta perficiant: ſi *Milites* tui ſint, ipſi te defendant: ſi *Operarii* tui ſint, ipſorum vive laboribus. Sic enim dicis cap. 1. *de Speculo Eccleſiæ*; WICLEFFUS. Tertia pars Eccleſiæ meæ militantis ſunt „ *Vulgares*, qui in *Operarios*, *Mercantes*, & *Œconomos* multipliciter ſunt diviſi. Iſta autem „ tertia pars, & infima, ſuſtinet duas partes alias „ in temporalibus neceſſariis vitæ ſuæ. „ Hæc ibi. Ubi etiam *Sanctimoniales* poneres in Eccleſia, quæ nec inſtruunt cum Clericis, nec pugnant cum Militibus, nec collaborant Vulgaribus, quærerem: niſi quia quod Deus purificavit, tu commune dixeris; & omnes ſimul Chriſti Antiſtites, & Sacræ Religionis profeſſos extermінas ab ambitu Catholicæ Eccleſiæ, male ſegregans, mala lege. Sed de iis poſtea (*b*). Prophetavit enim Chriſtus de hoc facto tuo, & tuorum, monens inde nos in Evangelio: „ Abſque Synagogis (inquit) facient vos: ſed & „ venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo: & hæc „ facient vobis, quia non noverunt Patrem, neque „ me. „ Ubi etiam nobilium conjuges, & muliebris ſexus prætaxatas perſonas manere diſponis? Per partes Eccleſiæ tuæ circumluſtrans, non video. QUÆ PUGNARE NON ASSOLENT, laborare groſſa non poſſunt: niſi forte quia Sectatores tui juvenculas in celebri civitate Londoniarum Miſſas celebrare (*c*), & viris publice prædicare (*d*) commiſerant: idcirco commiſcere Presbyteris Presbyteras, & nobiles fœminas Clericis ſociare concedis. Sed eſto, quod vel eas ſuis maribus ejuſdem conditionis adjungis, lege illa grammatica conceptionis generum (quia non tam theologus es, quam grammaticus) ſuſtineo pro hac vice: ſi tamen certum me facias, quod tot perſonas ingenuas, & Deo devotas cum aliis ab Eccleſiæ gremio non excludas. Volo etiam (quod altius eſt) quærere, ubi

[margin: B] [margin: Diviſio Wicleffi non comprehendit cœcos, debiles & invalidos in Eccleſia.] [margin: * al. cenſum.] [margin: a] [margin: Wicleffus.] [margin: C] [margin: Nec ſanctimoniales, nec conjugatas fœminas.] [margin: Act. 10. 15.] [margin: b] [margin: Joan. 16. 2.] [margin: D] [margin: c] [margin: d] [margin: E]

(*a*) Vide inferius lib. 4. art. 1. ubi Wicleffus pauperibus religioſis erogari eleemoſinam vetat, & omnem mendicitatem improbat.

(*b*) Quoad ſacros Antiſtites, vide infra num. 4. Et quoad Religionis profeſſos, vide capite ſequenti, & lib. 3. art. 3.

(*c*) De hac infami juvencula dicit Waldenſis To. 2. cap. 6. quod erat filia cujuſdam Coriarii, & quod Miſſas publice in vernaculo Anglicano celebrabat. Aſt hæc in Religione turpitudo nedum Wicleffo, ſed nec prioribus, nec poſterioribus diſplicuit hæreticis. Wicleffus in libello ſuo *de Papa* dicit, quod quælibet fœmina, ut membrum Eccleſiæ, *eſt Sacerdos*. Et conformiter ante ipſum *Gnoſtici* mulieribus dabant calices mixtos, & eas jubebant gratias agere, ut refert Irenæus lib. 1. cap. 9. *Pepuziani* apud Epiphanium hæreſi 49. fœminis dabant Sacerdotio & Epiſcopatu fungi. De *Collyridianis* narrat idem Epiphanius, fœminas Deiparæ Virgini ſacrificaſſe. A *Montaniſtis* etiam fœminas fuiſſe Sacerdotio donatas ſcribit ex authoritate Auguſtini & Hieronymi *Chriſtianus Lupus* ad cap. 41. Tertul. *de Præſcr.* verbo *Laicis*. De *Lutheranis* item fœminis, quibus *Martinus* in lib. *de Captivit. Babylonica*, ad normam ſui Magiſtri *Wicleffi*, ſe ſacris immiſcere poteſtatem fecerat, plura denarrat *Floremundus* lib. 4. Hiſt. Mem. cap. 7. num. 5, & lib. 2. cap. 18. præſertim de quadam *Urſula*, quæ eo temeritatis & dementiæ pervenerat, ut nedum concionaretur, ſed & Ruſticanis Sacra adminiſtraret.

(*d*) De prædicandi & alia Sacra peragendi licentia, quam mulierculæ in Anglia affectabant apud Wicleviſtas, vide infra cap. 70. & 73.

Nec animas Fidelium defunctorum.

ubi ſcilicet providiſti habitaculum in tricamerata tua Eccleſia animabus fidelium defunctorum, quæ nec ab Eccleſia Chriſti jam currente poſſunt evelli, dicente Auguſtino xx. *de Civ.* cap. ix. ubi diſputans de ſtatu hujus Eccleſiæ, quem habitura eſt his mille annis, quibus diabolus eſt ligatus, AUGUSTINUS. *Animæ* (inquit) A

Auguſtinus To.7.pag.586. num. 2. Apoc. 20. 4.

„ *occiſorum propter teſtimonium Jeſu, & propter* „ *verbum Dei* (ſubauditur quod poſtea dicturus eſt) *& regnaverunt cum Jeſu annis mille:* „ animæ ſcilicet martyrum nondum ſibi corporibus ſuis traditis: neque enim piorum „ animæ mortuorum ſeparantur ab Eccleſia, „ quæ nunc etiam eſt regnum Chriſti. Alioquin nec ad altare Dei fieret eorum memoria in communicatione corporis Chriſti, nec „ aliquid prodeſſet ad ejus baptiſmum in periculis currere, ne ſine illo finiatur hæc vita; „ nec ad reconciliationem, ſi forte per pœnitentiam, malamve conſcientiam, quiſque ab B „ eodem corpore ſeparatus eſt. Cur enim fiunt „ iſta, niſi quia fideles, etiam defuncti, membra ſunt ejus? Quamvis ergo cum ſuis corporibus nondum ſunt, jam tamen eorum animæ regnant cum illo, dum iſti mille anni „ decurrunt. – Et infra – Regnat itaque cum „ Chriſto nunc primum Eccleſia in vivis & mortuis. *Propterea* enim, ſicut dicit Apoſtolus, „ *mortuus eſt Chriſtus, ut & vivorum & mortuorum dominetur.* Sed ideo tantummodo martyrum animas commemoravit, quia ipſi præcipue regnant mortui, qui uſque ad mortem „ pro veritate certarunt. Sed a parte totum, C „ etiam cæteros mortuos intelligimus pertinentes ad Eccleſiam, quod eſt regnum Chriſti. „ Hæc ille.

Memoria piorum mortuorum in communicatione corporis Chriſti.

Pag.587.num. 2.

Rom. 14. 9.

Quinque ſtatus Eccleſiæ juxta Hugonem. To. 2. cap. 4. pag. 305. 1. Cor. 3. 1.

4. Et propter hoc Hugo *de Arca Noe*, in quinque ſtatus partitur præſentem Eccleſiam, HUGO. Primus (dicit) eſt illorum hominum, „ qui dicuntur *carnales*, de quibus dicit Apoſtolus: Non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus. Secundus ſtatus „ eſt illorum hominum, qui vocantur *animales*, de quibus rurſum dicit: Animalis homo „ non percipit quæ ſunt ſpiritus Dei. Tertius „ eſt *ſpiritualium*, de quibus ait: Spiritualis D „ dijudicat omnia. Quartus ſtatus eſt animarum exutarum a corpore. Quintus ſtatus eſt „ in anima & corpore reſurgentium, qui ſupremus eſt, & cubito ſupremo contiguus. „ Hæc ille in paſſu *de quinque manſionibus arcæ*. Neſcio ergo ſi oblivioni dederit has animas electorum, qui de electis bene jactat ſe memorem, & de eis in prima ſua diviſione * diſtinxit inter triumphantes, militantes, & dormientes, trifarias manſiones. Sed miror tandem, quod ſic tam cito transfertur ab eo, qui vocavit eum in gratiam Chriſti, & in ſecunda ſua diviſione potiſſimis electis nec cavernulam præparavit. Sed hic has fabulas relinquamus, quæ E nec in Scripturis Sacris locum habent. Ad eas ipſas Scripturas cum nos divertimus, inter ipſa Spiritus Sancti diverticula tres forſan habebimus Eccleſiæ portiones.

1. Cor. 2. 14.

1. Cor. 2. 15.

* Vide cap. 10. num. 1.

5. Vide Scripturam veterem, dividentem Sanctam Eccleſiam per tres viros, Noe, Job, & Daniel. *Ezech.* XIV. „ Et factus eſt (inquit) „ ſermo Domini ad me, dicens, Fili hominis: terra, cum peccaverit mihi, ut prævaricetur prævaricans, extendam manum meam „ ſuper eam, & conteram virgam panis ejus, „ & immittam in eam famem, & interficiam „ de ea hominem & jumentum. Et ſi fuerint „ tres viri iſti in medio ejus, Noe, Daniel, „ & Job, ipſi juſtitia ſua liberabunt animas „ ſuas, dicit Dominus exercituum. „ Quid autem ad propoſitum diviſionis Eccleſiæ iſta pertineant, Auguſtinus exponat, qui hoc agit prima parte *ſermonum*, *ſermone* XXIX. *de excidio Urbis Romæ*, & incipit, *Intueamur* AUGUSTINUS.

Ezech. 14. 13. Adæquata Eccleſiæ diviſio in tres ſtatus.

„ Nemo (inquit) liberabitur, niſi Noe, Job, „ & Daniel. Et quidem manifeſtum eſt, chariſſimi, tria quædam, ut dixi, genera hominum ſignificat Deus – Sequitur – Quomodo „ ergo de illa tribulatione liberabuntur Noe, „ Daniel, & Job? Quando dicebat iſta Ezechiel, „ ſolus forſitan in corpore fuit Daniel: jam „ Noe & Job olim dormierant. Quomodo ergo potuerunt de imminente tribulatione liberari? Sed in Noe ſignificati ſunt boni Præpoſiti, qui regunt & gubernant Eccleſiam, quomodo Noe in diluvio gubernavit arcam. In „ Daniele ſignificantur omnes ſancti Continentes: in Job ſignificantur omnes Conjugati, juſte, & bene viventes. Hæc enim tria genera „ hominum liberavit de illa tribulatione Deus. „ Hæc ille. Collige jam fragmenta ſancta, ne pereant. Collige jam de omni Eccleſia tres Status, *Præpoſitorum* ſcilicet, *Continentium ſanctorum*, & *Conjugatorum:* & hæ ſunt partes Eccleſiæ, quas Sancti Patres colligunt de Scripturis. Non moremur, ſed audiamus Gregorium hoc idem exponentem concorditer Auguſtino 1. lib. *Moral.* ubi tractat hunc textum Job, *Nati ſunt ei ſeptem filii, & tres filiæ*, GREGORIUS. Poſt illos quippe filiæ nominantur, quia Apoſtolorum conſpectam fortitudinem, tres diſtinctiones fidelium in Eccleſiæ converſatione ſecutæ ſunt: *Paſtorum* videlicet, *Continentium*, „ atque *Conjugatorum*. Unde & Ezechiel Propheta tres liberatos viros audiſſe aſſerit, Noe „ ſcilicet, Danielem, & Job. Quid enim per „ Noe (qui arcam in undis rexit) niſi Præpoſitorum ordo deſignatur; qui dum ad formam vitæ populis præſunt, Sanctam Eccleſiam in tentationum fluctibus regunt? Quid „ per Denielem, cujus mira abſtinentia deſcribitur, niſi Continentium vita figuratur; qui „ dum cuncta, quæ mundi ſunt, deſerunt, deſpectæ Babyloni alta mente dominantur? Quid „ per Job, niſi bonorum Conjugum vita ſignificatur, qui de rebus mundi, quæ poſſident, „ dum pia opera faciunt, quaſi per terræ viam „ ad cœleſtem patriam tendunt? „ Hæc Gregorius. Hanc eamdem expoſitionis formam proſequitur libro v: *ſuper Lucam*, cap. LXX. BEDA. „ Ezechiel (inquit) Propheta tres viros liberatos vidit, Noe, Danielem, & Job: in quibus videlicet tribus, Prædicatores, Continentes, atque Conjugati ſignati ſunt. Nam Noe „ arcam in undis rexit, atque ideo figuram „ Rectorum tenuit. Daniel in aula regia abſtinentiæ deditus fuit; & idcirco vitam Continentium ſignificavit. Job vero in conjugio „ poſitus, & domus propriæ curam exercens „ placuit; per quem digne bonorum Conjugum „ ordo figuratur. „ Hæc ille. Aſcendamus ergo Cœnaculum novi teſtamenti, ſi & ibi reperire poſſit Eccleſia dictum ſuum triclinium. Egregius enim Auguſtinus libro II. *Quæſtionum ſuper Evangelia*, quæſtione XLIV. ipſos, eoſdemque tres Status Eccleſiæ fundat in eo, quod Dominus dixit in Evangelio Lucæ, *In illa nocte erunt duo in lecto uno, unus aſſumetur, & unus relinquetur, duæ molentes in Piſtrino, & duo in agro*, inquit AUGUSTINUS. Qui ſunt *in* „ *illa nocte duo in lecto, duo molentes, & duo in* „ *agro*, de quibus omnibus binis ſinguli aſſumuntur, & ſinguli relinquuntur? Tria hominum genera hic videntur ſignificari: unum co-

Auguſtinus To.6.pag.611. num. 1. Ezech. 14. 14.

Noe, Daniel, & Job quos ſignificent.

Joan. 6. 12.

Job 1. 2.

Gregorius To. 1. cap. 14. pag. 23. num. 20.

Beda To.5.pag.390.

Luc. 17. 34.

Auguſtinus To. 3. lib. 2. pag.270. num. 1.

„ eorum, qui otium & quietem eligunt, ne„ que negotiis ſæcularibus neque Eccleſiaſticis „ ſunt occupati; quæ illorum quies nomine „ *lecti* ſignificata eſt. Alterum illorum, qui in „ plebibus conſtituti reguntur a Doctoribus, „ agentes ea quæ ſunt hujus ſæculi; quos & „ *fœminarum* nomine ſignificavit, quia conſiliis A „ (ut dixi) Præpoſitorum *, regi expedit; & „ molentes propter temporalium negotiorum orbem atque circuitum; quas tamen in unum „ molentes dixit, in quantum de ipſis rebus „ & negotiis ſuis præbent uſibus Eccleſiæ mi„ niſteria. Tertium eorum, qui operantur in „ Eccleſiæ miniſterio, tamquam in agro Dei. „ In his ergo tribus generibus bina ſunt rurſus „ genera hominum in ſingulis, & pro robore „ virium ſuarum diſcernuntur. Cum enim om„ nes ad Eccleſiæ membra pertinere videan„ tur, adveniente tamen tentatione tribulatio- B „ nis, & ex illis qui ſunt in otio, & ex illis „ qui ſunt in negotiis ſæculi, & ex illis, qui „ Deo miniſtrant in Eccleſia, aliqui manent, „ aliqui cadunt: qui permanet aſſumetur, & „ alius relinquetur: non quaſi de duobus hoc „ hominibus dictum, ſed de duobus generibus „ affectionis in ſingulis generibus trium profeſ„ ſionum.„ Hæc ille.

*M. peritorum

6. Ecce tres Status Eccleſiæ, non in *Clericos*, *Milites*, & *Operantes* diſtinctæ, ſicut Wicleffus ſcindit Eccleſiam; ſed in *Rectores Continentes*, & operantes *Conjuges*, diviſione Apoſtolica mi- C niſtrantes. Ubi nota, quod ſententia Chriſti eſt cum ſententia Auguſtini, non tantum electos & prædeſtinatos in his Eccleſiæ Statibus eſſe, ſed in omni ſtatu miſcetur reprobus cum electo, aſſumendus cum relinquendo: ſimul jacent in lecto, ſimul molunt in piſtrino, & ſimul colunt in agro. Quod ſi unus ager, unum piſtrinum, & unus lectus duorum, quomodo non una illorum Chriſti Eccleſia; cujus etiam Eccleſiæ Auguſtino videntur eſſe membra? *Omnes* (inquit) *ad Eccleſiæ membra pertinere videntur:* ne diceret tantum, quod inter membra Ec- D cleſiæ computantur.

In omni ſtatu Eccleſiæ miſcetur reprobus cum electo.

7. Sed ad hoc ante * dixi duas eſſe Chriſti Eccleſias, Sagenam ſcilicet grandem, & intra eam Eccleſiam glorioſam prædeſtinatorum, tamquam rotam in medio rotæ. Ita in duabus his Scripturis, utraque Eccleſia ſuas ſuſcipit portiones. Magna illa Sagena habet partes ſuas, Rectores, Continentes, Conjugatos; & in unaquaque relinquendos, & iterum aſſumendos; quæ ne videretur omnino abjecta, a Chriſto facta & docta eſt. Eccleſia vero prædeſtinatorum ab Ezechiele, Propheta veteris teſtamenti, etiam tres habet ſimiles portiones, a Noe, E Job, & Daniele ſignificatas; ſed ſunt omnes prædeſtinatæ; quælibet aſſumendæ. Ideo in lib. II. de *quæſtionibus Evangeliorum*, cap. XLVI. AUGUSTINUS. Ad illa (inquit) tria genera, quæ „ aſſumuntur, arbitror pertinere etiam illa tria „ nomina virorum juſtorum, quos ſolos libe„ randos Ezechiel Propheta pronunciat, Noe, „ Job, & Danielem. Videtur autem Noe per„ tinere ad eos, per quos Eccleſia regitur, ſi„ cut per illum in aquis arca gubernata eſt, „ quæ figuram geſtabat Eccleſiæ. Daniel, quia „ elegit cœlibem vitam, & nuptias terrenas „ contempſit, ut, ſicut dicit Apoſtolus, ſine „ ſollicitudine viveret, cogitans quæ ſunt Dei; „ genus eorum ſignificat, qui ſunt in otio, ſed „ tamen fortiſſimi in tentationibus, ut poſſint „ aſſumi. Job autem quia & uxorem habuit, „ & amplas terrenas rerum copias, ad illud „ genus pertinet, cui molendinum deputatum „ eſt; ſed tamen ut ſint fortiſſimi in tentatio„ nibus, ſicut & ille fuit. Non enim aliter aſ„ ſumi potuerunt. Nec puto alia eſſe homi„ num genera quibus conſtet Eccleſia, quam „ iſta tria, habentia binas differentias, propter „ aſſumptionem & relictionem; quamvis in ſin„ gulis multæ ſtudiorum voluntatumque diver„ ſitates, ad concordiam tamen, unitatemque „ concurrentes, poſſunt inveniri.„ Hæc Auguſtinus.

* Vide ſupra cap. 8. & cap. 11.

Ezech. 1. 16.

Auguſtinus ibid. num. 2.

Ezech. 14. 14.

Gen. 7. 7. Arca Noe figurabat Eccleſiam.

1. Cor. 7. 32.

Job 1. 2.

8. Ecce non putat Auguſtinus alia eſſe hominum genera ex quibus conſtet Eccleſia, quam iſta tria, habentia binas differentias, aſſumptionis, & relictionis; prædeſtinatorum, & præſcitorum. Quis ergo Catholicus negat ex utriſque conſtare latam Chriſti Eccleſiam, & magnam Sagenam, ex electis puta & reprobis; ita ut reprobi in hac Eccleſia non tantum ſint, ſed ex Eccleſia ſint, ſive Rectores ſint in agro, ſive Continentes in lecto, ſive Conjuges in piſtrino, quouſque ad littus venerint, ubi mali piſces relinquantur, & aſſumantur electi? Certe intra Eccleſiam aſſumendorum de Molendino, Lecto, vel Agro, eis, qui relinquendi ſunt, cum Noe, Job, vel Daniele, ſedem aliquam non aſſigno; ſed etiam nec prædeſtinatis perverſis, quouſque (ſicut ſupra * dixerat Auguſtinus) per pœnitentiam de humoribus malis ſe fecerint eſſe membra: hoc enim facient de certo prædeſtinati perverſi, quod etiam facere poſſunt de certo præſciti. Eccleſia ergo eſt de utriſque trifarie ſubdiſtincta. Eccleſia eſt magna de Rectoribus, Continentibus, & Negotioſis; aſſumendis, & relinquendis. Eccleſia eſt intra Eccleſiam de aſſumendis tantum, ſed tamen de Rectoribus, Continentibus, & Negotioſis intexta. Minus habet iſta, ſed melius; minus de binario, in trinitate (*a*) conformis. Unde Gregorius de diſtinctione aſſumendorum & liberandorum in Eccleſia ſua loquens, GREGORIUS. Quia (inquit) „ Sancta Eccleſia in tribus ordinibus conſtat, „ Conjugatorum videlicet, Continentium, at„ que Rectorum; unde & Ezechiel tres viros „ liberatos vidit, Noe ſcilicet, Danielem, & „ Job: & in Evangelio Dominus alios in agro, „ alios in lecto, atque eſſe alios in molendino „ perhibens, tres procul dubio ordines in Ec„ cleſia oſtendit.„ Hæc Gregorius lib. XXXII. *Moral.* cap. XVII. Et hæc tamen ipſa de aſſumendorum tantum Eccleſia dicta ſunt.

Reprobi ſunt in Eccleſia, & de Eccleſia.

*Cap. 10. n. 2. & cap. 4. num. 7.

Gregorius To. 1. pag. 1065. num. 36.

Ezech. 14. 14.

CAPUT XIII.

Quod Monachi, & cæteri profeſſi clauſtrales, tenent in Eccleſiis Chriſti Statum continentium.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quam impie debachatus fuerit Wicleffus in Monachos, cæteroſque Clauſtrales.*
2. *Monachos ad Eccleſiam pertinere, Sanctorum teſtimoniis probatur.*
3. *Monachi ſecundum locum in Eccleſia obtinent.*

4. Mo-

(*a*) Quæ dixit ſupra num. 7. de *Sagena*, nunc repetit de Eccleſia trifarie diſtincta, in Rectores, Continentes, & Conjugatos. Sicut in Sagena, in qua ſunt boni piſces & mali, continetur *Eccleſia glorioſa Electorum*, ita in hac Eccleſia Rectorum, Continentium, & Conjugatorum, continetur tamquam rota in medio rotæ *Eccleſia aſſumendorum*. Utraque autem Eccleſia eſt conformis *in trinitate*, ſcilicet in tribus ſuis partibus in quas adæquate dividitur.

4. *Monachus quid ſignificet, ſecundum Auguſtinum.*
5. *Antiquitus omnes Monachi regularem vitam ſervantes,* Canonici *appellabantur.*
6. *Confirmatur hæc veritas ex Rhabano.*
7. *Roboratur principale propoſitum non paucis Sanctorum teſtimoniis.*
8. *Perperam Wicleffus ad excludendos Monachos* A *ab Eccleſia, auctoritatem jactat Divi Anſelmi.*

1. DIſcrepat ergo noſter Wicleffus, biformi illa diſtinctione Scripturæ, & expoſitione Patrum in medio ſtatu, quem ipſe tollit a viris religioſe profeſſis, &, invito Chriſto in Evangelio ſuo, aſſignavit illum Militibus. Sed ideo intruſit armatos Milites, ut forti manu vim faciens legibus, ejiceret Continentes. Nolo, quod ex nuda ſuſpicione conſpiretur in eum. Ipſe de ſe loquatur quod habet in præfato libello *de Chriſto & Antichriſto*, capite 11. B
Wicleffus. WICLEFFUS. Quidam fideles eliciunt (inquit) quod „ in militante Eccleſia debet eſſe unica Secta „ Domini Jeſu, & per conſequens quatuor Sectæ, poſt Sectam Chriſti per diabolum introductæ, debent ceſſare gratia unitatis Eccle-
a „ ſiæ militantis (*a*). Sunt autem iſtæ quatuor „ Sectæ, ut ſæpe dictum eſt, Clerus Cæſareus, „ Monachi, Canonici, atque Fratres. Clerus „ Cæſareus eſt multitudo Sacerdotum, qui temporali dominio ſunt dotati, cujus patronus
* *ſcilicet electivus non hæreditarius.* „ inſtabilis * dicitur eſſe *Papa;* & regula, *lex* „ *Papalis*. Secunda Secta dicitur eſſe Monachi „ bipartiti, cujus patronus dicitur eſſe *Benedictus*, & regula, quam ex ejus ſententia Bea- C
b „ tus Gregorius compilavit (*b*). Tertia ſecta „ dicitur eſſe *Canonici*, cujus patronus fuit *Auguſtinus;* & dicitur, quod Sacerdotibus ſibi
c „ ſociis dedit regulam (*c*) facilem, cum lege „ Domini concordantem. Quarta Secta & ultima dicuntur *Fratres*, qui in ritibus & aliis „ obſervantiis multipliciter ſunt diviſi, ſicut „ & triplex Secta poſſeſſionatorum in albos, & „ nigros, viros & fœminas, (quas *Sanctimoniales* dicimus) dividuntur; & talis diviſio inſtinctu diaboli in militantem Eccleſiam ſubintravit; & ſic confundit unitatem Sectæ „ Domini noſtri Jeſu Chriſti. „ Hæc ille. D Huic accedit quod alias dixit, ut habet inter *Concluſiones* ter damnatas, *concluſione* XXXIV.
Wicleffus. WICLEFFUS. Cum fidelis debeat ex mandato „ Domini honorare corpus ſanctæ Matris Eccleſiæ, & iſtæ quatuor Sectæ tamquam humores quatuor infecti inficiant & mortificent „ ipſam Eccleſiam, omnes fideles debent Eccleſiam ipſam ab ipſis humoribus expurgare. „ Hæc ille. Videtis jam, quod Rectores Eccleſiæ, ſaltem propter dotem ſuam, expellit, & de his in hoc libello dicemus. Religioſos vero E Continentium abjicit de lecto, quem Chriſtus eis ſignavit: & hoc propter obſervantias regu-
Luc. 17. 34. lares. Neſcio ſi in lecto illo, de quo etiam multi in nocte illa adventus Chriſti aſſumentur electi, militares viros conceſſit accumbere; ſed & ipſi non otium, ſed ſtrepitum profitentur: vel forſan cum dederit Clericis agrum, Operariis molendinum, lectum vacuum deſerit, & Militibus nullibi ſedem donat.

2. Sed audiamus Chriſtum Stabulario dicere, quod Religionum profeſſoribus peculiarem locum conceſſit in lecto, bonis dico & malis. Unde in expoſitione Pſalmi CXXXII. ſuper Pſalterium, AUGUSTINUS. Chariſſimi (inquit) ſunt Auguſtinus To. 4. pag. 1485. num. 4. „ qui & monachi falſi ſunt; & nos novimus „ tales; ſed non perit fraternitas pia propter „ eos qui profitentur quod non ſunt. Tam „ ſunt enim Monachi falſi, quam & Clerici „ falſi, & fideles falſi. Omnia genera, fratres „ mei, tria, quæ aliquando vobis commendavimus, & ut puto, non ſemel, habent bonos ſuos, habent malos ſuos. De tribus enim „ ipſis generibus dictum eſt, *duo in agro, unus* Matth. 24. 40. „ *aſſumetur, & unus relinquetur: & duæ in* Luc. 17. 34. „ *molendino, una aſſumetur, & una relinquetur.* „ In agro ſunt qui gubernant Eccleſiam. Unde dicit Apoſtolus: (videte ſi in agro non 1. Cor. 3. 6. „ erat) *Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit.* In lecto autem eos „ intelligi voluit, qui amaverunt quietem. Per „ lectum enim quietem voluit intelligi, non „ ſe miſcentes turbis, non tumultui generis „ humani, in otio ſervientes Deo; & inde tamen unus aſſumetur, & unus relinquetur. „ Sunt ibi probi, & ſunt reprobi ibi. Ne expaveſcatis quando inveniuntur reprobi. Nam „ latent quidam qui non inveniuntur, niſi in „ fine. Duæ item in molendino: in molendino molientes ex nomine generis fœminini appellavit: plebes enim intelligi voluit. Quare in molendino? Quia in mundo iſto verſantur, ubi molendinum intelligitur; quia Mundus ut mola volvitur. „ ſic vertitur mundus iſte quomodo mola. „ Hæc ille.

3. Videtis jam iterum conſtructam Chriſti tripartitam Eccleſiam, in agro, lecto, & molendino; in Rectoribus, Monachis, & Plebibus. Sic enim in principio dixit: *ſunt Monachi falſi, Clerici falſi, & Fideles falſi.* At ne diceres Monachos tantum in magna ſundari ſagena, in qua etiam multi locantur & perditi, audi eumdem Auguſtinum in eodem Tractatu ipſis etiam in Eccleſia electorum ſignare locum ſecundum, AUGUSTINUS. Dicit (inquit) Ezechiel Auguſtinus ibid. num. 5. „ de tribus perſonis, in quibus non abſurde „ tria hæc genera intelligimus: Cum miſerit Ezech. 14. 13. 14. „ Dominus gladium in terra; etſi fuerint in „ medio eorum Noe, Daniel, & Job, non liberabunt filios, neque filios; ſed ipſi ſoli „ ſalvi erunt. Jam olim illi liberati ſunt; ſed „ in ipſis tribus nominibus tria genera quædam ſignificavit. Noe ſignificat Rectores Eccleſiæ, quia ipſe arcam in diluvio guberna- Gen. 7. 14. „ vit. Daniel autem vitam quietam elegit in Dan. 6. 22. 14. 30. „ cœlibatu ſervire Deo, ideſt, uxorem non „ quærens. Erat vir Sanctus, in deſideriis cœleſtibus vitam gerens; tentatus in multis, & inventus aurum obryzum. Quam quietus erat, „ qui & inter leones ſecurus erat! Ergo & in „ nomine Danielis, qui etiam *vir deſideriorum* Dan. 10. 11. „ eſt appellatus, ſed utique caſtorum atque „ Sanctorum, ſignificantur ſervi Dei, de quibus dicitur, *Ecce quam bonum, & quam ju-* Pſalm. 132. 1. „ *cundum habitare fratres in unum.* In nomine Job. 1. 2. 3. „ Job ſignificatur una illa de molendino, quæ „ aſſumetur: habebat enim uxorem, habe-

(*a*) Idem habetur in propoſitione 45. Wicleffi, a Concilio Conſtantienſi proſcripta.

(*b*) Oppido fallitur Wicleffus Benedictinam Regulam ſic Gregorio Papæ adjudicans. Sane oppoſitum (ne alia monumenta hic inutiliter congeramus) teſtatur Gregorius ipſe, qui de *Benedicto* diſſerens lib. 2. Dialogor. cap. 36. ait: *Hoc autem nolo te lateat, quod vir Dei* (Benedictus) *inter tot miracula, quibus in mundo claruit, doctrinæ quoque verbo non mediocriter fulſit. Nam ſcripſit Monachorum Regulam diſcretione præcipuam, ſermone luculentam.* Forte *Regulam Paſtoris*, quam utique Gregorius ad Paſtores rite inſtituendos concinnavit, pro *Regula Benedicti* oſcitanter accepit.

(*c*) Non *Sacerdotibus ſibi ſociis*, ſed *Sanctimonialibus* ſcripſit Regulam Auguſtinus, quæ exſtat in Epiſtola 211. Sanctimonialibus data. Inde poſtea deprompta, Viriſque aptata fuit, ut præter alios obſervarunt *Bernardus Vindingus* & *Proſper Stellartius*, ambo Auguſtinianæ familiæ alumni; ac demum eruditus *Nicolaus Deſnos* Canonicus Regularis Sancti Auguſtini.

„ bat filios, habebat divitias. „ Hæc Auguſtinus.

Pſal. 80. 3.

4. Ecce qualiter concordare fecit Sanctus Pater Pſalterium cum Cithara, teſtamentum vetus cum Evangelica Chriſti Scriptura: & A Monachis, ſanctæque vitæ profeſſoribus ſignavit lectum quietis cum quietiſſimo Daniele; de quibus dicitur (inquit) *Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum*. In hoc enim verbo fundat Auguſtinus Ordinem monachalem contra Donatiſtas in prædicto Tractatu, dicens AUGUSTINUS. Quid nobis dicunt, „ *oſtendite ubi ſcriptum ſit nomen Monachorum?* Oſtendant nobis ubi ſcriptum ſit nomen „ *Agnoſticorum*. Sic eos (inquiunt) appellamus „ propter *agonem*. Certant enim: & dicit A- „ poſtolus, *Certamen bonum certavi*. Et ita „ quia certant, dicitis *Agnoſticos*, & inveniſtis B „ unde appelletis, quia dicit Apoſtolus, *Bonum certamen certavi*. Quare ergo & nos „ non appellemus *Monachos*, cum dicat Pſalmiſta, *Ecce quam bonum, & quam jucundum* „ *habitare fratres in unum? Monos* enim *Unus* „ dicitur; & non unus quomodocumque: nam „ & in turba unus eſt; ſed una cum multis „ *Unus* dici poteſt, *Monos* non poteſt. Dicitur „ enim *Monos unus & ſolus; Monos* enim *unus* „ *ſolus eſt*. Qui ergo ſic vivunt in unum, ut „ unum hominem faciant; & ut illis vere ſit, „ quomodo ſcriptum eſt, una anima, & unum „ cor, recte *Monos* dicuntur, ideſt, *unus ſolus*— C „ Sequitur — Merito inſultant nomini *unitatis* „ qui ſe præciderunt ab *unitate:* merito ILLIS „ DISPLICET NOMEN MONACHORUM, QUIA IPSI „ NOLUNT HABITARE IN UNUM CUM FRATRIBUS, SED SEQUENTES DONATUM, CHRISTUM „ DIMISERUNT. „ Hæc Auguſtinus.

Pſal. 132. 1.

Auguſtinus Ibid. num. 6. pag. 1487.

2. Tim. 4. 7.

Agnoſtici unde ſic appellati.

Monachi nomen unde oriatur.

Act. 4. 32.

5. Videtis ergo ubi Monachos collocat Sanctus Pater, quia in ſecundo gradu Eccleſiæ cum Daniele in lecto otii & quietis. Sed quia iſte diſtinxit de Monachis, Canonicis, & Fratribus, nolo, ut de ſtabulo iſto Chriſti Canonicos expellat, & Fratres, etſi Monachos ibi, eo invito, in ſancto loco Chriſti ponamus. OMNES ENIM MONACHI REGULAREM SANCTIMONIAM PROFESSANTES, DICUNTUR ANTIQUITUS CANONICI (*a*). ET CANONICI (*b*), QUID ALIUD, QUAM MONACHI? ET FRATRES QUID ALIUD QUAM MONACHI? Vel fac quod non ſit eo D Chriſtianus, quo Presbyter *; non eo Diaconus, quo Levita. Sed & ſi omnino contendas de vocabulo, ſi habes ibi Monachos, quia in unum vivunt, a quo appellatur & *Monos*, etiam quia Fratres ibi ponuntur, ibi expreſſe intelligas Fratrum Ordines; & non repellas habitare fratres in unum, inquit (*c*).

a b

* *al.* Sacerdos.

c

6. Sed leniter incedamus, & adhuc pro nobis omnibus (*d*) figamus ordinem Monachorum. Magnus Epiſcopus Rhabanus *de inſtitutis Monachorum* capite 11. RHABANUS. Sunt (inquit) „ tres ordines in Eccleſia, *Converſantium*, ideſt „ Laicorum; *Clericorum*, & *Monachorum:* quo- E „ rum primus, ideſt laicus, ordo popularis in- „ terpretatur. *Laos* enim græce, *Populus* latine. Secundus eſt *Monachicus*, ideſt, *ſingulariter converſans*, hoc eſt, a ſæculari converſatione remotus. *Monos* enim græce, *Singularitas* dicitur latine; & Monachus *ſingularis* „ vel *ſolitarius* dicitur. Tertius eſt Ordo Clericalis: *Cleros* quippe græce, latine *Sors* vel „ *hæreditas* dicitur. Propterea dicti ſunt *Clerici*, quia de ſorte ſunt Domini, vel quia Domini partem habent. „ Hæc ille. Et iſte Sanctus Pater, quamvis tranſverſo ordine, in ſecundo tamen interſtitio Clauſtrales omnes incluſit nomine Monachorum; & reddit cauſam: *Monachus, ideſt, a ſæculari converſatione remotus* (inquit). Cauſa iſta Canonicorum eſt & Fratrum, & Anachoritarum, Sanctimonialium inſuper, & omnium clauſtraliter profeſſorum: omnes enim Solitarii, omnes *Monades*, aut *Moni* ſunt a ſæculari converſatione remoti. Beda inſuper v. libro *ſuper Lucam*, cap. LXX. tripartitum illum recenſens Statum Eccleſiæ jam prædictum, præponit illos, qui in lecto, ſecundum ordinem Chriſti in Evangelio, dicens BEDA. Duo erunt in lecto uno, videlicet illi, „ qui otium & quietem eligunt, neque negotiis ſæcularibus, neque negotiis Eccleſiaſticis „ occupati: quæ illorum quies *lecti* nomine ſignificata eſt. *Unus aſſumetur, & unus relinquetur;* non quaſi de duobus hominibus dictum eſt, ſed de duobus affectionum generibus. Qui enim propter Deum continentiæ „ ſtuduerit, ut ſine ſollicitudine vivens cogitet „ quæ Dei ſunt, aſſumetur a Deo: qui vero „ vel humanæ laudis amore, vel alia qualibet „ vitiorum corruptione ſtatum monaſticæ vitæ, quo imbutus eſt, læſerit, hic ubi re- „ linquendus ſit, Jeremiæ lamentationes inſinuant, qui otioſæ cujuslibet & peccatricis animæ, ſub Judeæ ſpecie lapſum deſcribens, „ ait: *viderunt eam hoſtes, & deriſerunt ſabbata ejus*. „ Hæc ille.

Rhabanus To. 6. pag. 3.

Laicus a Laos, ideſt, populus.

Clerus dicitur a Cleros, quod eſt hæreditas.

Beda To. 5. pag. 390.

7. Ubi in læſione ſtatus Monaſtici, in continentiæ ſtudio, patet quod monachos collocavit hic Beda in Chriſti lecto. Sanctus vero Pater Ambroſius etiam ordinem Clericorum redigit in Continentium cameram cum ſtemmate * monachali, Epiſtola ſua ad *Vercellenſes*, bene poſt medium, AMBROSIUS. Hæc (inquit) duo in „ continentiori Chriſtianorum devotione præſtantiora eſſe quis ambigat, Clericorum officia, „ & Monachorum inſtituta? Iſta ad commoditatem & moralitatem diſciplinæ; illa ad abſtinentiam aſſuefacta, atque patientiam: hæc „ velut in quodam theatro, illa in deſerto: „ iſta ſpectatur, illa abſconditur. Ideo bonus „ Athleta ait: *Spectaculum factus ſumus huic* „ *mundo*. „ Hæc Ambroſius.

* *al.* ſchemata.

Ambroſius To. 2. Epiſt. 63. pag. 1039. num. 71.

* *M.* adſtrictiore

1. Cor. 4. 9.

8. At ſi Wicleffus extra Evangelium, & Anſelmum referat diviſionem illam Eccleſiaſticorum, quam fecerat (*e*); non abnuo, non moleſtor. Sed hoc queror, quod intra totum Eccleſiæ ambitum Religioſis pauperibus nec unum ponat ſcabellum. Certe & magiſter ejus Anſelmus Religioſos & Clericos in unam cellam committit in libro ſuo *de Similitudinibus* cap. CXXVI., quod eſt de tribus homi-

e

(*a*) *Canon* græce, *Regula* latine dicitur. Unde recte Monachi dicebantur antiquitus *Canonici*, quia ſcilicet *Canonice*, ſeu *regulariter* ſimul *in unum* viventes. Eadem ratione Canonici recte appellantur *Monachi & Fratres*, quia tum *Canonici*, tum *Monachi*, tum *Fratres* ſub approbata *Regula* ſimul *in unum* pariter vitam inſtituunt. Unde apparet quam abſonum ſit, quod nonnulli Religionum Aſcetæ dedignentur appellari *Fratres*, quaſi irregulariter & non in unum degant; aut verum non ſit quod nomen *Fratres* Chriſtus Dominus divina flagrans charitate olim apud Apoſtolos conſecraverit.

(*b*) *Canonicus* dicit abſolute, ſine addito *Regulares*, quod improprie, ac importune addi viſum eſt etiam *Eraſmo Rotherodamo* Canonico regulari, in ſuis *Colloquiis:* nam cum *Canonicus* idem ſonet ac *Regularis*, dicere *Canonicus Regularis*, idem eſt ac ſi dicatur, *Regularis Regularis*.

(*c*) Subaudi *Auguſtinus*, cujus mox recitatam ſententiam per rationabilem Paraphraſim extendit a Monachis ad Canonicos Regulares, & ad Fratrum mendicantium ordines.

(*d*) Intellige, pro noſtris Ordinibus Fratrum mendicantium; quos dicit *noſtros*, quia ex illorum uno erat Waldenſis ipſe.

(*e*) Diviſionem innuit, quam ſupra habet Wicleffus cap. 12. num. 2. quæ eſto quod ab Anſelmo deprompta fuerit; non ideo Monachos & Religionum profeſſores ab Eccleſia militante repelli fas eſt: quia eos Anſelmus non excludit, ſed expreſſe includit intra Eccleſiam militantem, ut ex ipſius teſtimonio convincitur.

* Anſelmus Cap. 127. pag. 179. in Appen.

hominum ordinibus Anselmus. Tres (inquit) „ ſunt hominum ordines; ſcilicet, Orantes, „ Agricultores, & Defenſores. Hos autem or„ dines ſic ad diverſa Deus officia in hoc mun„ do diſpoſuit, quomodo quidam Paterfamilias „ oves & boves, caneſque in domo ſua diſtri„ buit. -- Et infra -- Si ergo quiſquis ſuum A „ impleat (a), longam promeretur vitam, quia „ cæterorum vivit ad utilitatem. Si vero illud „ agere noluerit, vita ipſa indignus exiſtit, „ quia non affert propter quod vivit. Si enim „ Clerici Monachique orationem & prædicatio„ nem aliis impendere, vel in bonis exemplum „ prætendere; aut terram Agricolæ noluerint „ excolere, quod aliud poterunt officium ex„ plere? Rurſus ſi Milites alios defendere no„ luerint, aut etiam, more rabidorum canum, „ eoſdem, aut ſe ipſos occiderint, vel oppreſ„ ſerint, quid de illis, niſi quod de rabidis ca„ nibus, fieri debet?„ Hæc Anſelmus. Pro no- B ſtro Wicleffo feci quod aliquale fundamentum tripartitionum Eccleſiæ ſuæ, extra Evangelium Chriſti Jeſu, in Anſelmo detexi. Sed adhuc ſupereſt ut ubi, & quo jure, Sanctos Monachos, & religionum profeſſores, ab Eccleſiaſtica Societate evacuare habuerit authoritatem, præſciſſus & damnatus ipſe demonſtret. Quod autem Militibus inſtituit primum locum poſt Clericos, ne quæpiam religioſis viris in Eccleſia Chriſti ſedes apta competeret, Militibus verecundiam, & Religioſis facit injuriam. An putas non verebitur vir ingenuus, audiens ex ore Regio, *Surge amice, de huic locum?* An non ita C fecit Sacerdos ejus Ambroſius in Theodoſium Imperatorem, jam intra cancellos Mediolanenſis Eccleſiæ collocatum? Sic enim habet Cassiodorus. Cumque (inquit) tempus accede„ ret, quo munus ad altare ſolebat offerre, ſur„ gens cum lacrimis eſt ingreſſus. Cum vero „ obtuliſſet, ſicuti ſolitus erat, intra cancellos „ ſtetit. Rurſus autem Ambroſius non quievit; „ ſed differentiam locorum edocuit. Et primo „ quidem requiſivit quid ibidem expectaret. „ Imperatore dicente, ſuſtinere ſe Sacrorum „ perceptionem myſteriorum, per Archidiaco„ num remandavit: O Imperator, interiora lo- D „ ca tantum Sacerdotibus ſunt locata*, quæ „ cæteri nec ingredi nec contingere permittun„ tur. Egredere igitur, & hanc expectationem „ cum cæteris habe communem: Purpura „ namque Imperatores, non Sacerdotes fa„ cit.„ Hæc ille. lib. IX. *hiſt. trip.* capitulo XXX. Locus ergo militaris inter populares erit: niſi forſan cum Sanctis Monachis regales milites expectare conceſſeris: quia & ipſis locus eſt ſupra plebem in ipſo aditu Cancellorum, juxta Dionyſium, ut infra patebit*. Alias cum Sanctis plebibus locus militiæ ſit communis.

a Bonus operarius meretur vitam: malus demeretur.

Luc. 14. 9.

Caſſiodorus To. 1. pag. 344.

Imperator munus ad altare ſolebat offerre.

* M. collata. Ambroſius non patitur, Imperatorem intra cancellos Eccleſiæ manere.

*Cap. ſequenti num. 8.

CAPUT XIV.

De diviſione Operantium in Eccleſia, & quod penes hanc dividuntur perfecti viri ab imperfectis.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *In Eccleſia quomodo membrorum diverſitas cognoſci poſſit.*
2. *Diviſiones operationum, diviſiones generant Religionum.*

Thom. Wald. Tom. I.

3. *Quam impie contra hanc Eccleſiæ diviſionem ſcripſerit Wicleffus, aſſerens eam a diabolo exortam.*
4. *Quomodo in primitiva Eccleſia duæ Fidelium Sectæ ſurrexerunt, nempe Perfectorum, & Imperfectorum.*
5. *Monachi, unde initium ſumpſerint.*
6. *Monachorum quorumdam apud Hebræos commorantium regula, ac vivendi ratio deſcribitur.*
7. *Beatus Euſebius Monaſticam vitam primus in urbe Vercellenſi inſtituit.*
8. *Quod Sanctus Dionyſius Monaſticam vitam laudibus extulit, Monachoſque in porta Sancti Sanctorum collocavit.*
9. *Chriſti Eccleſiam duplicem eſſe, nimirum* Perfectorum & Imperfectorum, *Hieronymi teſtimonio oſtendit.*

1. Diviſiones operationum ſunt: idem autem Deus. Sic enim apte proceditur ab actibus primis ad ſecundos. Primus actus eſt *eſſe*, ſecundus eſt *operari*. Quod autem operantur, miniſtrationem exercent. Secundum ergo diverſitatem operis, boni atteſtationem habent in Sancta Eccleſia talis membri: *Opera enim quæ ego facio* (dicit Salvator) *ipſa teſtimonium perhibent de me.* Sic etiam Apoſtolus 1. Cor. 12. ſecundum varietatem bonorum operum, diſtinctionem exponit membrorum: *Corpus non unum membrum eſt, ſed multa:* ubi quoſdam dicit pedes, quoſdam manus, quoſdam oculos. Et Hieronymus in *annotationibus* ſuper eumdem locum, Hieronymus. Pes (inquit) Eccleſiæ di„ ci poteſt, qui ad intercedendum egreditur. „ Manus eſt ille qui operatur. -- Et infra -- „ Oculus eſt ille qui intelligit. Os, ille qui „ docet, vel loquitur linguis. Hæc ille.„ Sic ergo intelligo, quod qui bene prædicat in Eccleſia, opere os eſt, quamvis non miniſterio. Miniſter enim eſt verbi, qui hoc exercet poteſtate officii. Nec enim Epiſcopus pes eſt Eccleſiæ, quamvis ex humilitate perſonis ſe infimis, ſerviendo, dejiciat; nec Rex ideo non Caput eſt populi, quamvis aliquando, pauperibus erogando, pauperum manus fiat: ſed quod eſt Caput, habet ex adminiſtratione; quod ſit manus, ab opere; quod miniſter eſt, habet ex Dei inſtitutione; quod ſit operator, ex electione ſolum pro tempore. Unde Apoſtolus in prædicta Epiſtola, *Poſuit Deus* (inquit) *membra, unumquodque eorum in corpore, ſicut voluit:* ubi Haymo. „ Quiſquis in Eccleſia eſt oculus, a Deo, & „ non a ſe, factus eſt oculus. Sic & de cæteris „ intelligendum eſt membris.„ Hæc ille.

2. Iſtæ tamen diviſiones operationum, diviſiones generant Religionum; ut quibuſdam acceſſit affectio contemplandi, & facti ſunt cor- E da Eccleſiæ, ut ſunt ſanctiſſimi Anachoritæ. Quibuſdam pſallendi votum Deo die ac nocte; & facti ſunt collum Eccleſiæ, ut ſunt omnes pene Clauſtrales. Quibuſdam docendi exarſit devotio, & facti ſunt oculi, ut Doctores. Quibuſdam hoſpites congregandi, & facti ſunt manus, ut ſunt Milites hoſpitales (b). Omnes tamen iſtæ diviſiones membrorum, non ex operationibus profeſſionum, ſed ex profeſſionibus operationum diſtincta membra conſtituunt. Virgines enim, ſi tantum continent, lumbi præcincti ſunt opere; ſi hoc profiteantur perpetuo facere, lumbi præcincti ſunt ſtabilitate membri,

1. Cor. 12. 6.

Joan. 5. 36.

1. Cor. 12. 14.

* Hieronymus To. 11. pag. 936.

Miniſter verbi proprie qui ſit.

1. Cor. 12. 18. Haymo.

Anachoritæ corda dicuntur Eccleſiæ: Clauſtrales collum.

Doctores oculi ſunt, & hoſpitales manus ſunt Eccleſiæ. b

Virgines lumbi ſunt præcincti Corporis Eccleſiæ.

(a) M. *Si ergo ſui quiſque Ordinis Officium impleat &c.*

(b) Ordines innuit Equeſtres, qui Jeroſolymis ad Chriſtianos peregrinos excipiendos inſtituti fuerunt, præſertim ſæculo XII. poſt reſtitutum a *Godefrido Bullonio* Regnum Jeroſolomytanum. De his Jacobus Cardinalis de Vitriaco, in Hiſtor. Jeroſolomyt.

bri, & officii facultate. Et qualiter membra varia unam corporis ſalutem operantur communiter, ita diſtinctæ profeſſiones communem agunt ſoſpitatem corporis Chriſti, & matris Eccleſiæ. Dicit enim in Epiſtola *ad Dardanum*

Auguſtinus To. 2. *Epiſt.* 187. *al.* 57. *pag.* 684. *num.* 20.

AUGUSTINUS. Illæ vero diviſiones dictæ ſunt, A
„ ſicut membrorum in corpore: quia non idem „ valent aures quod oculi; atque ita membra „ cætera diverſis officiis concorditer diſtributa: „ quæ tamen cum ſani ſumus, una, neque di- „ verſa, nec alibi majore, alibi minore; ſed „ cum ſint ipſa diſparia, communi & parili „ ſalute congaudent. Hujus ergo corporis Ca- „ put eſt Chriſtus, hujus corporis unitas noſtro „ Sacrificio commendatur; quod breviter ſignifi-

1. Cor. 10. 17.

„ cavit Apoſtolus, dicens: *unus panis*, & *unum* „ *corpus multi ſumus*. „ Hæc Auguſtinus.

3. Contra has ſententias Apoſtoli & Auguſtini noſter Wicleffus multis blaſphemiis reluctatur. Unde cap. 1. libri *de Antichriſto*, lo- B

Wicleffus.

quens de diviſione Religionum, WICLEFFUS. „ Talis (inquit) diviſio inſtinctu diaboli in mi- „ litantem Eccleſiam ſubintravit; & ſicut con- „ fundit unitatem Sectæ Domini noſtri Jeſu

a

„ Chriſti (*a*), ſic confundit religioſitatem Or- „ dinis Chriſtiani. Ideo, ut ſæpe dicitur, cir- „ ca unitatem Sectæ Domini tota militans Ec- „ cleſia laboraret. Unde Alexander Macedo, „ Princeps ethnicus, circa hoc laudabiliter la-

b

„ boravit (*b*). Unde Sectæ iſtæ verecundantes „ ſuam diviſionem a Secta Domini, dicunt „ quod non ſunt aliæ a Secta Domini noſtri „ Jeſu Chriſti. „ Hæc ille. O linguam ſem- C per mendacem, maledicam, & blaſphemam! Quis ante, niſi damnatus quiſquam hæreticus, in tam ſancta Chriſti membra ſic ſolvit linguam iniquam? *Talis* (inquit) *inſtinctu diaboli in militantem Eccleſiam ſubintravit*, & *confundit*

c

unitatem Sectæ Domini (*c*): quaſi ipſa, quæ eſt

* Ed. V. perfectior.

Perfectorum * vita, non ſit Secta Domini. Quæ eſt Secta Domini? Vita vulgaris, vita infima, vita illarum pecudum, quæ baſſius locantur in arca? Hæc ne eſt Secta Domini, quam Chriſtus ſervavit in ſua perſona? Apoſtoli poſt ejus a-

* *Subaudi* Vulgarem.

ſcenſionem, iſtam Sectam * tranſcenderunt, & altiorem inſtituerunt. Vide, ſi non in Scripturas planiſſimas mentiaris. D

4. Duæ Sectæ ſurrexerunt in Eccleſia primitiva: *Perfectorum*, & *Imperfectorum* fidelium.

Act. 4. 35. *Act.* 2. 46.

Perfecti viri omnia ponebant ad pedes Apoſtolorum, & quotidie perdurabant in oratione, de quibus Act. II. *Imperfectorum* alia Secta, quibus nihil talium dabatur in regula, ſed ſolum quod abſtinerent a fornicatione, ſanguine,

Act. 15. 20.

& ſuffocatis: de quibus Act. XV. Quæ iſtarum eſt Secta Domini? Nonne utraque? ſed prior *,

* *Cod. Ferrar.* prima.

quia perfectior; idcirco Sectæ Chriſti propinquior. Sed velis nolis, duæ ſunt vitæ, duæ Sectæ longe a ſe diſtantes, *Perfectorum* & *Imperfectorum* in eadem Eccleſia. E

5. Audi Auguſtinum tractantem illum Pſal-

Pſal. 132. 1.

mi verſiculum, *Ecce quam bonum*, & *quam jucundum habitare fratres in unum*, AUGUSTINUS.

Auguſtinus To. 4. *pag.* 1484. *num.* 1.

„ Hoc primum etiam atque etiam conſideremus, utrum de omnibus Chriſtianis dictum „ ſit, *Quam bonum*, & *quam jucundum habitare* „ *fratres in unum*: an aliqui ſint certi atque „ perfecti, qui habitant in unum, nec ad o- „ mnes pertineat iſta benedictio, ſed ad quoſdam, a quibus tamen deſcendat ad cæteros. „ Iſta enim verba Pſalterii, iſte dulcis ſonus, „ iſta ſuavis melodia, tam in Cantico, quam „ in intellectu, etiam Monaſteria peperit. Ad „ hunc ſonum excitati ſunt fratres, qui habitare in unum concupierunt: iſte verſus fuit „ tuba eorum: ſonuit per omnem orbem ter- „ rarum; & qui diviſi erant, congregati ſunt.

— Sequitur — Verumtamen, dilectiſſimi, ſi con-

Num. 2. d

„ ſideremus, de illo pariete circumciſionis (*d*) „ nata eſt iſta benedictio: non * enim omnes

* *M. num.*

„ Judæi perierunt. Et unde Apoſtoli, filii Pro-

Pſal. 126. 4.

„ phetarum, filii excuſſorum? ſicut jam ſcienti- „ bus loquimur. Unde & illi quingenti, qui

1. *Cor.* 15. 6. *Act.* 1. 15.

„ Dominum poſt reſurrectionem viderunt, quos „ commemorat Apoſtolus Paulus? Unde illi „ centum & viginti, qui ſimul erant in uno „ loco poſt reſurrectionem Domini, & Aſcen-

Act. 2. 1. &c.

„ ſionem in cœlum: quibus in uno loco con- „ ſtitutis ſupervenit Spiritus Sanctus in die „ Pentecoſtes, miſſus de cœlo; ſic miſſus, ſicut

* *M.* inde

„ promiſſus? Omnes Judæi * erant; & ipſi „ primo habitaverunt in unum, qui omnia „ quæ habebant vendiderunt, rerumque ſuarum

Act. 4. 34.

„ pretia ad pedes Apoſtolorum poſuerunt, ſi- „ cut in Actibus Apoſtolorum legitur. Et ne- „ mo dicebat aliquid proprium, ſed erant il-

Act. 4. 32.

„ lis omnia communia. Et quid eſt *in unum*? „ Et erat illis (inquit) anima una, & cor unum „ in Domino. Ergo ipſi audierunt prius, *Ecce* „ *quam bonum*, & *quam jucundum habitare fra-* „ *tres in unum*. Primi audierunt, ſed non ſo- „ li audierunt. Non enim uſque ad illos tan- „ tum iſta dilectio, & unitas fratrum venit. „ Venit enim & ad poſteros iſta charitatis e- „ xultatio, & votum quod Deo voverunt. — „ *Et ſequitur* — Ex voce hujus Pſalmi appel- „ lati ſunt & MONACHI. Hæc Auguſtinus in expoſitione *Pſalterii*. Vide miſer, ubi Monachi incœperunt. Vide, iſta diviſio cujus inſtinctu incœpit. Numquid Pſalmus iſte, qui non omnibus convenit Chriſtianis, ſed viris *perfectis*, inſtinctus fuit diaboli, cujus ſenſum primo impleverunt Apoſtoli, & quingenti diſcipuli; & poſt hos Jeroſolomytani *perfecti*, poſt quos pervenit ad Monachos? Ex hoc ergo ſenſu Pſalmi primi diviſi ſunt *Perfecti* ab aliis; & ex voce hujus Pſalmi appellati ſunt *Monachi*, ſeorſum ſcilicet ab aliis imperfectis. Numquid ergo inſtinctus hujus Pſalmi, inſtinctus fuit diaboli? O amarum virum, & ſic mentientem planiſſime!

6. At numquid Sanctus Marcus, qui iſtam diviſionem primo cœpit Alexandriæ, hoc fecit inſtinctu diaboli? Philo enim de his viris loquens recitatur a Caſſiodoro libro 1. *Tripartitæ hiſtoriæ* capite XI. CASSIODORUS. Phi-

Caſſiodorus To. 1. *pag.* 212. *Philo li.* 6. *de vita contemp.* e

„ lo (inquit) Pythagoricus ſuis temporibus re- „ fert undique egregios Hebræorum (*e*) in quo- „ dam prædio circa ſtagnum *Mariam* in colle „ poſitum philoſophantes: habitaculum vero „ eorum & cibos, & converſationem talem in- „ troducit, qualem & nos nunc apud Ægy- „ ptiorum monachos eſſe conſpicimus. Scribit „ enim, inchoantes eos ad (*f*) philoſophiam f „ cedere omnibus ſibi competentibus rebus, „ cun-

(*a*) Quam falſum ſit quod Religionum diverſitas unitatem ſcindat Eccleſiæ Chriſti, oſtenditur infra num. 7. in fine; & cap. ſequenti per totum. Item lib. 3. cap. 31.

(*b*) Alexandrum Macedonem ex eo laudat, quod ſublatis Regibus, ſolus dominari peroptaret, illud contra *Darium* effatus, *Neque terram duos Soles, neque Aſiam duos Reges tolerare*, ut refert Plutarchus in *Apophtegm.* Quam autem indignum ſit ab Ethnici ſuperbia Principis normam Chriſtianæ *Monadis*, ſeu *Unitatis* inducere, nemo non videt.

(*c*) Conſonant iſta cum Articulo 45. a Synodo Conſtantienſi damnato.

(*d*) *Parietem* allegorice Circumciſionem vocat, quod Populum Dei a Gentibus ipſa ſecerneret, divideretque.

(*e*) *Hebræos*, non *Chriſtianos*, vocat primos illos Alexandriæ ſub Sancto Marco Chriſti fideles: quia nondum *Chriſtianorum* appellatio, cum ſcriberet Philo, ubique locorum divulgata erat.

(*f*) *Ad* expungitur a Maurinis.

„ cunctiſque abrenuntiare permixtionibus, &
„ extra muros in ſolitariis agris & hortis ha-
a „ bitare (*a*). Domus autem eis eſſe *Sacrari*,
„ quæ apud nos *Monaſteria* nuncupantur, & in
„ eis, converſatione ſolitaria, honeſta celebra-
„ re myſteria, diligenterque pſalmis & hymnis
„ placare Divinitatem, & ante Solis occaſum A
„ non guſtare cibum: alios autem per tres
„ dies, & amplius. Certiſque diebus in pa-
„ vimento habere cubilia; vino ſemper & ſan-
„ guine habentibus abſtinere: cibum eis eſſe
„ panis & ſalis, & hyſſopi, & potum aquæ.
„ Mulieres eis cohabitare, ſeniores virgines pro-
„ pter amorem philoſophiæ ſpontanea volun-
„ tate nuptiis abſtinentes. -- Et ſubdit -- Sed
„ ſive Ægyptii, ſive alii quidam huic ab ini-
„ tio philoſophiæ præfuerunt; illud tamen apud
„ omnes conſtat, quod ad veram * reveren- * M. Summam.
„ tiam, atque perfectionem, moribus, exercita-
„ tionibus decentibus, pervenerunt. „ Hæc ille. B
Heu ergo noſter Wicleff! Uſquequo ſic deliras, ut quod Sanctis Apoſtolis, Chriſtique diſcipulis, ejuſque Evangeliſtis, & Sanctis Sanctæ Eccleſiæ Chriſti Doctoribus, immo & omnibus, eſt in b veram reverentiam atque perfectionem (*b*), ſolus tu, maximus imperfectorum, dicas diaboli ſtudio introductum? Et quia de decore Eccleſiæ Chriſti nunc agimus, horum Perfectorum converſatio tunc temporis ſic clarebat, ut de eorum inſtitutione capitulum prædictum inchoans, diceret Pater CASSIODORUS. Præcipue

Caſſiodorus pag. 211. To. 1.

„ vero inſigniſſimam Eccleſiam demonſtrave-
„ runt, & dogma dilataverunt vitæ virtutibus C
„ qui converſatione monaſtica illo tempore
„ fruebantur. UTILISSIMA NAMQUE RES ad ho- Monachorum philoſophia.
„ mines venit a Deo iſta philoſophia, quæ
„ multarum doctrinarum, & Dialecticæ artis
„ ſtudia deſpicit, tamquam ſit minima, & me-
„ lioris operis tempus impediat, atque ad re-
„ cte vivendum nihil oſtendat. Hæc eſt ergo
„ philoſophia converſatione miranda; naturali
„ ſimplicique prudentia docet omnia quæ ne-
„ quitiam perimant, & operentur utilia. „
Hæc ille. Neſcio ergo unde iſte inſanus in tantum cœcus effectus eſt, ut quos * peſſimum hominum genus neſcit non laudare, iſte audacter vituperet. VERE ENIM DIABOLUS ERUBESCERET SUPER TANTO ſcelere, damnare * ſcilicet, quod nonniſi juſtum, pium, caſtum, ſanctiſſimumque probatur a ſingulis. Nolo tamen, ut excuſationem capiat, quod bene detraxit omnibus, quia verba ejus vera ſunt de extremis & peſſimis (*c*) Clauſtralibus: quia cum iſta Secta fuerit, de qua ſcribit Caſſiodorus; ſine malis monachis non fuit Eccleſia. Auguſtinus jam dixit ſupra *, *falſi Monachi*, *falſi fratres*: ſed nec iſtis pietas bona perit. Revolve quoque Patrum volumina, & INTER OPTIMOS ÆGYPTI MONACHOS miſcebantur hæretici (*d*): flagitioſi ſemper religioſi (*e*) verſabantur cum aliis. Sed

* Cod. Vat.

* Cod. Vat. depravare.

Religiones damnare, pluſquam diabolicum eſt.

* cap. 13. num. 2.

D

nec hoc eſt, quod damnat Wicleffus ſolum, ſed optimos Patres, & eorum regulam inſtitutam *. Sanctiſſimos quoque mores eorum de fuga ſæculi, de continentia clauſtrali, quam dicit nonniſi ibi fundatam, ubi nemo abſcondit lucer am, & ponit in abſcondito, ſed ſuper candelabrum; ſub ironia deridens privata ſilentia, obedientiam damnans pronam Præpoſito, ut audietis forſan in ſequentibus (*f*). POTENS * VERO DIABOLUS, QUI tantum potuit explere per hominem, quantum puderet facere per ſe ipſum.

* Vide ſupra num. 3. & cap. 13. num. 2.

Matth. 5. 15

* MSS. Cod. efficax.

7. Ante iſta tempora, poſt Sanctos Patres, tales ſurrexerunt prædones Eccleſiæ (*g*). Sanctus enim Ambroſius ideo dolet, poſt inſtituta Euſebii * Sacri Præſulis, perverſionem Eccleſiæ Vercellenſis. AMBROSIUS. Audio (inquit)

* Euſebii Vercellenſis.

Ambroſius To. 2. Epiſt. 63. pag. 1024. num. 7.

„ veniſſe ad vos *Sarmationem*, & *Barbationem* (*h*),
„ vaniloquos homines, qui dicunt nullum eſſe
„ abſtinentiæ meritum, nullam frugalitatis,
„ nullam virginitatis gratiam: pari omnes æ-
„ ſtimari pretio: delirare eos, qui caſtigant
„ carnem ſuam, ut menti ſubditam faciant. „
Ac poſtea correſpondenter inferens inſtituta Antiſtitis ſacri Euſebii depravata per iſtos, poſt medium illius Epiſtolæ dicit: pag. 1038. n. 66.
„ Hæc primus
„ in Occidentis partibus diverſa inter ſe (*i*)
„ Euſebius ſanctæ memoriæ conjunxit; ut in
„ Civitate * poſitus, inſtituta Monachorum * Vercellenſi.
„ teneret, & Eccleſiam regeret jejunii ſobrie-
„ tate (*k*). MULTUM ETENIM ADJUMENTI AC-
„ CEDIT ad Sacerdotis gratiam, ſi ad ſtudium
„ abſtinentiæ, & normam integritatis, juven-
„ tutem aſtringat, & verſantes intra Urbem ab-
„ dicet uſu Urbis, & converſatione. Hinc illi
„ proceſſerunt viri, Elias, & Eliſæus, & Joan- Hebr. 11. 36. &c.
„ nes Baptiſta, qui pelliceis tunicis & caprinis
„ exuviis induti, inopes atque egentes, angu-
„ ſtiis & doloribus afflicti, in ſolitudinibus er-
„ rabant inter alta & condenſa montium, in-
„ via rupium, ſpeluncarum horrenda, fovea-
„ rum vadoſa: quorum converſatione dignus
„ orbis terrarum non erat. Hinc illi Daniel, Dan. 1. 14. &c.
„ Ananias, Azarias, Miſael, qui in aula regia,
„ paſcebantur tamquam in deſertis, cibo aſpe-
„ ro, potuque obvio: meritoque regii ſervuli
„ regnis prævaluerunt. „ Hæc ille. Jam audiſtis nude dicentem Ambroſium, quomodo Sanctus Pater Euſebius in Eccleſiam Vercellenſem primus monaſticam vitam Eccleſiaſtico regimini * copulavit: *Diverſa* (inquit) *inter ſe conjunxit*. Et hoc tunc fecerunt *Sarmation* & *Barbation* hæreſiarchæ pompoſi ad diluenda inſtituta illa monaſtica, quod etiam fruſtra conatur noſter Wicleffus (*l*) per Eccleſiam Univerſi. Stent ergo ſimul Sarmation, Barbation, & Wicleffus (*m*), dicantque diviſionem iſtam primo inſtinctu diaboli introductam. Stant ex adverſo E- E lias, Eliſæus, & Joannes Baptiſta in choro uno. Stant utique Daniel, Ananias, Azarias, Miſael in

* Ed. Ven. regno.

(*a*) Hæc & plurima alia refert Euſebius in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum in *Marco*; & lib. 2. *Eccleſiaſt. Hiſtoriæ* cap. 16. ubi ſacram & eximiam illorum Aſcetarum deſcribens ſapientiam, ait: *Hæc traduntur a Philone; tamquam ab homine, qui, (ut veriſimile eſt) illos coram ſacras Literas interpretantes audiverit*.

(*b*) Ed. V. *in vera reverentia, & perfectione*.

(*c*) Recole quæ ſupra de malis, & flagitioſis in Eccleſia, accuſantibus hæreticis reſpondit cap. 9. num. 2. Waldenſis.

(*d*) Ex *Audeanis*, ſeu *Audianis* plurimi in Monaſteriis diſciplinam colebant, ut ex Epiphanio refert Natalis Alexander Sæc. IV. cap. 3. art. 9. Monachi Alexandrini contra Synodum Calchedonenſem vexillum erexerunt pro ſuo in *Dioſcorum* ſtudio. Pro Euthychiana factione tumultum excitarunt Monachi Palæſtini.

(*e*) Etiam apud Claramvallem, ſub ipſius Divi Bernardi diſciplina improbus ac falſarius extitit *Nicolaus* Monachus, cujus luget facinora Bernardus in ſuis Epiſtolis.

(*f*) Libro 3. per totum, præſertim articulo 3. cap. 29. 30. 31. &c.

(*g*) Tales prædones fuerunt quoque Donatiſtæ, ut patet ex Auguſtino ſupra cap. 13. num. 4.

(*h*) Noviſſimi Editores *Barbatianum* legunt. Tum ipſe autem, tum *Sarmation* Monachi Apoſtatæ fuerunt, quos perſtrinxit Ambroſius Enarr. in Pſal. 36. num. 49. ubi tacito eorum nomine, quam ſimillima iis, quæ hic dicuntur, in illos ſcribit. Eorum autem hæreſis ex tetro Joviniani fonte ortum ducebat, de cujus erroribus agitur Epiſt. 42. ad Siricium; ut ad hunc locum notant Maurini Patres.

(*i*) *Clericalem* videlicet inſtitutionem atque *Monaſticam*.

(*k*) Poſt Euſebium Monaſticæ profeſſioni Clericalem adjunxit per totum Occidentem Siricius Pontifex, ut conſtat ex Epiſtola ipſius ad *Himerium* Taraconenſem Epiſcopum, cap. 13. Sanctus Martinus Monaſticam vitam in Galliis cum Clericatu conjunxit, *ita implens Epiſcopi dignitatem, ut non propoſitum monachi, virtutemque deſereret*, ut ſcribit Severus Sulpitius in ejus vita.

(*l*) Pariter Lutherus, & Calvinus, cæterique Novatores Heterodoxi, Monaſticæ perfectionis hoſtes.

(*m*) Lutherus, Calvinus &c.

in choro altero, qui, ſecundum Ambroſium, ſanctæ hujus ſectæ a vulgari ſecta diviſæ, firmi & perpetui fuere præcones & Patres; & judicet totus mundus, an non ſit credibilius iſtos tres magos (*a*) Pharaonis * inſtinctu diaboli agitatos, qui ſanctam illam ſectam abolere conantur, quam ſeptem illi Prophetæ Domini, A quos Spiritus Sanctus ſemper implevit ſeptemplici munere gratiarum? Audeo dicere, ſtet ſolus Elias, & quingentos tales Baalinos Prophetas * uno ſanctitatis ſuæ gladio trucidabit. Et quid dicis diviſionem iſtam a ſecta Chriſti? Sed non ita eſt: ab hac ſecta Chriſti vulgari ſecernimur: & Chriſtus hoc fecit nocte perorans ſeorſum a populo, diebus prædicans in Synagogis. Sed quid eſt, quod te in hac diviſione moleſtat? Si cultus ſingularis veſtitus; Elias, & Eliſæus, & Joannes Baptiſta, inde laudantur, quod utebantur pelliciis; non ſic populus. Si ciborum parcitas, & electa jejunia; B & ipſi ſingulariter abſtinebant a populo. Si ſeceſſus privatos; & ipſi elegerunt rupes & invia, ut remote ſequeſtrarentur a vulgo. Age quod vis, dum peccata noſtra non arguas, ſed laudanda noſtra depraves; & Benedictum, & Auguſtinum, & Baſilium, in regularum ſanctarum plantatione blaſphemes (*b*). Non petimus laudes tuas, ſed ſufficit nobis ab illo, quem univerſa damnavit Eccleſia (*c*), damnari cum talibus.

a *Sarmatienſem Barbatianum, & Wicleffum.
3. Reg. 18. 40.
*Hæreticos Wiclevistas, Lutheranos, & Calviniſtas.
Luc. 6. 12.
Luc. 4. 44.
Conformitas religioſorum cum ſanctis Prophetis.

8. Dionyſius autem Magnus diviſionem iſtam approbat, & fundat, in Epiſtola *ad Demophilum Monachum*, dicens, ipſos Monachos exinde magis appropinquare perfectionibus Sacerdotum, quam faciat ſanctus populus. DIONYSIUS. Poſt iſtos (inquit) conſequenter ornatus „ miniſtrorum ordinatis jam Monachis, portæ „ adytorum ſunt ſegregatæ; juxta quas & per„ficiuntur, & aſſiſtunt, non ad cuſtodiam ip„ſarum, ſed ad ordinationem & ad cognitio„nem ſui ipſorum, magis quam populus, Sa„cerdotalibus * propinquantes. Unde Sancto„rum Sanctus ordinationis principatus * ſan- D „cte ſtatuit ipſos ſumere de divinis aliis, vi„delicet interioribus, ipſorum traditionem im„ponens. „ Hæc ille. Et capite VI. *Eccleſiaſticæ Hierarchiæ* ex translatione *Joannis Saraceni*, DIONYSIUS. Perfectus (inquit) ordo eſt ſin„gularium Monachorum -- Et paulo ante -- „ In fine vero omnium Sacerdos ad thearchi„cam communionem vocat Perfectum. Signi„ficans ſancte quod Perfectus, ſi vere ad mo„naſticam & ſingularem pervenit actionem, „ non contemplativus ſolum erit Sanctorum „ quæ ſunt ſecundum ipſum; neque ſecundum „ medium ordinem ad communionem veniet E „ ſanctiſſimorum Signorum; ſed cum divina „ cogitatione Sanctorum, quibus participavit „ alio modo quam ſanctus populus, veniet ad „ ſumendam thearchicam communionem. „ Hæc ille. Numquid Pater Sanctus, diſcipulus Sancti Pauli, promovit hic inſtinctu diaboli Monachos ſanctos, in comparatione vulgaris ſectæ Chriſti eos appellans *perfectos?* Origenes autem diſtinguens inter eoſdem propter nudam obſervantiam mandatorum, quam exercet Vulgus, ORIGENES. Forſitan (inquit) ipſa præcepta „ ſufficiunt, ut in principium (ut ita dicam) „ vitæ ingrediatur quis: non autem ſufficiunt

Dionyſius Epiſt. 8. pag. 274. Edit. Argentinen. an. 1503.
* al. ſacerdotibus.
Dionyſius Pag. 40.
Origenes To. 2. Tract. 8. ſuper Matth. pag. 45. Edit. Pariſien. 1572.

„ hæc, vel alia iſtis ſimilia, ad interiora vitæ „ introducere quemquam. Qui autem præteriit „ unum mandatorum iſtorum, nec in princi„pium vitæ intravit. „ Hæc ille.

9. Propter hoc typice Sanctus Dionyſius jam ſupra * in porta Sancti Sanctorum Monachos collocavit, vulgari Secta manente deorſum. Et Beatus Paulus etiam *perfectis* & *imperfectis* diſtinctas dedit Eccleſias, ut notat ſuper hoc verbum Epiſt. ad Gal. *Omnes fratres Eccleſiæ Galatiæ*, in Commentario HIERONYMUS. Quod „ (inquit) ait *Eccleſiis Galatiæ*, & hoc notan„dum, quia tantum generaliter non ad unam „ Eccleſiam unius urbis, ſed ad totius Provin„ciæ ſcribit Eccleſias: & Eccleſias vocet, quas „ poſtea errore arguat depravatas. Ex quo no„ſcendum dupliciter Eccleſiam poſſe dici, & „ eam quæ non habet maculam aut rugam, „ & vere corpus Chriſti ſit; & eam, quæ in „ Chriſti nomine abſque plenis perfectiſque vir„tutibus congregetur. Quomodo bifariam ſa„pientes nuncupantur, tam ji, qui ſunt ple„næ perfectæque virtutis, quam illi, qui inci„piunt, & in profectu poſiti ſunt. De perfe„ctis dicitur, *Mittam in vos ſapientes:* de in„cipientibus, *Argue ſapientem, & diliget te.* „ Hæc Hieronymus. Et hic ergo a Hieronymo Sancto docemur, binam eſſe Chriſti Eccleſiam: C unam eſſe Incipientium & imperfectorum, alteram autem ab iſta ſeorſum diſtinctam, quam ſupra * diximus *Perfectorum:* & quod in prima Eccleſia multi foventur errores; tamen quia per unam Provinciam dilatata eſt, cum magna Chriſti ſagena bonos habet cum peſſimis, reprobos cum electis: & in ſancta diviſione operationum loca ſua mali tenent ſeparatione membrorum.

* Num. 8.
Gal. 1. 2. Hieronymus To. 7. pag. 376.
Epheſ. 5. 27.
Luc. 11. 49. Prov. 8. 9.
* Num. 4.

CAPUT XV.

Quod Eccleſia Chriſti eſt una & multiplex: & in ea variæ fidelium regulæ in una regula Chriſtiana.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Ratio, qua Wicleffus Monachorum inſtituta diluere nititur.*
2. *Falſam eſſe hanc ſuam rationem, aperte oſtenditur; & ea contra ipſum ſubtiliter retorquetur.*
3. *Hæc vox Secta ab Eccleſia Dei excludi debet.*
4. *Regula Chriſti una, quomodo multas regulas contineat.*
5. *Regula una Chriſtianis omnibus communis, quæ ſit.*
6. *Chriſti regula quomodo plures ſit & una.*
7. *Quemadmodum triumphans Eccleſia multiplex eſt, ita & militans.*

1. VIdit autem Sanabalath (ut in libro legitur Nehemiæ) cujus typum Wicleffus uſurpat, quod circa murum Jeruſalem tropologicæ, hinc adſtant Eliaſib Sacerdos magnus, & fratres ejus Sacerdotes vice Cleri; hinc viri Jericho & ſucceſſores eorum lunariter mobiles more vulgi; tertio quoque Nehemias loco virorum clauſtralium ædificantium contra ſepulchrum David, & uſque ad domum fortium, & quamvis diſperſis operibus, ad integritatem & fortem munitionem

2. Eſdr. 4. 2.

(*a*) Hiſce tribus Magis Pharaonis plures nunc habes quos adjungas Hæreticos.
(*b*) Wicleffum arguit de articulis 31. & 44. a Synodo Conſtantienſi damnatis, in quibus expreſſe dixit, quod *peccant fundantes clauſtra;* & quod *Auguſtinus, Benedictus, & Bernardus damnati ſunt, niſi pœnituerint de hoc quod inſtituerunt, & intraverunt Religiones.*
(*c*) Alludit ad magnum Conſtantienſe Concilium, in quo univerſa Eccleſia Wicleffum cum ſuis erroribus damnavit.

tionem conantur cingere Civitatem. Iratus valde ſubſanat Judæos illos (qui *Iſrael ſunt Dei*) coram fratribus hæreticis, & frequentia Samaritanorum: *Quid Judæi viri orthodoxi faciunt imbecilles? Unde complebunt in una die*, hoc eſt, *unde tam varia exercitia redigent unitati; & tricameratam arcam conſummabunt in cubito? Num dimittent eos gentes Sectæ noſtræ hæreticæ?* Suppono illos ſcire, inquit in ſæpe dicto cap. 11. *de Antichriſto* WICLEFFUS, quod unitas Sectæ „ requirit unitatem regulæ, & Patroni: tunc „ cum iſtæ Sectæ quatuor tam in Patrono, „ quam in regula, variantur a Secta Chriſti; „ evidens eſt, quod iſtæ Sectæ ſunt diſpares, „ ſicut ſunt Ordines, ex confuſione propria va„ riati (*a*). „ Hæc ille. In hoc ſuo ſyllogiſmo, quo contra unitatem Chriſti conjurat, ſuſpectus eſt ſibi ipſi de veritate minoris, & ideo latenter Religioſorum præmiſit dictum: *Sectæ* (inquit) *verecundantes ſuam diviſionem a Secta Domini, dicunt, quod non ſunt aliæ a Secta Domini noſtri Jeſu Chriſti*. Cujus tamen oppoſitum imputat, ſed non probat, in fine capitis: *Nec poſſunt iſtæ ſubterſugere, quoniam ab individua Secta Domini receſſerint*. Hæc ille.

2. *Eſdr.* 4. 2. — Wicleffus. — a

2. Jam forma Syllogiſmi eſt integra, ſed probatio ejus nulla, immo garrula, aſinina. Petunt ergo Religioſi & Antiſtites Chriſti, quomodo probat quod imputat, ſcilicet, quod quatuor Sectæ per ipſum jam dictæ, ab individua Secta Domini receſſerunt? Sic argumentum format ibidem WICLEFFUS: Quia cum diverſitas nu„ meralis recedat ab unitate; & Secta Chriſti, „ (ut patet ex ſuis principiis) ſit optima Se„ cta poſſibilis: manifeſtum videtur, quod ſit ir„ religioſa ſtultitia ſic recedere ab individua „ Chriſti regula. „ Hæc ille. O aſininum logicum, tale formantem rudibile argumentum! Quid, ſi termini parumper mutentur, forma tua ſervata, & dicatur conformiter, quod diverſitas numeralis recedit ab unitate; ſed anima Chriſti eſt optima creatura poſſibilis: ergo irreligioſa ſtultitia eſt Gabrielem Archangelum recedere ab individua anima Chriſti Jeſu? Quippe omnis ſtultitia fuit ei in hac cauſa recedere ab individua fide catholica Jeſu Chriſti. Sed in hoc ejus aſſumpto, quod diverſitas numeralis recedit ab unitate, intelligo eum velle, quod Secta Chriſti individua diverſitatem numeralem non patitur; & ſic non eſſet *una*, ſed *unica*. Et tamen reſolvendo omnia in primum aſſumptum, unitas Sectæ requireret ſine omni diſtinctione unitatem regulæ & Patroni: nec ſciunt hoc vitare, ſaltem verbaliter, ſinguli Wicleviſtæ.

Wicleffus.

3. Sed quod terminum iſtum *Sectæ* in Eccleſia jam intrudit, non accipio, immo vito, & veto, & illico tangere reformido. Primus eſt Tertullianus, amicus Sectæ tuæ, & adverſarius Sancti Pauli, qui fidem & conſenſionem Eccleſiæ Chriſti *Sectam* vocavit*. At contra, Paulus deteſtabatur ibi utriuſque vocabuli formas *Sectæ & hæreſis*, quam ipſi (inquit) dicunt & *hæreſim*, Act. XXIV. Sit ergo Secta ipſius*, & hominum mente corruptorum: ſit autem Eccleſia *Sanctorum concurſus fidelium*. Et hujus fateor unam regulam, & unum Patronum Dominum Jeſum Chriſtum: *unam* regulam, non *unicam*: *unam* extentione per omnes, non *unam* ſine omni ſupererogatione per ſingulos, qualiter
A tu intelligis, ſic arguens: *Diverſitas numeralis recedit ab unitate, ergo recedit ab individua regula Chriſti*.

Religiones male vocantur Sectæ a Wicleffo. — * In Apologet. cap. 1. — Act. 24. 14. — * Tertulliani. — Eccleſiæ una regula, & unus patronus Chriſtus.

4. Ego autem oſtendo tibi, Chriſti regulam unam, eſſe regulas multas ſparſim. Vide quod regula Chriſti ſit quod ait Apoſtolus 1. Cor XIV. *Ad ædificationem Eccleſiæ quærite ut abundetis*. Et in fine capitis: *Itaque fratres mei æmulamini prophetare & loqui linguis, & nolite prohibere. Omnia autem honeſte, & ſecundum ordinem fiant in vobis*. Et hæc eſt iterum regula Chriſti ibidem: *Mulieres in Eccleſia taceant; non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſ-*
B *ſe, ſicut & lex dicit. Si quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent. Turpe eſt mulieri in Eccleſia loqui linguis. Mulier in Eccleſia tacere jubetur*. Numquid eadem regula numeralis viro & fœminæ? Et in eadem ad Cor. VII. ad conjugatum dicitur: *Alligatus es uxori? Noli quærere ſolutionem*. Ecce regulam conjugati. Et in Evangelio, *Non licet homini dimittere uxorem, niſi propter fornicationem*. Pro non conjugato audi legem aliam: *Solutus es ab uxore? Noli quærere uxorem. Si autem acceperis uxorem, non peccaſti*. Vis audire regulam conjugatæ? *Mulier* (inquit) *alligata eſt le-*
C *gi quanto tempore vir ejus vivit*. Vis autem audire regulam aliam fœminæ liberatæ? *Si dormierit* (inquit) *vir ejus, liberata eſt a lege: cui vult nubat tantum in Domino. Beatior autem erit, ſi ſic manſerit*. Et numquid jam eadem regula liberæ & ſolutæ, liberatæ & ligatæ? Hæc ligata eſt viro; hæc liberata eſt a viro; & cui vult nubere, poteſt in Chriſto. Iterum audi regulam viri ibidem ad Corinth. XI. *Caput mulieris vir: omnis autem vir orans aut prophetans velato capite deturpat caput ſuum*. Audi regulam mulieris oppoſitam, *Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite, de-*
D *turpat caput ſuum. Unum eſt enim, ac ſi decalvetur: nam ſi non velatur mulier, tondeatur: ſi vero turpe eſt mulieri tonderi, aut decalvari, velet caput ſuum*. Timotheus quoque ab Apoſtolo diverſas regulas numero percepit ad regimen diverſorum: *Oportet Epiſcopum eſſe* (dicit) *unius uxoris virum, prudentem, ornatum, pudicum, hoſpitalem, doctorem &c. Diaconos ſimiliter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum ſectantes, habentes myſterium fidei in conſcientia pura. Mulieres ſimiliter pudicas, non detrahentes, ſobrias, fideles*. 1. Tim. III. Viduarum regulam ſubjungit ibi
E Apoſtolus cap. V. *Quæ autem vere vidua eſt, & deſolata, ſperet in Deum, & inſtet orationibus, & obſecrationibus nocte ac die*. Regulam ſervorum ibi capite VI. *Quicumque ſunt ſub jugo ſervi Dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur*. Regulam divitum ibi: *Divitibus hujus ſæculi præ-*

1. Cor. 14. 12. — v. 39. & *ſeqq.* — 1. Cor. 14. 34. — 1. Cor. 7. 27. — *Matth.* 19. 3. — 1. Cor. 7. 27. — v. 39. — *Ibid.* — 1. Cor. 11. 3. — v. 5. &c. — 1. *Timoth.* 3. 2. & *ſeqq.* — 1. *Tim.* 5. 5. — 1. *Tim.* 6. 1. — v. 17.

(*a*) Hoc idem Wicleffi ſophiſma refellit Waldenſis infra lib. 3. cap. 32. Porro hoc idem ſophiſma repaſtinavit *Calvinus* lib. 4. Inſtit. cap. 13. §. 3. dicens Monachos noſtri temporis diſceſſionem feciſſe ab Eccleſia Chriſti, & illud jam recantare quod improbavit in Corinthiis Apoſtolus, *Ego ſum Pauli; Ego Cephæ &c.* cum dicunt: *Ego ſum Auguſtini, Ego Benedicti, Ego Franciſci &c.* Verum quomodo diſceſſionem faciunt ab Eccleſia Monachi, qui eumdem agnoſcunt Pontificem, quem reliqua Eccleſia; ab eiſdem Epiſcopis ordinantur, a quibus cæteri Clerici; eidem populo communicant, cui Chriſtiani cæteri? Quid denique Monachi cum Corinthiis? Num adeo ſtulti ſunt Monachi, ut credant aut dicant totam vim Sacramenti baptiſmi a baptizantis probitate pendere, ſicuti putabant inſani Corinthii, qui idcirco gloriabantur ſe filios eſſe ſpirituales excellentium virorum, ſicut exponit Auguſtinus Tract. 5. in *Joannem*, & aperte ex Apoſtoli verbis colligitur?

præcipe non ſublime ſapere, neque ſperare in incerto divitiarum. Regulam quoque Dominorum ad ſervos, ad Coloſſen. IV.

Coloſſ. 4. 1.

Domini, quod æquum eſt & juſtum ſervis præſtate, ſcientes quoniam & vos Dominum habetis in cœlo. Et Joannes Baptiſta, qui venit in ſpiritu Eliæ, nec ſimpliciter unicam regulam ſingulis tradidit; ſed ad turbas,

Luc. 3. 11.

Qui habet (inquit) *duas tunicas, det non habenti; & qui eſcas habet, ſimiliter faciat.* Ad Pubblicanos autem, *Nihil amplius, quam quod injunctum eſt vobis, faciatis.* Ad milites autem,

v. 13.
v. 14.

Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendiis veſtris. Lucæ III. Salvator quoque in Evangelio juveni diviti, &

Matth. 19. 17.

jam ad perfectum tendenti, *Si vis* (inquit) *ſalvus eſſe, ſerva mandata.* Eidem vero non tanto promiſſo contento, ſed conanti tendere in altum,

v. 21.

Si (inquit) *vis perfectus eſſe, vade, & vende univerſa quæ habes, & veni & ſequere me.* Quippe ſi non eſſent hæ omnes diverſæ numero regulæ ſingulis diſtributæ, ſuffeciſſet dicere ſingulis ſingulorum, *una eſt unicuique regula Chriſti*, SERVA MANDATA. Hieronymus autem *contra Jovinianum*, quaſi veſaniæ tuæ magiſtrum, libro primo, HIERONYMUS.

Hieronymus T. 2. lib. 2. pag. 313. num. 6.

„ Numquid (inquit) omnibus præceptum eſt, ne duas tunicas habeant, ne cibos in pera, ne æs in zona, ne virgam in manu, calceamenta in pedibus; ut vendant univerſa quæ poſſident, dentque pauperibus, & ſequantur Jeſum? Sed his utique, qui volunt eſſe perfecti. Alioquin a Joanne Baptiſta aliud Militibus, aliud præcipitur Publicanis. Dominus autem dicit in Evangelio ad eum, qui ſe jactaverat Legis univerſa compleſſe,

Matth. 19. 21.

Si vis perfectus eſſe, vade, & vende univerſa quæ habes, & da pauperibus, & veni & ſequere me. Ne grave onus nolenti videretur imponere, in propria audientis voluntate dimiſit, dicens, *Si vis perfectus eſſe.* Quamobrem & ego tibi dicam, Si vis perfectus eſſe, bonum eſt non bibere vinum, & carnes non manducare. „ Hæc Hieronymus. Prorſus contra

Pſal. 100. 5.

hæreticum malignantem, & detrahentem ſecreto proximo ſuo, nil proficit, ſi tanta regularum pluralitas, & non communicans, non ſuadet. Alia eſt hæc viri regula, alia & contraria fœminæ; alia ſervi, oppoſita regulæ Domini; alia viduæ, oppoſita conjugatæ; una dominationis, oppoſita ſervituti. Qua ergo fronte potes ſic arguere, quod regula Chriſti eſt individua, & omnis differentia numeralis ab unitate recedit, ergo ab illa? Aut nonne juxta Ariſtotelem tuum,

Ariſtot. 12. Met. Com. ultimo.

Unus eſt principatus regni, & una legis præceptio, ſub quo diverſæ civitates diverſos præpoſitos & leges varias poſſident? Et rurſus in eadem Civitate, alia Æditorum, alia Opificum, alia eſt politia Sacrorum? Et jam revolve argumentum tuum *idioticum* (*a*), ut tuo utar vocabulo, quod tales regnicolæ ſint Sectæ variæ; quia etſi ſit unus Patronus, tamen regula tam diverſa numeraliter non eſt una.

Regula una Chriſtianis omnibus eſt fides Chriſti.

5. Nos ergo omnes Servi Chriſti primo omnium fatemur, & amplectimur regulam ejus unam de fide, de qua dicit Apoſtolus Galat. ultimo,

Gal. 6. 16.

Quicumque hanc regulam ſecuti fuerint, pax ſuper illos, & miſericordia. Ubi in *annotationibus*, HIERONYMUS.

* Hieronymus To. 11. pag. 996.

Quia in ſola fide ſpes „ collocatur animarum. „ Hæc eſt ergo una Chriſti Regula; una ſcilicet regula fidei omnium credendorum. Sic enim docet Auguſtinus, alia eſſe, quæ ſine ulla differentia ſervamus in fidei unitate, alia quæ in ordine vitæ gerendæ; ideſt, in fide nullam debere eſſe diverſitatem, ſed bene in converſatione vitæ.

Unitas fidei non excludit vitæ diverſitatem.

Unde in expoſitione Epiſtolæ ad *Galatas*, ſuper hunc textum,

A *Non eſt diſtantia Judæi, neque Græci*, AUGUSTINUS.

Pſal. 3. 28. Auguſtinus To. 3. pag. 952. num. 28.

„ Apoſtoli (inquit) præcipiunt, qui etiam regulas ſaluberrimas tradunt, quemadmodum ſecum vivant pro differentia gentis Judæi & Græci, & pro differentia conditionis, Domini & ſervi, & pro differentia ſexus, viri & uxores, vel ſi qua talia occurrunt. Et ipſe prior Dominus qui ait,

Matth. 22. 21.

Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. ALIA SUNT ENIM QUÆ SERVAMUS in unitatem fidei, ſine ulla diſtantia; & alia in ordine vitæ hujus tamquam in via, ne nomen Dei & doctrina blaſphemetur: & hoc non ſolum

B propter iram, ut effugiamus offenſionem hominum; ſed etiam propter conſcientiam, ut non ſimulate quaſi ad oculos hominum iſta faciamus, ſed pura dilectionis conſcientia, propter Deum. „ Hæc ille.

6. Ecce Apoſtoli præceperunt plures regulas, & quomodo minus quam individualiter condiſtinctas, ſicut & Dominus Jeſus Chriſtus?

Multæ regulæ in unam conveniunt regulam charitatis.

In una tamen fidei regula indiſtantes, amplectimur & aliam Chriſti regulam, & tamen unam regulam morum, regulam charitatis, & omnium agendorum, ſecundum quam dicitur,

Matth. 25. 36.
Matth. 19. 17.

Infirmus eram & viſitaſtis me. Et iterum, *Si vis ad vi-*

C *tam ingredi, ſerva mandata.* Et bene *mandata*, quæ, ſecundum Gregorium, & multa ſunt, & unum: ſingulorum *multa* per diverſitatem operis, *unum* in radice charitatis. Ita nempe Chriſti regula directoria ſingulorum, ſecundum varias profeſſiones & ritus, & plures eſt & una: una omnibus, & ſingulis variata: una in prima neceſſitate ſalutis, pluriſicata in ſingulis ardore charitatis, & obtentu retributionis: de qua Apoſtolus ad Philippen. III.

Philip. 3. 15.

Si quid aliud ſapitis, & hoc vobis Deus revelavit. Unum tamen, ad quod pervenimus, ut idem ſapiamus, & in eadem permaneamus regula. Ubi *in annota-*

D *tionibus* ſuis, HIERONYMUS.

* Hieronymus To. 11. pag. 1019.

Ad perfectionem „ (inquit) novi teſtamenti: non enim ſcire ſufficit ſine facto. „ Hæc ille. Una tamen eſt regula omnium credendorum & gerendorum divina voluntas.

Voluntas Dei regula omnium credendorum, & agendorum.

Unde Auguſtinus ſuper Pſalmum XCIII. parte II. (*b*), AUGUSTINUS.

Auguſtinus To. 4. pag. 1014. num. 18.
b

Voluntas Dei ſic eſt quomodo regula. Ecce puta, torſiſti regulam, unde habes corrigi? Illa autem integra manet: regula eſt enim incommutabilis. Quamdiu integra eſt regula, habes quo te convertas, & corrigas pravitatem tuam; habes unde corrigas quod in te tortum eſt. „ Hæc ille. Secundum ergo hanc

E unam regulam differentiæ * ſimplicis voluntatis, unicuique hominum generi aptatur regula ſpecialis.

*Editi divinæ.

Et ſicut audiſtis * ex novo teſtamento,

* ſupra num. 4.

alia vivendi norma maſculis, alia fœminis, alia Epiſcopis, alia miniſtris, alia perfectis viris, alia imperfectis. Quod ſi conceſſeris mihi omnes illas, quamvis numeraliter differentes, eſſe unam regulam Chriſtianam, cum tamen omnes illæ nulli uni membro poſſint competere, cur non erit regula una, quæ ex multis Scripturæ monitis cautelas virtutum enumerat, etiam ad unum Chriſti membrum utiles atque peraptas; quæ nullum præceptum continet

(*a*) Videſis Doctrinam Wicleviſtarum quartam, num. 1. & 2. pag. 16. & 17.

(*b*) Enarratio in hunc Pſalmum 93. non eſt nunc diviſa in duas partes, ſed una conſtat valde prolixa.

tinet vitæ, niſi quod in Scripturis ſuis conſulit Chriſtus, aut injungit, ſicut aperietur in poſterum *, cum, in confuſionem tuæ veſaniæ, ſingulæ Eccleſiaſticarum regularum particulæ differentur, quomodo locutus eſt Deus per os Sanctorum ejus, qui a ſæculo ejus ſunt remoti? Concludamus ergo unam eſſe regulam cunctis fidelibus, ſicut & Patronum unum. Ac per hoc, ſi valeat quod arguiſti, Eccleſiam unam, (ne dicam cum hæreticis *Sectam unam*) & ſecundum regu- A las diſpares, diſpares Eccleſias. *Diſpares* dico inter ſe, *compares* tamen regulæ latiori *. Nec enim verebatur Apoſtolus dicere plures Eccleſias. Unde ad Gal. I. *Et qui mecum ſunt, omnes fratres Eccleſiis Galatiæ*. Ubi in *Commentario* HIERONYMUS. Quod autem ait *Eccleſiis Galatiæ*, „ & hoc notandum, quia hic tantum generaliter, non ad unam Eccleſiam unius Urbis, ſed ad totius Provinciæ ſcribat Eccleſias, & Eccleſias vocet, quas poſtea errore B arguat depravatas. „ Hæc ille. Ecce jam Eccleſias Chriſti, quæ ſunt depravatæ erroribus. Et Joannes non ſine cauſa toti Eccleſiæ Chriſti Apocalypſim deſcribens, ſeptem ſcribit Eccleſiis: *Joannes* (inquit) *ſeptem Eccleſiis quæ ſunt in Aſia, gratia vobis & pax*. Sufeciſſet enim dicere, *uni Eccleſiæ Chriſti*, ſi non in hoc ipſo ſenſiſſet Eccleſiæ unitatem *. Ideo in *explanatione Apocalypſis* HIERONYMUS. Iſtæ (inquit) „ ſunt ſeptem ſtellæ, ſeptem Eccleſiæ, quas „ nominat vocabulis ſuis, ad quas & facit E- „ piſtolas. Non quia ipſæ ſolæ ſunt Eccleſiæ, „ aut principes, ſed quod uni dicit, omnibus C „ dicit. Nihil enim refert, ut quis vexillationem paucorum militum majori numero anteponat. In toto orbe ſeptem Eccleſias omnes eſſe, & ſeptem nominatas unam eſſe Catholicam, Paulus docuit. Primum quidem ut ſervaret & ipſe, ipſum ſeptem Eccleſiarum non exceſſit numerum, ſed ſcripſit ad Romanos, ad Corinthios, ad Epheſios, ad Theſſalonicenſes, ad Galatas, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes (*a*). Poſtea ſingularibus perſonis, ne excederet modum ſeptem Eccleſiarum. Et in brevi contrahens prædicationem ſuam, ad Timotheum ait: *Ut ſcias qualiter* D *debeas converſari in Eccleſia Dei vivi*. „ Hæc Hieronymus.

*To. 3. tit. 9. cap. 75. 76. &c.

*Charitatis ſubintellige, & voluntatis Dei.

Gal. 1. 2.

Hieronymus To. 7. pag. 376.

Apoc. 1. 4.

* Ed. V. varietatem.

* Hieronymus Apoc. 1. 16.

1. Tim. 3. 15.

7. Ecce ergo *unam* Eccleſiam Dei, & ecce *ſeptemplicem*. Nec eſt individuatior Eccleſia Chriſti militans, quam ſit ipſa triumphans: quæ cum ſit una, uniſſima; teſte tamen Chriſto, *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt*. Et numquid unaquæque Chriſti manſio facit Eccleſiam, maxime cum corpori ſuo taliter congregato Chriſtus Caput ejus non deerit: *& ubicumque duo vel tres congregati ſunt in nomine meo, ibi ſum in medio eorum, dicit Dominus?* Quis autem audet Chriſto dicere, hic tu ca- E put es, non hic: corpus enim Eccleſia? Revera in hac parte Eccleſiam Chriſti homogeneam exiſtimem, ut congregationem quamlibet religioſorum virorum, aut etiam Chriſtianorum laicorum, ad unum locum in nomine Chriſti concurrentium, appellem Eccleſiam; & ſic totidem ſunt Eccleſiæ, & tamen una Eccleſia. Unde Auguſtinus ſuper Pſalmum CXLI. ibi,

Joan. 14. 2.

Matth. 18. 20.

Tu cognoviſti ſemitas meas, AUGUSTINUS. Quæ „ via, & ipſe viæ: quemadmodum quæ Eccleſia, & ipſæ Eccleſiæ; quod cœlum, & ipſi cœli. Pluraliter dicuntur, & ſingulariter dicuntur. Propter unitatem Eccleſiæ, una eſt Eccleſia; *una eſt columba mea, una eſt matris meæ*. Propter congregationes fraternas, per loca multæ ſunt Eccleſiæ. Eccleſiæ (inquit) Judeæ, quæ erant in Chriſto, auditum habebant, quod ille qui nos perſequebatur, nunc evangelizat fidem. Eccleſias ſic dixit, & unam Eccleſiam ſic dicit, *Sine offenſione eſtote Judæis & Græcis* *, *& Eccleſiæ Dei*. „ Hæc Auguſtinus. Jam habes, omnem congregationem fraternam, Eccleſiam; & tamen omnes congregationes, unam Eccleſiam. At niſi Eccleſia diceret *convocationem*, quæ niſi duorum hominum, aut plurium eſſe non poſſit: etiam quilibet talis fidelis Eccleſiæ dici poſſet *Eccleſia*: ut *templum* dici poteſt; & tamen cuncti fideles unum *templum* ſunt. Unde in Epiſtola *ad Dardanum*, AUGUSTINUS. Et donationum quidem „ dictæ ſunt diviſiones tamquam per partes & „ membra unius corporis, ubi & omnes ſimul „ unum templum, & ſinguli ſingula templa „ ſumus: quia non eſt Deus in omnibus, quam „ in ſingulis major. Et fit plerumque ut plures eum minus capiant, unus amplius. „ Hæc ille. Sufficiunt iſta ad probandum, Eccleſiam Chriſti unam ex variis collectam, & in variis ſparſam Eccleſiis. Quomodo etiam ſingulæ Chriſti regulæ, non omnes in unam concurrunt regulam Chriſtianam? Alias non prophetaſſet Salomon multitudinem mulierum figuraliter ſubjectam uni pulcherrimæ, dicens in Canticis, *Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum?* Super quo lib. v. *ſuper Cantica*, BEDA. Pulcherrima autem mulierum nuncupatur Eccleſia, quia licet multa ſit pulchritudo Eccleſiarum Chriſti per orbem, quaſi mulierum ſpiritali flore fœcundarum, multo tamen amplior eſt pulchritudo totius ejuſdem Eccleſiæ catholicæ, quæ ex omnibus illis, velut membris ſuis, una completur Eccleſia. Abſit enim, ut mulieres hoc loco, vel hæreticorum, aut ſchiſmaticorum, vel Gentilium, vel Judæorum errantium ſynagogas accipiamus. Non enim poteſt ſponſa Chriſti illarum mulierum *pulcherrima* dici, quæ nil veræ pulchritudinis habere probantur. Sed mulieres ſunt pulchræ Eccleſiæ Epheſi, Smyrnæ, Pergami, Thiatyræ, Sardis, Philadelphiæ, Laodiciæ, & innumeræ hujuſmodi totum Deo conſecratæ per orbem, quarum pulcherrima jure dicitur una ipſa, quæ ex omnibus conſtat. „ Hæc Beda. Audite ergo fideles animæ, unamquamque congregationem veſtram eſſe pulchram Chriſti ſponſam, & formoſam Eccleſiam: & audiant Wicleviſticæ cohortes (quia hæreticæ ſunt) eſſe ſe non Eccleſias, ſed errantium ſynagogas.

Pſal. 141. 4. Auguſtinus To. 4. pag. 1581. num. 7.

Cant. 6. 8.

Gal. 1. 22. 23.

1. Cor. 10. 32.

* Vulg. gentibus.

Auguſtinus To. 2. Epiſt. 187. al. 57. pag. 684. num. 20.

Cant. 5. 17.

Beda To. 4. pag. 701. Eccleſia quo ſenſu dicatur pulcherrima.

Congregatio Hæreticorum Synagoga errantium.

(*a*) In ſeptem ſtellis, ſignatas fuiſſe ſeptem Aſiæ Eccleſias, & ſeptem Eccleſiis ſcripſiſſe Paulum Epiſtolas, teſtatur quidem Hieronymus cap 9. ſuper Zachariam Prophetam: ſed non addit, quod ſeptem dumtaxat Eccleſiis Paulus ſcripſerit, ne excluderet illius ad Hebræos Epiſtolam, de qua Hieronymus ipſe teſtimonium reddit in Epiſtola *ad Dardanum*, dicens: „ Illud noſtris dicendum eſt, hanc „ Epiſtolam, quæ inſcribitur *ad Hebræos*, non ſolum ab Eccleſiis „ Orientis, ſed ab omnibus retro Eccleſiis, & Græci ſermonis Scriptoribus, quaſi Pauli Apoſtoli ſuſcipi, licet plerique eam vel Barnabæ, vel Clementis arbitrentur: & nihil intereſſe cujus ſit, cum „ Eccleſiaſtici viri ſit, & quotidie Eccleſiarum lectione celebretur. Quod ſi eam Latinorum conſuetudo non recipit inter Scripturas Canonicas: nec Græcorum quidem Eccleſiæ Apocalypſim „ Joannis eadem libertate ſuſcipiunt: & tamen nos utraque ſuſcipimus; nequaquam hujus temporis conſuetudinem, ſed veterum „ Scriptorum authoritatem ſequentes.

CAPUT XVI.

De vera unitate Corporis Chriſti, & de *Individuatione* Eccleſiæ jam currentis.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Hæreticorum ratio, qua probare conantur Chriſti Eccleſiam in plures Eccleſias dividi non poſſe.*
2. *Diluitur eorum ratio, aperteque demonſtratur, eos Sanctos Patres non intellexiſſe.*
3. *Enumerantur cauſæ, quæ* Individuantes *dicuntur a Dialecticis; & oſtenditur, quod totidem individuant Eccleſiam Chriſti.*
4. *Corpus Chriſti myſticum humano corpori aſſimilatur.*
5. *Quæ ſit vera ac principalis cauſa individuitatis Eccleſiæ.*
6. *In Eccleſia Dei univerſa vitia tolerantur, præter ea quæ ſocietatem, ac unitatem diriment.*
7. *Wicleffus vere Eccleſiæ unitatem fregit, cum docuit non eſſe communicandum cum Prælatis, nec in Sacramentis, nec in Sacramentalibus.*
8. *Quod aperte Donati errorem ſecutus eſt, cum hanc fidelium ſeparationem perſuaſit.*

1. RUrſus inſidiatur Wicleffus ſanctæ unitati Eccleſiæ in eodem 11. capite *de Antichriſto*. „ Quando (inquit) Secta Chriſti fuit „ ſimplex & individua, tunc creſcebat, ſed ex „ poſt, cum falſe ficta fuerat eſſe genus, & „ partes ſpecificæ fuerant ſine authoritate Chriſti vel ejus licentia introductæ, tunc decrevit: immo conſtat logicis, quod individuum „ non poteſt creſcere ad genus vel ſpeciem; „ ideo non poteſt vere dici, quod iſtæ quatuor „ Sectæ ſunt ſpecies contentæ ſub genere Sectæ „ Chriſti. „ Hæc ille.

Wicleffus.

2. Neſcio ſi adhuc eos intelligas, quibus hoc imputaſti quod finxeras(*a*): aut muſto madere deputas, quos Spiritus repleverat. An non plus muſto madidos exiſtimemus, ſi corpus Chriſti myſticum, in quod tranſubſtantiantur ſinguli Chriſtiani per ſumptionem baptiſmatis, & Sacræ Euchariſtiæ, *genus* vel *ſpeciem* dicerent Sancti Patres? Quis unquam cibavit pane ſpeciem ſuam communem, aut lavit eam in gurgite? Aut quis homo ſumptum potum transformavit in genus? Maxime, cum tam plane comparet Sanctus Apoſtolus fideles ad Chriſtum, ut membra corporis ad Caput ſuum, quod longe a comparatione recedit individui ſubjecti ad naturam communem. *Sicut* (inquit) *corpus unum eſt, & membra habet multa: omnia autem membra Corporis cum ſint multa, unum Corpus ſunt; ita & Chriſtus. Etenim in uno ſpiritu omnes baptizati ſumus, ut unum Corpus efficeremur in Chriſto.* 1. *Cor.* XII. Sed hoc tamen diſtincte conſiderandum eſt, quod cum omnia membra corporis, ejuſdem naturæ ſint, etiam ſingularis in corpore ſingulari; naturaliter tamen diſtinguuntur officiis ſuis, & actibus ſui ſuppoſiti. Ecce, idem eſt oculus in natura cum pede: videndi tamen vel actus, vel officium, ſpecifice ab ambulandi differt officio; & tactus a guſtu, & diſcurſus a viſu. Sunt ergo ſingula paria in natura, quamvis ſecundum ſpeciem diſtincta gignant officia. Unde *in annotationibus* ſuis ſuper prædictum textum Apoſtoli, HIERONYMUS, „ Per comparationem (inquit) corporis, oſtendit Apoſtolus non naturam membrorum, ſed „ officia eſſe diverſa; & neminem debere curare cujus officii ſit, dum omnes uno eodemque ſpiritu animentur. „ Hæc ille. Contigit ergo te falli, mi Wicleff, non intelligens Sanctos Patres de partitione ſpecifica, quam illi ponunt inter membrorum officia, & non inter membra. Prædicandi nempe officium ab officio contemplandi differt ſpecifice; Clericus tamen cum ſit oculus, a Religioſo qui per diſcretionem eſt naſus, ſolum aliud membrum eſt, non peregrina natura. Sed ſuadeo tibi emere ab Eccleſia Chriſti Catholica aurum igne probatum, & induere te veſtimentis albis, & inungere oculos tuos Collyrio, ut videas, noveriſque Corpus Chriſti myſticum ſic eſſe Corpus individuum & ſingulare, ſicut & Corpus verum ejus ſuſceptum de Virgine.

a *Act.* 2. 13.

1. *Cor.* 12. 12.

Membra diſtincta in officio, paria in natura.

* *Hieronymus To.* 11. *pag.* 934.

A

Prov. 20. 15. *Apoc.* 3. 5.

Eccleſia Corpus individuum.

B 3. At ſi totam corporis hujus metaphoram deſcribemus, ſcies cauſas individuantes ſub ſeptenario diſtinctas a logicis metris, cum ſic dicunt,

> *Forma, figura, locus, tempus cum nomine, Sanguis,*
> *Patria: ſunt ſeptem, quæ non habet unus & alter.*

Et habere totidem reſpondentes ſibi in corpore Chriſti myſtico, & univerſalis Eccleſiæ, ſcilicet Sacramenta, quibus a non Orthodoxis ſecernimur, & quibus univerſa individuatur Eccleſia. Unde *de vera Religione*, cap. v. AUGUSTINUS. Hæreſes namque tam innumerabiles a „ Regula Chriſtianitatis averſæ, teſtes ſunt non „ admitti ad communicanda Sacramenta eos, „ qui de Patre Deo, & Sapientia ejus, & Spiritu Sancto munere divino aliter ſentiunt, „ & hominibus perſuadere conantur aliter quam „ veritas poſtulat. Sic enim creditur & docetur, quod eſt humanæ ſalutis caput, non „ aliam eſſe Philoſophiam, ideſt, ſapientiæ ſtudium, & aliam Religionem cum iis, quorum doctrinam non approbamus, nec Sacramenta nobiſcum communicant. — Et infra — „ Quæ cum ita ſint, neque in confuſione Paganorum, neque in purgamentis hæreticorum, neque in languore Schiſmaticorum, neque in cœcitate Judæorum quærenda religio „ eſt; ſed apud eos ſolos, qui Chriſtiani *Catholici* vel *Orthodoxi* nominantur, ideſt, integritatis cuſtodes, recta ſectantes. Hæc enim „ Eccleſia Catholica per totum orbem valde „ lateque diffuſa. „ Hæc ille.

C

A Sacramentis ſuis individua eſt Eccleſia.

Auguſtinus To. 1. *pag.* 751. *num.* 8.

Munus divinum Spiritus Sanctus.

D

num. 9.

4. Et inſtar humani corporis, quod apud anatomias Medicorum tres obtinet regiones, *Animalium* ſcilicet membrorum, *ſpiritalium*, & *nutritivorum*; ita in Corpore Chriſti myſtico tres regiones habemus, ſecundum tres ſtatus Evangelicos jam prædictos *, ita ut Clerici locum ſenſuum teneant, a ſurſum uſque ad humeros; ſecundum Monachi, ſpiritualia meditantes in pectore; & tertium Laici, corporaliter nutrientes, & molem corporis ſuſtinentes, etiam uſque ad talos. Et velut in humano corpore ſunt tria ligamenta membrorum, *nervi* ſcilicet, *venæ*, & *arteriæ*: ita in corpore Eccleſiæ tria ſunt ligamenta ſimilia, *Fides* ſcilicet, *Spes*, *Charitas*, quibus membra Chriſti ad Caput Chriſtum, & ad ſe invicem colligantur. Unde *contra Epiſtolam fundamenti* in principio AUGUSTINUS

E

Corpus Chriſti myſticum aſſimilatur corpori naturali.

* *ſupra cap.* 12. *num.* 5.

Fides, Spes, Charitas, nos ligant cum Chriſto.

Auguſtinus To. 8. *cap.* 4. *pag.* 153.

(*a*) Vide ſupra cap. 13. 14. & 15. ubi finxit Wicleffus quod Clerici, Monachi, Canonici, & Ordines Fratrum mendicantium, quos omnes vocat *quatuor ſectas*, unitatem ſcindunt Eccleſiæ.

STINUS. Multa (inquit) ſunt, quæ in Eccleſiæ
„ gremio me juſtiſſime tenent. Tenet conſen-
„ ſio populorum atque gentium: tenet auctori-
„ tas miraculis inchoata, ſpe nutrita, chari-
„ tate aucta, vetuſtate firmata.„ Hæc ille. Si
hæc omnia non ſunt ligamenta corporis Chriſti,
fallitur Auguſtinus, qui dixit quod ſe iſta te- A
Spiritus Sanctus anima Eccleſiæ.
nerent. Anima hujus corporis Spiritus Sanctus
eſt, cibus lex Chriſti. Apoſtolus enim dicit 1.
1. Cor. 12. 13.
Cor. XII. *Omnes uno Spiritu potati ſumus*. Ubi
** Hieronymus To. 11. pag. 935.*
in *annotationibus* ſuis HIERONYMUS. Quaſi
„ potionati ſpiritu, quem accepimus baptizati
„ per manus impoſitionem.„ Hæc ille.

5. Et quamquam ex iis, quæ diximus, ſumi
poſſit occaſio juſta individuationis Eccleſiæ;
quia tamen iſta non primo individuant; ne a
recta metaphyſica recedamus, inquirenda eſt cau-
ſa prima individuationis hujus tranſumptæ; quæ
utique ſimpliciter primo, & ab intrinſeco faciat
Eccleſiam Chriſti per ſe *hanc*. Quod ut fiat, B
quia ſatis eſt gravis & occulta ſubtilitas, ne
ruamus ex alto, Evangelium teneamus. Nam
Matth. 22. 2.
in figuram hujus Eccleſiæ vocatorum *Rex qui-
dam fecit nuptias filio ſuo*, & poſt multa, im-
pletis menſis diſcumbentium, unus ejectus legi-
tur, quia veſtem non habuit nuptialem. Matth.
Matth. 22. 13.
XXII. Si omnes invitati, boni fuiſſent, illo uno
** Ed. V. ex illo.*
excepto, difficultas eſſet exilior*: cum autem
multi mali invitati legantur, & ſolus unus eji-
ciatur, qui veſtem nuptialem non induit, ali-
quid pejus ſuſpicari debemus in iſto, quam in
cæteris illis malis, quos Rex in nuptiis tole-
ravit. Si fidem dixeris veſtem illam, nuptias C
currentis Eccleſiæ ſine fide nullus ingreditur.
Si charitatem dixeris, omnes ſimul mali illa
veſte nudantur: cum ergo multi mali toleren-
tur in nuptiis, & ille ſolus expellatur qui ve-
ſte nuptiali carebat, ſignum eſt quod in præ-
dictis malis veſtem nuptialem invenit, quam
in expulſo non reperit. Breviter ergo, cenſebi-
mus veſtem iſtam eſſe concordiæ & ſocietatis
Veſtis nuptialis, quid myſtice ſignificet.
amictum. Quid enim ſunt nuptiæ, niſi diſpa-
ris ſexus unio ſocialis? Veſtis ergo nuptialis no-
titiam ingerit legitimi fœderis. Hinc etiam per
omnes, tam Religionis, quam Sæculi homines,
qui ſocietates ineunt, conformitatem ſibi cul- D
tus & veſtitus aſſumunt. Quiſquis ergo ſocie-
tatem Eccleſiæ non abjicit, ab Eccleſia voca-
torum, etiam quantumlibet flagitioſus, uſque
ad ventilationem ultimam non recedit. Sed
cum culpam ſuam, aut opinionem perverſam,
libera quis fronte defendit; quia concordiam
Eccleſiæ diſſipat, quia ſocietatis jura contami-
nat, & ſua temeritate veſtem lacerat nuptialem,
hunc regii miniſtri juſta ſententia ligant, & ab
Eccleſiæ nuptiis abſtractum tenebris ſuis da-
mnant. Sic infallax Auguſtinus hunc locum in-
Auguſtinus To. 3. pag. 365. num. 13.
telligit *ſuper Joan.* Tract. IX. AUGUSTINUS. Dona-
„ tiſtæ (inquit) tamquam projecti a nuptiis; E
„ ſicut ille homo, qui non habebat veſtem
„ nuptialem, invitatus eſt & venit; ſed proje-
„ ctus eſt de numero vocatorum, quia non ha-
„ bebat veſtem nuptialem ad ſponſi gloriam.
„ Qui enim ſuam gloriam quærit, non Chri-
„ ſti, non habet veſtem nuptialem. Non enim
„ voluit conſonare voci illius, qui amicus
„ erat ſponſi.„ Hæc ille. Et in Epiſtola *ad Vin-
centium*, inter Epiſtolas XLVIII. circa medium,
Auguſtinus To. 2. Epiſt. 93. al. 48. pag. 242. num. 28.
AUGUSTINUS. Nos certi ſumus, ideo neminem
„ ſe a communione omnium gentium juſte ſe-
„ parare potuiſſe, quia non quiſque noſtrum in
„ ſua juſtitia, ſed in Scripturis divinis quærit

„ Eccleſiam, & ut promiſſa eſt, reddi conſpi-
Cant. 2. 2.
„ cit. Ipſa eſt enim, de qua dicitur, *Sicut li-
„ lium in medio ſpinarum, ita proxima mea in
„ medio filiarum*. Quæ nec ſpinæ dici poſſunt,
Quid lilium inter ſpinas, & amica inter filias.
„ niſi malignitate morum; nec filiæ, niſi com-
„ munione Sacramentorum.„ Hæc ille.

6. Ecce filiæ propter communionem Sacra-
mentorum, & conſonantiam nuptiarum, ſunt
ſpinæ malignitate morum. Quia ergo Donati-
ſtæ, (& pariformiter Wicleviſtæ *a*), conſona- a
re non volunt, de nuptiis vocatorum abjecti
ſunt. Omnia vero, etiam magna crimina, tole-
rantur in Eccleſia, præter ea, quæ ſocietati ſuæ
præjudicant, quæ dirimunt unitatem. Et idcir-
Beda To. 5. pag. 385.
co ſuper Lucam lib. V. cap. LXIX. BEDA. Nul-
„ lum (inquit) Dominus eorum, quibus hæc
„ corporalia beneficia præſtitit, invenitur mi-
„ ſiſſe ad Sacerdotes, niſi leproſos; quia vide-
Sacerdotium Judaicum figura Sacerdotii Chriſtiani.
„ licet Sacerdotium Judæorum figura erat fu-
„ turi Sacerdotii regalis, quod eſt in Eccleſia,
„ quo conſecrantur omnes pertinentes ad Cor-
„ pus Chriſti, Summi & veri principis Sacer-
„ dotum. Et quiſquis vel hæretica pravitate,
„ vel ſuperſtitione gentili, vel judaica perfidia,
„ vel etiam ſchiſmate fraterno, quaſi vario co-
„ lore, Domini gratia caruerit, neceſſe eſt ad
„ Eccleſiam veniat, coloremque fidei verum,
„ quem acceperit, oſtendat. Cætera vero vitia,
„ tamquam valetudinis, & quaſi membrorum
„ animæ atque ſenſuum, per ſe ipſum interius
„ in conſcientia & intellectu Dominus ſanat
„ & corrigit. Denique & Paulus voce Domini
Act. 9. 15. 26.
„ audita, *Quid me perſequeris? Ego ſum Jeſus,
„ quem tu perſequeris:* ad Ananiam tamen miſ-
„ ſus eſt, ut ab illo Sacerdotio, quod in Eccleſia
„ conſtitutum eſt, Sacramentum doctrinæ fidei
„ perciperet, & verus approbaretur ejus color;
„ non quia non poteſt per ſe ipſum Dominus
„ omnia facere (nam quis alius hæc facit et-
„ iam in Eccleſia?) Sed ut ipſa ſocietas
„ congregatorum fidelium approbando in invi-
„ cem, atque communicando, veræ fidei do-
„ ctrinam in omnibus quæ dicuntur verbis,
„ vel ſignantur Sacramentis, tamquam unam
„ ſpeciem veri coloris obducat. Cornelius et-
„ iam cum eleemoſinæ ejus acceptæ, & preces
„ ejus exauditæ illi ab Angelo nuncientur,
Act. 10. 32.
„ propter doctrinæ tamen Sacramentorumque
„ unitatem, ad Petrum jubetur mittere.„ Hæc
ille. Unitas ergo, & ſocietas ipſa Eccleſiæ, eſt
Unde primo individuetur Eccleſia.
prima ratio individuationis ejus; ita ut quiſ-
quis a communione Sacramentorum exciderit,
prima ratio eſt, quia ab ejus unitate exceſſit.
Nam aliquando contingit, ut hæretici etiam
orthodoxis paria Sacramenta pertractent; non
minus tamen extra Eccleſiam Catholicam eos
cenſebimus alienos, quos ab ejus unitate vi-
demus exortes. Unde lib. XII. *contra Fauſtum*,
Auguſtinus To. 8. pag. 235.
cap. XVII. AUGUSTINUS. Omnis caro, quam
„ terra ſuſtentabat, diluvio conſumpta eſt, quia
„ præter Eccleſiæ ſocietatem, aqua baptiſmi
„ quamvis eadem ſit, non ſolum non valet ad
„ ſalutem, ſed valet potius ad perniciem.„
„ Hæc ille. Et idem *de vera religione*, cap. V.
Auguſtinus To. 1. pag. 751. num. 9.
„ In illis magis animadvertendum hoc, ma-
„ giſque prædicandum, quia paria Sacramenta
„ celebrantes, tamen quia ſententia diſpares
„ ſunt, & errores ſuos animoſius defendere,
„ quam cautius corrigere maluerunt, excluſi a
„ catholica communione, & a participatione
„ quamvis parium Sacramentorum, propria vo-
„ cabula, proprioſque conventus, non in ſer-

(*a*) Sicut modo Lutherani, Calviniſtæ, Zuvingliani, & reliqui ſocietatis oſores.

„ mone tantum, ſed etiam in ſuperſtitione me„ ruerunt, ut Photiniani, Ariani, multique præ„ terea. „ Hæc ille. Et e regione, quamquam a vero quidam per ſimplicitatem lapſi fuerint; ſi tamen omni mentis propoſito ſocietati chriſtianæ cohæreant, extra Eccleſiam non cenſentur. Chriſtus enim nullum ejecit ab Eccleſia A penitus, niſi propter hæreſim, vel paganiſmum: ſed aliis detentos criminibus, flagris caſtigat. Unde in Opere *imperf.* hom. XXIII. CHRYSOSTOMUS. Imitatores debemus eſſe Dei, ut ſicut il„ le agit cum Eccleſia, ſic nos agamus cum „ conjuge. Ille enim nunquam populum dere„ linquit, niſi voluntate * ad gentilitatem, vel „ ad hæreſim tranſierit. Alias autem peccan„ tem caſtigat; tamen miſereri non ceſſat, di„ cente Propheta, *ſi dereliquerint filii ejus le„ gem meam, viſitabo in virga iniquitates eo„ rum*. „ Hæc ille. Jam videtis quis veſte nuptiali careat in convivio, etiam ubi mali plu- B res ſunt, & quo ipſe ejiciendus eſt, cæteris malis ſervatis, illis puta, qui vel in moribus vel in fide minus veraciter, non tamen pertinaciter contra ſacras regulas, ſocietate rupta Eccleſiæ, ceciderunt. Suppleturus eſt enim eis Chriſtus quod deficit, ſicut dicit in Epiſtola ad *Dardanum*, verſus finem, AUGUSTINUS. Sunt in quibus habitat Deus: multi tales „ ſunt, quibus dicit Apoſtolus: *Non potui vo„ bis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnali„ bus; tamquam parvulis in Chriſto lac vobis „ potum dedi, non eſcam. Nondum enim pote„ ratis, ſed nec adhuc quidem poteſtis.* His quip- C „ pe etiam illud dicit: *Neſcitis quia templum „ Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis?* „ Hos tales, etiamſi antequam perveniant ad „ ſpiritalis mentis ætatem, ubi non lacte alan„ tur, ſed ſolido cibo paſcantur, dies hujus vi„ tæ extremus invenerit, perficiet in eis ha„ bitator eorum quidquid hic minus intelli„ gentiæ habuerint; quoniam ab unitate cor„ poris Chriſti, qui nobis via factus eſt, & a „ templi Dei ſocietate non receſſerunt. Unde „ ut non recedant, ut regulam fidei puſillis „ magniſque communem in Eccleſia perſeve„ ranter teneant, ut in quod pervenerunt, in D „ eo ambulent, donec eis revelet Deus, ſi quid „ aliter ſentiunt; cogitationes ſuas carnales „ non dogmatizant; quia non obdurant con„ tentioſis defenſionibus immanendo, ſed quo„ dammodo ambulando, ideſt, proficiendo deſu„ dant, intelligentiæ perſpicuitatem impetran„ tes per fidei puritatem *. „ Hæc ille. Ecce hic regulæ *unitatem*, quam ſupra * diximus cunctis fidelibus eſſe communem: & ecce ſocietatis Eccleſiæ tantam poteſtatem, ut ſecundum eam ſolam Eccleſia claudat vel excludat, & omnis ejus individuatio ab ea ſola primo dependeat. Unde ille, qui per ignorantiam ti- E tubavit in fide, ante extremum diem divinitus doctrinam rectam conſequetur, quia unitatem quam dimiſit in fide, noluit dividere in communione Eccleſiæ. Sed & audeo dicere aliquid majus: quod vir doctus, ſi aliter ſapiat, quam fides recta decernat, ſi tamen propter hoc ab Eccleſiæ ſocietate non abſtinet, quod male credit, (quia non habet proterviam) merebitur veniam. Hoc enim modo Doctores in materia fidei opinantur oppoſita, ut quidam quod divina ſuppoſita conſtituuntur relativis: quidam quod proprietatibus abſolutis (*a*), donec Eccleſia determinatam doceat veritatem. Hoc etiam modo Cyprianus, & Agrippinus (*b*), & multi clari Patres Africanæ Eccleſiæ (*c*), firmiter do„ cuerunt, ſcripſerunt libris (*d*), decreverunt „ in Conciliis (*e*) rebaptizationem hæreticorum, ante determinationem ſcilicet univerſalis Eccleſiæ, cujus ſocietatem tamen nec ullo momento temporis amiſerunt. Unde in libro *de unico baptiſmo*, verſus finem AUGUSTINUS. Nec „ nos (inquit) quia baptiſmi veritatem etiam „ in hæreticorum iniquitate agnoſcimus potius „ quam negamus, ideo meliores Cypriano ſu„ mus; ſicut nec Petro, quia gentes judaizare „ non cogimus. Hæc de Agrippino, aliiſque E„ piſcopis, qui illa Concilia feciſſe perhiben„ tur, reſponderim, qui ſic diverſa ſenſerunt, „ ut cum eis, contra quos de hac quæſtione „ ſentiebant, in unitate perſiſterent, ubi cha„ ritas cooperit multitudinem peccatorum. Sic „ namque ambulantibus in Eccleſiæ unitate, „ in quam pervenerant, potuit Deus, ſicut A„ poſtolus dicit, revelare illis id, quod ali„ ter ſapiebant. Nova enim quæſtio fuit „ tunc, quemadmodum ſuſcipiendi eſſent hæ„ retici, quæ nonnullos fratres hæreticam per„ niciem vehementer merito deteſtantes, ipſa „ novitate turbavit, ut crederent etiam hoc in „ eis eſſe improbandum, quod malo ſuo tene„ bant bonum. „ Hæc ille.

7. Ecce Cyprianus, & Agrippinus, & alii, veniam conſequuntur erroris: quia res nova fuit, & indigeſta crudeſcebat in Patribus; ſed quia ſanctorum ſtomachus a corporis unitate non cecidit, decoqui potuit, & ſine nota infamiæ reparari. Vere ergo & doloroſe fregit hanc unitatem Eccleſiæ noſter Wicleffus quando tam ſæpe hortabatur fideles, ut ſe a cæteris Chriſtianis indilate ſecernerent, & quod utique deterius eſt, a Prælatis Eccleſiæ ſepararent (*f*), ne cum eis communicarent in Sacramentis, aut Sacramentalibus Chriſti ſignis. In ſecunda parte *ſermonum*, maxime ſerm. LV. in fine ſic invehitur WICLEFFUS. Ex verbo & opere, & ta„ citurnitate Prælatorum Eccleſiæ ſic vocatæ, „ ſupponendum videtur atque probabile, quod „ ſint diaboli incarnati. -- Et poſt concludit -- „ Sed quia ignoramus converſionem, vel exi„ tum eorum, non videtur de ipſorum damna„ tione temere judicandum; ſed iſtud videtur „ eſſe ſanum, atque catholicum, quod Chri„ ſtianus non communicet cum eis in Sacra„ mentalibus, ſed potius caveat de eorum per„ fidia, ne ſequendo eos, aut capiendo exem„ plum ab eis, deſerat legem Chriſti: & o„ mnino ne eis conſentiat aliquo conſenſu; ſed „ to-

Chryſoſtomus To. 6. hom. 32. pag. 135.

* M. voluntatie.

Pſal. 88. 31.

Auguſtinus To. 2. Epiſt. 187. pag. 687. num. 39.

1. Cor. 3. 1. 2.

* M. pietatem.

* Vide cap. 15. num. 6.

Titubans in fide per ſolam ignorantiam, conſequetur doctrinam rectam.

Etiam vir doctus errans in fide abſque pertinacia, merebitur veniam.

Auguſtinus To. 9. pag. 558. cap. 13. n. 22.

Philip. 3. 15.

Wicleffus.

(*a*) An Divinæ perſonæ conſtituantur, & diſtinguantur per proprietates aliquas abſolutas, an per relativas, diu olim diſceptatum eſt. Pro prima ſententia fuerunt Lincolnienſis, Doctor ſubtilis, aliique viri percelebres. Pro ſecunda autem Magiſt. ſent. Alenſis, S. Thomas, Durandus, Richardus &c. Plura de his tradit *Alexander Peſantius* Romanus in ſuis *Commentariis* ad Theolog. D. Th. quæſt. 40. Diſput. 2.

(*b*) *Agrippinus* Cypriani in Sede Carthaginenſi deceſſor, primus extitit, qui (ſalva Catholica unitate) Baptiſmum ab hæreticis collatum in Eccleſia Africana abdicavit, uti liquet ex Cypriani Epiſtolis 71. *ad Quintum*, & 73. *ad Jubajanum*; item Auguſtino lib. 2. *de Baptiſmo* contra Donatiſtas cap. 7. & ex Vincentio Lirinenſi in Commonitorio primo, cap. 9.

(*c*) Firmilianus præcipue Cæſareæ in Cappadocia Epiſcopus, & Sanctus Dionyſius Alexandrinus.

(*d*) Scripſit hac de re Sanctus Dionyſius Alexandrinus ad Philemonem Presbyterum Romanum Epiſtolam, cujus fragmenta refert Euſebius lib. 7. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 6.

(*e*) Rebaptizatio hæreticorum pluribus in Conciliis ſancita fuit, videlicet in *Iconienſi* & *Synadenſi*, anno circiter 256. Prioris Concilii meminit Firmilianus in Epiſt. ad Sanctum Cyprianum, quæ inter Cypriani ipſius Epiſtolas extat ordine 75. Poſterioris autem, ſicut & prioris, meminit Sanctus Dionyſius Alexandrinus in tertia de Baptiſmate Epiſtola ad Philemonem Romanum Presbyterum, de qua Euſebius lib. 7. *Eccleſiaſt. hiſt.* cap. 6.

(*f*) Hoc ipſum omni conatu attentarunt Lutherus in libro edito contra *Henricum* VIII. Angliæ Regem; & Calvinus lib. 4. Inſtitut. cap. 6.

„ totam pugnam ſuam ſpiritualem contra diabolos convertat in ipſos. Si enim Scarioth „ propter occiſionem duplicis naturæ, propriæ, „ & aliorum, quos pervertit, fuit diabolus; „ quanto magis Prælati prædicti, cum plus percipiant rationis diaboli? „ Hæc ille.

8. Sed in hoc facto opus Patris ſui Donati A facit, qui docuit hoc modo ſeparationem Sectatorum ſuorum a Prælatis, & catholicis Chriſtianis. Contra eorum arrogantiam cum multum Auguſtinus diſputando ſudaverit, tandem quadam epiſtola ſua & aliorum Epiſcoporum de Concilio Zertenſi (*a*) ad populum factionis Donatianæ, inter epiſtolas ſuas CLII *. AUGUSTINUS. Hoc (inquit) nos egimus & oſtendimus & obtinuimus, quia COMMUNIO MALORUM NON MACULAT aliquem participatione „ Sacramentorum, ſed conſenſione factorum. „ Nam ſi in factis malis non eis quiſquam „ conſentiat; portat malus cauſam ſuam, nec B „ præjudicat alteri, quem conſenſione mali operis ſocium non habet criminis. „ Hæc ille. Planiſſime ergo Donatizavit Wicleffus quando diſſuaſit Chriſtianis communionem ſacramentorum accipere cum Prælatis catholicis, quamvis malis; mentitus ſub fuco, documentum ſanum, & catholicam eſſe ſeparationem a communione Sacramentorum, ne ſcilicet ſequerentur Prælatorum malum exemplum. Sanctus Pater Cyprianus judicat omnem talem magiſtrum arrogantiſſimum, & ſuperbum. Unde hoc ipſum Donatiſtis objiciens in epiſt. *ad Vincentium*: & eſt epiſtola XLVIII. AUGUSTINUS. De- C „ inde (inquit) ſi te Cypriani Sancti Epiſcopi „ & glorioſi Martyris delectat authoritas, quam „ quidem, ut dixi, a Canonis authoritate diſtinguimus; cur in eo te non delectat, quod unitatem orbis terræ, atque omnium gentium; „ & diligendo tenuit, & diſputando defendit; „ quod eos qui ſe tamquam juſtos ab ea ſeparare voluiſſent, arrogantiſſimos & ſuperbiſſimos judicavit, irridens eos ſibi hoc „ aſſumere, quod nec Apoſtolis conceſſit Dominus, ut ante tempus Zizania colligerent; „ aut tamquam ipſis paleam auferre, & aream „ purgare conceſſum ſit, paleas conarentur a D „ tritico ſeparare? „ Hæc ille. Et iterum idem Auguſtinus oſtendit iſtud contra morem Chriſti & Apoſtolorum ejus eſſe dictum, Epiſt. eadem ad *Vincentium* AUGUSTINUS. NON (inquit) „ PROPTER MALOS BONI DESERENDI, ſed „ propter bonos mali tolerandi ſunt: ſicut toleraverunt Prophetæ eos, contra quos tanta „ dicebant; nec tamen communionem Sacramentorum illius populi relinquebant; ſicut „ ipſe Dominus nocentem Judam uſque ad „ condignum ejus exitum toleravit, & eum Sacram cœnam cum innocentibus communicare permiſit: ſicut tolerarunt Apoſtoli eos, E „ qui per invidiam (quod ipſius diaboli vitium „ eſt) Chriſtum annunciabant: ſicut toleravit „ Cyprianus Collegarum avaritiam, quam ſecundum Apoſtolum appellant idololatriam.„ Hæc ille.

* Cod. Vat. 89.

Auguſtinus To. 2. Epiſt. 141. al. 152. pag. 458. num. 5.

Auguſtinus To. 2. Epiſt. 113. al. 48. pag. 245. num. 36.

Matth. 13. 30.

Auguſtinus To. 2. ibid. pag. 237. num. 25.

CAPUT XVII.

Quod Eccleſia noſtra Symbolica, eſt Eccleſia catholica.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quodlibet membrum hujus Eccleſiæ Catholicæ eſt prædeſtinatum ad gloriam, dicebat Wicleffus.*
2. *Quæ inconvenientia ex hac hæretici aſſertione oriantur.*
3. *Eccleſia cur catholica, ex Iſidoro.*
4. *Eccleſia Chriſti non modo eſt catholica per extenſionem loci, verum etiam temporis.*
5. *Eccleſia catholica, quæ ſit.*
6. *Eccleſia cur oportet ut* catholica, *ideſt*, univerſalis *ſit*.

1. MUgit acriter contra Papam & Paſtores Eccleſiæ Chriſti, ſub titulo juſtæ appellationis *Eccleſiæ* Chriſti, quæ * eſt objectum fidei Chriſtianæ, de qua articulus eſt in Symbolo Apoſtolorum, *Credo Sanctam Eccleſiam catholicam*. Difficultas autem ejus eſt iſta, lib. *de Dotatione*, cap. 11. WICLEFFUS. Cum cre- „ dere debemus Eccleſiam Sanctam catholicam, „ tamquam fidem; & iterum credere debemus, „ quod quodlibet membrum iſtius Eccleſiæ ſit „ prædeſtinatum ad gloriam: ſi credere debemus quod iſte Papa, vel Epiſcopus ſit membrum Eccleſiæ, credere debemus quod repugnat ipſum in peccatum finalis impœnitentiæ cadere (*b*). „ Hæc Wicleffus.

* al. qui.

Wicleffus.

2. Sub hoc globo verborum una cum præſumpto (*c*) ſenſu Eccleſiæ ſymbolicæ, & falſa neceſſitate futurorum eventuum, intendit obfirmare filios Eccleſiæ contra Patres (*d*), ne exhortationibus eorum obediant, aut cenſuras, vel edicta, paveſcant, quouſque certos efficiant, quod ſint capita eorum & membra, & per conſequens Eccleſiæ Chriſti fideles: & cum ſolum membra prædeſtinata ſint membra Eccleſiæ, maxime illius, quæ eſt objectum fidei, & articulatur in Symbolo; probare ſe membrum tale, erit probare ſe prædeſtinatum ad gloriam: & reddere ſe dubium, erit dubitare ſe eſſe membrum; & per conſequens caput gregis. Prima ergo difficultas de quidditate hujus Eccleſiæ ſymbolicæ, quam utique credere debemus ſub pœna perfidiæ, ſic ſolvenda reſtat, ut ejuſdem Eccleſiæ principes deſcripſerint eam in Symbolo. Eſt enim Eccleſia *Sancta*, *Catholica*. Quod ſic *catholica* græce, *univerſalis* appellatur latine. Quem terminum exponens Auguſtinus in Tract. *de Symbolo*, qui incipit, *Sicut nonnulli*, in fine dicit, AUGUSTINUS. Credo Sanctam Ec- „ cleſiam catholicam, ſecundum veritatem cœleſtium promiſſorum. Dat quidem Deus in „ hac vita ſine dubio peccatorum remiſſionem „ per baptiſmum & fidem Eccleſiæ *catholicæ*, „ ideſt, *univerſalis*, ac toto orbe diffuſæ. „ Hæc ille.

Auguſtinus Serm. 4. de Symb. To. 6. pag. 582.

Eccleſia quare dicatur Catholica.

3. Singulas vero rationes, quare Eccleſia Chriſti *catholica* dicitur, videtur Iſidorus conflaſſe in unam maſſam elegantis ſententiæ, lib. 1. *de Offic.* cap. 1. ISIDORUS. *Eccleſia* (inquit) voca- „ tur

Iſidorus To. 2. pag. 324.

(*a*) *Cirtenſi* habet Ed. V. Sed *Zertenſi* Cod. Vat. & Maurini: quam lectionem probant plerique eruditi Viri, qui Civitatem aliam in Numidia *Cirtenſem*, quæ *Conſtantina* vocabatur; & aliam *Zertenſem* fuiſſe colligunt ex collatione Carthaginenſi, ubi præter *Conſtantienſem* Epiſcopum Fortunatum, *Zertenſes* alii duo, Gaudentius & Saluſtius recenſentur.

(*b*) Conſequens eſt error iſte ab eo quem ſupra, cap. 8. refutavit *Waldenſis*, quod nempe Eccleſia ſit Prædeſtinatorum univerſitas.

(*c*) Vere a Wicleffo præſumitur ſenſus *Eccleſiæ Symbolicæ*: quia revera cum Eccleſia per ipſum ſit univerſitas prædeſtinatorum, prorſus eſt mortalibus inviſibilis, & omni caret ſigno quo diſcernatur a cæteris.

(*d*) *Patres* vocat Prælatos, & Eccleſiæ Paſtores, quemadmodum Apoſtolus ad Corinth. c. 4. 15. *Nam ſi decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto, ſed non multos Patres.*

tur proprie propter quod omnes ad ſe vocet, & in unum congreget, *Catholica* autem ideo dicitur, quia per univerſum mundum eſt conſtituta; vel quoniam *Catholica*, hoc eſt, *generalis* in ea doctrina eſt, ad inſtructionem hominum de viſibilibus atque inviſibilibus rebus, cœleſtium atque terreſtrium; vel propter omne hominum genus ad pietatis ſubjectionem, tam Principum, quam etiam qui principantur, oratorum, & idiotarum; vel propter quod generaliter curat omnium peccata, quæ per corpus & animam perficiuntur. „ Hæc Iſidorus.

4. Optime detexit rationem *catholicæ*, ideſt, *univerſalis* Eccleſiæ quadruplici digito, ſecundum univerſalitatem *extenſionis*, ſecundum univerſalitatem *inſtructionis*, univerſalitatem *ſubjectionis*, & univerſalitatem *curationis*. Adhuc autem de prima univerſalitate Eccleſiæ notari oportet, non eam tantum eſſe extenſionem loci, ſed & temporis, ut Eccleſia Chriſti ſciatur extenſa eſſe per totum mundum, & a baptiſmo Chriſti, initio prædicationis ejus, duraſſe, & duraturam eſſe uſque ad finem mundi, & ultra, ſecundum illud prophetice dictum de ea, *A Solis ortu uſque ad occaſum, laudabile nomen Domini*. Et iterum, *A mari uſque ad mare, & a flumine uſque ad terminos orbis terrarum*. Sic enim exponit Auguſtinus hoc dictum de flumine Jordanis, prima parte *ſermonum*, *ſerm.* XLII. *de pace & charitate*, AUGUSTINUS. Tene (inquit) mecum hæreditatem a mari uſque ad mare, & a flumine, ſcilicet Jordanis, ubi cœptum eſt Chriſti magiſterium, uſque ad terminos orbis terræ. „ Hæc ille. Item expreſſius ſuper eumd. locum Pſal. 71. AUGUSTINUS. Si Eccleſia (inquit) ſic recte ſignificatur vocabulo Lunæ, conſequenter oſtendit quam late eamdem Eccleſiam fuerat diffuſurus, cum adjecit, *Et dominabitur a mari uſque ad mare*. Mari quippe magno cingitur terra, qui vocatur *Oceanus*; de quo influit quoddam exiguum in medio terrarum, & facit iſta maria nota nobis, quæ navigiis frequentantur. Proinde *a mari uſque ad mare*, a quolibet fine terræ, uſque ad quemlibet finem dominaturum dixit, cujus nomen & poteſtas toto orbe fuerat prædicanda, multumque valitura. Quod ne aliter poſſet intelligi *a mari uſque ad mare*; continuo ſubjecit, *Et a flumine uſque ad terminos orbis terræ*. Quod ergo ait, *uſque ad terminos orbis terræ*, hoc ante dixerat, *a mari uſque ad mare*. Quod vero nunc ait, *a flumine*, expreſſit evidenter inde voluiſſe Chriſtum poteſtatem ſuam jam commendare: unde & diſcipulos cœpit eligere, *a flumine*, ſcilicet Jordane, ubi ſuper baptizatum Dominum cum deſcenderet Spiritus Sanctus, ſonuit vox de cœlo, *Hic eſt filius meus dilectus*. Hinc ergo doctrina ejus incipiens, & magiſterii cœleſtis auctoritas, dilatatur uſque ad terminos orbis terræ, cum prædicatur Evangelium regni in univerſo mundo, in teſtimonium omnibus gentibus. „ Hæc Auguſtinus.

Eccleſia eſt catholica per extenſionem tam loci, quam temporis.

Pſal. 112. 3.
Pſal. 71. 8.

Auguſtinus *To.* 5. *ſerm.* 358. *pag.* 1395. *num.* 3.

Matth. 3. 17.

5. Jam habemus evidentibus ſignis quæ ſit Eccleſia Catholica; omnis ſcilicet ſeries illa fidelium a Chriſti prima congregatione in ripa Jordanis, uſque ad noſtra tempora, & deinceps uſque ad finem mundi ſucceſſive deſcendens, & ad quaslibet terræ partes perveniens, quocumque teſtimonium fidei de Chriſto capite rutilans eſt accenſum.

6. Procedamus ulterius, venando utilitatem hujus rationis *Catholicæ*, & univerſalitatis ſic dictæ; ad quid ſcilicet oportet Eccleſiam Chriſti Symbolicam, hanc univerſalitatem tam extenſam includere? Utilitas vero ejus eſt, ut ſciamus diſcrete quæ ſit vera Chriſti Eccleſia, veramque habens doctrinam fidei, & quæ hæreſis palliata. VULT ENIM OMNIS HÆRESIS DICI Eccleſia, & ſub nomine Matris noſtræ, tamquam Sirena, in abyſſum ſuæ hæreſeos præcipitare fideles. Sed ſub hoc ſigno, quod diximus, an ſit vera Eccleſia, utrum mendoſa, cognoſcemus, ſi ſcilicet teneat Catholicam unitatem. Unde in expoſitione Symboli contra perfidos, quod incipit, *Inter preſſuras*, AUGUSTINUS. Caput (inquit) & corpus, Chriſtus & Eccleſia. Nec ab illo ſeparemur, aliquid aliud de illo, ſicut hæretici, credendo, nec ab ipſa pravis noſtris moribus declinando. Hæc eſt mater vera, pia mater & caſta, intrinſecus ſui viri dignitate ornata, non forinſecus mendacio fallente turpiter colorata. NEC NOS AB ISTA MATRE nomen confictum ſeducat alienum: non nos Eccleſiæ ſpecies aliena decipiat. SPONSA CHRISTI NON EST, QUÆ VIRUM non cognoſcit ſuum: turpis eſt, quæ tanti viri ſpeciem ſuis ſermonibus ſuſcare contendit: fruſtra ſibi nomen Eccleſiæ imponit. Video quidem te, o ſpelunca ſubdola, decipiens, quia decepta. Video quidem, quod aptes formam tuam ſub ſpecie aliena. Quid te componis? Quid tantum te exornas? Quid ſub fimbriis tuis ornamenta alterius expandis? Quid te contra veram ſponſam æquare contendis? Non te reſpicit ſponſus, quia non es ſponſa. Sed pulchram te dicis, & de auro atque ornamentis gloriaris. Reſpondet tibi ſponſus, ſpecioſus forma præ filiis hominum: *ſpecies fornicariæ facta eſt tibi, irreverens in omnibus*. Quod ſi dixeris, quare ita? Reſpondeo, quia ſub ſpecie ſponſæ componis te, & mentiris ſponſum tuum me eſſe. Non ſicut Patrem appellas me: ego enim & Pater unum ſumus -- Sequitur -- Noli ergo jactare eſſe quod non es. Agnoſce turpitudinem tuam. Arius abſtulit integritatem tuam: non es igitur ſponſa, quia non es integra. Fruſtra illum ſponſum vocas, qui non eſt tuus: turpem enim viduam non accipit Chriſtus. Redi, repudiata, redi; confuſa, redi; ſerpentinis fraudibus violata, redi; non divinitate cœleſti compoſita, ſed humanis aſſertionibus circunventa, redi. Fallere te ipſam potes, fallere ſponſum non potes. Novit enim ille quam quærat, & agnoſcit quam vocet. Semper enim vivit Mater; Noverca, quid te ſupponis? Non potes excludere pulchram Dominam. Nam cum turpis ſis ancilla, ſpecies fornicariæ facta eſt tibi. NON ENIM SERVAS UNI VIRO FIDEM, quæ catholicam non tenes unitatem. „ Hæc ille. Ecce plana ſententia: ECCLESIA CHRISTI NON EST NOVA (*a*). A baptiſmo Chriſti hucuſque una perſeverat & integra. SI ERGO ALIQUA SECTA CONSURGAT, CUJUS FIDES NOVA EST, ET ANTIQUIS PATRIBUS INACCEPTA, NON EST ILLA CHRISTI ECCLESIA. Si in aliis terræ partibus, ubi Chriſti nomen cognoſcitur, eſt ignota; non eſt hæc Chriſti Eccleſia, ſed meretrix, & Synagoga hæreti-

Omnis hæreſis vult nominari Eccleſia.

Auguſtinus *To.* 8. *in appen. pag.* 20. *cap.* 22.

Pſal. 44. 3.
Jerem. 3. 4.

Joan. 10. 30.

(*a*) Si eſſet *nova*, non eſſet *Apoſtolica*; neque eſſet *Catholica*: quia non eſſet extenſa ad tempora Apoſtolorum, quemadmodum dicitur ſupra, num. 4. Hinc Eccleſia præſens poteſt quidem definire hoc, vel illud eſſe doctrinam Chriſti, & Apoſtolorum; ſed non poteſt novam cudere doctrinam, a Chriſto, a Scripturis, ab Apoſtolis non traditam.

retica. Propter hoc redarguit Auguſtinus (*a*) Donatiſtarum Sectam, quod dixit apud ſe ſolam, Eccleſiam Chriſti eſſe in Africa: quia non erat univerſalis & Catholica. Particularis inſtitutio, circa ea quæ ſunt fidei, derogat univerſali, & unius terræ Secta, doctrinæ Catholicæ.

CAPUT XVIII.

Quod Eccleſia Symbolica * neceſſario eſt Apoſtolica, & una.

* *Ea ſcilicet, de qua eſt fides in Symbolo.*

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Ut Eccleſia Catholica ab aliis diſcerni poſſet, Sancti Patres eam appellare voluerunt* Apoſtolicam.
2. *Symbolum Nicœnum omnes errores deſtruit.*
3. *Eccleſia, qua ratione* Apoſtolica *dici poteſt.*
4. *Eccleſia Romana, quod ſingulari privilegio appellatur* Apoſtolica.
5. *Proponitur & reſolvitur oppoſitio Wicleffi, qua Eccleſiam Romanam, non antiquitus, ſed poſt Conſtantini donationem a Divo Gregorio fuiſſe Apoſtolicam appellatam, ſuadere nititur.*

1. APpoſuerunt adhuc Eccleſiæ Patres aliud ſignum diſcretæ cognitionis Eccleſiæ Jeſu Chriſti, ut *Apoſtolica* diceretur, ſecundum quod in Miſſarum ſolemniis decantatur, Credo unam *Sanctam Catholicam*, & *Apoſtolicam* Eccleſiam. Hoc enim in nomine *Catholici* videtur intelligi, quod per univerſum orbem Apoſtoli diſperſi plantaverunt & inſtituerunt Eccleſias in una fide Chriſti, & ſine omni diſſonantia literæ vel ſyllabæ, ſubſtantiam fidei ſimillime docuerunt. *Unde contra Neſtorium* dicit CASSIANUS. Græce *Symbolum* dicitur, latine „ *Collatio*: collatio autem ideo, quia collata in „ unum ab Apoſtolis Domini, totius Catholi„ cæ legis fide, quidquid per univerſum divi„ norum voluminum corpus immenſa funditur „ copia, totum in Symboli colligitur brevitate „ perfecta, ſecundum illud Apoſtoli, *Verbum* „ (inquit) *conſummans*, & *brevians in æqui*„ *tate*.„ Hæc ille. Altum dicitur prodigium, quod per ſeptuaginta Interpretes diſperſis cellis expoſitos, potuit Scriptura Canonica ſine variatione transferri: ſed plus ſtupendum miraculum, quod per Apoſtolos Chriſti, ad diſtantiſſimas partes ſæculi ſeparatos, potuit eadem Chriſti fides in tot ſuis particulis cum omni integritate, & ſenſus identitate diſtribui. Et ſub hoc typo Sanctus Spiritus in primitiva Eccleſia illuſtravit alto fulgore Eccleſiam Judæorum in Jeruſalem in numero duodenario centum viginti, & Eccleſiam gentium poſtea Epheſi in duodecim diſcipulis, Act. XIX. notum faciens Chriſti Eccleſiam neceſſario fore Apoſtolicam. Unde exponens hunc textum Actuum, *Erant autem omnes viri fere duodecim*, BEDA. Notan„ dum (inquit) quod Spiritus Sanctus & hic „ in duodecim diſcipulis, & ſupra in centum „ viginti, qui eſt duodenarius numerus decies „ ductus, adventus ſui ſigna monſtraverit: il„ lud in Jeruſalem, hoc in Epheſo, quæ eſt „ Civitas Græcorum. Credo ut oſtenderet, ſe ſi„ ve de Judæis, ſive de Gentibus credat quis, „ eos tantummodo, qui unitati Eccleſiæ Ca„ tholicæ, atque Apoſtolicæ communicent, im„ plere.„ Hæc ille. Eccleſiam ergo *Apoſtolicam* Spiritus Sanctus tantum inſpirat; & propter hoc reor articulum Eccleſiæ, articulo de Spiritu Sancto protinus copulatum. Exurgentibus igitur per Eccleſias viris hæreticis, neceſſarium arbitrati ſunt Patres ſignatam dare fidelibus Eccleſiam, quam ſequantur, & *Apoſtolicam* expreſſerunt; ne in appellationibus *Eccleſiarum* fideles dubii remanerent, vel aliam ſequantur, quam agente Spiritu Sancto Apoſtoli, non ſolis Scripturis, ſed vivis documentis, & traditionibus munierunt. Unde in Symbolo Concilii Conſtantinopolitani, CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM (*b*). *Credimus*(inquiunt)*unam Catholicam*, & *Apoſtolicam Eccleſiam*. Hæc ibi. Beatus vero Gregorius exponens Symbolum in *Regiſtro*, GREGORIUS. Confiteor (inquit) unam „ fidem, unum baptiſma, unam *Apoſtolicam* & „ univerſalem Eccleſiam, in qua ſola poſſunt „ laxari peccata in nomine Patris & Filii & „ Spiritus Sancti.„ Hæc ille.

Caſſianus *lib. 6. de Incarnat. cap. 3. pag. 743.*

Rom. 9. 28.

Magnum prodigium uniformitas doctrinæ in Apoſtolis.

Act. 1. 15.

Act. 19. 7.

Beda *To. 5. pag. 657.*

Solam Eccleſiam Apoſtolicam Spiritus Sanctus inſpirat.

CONCILIUM *Conſtantinopolitanum.* b

Gregorius *To. 2. pag. 1283.*

2. Item in tractatu de Symbolo, qui incipit, *Sicut nonnullis* in fine, AUGUSTINUS. Credo „ Sanctam Eccleſiam catholicam ſecundum ve„ ritatem cœleſtium promiſſorum. Dat quidem „ Deus in hac vita peccatorum remiſſionem „ per baptiſmum, & fidem catholicæ Eccleſiæ, „ ideſt, univerſalis, ac toto orbe diffuſæ.„ Hæc ille. Item in lib. 1. de Offic. cap. XVI. ISIDORUS. Symbolum (inquit) quod tempore „ Sacrificii a populo prædicatur, trecentorum „ decem & octo Sanctorum Patrum collatione „ apud Synodum Nicœnam eſt editum: cujus „ veræ fidei regula tantis fidei doctrinæ myſte„ riis præcellit, ut de omni parte fidei loqua„ tur, nullaque pene ſit hæreſis, cui per ſin„ gula verba vel ſententias, non reſpondeat. „ Omnes enim errores impietatum perfidiæ„ que blaſphemias calcat, & ob hoc in uni„ verſis Eccleſiis pari confeſſione a populo pro„ clamatur.„ Hæc ille.

Auguſtinus *Vide ſimilia To. 6. in Append. pag. 282.*

Iſidorus *To. 2. pag. 330.*

SymbolumNicœnum omnes calcat hæreſes.

3. Ecce quod contra omnes errores inventum eſt hoc Nicœnum Symbolum, quod dicit Eccleſiam Chriſti eſſe *Apoſtolicam*, ſcilicet, poſt Chriſtum Apoſtolica traditione munitam, fundatam, & inſtructam. Sumebant enim hoc ab auctoritate Pauli, dicentis Epheſiis, *Eſtis* (inquit) *Cives Sanctorum, & domeſtici Dei, ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum*. Quem textum tractans ſuper primum verſum Pſalmi LXXXVI. AUGUSTINUS. Quid eſt „ (inquit) fundamenta ejus in montibus ſan„ ctis? Qui ſunt montes ſancti, ſuper quos „ fundata eſt iſta civitas? Alter quidam civis „ planius hoc dixit, Apoſtolus Paulus, civis „ inde Propheta, civis inde Apoſtolus. Sed hi, „ ſcilicet Apoſtoli & Prophetæ, quomodo cives? „ Fortaſſe ita, ut etiam iſti ſunt montes, ſu„ per quos fundamenta ſunt hujus civitatis, „ cujus portas diligit Dominus.„ Hæc ille. Et lib. II. (*c*) *de Spiritu Sancto* in principio, inquit DIDYMUS. Chriſto operante in Apoſto„ lis, Spiritus * completum eſt myſterium *, „ ut ipſi Apoſtoli confiterentur ſe in Chriſto „ loqui, & id quod ſuis oculis viderunt & mi„ niſtri facti ſunt ſermonis, ideſt, Chriſti, & „ diſpenſatores myſteriorum Dei. Denique qua„ ſi

Eccleſia cur vocetur Apoſtolica.

Epheſ. 2. 19.

Auguſtinus *To. 4. pag. 919.*

Pſalm. 86. 6.

c

Didymus *apud Hieron. To. 2. pag. 130.*

* *Ed. V.* ſuis.
* *M.* miniſterium.

(*a*) Lib. 1. *contra Epiſtolam Parmeniani*, cap. 2. Lib. 3. *contra Creſconium*, cap. 67. & in Enarratione in Pſal. 49. ad illa verba: *Deus Deorum Dominus locutus eſt, & vocavit terram*. De hoc etiam Donatiſtas urgebant Optatus Milevitanus lib. 2. *contra Parmenianum*, & Africani Patres in Collatione Carthaginenſi.

(*b*) Concilium Conſtantinopolitanum 1. ſub Magno Imperatore Theodoſio celebratum anno Domini 381.

(*c*) Apud Divum Hieronymum unico tantum conſtat libro Tractatus iſte Didymi Alexandrini.

* Ed. V. initiatores. Et pariter Mss. rini. Matth. 28. 19.

„ ſi principatum in Sacerdotio poſſederunt, & „ nuntiatores * fidei a Chriſto ſunt demonſtra- „ ti, dicente eis Domino, *Euntes docete omnes* „ *gentes, baptizantes eos in nomine Patris &* „ *Filii & Spiritus Sancti*. „ Hæc ille. Ecce Apoſtoli principes quodammodo ſunt nunciatores * fidei Chriſtianæ. Habent enim illum locum in fundatione Eccleſiæ Apoſtoli poſt Chriſtum, quem habebant in ritu Judæorum Patriarchæ poſt Dominum Deum. Unde & filii Synagogæ non contenti ſunt dicere Dominum Deum, niſi adderent, quod ſit Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Jacob, Deus Patrum noſtrorum. Ita ergo fideles invocant patrocinium Apoſtolorum in fundatione Eccleſiæ, ut fecerunt Judæi in primatu Synagogæ: quia ſicut ipſi * carnaliter Synagogam, ita iſti * ſpiritualiter parturierunt & genuerunt Eccleſiam, dicente Apoſtolo 1. Cor. IV. *Si decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto, ſed non multos Patres: nam in Chriſto Jeſu per Evangelium ego vos genui*. Et Iſidorus lib. *Allegoriarum* dicit de Apoſtolis, ISIDORUS. Habent quidem for- „ mam Patriarcharum, quia per verbum præ- „ dicationis in toto orbe terrarum Deo popu- „ los ſpiritualiter genuerunt. „ Hæc ille.

A

* Ed. V. initiatores.

Apoſtoli tenent locum Patriarcharum.

Exodi 3. 6.

* Patriarchæ * Apoſtoli.

1. Cor. 4. 15.

B

Iſidorus Lib. 2. To. 2. pag. 248.

4. AD HANC ECCLESIAM ERGO, QUÆ per totum mundum unam habet doctrinam *Apoſtolicam*, omnes fideles, intonante nova hæreſi, debent habere recurſum. Apoſtoli enim, una ſua * doctrina adhuc manente, imbuerunt totam Eccleſiam, & ob hoc tota Eccleſia catholica etiam *Apoſtolica* nominatur. Et ob hoc quædam Eccleſiæ particulares, ubi reſidebant corporaliter, quando docuerunt, Apoſtoli, vocantur *Apoſtolicæ*: ſicut etiam Eccleſia Romana, ubi capitales * docuerunt Apoſtoli, privilegio ſingulari *Apoſtolica* nominatur. Unde Auguſtinus *contra Julianum*, cap. 1. loquens de ſententia Papæ Innocentii in Cœleſtium Pelagianum hæreticum, AUGUSTINUS. Cœleſtium (inquit) ſe purgare molientem, ad conſentiendum ſupradictis Sedis Apoſtolicæ literis crebra interlocutione conſtrinxit. -- Et ibidem poſt -- Quid ad hæc dicit ingratus, cui Sedes Apoſtolica jam ſui profeſſione quaſi correcto, benigniſſima lenitate pepercerit? Quid ad hæc dicit? „ Hæc ille. Et beatus Gregorius in *Regiſtro*, ut habetur in Diſt. XII. *cap. Præceptis*, GREGORIUS. Præ- „ ceptis Apoſtolicis non dura ſuperbia reſiſta- „ tur; ſed quæ per obedientiam a Sancta Ro- „ mana Eccleſia, & Apoſtolica auctoritate juſ- „ ſa ſunt, ſalutifere impleantur. -- Et ſequi- „ tur in fine -- Si quis hæc Apoſtolicæ Sedis „ præcepta non obſervaverit, percepti honoris „ eſſe hoſtis non dubitetur. „ Hæc Gregorius.

Exurgente hæreſi ad Eccleſiam Apoſtolicam recurrendum.

* Ed. V. ſana.

C

* Petrus & Paulus.

Eccleſia Romana ſingulari privilegio Apoſtolica.

Auguſtinus To. 10. contra duas Epiſt. Pelagian. lib. 2. cap. 3. pag. 434.

Pag. 435. num. 7.

D

Gregorius Apud Gratianum Diſt. 12. c. 2. pag. 55.

5. At ne dicat Wicleffus, ſicut dicere ſolet, quod hunc errorem præſumpſit Gregorius poſt dotationem principis Conſtantini, annoſus Pater Anacletus Papa Romanus, ſucceſſor Sancti Clementis accedat. In primo enim Decreto ſuo ſalutatio ejus hæc eſt, ANACLETUS. A- „ nacletus ſervus Chriſti Jeſu, in Sede Apoſto- „ lica Domino ſerviens, Epiſcopis omnibus, „ & cæteris cunctis fidelibus, qui coæqualem „ nobiſcum ſortiti ſunt fidem, gratia vobis, „ & pax. -- Et in Decreto ſuo in cap. III. -- „ Hæc vera Sancta Romana & Apoſtolica Ec- „ cleſia, non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domi-

E

Anacletus Apud Labbeum To. 1. pag. 134.

Decreto 3. cap. 3. pag. 138.

„ no Salvatore noſtro Primatum obtinuit: ſi- „ cut Beato Petro Apoſtolo ipſe dixit, *Tu es* „ *Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccle-* „ *ſiam meam* -- Et ibidem cap. IV. -- Hæc ve- „ ro Apoſtolica Sedes caput & cardo, (ut præ- „ tactum eſt) a Domino, & non ab alio, eſt „ conſtituta. „ Hæc ille in lib. Decretorum Pontificum. Multo magis non a Conſtantino, nec a Præſulibus illius temporis (*a*) eſt inſtituta dici *Apoſtolica*, ſi non ab ipſis Apoſtolis, ſed a Chriſto. Addit adhuc: *Eccleſia ſymbolica, ideſt, quam tenemur in dubiis credere ſub pœna perfidiæ*. Addit enim Eccleſiæ ſic dictæ communiter rationem unius fidelis & indubitati teſtimonii; & hoc ratione qua eſt una. SIC ENIM CREDIMUS UNAM Sanctam Eccleſiam, non quidem gente vel patria, ſed profeſſione unam & fide, de qua unicum cunctis gentibus reddit teſtimonium. Unde lib. VI. contra *Julianum*, producens multos Patres Eccleſiæ in teſtes, AUGUSTINUS. Audis (inquit) omnes uno „ ore, una fide, idipſum dicere, & hanc eſſe „ catholicam fidem, non diſſonante conteſta- „ tione firmatam. „ Hæc ille. Et Beda v. ſuper Cantica, textu, *Una eſt columba mea*, BEDA. Una eſt enim quia diviſionem ſchiſma- „ tis non recepit. Una eſt, quia non alia an- „ te legem, alia ſub lege, alia ſub gratia, a- „ lia de circumciſione, alia de præputio colle- „ cta: ſed ſicut unus Dominus, una fides, „ unum baptiſma, unus Deus & Pater omnium, „ ita eſt una catholica electorum omnium mul- „ titudo; & per omnia mundi loca & tempora „ ſæculi eidem uni Deo & Patri ſubjecta. Quæ „ unde catholica ſit appellata, Lucas docet, „ dicens: *Eccleſiæ quidem omnes per totam Ju-* „ *dæam, & Galilæam, & Samariam, habebant* „ *pacem ædificatæ, & ambulantes in timore Do-* „ *mini, & conſolatione Spiritus Sancti repleban-* „ *tur*. Quod enim *univerſale* hoc loco latine, „ hoc dicitur græce *catholicon* *. Unde liquide „ patet, quod inde *Catholica* vocatur Eccleſia, „ quod per totas mundi partes in una pace, in „ uno timore Domini ædificetur; una eadem- „ que Sancti Spiritus conſolatione repleatur. „ A qua unitate ſpiritus ipſa * etiam *columba* „ recte vocatur (*b*). „ Hæc ille. Nam hoc eſt credere Eccleſiam catholicam, credere eam habere veram fidem de Deo, & vera Sacramenta. Sic enim dicit Joannes in Canonica ſua prima cap. v. *Qui credit in filio Dei, habet teſtimonium Dei in ſe*. Cum ergo Eccleſia Chriſti Catholica & Apoſtolica credit in filio Dei, ipſa teſtimonium Dei habet in ſe. Ratione ergo, qua Eccleſia eſt objectum neceſſarium fidei chriſtianæ, ſic facit teſtimonium abundanter de Chriſto cuilibet eam, vel ſecundum eam credenti. Hac forma cum Joannes diceret expleto Evangelio, *Hic eſt diſcipulus ille qui teſtimonium perhibet*, ſubjungit Eccleſia, *& ſcimus quia verum eſt teſtimonium ejus*. Non enim deeſſe poteſt teſtimonium univerſalis Eccleſiæ alicui ſecundum eam credenti, vel docenti. Et ad hoc non modicum facit quod Apoſtoli & primævi credentes, ſicut nunc fideles, ita tunc dixerunt ſe *teſtes Chriſti* paſſim per Scripturas. Actuum 1. *Oportet teſtem reſurrectionis ejus fieri unum ex his*. Et, *eritis mihi teſtes in Jeruſalem*. Ideo & Angelus in Apocalypſi, *conſervus*

Eccleſia Romana a Chriſto Primatum habuit; non ab Apoſtolis. Matth. 16. 18. Pag. 160.

a Anacletus Ubi ſupra.

Auguſtinus To. 10. pag. 552.

Cant. 6. 8. Beda To. 4. pag. 798.

Eccleſia quo ſenſu ſit una.

Act. 9. 31.

* al. catholos.

* Eccleſia.

b Cant. 6. 8.

1. Joan. 5. 10.

Eccleſia habet teſtimonium Dei in ſe.

Joan. 21. 24.

Act. 1. 22. Act. 1. 8.

Apoc. 22. 9.

(*a*) Con. Ferrarien. *Nec a præſulibus ſuis temporibus*.
(*b*) Sub imagine columbæ, quæ animæ ſimplicis, ac juſtæ typus eſt, Spiritus Sanctus in baptiſmo Jeſu Chriſti videndum ſe præbuit.

Teſtimonium Eccleſiæ eſt infallibile.

vus tuus ſum, & fratrum tuorum habentium teſtimonium Jeſu. Hoc autem teſtimonium & infallibile eſt, & evacuari non poteſt. REVERA ANTE SCRIPTUM EVANGELIUM, HOC ERAT EVANGELIUM quod ſcripſit Jeſus Chriſtus, & ſcripſerunt Apoſtoli, in cordibus hominum (*a*); & ad cujus teſtimonium (*b*) ſtare oportet quemcumque, ſi textus Evangelii ſcripti, vel a fideli recte aſſumatur, vel ab hæretico ſubvertatur (*c*): de quo * dixit Apoſtolus II. Cor. III. *Epiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in cordibus veſtris, quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus: Manifeſtati, quoniam Epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata a nobis, & ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei vivi; non in lapideis tabulis, ſed in tabulis cordis carnalibus*. Ubi in *annotationibus* HIERONYMUS. Nos quamvis legem „ Chriſti ſcriptam in Evangeliis habeamus; „ tamen in primis, non quaſi abſentes tabulis „ ſcriptis, ſed præſentes per auditum Domini „ verba corde ſuſcepimus. Evangelia vero poſt„ modum ſcripta ſunt ad memoriam poſtero„ rum. „ Hæc ille. Hoc eſt præcipuum ergo Evangelii teſtimonium, de quo quoquomodo aberrari non poteſt. Sed & ſi lex naturæ certiſſima eſt, quam gerunt homines ſcriptam in cordibus ſuis, ut refert Apoſtolus ad Rom. 2. multo magis lex Chriſti habebit certiſſimum interpretamentum ſuum in cordibus fidelium, ſuccedentium ſibi ipſis ab initio naſcentis Eccleſiæ, & temporibus Apoſtolorum, uſque in ſempiternum; ſecundum quod per Prophetam dicit Dominus, *hoc teſtamentum quod teſtabor ad illos dando leges meas in cordibus eorum, & in ſenſibus eorum ſcribam eas*. Quod exponens Ambroſius ſuper *Beati immaculati*, verſu, *Hæreditate exquiſivi teſtimonia tua in æternum*, AMBROSIUS. O (inquit) vere teſtator æternus, qui „ noſtris in cordibus leges affigit ſuas, & ſcri„ bit in ſenſibus, ut nihil aliud cogitare, niſi „ divina præcepta poſſimus: nihil aliud ſenti„ re, niſi Dei oracula debeamus! „ Hæc ille.

2. Cor. 3. 2. 3. &c. — * Supple teſtimonio. — * Hieronymus To. 11. pag. 955. — Rom. 2. 15. — Hebr. 10. 16. — Ambroſius To. 1. pag. 1156. num. 42.

CAPUT XIX.

Quod authoritate Eccleſiæ Symbolicæ * ſunt omnia dubia definienda.

* De qua profitemur in Symbolo, Credo in Sanctam Eccleſiam.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Eccleſia Catholica fidem habet firmam, errareque non poteſt.*
2. *Si in Eccleſia Dei dubium oriatur, Sancti Patres nihil definire poſſunt, niſi Scripturæ authoritate, vel Sancti Spiritus ſpeciali revelatione, dicebat Wicleffus.*
3. *Rejicitur hujuſmodi poſitio quam viriliter.*
4. *Quod antiqua hæreticorum verſutia hæc fuit, videlicet, fingere Spiritus ſancti revelationes.*
5. *Quæ ſit ea univerſalis Eccleſia quæ in materia fidei definire poſſit, nulloque modo deficere, inquirit.*
6. *In dubiis fidei inquirere debemus quid ſenſerunt Apoſtoli, quid eorum ſucceſſores, & deinceps viri probati uſque ad hæc noſtra tempora nobis reliquerunt.*
7. *In dubiis fidei cur Eccleſia laicos non conſulat, tametſi eorum teſtimonium non excludat, ſed includat.*
8. *In cauſa fidei, quis verus judex.*

1. HÆc eſt Eccleſia Symbolica, Eccleſia Chriſti, inquam, Catholica & Apoſtolica, mater credentium populorum, quæ fidem habet indefectibilem, ſecundum promiſſum Chriſti ad Petrum, qui tunc figuram geſſit Eccleſiæ (*d*), *Ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua*. Non eſt ergo *ſpecialis Eccleſia*, non *Africana*, ut Donatus dixit *; nec utique particularis illa *Romana*: ſed *univerſalis Eccleſia*, non quidem in generali Synodo congregata (*e*), quam aliquotiens erraſſe percepimus, velut illa Ariminenſis (*f*) congregata ſub Tauro Præfecto, & illa Conſtantinopolitana (*g*) ſub Juſtiniano minore, tempore Sergii Papæ, ſecundum Bedam; & quædam (*h*) aliæ: ſed eſt Eccleſia Chriſti Catholica per totum mundum diſperſa, a baptiſmo Chriſti per Apoſtolos & cæteros ſucceſſores eorum ad hæc tempora devoluta: quæ utique veram fidem continet, & teſtimonium Chriſti fidele, ſapientiam præſtans parvulis, inter extremos errores ſtabilem retinens veritatem, ſicut dicit ſuper *Joan.* Tract. XXXVII. AUGUSTINUS. Nos, ideſt, catholica fi„ des veniens de doctrina Apoſtolorum, plan„ tata in nobis, per ſeriem ſucceſſionis acce„ pta, ſana ad poſteros tranſmittenda, inter „ utroſque, ideſt, utrumque errorem, tenuit „ veritatem. In errore Sabellianorum unus eſt „ ſolus: ipſe eſt enim Pater qui Filius. In er„ rore Arianorum alius eſt Pater, alius Filius; „ ſed ipſe Filius non ſolum alius, ſed etiam „ aliud. „ Hæc ille.

d Luc. 22. 32. — * Vide ſupra cap. 17. num. 6. — e Concilia generalia aliquando erraverunt. — f — g * Sergii 1. — h — Pſal. 18. 8. — Auguſtinus To. 3. pag. 552. num. 6.

2. Dubios reddit hic & devios quoſdam ſtudioſos noſtri temporis noſter Wicleffus. Cum interrogatum eſſet apud quem, vel quos, remanet poteſtas definiendi in materia fidei, cui * definitioni ſtandum eſſet ſub pœna perfidiæ? determinat revelationem Sancti Spiritus in tali articulo expectandam. Unde inter *Epiſtolares ſermones*, ſerm. XIV. WICLEFFUS. Videtur (inquit) „ inferri, quod nulli Fratres, vel Prælati, quid„ quam debeant in materia fidei definire, niſi

Wicleffus.

Thom. Wald. Tom. I. Y „ ad

(*a*) Tangit hoc loco ſapientiſſimus Doctor egregium pro *Traditione* argumentum. Venit ſiquidem Chriſtus non ſcribere, ſed ore tradere ſcientiam ſalutis. Apoſtolis etiam non ſcribendi, ſed prædicandi Evangelii a Chriſto provincia demandata fuit. Idcirco in initio prædicationis Apoſtolicæ, ante ſcriptum Evangelium, per ſolam traditionem multiplicabantur & confirmabantur Fideles. Quas autem ſcripſerunt Epiſtolas, non profecto ſcripſiſſent Apoſtoli, ſi præſentes fuiſſent ii, ad quos ſcribebant, vel occaſio, quæ illos ad ſcribendum impulit, defuiſſet. Niſi enim Timotheus abſens a Paulo fuiſſet, non haberemus hujus ad illum duas Epiſtolas tam multiplici, ac neceſſaria doctrina, quæ alibi non legitur, refertas. Niſi Theſſalonicenſes falſa perſuaſione inſtantis diei Domini, ideſt, poſtremi ad judicium adventus, fuiſſent turbati, nihil de diſceſſione, & homine peccati, ante diem Domini venturis, ab Apoſtolo ſcriptis mandatum eſſet.

(*b*) Per hoc *teſtimonium in cordibus* non intelligas *ſpiritum privatum*, ſed doctrinam & *traditionem* communi conſenſione firmatam; ut paulo infra explicat *Waldenſis*.

(*c*) Traditionis teſtimonium exquirendum dicit ad cognoſcendum an recte a Fideli proferatur Scriptura, an impie ab hæreticis extorqueatur.

(*d*) Sic conformiter de Eccleſia univerſali interpretantur hunc textum Leo IX. ad *Michaelem* Conſtantinopolitanum Epiſcopum; S. Thomas ſecunda ſecundæ. q. XI. art. VI. dicens, *Univerſalis Eccleſiæ fidem non poſſe deficere, Domino dicente Luc. 22. Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua*. S. Bonaventura in cap. 22. S. Lucæ.

(*e*) Synodus Generalis repræſentat quidem Catholicam Eccleſiam; ſed non eſt proprie Eccleſia Catholica. Vide cap. 26. num. 1.

(*f*) Congregata Arimini Flaminiæ, ſeu Romandiolæ in Italia urbe anno 358. vel 359. cui interfuiſſe triginta ſuper trecentos Epiſcopos dicit Maximinus Arianus in Diſputatione cum ſancto Auguſtino habita. Contra vero ſexcentos & quinquaginta interfuiſſe Julianus Pelagianus apud S. Auguſtinum lib. 1. Operis imperfecti cap. 73. teſtatur. Erravit autem celeberrimus ille Conventus eo quod Sirmienſi Arianorum formulæ ſubſcripſerit.

(*g*) Synodus Conſtantinopolitana, dicta *Quiniſexta*, anno Chriſti 688. authoritate *Callinici* Conſtantinopolitani Epiſcopi congregata, cœlibatum in Clericis damnavit, & alias improbavit Romanæ Eccleſiæ veteres obſervantias.

(*h*) Puta, Epheſina ſecunda anno Dom. 449. quæ in Euthychetis partes prorupit: Synodus Conſtantinopolitana tempore Nicolai primi, anno circiter 862. quæ Ignatium exauctoravit, & Photianum ſchiſma invexit.

„ ad hoc habuerint Scripturæ authoritatem (*a*), „ vel revelationem a Spiritu Sancto ſpecialem. „ Nam quoad primum; cum omnis veritas ſecundum Auguſtinum, ſit in Scriptura, patet, quod ſi veritatem definiunt, includitur in Scriptura. Quod ſi procedunt rite, „ ignorantes utrum in Scriptura includatur, A „ debent Spiritum Sanctum conſulere. Et ſi in „ pœnam peccati non inficitur ipſorum definitivum Conſilium, patet quod oportet ipſum „ a Spiritu Sancto emanare – Et infra definiendo concludit – Patet (inquiens) quod in „ Scriptura Sacra eſt finaliter quieſcendum. Et „ quidquid dubii in operibus particularibus ſuperexcreverit, ſine lege ulteriori, in revelatione divina ſine Concilio eſt penſandum. „ Hæc ille.

3. Non vitupero viam datam, ſed latentem B
b damno proterviam, & aſtutiam verſipellem (*b*). Ecce temporibus Arianis ingenti ſtudio collegerunt fidem Patres *conſubſtantialitatis* in Chriſto; & ne Pater eſſet major Filio ſecundum Deitatem dixerunt. At contra Arius allegabat
Joan. 14. 28. Scripturam, *Pater* (inquit) *major me eſt*. Contra Trinitatem Perſonarum definivit Sabellius,
Joan. 10. 30. proferens illud Scripturæ, *Ego & Pater unum*
2. Cor. 5. 16. *ſumus*. Contra incarnationem Chriſti Fauſtus produxit illud Apoſtoli, *Jam non novimus ſecundum carnem Chriſtum*. Pepuziani (*c*) confir-
c maverunt hæreſim ſub authoritate Chriſti, re- C velati Quintillæ & Priſcillæ mulieribus ſub ſpecie fœminæ. Manichæus in ſubſidium ſuæ hæ-
Joan. 14. 16. reſeos promiſſionem Spiritus Paracliti factam a Chriſto, in ſe dixit eſſe completam. Monta-
d nus hæreticus (*d*) ſe ipſum Spiritum Paracli-
Omnes hæretici Scripturæ teſtimonium affectant.
tum prædicavit. NULLIS ADHUC HÆRETICIS DEFUIT Scripturarum authoritas (*e*): vix ullis non „ ficta revelatio Sancti Spiritus in ſuffragium
e „ ſui dogmatis venenati. Propter hoc enim hom. VII. in Ezechielem, ORIGENES. Cum
Origenes Apud Hieron. To. 5. pag. 950.
„ dogmatibus falſis volentes ſumere defenſio- D „ nem, dixerimus, ſcriptum eſt in Propheta, „ hoc teſtatur Moyſes, loquitur Apoſtolus, „ quid aliud facimus, quam accipientes panes „ veritatis, proponimus eos ſimulachris, quæ „ ipſi finximus? Marcion fecit idolum, & propoſuit ei panes Scripturarum. Valentinus, „ Baſilides, omneſque hæretici fecerunt ſimiliter (*f*) „ Hæc ille. Et VII. *ſuper Gen. ad lit.* cap. IX. AUGUSTINUS. Neque enim non omnes
Auguſtinus To. 3. pag. 215. num. 25.
„ hæretici Scripturas catholicas legunt. Nec „ ob aliud ſunt hæretici, niſi quod eas non E „ recte intelligentes, ſuas falſas opiniones contra earum veritatem pervicaciter aſſerunt. „ Hæc ille. Quid ergo? Amplectenda erit hæc eorum definitio, an improbanda? Improbanda. Quomodo; ſi & authoritate Scripturæ ſuffulta videtur, & divinæ revelationis auxilio? Vere in hoc ipſo tibi ſcutum formaſti, ſub quo ſatis errares impune, & hoc ipſum tu facis cum allegas Scripturas, & de ſenſu Spiritus Sancti, quaſi tibi revelatus eſſet deſuper, jactas inaniter. Quomodo ergo tibi definienti & erranti in materia fidei ſub prætenſa Scripturarum authoritate fidem vendicas, & priſtinis hæreticis fidem negas? Forſitan unum dicendo reſpondes, quia Scripturæ eorum ſunt extortæ, & revelationes*, illuſiones ſunt, & fictitiæ. Sed qualiter hoc probabis, aut quomodo vis fidelem inducere ut tibi credam potius ſic dicenti, quam alteri deneganti? Sic enim de te dicunt Catholici, authoritates ſcilicet quas inducis, extortas eſſe, & nulla ſpecialis revelationis certificatione ſuffultas. Cur & tu definis errorem circa fidem, & Prælatis denegas authoritatem definiendi pro fide? Sic enim venatur de credentia Manichæorum lib. *de utilitate credendi* verſus finem cap. XIV. AUGUSTINUS. Dicunt „ (inquit) pernicioſas nos habere doctrinas. „ Reſpondebis, mentiuntur. Quomodo ergo „ eis de Chriſto credam, quem non viderunt: „ de te non credam, quem nolunt videre? *Scriptis* (ait) *crede*. At Scriptura omnis, ſi nova & inaudita proferatur, vel commendetur „ a paucis, nulla confirmante ratione; non ei, „ ſed illis, qui proferunt eam, creditur. Quamobrem Scripturas ipſas ſi vos profertis tam „ pauci & incogniti, non libet credere. „ Hæc ille.

* *Lutherus Chriſtum loquentem, & ſe confirmantem audiviſſe jactabat* in lib. de abroganda Miſſa privata.

Auguſtinus *To. 8. pag. 66. num. 31.*

4. Multomagis ſi niſi unus Wicleviſta Scripturas proferat, vel revelationes loquitur ſibi ſoli, vel ſectæ ſuæ conceptas, credere non libebit. ANTIQUA EST HÆC HÆRETICORUM VERSUTIA fingere revelationes, vel inſtigationes Spiritus Sancti. Gregorius Nazianzenus ſic queritur in *Apologetico*, GREGORIUS NAZIANZENUS. Sicut ſcriptum eſt (inquit) effuſum eſt „ opprobrium ſuper Principes, fugatus eſt omnis timor ex animis*, & ubique obtinet impudentia: quæcumque voluerit ſcientiæ ſibi „ vendicat ſummam, & profunda ſpiritus intra ſe eſſe deputat. „ Hæc ille. Et ideo Hieronymus dicit, hunc textum Jeremiæ etiam directum hæreticis, *Audivi quæ dixerunt Prophetæ prophetantes in nomine meo mendacium atque dicentes, ſomnia ſomniavi*. Super quo in *Comment.* lib. IV. HIERONYMUS. Sunt autem multa genera prophetandi; quorum unum eſt ſomniorum, quale fuit in Daniele. Idcirco ad „ eos prophetalis ſermo dirigitur, qui credunt „ ſo-

Gregorius Nazianz. To. 1. *Orat. 1. pag. 18.*

* *Timorem a ſe fugatum teſtabatur citatus Lutherus, poſt ſibi revelatum Chriſtum.*

Jerem. 23. 25. Hieronymus *To. 4. pag. 1004.* *Dan. 7. 1.*

(*a*) Etiam Wicleffo antiquiores hæretici ad ſolas Scripturas provocabant; Traditiones vero aſpernabantur. Cum autem Scripturis premerentur, ſacros libros, vel eorum partes pro cauſæ ſuæ commodo rejiciebant. Id de *Valentinianis*, *Gnoſticis*, *Marcionitis*, aliiſque id genus peſtibus Sanctus Irenæus teſtatur lib. 3. *adverſus hæreſes*, cap. 2. Ab his eumdem hauſerant errorem *Ariani*, eumque prodit *Maximinus* Arianæ Sectæ Coriphæus apud S. Auguſtinum lib. 1. *contra Maximinum*. *Aeriani*, ut colligitur ex S. Epiphanio hæreſi 75. *Eunomiani* ex S. Baſilio lib. de Sp. S. cap. 27. & 29. *Pelagiani* ex S. Auguſtino lib. *de natura & gratia*, cap. 39. *Petrobuſiani* denique atque *Waldenſes*. Hos magiſtros ſequitur *Wicleffus*; & poſt ipſum adhuc ſequuntur *Sociniani*, *Lutherani*, *Calviniſtæ &c.* Immo antiquatam, atque proſcriptam talium magiſtrorum doctrinam nuper inſtaurare conati ſunt *Dallæus* atque *Rivetus*.

(*b*) Hæc Wicleffi eſt Verſipellis aſtutia, quod veritatem revelationis in Patrum traditione exquirendam diſſimulet.

(*c*) *Pepuziani* dicebantur *Montaniſtæ* hæretici, a Vico *Pepuzæ*, ubi frequentiores conventus agebant, ac ſua celebrabant myſteria. Vocabantur & *Artotyritæ*, quod in myſteriis ſuis panem & caſeum offerrent, ex S. Epiphanio hæreſi 49. Prodierunt ſecundo Eccleſiæ ſæculo, Antonini pii temporibus.

(*d*) Montanus in Myſia Phrigiæ natus, quæ dicitur *Ardaban*, Spiritu Sancto & Prophetiæ dono inſignitus videri voluit. Duabus fœminis inſaniam ſuam infudit, eaſque Propheriſſas haberi voluit, quæ inepte garrientes falſa proferebant oracula; ſcribebantque libros quos Propheticis adæquabat *Montanus*. Ejus Secta ſub *Antonino Pio* exorta, ſub *M. Aurelio* adolevit. Ejus Sectarii *Cataphrygæ* vulgo nuncupati ſunt. *Montanum* ceu Paracletam venerabantur. Secundas nuptias damnabant: Matrimonia leviter ſolvebant. Nova jejunia indicebant, veluti ad ſalutem neceſſaria, tres ſcilicet Quadrageſimas, cum Eccleſia unam ex Apoſtolica traditione ſemper ſervaverit. Veniam omnibus pene delictis ab Eccleſia concedi poſſe negabant. Epiſcopis tertium dumtaxat locum in ſuis conventibus aſſignabant. Mortuos baptizabant. Nuſquam in perſecutione fugiendum eſſe aſſerebant. Animam eſſe corpoream quædam ex Montani Prophetiſſis aſſeruit, id ſibi cœlitus demonſtratum conteſtata; cui revelationi Tertullianus fidem adhibuit, ut liquet ex libro ipſius *de anima* cap. 9. Ex infantis anniculi ſanguine, quem minutis punctionum vulneribus de toto ejus corpore extorquebant, cum farina mixto, Euchariſtiam conficiebant, offerebantque. Hæc ex Auguſtino, Epiphanio, Tertulliano, Theodoreto, Apollonio, Hieronymo.

(*e*) Etiam Diabolus Scripturas protulit, ut Chriſtum tentaret; quod jam ſupra dixit *Doctrina* prima, num. 1. Waldenſis.

(*f*) Lutherus conſtanter Scripturam affectans illud contra Cœlibatum urget teſtimonium Gen. 1. 28. *Creſcite & multiplicamini*, in Serm. de Matrimonio. Calvinus ſæpe indignatur, quod aliter quam per Scripturas in ipſum quis invehatur.

Id in recentiorum Sectarum fanaticis, tremulariis, ac convulſioniſtis cernimus.

Somniatores in Eccleſia.

* *M.* jactant.

Jerem. 24. 14.

„ ſomniis, & omnia quæ cernunt, putant eſſe „ divinam revelationem *, quæ proprie ſanctis „ & ſervis Dei aperitur. -- Et infra -- Suntque „ hodie in Eccleſia ſomniatores, & maxime in „ noſtro grege, qui errores ſuos Domini faciunt * prophetiam, & crebro ingerunt, *ſomnia ſomniavi:* quos corripuit Dominus dicens: Uſquequo iſtud eſt in corde Prophetarum vaticinantium mendacium & prophetantium ſeductionem cordis ſui? „ Hæc Hieronymus. Sed an veram revelationem habueris, quomodo ego hoc ſciam, ut credam? Aut omnibus facienda eſt revelatio, ut credant; aut omnes dubii remanebunt in fide. *Non* (inquit) *Sed eis credere debent, quibus revelatum eſt.* Ergo definita veritas, antequam habeatur pro definita, plus exigit, ſcilicet, ultra authoritatem Scripturæ, & Spiritus Sancti revelationem, fidem in dictis aſſumentis, quod non extorqueat; & induſtriam, quod per illuſionem non ſeducatur, aut non fingat: & hoc ipſum eſt, quod ſponſus ille Eccleſiæ ſponſæ reliquit in dotem, dicens, *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus.* Non dixit, *Tecum ſum*, ſcilicet cum aliqua ſingulari perſona (*a*), ſed *vobiſcum ſum* cum tota Eccleſia Catholica & Apoſtolica, quæ ſeduci non poteſt, nec ſeducere; & habet fidele teſtimonium de Chriſto (*b*), & novit omnia myſteria ſponſi ſui. Et nonne hoc certius teſtimonium, quod univerſalis ſpondet Eccleſia, quam quod unus aliquis forte mendax? Dicit enim ſuper *Pſal.* LVIII. verſu, *Alienati ſunt peccatores a vulva*, AUGUSTINUS. Nos loquimur vera, „ quia audivimus vera: quod Dominus dicit, „ non quod homo dicit. Poteſt fieri ut homo „ mentiatur: non poteſt fieri ut veritas mentiatur. Ex veritatis ore agnoſco Chriſtum „ ipſam veritatem. Ex veritatis ore agnoſco „ Eccleſiam participem veritatis. Nemo mihi „ falſa loquatur, qui erravit ab utero in viſceribus Eccleſiæ. „ Hæc Auguſtinus. Ecce in addiſcendo veram fidem agnoſcit Auguſtinus Chriſtum veritatem, & Eccleſiam veritatis participem; quaſi diceret: IN CASU FIDEI HOS INTERROGO VERITATEM, CHRISTUM ET ECCLESIAM: CHRISTUM DICTANTEM, ET ECCLESIAM ATTESTANTEM, ET VERITATIS PARTICIPEM. Sed audi, mi Wicleff, audi caſum fidei temporibus Apoſtolorum exortum, de obſervantiis Judæorum, Gentibus imponendis. Et quid tunc concordi ſententia protulerunt Apoſtoli? *Viſum eſt* (inquiunt) *Spiritui Sancto & nobis, nihil aliud imponere vobis oneris, quam hæc neceſſaria: ut abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum.* Act. XV. Jam attende: non dixerunt, *viſum eſt Spiritui Sancto, & Scripturæ;* ſed *Spiritui Sancto & nobis*, qui hic repræſentamus Eccleſiam; & non tamen *nobis* ſine Spiritu Sancto, ſed Spiritui Sancto in ſe, & Spiritui Sancto in nobis, in Eccleſia: qui in dubiis fidei nunquam deeſt Eccleſiæ, promittente illi Chriſto, *Spiritus Sanctus docebit vos omnem veritatem;* Et ideo quod eſt illi viſum, hoc etiam nobis, ipſo inſtigante, eſt viſum; qualiter dicit Lucas Evangeliſta viſum eſſe ſibi.

Matth. 28. 20. — *Pſal.* 57. 4. — Auguſtinus *To.* 4. *pag.* 545. *num.* 6. — *Act.* 15. 28. — *Joan.* 16. 13.

Quod exponens cap. I. ſuper Lucam, dicit BEDA. Quod autem viſum etiam ſibi ſcribere di„ cit, non quaſi a ſe ſibi viſum, ſed Spiritu „ Sancto inſtigante, ſibi quoque viſum ſigni„ ficat: juxta quod in Epiſtola ſua dicunt Apo„ ſtoli, *viſum eſt enim Spiritui Sancto & nobis.* „ Cujus nimirum gratia geritur, ut id quod „ bonum eſt, nobis etiam bonum videatur. „ Hæc ille.

Beda *To.* 5. *pag.* 218. — *Act.* 15. 28.

5. Sed hic intente quæritur a quibuſdam: quæ eſt illa Eccleſia, quam docemus in materia fidei definire? Numquid Clerus aut Prælati Eccleſiæ, vel ipſorum Eccleſiæ in congregatis Conciliis? Sed hos omnes frequenter erraſſe cognoſcimus *. Quæ eſt ergo Eccleſia, quæ non poteſt deficere? Quod ſi ſit hæc univerſalis Eccleſia, quis ipſam totam ſimul adire poteſt, ut interroget quam a baptiſmo Chriſti uſque ad hæc tempora noſtra duraſſe prædiximus *, & per totam terram ad omnes gentes eſſe diffuſam? Ad hoc dubium iterum videamus praxim Apoſtolorum in determinando ſuum articulum. Scriptura enim dicit, quoniam *cum magna conquiſitio fieret, ſurgens Petrus, dixit: vos ſcitis quia ab antiquis diebus.* Poſt eum Jacobus ſimiliter: *Simon* (inquit) *narravit quemadmodum Deus primum viſitavit ſumere ex gentibus populum nomini ſuo, & huic concordant verba Prophetarum &c.* Et ſuper his definierunt ſententiam. Uterque Apoſtolus recenſuit Prophetarum oracula, & antiquitatis hiſtorias, quæ valebant ad dubii ſolutionem; & qualiter videbant illos ſenſiſſe ab olim, *ita* (inquiunt) *viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis*, ideſt Eccleſiæ.

* *Vide ſupra num.* 1. — * *Vide ſupra cap.* 17. *num.* 4. — *Act.* 15. 7. — *Act.* 15. 28.

6. Ita nempe in dubiis fidei debemus inquirere quid ſenſerunt Apoſtoli, quid ſucceſſores Apoſtolorum, & deinceps viri probati, & uſque ad hæc noſtra tempora Catholici Doctores, reliquerunt in ſcripturis; & ſecundum quod ipſorum verba concordant, ſic elicere veritatem. Prophetæ Patres Eccleſiæ: horum ſententias exquiſierunt Apoſtoli. Apoſtoli etiam Patres Eccleſiæ: ſic enim dicimur *ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum.* Qualiter ergo Apoſtoli conſuluerunt Prophetas, ita juſtum eſt, ut conſulamus Apoſtolos, & deinceps Apoſtolorum hæredes & temporum ſucceſſores. Sic procul dubio refert Auguſtinus ſatisfactum eſſe inquiſitioni & ſtudiis ſuis de fide Catholica, cum jam fluctuaret Manichæorum hæreſi delinitus lib. *de utilitate credendi* poſt medium, ideſt, in fine ſeptimi Capitis, & in principio Octavi, ſic alloquens *Honoratum* in caſu ſimili æſtuantem, AUGUSTINUS. „ Perfectæ felicitatis eſt (inquit) ſi potuerit „ ibi verum inveniri, ubi & inquiſitio ejus & „ retentio ſecuriſſima eſt. Si non potuerit, tunc „ demum alio quocumque periculo adeundum „ atque rimandum. His ergo conſtitutis, quæ, „ ut opinor, ita juſta ſunt, ut obtinere apud „ te iſtam cauſam quovis adverſario debeam, „ edam tibi ut poſſum, cujuſmodi via uſus fuerim, cum eo animo quærerem veram religionem, quo nunc expoſui eſſe quærendam. „ Ubi refert percunctabundum & hæſitantem animum

Patres Eccleſiæ ſunt Prophetæ & Apoſtoli. — *Epheſ.* 2. 19. — Auguſtinus *To.* 8. *pag.* 57. *num.* 19.

(*a*) Per *ſingularem perſonam* quemlibet hæreticorum præſertim intelligit, qui, ut ſupra dixit, revelationes, apparitiones, & quandoque etiam miracula apud ignarum vulgus venditare ſolent, ad Sectæ ſuæ emolumentum.

(*b*) His non aquieſcit cum ſuis Heterodoxis *Rivetus* Tract. *de Patrum authoritate*, cap. 6. dicens, quod Patres Eccleſiæ teſtimonium *humanum* præbent, quod nimis exile eſt ad faciendam fidem indubitatam in rebus Fidei. Sed nos non attendimus teſtimonium Patrum, ut *Patrum* eſt, ſed ut eſt teſtimonium *Eccleſiæ* conſentientis; nec rurſus teſtimonium Patrum, ſed Fidem de qua teſtimonium perhibent. Ea enim veluti certiſſimo argumento proditur per *diuturnam*, *univerſalem*, ac *apertam* teſtificationem Eccleſiaſticorum Paſtorum, atque Doctorum. Porro ſicuti Regia Diplomata Regiam authoritatem non habent, ut ab ipſius Miniſtris conſcripta ſunt, ſed ut Regio Sigillo ſunt obſignata, & Mandata Regis continent; ita Patrum teſtimonia in ejuſdem Dogmatis aſſertionem diverſis locis atque temporibus conſentientiam, illudque proponentium ut Dogma fidei, teſtimonii humani limites & vires excedunt, non per ſe ſpectata, ſed ut Eccleſiæ veluti Sigillo munita, & authoritate recepta, ejuſque doctrinam ab Apoſtolis traditam continentia, & exprimentia.

mum ſuum de vero inveniendo ; & quomodo jam conſtitutus in Italia, nec putans ſe poſſe invenire veritatem, in *Academicorum* ferebatur ſuffragium. Rurſus putans oppoſitum, ad authoritatem Scripturarum volavit, ubi inexplicabilis ſibi occurrit ſylva, & pigebat ipſam totam videre : & tandem audiſſe dicit Ambroſium. Et ibi finaliter : „ Hoc ergo modo, & „ ſimili, animæ tuæ cura tibi ſit. Diu quoque „ te affectum vides, & ſi jam ſatis jactatus tibi „ videris, finemque hujuſmodi laboribus vis „ imponere, ſequere viam Catholicæ doctrinæ, „ quæ ab ipſo Chriſto per Apoſtolos ad nos „ uſque manavit, & ab hinc uſque ad poſteros „ manatura eſt. „ Hæc Auguſtinus. Ecce quomodo Auguſtinus devenit ad definitam veritatem in materia fidei per *inquiſitionem*, ut dicit, & *retentionem*, quam nos vocamus *definitionem ſecuriſſimam*, per viam ſcilicet Catholicæ diſciplinæ, quæ a temporibus Chriſti per Apoſtolos ad nos uſque manavit. Et probat hanc eſſe optimam viam per rationes : primo, quia tutius eſt ingredi veritatem via qua alii ante eum intrabant : per Apoſtolos autem ad Chriſti fidem eorum ſucceſſores intrarunt ; & per eos alii, & ſic ſucceſſive uſque ad hæc tempora noſtra. Unde ibidem bene poſt ſubdit AUGUSTINUS. Quid iſtis, quorum de genere te eſſe jam „ credo, qui facillime divina ſecreta ratione „ certa capere poſſunt? Si hac via veniunt, qua „ illi qui primitus credunt, numquid tandem „ oberit? Non arbitror. -- Hæc eſt providentia „ veræ religionis : hoc juſſum divinitus : hoc „ a beatis Majoribus traditum : hoc ad nos uſque „ ſervatum. Hoc velle perturbare atque „ pervertere, nihil aliud eſt quam ad veram „ religionem, ſacrilegam viam quærere : quod „ qui faciunt nec ſi eis concedatur quod volunt, „ poſſunt quo intendunt pervenire. Cujuſmodi „ enim libet excellant ingenio, niſi „ Deus adſit, humo repunt. Tunc autem adeſt, „ ſi ſocietatis humanæ tendentibus in Deum „ cura ſit. Quo gradu nihil firmius reperiri poteſt. „ Ego autem huic rationi non poſſum reſiſtere. „ Hæc Auguſtinus. Caveat ergo ſibi „ Wicleffus qui de humana ſocietate, & cœtu virorum Eccleſiaſticorum non meminit, ut habeant locum in inquiſitione fidei, ſed ſolam Scripturam aſſumit, & revelationem Spiritus Sancti. Dum tamen SCRIPTA AUTHORITAS NON CERTIFICAT ſine concordi intellectu Eccleſiæ ; nec revelatio ſine teſte. Omnis alia via quam per ſucceſſores Apoſtolicos, qua omnes ante nos credentes intrabant, eſt *ſacrilega*, ut dicit *. Secunda ratio ejus eſt, quia ſapientius eſt facere in judicio multorum ſapientum quam ſui ipſius ; ſed qui Scripturas Sacras interrogat non habendo reſpectum ad intelligentias Patrum ſuorum, in judicio ſuo cuncta definit. Unde dicit poſt in eodem libro AUGUSTINUS. Quis „ mediocriter intelligens non plane viderit, „ ſtultis utilius atque ſalubrius eſſe præceptis „ obtemperare ſapientium, quam ſuo judicio „ vitam degere? Nam omne factum, quod non „ eſt recte factum, peccatum eſt : nec recte „ factum eſſe ullo modo poteſt, quod non a „ recta ratione proficiſcitur. -- Sequitur -- A „ recta ratione talia facta proficiſcuntur, nec „ (ut ita dicam) Dominus ſui facti ſtultus exiſtimandus „ eſt, cum eſt quaſi inſtrumentum, „ miniſteriumque ſapientis. Quare ſi omnibus „ hominibus non peccare, quam peccare melius „ eſt ; melius profecto ſtulti homines vi- „ verent, ſi ſervi poſſent eſſe ſapientum. „ Hæc Auguſtinus. Tertia ratio ejus eſt : certiſſimum eſſe proceſſum ad fidem de Chriſto per conſenſionem populorum, & gentium opinionem firmiſſimam, & famam celeberrimam. Unde in fine libri dicit AUGUSTINUS. Nullis me „ video crediſſe niſi populorum & gentium „ confirmatæ opinioni ac famæ admodum celeberrimæ ; „ hos autem populos Eccleſiæ catholicæ „ myſteria uſquequaque occupaſſe. Cur „ non igitur apud eos potiſſimum diligentiſſime „ requiram quæ Chriſtus præceperit, quorum „ authoritate commotus, Chriſtum aliquid „ utile præcepiſſe jam credidi ? „ Hæc Auguſtinus. His ergo tribus rationibus retentis, authoritas totius Sanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ erit rimanda in definitione fidei ejus, ſcilicet, quæ duravit in Patribus a tempore Legiſlatoris Chriſti & Apoſtolorum ejus, uſque pene ad tempora noſtra. Maxime autem per Sanctos Antiſtites, qui ſacram fidem corde arctius tenuerunt, & per quos hanc populi crediderunt ; & qui ſinceris terminis in ſcriptis libris detulerunt ad poſteros. Ideo quaſi Wicleffum noſtrum alloqueretur Sanctus Auguſtinus, damnans arrogantiam ejus, quod ſibi vellet omnes gentes credere in allegatione Scripturæ, ſicut & Sanctis Epiſcopis & Prælatis Eccleſiæ ſincere quærentibus veritatem ; concludens ait Manichæo, AUGUSTINUS. Cohibe tandem „ (inquit) pertinaciam, & neſcio quam „ indomitam propagandi nominis arrogantiam *, „ & mone potius, ut hujus multitudinis * Primates „ quæram diligentiſſime & laborioſiſſime, „ ut ab his potius ex jis literis aliquid „ addiſcam ; qui ſi non eſſent, diſcendum omnino „ eſſe neſcirem. Tu vero in latebras tuas „ redi, nec quidquam inſidiare ſub nomine veritatis, „ quam conaris eis adimere, quibus „ authoritatem ipſe concedis. „ Hæc Auguſtinus.

Auguſtinus *ibidem*.

Tutius eſt ad veritatem tendenti, aliorum viam tenere.

Auguſtinus *Ibid. cap. 10. pag. 60. num. 24.*

Quæ ſit vera authoritas & vera revelatio in Eccleſia.

* *Auguſtinus*.

Sapientius eſt multorum ſapientum ſequi ſententiam, quam propriam.

Auguſtinus *Ibid. cap. 12. pag. 63. num. 27.*

Certiſſimum ſunt iter ad fidem conſenſus populorum, gentium opinio firmiſſima, & famæ celebritas.

Auguſtinus *Ibid. cap. 14. pag. 65. num. 31.*

Auguſtinus *Ibid. pag. 66.*

* *M. libidinem.*

* *Supple chriſtianæ.*

7. Certus ſum tamen, quod fides Eccleſiæ ſymbolicæ teſtimonium laicorum fidelium non excludit ; immo includit (*a*) : ſed quia fidem illam, quam corde firmiſſime conceperunt, non ſciverunt ſub congruis terminis, liberis ab omni intricatione hæretica, ſucceſſorum ſuorum propinare memoriis ; idcirco ad fontem Sanctorum Chriſti Antiſtitum & Doctorum conſuluit nos Auguſtinus recurrere, ubi hauſtus magnæ intelligentiæ poteſt haberi profundior, & potus ſincerior ; & inde potare aquas fidei, unde fons veritatis primo manavit in rivulos ; immo ſine quibus rivuli populorum fidelium ſicci remanerent a fide, *ut ab jis* (inquit) *de jis literis aliquid diſcam, qui ſi non eſſent, diſcendum omnino eſſe neſcirem*. Et non dubium : NIMIS EST DURUS HÆRETICUS, qui fidei huic tantæ ac talis Eccleſiæ non inclinat ſe. Poſſet forſan alicujus unius ſapientis fidelis eſſe ſuſpicio, poſſet unius Epiſcopi, & apud pertinacem aliquem, etiam alicujus Cleri, ſive Univerſitatis, ſive Synodi Epiſcopalis, ſive etiam Decreti

(*a*) Mirum cuique videri poteſt, quod tam æqua, tam rationi conſona propoſitio, Melchiori Cano clariſſimo, & Reverendiſſimo Canarienſi Antiſtiti videatur erronea in lib. ſuo ſecundo cap. 7. *de Locis*. Sed quid erroris? Scimus quia duplex a laicis poteſt exhiberi in fide teſtimonium : unum *authoritate* qua comprobent ; alterum *conſenſione*, qua firment. Jam vero, quænam erroris ſuſpicio in hoc quod *Thomas Waldenſis* teſtimonium *conſenſionis*, *confeſſionis*, & *commendationis* in laicis agnoſcat? Nonne agnovit S. Petrus, qui Act. 1. teſtes paſſionis Dominicæ omnes allegavit quotquot eum in die Pentecoſtes audiebant ; & pro laicis interpretatus eſt Joelem Prophetam dicentem : *effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filii veſtri & filiæ veſtræ?* Nonne item Paulus ad Gal. 2. in robur & teſtimonium fidei ſuæ omnes qui ſecum erant credentes adducit in teſtes? *Vide Notas ſuſiores*.

ti communis in Romana Eccleſia; immo forſan & generalis Concilii Patrum orbis: quia nulla harum eſt Eccleſia Catholica Symbolica *, nec vindicat ſibi fidem dari ſub pœna perfidiæ. Sed qui ſanctionibus Sanctorum Patrum Eccleſiæ catholicæ & Apoſtolicæ, ideſt, per totum mundum expanſæ, & a Sanctis Apoſtolis conſtitutæ, & per ſucceſſiones Patrum uſque ad noſtra tempora claruerunt, non ſtatim obedit, ipſe filius proterviæ ſine omni ſcrupulo damnatur a ſingulis. Hac ergo firmiſſima praxi, hac forma vincendi tutiſſima uſus eſt Auguſtinus *contra Julianum* Pelagianum hæreticum, querentem, quod ad examen Epiſcoporum venire non poſſet, libro II. contra eumdem in fine, ubi cum numeraſſet Innocentium Papam, & Hieronymum Presbyterum, AUGUSTINUS. De „ reliquis (inquit) ſane non habes omnino „ quid dicas. Numquid Irenæus, Cyprianus, „ Reticius, Olympius, Hilarius, Gregorius, Baſilius, Ambroſius, & Joannes de plebeja fœce ſellurariorum, ſicut Tulliane jocaris, in „ veſtram invidiam concitati ſunt? Numquid „ milites? Numquid ſcholaſtici auditoriales? „ Numquid nautæ, Cetarii, coqui, lanii? Numquid adoleſcentes ex monachis diſſoluti? „ Numquid poſtremo de qualicumque clericorum turba iſti ſunt, quos urbana exagitas dicacitate, vel potius vanitate contemnis: quia „ non poſſunt, ſecundum cathegorias Ariſtotelis, de dogmatibus judicare? Quaſi tu, qui „ maxime quereris examen vobis & Epiſcopale judicium denegari, Peripateticorum poſſis invenire conſilium, niſi de ſubjecto, & „ jis quæ ſunt in ſubjecto, contra originale „ peccatum dialectica ſententia proferatur. Iſti „ ſunt Epiſcopi graves, docti, ſancti, veritatis acerrimi defenſores adverſus garrulas vanitates. In quorum ratione, eruditione, libertate, quæ tria bono judici tribuiſti, non „ potes invenire quem ſpernas. Si Epiſcopalis „ Synodus ex toto orbe congregaretur, mirum „ ſi tales poſſent illic facile tot ſe dare *. „ Quia nec iſti uno tempore fuerunt: ſed fideles, & multis excellentiores, paucos diſpenſatores ſuos Deus per diverſas ætates temporum locorumque diſtantias, ſicut ei placet „ atque expedire judicat, ipſe diſpenſat. Hos „ itaque de aliis atque aliis temporibus atque „ regionibus, ab Oriente & Occidente CONGREGATOS VIDEO, NON IN LOCUM quo navigare coguntur homines, ſed in librum, „ qui navigare poſſit ad homines. Quanto tibi eſſent iſti judices optabiliores, ſi teneres „ catholicam fidem, tanto tibi ſunt terribiliores, quia oppugnas catholicam fidem, quam „ in lacte ſuxerunt, quam in cibo ſumpſerunt; „ cujus lac & cibum parvis magniſque miniſtraverunt; quam contra inimicos etiam vos „ tunc nondum natos, unde nunc revelamini, „ apertiſſime & fortiſſime defenderunt. Talibus poſt Apoſtolos Sancta Eccleſia plantatoribus, rigatoribus, ædificatoribus, paſtoribus, „ nutritoribus, crevit. Ideo prophanas voces „ veſtræ novitatis expavit. -- Sequitur -- Et „ tamquam caput colubri calcavit, obtrivit, „ abjecit. His ergo eloquiis, & tanta authoritate Sanctorum, profecto aut ſanaberis, „ Dei miſericordia donante, (quod quantum „ optem, videt qui id faciat) aut ſi, quod abominor, in eadem, quæ tibi videtur ſapientia, & eſt magna ſtultitia, perduraveris; non „ tu judices quæſiturus es, ubi cauſam tuam „ purges; ſed ubi tot Sanctos Doctores atque memorabiles catholicæ veritatis accuſes Irenæum, Cyprianum, Reticium, Olympium, Hilarium, Gregorium, Baſilium, Ambroſium, Joannem, Innocentium, Hieronymum, cæteroſque ſocios & participes eorum, „ inſuper & univerſam Chriſti Eccleſiam, cui „ divinæ familiæ dominica cibaria fideliter miniſtrantes, ingenti in Domino gloria claruerunt. „ Hæc Auguſtinus.

* *Vide ſupra num. 1.*

Auguſtinus *To. 10. pag. 551. num. 37.*

Julianus queritur Epiſcopale ſibi examen & judicium denegari.

Quæ in judice ſpectanda.

* *M.* ſedere.

8. Ecce Eccleſiam Sanctorum Patrum ſucceſſive quaſi per totum tempus durationis ejus, a temporibus ſcilicet Apoſtolorum, quibus vicinus erat Irenæus, ut refert Auguſtinus hic, & Euſebius III. lib. Eccleſiaſticæ hiſt. uſque ad ſua tempora decurrentem: qui utique certiores judices eſſe debent in cauſa fidei, etiam quam Synodus Antiſtitum Generalis (*a*), eo quod tot ſapientes & juſtos Patres nec facile unus locus capit, ſed nec in uno tempore capiuntur ab orbe. Sed ad teſtificandum continue fidem Eccleſiæ, ſucceſſive Deus dedit eos in orbem: quos cum volumus, conſulere valemus in arduis; & ad unum librum (*b*) colligere, ut ſimul præſentes ſint in fidei teſtimonio, qui ſimul præſentes nunquam aderant uni loco. Nec movere quemquam debet, quod talem concordem profeſſionem Patrum præpoſui decreto generalis Concilii, etiamſi de toto orbe omnes * convenirent Epiſcopi, quemadmodum hic ſcripſerat Auguſtinus *. Quinimo in tractatibus fidei, huic, poſt Scripturas, tota Conciliorum inquiſitio ſe conformabit ut regulæ (*c*). Aut qualiter putas, niſi hoc modo poterant Sancti Patres in quatuor Sanctis Conciliis *, aut aliis ſequentibus, tot potentiſſimos hæreticos conviciſſe, ubi Scripturam contra Scripturas, rationem contra rationem, omni conatu hæretici contra Catholicos vibrabant inaniter *? Sola tandem antiqua Patrum fides in ſcriptis reperta, Scripturis dedit interpretationem juſtiſſimam, & litigioſas diſcernens rationes a veris, litibus dedit finem. Quemadmodum in ſexta Sancta Synodo (*d*) contra Macharium Antiochenum (*e*) feciſſe Eccleſiam legitur, juxta Bedam

* *Ed. V.* exiſtentes.

* *ſupra num. 7.*

* *Nicæno 1. Conſtantinopolitano, Epheſino Chalcedonenſi.*

* *Cod. Ferrarien.* immaniter.

(*a*) Altera ex hoc loco a doctiſſimo quodam viro, quem tacito nomine refutavit *Joannes Bapt. Rubeus* deprompta eſt contra Waldenſem accuſatio, quod ſcilicet authoritatem Eccleſiæ univerſalis, potiorem cenſeat authoritate Romanæ Eccleſiæ, & Conciliorum generalium. At ſi recolas quæ ſupra dixit Waldenſis cap. 17. num. 4. omnis ſtatim diluitur criminatio. Ibi dicit quod Eccleſia *Univerſalis, ſeu Catholica*, talis eſt univerſalitate *loci*, & univerſalitate *temporis*, utpote quæ ubique locorum eſt, & in omni tempore fuit, ac erit; atque ideo extenſionem ſuam habet a flumine uſque ad terminos orbis terrarum, & a die qua baptizatus eſt Chriſtus, uſque ad finem mundi. Igitur Eccleſia Chriſtiana ſic a Waldenſi deſcripta habet nedum doctrinam Sanctorum Patrum, qui ſucceſſive rexerunt Eccleſias, ſed etiam doctrinam ipſius Chriſti. Concilia vero, etiam Generalia, hanc doctrinam non habent, ſed in Scripturis ac in traditione Patrum eam exquirunt: non autem exquirerent, ſi haberent. Porro Concilia generalia repræſentant quidem Eccleſiam; ſed non ſunt Eccleſia *Symbolica* (quæ ſcilicet in *Symbolo* eſt objectum fidei). Sic item Eccleſia Romana eſt quidem inter alias certior magiſtra veritatis, ſed non eſt tota Eccleſia *Symbolica*, quæ nobis in Symbolo credenda proponitur. Nil ergo præſtantiſſimus Doctor derogavit Conciliis generalibus; nil Eccleſiæ Romanæ, de qua obſequentiſſime ſcribens, dicit, quod Primatum inter Apoſtolicas tenet, quia ab Apoſtolis & ab Apoſtolicis viris præcipue edocta; cui in cauſis fidei principaliter obtemperandum: & illud implendum quod dicit Gregorius cap. *Præcepiis: Quæ a Sancta Romana Eccleſia & Apoſtolica authoritate juſſa ſunt, ſalutiſere impleantur.*

(*b*) Ad unum librum omnes rediguntur veterum Patrum traditiones, propter unitatem doctrinæ ac fidei, quæ in eis continetur.

(*c*) Hanc revera eſſe regulam Conciliorum diſerte teſtatur Cardinalis Bellarminus *de Concilior. authorit.* cap. 12. dicens: „ Concilia non habent neque ſcribunt immediatas revelationes, aut „ verba Dei; ſed tantum declarant quodnam ſit verbum Dei TRADITUM, & quomodo intelligi debeat: & præterea ex eo per „ ratiocinationem deducunt Concluſiones. „

(*d*) Conſtantinopoli celebrata anno 680. Aghatonis Papæ tertio, imperante Conſtantino Pogonato.

(*e*) Antiochenum ſcilicet Patriarcham pervicaciſſimum Monothelitam.

Beda Lib. de ſex ætatibus mundi, To. 2. pag. 116.
** Pogonati,*

dam, lib. *de Temporibus* cap. de Conſtantino filio Conſtantini, BEDA. Agatho (inquiens) Papa
„ ex rogatu Conſtantini *, Heraclii, & Tibe-
„ rii Principum piiſſimorum, miſit in regiam
„ urbem legatos ſuos, in quibus erat Joannes
„ Romanæ Eccleſiæ tunc Diaconus, non lon-
„ ge poſt Epiſcopus (*a*), pro adunatione fa-
„ cienda Sanctarum Dei Eccleſiarum. Qui be-
„ nigniſſime ſuſcepti a Reverendiſſimo fidei Ca-
„ tholicæ defenſore Conſtantino, juſſi ſunt,
„ prætermiſſis diſputationibus philoſophicis,
„ pacifico colloquio de Fide vera perquirere,
„ datis eis de Bibliotheca Conſtantinopolitana
„ cunctis antiquorum Patrum, quos petebant,
„ libellis. Affuerunt autem & Epiſcopi centum
„ quinquaginta, Præſidente Georgio Patriarcha
„ regiæ urbis, & Antiochiæ Machario. Et
„ convicti ſunt qui unam voluntatem & ope-
„ rationem aſtruebant in Chriſto falſaſſe Pa-
„ trum dicta per plurima. Finito autem con-
„ flictu, Georgius correptus eſt: Macharius ve-
„ ro cum ſuis ſequacibus, ſimul & præceſſori-
„ bus Cyro, Sergio, Honorio *, Pyrrho, Pau-
„ lo, & Petro, anathematizatus eſt, & in lo-
„ cum ejus Theophanius Abbas de Sicilia
„ Antiochiæ Epiſcopus factus. Tantaque gra-
„ tia inter Legatos catholicæ pacis communi-
„ cata eſt, ut Joannes Portuenſis Epiſcopus,
„ qui erat unus ex ipſis, Dominica octavarum
„ Paſchæ Miſſas publicas in Eccleſia Sanctæ
„ Sophiæ coram Principe & Patriarcha latine
„ celebraret. Hæc eſt ſexta Synodus univerſalis
„ Conſtantinopoli celebrata *, & græco ſermone
„ conſcripta, temporibus Papæ Agathonis, exe-
„ quente, ac reſidente piiſſimo Principe Con-
„ ſtantino intra palatium ſuum, ſimulque Le-
„ gatis Apoſtolicæ Sedis, & Epiſcopis centum
„ quinquaginta reſidentibus. „ Hæc Beda. Videtis plane hoc Sacrum Concilium, non authoritate ſua, ſed authoritate Sanctorum Patrum, quorum libellos cum omni diligentia requirebant, in articulo fidei dediſſe ſententiam; ſimulque & hæreticos de eisdem libris falſarios eſſe convictos, & anathemate condemnatos.

** Honorius I. Papa vere in hac Synodo damnatus eſt; ſed ab hæreſi nihilominus vindicari poteſt, præſertim ex Apologia Joannis IV. ad Conſtantinum Imperatorem Heraclii filium. Vide Nat. Alex. Sæc. 7. Diſſert. 2.*
** Anno Chr. 680.*

CAPUT XX.

Quod authoritas Eccleſiæ Symbolicæ fundatur ab antiquo: & quod ſecundum ipſam taxatur numerus librorum Scripturæ Canonicæ.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Primum Eccleſiæ præconium hoc eſt, ut ſumat authoritatem ſuam a vetuſtate.*
2. *Quid huic veritati objici poſſit, oſtendit, & ſolvit.*
3. *Secundum Eccleſiæ præconium hoc eſt, ut ipſa ſola Sacrarum Scripturarum libros taxare poſſit, noſque de eorum authoritate certos reddere.*
4. *An Eccleſia nunc novum librum Canonicum adjicere poſſit: & quæ ſit ratio pro parte affirmativa.*
5. *Eccleſia nunc non poteſt augere numerum librorum Canonicorum, & cur.*
6. *Quod alia eſt authoritas Scripturæ, quæ ab Apoſtolis conſcripta fuit, ab ea quæ poſtea a Sanctis Doctoribus.*
7. *Qui credunt Canonem Scripturæ eſſe imperfectum, & adhuc augeri poſſe, cum Judæis Meſſiam expectant.*
8. *Quomodo intelligenda Divi Gregorii ſententia, quando quatuor illa Concilia Sacræ Scripturæ authoritati comparat.*

1. TEſtimonia itaque hujus Chriſti Eccleſiæ credibilia facta ſunt nimis, & dicta ejus A reputata, etiam a Sacræ Legis Scriptoribus, glorioſa: ex quibus unus, *Glorioſa* (inquit) *dicta ſunt de te Civitas Dei*. Sunt enim ejus dicta glorioſa vetuſtatis approbatione: a primævis enim fundamentis * hujus Eccleſiæ, in fidem & robur etiam geſtorum & promiſſorum Dei, ipſa Eccleſia Patrum vocabatur in teſtem *. Nam a primo loco Scripturæ Sanctæ, omnia pene verba ejus probant quid per divinam ſapientiam & factum eſt, & poſt ruinas multiplices reſtitutum genus humanum: & ad hoc probandum adducit Sapiens Sanctos Patres in teſtes ſeriatim, a primo homine, ſecundum ordinem Scriptura- B rum, uſque ad profectionem filiorum Iſrael per deſertum. Similiter quanta fuit gloria Dei in hominibus, Scripturæ nullæ pertranſeunt; & tamen Eccleſiaſticus ad hoc probandum citat Eccleſiam Sanctorum Patrum ab Abraham Patriarcha uſque ad ſucceſſores ejus in captivitate Babylonis: & non tantum dicta Scripturæ inſeruit, quæ fuerat ante eum; ſed dicta antiquorum Patrum quædam collegit, ſicut ipſe refert ibi in fine de ſe, *Qui renovavit* (inquit) *ſapientiam de corde ſuo*. Et docens hoc faciendum a viro ſapiente, *Sapientiam* (inquit) *omnium antiquorum exquirit ſapiens*, cap. XXXIX. Hoc ipſum C proſecutus eſt David Propheta, docens, filios Eccleſiæ imbuendos eſſe, & confirmandos in fide divinorum, per teſtimonia Patrum ſuorum. „ Aperiam (inquit) in parabolis os meum, lo- „ quar propoſitiones ab initio. Quanta audivi- „ mus, & cognovimus ea: & Patres noſtri nar- „ raverunt nobis &c. „ uſque ibi, *Filii qui naſcentur & exurgent, & narrabunt ea filiis ſuis*. Hoc etiam more Patrum ſuorum veteris teſtamenti uſi ſunt Apoſtoli in primordiis fidei. Unde Petrus ad confirmandum fidem reſurrectionis Chriſti, *omnes* (inquit) *Prophetæ a Samuele & deinceps, qui locuti ſunt, annuntiave-* D *runt* * *dies iſtos*, Act. III. Similiter Paulus ad eumdem finem in Synagogis Antiochiæ revocavit ad memoriam hiſtorias & teſtimonia Patrum ab incolatu Iſrael in Ægypto uſque ad David, Act. XIII. Conformiter etiam Dominus Jeſus *Lucæ ultimo* volens ſuadere diſcipulis fidem paſſionis & reſurrectionis ſuæ completæ duobus diſcipulis, incipiens a Moyſe & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipſo erant. Unde, ut dicit Auguſtinus, etſi crederent eum reſurrexiſſe, non tamen Chriſtum hoc facere crediſſent, niſi dicta Sanctorum Patrum vocaſſet in teſtes. Unde E in *Canonica Joannis*, Tract. II. AUGUSTINUS.
„ Audiſtis quia diſcipulorum duorum, quos in-
„ venit in via, tenebantur oculi, ne eum agno-
„ ſcerent; & invenit eos deſperantes de redem-
„ ptione, quæ erat in Chriſto, & exiſtimantes
„ jam illum paſſum & mortuum fuiſſe, ſicut
„ hominem, nec tamquam filium Dei putan-
„ tes ſemper vivere; & in carne ita mortuum
„ ut non reviviſceret, ſed tamquam unum ex
„ Prophetis; ſicut verba eorum paulo ante,
„ qui intenti eratis, audiſtis. Tunc aperuit il-
„ lis Scripturas, incipiens a Moyſe per omnes
„ Prophetas, oſtendens eis omnia, quæ paſſus
„ erat, prædicta fuiſſe: ne illi magis moveren-
„ tur

Pſal. 92. 5.
Eccleſia civitas glorioſa propter antiquitatem.
Pſal. 86. 3.
** Apoſtolis & Prophetis.*
** Vide cap. præced. n. 5.*
Eccli 17.
Eccli 50. 29.
Eccli 39. 1.
Pſal. 77. 2. &c.
Act. 3. 24.
** Cod. Ferrar. narraverunt.*
Act. 13. 34.
Luc. 24. 27.
Diſcipuli non crediſſent Chriſto ſine teſtimonio veterum.
Auguſtinus *To. 3. pag. 835. num. 1.*
Luc. 24. 16. &c.

(*a*) Epiſcopus Portuenſis, qui poſtea fuit Joannes V. Pontifex Romanus, Benedicti II. ſucceſſor anno 685.

„ tur ſi reſurrexiſſet Dominus, & magis ei non „ crederent, ſi de illo iſta ante dicta non eſ- „ ſent. Firmata * enim fides in eo eſt, quia „ omnia, quæ evenerunt in Chriſto, prædicta „ ſunt. „ Hæc ille.

* M. Firmitas enim fidei.

2. Ecce quod firmata fuit fides, quia prædicta ſunt a Patribus omnia, quæ contingebant A in Chriſto; niſi forſan obſtet aliquis idiota, quod hæc teſtimonia, accepta a Chriſto & Apoſtolis, erant teſtimonia Scripturarum, eo quod dicat Evangeliſta, *Interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de ipſo erant*, quod nulli dubium eſt credenti de ſingulis jam prædictis. Noverunt tamen Scripturarum periti, omnem Prophetam, vel Apoſtolum, alium dici ut præco legis eſt, alium ut teſtis eſt legis ſcriptæ. Unde Iſajas dicit, diſcrete ſeparans hoc ab illo, *liga teſtimonium, ſigna legem in diſcipulis meis*. Iſaj. VIII. Vel aliter non eſſet alius articulus de Eccleſia, quam de cæteris complectentibus totam fidem de Chriſto, eo quod credere Eccleſiam, eſt tantum credere Eccleſiam habere teſtimonium fidele de Chriſto & legibus ejus. B

Luc 24. 27.

Alius præco, alius teſtis eſt legis.

Iſai. 8. 16.

3. Et hoc eſt ſecundum dictum glorioſum de Eccleſia, quod ſcilicet ipſa ſola eſt, cujus teſtimonium eſt tantæ authoritatis, & præconii, ut ipſos libros divinarum Scripturarum taxare, & de eorum authoribus certificare poſſit fideles: nec fas erit tanto teſtimonio contraire. Unde XXXIII. *contra Fauſtum*, cap. VI. alloquens Manichæos, AUGUSTINUS. Infelices (inquit) inimici animæ veſtræ, quæ unquam C „ litteræ ullum habebunt pondus authoritatis, „ ſi Evangelicæ, ſi Apoſtolicæ non habebunt? „ De quo libro certum erit cujus ſit, ſi litteræ, „ quas Apoſtolorum dicit & tenet Eccleſia ab „ ipſis Apoſtolis propagata, & per omnes gen- „ tes tanta eminentia declarata, utrum Apo- „ ſtolorum ſint, incertum eſt? „ Hæc Auguſtinus. Incertum ergo eſſe non poteſt eos eſſe libros canonicos, & habere pondus authoritatis ſuæ, quibus Eccleſia declarata per omnes gentes, & ab Apoſtolis propagata, teſtimonium certum reddit. Et idem Auguſtinus XIII. *contra Fauſtum*, cap. IV. in fine, eos libros arguit D omni authoritate Canonica privatos eſſe, quibus ejuſdem Eccleſiæ non ſuffragatur authoritas. AUGUSTINUS. Si (inquit) alios quos dicat „ (Fauſtus ſupple) Apoſtolorum noſtrorum, co- „ dices protulerit, quomodo eis ipſe authori- „ tatem dabit, quam per Eccleſias Chriſti ab „ ipſis Apoſtolis conſtitutas non accepit, ut „ inde ad poſteros firmata commendatione tran- „ ſcurreret? -- Et infra -- Quid ergo reſpondetis, cui nam de Chriſto credideritis, quibus „ teſtes alienigenæ non placent? Noſtrorum „ porro librorum authoritas tot gentium con- E „ ſenſione per ſucceſſiones Apoſtolorum, Epi- „ ſcoporum, Conciliorumque roborata, vobis „ adverſa eſt: veſtrorum autem nulla eſt, quia „ & tam a paucis profertur; & ab eis, qui „ Chriſtum & Deum mendacem colunt. „

Eccleſia glorioſa in taxandis libris Canonicis.

Auguſtinus To. 8. pag. 466.

De libris quos Eccleſia teſtatur Canonicos, incertitudo eſſe nequit.

Auguſtinus To. 8. pag. 253.

pag. 254. cap. 5.

Hæc ille. Ergo ſine authoritate teſtificantis Eccleſiæ non poteſt liber aliquis eſſe authoritatis Canonicæ.

Sine authoritate teſtificantis Eccleſiæ non datur liber Canonicus.

4. Sed dubitant hic quidam periti, an univerſalis Eccleſia poſſet adhuc adjicere librum alium authoritati Canonicæ, per ſubauthoritatem generalis Concilii, aut Romanæ Eccleſiæ confirmantis, cum jam non ſit minoris poteſtatis, quam olim in primordiis ſuis fuit. Tunc autem authoritate ſua, inſerta ſunt authoritati Sacri Canonis Evangelia Matthæi primum, tandem Marci & Lucæ, & longe poſt Evangelium quod Joannes Aſianis deſcripſit (*a*). Et de eadem authoritate connexæ ſunt eis Epiſtolæ Pauli quatuordecim, & ſeptem Canonicæ. Tandem Actus Apoſtolorum ex operibus Lucæ, & Apocalypſis Joannis, quaſi clavis (*b*) Scripturæ. Cur etiam ea authoritate & æquivalentia poteſtatis Evangelium Thomæ (*c*) non poſſet apponi? Attentavit hoc dubium Wicleffus ſecunda parte *ſermonum*, *ſerm.* XXXII. reſpondens ad aliquod argumentum, WICLEFFUS. In „ iſta (inquit) argutia blaſphemæ ſimilitudines „ ſunt aſſumptæ, dum per locum a mendoſa „ ſimilitudine ſic arguitur: Authores fidei Scri- „ pturæ ſic paulatim addiderunt codices ad uti- „ litatem Eccleſiæ, & veritates prius abſcondi- „ tas explicarunt: ergo per idem licet Docto- „ ribus, Papis, & aliis regnicolis, leges ſupe- „ raddere ſine fine. „ Hæc Wicleffus.

a

b

c

Wicleffus.

5. Tollis, ut puto, rationem, tollit Eccleſia; ſed Eccleſia docet rationem quam tu non das; & dicit, Non poſſe jam augeri librorum numerum, quia lex Chriſti jam attigit ad perfectum (*d*). Ecce non minor eſt poteſtas hominis in naturalibus, cum creverit ad perfectum hominem, quam cum infans fuit, & cœpit creſcere. Tunc autem habebat quo creſceret per pollices atque pedes, uſque ad debitæ quantitatis aſcenſum. Cum autem factus eſt vir, non poteſt, ſicut Dominus dicit, adjicere ad ſtaturam cubitum unum, immo nec pollicem. Ita ergo lex Chriſti per totum decurſum veteris teſtamenti infans erat, dicente Apoſtolo, quod *nihil ad perfectum adduxit lex*: temporis vero plenitudo fuit tempus Chriſti & Apoſtolorum. Uſque tunc ergo quia fides habebat quo creſceret, potuit, per appoſitionem librorum, ſtaturam perfectæ proceritatis aquirere. Elapſo autem Apoſtolico tempore, non potuit creſcere amplius, niſi quis dicat eam hactenus imperfectam. Unde & Hieronymus in minori *Breviario*, exponens illud Pſalmi, *Dominus narrabit in Scripturis populorum & principum horum qui fuerunt in ea*, HIERONYMUS. „ Non dixit (inquit) *quæ ſunt in ea*, ſed *qui* „ *fuerunt in ea*. Et quomodo narrabit? Non „ verbo, ſed Scriptura. In cujus Scriptura? In „ *populorum*. Non ſufficit, ſed & *principum*, „ dicit, *Dominus narrabit*, Non qui ſunt in ea, „ ſed *qui fuerunt in ea*. Videte ergo quomodo „ Scriptura Sacramentis plena eſt. Et quorum „ *Principum?* Legimus Apoſtolum Paulum, „ legi-

Ratio, cur librorum Canonicorum numerus non poſſit augeri.

d

Matth. 6. 27.

Eccleſia erat infans in veteri teſtamento.

Hebr. 7. 19.

Plenitudo temporis in tempore Chriſti & Apoſtolorum.

Pſalm. 86. 6.

* Hieronymus To. 7. pag. 232. in Append.

(*a*) Evangelium Joannis longe poſt alios Evangeliſtas, quia in extrema jam ſenectute illud ſcripſit, ut teſtaretur Divinitatem Chriſti contra Cerinthum & Ebionem.

(*b*) Clavis, quæ numerum claudit Canonicorum librorum.

(*c*) Evangelium ſecundum Thomam Manichæi invexerunt, quod Eccleſia Catholica reprobavit, ut teſtatur Epiphanius relatus a Labbeo Concil. To. 7. pag. 1491.

(*d*) Doctiſſimo *Melchiori Cano* diſplicet hæc doctiſſimi Authoris noſtri ſententia; & ideo eum perſtringit lib. 2. cap. 7. de *locis*, quaſi de imminuta Eccleſiæ poteſtate merito ſit redarguendus. Sed pace clariſſimi viri & reverendiſſimi Præſulis dixerim, hæc nimis injuſta facili negotio cenſura repellitur. Mitto rationes quas ad evidentiam inducit *Waldenſis*, & quæro a ſapientiſſimo Antiſtite: num Concilia noſtra Generalia minoris ſunt poteſtatis, quam antiqua, quia ſanctiones quas illa condiderunt, iſta non condunt? Et Summus Pontifex quid habet minus authoritatis quam Petrus, & primævi Paſtores, quanquam Canones ab illis jam editos, iſte non faciat? Hæc utique inſidet in prædictis continua authoritas, ſed ea exerceri ob temporis circumſtantiam recte non valet. Similiter adhuc extat in Eccleſia poteſtas augendi libros Canonicos, ſed adulta jam ætas Eccleſiæ eam recte exerceri non patitur. Repugnat enim quod Eccleſia nunc jam perfecta, adhuc per adjectionem alicujus libri Canonici perficiatur: quemadmodum repugnat in homine, quod ab infantia uſque ad extremam ſenectam in ſtatura augeatur. Breviter, non eſt impotentia in Eccleſia præſenti, ſed eſt repugnantia in facto. Unde ſapienter initio Capitis ſequentis dicit Waldenſis: *Sufficiat univerſali Eccleſiæ pro præconio, poteſtatis ſuæ modernæ quod olim hoc fecerit*. Vide Notas ſuperiores.

„ legimus & Petrum; & legimus Paulum dicentem: *an experimentum ejus quæritis qui loquitur in me Chriſtus?* quia quod Paulus loquitur, Chriſtus loquitur. Dominus ergo noſter & Salvator narrat nobis & loquitur in Scripturis *principum* ſuorum. *Dominus narrabit in ſcripturis populorum*, in Scripturis Sanctis. Quæ Scriptura populis omnibus legitur, hoc eſt, ut omnes intelligant. Quod dicit, hoc eſt: ſicut ſcripſerunt Apoſtoli; ſic & ipſe Dominus in Evangelio ſuo locutus eſt, non ut pauci intelligerent, ſed ut omnes. Plato ſcribebat in ſcriptura, ſed non ſcripſit in *populis*, ſed paucis. Vix eum * intelligunt homines tres. Iſti vero, hoc eſt, principes Eccleſiæ, & principes Chriſti, ſcripſerunt non paucis, ſed univerſo populo. *Et principum*, hoc eſt, Apoſtolorum & Evangeliſtarum, *horum qui fuerunt in ea*. *Qui fuerunt*, non *qui ſunt* in ea, ut, exceptis Apoſtolis, quodcumque aliud poſtea dicitur, abſcindatur; non habeat poſtea authoritatem. Quamvis ergo Sanctus ſit aliquis poſt Apoſtolos; quamvis diſertus ſit, non habet authoritatem: quoniam Dominus narrat in Scriptura *populorum* & *principum* horum, qui *fuerunt* in ea.„ Hæc Hieronymus. Ecce qualitatem Scripturarum, quia ſic loquendæ ſunt, ut intelligantur a populis. Quomodo ergo dicunt Wicleviſtæ ſuum Wicleffum eſſe Doctorem Evangelicum, & eum non intelligibilem eſſe; etiam ab iis qui Evangelia Chriſti, (ut ipſi diffiteri non poſſunt) intelligunt? Sic ergo dicitur amodo Doctor Platonicus, qui vix intelligibiliter loquitur cum tribus; non Doctor Evangelicus, qualis cum Chriſto intelligibiliter loquitur univerſis.

1. Cor. 13. 3.

Wicleffus non eſt Doctor Evangelicus quia non intelligitur.

** Vide ſupra Doctrina v.*

6. Et ſecundo notemus differentias Scripturarum, quia ſola Scriptura *Principum*, ideſt, Apoſtolorum poſt Dominum, authoritatis palmam conſequitur, authoritatis inquam Canonicæ. Habent enim dicta Sanctorum ſequentium authoritatem ſuam: habent determinationes fideles Eccleſiæ authoritatem ſuam; ſed non *Canonicam*. Unde & idem Hieronymus in eodem libro, tractans hunc textum, *Dominus regnavit, iraſcantur populi*, HIERONYMUS. Omne „ enim quod loquimur, debemus affirmare de Scripturis Sanctis. Non tamen habet tantam authoritatem ſermo dicentis, quantam Domini præceptum.„ Hæc ille. Non negat ſimpliciter authoritatem qui determinat ad tantam: & notat cauſam in textu, *Principum horum* (inquit) *qui fuerunt in ea*, non qui ſunt. Hic forſan torqueretur Wicleffus negatam a Hieronymo amplitudinem ſui *eſſe*, & diceret, immo *ſi fuerunt*, *& ſunt*. Sed refert dicere ſecundum catholicum Hieronymum, *Principum* „ (inquit) *qui fuerunt in ea*, non qui ſunt in ea: ita quod exceptis Apoſtolis, quodcumque poſtea dicitur, abſcindatur (*a*).„ Et exponit, ideſt, *non habeat authoritatem*, ſcilicet, *Scripturarum*. Sed quid dicemus de apocryphis Apoſtolorum, puta Evangelio Thomæ & Bartholomæi? Numquid poſſent habere authoritatem illam per concordem definitionem Eccleſiæ? Dicit quod non, quia Dominus non narrat niſi in Scripturis *populorum* & *principum*,

Pſal. 98. 1.

Hieronymus To. 7. pag. 266.

a

qui non ſunt, ſed *qui fuerunt in ea*, ſcilicet, Eccleſia. Ipſis enim Patribus incumbebat, qui tunc præſidebant Eccleſiis, ducere Scripturarum volumina ad perfectum. Tunc enim fuit temporis plenitudo. Et non dubium libri non reciperentur in authoritatem Sacri Canonis, niſi qui de illis temporibus Apoſtolicis agerent, & tunc temporis ſcripti eſſent; quia aliter non facerent de divinis rebus fidem ſummam. Summa vero præſumptio foret, eos libros nunc probare, quos Patres certa ratione reſpuerant, quos libenter recepiſſent, ſi digni fuiſſent. Unde XXII. *contra Fauſtum* poſt medium, ideſt, cap. LXXIX. AUGUSTINUS. Legunt (inquit) Scripturas apocryphas Manichæi, & neſcio a quibus fictoribus * fabularum ſub Apoſtolorum nomine ſcriptas: quæ ſuorum Scriptorum temporibus in authoritatem Sanctæ Eccleſiæ recipi mererentur, ſi Sancti, & docti homines, qui tunc in hac vita erant, & examinare talia poterant, eos vera locutos eſſe cognoſcerent.„ Hæc Auguſtinus.

Tempore Apoſtolorum fuit plenitudo temporis.

Auguſtinus To. 8. pag. 409.

** M. factoribus.*

7. Tranſiit ergo hora: non poteſt creſcere jam Canon in pluralitate librorum. Venit ad perfectum virum: & quæ erant parvuli evacuavit a multo tempore. Qui adhuc credunt Scripturarum Canonem imperfectum, & poſſe adhuc augeri per authoritatem Eccleſiæ, cum Judæis plenitudinem temporis expectant, judaico forſitan ſub Meſſia. Nec obviat Gelaſiana (*b*) Epiſtola de libris excipiendis, & non recipiendis, ubi Scripturarum libros in authoritate plenaria quomodo ſunt habendi denunciat, non ad authoritatem per ſe ipſum inſtaurat.

1. Cor. 13. 11.

b

8. De quatuor item Conciliis (*c*) magnis, verum eſt quod Gregorius ea videtur comparare Scripturis; non autem comparat; ſed ſimilitudinem quamdam inſinuat, ſicut in Evangelio Chriſtus, *volo* (inquit) *ut ſitis perfecti*, *ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt*.

c

Matth. 5. 48.

CAPUT XXI.

Quod authoritas univerſalis Eccleſiæ ſubdita eſt authoritati Scripturarum tam novi quam veteris teſtamenti.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quid occaſione Auguſtinianæ illius ſententiæ*, Evangelio non crederem, niſi me Eccleſiæ Catholicæ commoveret authoritas, *quidam aſſerere auſi fuerint*.
2. *Scripturæ authoritas*, *authoritati cunctorum Doctorum, ac etiam totius Eccleſiæ Catholicæ ſupereminet*.
3. *Aliud ſunt teſtes*, *aliud teſtimonium: & quod Catholicæ Eccleſiæ teſtimonium objectum eſt Chriſtianæ fidei*.
4. *Veriſimile eſt eſſe definitionem univerſalis Eccleſiæ illud*, *in quod Sancti Doctores una fide conveniunt*.

1. SUfficiat ergo univerſali Eccleſiæ pro præconio poteſtatis ſuæ modernæ, quod olim hoc fecerit (*d*): Unde gloria poteſtatis ejus, quaſi per cujuſdam majeſtatis imperium, volaret ad poſteros: ita quod adhuc ſine ejus authori-

d

(*a*) Hæc notat Clariſſimus Doctor ad compeſcendam in Wicleviſtis impiam revelationes affectandi licentiam.

(*b*) Gelaſius I. Papa Librorum Canonicorum, Eccleſiaſticorum, & Apocryphorum indicem in Synodo LXX. Epiſcoporum, anno Dom. 494. Romæ celebrata, edidiſſe vulgo creditur, ſolennique decreto declaraſſe, qui libri ab Eccleſia ut Sacri, & Divini, cum veteris tum novi teſtamenti reciperentur: quorum Opera Patrum reciperet ad Fidem Catholicis dogmatibus faciendam: quos denique libros ut apocryphos haberet. Sed iſtud Decretum alteri tribuendum nonnulli Eruditi contendunt.

(*c*) Nicæno I. Conſtantinopolitano I. Epheſino & Chalcedonenſi.

(*d*) Augere videlicet numerum Canonicorum Librorum.

Adhuc ſine Eccleſiæ authoritate nec legi nec credi poteſt Scriptura aliqua.

thoritate, Scriptura aliqua nec legi poterit, nec haberi pro certa (*a*). Et hoc ſapuit, cum diceret *contra Epiſtolam fundamenti* cito poſt principium, ideſt, cap. V. AUGUSTINUS. Evange- „ lio non crederem, niſi me Catholicæ Eccle- „ ſiæ commoveret authoritas.„ Hæc ille. Nec tamen hic laudo ſupercilium, quod quidam at- A tollunt, volentes occaſione hujus dicti, decretum Patrum in Eccleſia, majoris eſſe authoritatis, culminis, & ponderis, quam ſit authoritas Scripturarum. Quod quidem non tam videtur ineptum, quam fatuum; niſi talis quis dicat Philippum fuiſſe majorem Chriſto, quando induxit Nathanaelem ad credendum Chriſtum eſſe illum quem ſcripſit Moyſes in lege & Prophetis, *Joan.* 1. ſine cujus authoritate non tunc adverteret. Et ſi ſic, dicat conformiter paren- B tes noſtros carnales, aut pædagogos, eſſe altiores & eminentiores Chriſto, quia eorum authoritate ab infantia didicimus quid de Chriſto ſit credendum, quid ſperandum. Sed Auguſtinus in libro ſuo *de Magiſtro* poſt medium, lib. 1. cap. VIII. in principio, AUGUSTINUS. Quid- „ quid (inquit) propter aliud eſt, vilius ſit ne- „ ceſſe eſt, quam id, propter quod eſt. Cogni- „ tio quippe cœni, propter quam hoc nomen „ eſt inſtitutum, pluris habenda eſt ipſo nomi- „ ne.„ Hæc ille.

a Auguſtinus To.8.pag.154.

Supra authoritatem Eccleſiæ eſt authoritas Scripturæ Canonicæ.

Joan. 1. 45.

Auguſtinus *To.* 1. *cap.* 9. *pag.* 555.

2. Omnis ergo Eccleſiaſtica authoritas cum ſit ad teſtificandum de Chriſto & legibus ejus, C vilior eſt Chriſti legibus, & Scripturis Sanctis neceſſario poſtponenda. Ideo idem Auguſtinus lib. XXII. *contra Fauſtum* cap. XCVI. de divinis libris loquens, AUGUSTINUS. Jam (inquit) ip- „ ſis rebus impletis authoritatem divinam fide- „ liſſima & præclariſſima veritatis luce teſtan- „ tur; ut omnino deſipiat quiſquis eos ſuper- „ flue, vel quaſi fatue locutos aliquid putat: „ quibus non ſolum omnia hominum ingenio- „ rumque genera ſubdita videt; verum etiam „ hoc ab eis prædictum legit, perfectumque co- „ gnoſcit. „ Hæc ille. Ecce quod Scripturæ canonicæ habent authoritatem divinam, & eis D ſubjiciuntur omnia genera hominum ſimul & ingeniorum. Bene enim allegorizavit Sanctus Thomas de hac re, inducens mulierem Samaritanam loco univerſalis Eccleſiæ; quam cum audiſſent Cives prædicantem de Chriſto, & dicentem quod *dixit mihi quæcumque feci;* illi tandem inducti, *jam* (inquiunt) *non propter loquelam tuam credimus: ipſi enim audivimus, & ſcimus quia hic eſt Salvator mundi.* Joan. 4. Non ſunt ingrati, quod non propter loquelam mulieris credunt jam, cum authoritati ejus adhærent, cui credunt, quamvis ad credendum illi, authoritate mulieris in- E ducti ſunt. Sic enim dicit textus, quod *multi crediderunt in eum propter verbum mulieris teſtimonium perhibentis*, principaliter & primo credunt. Sic nec ſunt ingrati filii Matris Eccleſiæ, qui primo propter verbum Eccleſiæ teſtantis de Chriſto credunt, & cum crediderint, authoritatem, qua inducti ſunt, authoritati ejus poſtponunt, cui credunt; immo authoritate ejuſdem Eccleſiæ hoc decretum eſt, omnium ſcilicet poſteriorum hominum libros, ſive Eccleſiarum, authoritati Sacri Canonis debere ſubmitti, quaſi

Auguſtinus To.8.pag.420.

S. Thomas ſecunda ſecundæ quæſt. 2. *artic.* 10.

Joan. 4. 39. & 42.

Joan. 4. 39.

ad ſcabellum pedum ejus, dicente XI. lib. *contra Fauſtum* cap. V. Auguſtino, AUGUSTINUS. „ Ne intercluderetur locus & adimeretur poſte- „ ris ad quæſtiones difficiles tractandas, atque „ verſandas, linguæ ac ſtyli ſaluberrimus la- „ bor, diſtincta eſt a poſteriorum libris excel- „ lentia Canonicæ authoritatis veteris, ac no- „ vi teſtamenti; quæ Apoſtolorum confirmata „ temporibus, per ſucceſſiones Epiſcoporum, „ & propagationes Eccleſiarum, tamquam in „ Sede quadam ſublimiter conſtituta eſt, cui „ ſerviat omnis fidelis & pius intellectus. Ibi „ ſi quid velut abſurdum moverit, non licet „ dicere, *Author hujus libri non tenuit verita-* „ *tem;* ſed, *aut codex mendoſus eſt, aut inter-* „ *pres erravit, aut tu non intelligis.* In Opu- „ ſculis autem poſteriorum, quæ in libris in- „ numerabilibus continentur, ſed nullo modo „ iſti ſacratiſſimæ Canonicarum Scripturarum „ excellentiæ coæquantur, etiam in quibuſcum- „ que eorum invenitur eadem veritas; longe „ tamen eſt impar authoritas. Itaque in eis, „ ſi qua forte propterea diſſonare putantur a „ vero, quia non ut dicta ſunt intelligantur, „ cum liberum ibi habeat lector, auditorve, „ judicium quo vel approbet quod placuerit, „ vel improbet quod offenderit; & ideo cun- „ cta hujuſmodi niſi vel certa ratione, vel ex „ illa canonica authoritate defendantur, ut de- „ monſtretur ſive omnino ita eſſe, ſive fieri „ potuiſſe, quod vel diſputatum ibi eſt, vel „ narratum: ſi cui diſplicuerit, aut credere „ noluerit, non reprehenditur. In illa vero ca- „ nonica eminentia ſacrarum literarum, e- „ tiamſi unus Propheta, ſeu Apoſtolus, aut E- „ vangeliſta, aliquid in ſuis literis poſuiſſe ipſa „ Canonis declaratione confirmatur, non licet „ dubitare quin verum ſit. „ Hæc Auguſtinus. Longe ergo diſtat authoritas Scripturarum, & eminet authoritati cunctorum Doctorum, etiam totius Eccleſiæ catholicæ; quamvis ſuper earum authoritate, Catholica atteſtetur Eccleſia. Sed apud malivolos jam ſic videbor elevaſſe Sacros Canones, ut Eccleſiaſticam videar authoritatem & Sanctorum Patrum ad nihilum redegiſſe (*b*); eo quod dicat Auguſtinus licere cuilibet reprehendere in poſteriorum libris quod diſplicet. Sed qui hoc cogitant malum in cordibus ſuis, noverint hic Auguſtinum authoritatem firmaſſe ſublimium Scripturarum, nullius tamen inferioris authoritati præjudicium intuliſſe: nam authoritatem Scripturarum dicit altiſſimam, *Excellentiam* (inquit) *canonicæ authoritatis &c.* Demum innuit authoritatem Eccleſiæ univerſalis, cum dicit, quod ipſa divina Scriptura per ſucceſſiones Epiſcoporum & propagationes Eccleſiarum, tamquam in ſede quadam ſublimiter conſtituta eſt. Hæc enim authoritas erat Eccleſiæ catholicæ, quod ſic facere poſſet, ut ſupra * ſub authoritate Auguſtini monſtravimus. De libris tandem poſteriorum, puta Epiſcoporum, Conciliorum, Doctorum quorumcumque fidelium dicit, quod longe *impar* eſt hæc authoritas illi Sacratiſſimæ excellentiæ Scripturarum Sanctarum: non dicit, quod *nulla*. Et nota hic duo: Primo, quomo-

Auguſtinus *To.8.pag.221.*

b

Matth. 9. 4.

* *cap. præced. num.* 3.

Z do

(*a*) Hinc manifeſte conſpicitur Waldenſis opinio de permanente in Eccleſia authoritate circa libros Canonicos.

(*b*) Bene ſciens *Waldenſis* quid ſcriberet, prophetavit: nam hac de re ſequentibus temporibus ipſum ut refert in ſuis *vindiciis Jo. Bapt. Rubeus*, a quibuſdam improbari compertum eſt. Puto autem quod nemo ſtylum ſuum contra adeo eximium Doctorem acuiſſet, ſi diligenter perpendiſſet, quod *Waldenſis* in Allegoria mulieris Samaritanæ non undequaque authoritati Eccleſiæ voluit præferre Scripturas. Statuit nempe in præfata Allegoria, quod Chriſtifideles primo credere debent Eccleſiæ teſtificanti de Scripturis Canonicis; & cum crediderint, ſubmittere ipſis Scripturis authoritatem Eccleſiæ, qua inducti ſunt ad credendum. In duplici ergo proſpectu Eccleſiam conſiderat: Primo, ut habet authoritatem Scripturas approbandi, declarandi, ac interpretandi: Secundo ut ſe ſubmittit eidem Scripturæ, eam agnoſcens ut verbum Divinum, & primam omnium regulam credendorum, a qua viciſſim omne jus, omnemque prærogativam accepit. In primo caſu primatum tribuit Eccleſiæ, in ſecundo Scripturæ, ut ex prælaudata allegoria colligitur. Quid hic temere dictum? Quid pias aures offendit? Utriuſque hic commendatur authoritas; ſed quare non debita utrique ſervanda eſt dignitas?

do notanter libros poſteriorum aſſignat, qualiter non ſunt aliqui univerſalis Eccleſiæ, illius ſcilicet Symbolicæ: tum quia univerſalis Eccleſia catholica non eſt Scriptura Sacra poſterior, ſed coæva ipſi, & ejus latori Chriſto, ſicut A ſponſa ſponſo, & corpus capiti, ſecundum omnem moram temporis & naturæ. Tum etiam, quia ſi conſideretur ſeorſum a Scripturarum libris, quibus ſubjicitur; ſeorſum etiam ab Epiſcoporum & Conciliorum tractatibus, quibus præponitur, ſecundum quod eſt objectum Fidei Chriſtianæ, non videtur habere proprios libros, quibus inſcribitur; ſed tantum in cordibus Chriſtianorum fidelium, vel in Sanctorum codicibus particulis exaratum. Unde hoc modo Clemens *, magnus ille Scriptor temporum, ſecundum Euſebium lib. VI. *Eccleſiaſticæ hiſt.* cap. XI. EUSEBIUS. In libello (inquit) quem ſcripſit de Pa- B „ ſcha, confitetur extorqueri ſibi a fratribus, „ ut ea, quæ a Presbyteris, ideſt, a ſucceſſo„ ribus Apoſtolorum voce ſibi ſola tradita ſunt, „ deſcriberet in libris, ac poſteris traderet. „ Hæc ille de Clemente Alexandrino.

Eccleſia Catholica eſt coæva Chriſto.

* Alexandrinus.

Euſebius Pag. 563.

3. Ideo, ſicut hic dixit Auguſtinus, quamquam in poſteriorum libris invenitur ipſa veritas Scripturarum, non tamen erit in eis par authoritas: ita quamvis Fides univerſalis Eccleſiæ invenitur per Scripturas expreſſa, ſicut eſt pene tota; non tamen eſt ei in authoritate par, ſed ei ſubjicitur. Et etiam quamvis in poſteriorum libris etiam invenitur, non tamen ſunt illi pares, ſed ipſa præponitur, quia aliud ſunt teſtes, aliud teſtimonium. Libri ergo quod ſunt C ex authoritatibus ſuis habent ut teſtes ſint, quamvis teſtimonium, quod inducunt, authoritatem habeat Scripturarum, vel inferioris cujuſquam. Fides autem ut eſt Eccleſiæ Catholicæ, in hoc accedit fidei Scripturarum, quod non licet de ipſa dubitare, eo quod TESTIMONIUM ECCLESIÆ CATHOLICÆ EST OBJECTUM fidei Chriſtianæ, ſicut eſt teſtimonium & legiſlatio Scripturæ Canonicæ (*a*). Subjicitur tamen ipſi ſicut teſtis judici, & teſtimonium veritati: ſicut præconizatio (*b*) definitioni, & ſicut præco Regi. De poſteriorum tamen libris licet ju- D dicare, utrum vel certa ratione, vel ex illa authoritate Canonica defendantur. Sicut etiam idem Auguſtinus dixit de libris ſuis ad Aurelium in Prologo tertii *de Trinit.* AUGUSTINUS. Noli (inquit) meis literis quaſi Canonicis in„ ſervire. „ Hæc ille. Sed cavendum tamen eſt, ne & hic hæreticorum protervia locum ſumat; & diſtinguendum conſulo de dicto Doctoris in ſe, an ne recedat a ſententiis multorum, vel „ utrum Scriptor non ſit ex fidelitate & ſinceritate ſcribendi famatus; & tunc ibi habet lector liberius judicium, maxime ſi res non ad ipſam pertineat fidem. Unde lib. 1. *contra Ju-* E *lianum*, cap. 11. fere in medio capitis. AUGUSTINUS. Alia (inquit) ſunt, in quibus inter ſe „ aliquando etiam doctiſſimi atque optimi re„ gulæ catholicæ defenſores ſalva fidei compa„ ge non conſonant, & alius alio de una re „ melius aliquid dicit, & verius. Hoc autem „ unde nunc agimus, ad ipſa Fidei pertinet „ fundamenta. „ Hæc ille.

Teſtimonium Eccleſiæ eſt objectum fidei.

a

b

Auguſtinus To. 8. pag. 793. num. 2.

Auguſtinus To. 10. pag. 457.

4. Si autem multorum Sanctorum Patrum dictis in ſic definiendo cohæreat, grande periculum exiſtimo, prætenſa alicujus rationis, vel Scripturæ ducendæ, tali Paternæ (*c*) ſententiæ occurrere quovis modo: quia veriſimile eſt eſſe definitionem univerſalis Eccleſiæ, cui tot Sancti Doctores in una fide conveniunt. Unde lib. 1. *contra Julianum*, cap. 11. de prædictis Sanctis loquens Irenæo, Reticio, & Joanne &c. AUGUSTINUS. Audis (inquit) omnes „ uno corde, uno ore, una fide idipſum dice„ re, & hanc eſſe catholicam fidem, non diſ„ ſonante conteſtatione firmatam. An tibi par„ va in uno Gregorio Epiſcoporum orienta„ lium videtur authoritas? Eſt quidem tanta, „ ut neque ille hoc, niſi ex fide Chriſtiana o„ mnibus notiſſima diceret: nec illi eum tam „ clarum haberent atque venerandum, niſi hæc „ ab illo dicta ex regula notiſſimæ varitatis a„ gnoſcerent. „ Hæc ille. Timenda eſt ergo in talibus authoritas & clara fama dicentis; ſed magis timendus eſt talium virorum unus & firmus conſenſus: quia ſi is cauſa fidei eſt, cauſa reſiſtentis eſt perfidia. Si non ſic, adhuc eſt contumacia utrobique, ſi defenſetur: quia cum intra Eccleſiam cauſa ventilata eſt, hæretica pertinacia judicatur. Ideo Anſelmus conſulit Sanctorum Patrum libros cum omni diligentia & reverentia perquirendos, lib. *de corpore & ſanguine Domini* (*d*) cap. XLI. ANSELMUS. Qui re„ cte (inquit) librum Eccleſiaſtici Doctoris le„ git, ſi quid in eo quaſi dubium & ſcrupulo„ ſum invenerit, non ſtatim illud exarando * „ invadit, ſed inſpicit & diſcernit, & retra„ ctat ex circumſtantiis, & ex ſcriptis ejuſdem „ Authoris: & ad ultimum pius plus eligit „ confiteri ſe ſe ignoraſſe, vel non intelligere, „ quam erroris illi notam impingere. „ Hæc ille.

c

Auguſtinus To. 10. pag. 505. num. 15.

d

Anſelmus Pag. 78. To. 1.

* al. exercendo

CAPUT XXII.

Quod Eccleſia taxavit numerum articulorum fidei, nec poteſt creare novum: & quod veritas requiſitæ fidei eſt reperienda * quatuor viis.

* Editi recipienda.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Eccleſia, an poſſit nunc novum articulum condere; & quid pro parte affirmativa dici poſſit.*
2. *Declarat Author intentionem ſuam, eamque Sanctorum teſtimoniis ac rationibus fulcire contendit.*
3. *Si novus conderetur articulus, non eſſet Catholicus, tametſi eſſet fidelis.*
4. *Concilium Nicænum non novum condidit articulum, ſed antiquum declaravit.*
5. *Una eſt Eccleſiæ fides, iidemque articuli, licet circumſtantiæ quandoque ſint diverſæ.*
6. *Linguarum varietas in Eccleſia quid ſignificet: & quod non faciat ſciſſuram.*
7. *Quo ordine, quibuſque viis in fidei dubiis incedendum ſit, ut ad infallibilem veritatem perveniri poſſit.*
8. *Quemadmodum Scalam Jacob Angeli nonniſi per gradus aſcendere potuerunt; ita ad cacumen, veramque Scripturæ intelligentiam pervenire non valemus, niſi per Doctorum expoſitiones.*
9. *Doctores Sancti*, Patres fidei *jure appellari poſſunt.*

10. *Qua*

(*a*) Confer cum dictis ſupra *Doctrina* 3. num. 1. & in *Nota* ad eumdem locum.

(*b*) Codex Ferrarienſis notat in margine, quod alii MSS. habent, *præcognitio*.

(*c*) *Paternæ*, deductæ ſcilicet ex Sanctorum Patrum traditione.

(*d*) Tractatum hunc Anſelmo ſuppoſitum citamus nunc juxta Editionem Colonienſem 1533. apud *Eucharium Cervicornum*, licet Tomo ſecundo eam ſequamur, quam in ſua Bibliotheca Ciſtercienſi adornavit *Bertrandus Tiſſerius*, qui *Gullielmo Abbati Sancti Theoderici* hunc libellum reſtituit.

10. *Qua ratione cognoſci poſſit, ſi hæretici Sanctorum Patrum corrupta teſtimonia adducant.*

11. *Novæ adhuc ſtudioſorum interrogationi reſpondetur.*

1. HIc tamen quærunt aliqui: Numquid Ecclesia catholica poſſet modernis diebus creare in fide ſua, & Chriſti, novum articulum? In favorem dubii facit *, quod Eccleſia primorum credentium formavit hos articulos; & quod Eccleſia Nicœni * Concilii addidit *conſubſtantialitatis* articulum.

* *Cod. Ferrarien.* operatur.

* *Nicæni* 1. *an.* 325.

2. Dicendum tamen ſicut prius * de libris, quod cum Eccleſia jam creverit in perfectum virum, quamvis ſit ÆQUE POTENS, UT OLIM; non tamen datur ei creſcere, ut olim, ſecundum ſtaturam (*a*): ſcilicet, quod tres ſpecies habeat, longitudinem, latitudinem, & altitudinem, ſive profunditatem; ſecundum quas tres, etiam ante mortem Joannis Evangeliſtæ, Civitas Eccleſiæ deſcribitur eſſe dimenſa. Et hoc æqualiter: *& menſus eſt civitatem* (inquit) *de arundine aurea per ſtadia duodecim millia*, præfigens ſcilicet Eccleſiæ futuræ duodecim volumina in Scriptura & authoritate Canonica, ſecundum quod recitat ſuper lib. Regum, in *prologo galeato*, HIERONYMUS. Quomodo (inquit) viginti duo elementa ſunt, per quæ ſcribimus hebraice omne quod loquimur, & eorum initiis vox humana comprehenditur; ita viginti duo volumina ſupputantur, quibus quaſi literis & exordiis in Dei doctrina, tenera adhuc & lactens viri juſti eruditur infantia. Primus eorum vocatur *Breſith*, quem nos *Geneſim* dicimus &c. „ Hæc Hieronymus. Sed hujus Civitatis longitudo, latitudo, & altitudo, *æqualia ſunt*, dicit textus. Ergo ſicut ſecundum latitudinem, quæ eſt charitas, non amplius poteſt creſcere, quam penes Deum & proximum; nec penes altitudinem ſive profundum ejus, quæ eſt ſpes in omnium remuneratorem; quomodo poteſt augere ſibi longitudinem, quæ eſt fides catholica, ultra numerum quatuordecim articulorum contentorum in Symbolo, in uno libro vigintiduorum voluminum ſparſim deſcripto? maxime dicente ibi Spiritu Sancto in concluſione omnis Scripturæ Canonicæ: „ Qui vult, accipiat aquam vitæ gratis. Conteſtor ego omni audienti verba prophetiæ libri hujus: Si quis appoſuerit ad hæc, apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto, & ſi quis diminuerit de verbis libri prophetiæ hujus, auferet Deus partem ejus de libro vitæ. „

**Cap.*20.*num.* 5.

a

Tres Eccleſiæ dimenſiones.

Apoc. 21. 16.

Hieronymus *To.*9.*pag.*455.

Latitudo Eccleſiæ charitas; altitudo ſpes; longitudo fides.

Apoc. 22. 17.

3. Item quomodo poſſet talis articulus poſt tot annos ſuſcitatus eſſe *Catholicus*, ideſt, *Univerſalis*, cum Patribus noſtris, jam lapſis annis mille & quadringentis, ſuperſit ignotus, non creditus, quia inauditus, dicente Apoſtolo, quod *fides eſt ex auditu?* Talis ergo articulus etſi poſſet eſſe *fidelis*, non tamen eſſet *Catholicus* (*b*).

Rom. 10. 17.

b

4. Declaravit ergo Nicœnum Concilium antiquum *conſubſtantialitatis* articulum, non autem creavit novum. Et ita datur adhuc Sacris Conciliis Epiſcoporum, & Doctoribus, maxime denunciante Sede Romana, contra inſurgentes hæreſes fidem antiquam effodere, quæ ſi per ſeriem Sanctorum Patrum uſque ad ipſos Apoſtolos fidei fundatores excurrat non ſauciata, non læſa, indubiam ad omne dubium amputandum authoritatem habet graviſſimam. Si autem ab ipſis Apoſtolis per ſeriem Sanctorum Patrum non habet egreſſum, & tarde volet in poſteris, non agnoſcitur eſſe fides, qualiter lib. VI. *de Trinit.* ante medium libri, recitatis ſeriatim Apoſtolis, Beatus HILARIUS. Ab his (inquit) quæ teneo edoctus, cum his immedicabiliter imbutus ſum. Et ignoſce omnipotens Deus, quia in his nec emendari poſſum, & commori poſſum. Tarde mihi hos impiiſſimos, quantum ego arbitror, Doctores ætas hujus nunc ſæculi protulit: ſeros * hos habuit nunc fides mea, quam tu erudiſti, magiſtros. Inauditis ergo his omnibus, in te ita credidi, per te ita renatus ſum, & exinde tuus ſum. „ Hæc ille. Non ergo exiſtimo tutum, quod fideles credant ſeris magiſtris Wicleviſtis, & Huſſitis (*c*) in traditionibus articulorum novorum; immo nec quorumcumque, qui non ab ipſis Apoſtolis fidem illam inchoatam doceant, & per Eccleſiæ Patres traductam, in forma fidei veræ probent. Joannes inde ait: *Quod audiſtis ab initio, in vobis maneat*. Ubi in illam Canonicam BEDA. Illam (inquit) fidem, illa dogmata toto corde ſectamini, quæ a primis Eccleſiæ naſcentis temporibus, Apoſtolorum voce percepiſtis. Ipſa enim ſunt ſola, quæ nos divinæ gratiæ participes reddunt. „ Hæc ille. Si ipſa ſola, quæ a primis Apoſtolorum temporibus percepimus, ſunt toto corde ſectanda, per ipſos ſolos fuerunt ipſa taxanda. Sic etiam Cyrillus magnus convenit Neſtorium in Epiſtola Synodica Epheſini Concilii, quæ incipit, *Religioſo & Deo amabili*, CYRILLUS. Ecce (inquit) cum Sancta Synodo, quæ apud amplam urbem Romam congregata eſt, præſidente Sanctiſſimo & venerandiſſimo fratre & conſacerdote noſtro Cœleſtino Epiſcopo, jis ſcriptis Synodicis te jam tertio convenimus, conſilium dantes, ut a tam pravis abſtineas diſtortiſque dogmatibus, quæ & ſentire cognoſceris & docere. Recipias vero fidem rectam Eccleſiis per beatiſſimos Apoſtolos & Evangeliſtas ab initio traditam; qui & oculis inſpexerunt, & miniſtri verbi fuiſſe monſtrantur. „ Hæc ille. Ecce non præſumpſit Synodus * novum articulum, ſed remiſit Neſtorium ad fidem Apoſtolorum, qui miniſtri verbi erant, & teſtes Chriſti viſibiles. Quia tunc erit ex omni parte Catholicum, ſi terminetur per Eccleſiam Catholicam, ideſt, univerſalem: ſi fuerit creditum, cognitum, affirmatum per totam Eccleſiam a flumine uſque ad terminos orbis terrarum, ideſt, a baptiſmo Chriſti uſque ad nos, in quos fines ſæculi devenerunt, & per omnes nationes & linguas ſæculi divulgatum uno ore, una facundia. Sic enim dicit Serm. 11. *de Verbis Domini* AUGUSTINUS. „ Tunc unus accepto Spiritu Sancto loquebatur omnium gentium linguis: modo autem in Eccleſia ipſa unitas tamquam unus loquitur omnium gentium linguis. „ Hæc ille.

Hilarius *Pag.*891.*num.* 21.

* *M. ſero.*

c

1. *Joan.* 2. 24.

Beda *To.*6.*pag.*735.

Alexandrinus Cyrillus *apud Labbeum To.* 4. *pag.*27.

* *Epheſina*

Pſalm. 71. 8.

1. *Cor.* 10. 11.

Auguſtinus *To.* 5. *Serm.* 248.*pag.*1091.

(*a*) Eximius Doctor, & omni honore nominandus Dominicus Soto putavit Waldenſem hic Eccleſiæ poteſtatem enormiter obtruncaſſe. Sed obviat illi Waldenſis ipſe, dicens quod Eccleſia præſens, eſt *æque potens ut olim*. Cui certe non obſtat quod dicit, Eccleſiam ſcilicet novum creare non poſſe articulum fidei. *Vide Notas ſuſiores*.

(*b*) Eccleſia enim ut ſupra dictum eſt Cap. 17. num. 4. non ſolum eſt catholica, ideſt, *Univerſalis* univerſalitate *loci*, ſed etiam univerſalitate *temporis*; unde articulus fidei recens invectus, non foret Catholicus, ideſt, univerſalis univerſalitate temporis; foret tamen ſi recens declaratus, & fideli populo ut fide dignus propoſitus.

(*c*) *Lutheranis* nunc adderet *Zuinglianis*, *Calviniſtis*, *Socinianis*, & *Angliæ meæ novatoribus*.

5. Una ergo eſt Fides Eccleſiæ, iidemque articuli, etſi quandoque circumſtantiæ ſint diſtinctæ: ſicut una eſt fides Euchariſtiæ hic, & Græciæ; quamvis nos azymum, ipſi fermentatum conſecrent. Nempe SI FIDEM IN ANGLIA TE AUDIRE CONTINGAT, QUAM SICULUS IGNORAT, HISPANUS MIRATUR, HUNGARUS NONDUM ACCEPIT, AUT POLONUS NON PRÆDICAT; SUSPECTAM ET SUPERSTITIOSAM POTES ILLAM SUSPICARI WICLEVISTICAM NOVITATEM, AUT ALTERIUS RECENTIS HÆRETICI, NON ECCLESIASTICAM ANTIQUISSIMAM VERITATEM (a). Propter hoc enim Auguſtinus in Julianum invexit fidem hæreticam, quia in ſola Orientali Eccleſia dixit doctrinam ſuam cognitam, lib. I. *contra Julianum*, cap. II. AUGUSTINUS. Non „ eſt ergo cur provoces ad Orientis Antiſtites: „ quia & ipſi utique Chriſtiani ſunt, & utriuſ„ que partis orbis terrarum fides iſta una eſt; „ quia & fides iſta Chriſtiana eſt: & te certe „ Occidentalis terra generavit, regeneravit Ec„ cleſia. QUID EI QUÆRIS INFERRE QUOD IN „ EA non inveniſti? Immo quid ei quæris au„ ferre, quod in ea quoque accepiſti? „ Hæc ille. Et ſimiliter ad Neſtorium in *Epiſtola Synodica*, CYRILLUS. Non (inquit) ſufficit tuæ re„ ligioni ſolummodo Symbolum fidei confite„ ri, quod expoſitum eſt per idem tempus, San„ cti Spiritus largitate, a venerando & Magno „ Concilio * apud Nicœam congregato. Hoc „ enim nec intellexiſti, nec recte interpretatus „ es: quamquam perverſæ licet ſono vocis ea„ dem verba protuleris; ſed conſequens eſt & „ jurejurando fateri quod anathematizes qui„ dem tua prophana & polluta dogmata: ſen„ tias autem & doceas quæ nos univerſi per „ Orientem, ſeu Occidentem Epiſcopi, & Ma„ giſtri, Præſuleſque populorum credimus & „ docemus. „ Hæc ille: Et ideo dicit ſuper Pſal. XLIV.

Auguſtinus To. 10. pag. 504. num. 14.

Cyrillus apud Labbeum To. 4. pag. 28.

* Nicæno I.

6. AUGUSTINUS. Sacramenta doctrinæ in linguis omnibus variis. Alia lingua Afra, alia „ Syra, alia Græca, alia Hebræa, alia illa & „ illa. Faciunt iſtæ linguæ varietatem veſtis „ Reginæ hujus. Quomodo autem omnis varie„ tas veſtis in unitate concordat, ſic & omnes „ linguæ ad unam fidem. IN VESTE ISTA VA„ RIETAS fit, ſciſſura non fit. Ecce varietatem „ intelleximus de diverſitate linguarum, & ve„ ſtem intelleximus propter unitatem. „ Hæc Auguſtinus. Hoc ergo ſolum ſufficit vincere Wicleviſtas hæreticæ novitatis, quod fides illorum per utramque partem orbis terrarum non eſt una, & per hoc non fides Chriſtiana. Nulli adhuc in Gallia eam noverunt: pauci in Alemannia, exceptis paucis Bohemis: ad quas partes duo ex diſcipulis ejus *Hieronymus* & *Joannes Hus* ſuos codices * tranſtulerunt: a quorum ſecundo jam Sectatores illius hæreſis ibi appellantur *Huſſitæ*, amiſſo nomine principis ſui Wicleffi (b); quemadmodum amiſſo nomine *Donati* in Africa, poſtmodum Sectatores illius *Rogatiſtæ* (c) dici cœperunt.

Auguſtinus To. 4. pag. 394. num. 24.

Pſal. 44. 10.

* ſcilicet, TrialogumWicleffi.

7. Sed inſtant quidam fideles, diligenti ſtudio noſcere cupientes, quo ordine eſſet in dubiis fidei incedendum, ut certa via perveniri poſſit ad infallibilem catholicam veritatem: objicientes quod Scripturæ poſſunt perverti, Sanctorumque dicta falſari. Revera quantum Deus donavit, quid de hoc ſemper ſenſi, & operando perfeci *, verborum ſimplicitate contentus oſtendam. Mallem tamen reſpondere ſingillatim difficultatibus, quas patiuntur ipſi qui quærunt. Prima ergo interrogatio ſolet eſſe, quot viis ad indubiam veritatem catholicam venire contingat? Cui ſolutio Auguſtini præſto eſt, XIX. *de Civit. Dei* cap. XVIII. AUGUSTINUS. „ Quod (inquit) attinet ad illam differentiam, „ quam de Academicis novis Varro adhibuit, „ quibus incerta ſunt omnia, Civitas Dei ta„ lem dubitationem tamquam dementiam de„ teſtatur, habens de rebus, quas mente, at„ que ratione comprehendit, etiamſi parvam „ propter corpus corruptibile, quod aggravat „ animam, notitiam, (quoniam ſicut dicit A„ poſtolus, ex *parte ſcimus*) tamen certiſſimam „ ſcientiam. Creditque ſenſibus in rei cujuſque „ evidentia, quibus per corpus animus utitur; „ quoniam MISERABILIUS FALLITUR, qui nun„ quam putat eis eſſe credendum. Credit et„ iam Scripturis Sanctis, & veteribus & no„ vis, quas *Canonicas* appellamus, unde fides „ ipſa concepta eſt, ex qua juſtus vivit; per „ quam ſine dubitatione ambulamus, quam„ diu peregrinamur a Domino: qua ſalva at„ que certa, de quibuſdam rebus, quas neque „ ſenſu, neque ratione percepimus, neque no„ bis per Scripturam * claruerunt, nec per teſtes, „ quibus non credere abſurdum eſt, in noſtram „ notitiam pervenerunt, ſine juſta reprehenſio„ ne dubitamus. „ Hæc ille. Ecce quatuor „ vias veniendi ad indubiam veritatem, ſecundum plus & minus certas, quarum prima & certiſſima eſt per Scripturas divinas. Unde in prologo *Commentarii* ſuper Epiſtolas Pauli ad Epheſios, HIERONYMUS. Si quidquam eſt o „ Paula & Euſtochium, quod in hac vita ſa„ pientem virum teneat, & inter preſſuras & „ turbines mundi æquo animo manere perſua„ deat, id eſſe vel primum reor, meditatio„ nem & ſcientiam Scripturarum. Cum enim „ a cæteris animantibus hoc vel maxime diffe„ ramus, quod rationale animal ſumus, & lo„ qui poſſumus; ratio autem omnis, & ſermo, „ divinis libris continetur; per quos & Deum „ diſcimus, & quare creati ſumus non ignora„ mus: miror quoſdam extitiſſe, qui aut ſe „ inertiæ aut ſomno dantes, nolunt quæ præ„ clara ſunt diſcere; aut cæteros qui id ſtudii „ habent, reprehendendos putant. „ Hæc ille. Ubi ecce præcellentiam Scripturarum, quæ maxime ſapientem virum æquo animo teneant. Et ecce reprehenſionem eorum, qui adhuc inter nos vivunt, & Scripturas omnino cenſent inutiles.

* Cod. Vat. profeci.

Auguſtinus To. 7. pag. 562.

1. Cor. 13. 9.

Habac. 2. 4.

2. Cor. 5. 6.

* Canonicam addunt Maurini.

Hieronymus To. 7. pag. 535.

8. Sed ſi ſcalam Jacob verſus culmen cœli nonniſi per gradus quoſdam Angeli ipſi & cœli cives potuerunt aſcendere, multo magis per expoſitiones Doctorum fideliſſimas attingendum eſt in cacumen Scripturæ (d). Unde lib. *Divin. inſtit.* in Prologo, CASSIODORUS. Quapropter „ (inquit) dilectiſſimi fratres indubitanter aſcen„ da-

Gen. 28. 12.

Caſſiodorus To. 2. pag. 505.

(a) Hæc prophetico ore ad ſalutem Patriæ ſuæ dixiſſe videtur.

(b) Amiſſo nunc nomine *Huſſi* vocantur *Lutherani*, *Calviniſtæ* & aliis Novatorum nominibus.

(c) *Rogatiſtæ*, ſeu *Rogatenſes* a *Rogato* Cartennenſi in Mauritania Cæſarienſi Epiſcopo, qui circa annum 394. a Donatiſtis deficiens, contra illos ſchiſma promovit, quod *Rogatiſtarum* vulgo eſt appellatum. De illo Auguſtinus in Epiſtolis 87. & 93. Dicti quoque ſunt *Firmiani* a *Firmo* Tyranno, qui eorum partes adverſus *Donatiſtas* tuebatur.

(d) Hæretici omnes hujus temporis docent, Spiritum Sanctum Scripturæ interpretem non eſſe alligatum ulli hominum generi; & ideo unumquemque judicem eſſe debere, ſive ſpiritum ſuum ſequendo, ſi ipſe donum interpretationis habeat, ſive alicui alteri adhærendo, quem eodem dono præditum viderit. Sic Lutherus in Præfatione aſſertionis ſuorum articulorum; & in Articulo 125. ex illis 500. quos Cochlæus collegit ex Lutheri libris, aperte nos remittit ad ſpiritum, quem quiſque habuit, dum Scripturas legit. Eadem docent Philippus Melancton in *Locis*, cap. *de Eccleſia*: Brentius in Confeſſione Wittembergica. cap. *de Sacra Scriptura*: Joannes Calvinus lib. 4 Inſtit. cap. 9. §. 8. 12. & 13. Martinus Kemnitius in *examine* quartæ Seſſionis Concilii Tridentini. Hinc apud eos decantari ſolitus SPIRITUS PRIVATUS, qui communis eſt eorum pernicies.

„ damus ad divinam Scripturam: primum per
„ expoſitiones probabiles Patrum , velut per
„ quamdam ſcalam viſionis Jacob ; ut eorum
„ ſenſibus provecti , ad cognitionem Domini
[*Gen. 28. 12.*] „ efficaciter pervenire mereamur . Iſta eſt for-
„ taſſe ſcala Jacob, per quam Angeli aſcendunt
& deſcendunt : cui Dominus innititur , laſſis A
„ porrigens manum , & feſſos aſcendentium
„ greſſus ſui contemplatione ſuſtentans . „ Hæc
ille . Jam enim ſumus cum ipſis , quos Augu-
ſtinus ſupra *teſtes* dixit, quibus non credere ab-
ſurdum eſt : & inter eos illi ſunt aptiores in
materia fidei, qui Chriſti & Apoſtolorum tem-
poribus viciniores erant, dicente Chriſto ad A-
[*Joan. 15. 27.*] poſtolos , *vos teſtimonium perhibebitis* , *quia ab*
initio mecum eſtis.

[Patres Eccleſiæ, unde ſic dicti.] 9. Et qui de primitiis fidei cognoverunt ,
PATRES fidei appellantur, dicente Joanne in
[*1. Joan. 2. 13.*] prima Canonica cap. 2. *Scribo vobis* PATRES ,
quoniam agnoviſtis eum , qui ab initio eſt . Ubi B
[Auguſtinus *To. 3. pag. 839. num. 5.*] ſuper *Canonicam* Tract. 11. circa medium, AU-
GUSTINUS . Ideo *Patres* agnoſcite : *Patres* enim
„ fiunt, agnoſcendo quod eſt ab initio. *Scribo*
[*1. Joan. 2. 13.*] „ *vobis juvenes*. Filii ſunt, Patres ſunt, juve-
„ nes ſunt : filii quia naſcuntur, Patres quia
„ principium agnoſcunt . „ Hæc Auguſtinus .
Et iterum in expoſitione ejuſdem Canonicæ ſu-
[Beda] per eumdem textum , BEDA . Patrum namque
[*To. 5. pag. 731.*] „ eſt antiqua facta meminiſſe ac noſſe, & hæc
[*Deut. 32. 7.*] „ junioribus pandere . Unde ſcriptum eſt, *in-*
„ *terroga Patres tuos*, *& annuntiabunt tibi*. Et
„ ideo recte *Patres* appellat eos, qui eum qui
„ ab initio eſt, ideſt, Dominum Chriſtum , C
„ una cum Patre & Spiritu Sancto noſſe , &
„ ſuis auditoribus fideliter prædicare, didicere . „
Hæc Beda. Hos ergo Patres ſequi neceſſe eſt ,
ſi velimus aliquid de myſteriis Scripturarum ,
aut Fidei, recte ſcrutari : maxime ubi quæſtio
mota, tam ſenſus, quam rationis alta tranſcen-
[a] dit (*a*). Unde in *Enchiridio*, cap. IV. AUGUSTI-
[Auguſtinus *To. 6. pag. 196.* * *Ed. V.* definienda.] NUS . Hæc ſunt defendenda * ratione, quæ vel
„ a ſenſibus corporis inchoata , vel ab intelli-
„ gentia mentis inventa. Quæ autem neque cor-
„ poreo ſenſu experti ſumus, nec mente aſſe-
„ qui valuimus, aut valemus, eis ſine dubita-
„ tione ulla credenda ſunt teſtibus , a quibus D
„ ea, quæ divina vocari jam meruit Scriptura,
„ confecta eſt; qui ea ſive per corpus, ſive per
„ animam divinitus adjuti, vel videre, vel et-
„ iam prævidere potuerunt . „ Hæc ille . Nec
credendum eſt, quod ſolos hos, prophetas ſci-
licet, aut Apoſtolos, teſtes invocat Auguſtinus,
cæteris excluſis, qui ipſorum fidem & ſpiritum
exponendo monſtrarent, cum ipſe in tractando
quæſtionem fidei contra Pelagianos , poſt au-
thoritatem Canonicam , tractatus Sanctorum
Patrum de eadem re ſcrutari neceſſarium judica-
verit. Unde *contra Julianum* lib. IV. cap. I. in fi-
[Auguſtinus *Contra duas Epiſtolas Pelagianor. To. 10. pag. 430. num. 20.*] ne, AUGUSTINUS . Ad curam (inquit) noſtram E
„ exiſtimo pertinere, non ſolum Scripturas San-
„ ctas Canonicas adverſus eos teſtes adhibere,
„ quod jam ſatis fecimus; verum etiam de San-
„ ctorum literis, qui eas ante nos celeberrima
„ fama , & ingenti gloria tractaverunt, aliqua
„ documenta proferre : non quo Canonicis li-
„ bris a nobis ullius diſputatoris æquetur au-
„ thoritas, tamquam omnino non ſit quid me-
„ lius , ſeu verius, quod ab aliquo catholico ,
„ quam ab alio itidem catholico ſentiatur: ſed
„ ut admoneantur qui putant iſtos aliquid di-
„ cere, quemadmodum de his rebus, ante no-
„ va iſtorum vaniloquia, catholici Antiſtites
„ divina eloquia ſunt ſecuti; & ſciant a nobis
„ rectam & antiquitus fundatam catholicam fi-
„ dem adverſus recentem Pelagianorum hære-
„ ticorum præſumptionem , perniciemque de-
„ fendi. „ Hæc Auguſtinus . Ecce neceſſariam
adjectionem teſtium Sanctorum & proborum
poſt authoritatem canonicam: non quod in au-
thoritate æquentur , abſit ; ſed ſequantur : non
quidem in ſubſidium authoritatis Canonicæ ,
ſed in admonitionem poſterorum , ut noſcant
quomodo Sancti & Sacri Antiſtites & Patres
Eccleſiæ in tali ſcrupulo divina eloquia ſunt
ſecuti. Et hanc doctrinam dicit Auguſtinus in-
dubitanter antiquam fidem catholicam.

10. Sed interrogant ſtudioſi fideles: *Quid er-*
go male peccant hæretici contra fidem , qui &
Scripturis & aſſertionibus Patrum hæreſes ſuas
defendunt? Quia teſtimonia illa pervertunt. *Sed*
quomodo diſcernenda eſt corruptio teſtium ? Pri-
mo , ſi Scripturæ interpretatio quam invehit ,
contra ipſam Scripturam ibi & alibi rite intel-
lectam, & fidem Sanctorum Patrum, ſonuerit.
Unde de *quæſtionib. novi & veteris teſtamenti* ,
cap. 91. AUGUSTINUS . Quia carnalibus in du- [* Auguſtinus *To. 3. in Appen. pag. 83.*]
„ bium venit, qui volunt Scripturam pro ſen-
„ ſus ſui loqui capacitate, fides poſita eſt, quæ
„ ſenſum Scripturæ ſecuta, præmium mereatur . „
Hæc ille . Ecce quod *fides poſita eſt* , ſequens
ſenſum Scripturæ, ne carnales abutantur ea pro
ſui ſenſus capacitate . Et Hieronymus hanc *fi-*
dem expoſuit eſſe ſecundum concordem expoſi-
tionem multorum Sanctorum lib. 11. *ſuper Je-*
rem. in Comment. ſuper hunc textum , *State* [*Jerem. 6. 16.*]
ſuper vias & videte , HIERONYMUS . Per Pa- [Hieronymus]
„ triarchas (inquit) & Prophetas, veniamus ad [*To. 4. pag. 986.*]
„ eum, qui dicit, *Ego ſum via* . Standum eſt [*Joan. 14. 6.*]
„ in Prophetis , & diligentiſſime contemplan-
„ dum & interrogandum de ſemitis antiquis ,
„ ſive ſempiternis , quæ multorum Sanctorum
„ ſunt tritæ veſtigiis : quæ ſit via bona in E-
„ vangelio, & ambulandum in ea ; quæ via ,
„ cum inventa fuerit, præbet refrigerium, ſive
„ purificationem animabus credentium. At illi
„ e contrario reſponderunt : *Non ambulabimus*
„ *per viam Evangelii*. „ Hæc Hieronymus. Ec-
ce viam Catholicorum , quam hæretici ſequi
contemnunt , dicentes, omnes Sanctos priores
ex conſuetudine peccatores (*b*): *non* (inquiunt) [b]
ambulabimus per hanc viam. Et ideo ſolum
Chriſtum ſine medio ſtatim appellant , putan-
tes ſe poſſe ſecure corrumpere verba Chriſti :
& ſic ſine judice pervertunt ad libitum . Sed
Eccle-

(*a*) Quoad Scripturas divinas , omnino perſpicuas eſſe (ſaltem humilibus ac probis legentibus) docent Lutherus in *Præfatione aſſertionis* Articulorum a Leone Pontifice damnatorum ; Brentius in *Prolegom.* contra Petrum a Soto , & alii recentiores Heterodoxi . Sed nullo fuco manifeſtam poterunt tegere falſitatem, cum Scriptura ipſa ſuam obſcuritatem declaret . Quorſum dicit Pſalmiſta : *Da mihi intellectum & ſcrutabor legem tuam?* Pſal. 118. Et illud ibidem : *Doce me juſtificationes tuas?* Certe David erat probus , Sanctus, humilis, atque fidelis, & noverat phraſes hebraici ſermonis . Unde Sanctus Hieronymus in Epiſt. ad Paulinum *de inſtitutione Monachi*, tractans hæc verba, ſic ait : *Si tantus Propheta tenebras ignorantiæ confitetur, qua nos putas parvulos, & pene lactentes, inſcitia noſſe circumdari?* Quid porro ſibi vult quod Dominus Luc. 24. interpretabatur Scripturas diſcipulis ſuis ? Diſcipulos illos fuiſſe valde probos , & hebraici Sermonis peritos, ipſa Evangelica tradit hiſtoria. Sanctus item erat , pius , ac humilis Act. 8. Eunuchus Reginæ Æthiopum , ut docet Hieronymus in Epiſt ad Paulinum *de ſtudio Scripturarum* ; & nihilominus interrogante eum Philippo, *intelligis quæ legis?* reſpondit : *Et quomodo poſſum , niſi aliquis oſtenderit mihi?* Denique 2. Petri 3. Beatus Petrus teſtatur, quædam in Epiſtolis Pauli reperiri difficilia intellectu , quæ indocti & inſtabiles depravant .

(*b*) Antiquis Eccleſiæ Patribus ſic impudenter detrahit Wicleffus in ſuis ſermonibus , præſertim ſerm. 45. ut licentius per *Spiritum privatum*, relictis veterum interpretationibus, Scripturas per ſe, & aſſeclas ſuos, ad hæreticum ſenſum depravaret .

Eccleſia Catholica non habet hunc morem. Suſceptis enim cum omni reverentia Chriſti verbis, ſtatim ex Paternis regulis ejus intelligentiam ſiſcitatur. Sic dixit Hieronymus interrogandum de ſemitis antiquis, quæ multorum Sanctorum ſunt tritæ veſtigiis.

11. Sed adhuc interrogant ſtudioſi: quomodo A ſi teſtimonium alicujus Patris inducti, etiam ſit perverſum? Jam reſtat ſcire, an hoc præter ſenſum Doctorum inducitur; an ſi ipſe itidem male ſenſit. Et propter utrumque dixi ſupra *, Scripturas inveſtigandas per plurimorum Doctorum concordes ſententias, quemadmodum Sanctus Paulus Timotheum inſtruxit 2. Tim. 2. *Tu autem, fili mi, confortare in gratia quæ eſt in Chriſto Jeſu; & quæ audiſti a me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus*. Non ergo vult Sanctus Paulus verba ſua, nec ſine teſte, nec ſine multis teſtibus, fidelibus commendari. B Et ideo in Sanctorum tractatibus omnino diſcernatur, quid antiquorum Sanctorum regulis aut concinat aut repugnet. Unde lib. *Divinar. inſtitutionum* cap. XXIV. CASSIODORUS. Quod „ dictum rationabiliter in tractatibus probatiſ„ ſimis invenitur, hoc procul dubio credamus „ eſſe divinum. Si quid diſſonum aut diſcor„ dans Patrum regulis contigerit inveniri, vi„ tandum eſſe judicemus. ORIGO ENIM SÆVISSIMI ERRORIS eſt inſpectis * authoribus ama„ re totum, & ſine judicio defendere velle quod C „ invenis: ſcriptum eſt enim, *Omnia probate*, „ *quod bonum eſt tenete*. Sed ut in ſumma quæ „ ſunt dicenda complectar, cuncta quæ antiqui „ Expoſitores probabiliter dixerunt, ſollicita „ mente tenenda ſunt: illa vero quæ ab eis in„ tractata relicta ſunt, ne infructuoſo labore fa„ tigemur, primum rimanda ſunt quas virtutes „ habeant, aut ad quæ nos inſtituta perducant: „ deinde quid nos velint de ſe legendo contra„ here.„ Hæc ille. Vult Caſſiodorus regulam Patrum eſſe metrum & menſuram omnium tractandorum; ipſamque eſſe fidem catholicam, & D verborum Chriſti indubitandum interpretem, etiamſi reperiatur in uno: qualiter beatus Auguſtinus dicit de Cypriano in Epiſtolis, lib. IV. *contra Julianum*. AUGUSTINUS. Non omnia com„ memorare potui vel debui, quæ glorioſiſſimus „ in Domino Cyprianus poſuit in Epiſtolis ſuis, „ quibus demonſtretur quam ſit hæc, quam tene„ mus, fides vera, vereque Chriſtiana atque Ca„ tholica; ſicut per Scripturas Sanctas antiqui„ tus tradita, ſic a Patribus noſtris, & uſque ad E „ hoc tempus, quo iſti * eam convellere tenta„ verunt, retenta atque ſervata, & deinceps pro„ pitio Deo reſtituenda atque ſervanda. Nam „ ſic Cypriano & a Cypriano tradita, hæc atque „ hujuſmodi ex ejus literis teſtimonia prolata te„ ſtantur.„ Hæc ille. Hæc ecce eſt vera fides Chriſtiana atque Catholica, per Scripturas Sanctas antiquitus tradita, quam a Patribus noſtris Cyprianus accepit, & quæ a nobis retenta eſt, ſic & fidelibus poſteris tranſmittenda. Quid ergo intendit Wicleffus, interrumpendo (*a*) teſtimonia & conſuetudines Sanctorum Patrum, aliquando per mille annos, ut in materia *de Dote Eccleſiæ*: in aliis per annos quingentos, ſicut *de Pœnitentia* *: alias a toto tempore Apoſtolorum, ut *de Euchariſtia*, & *Religione perfecta* (*b*); niſi inducere oblivionem Dei in populos, ne geſta Chriſti & Apoſtolorum documenta, per atteſtationes Patrum noſtrorum venirent ad nos: & ſic deteſtata Doctrina Sanctorum, veniremus intra pauca tempora ad oblivionem Dei perfectam? Et quæ miſeranda inſania a tam recenti & turbido viro *, deſertis antiquiſſimis Patribus fidei, quærere quid Chriſtus dixit, aut quo ſenſu docuerit? Unde & HIERONYMUS. „ *Uſquequo iſtud* (inquit) *in corde prophetarum* „ *vaticinantium mendacium, & prophetantium* „ *ſeductionem cordis ſui?* Hoc autem faciunt, „ ut quomodo antiquus ille populus, qui de „ Ægypto egreſſus, oblitus eſt nominis Dei: & „ ſic poſteri eorum obliviſcantur mei. Hujus „ prophetatio non eſt in nomine Domini, ſed „ in nomine Baal, quod proprie idolum eſt Si„ doniorum (*c*).„ Hæc Hieronymus ſuper Jeremiam lib. IV. SED ET DOLO MALO, PARVIPENSA AUTHORITATE UNIVERSALIS, IDEST, CATHOLICÆ ET APOSTOLICÆ ECCLESIÆ, CURRIT OMNIS HÆRETICUS AD LITERAM SCRIPTURÆ CANONICÆ (*d*), UT HINC ERROR SUUS PROTECTUS APPAREAT: & ne apparentia illa diſſolvatur authoritate Eccleſiæ & traditione Patrum fidelium: quia (ut dixi *) fides ipſa Eccleſiæ veriſſime interpretatur ſenſum Scripturæ, & æque declarat falſitatem interpretationis hæreticæ. Non ergo inde eſt fidelis Doctor, quia fidem Scripturæ producit, niſi etiam fidem & authoritatem ſequatur, non unius particularis, ſed univerſalis Eccleſiæ, in qua ſola ſenſus Scripturarum verus habetur (*e*). Sicut non inde eſt fidelis & catholicus qui credit in Deum Patrem & Filium, & Spiritum Sanctum, ſecundum articulos Symboli, niſi etiam credat Eccleſiam catholicam, ideſt, doctrinam ejus quamlibet eſſe veram de Patre & Filio & Spiritu Sancto: & ſimiliter de ſe ipſa. Quam utique authoritatem ipſe Dominus Deus donavit Eccleſiæ. Auguſtinus enim notanter loquitur in hoc caſu de hæreticis: AUGUSTINUS. Illi (in„ quit) qui cum in unitate atque communio„ ne catholica non ſunt, chriſtiano tamen no„ mine gloriantur, coguntur adverſari creden„ tibus, & audent imperitos quaſi ratione tra„ duce-

[Margin notes, left column: * Num. 10. — 2. Tim. 2. 1. — Caſſiodorus To. 2. pag. 422. — * M. in ſuſpectis. — 1. Theſſ. 5. 21. — Auguſtinus Lib. 4. contra duas Epiſt. Pelagianor. cap. 12. pag. 491. — * Pelagiani.]

[Margin notes, right column: a — * Vide infra lib. 4. art. 3. * To. 2. de Pœnit. & Euchariſt. — b Oblivionem traditionis & Dei inducere conantur hæretici. — * Wicleffo. — Hieronymus To. 4. pag. 1004. Jerem. 23. 26. — c — d — * Paulo ſupra num. 10. — e Verus ſenſus Scripturarum in ſola Eccleſia. — Auguſtinus To. 2. Epiſt. 118. al. 56. pag. 342. num. 32.]

(*a*) Interrumpit Wicleffus teſtimonia Sanctorum, cum effingit quod Eccleſia Chriſti jam abolim cecidit, & Patres prævaricati ſunt: quamquam hujuſmodi ruinæ, atque prævaricationis Epocham non unam, ſed multiplicem pro libito ſtatuat. Recentiores hæretici, qui unanimiter ad hoc novitatum ſuarum præſidium confugiunt, non leviter adhuc torquentur, ſi effictæ hujus defectionis, & prævaricationis tempus certo perſuadere adigantur. Vide ſuperius, *Doctrina* 3. in *n*.

(*b*) Quocumque tempore Eccleſiam defeciſſe adſtruant hæretici, erroribus errorem cumulant, ſupponendo Eccleſiam Chriſti defectibilem; quod jam improbaverunt in Donatiſtis Africani Patres, ut luculenter ex Collatione Carthaginenſi edocemur. Porro Eccleſia ſponſa eſt, non meretrix, quæ aut deſerere ſponſum noverit, aut deſeri a Sponſo. Unde de illa prophetice Iſaias dixit cap. 61. *Fœdus perpetuum feriam eis; & ſcietur in gentibus ſemen eorum, & germen eorum in medio populorum: omnes qui viderint eos, cognoſcent illos, quia iſti ſunt ſemen, cui benedixit Dominus*. Ipſe quoque Chriſtus Sponſam ſibi in perpetuum devinxiſſe teſtatur dum ait Matth. 16. *Portæ inferi non prævalebunt adverſus eam*. At ſi defeciſſet aliquando Eccleſia, jam portæ inferi contra illam prævaluiſſent.

(*c*) *Sidonii* ab urbe *Sidon*, quæ Phœniciæ erat Metropolis, celeberrima ſua colebant Numina *Baal* & *Aſtaroth*, ſive *Solem* & *Lunam*. Eorumque religio ſæpe inter Hebræos irrepſit, potiſſimum poſt ductam ab Achabo Rege Iſraelis Jezabelem filiam *Ethbaalis* Regis Sidoniorum.

(*d*) Currit poſt alios, etiam Calvinus, qui lib. 4. *Inſtit.* cap. 9. docet quod Eccleſia non habet poteſtatem interpretandi Scripturas.

(*e*) Hoc poſtea expreſſe definierunt Tridentini Concilii Patres Seſſ. IV. ubi ſic: *Ad coercenda petulantia ingenia, decernit, ut nemo ſuæ prudentiæ innixus, in rebus fidei & morum, ad ædificationem doctrinæ Chriſtianæ pertinentium, Sacram Scripturam ad ſuum ſenſum contorquens, contra eum ſenſum, quem tenuit & tenet Sancta Mater Eccleſia*, CUJUS EST JUDICARE DE VERO SENSU ET INTERPRETATIONE SCRIPTURARUM SANCTARUM, *interpretari audeat*. Nec nova videri debet hæc lex Tridentinæ Synodi. Idipſum enim docuit Toletana Synodus XV. dicens: *Quidquid creditur contra Sanctos Patres, intelligitur aberrare a recta regula fidei*. Idipſum Vincentius Lirinenſis, qui multa in eam ſententiam differit in *Commonitorio* adverſus hæreſes, ubi inter cætera: *Invecti ſumus* (inquit) *in Neſtorii ſceleratam præſumptionem, quod Sacram Scripturam ſe primum & ſolum intelligere jactaret .... & totam etiam nunc errare, & ſemper erraſſe Eccleſiam, quæ (ut ipſi videbatur) ignaros erroneoſque Doctores & ſecuta eſſet, & ſequeretur*.

„ ducere, quando maxime cum iſta medicina Dominus venerit, ut fide populis imperaret. Sed hoc facere coguntur (ut dixi) quia jacere ſe abjectiſſime ſentiunt, ſi eorum authoritas cum authoritate catholica conferatur. Conantur ergo authoritatem ſtabiliſſimam fundatiſſimæ Eccleſiæ, quaſi rationis A humanæ pollicitatione ſuperare. OMNIUM ENIM HÆRETICORUM quaſi regularis eſt iſta temeritas. Sed ille fidei clementiſſimus Imperator, & per conventus celeberrimos populorum atque gentium, Sedeſque ipſas Apoſtolorum arce authoritatis munivit Eccleſiam, & per pauciores pie doctos, & vere ſpirituales viros copioſiſſimis apparatibus, etiam invictiſſimæ rationis, armavit. „ Hæc Auguſtinus Epiſtola *ad Dioſcorum*, prope finem: & eſt inter Epiſtolas LVII. Ecce quod hanc authoritatem Eccleſiæ omnes hæretici una profeſſione contemnunt; cum tamen omnes de fide Scri- B pturæ jactent: quam prorſus Eccleſiam Chriſtus arce authoritatis fundatiſſimæ, non per ſe tantum, ſed etiam per conventus celeberrimos populorum, & Sedes Apoſtolicas communivit. Hæc non enumeraret Auguſtinus in munitionem Eccleſiaſticæ authoritatis, ſi tamquam non neceſſaria ſpernerentur, & cum eis univerſalis ſperneretur Eccleſia.

CAPUT XXIII.

Quod neceſſe eſt ad inveniendam veritatem Fidei, præter Scripturas, rimari dicta Majorum.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *In rebus dubiis, tantum Scripturæ fidem conſulendam eſſe, dicebat hæreticus.*
2. *Quam impia ſit hæc poſitio, & quam apta ad deſtruendum articulum illum, qui dicit* Credo Sanctam Eccleſiam Catholicam, *manifeſtatur: & quod nonnulla ab Eccleſia definita ſunt, quæ in Sacra Scriptura aperte non inveniuntur.*
3. *Inſignis illa hæreſis de perpetua Deiparæ Virginitate, occaſione hujus Wicleviſtici fundamenti, ortum habuit.*
4. *Divus Paulus cur non modo voluit ad Romanos ſcribere; verum etiam eos perſonaliter videre.*
5. *Quamplurima hodie Eccleſia tenet & obſervat, quæ ſine ſcripto, vivæ tantum vocis oraculo ab Apoſtolis obtinuit.*
6. *Quidquid communi conſenſu, concordique Patrum inſtitutione tenet Eccleſia, tametſi literis exaratum non ſit, pro completa tamen definitione cenſeri debet.*
7. *Chriſtianæ fidei latitudo, qua ratione ſit diſpoſita.*

1. POſt authoritatem Scripturæ Sacræ, inſuper & univerſalis Eccleſiæ, adhuc ſupereſt authoritas, incumbens determinationi Majorum in rebus dubiis; quam ſimpliciter negat, dicens WICLEFFUS, apud Sapientes relinquendum, & tamquam impertinens veritati, quidquid Scriptura Sacra non ponit expreſ- ſe (*a*), „ *In de veritate & mendacio*, cap. XVI. „ Prudentes (inquit) habent hanc conſuetudinem, quando difficultas circa veritatem aliquam ventilatur: in primis conſiderant quid fides Scripturæ loquitur in hoc puncto, & quod fides in hac materia definierit, credunt ſtabiliter tamquam fidem. Si autem fides Scripturæ neutram ejus partem expreſſerit, dimittunt illud tamquam eis impertinens: & non litigant vel contendunt, quæ pars habeat veritatem. „ Hæc Wicleffus.

Wicleffus traditionem abjicit.

2. Ex hoc fundamento maxime infideli videtis, quomodo deſtruit articulum fidei, quo credimus Eccleſiam Catholicam & Apoſtolicam, nihil reſervans authoritatis ejus teſtimonio, vel decretis: ſine qua nec Evangelio crederemus. Et ubi, rogo, credendum invenis Deum eſſe tres perſonas, non tres eſſentias? In Scripturis (inquis) verum eſt, ſed non definitum expreſſe. Unde VII. *de* B *Trinit.* cap. IV. de magnis (*b*), vel ſeptimo de parvis, AUGUSTINUS. Scriptura non dicit tres „ Deos; ſed nec tres perſonas alicubi Scripturam commemorare invenimus. -- Sequitur. -- „ Propterea licuit loquendi & diſputandi neceſſitate tres perſonas dicere; non quia Scriptura dicit, ſed quia non contradicit. Si autem diceremus tres Deos, contradiceret Scriptura, dicens, *Audi Iſrael: Dominus Deus tuus unus eſt*. Cur ergo tres eſſentias non licet dicere, quod ſimiliter Scriptura, ſicut non dicit, ita nec contradicit? „ Hæc Auguſtinus. Ita Patrem divinum ingenitum, aut Fi- C lium eſſe illi *homouſion*, non habetur in Scripturis. Unde Epiſtola ad *Paſcentium* Arianum & eſt Epiſt. CLXXIV. AUGUSTINUS. Ego quod „ dixeram repetivi, fieri poſſe, ut *homouſion*, neque ſcriptum in libris Sanctis inveniatur; & tamen dictum in aſſertione fidei defendatur; ſicut *Patrem* in illis paginis nuſquam *ingenitum* invenimus; & tamen dicendum defenditur. „ Hæc Auguſtinus. Ecce tres perſonas dici Deum non exprimitur in Scripturis, nec unam eſſentiam, nec Patrem ingenitum, nec Filium *homouſion*, ideſt, *conſubſtantialem* Pa- D tri. Igitur pro iſtis tenendis non contendunt, ſi habeant veritatem, magni *ſapientes* & *prudentes* tui: & ſic ſtatim probas, eos bene facere, & *prudenter*, ſi diſcredant articulis fidei de Patre & Filio: quia *prudentes* (ut dicis) *dimittunt omne tale, tamquam eis impertinens*.

Auguſtinus To. 8. cap. 5. num. 8. pag. 859.

Scriptura nullibi dicit tres perſonas in Deo.

Deut. 6. 4.

Auguſtinus To. 2. Epiſt. 238. al. 164. pag. 855. num. 6.

3. Nec mirum jam, quod occaſione doctrinæ hujus hæreticæ, quædam diſcipula ejus (*c*), circiter annum Domini MCCCCX. doctrix & lectrix illius perverſitatis famoſa, in Civitate Londinenſi defendit & docuit Beatam Virginem Mariam, Virginem non manſiſſe poſt partum (*d*): quia ſcilicet non eſt in Scripturis expreſſum. E Multæ enim hoc modo hæreſes pullularent, multæ exterminari deberent catholicæ veritates. Idcirco huic latæ ſtratæ hæreticorum, ne libere pererrarent, Sancti Patres remedium providebant a tempore, quo Pſeudoprophetæ ſubverterunt Galatas, dicentes, cuſtodiendas eſſe cæremonias legis cum gratia Evangelii; producentes illud ex ore Domini, *Non veni legem ſolvere, ſed adimplere*. Et poſt hoc perverſa per quoſdam hæreticos erat doctrina Pauli, qui dixerunt facienda eſſe magna mala, ut venirent magna

Gal. 5.

Matth. 5. 17.

(*a*) De hujuſmodi Sapientibus eſſe voluerunt quotquot poſt Wicleffum adverſus traditiones pugnarunt Heterodoxi, Calvinus præcipuè lib. 4. *Inſtit.* cap. 8. §. 6. 7. 8. & cap. 10. §. 18. 19. 20. Et in Antidoto ad ſeſſ. 4. Concilii Tridentini: Joannes Brentius in ſuis Prolegomenis contra Petrum a Soto: Martinus Kemnitius in libro, quem inſcripſit, *Theologiæ Jeſuitarum præcipua capita*, & in examine Concilii Tridentini ſeſſ. 4.

(*b*) *De magnis*, ſeu prolixis Capitulis quibus ordinatus erat liber iſte *de Trinit.*

(*c*) Wicleffus *Pepuzianorum* renovans inſaniam, etiam fœminis munus docendi in Eccleſia tradidit, lib. *de Papa* cap. 9. Unde per ea tempora non paucæ mulierculæ ſpiritu fanatico abreptæ, Scripturas tractare cœperunt, populumque e Suggeſtu docere.

(*d*) Hunc errorem jam evulgaverant veteres nonnulli hæreſiarchæ, videlicet, *Bonoſus* Sardicenſis Epiſcopus, qui idcirco damnatus fuit ab *Anyſio*, & cæteris Illyrici Epiſcopis, quibus a Synodo Capuenſi cauſæ illius cognitio demandata fuerat, anno Chr. 389. *Bonoſo* autem præluſerunt *Helvidius* Auxentii Ariani diſcipulus, & *Jovinianus* Monachus Apoſtata.

Rom. 5. 20. gna bona , defendentes ſe ex illo Pauli dicen-
tis , *Ubi abundavit iniquitas*, *ſuperabundavit & gratia*.
2. Pet. 3. 14. Quos corripiebat Petrus palam in ſecun-
da Canonica , in fine , præmonendo fideles :
,, Satagite inveniri immaculati ei in pace , &
,, Domini noſtri longanimitatem ſalutem exi-
,, ſtimate , ſicut & dilectiſſimus frater noſter
,, Paulus ſecundum datam ſapientiam ſcripſit
,, vobis , ut & in omnibus epiſtolis , loquens
,, in eis de his quæ ſunt difficilia intellectu ;
,, quæ indocti & inſtabiles pervertunt, ſicut &
,, cæteras Scripturas ad proprium ſuum interi-
,, tum. ,, Quem locum tractans lib. *de fide & operibus* cap. XIV.
Auguſtinus To. 6. pag. 177. num. 22. AUGUSTINUS. Beatus (inquit)
,, Petrus Apoſtolus, ſciens de Apoſtoli Pauli qui-
,, buſdam ſubobſcuris ſententiis nonnullos ini-
,, quos accepiſſe occaſionem , ut tamquam ſe-
,, curi de ſalute, quæ in fide eſt, bene vivere
,, non curarent, commemoravit quædam ad in-
,, telligendum difficilia eſſe in epiſtolis ejus, quæ
2. Pet. 3. 14. ,, homines perverterent, ſicut & alias Scriptu-
,, ras, ad proprium ſuum interitum . ,, Hæc il-
le. Ubi nota, hoc fuiſſe quotidianum hæreticis
Hæretici depravant Scripturas. tunc , ubi dicit , *ſicut & alias Scripturas :* ubi
etiam dicit in expoſitione ejuſdem Canonicæ ,
Beda To. 5. pag. 725. ſuper eodem verbo BEDA . Omnes (inquit) Scri-
,, pturas hæretici depravant : nullus eſt enim vel
,, novi vel veteris teſtamenti liber, in quo non
,, multa perverſe intellexerint. Sed & ipſas ſæ-
,, pe Scripturas a ſuo ſtatu perverterunt , vel
,, demendo , vel addendo , vel mutando quæ-
,, cumque illorum perfidia dictaſſet: ſicut con-
,, ſtat Arianos de Evangelio eraſiſſe quod Sal-
Joan. 4. 24. ,, vator ait , *Quia Deus ſpiritus eſt :* quia no-
,, lebant credere quod Spiritus Sanctus eſſet om-
,, nipotens . ,, Hæc Beda. Videbant ergo Apo-
ſtoli hoc factum tam experimento ſenſus, quam
faciendum in poſterum inſtinctu Sancti Spiri-
2. Pet. 2. 1. tus, dicente Sancto Petro, *Fuere & pſeudopro-
phetæ in populo*, *ſicut & in nobis erunt magiſtri
mendaces*, *qui introducent ſectas perditionis.* Id-
circo, cum mandarent fidelibus obſervare Scri-
pturas Canonicas , mandabant eis cum jis ob-
ſervare ſermones ſuos vivos & traditiones, quas
Apoſtoli traditiones commendant. ſcribere non vacabat : ſed viva voce alter alte-
ri , & ſenior traderet juniori : qui ſemper ad
verum intellectum ducerent Scripturas , nulla
ex parte patientes eas perverti .

4. Nam ad quid aliter neceſſe habuit San-
ctus Paulus , poſtquam miſiſſet Romanis ſuam
Epiſtolam , venire illuc ad corporalem præſen-
Rom. 1. 11. tiam , dicens : *Deſidero videre vos , ut aliquid
impertiar vobis gratiæ ſpiritalis ad confirman-
dum vos?* Et cujus gratiæ ſpiritalis? Quam non
expreſſit in Epiſtola , dicit in eumdem textum
AMBROSIUS. Ideo deſiderat eos videre, ut præ-
* Ambroſius To. 2. in App. pag. 30. ,, ſens doctrinam Evangelicam ſenſu, quo ſcri-
,, bit, eis tradat, ne ſub authoritate literarum
,, ejus , non auferretur , ſed confirmaretur er-
,, ror. ,, Hæc Ambroſius. Et concorditer in gloſ-
Anſelmus Laudunenſis. ſa ſua punctali interlineatiter ANSELMUS. Quia
,, quæ ſcribit & perverſe poſſunt accipi , & præ-
,, ſentiæ virtute ſuaderet . ,, Hæc Anſelmus.

5. Neceſſe ergo habent Scrutatores dubiorum
Fidei, ultra literam ſcriptæ legis, aliquid acci-
pere ab inſtructione Majorum ſuorum , quo ſen-
ſu Scripturam ipſam Patres ſciunt Eccleſiæ Spi-
ritum Sanctum infudiſſe Scriptoribus . Hac ra-
tione Sermones Apoſtolorum non ſcriptos , &
traditiones eorum non ſcriptas commendat, &
ſervat Eccleſia : qui omnes, ſi ſcripti eſſent, eſ-
ſent de Canone Scripturarum . Putas ne Sermo-
nes illos , quos tot diebus prædicavit Paulus
Athenis, debere eſſe abjectos: & quos prædica-
vit quotidie in Synagogis Judæorum ; & iterum
multis diebus Epheſi , & tandem finaliter Ro-
mæ? Et quamvis morticina pellis ſub atramen-
to ipſos non contineat ; credis tu , quod ipſos
A quos Spiritus Sapientiæ & intellectus tam eli-
matos linguæ coaptavit Apoſtolos , non incor-
poravit jam Scripturæ perpetuæ Beatorum , ubi
Scriptura veriſſime eſt ? Et quamvis cœlum &
terra & omnes corrupti libri tranſierint, verba Matth. 24. 14.
Chriſti non tranſient . Horum credo majorem
partem per traditiones & ſucceſſiva documenta
Patrum adhuc Eccleſia Catholica theſaurizat .
Unde Damaſcenus IV. *Sententiarum* XIII. cap.
loquens de hoc , quod Eccleſia adorat verſus
Orientem, DAMASCENUS. Non ſcripta (inquit) Damaſcenus To. 1. pag. 282. Ed. Pariſien.
,, eſt traditio Apoſtolorum : multa enim non
,, ſcripta nobis tradiderunt. ,, Hæc ille . Et in
B cap. XVII. de *adoratione imaginum*. ,, Eſt (in-
,, quit) non ſcripta hæc traditio, velut ſecun-
,, dum Orientem adorare, & Crucem adorare,
,, & his ſimilia. – Et infra – Quoniam autem
,, plurima Sancti Apoſtoli & non ſcripta tra-
,, diderunt, ſcripſit Paulus gentium Apoſtolus: 2. Theſſal. 2. 14.
,, *Ergo Fratres ſtate* (inquit) *& tenete tradi-
,, tiones quas edocti eſtis*, *ſive per ſermonem* ,
,, *ſive per epiſtolam noſtram* . Et ad Corin-
,, thios : *Laudo autem vos fratres*, *quoniam* 1. Cor. 11. 2.
,, *omnium meorum meminiſtis ; & ſicut tradi-
,, di vobis*, *traditiones tenetis* . ,, Hæc ille. Et
iterum planiſſime *de dictis Baſilii* * lib. 1. de Spi- * Cæſarienſis.
C ritu Sancto habetur Diſt. XI. cap. *Eccleſiaſtica-
rum*, BASILIUS . Eccleſiaſticarum (inquit) inſti- Baſilius apud Gratianum pag. 47.
,, tutionum quaſdam Scripturis , quaſdam ve-
,, ro Apoſtolica traditione per ſucceſſiones in
,, miniſterio confirmatas accepimus : quaſdam
,, vero conſuetudine roborata approbavit uſus;
,, quibus par ritus, & idem utriſque pietatis
,, debetur affectus: unde quis vel aliquantulum
,, Sacrarum expertus Scripturarum hæſitaverit?
,, Si enim attentaverimus conſuetudines Eccle-
,, ſiæ, non per Scripturas a Patribus traditas
,, nihil æſtimare, quantum religio detrimenti
,, latura ſit intime diſpicientibus liquido con-
D ,, ſtabit. Quæ enim (ut inde ordiamur) Scri-
,, ptura ſalutiferæ Crucis ſignaculo fideles do-
,, cuit inſigniri ? vel quæ triſariam digeſta ſu-
,, per calicem & panem prolixas orationes, vel
,, conſecrationis verba commendavit ? Nam
,, non modo quod in Evangelio continetur ,
,, vel ab Apoſtolis inſertum eſt, in Secretis di-
,, cimus; ſed & alia plura adjicimus, magnam
,, quaſi vim commendantia myſterii. Quæ enim
,, Orientem verſus orare literarum forma do-
,, cuit? Benedicimus fontem Baptiſmatis : oleo
,, unctionis inungimus quos baptiſamus; verbis
,, abrenuntiare Satanæ & angelis ejus informa-
E ,, mus . Unde etiam hæc & alia in hunc mo-
,, dum non pauca , niſi tacita & myſtica tra-
,, ditione a Patribus Eccleſiaſtico more, ac re-
,, verentiori diligentia ſunt in myſteriis obſer-
,, vata ſilentio, magis quam publicata ſcripto? ,,
Hæc ille . Ecce reverentiam traditionum Apo-
ſtolicarum, quas non communicaverant in Scri-
pturis, quibus æque ut ſcriptis par ritus de-
betur & pietatis affectus . Ergo non ſunt *pru-
dentes* neque *ſapientes* (*a*) Eccleſiæ ; ſed potius a
Wicleffus, & principes hujus mundi , qui ad
eas cum venerint, & in Scripturis non invene-
rint, ut *impertinentes* abjiciunt.

6. Si ergo poſtquam Scripturas ſcrutati fue-
rimus,

(*a*) *Revole quæ ſupra dixit Wicleffus num. 1.*

rimus, videamus quid de hac re communiter ſentit Eccleſia, vel in traditione vulgari, vel concordi Patrum inſtitutione, habeamus hoc tamquam in Scripturis inveniretur pro definitione completa. Sic enim dicit Beatus Auguſtinus eſſe faciendum, in Epiſt. *ad Caſulanum* Presbyterum; & eſt Epiſtola LXXXVI. AUGUSTINUS. In his rebus, in quibus nihil certi conſtituit divina Scriptura, mos populi Dei, & inſtituta Majorum pro lege tenenda ſunt *. Et ſicut prævaricatores legum divinarum, ita contemptores conſuetudinum Eccleſiaſticarum coercendi ſunt. „ Hæc ille. Vides jam quam fatue dixit Wicleffus, *ſapienter* debere relinqui *tamquam impertinens*, quod Scriptura non exprimit. Quot vidiſti jam & audiſti, quæ ſunt de mera fide, vel circa, quarum contemptores, ſicut & contemptores legum divinarum, coercendi ſunt?

A

Auguſtinus *To. 2. Epiſt. 36. pag. 68.*

* *Quæ ſequuntur verba non habentur apud Maurinos.*

7. Reſpondeamus ergo & dicamus latitudinem chriſtianæ credentiæ ſic eſſe diſpoſitam, ut primam fidem tribuamus Scripturis Canonicis: ſecundam ſub iſta, definitionibus & conſuetudinibus Eccleſiæ Catholicæ, juxta illum articulum in Symbolo, *Credo in unam Sanctam Eccleſiam Catholicam & Apoſtolicam*. Poſt iſtas habent Chriſtiani credere, non quidem ſub pœna perfidiæ, ſed proterviæ, vel craſſæ contumaciæ, ſtudioſis viris & amatoribus veritatis. Unde in libro *de utilitate credendi*, circa medium, cap. XI. prima duo ſub uno complectens ſupremo nomine *veritatis*, AUGUSTINUS. Primum (inquit) Beatorum genus eſt ipſi veritati credere; ſecundum autem ſtudioſorum amatorumque veritatis, authoritati: quia, ut dicit bene poſt: „ ſola eſt authoritas, quæ commovet ſtultos, ut ad ſapientiam feſtinent, quamdiu intelligere ſincera non poſſumus. AUTHORITATE QUIDEM DECIPI MISERUM EST; ſed miſerius non moveri. „ Hæc Auguſtinus. Optima Auguſtini Sancti doctrina. Prima beatitudo eſt ipſi credere *veritati*, ipſi ſcilicet fidei bipartitæ, Canonicæ, & Symbolicæ de Eccleſia (*a*): utraque enim fidem vendicat, & ideo nomen *veritatis* meruit abſolute. Secunda eſt credere ipſi authoritati amatorum veritatis, & vere amatorum, non omnium: (ut qui cum Wicleffo ſe dicunt amare veritatem) quamvis & ipſorum * authoritate decipi miſerum eſt, & miſerius non moveri.

B

Auguſtinus *To. 8. pag. 62.*

C

a

D

* *Vere amatorum veritatis.*

CAPUT XXIV.

Quod citra Scripturam Canonicam, & authoritatem univerſalis Eccleſiæ, dicta Prælatorum & Patrum Eccleſiæ, ſunt reverenter ſuſcipienda.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Id tantum credendum, tenendumque nobis eſt, (dicebat Wicleffus) quod a Scriptura Sancta Doctores Sancti exhaurire potuerunt: quidquid vero ultra præſumpſerint, tamquam hæreticum eſt contemnendum.*
2. *Quam impium ſit hoc dogma, oſtenditur: & quod in Berengario damnatum fuit.*
3. *Argumento a minore ad majus probatur quam ſit conveniens credere Prælatis, Doctoribuſque Eccleſiæ.*
4. *Prælati, quorum Eccleſiæ vel Apoſtolos, vel eorum epiſtolas ſuſceperunt, cæteris ſunt authoritate majores.*
5. *Inter omnes Eccleſiæ Antiſtites, Romano Pontifici ſumma fides adhibenda eſt.*

1. HOc ipſo verbo Auguſtini * erudiendi ſunt fideles Eccleſiæ catholicæ fidei, revereri authoritatem Doctorum & Patrum Eccleſiæ, & vitare procacitatem locutionis aſſiduæ, & quæſtiones contentioſas, & inſidioſas collationes in materia fidei, quales ſemper exercent Wicleviſtæ * contra Doctores & Patres catholicos, habentes hoc a conſuetudine veterum hæreticorum omnium, & originaliter a Phariſæis & Sadducæis, qui cum multis quæſtionum aculeis, quomodo Chriſtum facerent obluctantem Cæſari, quomodo prophanatorem ſabbati & Legis violatorem, in multis ponebant inſidias, ut eum caperent in ſermone. Hunc etiam corruptum morem habebant Corinthii, cum primo doceret eos Apoſtolus, contendentes & quærentes de Scripturarum locis, ubi quod tunc dixit ſcriptum eſſet; qua ratione defendi poſſet; & talia multa. Apoſtolus ergo in epiſtola ſua contentiones illorum præveniens, *Si quis videtur contentioſus eſſe* (inquit) *nos talem conſuetudinem non habemus*. 1. Cor. XI. ſuper quo loco in *annotationibus*, HIERONYMUS. Prævenit illos, ne quis diceret: *ubi hoc ſcriptum eſt?* vel aliis argumentis huic reſiſteret rationi. *Nos talem conſuetudinem non habemus:* ſive contendendi, ſive talia faciendi. *Neque Eccleſia Dei*, quæ manſuetudini potius ſtuduit, quam contentionibus. „ Hæc Hieronymus. At Wicleffus, demonſtrans ſe patenter oppoſitum doctrinæ Apoſtoli & conſuetudini Sanctæ Eccleſiæ, urget omnes ad turbidas quæſtiones, in quibus Scripturis Patres Eccleſiæ fundent omne quod jubent, vel docent. Unde in Supplemento *Trialogi*, cap. IX. & eſt quæſtio ter damnata, *Concluſione* XXXVI. WICLEFFUS. Quidquid Papa vel Cardinales ſciunt ex Scriptura Sacra deducere, illud duntaxat eſt credendum, vel ad eorum monita faciendum: & quidquid ultra præſumpſerint, eſt tamquam hæreticum contemnendum. „ Hæc Wicleffus. Et ſecunda parte *de Serm. Domi. in monte*, cap. XLVI. hortatur Reges, Sacerdotes, & populos, ne obediant Papæ, quouſque docuerit ſufficienter de fide Euchariſtiæ. Et ibi cap. LXXX. faciens ſex ſuppoſitiones, ſupponit tertio, quod fides fundata in dicto Papæ, eſt minima.

* *In fine cap. præced.*

* *De aliis vide infra num. 2.*

Hæretici loquaces, contentioſi, & inſidioſi.

Matth. 22. 15.

1. *Cor.* 11. 16.

* Hieronymus *To.* 11. *pag.* 930.

Wicleffus.

2. Eccleſia autem Catholica, ſequens authoritatem Apoſtoli, reſpondet iterum Wicleviſtis, *Si quis videtur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei*. Sed ut ſcribitur Job XXXIII. „ Adverſus eum contendis, quod non ad omnia verba reſponderit tibi. Semel loquitur Deus, & ſecundo idipſum non repetet. „ *Semel* in hoc ipſo articulo hæretico damnavit Eccleſia Sancta Berengarium (*b*), auditis frivolis allegationibus ejus; & ſecundo idipſum non repetet ad omnes novas garrulas * hæretici ſuccreſcentis. MULTI ENIM EX VOBIS HOC SOLUM REPUTATIS PERPETUAM GLORIAM, QUOD SEMEL POSSITIS CUM

E

1. *Cor.* 11. 16.

Job 33. 13.

b

* *Subaudi voces.*

Quare Eccleſia non ſemper reſpondet hæreticis.

(*a*) De fide credenda aſſerit, nedum ea quæ in libris Scripturæ Canonicæ continentur, ſed ea etiam quæ docet Eccleſia *Symbolica*, Eccleſia ſcilicet *Univerſalis*, univerſalitate loci & temporis. Hæc enim Eccleſia eſt objectum fidei; & de ea dicitur in Symbolo, *Credo in Sanctam Eccleſiam*. Hanc appellat Waldenſis *Symbolicam*, ut ſignificet de illa dumtaxat Eccleſia ſe loqui, quam Fideles profitentur in *Symbolo*.

(*b*) Volebat ſiquidem Berengarius non audiendos eſſe Patres Eccleſiæ, teſtantes de fide Euchariſtiæ; ſed ſolam conſulendam Scripturam. Anno Dom. 1150. in Concilio Vercellenſi ſub Leone IX. damnatus eſt.

ECCLESIA DEI INIRE CERTAMEN. Idcirco obſtruit vobis laudabiliter deſideratum reſponſum, ſicut & Chriſtus porco Evangelicam denegat Margaritam. Unde conſimiliter laudans examen & reſponſionem *Maximianiſtis* (*a*) ſubtractam hæreticis, lib. III. *contra Julianum*, cap. I. in fine, AUGUSTINUS. Cupientes (inquit) exiguitatem ſuam, nomine ſaltem certaminis conſolari, & ideo videri aliquid apud eos, quibus contemptibiles erant, quia inire nobiſcum finerentur examen; interpellantes eos, & libellum dantes, provocanteſque contempſimus. Magis enim de certamine nominari deſiderabant, quam formidabant in certamine ſuperari. Nec ſperabant victoriæ gloriam, ſed famam requirebant *collationis*, quia *multitudinis* non habebant (*b*). „ Hæc Auguſtinus. Ita ſapienter & catholice denegant Wicleviſtis Patres & Doctores Eccleſiæ ſententias reſponſales, quia ad ſuperbiam & jactantiam ſuæ hæreſis verba communicant; & NON UNDE DOCEANTUR, ſed unde rixentur, interrogant. Gregorius enim lib. XX. *Moral.* cap. X. in principio Capitis, ſuper illud Job XXX. *Egeſtate & fame ſterilis*, GREGORIUS. Omnes (inquit) hæretici, „ dum in ſacro eloquio plus ſecreta Dei ſtudent perſcrutari quam capiunt, fame ſua ſteriles ſiunt. NEQUE ENIM QUÆRUNT, ex quibus ſemetipſos ad humilitatem erudiant, mores in tranquillitate diſponant, patientiam ſervent, longanimitatem exhibeant: ſed ea ſolummodo, quæ eos doctos ac loquaces demonſtrent. ILLA SCIRE APPETUNT, ex quibus ſingulariter eruditi videantur. „ Hæc ille. Et inter omnes hoc majoris putatur eſſe periculi, ubi minus adeſt rationis vel ingenii: de ſimplicibus dico, qui cum aliquid de Scripturis perite protuliſſe ſe exiſtimant, qualitercumque errent, vix, aut difficulter deflectuntur. Sic in Epiſtola *ad Paſcentium* Arianum, inter Epiſtolas CLXXIV *. AUGUSTINUS. Homines (inquit) „ minus intelligentes, quid propter quid dicatur, præcipites volunt habere ſententias; & Scripturis non diligenter ſcrutatis, arripiunt defenſionem cujuſcumque opinionis, & ab ea vel nunquam, vel difficile deflectuntur; dum DOCTI ATQUE SAPIENTES PUTARI magis, quam eſſe cupiunt. „ Hæc ille. Igitur cum hi omnes Wiclevistæ his moribus plaudant, quibus inflexibiles ſemper arrident hæretici, quibus Doctores Sancti denegant audientiam; & quos Paulus in querulis damnare voluit Corinthiis; longe diſtent ab ipſis pii Catholici, & Patribus ſuis & Doctoribus univerſis Catholicis obediant in auditu auris, ſimplici fide, ſupplici charitate, amputantes omnem proterviam, omnem dolum; & tamquam peſtem contumaciam declinantes. Et quamquam Doctorum ſuorum verba non æqualiter ponderent cum Scripturis, nec etiam citra Scripturas cum authoritate Catholica; non tamen putent eos ſine omni auctoritate habendos, dicente Auguſtino jam ſupra *, quod ſecundum genus beatorum eſt credere ipſi authoritati amatorum, & ſtudioſorum veritatis. Et idcirco idem Auguſtinus dixit ſe nunquam velle injuriari præceſſoribus & Patribus ſuis; & ſimplicitati potius voluit obedire quam tumori, *contra Felicianum* ſic loquens AUGUSTINUS. Non uſque adeo (inquit) duci me „ putes laudibus meis, ut injuriam faciam præcedentibus Sanctis. Nec præſumam unquam in ſapientia verbi, ut evacuetur crux Chriſti; ſed Scripturarum Sanctarum authoritate contentus, ſimplicitati potius obedire ſtudebo, quam tumori. „ Hæc ille. Hæc ergo utilitas fidei, hæc pietas morum, hæc ingenuitas Chriſtiana, cum omni pudore & reverentia catholicorum Patrum monitis indulgere fiduciam ſimplicem filialem: & quo authoritas docentis eſt in dignitate & fama præſtantior, eo ſub majori reverentia & timore audientis fiducia ſubſit major.

Matth. 7. 6. — Auguſtinus To. 10. pag. 555. — Job 30. 3. Gregorius To. 1. cap. 8. pag. 644. num. 15. — * Cod. Vat. 120. Auguſtinus To. 2. Epiſt. 228. al. 164. num. 14. pag. 857. — 1. Cor. 11. 16. — Pſal. 17. 45. — * Cap. præced. num. 7. — * Auguſtinus To. 8. in Append. cap. 2. pag. 35. — 1. Cor. 1. 17.

3. Hoc dico: omnis Doctor Catholicus fiducialiter & cum reverentia audiatur: ſed Sacrorum Epiſcoporum authoritati obtemperetur attentius. Indignum valde quiſque judicat fidelis, ſi proximus ſuus nolit credere ſibi cum omni probatione veriſſima proferenti. Quanto indignius Dominus ejus, aut Pater, ſe ex iſtius diffidentia poterit exiſtimare deluſum? Sic libro *de utilitate credendi* ad Honoratum, bene poſt medium, ideſt, cap. X. in fine, AUGUSTINUS. Sæpe (inquit) diſpenſatoribus Servis ſine „ ulla culpa Dominorum creditur. In religione vero quid iniquius fieri poſſet, quam ut Dei Antiſtites nobis non fictum animum pollicentibus credant, nos eis præcipientibus nolimus credere? Poſtremo, quæ poteſt eſſe via ſalubrior, quam idoneum primo fieri percipiendæ veritatis, adhibendo jis fidem, quæ ad præcolendum & præcurandum animum ſunt divinitus conſtituta? Aut ſi jam prorſus idoneus ſis, circuire potius aliquantum qua tutiſſimum eſt ingredi, quam & tibi authorem eſſe periculi, & cæteris temeritatis exemplum? „ Hæc Auguſtinus. Ecce quam prudenter redarguit Auguſtinus craſſam diffidentiam & proterviam audientium Sanctos Antiſtites, dicens *iniquiſſimum*: quia & ipſi nobis forte crederent, ſi diceremus nos velle ex corde promere veritatem. Et non *poteſt eſſe* (inquit) *via ſalubrior* ad perceptionem veritatis, quam jis dare fidem, puta documentis Catholicorum Antiſtitum, quæ ad præcolendum vel procurandum animum ſunt divinitus conſtituta. Ipſis enim in Sanctis Apoſtolis præcipue dixit Chriſtus, *Ite, docete omnes gentes*.

Auguſtinus To. 8. pag. 61. num. 24. — Matth. 28. 19.

4. In iſtis tamen eſt differentia authoritatis, & per hoc adhibendæ credentiæ. Major enim authoritas in quibuſdam fidei dubiis reſidet apud illos Antiſtites & eorum Eccleſias, quæ Apoſtolos ſuſcipere, aut eorum Epiſtolas meruerunt, quales ſunt, *Romana*, *Jeroſolomytana*, *Epheſina*, *Alexandrina*, *Theſſalonica*, *Cretenſis*, & conſimiles: quia authoritas ibi *fontalis* fuit, & ex his translata in alios. Unde II. *Doctrinæ Chriſtianæ*, cap. VIII. AUGUSTINUS. In Canonicis „ (inquit) Scripturis Eccleſiarum Catholicarum lector quamplurium authoritatem ſequatur: inter quas ſane illæ ſunt *, quæ *Apoſtolicas* Sedes habere, & Epiſtolas accipere meruerunt. „ Hæc ille.

Auguſtinus To. 3. pag. 23. num. 12. Diſt. 19. cap. In Canonicis. * M. ſint.

5. In hac tamen Eccleſiarum & Antiſtitum authoritate, PRÆSUL ROMANÆ SEDIS authoritatem ſibi potiſſimam juſte vendicat, & fidem uberrimam. Unde in Epiſtola *ad Damaſum Papam*, cui debeat in Antiochia communicare de fide, HIERONYMUS. Quoniam vetuſto Oriens „ in-

(*a*) *Maximianiſtæ* ita dicti a *Maximiano*, qui contra *Primaſium* hæreticum, ſchiſma a parte Donati excitavit & auxit. A Patribus Concilii *Bagaienſis* damnatus eſt.

(*b*) A Donatiſtis ſucceſſive derivavit in recentiores hæreticos hæc contendendi pro inani gloria cupido. Celebris apud eos adhuc eſt diſputatio Lipſica inter Lutherum & Ekium anno 1519. Conventus etiam Marpurgenſis, ſtudio concordiæ inter Lutheranos & Zuvinglianos a Philippo Haſſiæ Lantgravio convocatus anno 1529. Calviniſtæ impetrarunt colloquium *Poiſſiacenſe* anno 1561. & alterum biennio poſt in caſtro *Sancti Germani*. Reliquos horum hæreticorum Conventus fuſe pro inſtituto ſuo narrat Nat. Alex. ſæc. XV.

[Hieronymus To. 1. Epiſt. 15. al. 57. pag. 37. Cant. 2. 15. Jerem. 2. 13. Cant. 4. 12. Rom. 1. 28.]

„ inter ſe populorum furore colliſus, indiſciſ„ ſam Domini tunicam, & deſuper textam, „ minutatim per fruſta decerpit; & Chriſti „ vineam exterminant vulpes, ut inter lacus „ contritos, qui aquam non habent, difficile „ ubi fons ſignatus & hortus ille concluſus ſit, „ poſſit intelligi: ideo mihi Cathedram Petri A „ & fidem Apoſtolico ore laudatam cenſui con„ ſulendam; inde nunc meæ animæ poſtulans „ cibum, unde olim Chriſti veſtimenta ſuſce„ pi (*a*). Neque vero tanta vaſtitas elementi „ liquentis, & interjacens longitudo terrarum, „ me a præcioſæ margaritæ potuit inquiſitione „ prohibere. *Ubicumque fuerit corpus, illuc con„ gregabuntur & aquilæ.* -- Et infra -- Quamquam „ igitur tui me terreat magnitudo, tamen invi„ tat humanitas. A Sacerdote victimam & ſa„ lutem, a Paſtore præſidium ovis flagito. Fa„ ceſſat injuria; Romani culminis recedat am„ bitio: cum ſucceſſore Piſcatoris, & diſcipulo B „ Chriſti loquor. Ego nullum primum, niſi Chri„ ſtum ſequens, Beatitudini tuæ, ideſt, Cathe„ dræ Petri communione conſocior. Super il„ lam petram ædificatam Eccleſiam ſcio. Qui„ cumque extra hanc domum agnum comede„ rit, prophanus eſt. Si quis in Noe arca non „ fuerit, peribit regnante diluvio.„ Hæc Hieronymus. Videant omnes fideles humilitatem prædicandam Hieronymi. Videat ſuperbus Wicleffus, & pudeat, ſe non dignatum ad authoritatem Romani Pontificis in neceſſariis fidei habere recurſum. Sapiens & peritus Pater Hieronymus, Sanctus, & intemeratæ vitæ, & glorioſiſſimæ famæ præclarus Pater Hieronymus, C qui quantum Sol cinicem, tantum in ſciendi gloria turbidum Wicleffum tranſcendit; territus erat a magnitudine & authoritate Præſulis Damaſi, illius dico, quem Wicleffus totiens appellarat *Papam Cæſareum*, eo quod dotem Eccleſiæ habuit. Non eum tenebat vaſtitas maris, non terrarum prolixitas, quin cum ſucceſſore Petri, & Chriſti diſcipulo, de fidei ſuæ integritate diſponeret. Ab illo Sacerdote victimam, ab illo Paſtore ſalutem, & ovis præſidium flagitabat: Beatitudini ejus conſociari petebat: ſuper illam petram ædificatam Eccleſiam ſcivit: & omnem, qui extra hanc domum agnum D comederit, eſſe prophanum. VEH ERGO MIHI, SI HÆC VERBA PATRIS MEI non cogitem, & firmiter humilitatem ejus prudentiſſimam in pectore meo tractem; ut quidquid ſcribam, tractem, dictem, tanti culminis authoritati plene ſuccumbens, aut deleam, aut conſervem*.

[Luc. 17. 37.] *[Extra hanc Eccleſiam nulla ſalus.]* *[* Cod. Vat. obſervem.]*

CAPUT XXV.

Quod adeundæ ſunt concordes ſententiæ Patrum, & conſuetæ expoſitiones, ad cognoſcendam fidem Catholicam.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Tertia univerſalis Eccleſiæ prærogativa, quæ ſit.*
2. *Nemini, niſi Chriſto credendum eſt, dicebat Wicleffus.*
3. *Quam impie hoc ſenſerit hæreticus, aperte demonſtratur.*
4. *Nihil poteſt aliquid habere authoritatis, niſi Eccleſiæ Catholicæ aſſiſtat authoritas.*
5. *In Eccleſiæ fide, tamquam in tutiſſimo ſcrinio, latet totus theſaurus Chriſtiani dogmatis.*
6. *Si Eccleſiæ magna fides non eſſet adhibenda, non haberet articulum ſpecialem.*
7. *Chriſtum non bene ſequitur, qui Sanctorum ſuorum conſuetudinem prætermittit.*

1. EST adhuc tertia hujus univerſalis Eccleſiæ prærogativa ſingularis, quod infallibiliter tradit & docet omnes articulos fidei: & cuncta credenda de neceſſitate ſalutis: vel agenda intra Scripturam, vel citra, aut detexit jam explicite, vel implicite continet in fide membrorum. Ita quod, ſi inaudita hæreſis moleſtet fideles, pulſetur ad oſtium fidei, quod fluxit in Sanctis Patribus, verſus ſummum, ſeriatim uſque ad Apoſtolos, & manifeſta fides Catholica ſtatim patefiet uſque ad intima Scripturarum. Hoc tamen ſumme pavebat noſter Wicleffus (*b*), ne ſic potentiſſime vinceretur; & fugit ad Chriſtum, & Scripturam Canonicam, quemadmodum Joab ad tebarnaculum Dei, tenens cornu altaris; quem tamen ibi jugulabit authoritas Eccleſiæ, ut gladio Salomonis. Fingit enim mendacium dicere ſub ſpecie veritatis libello ſuo *de veritate & mendacio*, cap. XV. WICLEFFUS. Videtur (inquit) ſtulta præſumptio „ iſtam materiam in noviſſimis temporibus at„ tentare. Multi quidem fuerunt Sancti canoni„ zati in Eccleſia, qui iſtam dotationem Cleri „ multipliciter approbaverunt: & ſi teſtimonium, „ vel conſcientia ponderatur, habere poſſent mil„ le fideles rectæ conſcientiæ contra paucos hæ„ reticos. Cui ergo parti potius eſt credendum? „ Conſuetudo ergo tot Sanctorum veterum ap„ probata in Eccleſia ſancta, concorditer daret „ fidem.„ Hæc Wicleffus.

[Eccleſia tradit omnia quæ ſunt de neceſſitate ſalutis.] *[b]* *[3. Reg. 2. 28.]* *[Wicleffus.]*

2. Sed nolite ſeduci fideles. Hæc vox quidem, vox Jacob eſt, quamquam manus ſunt Eſau. Vultis audire tandem, quid iſte Eſau dicat mendaciter? WICLEFFUS. Iſta (inquit) non ſunt „ verba rationis, ſed contentionis & exproba„ tionis: ideo ſunt humiliter, ſapienter, & „ prudenter a fidelibus tranſcurrenda. Cum „ autem ex fide omnes Sancti citra Chriſtum „ (ut Joannes confitetur) multipliciter pecca„ verint, patet quod omnes, citra Chriſtum, „ habuerunt valde antiquam conſuetudinem ad „ peccandum. Ideo ſi Chriſti authoritas ſit in „ infinitum præſtantior, quam conſuetudo eo„ rum; quis fidelis non crederet authoritati „ Domini, eorum conſuetudine * prætermiſſa?„ Hæc Wicleffus.

[Gen. 27. 22.] *[Wicleffus.]* *[1. Joan. 1. 10.]* *[* al. authoritate.]*

3. Ecce Schiſmaticus iſte ſcindit Eccleſiam, immo totam Eccleſiam: quia corpus a capite, & Sponſam a Sponſo Chriſto divortiat, & diſjungit. *Quis (inquit) fidelis non crederet authoritati Domini, eorum conſuetudine prætermiſſa? Eorum:* quorum? *Omnium* (inquit) *Sanctorum citra Chriſtum:* ergo Sanctorum Apoſtolorum, E & omnium diſcipulorum & Apoſtolicorum virorum ſequentium conſuetudo parvipendenda eſt, ut a te quæramus & credamus quæ ſit Chriſti authoritas? O immanis *, & non ferenda ſuperbia: cœca blaſphemia, & ultra omnes Abælardos elatio & hæreſis deteſtanda! Petrus Abælardus magiſter tuus reverebatur Apoſtolos & Apoſtolicos viros, quamquam ſuperbo furore Doctores ſequaces Apoſtolorum non accepit. Unde in Epiſtola *ad Innocentium* * *Papam* contra blaſphemias Abælardi, quæ incipit, *Oportet*, ipſum alloquens, BERNARDUS. Quid (inquit) „ Lex, quid Prophetæ, quid Apoſtolici viri no- bis

[Cod. Ferrarien. inanis.]* *[* Innocentium ſecundum.]* *[Bernardus To. 1. epiſt. 190. pag. 656. cap. 5.]*

(*a*) Per hæc verba innuit Hieronymus ſe Romæ baptizatum fuiſſe.

(*b*) Hoc idem pavebant & pavent moderniores hæretici, qui Wicleffi novitates adoptantes, cum illo vinci reformidant. Unde ut tutiſſime evaderent, inauditum *ſpiritum privatum*, neglecta, & improbata veterum Patrum authoritate, invexerunt.

„ bis aliud evangelizant, quam quod ſolus tu negas, Deum videlicet factum hominem, ut hominem liberaret? Etſi Angelus de cœlo aliud nobis evangelizaverit, anathema ſit. Sed qui venerunt poſt Apoſtolos, Doctores non recipis: homo qui ſuper omnes docentes te intellexiſti. Denique non erubeſcis dicere, quod omnes adverſum te ſentiant, cum ab invicem non diſſentiant. Fruſtra proinde illorum tibi fidem doctrinamque proponerem, quos jam proſcripſiſti. „ Hæc Bernardus. Frons ergo magnæ meretricis facta eſt Wicleffus, qui Apoſtolos, & Apoſtolicos viros, & Doctores ſingulos, citra Chriſtum, ſub uno damnat involucro, dicens, eos habuiſſe valde antiquam conſuetudinem ad peccandum. Sed non fruſtra illorum fidem doctrinamque proponam, & credam ipſis, non tibi, cujus non eſt ſpes (*a*); tuis tamen, quorum opto (Deus novit) non tam victoriam, quam emendationem *. Ecce Joannes dicit in Apocalypſi, quod *ſponſus & ſponſa dicunt, veni*: *& qui audit*, inquit, *dicat, veni*. Non dicit ergo: *Sponſus veni, & ſponſa recede*. Quæ eſt ſponſa, niſi univerſalis Eccleſia? Quis eſt ſponſus, niſi agnus Chriſtus? Quod dicit ſponſus, hoc & ſponſa: nec ſponſa quidquam affirmat, niſi quod ſponſus approbat. Sponſus loquitur in Scripturis; ſponſa teſtatur illas eſſe veriſſimas: Quidquid Chriſtus dicit, Eccleſia Sanctorum Patrum commendat, & probat quod ſit omni authoritate digniſſimum. In nullo deviat a dictis ejus; in nullo reſultat: & vult, ut quicumque audit, dicat *veni*. Eccleſia Sanctorum Patrum audivit ſponſum dicentem, *veni*; & ipſa volens hoc ipſum ſectari, & illi conformari in omnibus, dicit *veni*. Et nos audientes Eccleſiam, jubemur idem loqui, ut feriatim verbum ſponſi pergat ad poſteros. Si non audiſſem Eccleſiam Patrum ſponſi verba loquentem, quomodo ego noſſem, quomodo ſcirem hoc eſſe Evangelium Matthæi, & illud Lucæ ſanum & ſanctum; alterum Thomæ (*b*) reprobum & prophanum? Et majorem eſſe authoritatem tamen Evangelii quam ſuam, ipſi iidem Patres docebant. Quid ultra? credam ergo ſoli Evangelio, & non ipſis Doctoribus? Ita tu dicis *, quod ſi Chriſti authoritas ſit in infinitum præſtantior, quam conſuetudo eorum *; *quis fidelis non crederet authoritati Chriſti, eorum conſuetudine prætermiſſa?* Infelix homo: dele mendacium, emenda ſententiam, & dic: *Quis fidelis non crederet authoritati Chriſti, eorum etiam conſuetudine obſervata?* Sic dicit Chriſtus in Evangelio, quod *hæc oportet facere & illa non omittere*. Omnes fideles ſciunt, in infinitum præſtantius eſſe teſtimonium Spiritus Sancti, quam quodcumque teſtimonium puri hominis: & tamen, cum præmiſiſſet Chriſtus, dicens de Spiritu Sancto, *Ille teſtimonium perhibebit de me*; ſtatim ſubjunxit Apoſtolis in loco Eccleſiæ, cujus ipſi erant Patres: *& vos teſtimonium perhibebitis*. Non ergo adeas Chriſtum, contempta Eccleſia: non me dirigas ad Scripturas ſine medio Sanctorum Patrum, quia ETSI CHRISTUS ET EVANGELIUM EJUS recte loquantur, vult tamen Eccleſia teſtimonium habere Sanctorum; ſine quibus nec ipſi Chriſto, nec Scripturis ejus ullatenus credidiſſet. Nec tu poteris ſuadere quidquam per Scripturas, niſi authoritas ſubveniat Eccleſiæ, dicentis illas eſſe credendas (*c*). Si enim tu ſolus hoc diceres, quis tibi crederet? Sic lib. XI. cap. 11. urget argumentum *contra Fauſtum* AUGUSTINUS. Quid ages? Quo te convertes? „ Quam libri a te prolati originem, quam vetuſtatem, quam feriem ſucceſſionis teſtem citabis? Nam ſi hæc facere conaberis, & nihil valebis. Et vides in hac re quid Eccleſiæ Catholicæ valeat authoritas, quæ ab ipſis fundatiſſimis ſedibus Apoſtolorum uſque ad hodiernum diem ſuccedentium ſibimet Epiſcoporum ſerie, & tot populorum conſenſione firmatur. „ Hæc ille.

Gal. 1. 8. — Pſal. 118. 99. — * Cod. Ferrar. emendam. — Apoc. 22. 17. — * Vulg. ſpiritus. — Eccleſia ſponſa agni. — *ſupra num. 2. — * Subaudi Patrum. — Matth. 23. 23. — Joan. 15. 26. & 27. — Etiam Hæreticus ut ſeducat, traditione indiget. — Auguſtinus To. 8. pag. 219.

4. Vide jam, quod quidquid tu produxeris, authoritatem vetuſtatis vel originis non habebit, ſi authoritas Eccleſiæ non aſſiſtat ab ipſis fundatiſſimis ſedibus Apoſtolorum per ſucceſſiones Epiſcoporum, quos tu vocas *Cæſareos*, cum populorum conſenſibus hucuſque traducta.

5. Et ſi parvipendas authoritatem Sponſæ Chriſti Eccleſiæ, & conſenſus Patrum, audi quod in ejus fide, tamquam in tutiſſimo ſcrinio, totius latet theſaurus dogmatis Chriſtiani: ſub umbra authoritatis ejus quieſcit fides de Prophetis, & omnis juſta æſtimatio Evangelicæ veritatis, ſcriptæ inquam, & non ſcriptæ, niſi ut prius dixi in cordibus converſorum. Eccleſia putes penes ſe habet quod Joannes in Evangelio non deſcripſit, cum diceret: *Multa quidem & alia fecit Jeſus, quæ non ſunt ſcripta in hoc libro*. Benignus enim ſponſus voluit locum dare ſponſæ, ut illi crederent filii in quibuſdam, qualiter ſponſo credituri erant in aliis. Et ubi, rogo, expreſſit ſponſus in Scripturis articulum perpetuæ virginitatis Matris ſuæ poſt partum? Et tamen eſt fides (*d*). Ubi redemptionem primorum Patrum de barathro? Et tamen eſt fides (*e*). Ubi ſeptenarium Sacramentorum? Et tamen eſt fides (*f*). Ubi ſeptenarium peccatorum in genere? Et eſt fides (*g*). Ubi baptiſmum parvulorum? Et eſt fides (*h*). Sed hæc omnia, & alia univerſa quædam Scriptura traduxit nobis a ſedibus Apoſtolorum per Patres & populos authoritate teſtificantis Eccleſiæ. Unde prima parte ſermonum, ſerm. V. *de Baptiſmo parvulorum* contra Pelagianos, AUGUSTINUS: Ubi ponis (inquit) parvulos baptizatos?

Cap. 23. num. 3. & ſeqq. — Joan. 20. 30. — Auguſtinus To. 5. Serm. 294. cap. 13. pag. 1189.

(*a*) Jam enim fato functus Wicleffus meritas in gehenna luebat pœnas.

(*b*) Thomæ Evangelium a Manichæis inventum, ab Eccleſia reprobatum.

(*c*) Nota hoc validiſſimum pro ſacra Traditione argumentum: & animadvertas quod quoties Lutherani & Calviniſtæ, ſeu Wiclevitæ redivivi, nos provocant ad Scripturas, ſimul *traditionem* commendant, a qua etiam hæretici Scripturas ſummo honore excipiendas didicerunt.

(*d*) Hanc fidem teſtabatur Eccleſia ſæculo quarto adverſus Bonoſum, Helvidium & Jovinianum hæreticos. Hanc modo teſtatur univerſali Patrum, ac Fidelium conſenſu.

(*e*) Hanc profitemur in Symbolo dicentes de Chriſto, quod *deſcendit ad inferos*, eum ſcilicet locum, ubi animæ Sanctorum, Chriſti adventum expectantes detinebantur, ut tandem reſeratis illius habitaculi januis, in cœlos, æternam percepturi voluptatem, transferrentur. Ad illos inferos pertinet illud Pſalmi 9. 4. *Non derelinques animam meam in inferno; nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem*: Et illud: *Ero mors tua, o mors: morſus tuus ero, inferne*. Oſee 13. 14.

(*f*) Neque Scriptura divina, neque Veteres Eccleſiæ Patres unquam *Septenarium* Sacramentorum nominant. Sed tamen de ſingulis Sacramentis, uſque ad numerum ſeptenarium, teſtimonium reddunt; ut late oſtendit Cardinalis Bellarminus To. 2. lib. 2. cap. 24. Et hoc revera ad faciendam fidem abunde ſufficit: nam Scriptura & Patres non ſcripſerunt Cathechiſmum, ut modo facimus propter hæreticorum multitudinem; Sed tantum tradiderunt res ipſas opportunis in locis. Quod nedum de Sacramentis, ſed de aliis quoque rebus dici fas eſt. Nam Scriptura narrat Chriſti miracula, non numerando quot ſint: tradit fidei articulos; ſed eorum numerum non definit. Nec nos arguere deberent recentiores hæretici, quod *Septenarium* Sacramentorum ex Scriptura non derivamus, cum nec ipſi *binarium* ſuum inde valeant effodere.

(*g*) Septem capitales cauſas peccatorum habemus in nobis, quæ omnes dimanant a peccato originali; & reducuntur ad concupiſcentiam, de qua teſtatur Scriptura, quod *radix omnium malorum eſt cupiditas*. 1. Tim. 6. 10.

(*h*) Hanc fidem docet Chriſtus contra veteres, & modernos Anabaptiſtas, Joan. 3. 5. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non poteſt introire in Regnum Dei*. Et Matth. 19. 14. *Sinite parvulos; nolite eos prohibere ad me venire*.

Infantes ex baptiſmo dicti fideles. tos? Profecto in numero credentium. Nam ideo „ex conſuetudine Eccleſiæ antiqua Canonica „fundatiſſima, parvuli baptizati *fideles* vocantur.„ Hæc ille. Ecce Auguſtinus allegat conſuetudinem Eccleſiæ, quam dicit *fundatiſſimam, antiquam, Canonicam*. Produc tu quod dixeris * omnes Patres Eccleſiæ citra Chriſtum habuiſſe conſuetudinem valde antiquam ad peccandum: & ideo conſuetudinem illorum prætermittendam. Sed proba, quod omnes concorditer peccandi conſuetudinem approbabant. Proba, quod omnes in conſuetudine habebant uniformiter, & uno conſenſu errare in fide: quod ſi non poteris, quomodo derogabis univerſali & concordi ſententiæ Patrum circa fidem, quam ipſi uno corde defenderant, quamvis aliquando peccaſſe contingebat in moribus: quod eos mire * pœnituit, & ſigillatim deflebant? Quod ergo aliquis Pater unus ſingulariter per ſe ſenſit, potes, aliquo ſaltem colore tuo, decredere: quod autem pene omnes, quaſi unus homo loquuntur, fidei robur habet: quia unitas ipſa in Eccleſia hoc loquitur omnium gentium linguis. Auguſtinus ecce ſufficientiſſime ſe defendit, cum diceret ſerm. x. tractans illud Apoſtoli, *Humanus ſermo, & omni acceptione dignus*, AUGUSTINUS. Hoc (inquit) Eccleſia ſemper habuit, ſemper tenuit; hoc a Majorum fide percepit: hoc uſque in finem perſeveranter cuſtodit. „ Hæc ille.

** ſupra num. 2.*

** Cod. Eerrarien. dire.*

Eccleſiæ unitas loquitur omnium linguis.

1. Tim. 4. 9. Auguſtinus To. 5. Serm. 276. pag. 840. num. 2.

6. Aut ſi non ſit fides danda Sanctorum decretis, ſed Chriſto tantum, in cujus ore non eſt inventus dolus; cur dicit Symbolum, *Credo Sanctam Eccleſiam Catholicam?* Major fides aſſignatur Chriſto, non nego: ſed aliquanta Eccleſiæ; cum aliter non haberet ibi * articulum ſpecialem. Idcirco, ſermone quo prius, parte prima *ſermonum* bene poſt medium, AUGUSTINUS. Jam (inquit) ſuperius diſputavimus, „ credit in altero qui peccavit in alterum: credit & valet, & inter baptizatos computatur. Hoc habet authoritas matris Eccleſiæ: hoc fundatiſſimæ veritatis obtinet Canon: CONTRA HOC ROBUR, CONTRA hunc inexpugnabilem murum quiſquis arietat, ipſe confringitur. „ Hæc ille. Vere ergo neceſſe eſt te confringi, qui contra tot Sanctos tam audacter arietas, & Eccleſiæ authoritatem oppugnas. Et noſce quid feceris: quia ſprevisti ſponſam, ſponſo non placuiſti, nec potuiſti colligere cum Chriſto dum in Sanctis diſperſiſti oves gregis. Et hoc ipſo cognoſce, quod Paſtorem percuſſeris.

1. Pet. 2. 22.

** Subaudi in Symbolo.*

Auguſtinus To. 5. Serm. 294. pag. 1192. num. 17.

Luc. 11. 23.

7. Quid dicis, te velle ſequi Chriſtum, omnium Sanctorum ejus conſuetudine prætermiſſa? Sanctus Pſalmiſta hoc noluit; bene enim de Chriſto recoluit & Scripturam ejus, cum diceret, *Deus Deorum omnium locutus eſt:* ſed & Sanctorum conſuetudinem prætermittere non cenſuit, cum ſtatim ſubjunxit, *congregate illi Sanctos ejus, qui ordinant teſtamentum ejus ſuper ſacrificia*. Et vere ordinant teſtamentum ejus, exponentes & exprimentes; omne quod latet addentes; quod docet, vivo ſermone promentes; quod Chriſtus & Apoſtoli nonniſi verbaliter tradiderunt, & per ſucceſſores ſuos tranſfundentes in filios. Aut quis jam doceret nos, quod Sanctus Paulus non per Epiſtolam, ſed per ſermonem commendavit obſervandum fidelibus? *State* (inquiens) *fratres, & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſive per ſermonem, ſive per epiſtolam noſtram*. 2. Theſſal. 2. Certe has traditiones Apoſtolicas non poterimus aſſequi, ſi omnium Sanctorum, citra Chriſtum, conſuetudinem prætermittimus cum Wicleffo. Idcirco divina Scriptura, *Interroga* (inquit) *Patrem, & annuntiabit tibi: Majores tuos, & dicent tibi*. Majores enim noſtri obſervantias & traditiones Apoſtolicas, ſecundum quas inſtituerunt Eccleſias, ſedulo perquirentes, ſcriptis, verbis, & geſtis, poſteris commendabant; quemadmodum refert ſenior Pater Irenæus, quem ſupra * dixit Auguſtinus vicinum fuiſſe Apoſtolis (*a*), libro ſuo III. contra hæreſes, prout recitat eum Euſebius lib. III. Eccleſiaſticæ hiſt. cap. XXIV. IRENÆUS. Polycarpus (inquit) qui non „ ſolum ab Apoſtolis eruditus eſt: neque ſolum converſatus eſt cum iis, qui Dominum viderant; ſed ab ipſis Apoſtolis ordinatus Smyrneorum Epiſcopus, quem nos quoque in prima noſtra ætate vidimus. -- Et infra -- Docebat ſuper ea, quæ ab Apoſtolis ipſe didicerat: & hæc Eccleſiæ tradebat, quæ ſola vera dicenda ſunt -- Et ſequitur -- Qui etiam ſub Aniceto Romam perrexit, & multos ex ſupradictis hæreticis ad Eccleſiam Dei convertit: hanc ſolum prædicans tenendam eſſe veritatem, quam ipſe ſciret ſe ab Apoſtolis ſuſcepiſſe, quam & tradebat Eccleſiæ. „ Hæc Irenæus. Ubi etiam non tranſeundum puto, quod antiquus Pater Irenæus notare non negligit authoritatem Papæ Romani, tunc temporis Aniceti, cui ſubjecit Polycarpum ab ipſis Apoſtolis inſtitutum Epiſcopum Smyrneorum. Hoc unum ergo colligamus ex omnibus, quod in definitionibus fidei via tutiſſima eſt adire Scripturas Canonicas per itinera Sanctorum Patrum & concors teſtimonium Catholicæ diſciplinæ.

2. Theſſ. 2. 14.

Deut. 32. 7.

**Cap. 29. num. 8.*

Irenæus apud Euſebium lib. 4. cap 14. pag. 522.

Et ut hoc probemus a primis, noſter Salomon Scriba quidam regni Cœleſtis, Sapientiam divinam, quam in Eccleſiaſte propoſuit, ſeniorum ſapientum authoritate firmavit, *verba* (inquit) *ſapientium & ſtimuli*. Eccleſ. ultimo. Ubi in *Commentario* HIERONYMUS. Ne videretur poſt legem Domini temerarius ſubito præceptor erumpere, & ſibi vendicare doctrinam, quam Moyſes non tam ſua ſponte, quam Deo iraſcente primum, dehinc inſpirante ſuſceperat; dicit verba ſua verba eſſe ſapientum, quæ in ſimilitudinem ſtimulorum corrigant delinquentes, & pigros mortalium greſſus aculeo pungente commoveant: ſicque ſint firma, quaſi clavi in altum, ſolidumque defixi; nec authoritate unius, ſed conſilio & authoritate omnium magiſtrorum proferantur. Et ne contemneretur humana ſapientia, ait eam ab uno paſtore conceſſam: nam licet plurimi doceant, tamen doctrinæ unus eſt author Dominus. -- Et infra -- Exceptis his verbis, quæ ab uno paſtore ſunt data, & cum conſilio atque conſenſu probata ſapientium, nihil tibi vendices; Majorum ſequere veſtigia, ab eorum authoritate non diſcrepes. Alioquin multa quærenti infinitas librorum occurrit, qui & te pertrahant ad errorem, & legentem fruſtra faciant laborare. „ Hæc Hieronymus. Sub hac forma definivit idem Hieronymus de Melchiſedech difficultatem ambiguam in Epiſt. *ad Evagrium* (*b*) Presbyterum de eodem; HIERONYMUS. Revolvi vete- „ rum

Eccleſ. 12. 11.

Hieronymus To. 3. pag. 494.

b Hieronymus To. 2. Epiſt. 73. al. 126. pag. 342. num. 1.

(*a*) A Polycarpo ſiquidem Apoſtolorum diſcipulo edoctus fuerat Irenæus.

(*b*) Legas, *ad Evangelum Presbyterum*: nec tamen *ad Evagrium* inconſulte poſitum credas. Promiſcue enim *ad Evangelum* & ad *Evagrium* veteres Hieronymiani Codices præferunt.

„ rum libros, ut viderem quid ſinguli dicerent, & tibi quaſi de multorum conſilio reſponderem. — Sequitur — „ Verti me ad Hippolytum, Irenæum, Euſebium Cæſarienſem, & Emiſſenum: Apollinarem quoque noſtrum, & Euſtathium, qui prius * Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopus fuit, & contra Arium clariſſima tuba bellicum cecinit; & deprehendi, horum omnium opiniones diverſis argumentationibus ac diverticulis ad unum computum * perveniſſe, ut dicerent Melchiſedech hominem fuiſſe Chananæum, Regem urbis Jeroſolymæ, quæ primum *Salem*, poſtea *Jebus*, ad extremum *Jeruſalem* appellata ſit. „ -- Et tandem verſus finem -- Habes quæ audierim, quæ legerim de Melchiſedech: meum fuit recitare teſtes: tuum eſt de fide teſtium judicare. Quod ſi omnino * refelleris, tuum certe illum ſpiritualem interpretem non recipies, qui imperitus ſermone & ſcientia, tanto ſupercilio & authoritate Melchiſedech Spiritum Sanctum pronunciavit, ut illud veriſſimum comprobaret quod apud Græcos canitur, IMPERITIA CONFIDENTIAM, eruditio timorem creat (*a*). „ Hæc Hieronymus. Sic ſenſiſſe video Auguſtinum lib. 11. contra Manichæos. AUGUSTINUS. „ Palam (inquit) eſt, quod in re dubia ad fidem valeat authoritas Eccleſiæ catholicæ, quæ ab ipſis fundatiſſimis ſedibus Apoſtolorum uſque ad hodiernum diem ſuccedentium ſibimet Epiſcoporum ſerie, & tot populorum conſenſione firmatur. „ Hæc ille. Et lib. III. *de Tabernaculo*, docens quomodo nomina Patriarcharum fuerunt in ſuperhumerali gerenda, BEDA. Pontifex (inquit) in ſuperhumerali nomina geſtat Patriarcharum, cum Doctor, ſive Præſul Eccleſiæ, in omnibus, quæ agit, Patrum præcedentium facta conſiderat, atque ad eorum imitationem vitam dirigere, & onus Evangelicæ perfectionis perferre ſatagit. -- Sequitur -- Habetque Sacerdos in humeris lapides pretioſos, & in eis nomina Patrum inſcripta, cum & ipſe claritate bonorum operum cunctis admirandus extiterit: & eamdem claritatem non a ſe noviter inventam, ſed antiqua ſibi Sanctorum Patrum authoritate traditam eſſe docuerit. „ Hæc ille. Vere enim ad omnes hæreſes compeſcendas, & omnes tractatus & definitiones determinandas in materia fidei ſola via eſt, in qua errare non contingit, concors Patrum ſententia ab ipſis Apoſtolorum ſedibus uſque ad noſtra tempora fideliter compilata. In hoc enim ſimile erit regnum Cœlorum, ideſt Eccleſia Catholica, homini Patriſamilias, qui profert de theſauro ſuo nova & vetera.

[Margin: * Veron. primus, — * Veron. compitum. — Jeruſalem varia nomina. Pag. 444. num. 10. — * Veron. omnes repuleris. — a — Auguſtinus To. 8. lib. 11. contra Fauſtum pag. 219. cap. 2. — Beda To. 4. lib. 3. cap. 4. pag. 804. Nomina Patriarcharum in ſuperhumerali quid ſignificent. — Matth. 13. 52.]

CAPUT XXVI.

De authoritate generalis Concilii in Eccleſia Chriſti.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quid de Conciliis univerſalibus ſenſerit Wicleffus.*
2. *Quam temerarie dixerit, demonſtratur.*
3. *Ratio, qua Wicleffus ad negandum generalis Concilii authoritatem motus fuerit.*
4. *Quod frivola, vanaque fuit.*
5. *Quod fuerit Wicleviſticæ rationis robur: ac vis detegitur; ſed facile deſtruitur.*
6. *Paucorum eſt, gravium ac peritorum invenire quod proderit; multorum vero conſentire, ut res inventa robur habeat.*
7. *Quæ ſint cauſæ congregandi Concilii.*

1. ADhuc tamen aſcendunt quidam Patres gradum unum in authoritate Eccleſiaſticæ ſcalæ, ponentes in vertice ejus authoritatem Romani Præſulis ex Concilio generali, eo quod ipſa convocatio Synodi eſt tam conformis Eccleſiæ univerſali; non tamen eſt univerſalis Eccleſia, nec ejus decretum, ut ſit fides Symbolica; ſed Eccleſiæ Catholicæ imago propinquior, & de omnibus Eccleſiis catholicis ex ſacris Antiſtitibus, & Chriſti Sacerdotibus, quantum in hac vita uno tempore & uno loco convenire poſſunt, ſimillima genitura; & ideo eſt univerſali Eccleſiæ in authoritate multum conſimilis, quamvis ſecundum rei veritatem diſparis ponderis. Sed & contra authoritatem ejus loquitur Wicleffus in ſecunda parte ſermonum, ſerm. XLV. WICLEFFUS. Conformiter autem dici debet de Conciliis ſuis generalibus, quæ adeo ſolemnizant. Non enim accipi debet vel credi Concilium Apoſtolorum, niſi de quanto creditur quod Spiritus Sanctus confirmavit eorum ſententiam. Sed cum multi concurrentes ad modernum Concilium ſunt ut plurimum Apoſtatæ, ſtolidi, & ignari, blaſphema foret lex vel regula, quæ dictaret quod generaliter ſtandum eſt, & credendum judicio majoris partis (*b*). „ Hæc ille.

2. Huic autem hæreticæ temeritati non timet Eccleſia dicere ex parte Chriſti ſpondentis, *ubicumque duo veſtrum, vel tres, congregati fuerint in nomine meo, ibi ſum in medio eorum* (*c*), quoniam in congregatione illa Sancta adeſt Spiritus Sanctus, qui Chriſto nuſquam deeſt. Ipſe enim (ut dicit) *teſtimonium perhibebit de me*. Sed etiam huic Sacro Concilio, ſicut & Concilio Chriſti in cœna, dyſcoli omnes non abſunt ſua quærentes, vel ad commodum, vel ad libitum voluntatis, invidiæ ſuæ lepra, & iræ flamma alios commoventes. Nam aliqui proprio conſilio ſuo voraces ignes ſcandalorum accendunt, ubi non eſt Dominus: aliqui in ſpiritu ferocitatis ſuæ petras Sanctorum nituntur evertere, ubi nec Dominus. Et aliqui ad omnem ædificationem corporis Chriſti, ubi in ſibilo auræ tenuis, & vere ibi Dominus & Spiritus Domini: nec Spiritus Sanctus iſtos illic ſine reſpectu negligit; nec approbat illos malos. Sunt proprii enim conſilii homines, non communis, quos ideo dicit infectos lepra Naaman Beatus BERNARDUS. Lepra (inquiens) proprii conſilii eo pernicioſior eſt, quo magis occulta; & quanto ea * quis magis abundat, tanto ſibi ſanior eſſe videtur. Hæc illorum eſt qui zelum Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam, ſequentes errorem ſuum, & obſtinati *, ut nullis velint conſiliis aquieſcere. Hi ſunt unitatis „ divi-

[Margin: Concilia Generalia non ſunt proprie Univerſalis Eccleſia. — Wicleffus. — b — Matth. 18. 20. — c — Joan. 15. 26. — In Conciliis quid faciant, & quid ſint dyſcoli. — 3. Reg. 19. 12. — 4. Reg. 5. Bernardus To. 1. Serm. 3. in tempore reſurrectionis pag. 911. n. 4. — * M. plus. — * M. addunt in eo.]

(*a*) Thucydidis hanc ferri ſententiam Victorius adnotavit, *Imperitia confidentiam, conſideratio autem cunctationem fert*.

(*b*) Wicleffo egregie concinit *Brentius* in Confeſſione Wittembergenſi cap. *de Conciliis*, dicens, non eſſe ſtandum judicio Conciliorum, quia pauci ſunt ibi electi, & quia ſæpe major pars vincit meliorem. Concinunt Lutherus lib. *de Conciliis*; Wittembergenſes in *Confeſſione*; Kemnitius in *Præfat.* ad examen Concilii Tridentini; Calvinus lib. 4. inſtit. cap. 9. §. Marcus Antonius de Dominis lib. 7. *de Republica Chriſtiana* cap. 3.

(*c*) Hunc textum ad privatos dumtaxat cœtus detorquere nituntur Calvinus lib. 4. *Inſtit.* cap. 9. §. 2. & Marcus Antonius de Dominis lib. 7. *de Republica Chriſtiana*, cap. 3. num. 3. Sed iſtis Novatoribus longe præſtat authoritas Concilii Calcedonenſis in Epiſt. ad Leonem, quæ extat ibid. in fine tertiæ Actionis: authoritas item Cœleſtini Papæ in Epiſt. ad Concilium Epheſinum, ubi hæc Evangelica verba Epiſcoporum multitudini in Conciliis aptantur.

„ diviſores, inimici pacis, & charitatis exper-
„ tes, vanitate tumentes, placentes ſibi, &
„ magni in oculis ſuis. Et quæ major ſu-
„ perbia, quam ut unus homo toti congre-
„ gationi judicium ſuum præferat, tamquam A
1. Reg. 15. 23. „ ipſe ſolus habeat ſpiritum Dei? *Idololatriæ ſce-*
* M. non. „ *lus eſt nollo aquieſcere, & quaſi peccatum a-*
„ *riolandi repugnare*. Eant nunc qui se fa-
a „ ciunt religioſiores aliis (*a*): Ecce arioli, &
„ idololatræ facti ſunt; ſi tamen ei, qui dixit
„ hoc, plus quam ſibi judicant eſſe creden-
Matth. 18. 17. „ dum. Neque huic diſſonat veritatis ſermo,
„ *ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethni-*
„ *cus, & publicanus*. „ Hæc ille.

3. O mi Wicleff: fuge hinc; aut Bernardus te percutiet, quia tu unus homo toti Congregationi Synodi majoris Eccleſiæ judicium tuum præfers, quaſi tu ſolus ſpiritum Dei habeas, B cum cæteris quæ ſequuntur. At in quo calumniaris Concilium? Wicleffus. [Wicleffus.] Quia (inquit)
„ major pars Apoſtatarum talium, de facili hæ-
„ reſi & deſtructioni Eccleſiæ conſentiret. Ideo
b „ ſicut Religioſarchæ noſtri (*b*) ad Chriſtum
„ in conſtituendo ſuos ordines non poſſunt at-
c „ tingere; ſic vocati Apoſtolorum vicarii (*c*),
„ ratione ſuæ converſationis perverſæ, Apoſto-
„ los ipſos in ſuis Conciliis non poſſunt attin-
„ gere. Ideo blaſphema eſt regula; quod ſi ma-
„ jor pars talium ſententiæ cuicunque conſen-
„ ſerit, tunc eſt vera, laudabilis, & tenenda;
„ atque eo magis omni catholico reverenda.
d „ Peccavit ſcimus Ariminenſe Concilium (*d*);
„ peccavit & Nicœnum Concilium Thra- C
e „ ciæ (*e*). „

4. Peccavit utique magnus exercitus Angelorum: peccavit etiam in apoſtaſia poſt acceptam fidem ſacer numerus Apoſtolorum; nec tamen ideo Angelorum reliquorum chorus ſua felicitate, nec Apoſtolorum conventus Eccleſiæ principalitate (regulariter certe) nec Concilium generale ſua authoritate privatur. Auguſtinus enim dicit libro *ad inquiſitiones Januarii* in principio, Augustinus. [Auguſtinus To. 2. Epiſt. 54. pag. 124. num. 1.] Illa quæ non ſunt ſcripta,
„ ſed tradita, cuſtodimus, quæ quidem cum toto
„ terrarum orbe ſervantur, datur intelligi vel D
„ ab ipſis Apoſtolis, vel plenariis Conciliis,
„ quorum eſt in Eccleſiis ſaluberrima authori-
„ tas, commendata, & ſtatuta retineri. „ Hæc

Auguſtinus. Ecce Auguſtinus dicit authoritatem plenariam Conciliorum in Eccleſiis eſſe ſaluberrimam, per quam commendata & ſtatuta tenentur: ergo tunc ſententia ex hac authoritate proveniens, eſt vera, laudabilis, & tenenda. Hanc ergo ſequelam cur dicis eſſe blaſphemam? Reſpondet ibi Wicleffus. [Wicleffus.] Quia ſi gloſ-
„ ſetur ſemper credendum eſſe majori parti Col-
„ legii, habenti majoritatem rationis; revera
„ ita tenendum eſſet cum perſona unica, omni- E
„ bus aliis contradicentibus: immo cum gra-
„ culo, vel quocumque laico extra illos. Mul-
„ ti namque corrupti communiter ſe ſe infi-
„ ciunt: nec eſt plus articulus fidei quod non
„ errent in conſilio, quam in vita. „ Hæc Wi-

cleffus ibi in fine. Et ſermone ſequenti concludit, dicens: „ Apoſtoli congregati Deum con-
„ ſulere, fuerunt ab eodem ſpiritu ducti ad
„ conſulendum, & ab eodem ſpiritu concordi-
„ ter informati. Non quæramus ergo ſuperflue
„ Concilium qualiter facere debeamus, cum
„ verbum Dei, quod eſt Scriptura Sacra, &
„ impulſus Spiritus in recte viventibus ſatis do-
„ ceat (*f*). „ Hæc ille. O infelix! O ſeducte! f

Quis te docuit argumentum, *Apoſtoli Chriſti fuerunt inſtinctu Spiritus Sancti ducti conſulere; non ergo quæramus nos ſuperflue tale Concilium, ſed Scripturam Sacram?* Alias dicis: Chriſtus pauper erat & ſine dote; ergo ita facere deberemus nos. Chriſtus oravit ſub dio, ſeu cœlo; ergo nos. Chriſtus continue prædicavit; ergo & nos: & tamen non ſine ductu Spiritus Sancti. Cur ergo jam mutaſti velum, oppoſito modo arguens: Apoſtoli fuerunt ducti ad conſulendum inſtinctu Spiritus Sancti; non ergo hoc quæramus & nos? [Wicleffus ſibi contrarius] Si tibi Apoſtoli in authoritate fuiſſent, oppoſitum concluſiſſes, dixiſſeſque: *Ergo quæramus nos tale Concilium, non ſuperfluum judicantes, ibique diſcamus quid Scriptura docet*, quia impulſus Spiritus in pluribus eſt incertus, dicente Chriſto ad Apoſtolos, *Neſcitis cujus ſpiritus eſtis*. [Luc. 9. 55.] Immo, ut Origenes dicit ſuper Ezechielem ex translatione Hieronymi, hom. 11. ſuper hunc textum, *Veh jis, qui prophetant de corde ſuo, qui ambulant poſt ſpiritum ſuum*, [Ezech. 13. 3.] Origenes. [Origenes apud Hieron. To. 5. pag. 900. Peccatum cordis & peccatum ſpiritus.] Duo (inquit) peccata
„ ſunt, unum cordis, aliud ſpiritus. – Sequi-
„ tur – Et quomodo Sanctus orat ſpiritu, o-
„ rat & ſenſu: pſallit ſpiritu, pſallit & ſenſu:
„ ſic iſte qui eſt propheta falſus, de corde pro-
„ prio prophetat; & ambulat, non poſt ſpiri-
„ tum Dei, ſed poſt ſpiritum ſuum. Eſt quip-
„ pe quidam ſpiritus hominis, qui verſatur in
„ eo, poſt quem procul abſit ut ego ambulem;
„ ſed intelligens Spiritum Sanctum Dei, poſt
„ Dominum meum Jeſum ambulo. Itaque Pro-
„ phetæ qui prophetant de corde proprio, &
„ ambulant poſt ſpiritum, non tam Dei, quam
„ ſuum, omnino non vident. „ Hæc ille.

5. Ecce impulſus ſpiritus tui, poſt quem abſit ut ego ambulem. Sed quod fortius movet in dictis tuis cernamus. Wicleffus. [Wicleffus.] Tales (in-
„ quit) multi concurrentes ad modernum Con-
„ cilium, ſunt ut plurimum apoſtatæ, ſtolidi,
„ ignari. „ Dirum & turpe *Apoſtatarum* vocabulum: ſed quid inde? *Non ergo credendum eſt* (inquit) *judicio majoris partis*. Aut malignaris tua ſponte, aut erras ignarus, ſi forte non interfueris Synodo generali.

6. Paucorum dico tibi & gravium ac peritorum eſt invenire quod proderit: multorum eſt conſentire, ut robur habeat res inventa. Probemus hoc in Apoſtolis: Petrus Apoſtolus prædicavit Romanis primitus fidem Chriſti: ut autem augeretur authoritas ejus, acceſſit Apoſtolus Paulus per Epiſtolam ſuam, deſignans [Rom. 1. 11.] quod deſideraret ad eos venire ad confirmandos illos. Super quo loco in *annotationibus* ſuis Hieronymus. [* Hieronymus To. 11. pag. 839.] Romanos (inquit) Petri prædi-
„ catione fidem tenentes, confirmare ſe velle
„ Paulus dicit: non quo minus accepiſſent a
„ Petro, ſed ut duobus Apoſtolis teſtantibus
„ atque Doctoribus, eorum roboraretur fides. „
Hæc ille. Creſcit ergo, fitque majoris authoritatis,

(*a*) A Mauriniis additur: *Qui non ſunt ſicut cæteri hominum*.

(*b*) Benedictus, Franciſcus, Bernardus, & cæteri Sancti Religionum inſtitutores, quos perſtringit in articulo 44. a Synodo Conſtantien. damnato.

(*c*) Epiſcopi, qui Apoſtolis in munere Paſtorali ſuccedunt.

(*d*) De hoc Ariminenſi Concilio vide ſupra cap. 19. num. 1.

(*e*) Impertinens eſt hoc ad quæſtionem Concilium Nicænum Thraciæ, quia illud non Eccleſia advocavit, ſed Arianorum calliditas; neque illuc acceſſerunt Catholici, ſed hæretici; nec denique fuit plenarius Conventus. Vide dicta jam ſupra Doctrina 2. num. 2.

(*f*) Sicut veterum Patrum teſtimonia contemnit, æqua jam temeritate Conciliorum authoritati derogat, jactans quemdam *Spiritum privatum*, quem ſibi & ſuis dicit ad rectam aſſequendam doctrinam ſufficere. Hujus hæretici veſtigia relegunt Heterodoxi moderni. Videſis quod ſupra jam, cap. 22. num. 8. & 9. obſervavimus.

tatis ex minorum acceſſu. Et quid mirum eſt, ſi Papæ creſcat authoritas ex acceſſu omnium Eccleſiæ Patrum in Concilio generali, ſi roboratur fides Sancti Petri ex conſortio unici Sancti Pauli? Et nihilominus tamen authoritas majoris non creſcit in ſe quoad ſuam ſubſtantiam, ſed in acceptatione credentium auditorum. Et idcirco caute dixit Hieronymus: *non quo minus accepiſſent a Petro, ſed ut duobus Apoſtolis teſtantibus, eorum roboraretur fides.* Ob hanc item cauſam Paulus, qui primum per ſe ipſum Galatas convertit ad fidem, & poſt ad diſceſſum ſuum comperit eos, per falſos prophetas, reverſuros ad legem *, tandem ſcribens eis Epiſtolam in robur & teſtimonium fidei, omnes fratres, qui ſecum erant, vocavit in teſtes, „ Paulus (inquiens) Apoſtolus, non ab hominibus, „ neque per hominem, ſed per Jeſum Chriſtum & Deum Patrem, qui ſuſcitavit eum a „ mortuis, & qui mecum ſunt omnes fratres, „ Eccleſiis Galatiæ gratia vobis & pax. „ Super quem locum in *annotationibus* ſuis HIERONYMUS. Ne (inquit) ſolus indigne ferre putaretur, ſuam conculcari doctrinam, Apoſtolus objurgaturus Galatas propter converſationem ſuam; non tantum ex ſua perſona ſcribit ad eos, ſed ex omnium fratrum, qui in conſortio ſecum erant, quos in Epiſtola ad „ Corinthios *Apoſtolos* vocat, dicens: *ſive fratres noſtri Apoſtoli Eccleſiarum * gloriæ Chriſti.* „ Hæc ille. Et idem Pater Hieronymus, tractans eumdem locum in *Commentario*, HIERONYMUS. In „ aliis (inquit) Epiſtolis *Soſthenes* (a) & *Sylvanus* „ (b), interdum etiam *Timotheus* in exordio „ præponitur; in hac tantum, quod neceſſaria erat authoritas plurimorum, omnium fratrum nomen aſſumitur: qui & ipſi forſitan ex circumciſione erant, & a Galatis non contemptui ducebantur. PLURIMUM QUIPPE facit ad populum corrigendum, multorum in „ una re ſententia, atque concurſus. „ Hæc ille. Et Origenes ſuper Epiſtolam Pauli ad Rom. lib. x. tractans illud cap. xv. *Deus autem patientiæ, det vobis idipſum ſapere &c.* ORIGENES. „ Paulus (inquit) in quibuſdam epiſtolis aliorum vocabula ſecum jungit, & dicit: *Paulus & Soſthenes frater.* Et alibi: *Paulus & Sylvanus, & Timotheus.* Puto non inaniter „ factum. Sed per hoc oſtendit, quia duobus „ vel tribus in uno poſitis, Spiritus Sanctus „ unum de eis ſenſum, atque unum elicuerit „ ſermonem: ut qui Eccleſias docere cupiebant, unum dicere unanimes omnes, atque „ unum ſapere demonſtrarent. *Et uno ore honorificetis Deum & patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Unum namque os dicitur, ubi „ unus atque idem per diverſorum ora ſonus „ & ſermo procedit. „ Hæc ille.

Quomodo creſcat Papæ authoritas.

* *Judaicam, jam tunc mortuam.*

Gal. 1. 1.

* Hieronymus To. 11. pag. 980.

2. *Cor.* 8. 23. *Veronen.* Eccleſiam.

Hieronymus To.7.pag.375.

Multorum in una re ſententia plurimum valet.

Origenes To.2.pag.622. 1. *Cor.* 1. 1. 1. *Theſſ.* 1. 1.

7. Ex his duæ dantur cauſæ convocandi Concilium: primo, ne putetur quod unus ſolus deberet juſte indignari, ſi præceptum juſtitiæ conculcetur; ſicut nec ſolus Deus per peccantem offenditur, ſed & omnes Sancti ejus cum eo. Secundo, quia ad corrigendum populum, plurimum valet auctoritas & conſenſus multorum in una ſententia; & nedum populum, ſed Clerum errantem vel dubium (c), qualiter Auguſtinus dicit Cyprianum voluiſſe credere cum pleno Concilio ſuæ Provinciæ determinationi generalis Concilii, nec ſe poſſe quidquam, quod non ſit univerſali authoritate firmatum. Lib. 11. *de Baptiſmo contra Donatiſtas*, cap. iv. AUGUSTINUS. Nec nos ipſi tale quid auderemus „ aſſerere, niſi univerſalis * Eccleſiæ concordiſſima authoritate firmati: cui & ipſe * ſine dubio cederet, ſi jam illo tempore quæſtionis hujus * veritas eliquata & declarata „ per plenarium Concilium ſolidaretur. Si enim „ Petrum laudat & prædicat ab uno poſteriore collega * patienter concorditerque correctum, quanto ipſe citius cum Concilio Provinciæ ſuæ univerſi orbis authoritati patefacta veritate ceſſiſſet? „ Hæc ille. Nimis ergo ſuperbit Wicleffus, ſi authoritati generalis Concilii non dignatus obedire reſultet, cui Auguſtinus & Cyprianus cum omni ſuo Concilio patefacta veritate ceſſiſſent. Quomodo ergo præfert ſe noſter Wicleffus? Quo ſuperevolat Sanctum Paulum, qui nec una cauſa, nec alia, dicit convocandum Concilium; ſed ipſi videtur ſufficiens judicium proprium in Scripturis cum impulſu *ſpiritus* hæretici? Sed & ſi ſatis docet impulſus unius *ſpiritus* unum ſingulariter, quomodo unus communis omnium impulſus in generali Concilio non ſatis docebit eumdem? Sed vere magis optat non idipſum ſentire omnes, & unumquemque ambulare in pravitate cordis ſui. Audi *Doctor diviſionis*, & non pacis, Ezechielem culpare eos qui ambulant in voluntate cordis ſui, ut ſupra * deduximus: & Salomonem concorditer prohibentem, ne ambulet homo in anima ſua: ſecundum translationem vero Symmachi, *ne ambulet ut libet.* Unde in commentario *ſuper Eccleſiaſten*, tractans hunc textum vi. cap. *Melior eſt aſpectus oculorum ſuper ambulantem in anima* (d); *ſed & hoc vanitas & præſumptio ſpiritus*, HIERONYMUS. Symmachus (inquit) dicit, *melius eſt providere, quam* „ *ambulare ut libet*, ideſt, Melius eſt juxta ſenſum cuncta agere, qui animæ eſt oculus, „ quam voluntatem cordis ſequi ut libet. Hoc „ eſt enim ambulare in anima, ſicut Ezechiel „ ait, *Qui ambulant in voluntate cordis ſui.* „ Hæc ille. Eſt ergo vanitas & *præſumptio ſpiritus*, ſecundum Salomonem, ſequi voluntatem cordis, & impulſum incerti *ſpiritus*, quod tu doces. Et o Deus! ſi verbum Dei factum Abrahæ cum impulſu *ſpiritus* ſatis docuit Abraham quod filium immolaret, cur tu ipſe juſſiſti Domine, ne faceret, nec impulſui * *Spiritus* obediret? An non erat ille recte vivens, cum dicatur, *credidit Abraham Deo & reputatum eſt ei ad juſtitiam?* Et *Joſeph cum eſſet juſtus, voluit occulte dimittere* Virginem: ac ne peccaret injuſtus, impeditus eſt ab Angelo ſequi impulſum *ſpiritus*. Et Paulus ſecundum juſſum Chriſti, *Ite, docete omnes gentes*; & impulſu proprii *ſpiritus* voluit ire in Aſiam ad prædicandum

Cauſæ convocandi Concilii.

Auguſtinus To. 9. pag. 98. num. 5.

* M. Univerſæ.

* *Cyprianus.*

* *de rebaptizatione hæreticorum.*

Gal. 2. 14.

* *Paulo.*

Ezech. 13. 3.

* *num.* 4.

Eccleſ. 6. 9.

Hieronymus To.3.pag.434.

Ezech. 11. 21.

* *Editi ne & pulſui.*

Rom. 4. 3.

Matth. 1. 19.

Marci 16. 15.

Act. 16. 6. 7.

dum

(a) Eum fuiſſe Principem Synagogæ Corinthi tradunt nonnulli: ſed multo magis conſtans contraditio eſt, quod fuerit unus ex ſeptuaginta Chriſti diſcipulis, ut Euſebius lib. 1. hiſt. cap. 12. teſtatur.

(b) Ipſiſſimus creditur cum Sila de quo frequens mentio in Actib. Apoſtolor. *Sila* iſte & *Carpus* ipſi creduntur gemini diſcipuli S. Joannis Baptiſtæ, qui ab eo miſſi venerunt ad Jeſum Chriſtum, poſtulaturi, num ipſe eſſet Chriſtus Matth. 11. 2. 3. Videſis Gerhard. *Comment.* ad Matth. 11. & Baronium in *Notis ad Martyrol. Rom.* 15. Julii. & 23. Octobris.

(c) Iſtæ convocandi Concilii cauſæ ſunt intrinſecæ, & finales: ſed aliæ ſunt cauſæ extrinſecæ, ut nova hæreſis nunquam antea judicata; propter quam cauſam coacta ſunt prima ſeptem Concilia Generalia. Alia cauſa eſt ſchiſma inter Romanos Pontifices: hac enim de cauſa celebratum eſt Concilium tempore Cornelii. Item aliud tempore Damaſi; & rurſum alia temporibus Simmachi, Innocentii II. & Alexandri III., & Piſanum atque Conſtantienſe, quibus interfuit Waldenſis ipſe, temporibus Gregorii XII. & Benedicti XIII. Alia inſuper celebrandi Concilii cauſa eſt reſiſtentia communi hoſti totius Eccleſiæ. Pro hoc caſu coacta ſunt Concilia ab Urbano II. Calliſto II. Eugenio III. aliiſque Pontificibus pro bello contra Saracenos. Addam aliam cauſam quæ eſt reformatio generalis abuſuum & vitiorum, quæ in Eccleſiam irrepunt. Hinc videmus, omnia fere generalia Concilia canones de reformatione edidiſſe.

(d) Vulg. *Melius eſt videre quod cupias, quam deſiderare quod neſcias.*

dum verbum Dei, & vetuit Spiritus Sanctus. Et iterum in Bithyniam, & non permiſit ſpiritus Jeſu. Act. xvi. Sed in hoc ſcire dedit Wicleffus quanti apud eum fuit pretii impulſus *ſpiritus proprii*, quantæque vilitatis decretum concors Concilii ſui, qui ſe ex ſuo pulſu ſufficienter dixit * edoctum; ex impulſu omnium ſuperfluum provenire conſilium.

Act. 16. 6. 7.

* *Superius num. 4.*

A

CAPUT XXVII.

De utilitate generalis Concilii.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Concilia generalia quando cœperint in Eccleſia.*
2. *Quod ad mentem Guillhelmi magiſtri Wicleffi, non ſolum Clerici, ſed etiam laici, ad generale Concilium convocandi ſunt, & cur.*
3. *Laicos non neceſſario eſſe vocandos ad generale Concilium, Apoſtolica authoritate probatur.*
4. *Laici ad Concilium vocari poſſunt, ſi ſic videatur Eccleſiæ negotio expedire; & proponuntur rationes, quibus hæreticus huic veritati inſidiatus eſt.*
5. *Multitudo duplex.*
6. *In Eccleſia quomodo ſequenda ſit multorum authoritas.*
7. *Generalis Concilii authoritas quæ & quanta ſit, aperitur.*

1. SCio tamen ubi habitat: ubi certe ſedes eſt Sathanæ. Poſt tempora namque Apoſtolorum, fide jam nunciata per orbem, cœpit Chriſtianorum perſecutio ingraſſari *, unde non poterant Eccleſiæ Patres uno conſenſu ſuo hæreſes, quæ tunc licenter intrabant, extinguere, uſque ad tempora Conſtantini. Tunc ergo coactis Conciliis tot ſuffocabant communi authoritate Eccleſiæ immanes hæreſes, quot Concilia celebrabant. Ex hoc timet ſibi Wicleffus, ne ibi ſimul totus occumbat, ubi omnium gentium & finium terræ fulget authoritas. De hac re dicit VI. libro *Etymologiarum*, cap. XVI. ISIDORUS. „ Canones generalium Conciliorum a temporibus Conſtantini cœperunt *. In præcedentibus namque annis perſecutione fervente, docendarum plebium minime dabatur facultas. „ Inde Chriſtianitas in diverſas hæreſes ſciſſa eſt, quia non erat licentia Epiſcopis in unum convenire, niſi tempore ſupradicti Imperatoris. Ipſe enim dedit facultatem Chriſtianis libere congregari. Sub hoc etiam Sancti Patres in Concilio Nicœno de omni orbe terrarum convenientes, juxta fidem Evangelicam, ſecundum poſt Apoſtolos Symbolum * tradiderunt. „ Hæc Iſidorus. Ubi conſequenter docet damnationem in eadem Synodo hæreſis Arianæ. Poſtea in Synodo Conſtantinopolitana * hæreſis Macedonianæ: demum in Synodo Epheſina * hæreſis Neſtorianæ: quarto, in Synodo Chalcedonenſi * ſubverſionem hæreſis Eutychianæ. Et tandem ſubdit ISIDORUS. Sed „ & ſi qua ſunt Concilia, quæ Sancti Patres Spiritu Dei pleni ſanxerunt, poſt iſtorum quatuor authoritatem, omni manent ſtabilita vigore. „ Hæc Iſidorus. Non ergo dubitat Eccleſia Sancta Dei toties aſſiſtere ſibi Spiritum Sanctum, quoties congregati fuerint * authoritate plenaria in nomine Chriſti ad fidei

* *Cod. Ferrar. ingroſſari.*

Iſidorus Cap. 15. pag. 76.

* *an. 325.*

* *Symbolum Nicænum.*

* *anno 381.*

* *an. 431.*

* *an. 451.*

Iſidorus pag. 77.

* *Patres Eccleſiæ.*

dubium reſolvendum. Et quo ſpiritu niſi divino dictarent, inter quos ſine Deo locum nullum habet humana induſtria? Pius Ambroſius ita dixit hæreſim Arianam in Concilio Nicœno, non humana ſententia, ſed divina, damnatam, lib. I. *de Patre & Filio*, cap. VIII. AMBROSIUS. Accepiſti Sancte Imperator, eos, qui „ talia aſſerunt, jure eſſe damnatos. Non humana induſtria, non compoſitione aliqua; ſed trecenti decem & octo Epiſcopi ad Concilium convenerunt. Sed ut in numero eorum per ſignum ſuæ paſſionis & nominis Dominus Jeſus ſuo probaret ſe adeſſe Concilio, Crux in trecentum, Jeſu nomen in Decem & octo eſt Sacerdotibus. Hoc & in Ariminenſi (*a*) Concilio habuit prima confeſſio *: & poſt Ariminenſe Concilium ſecunda correctio, Confeſſionem Epiſtola ad Imperatorem Conſtantium miſſa teſtatur, correctionem ſecuta Concilia (*b*) confitentur. „ Hæc ille. Et lib. VI. *de Baptiſmo contra Donatiſtas*, cap. XXXIX. AUGUSTINUS. „ Eugenius (inquit) ab Ammedera dixit: *Ego hoc idem ſentio, hæreticos baptizandos eſſe*. „ Auguſtinus: Reſpondetur huic: Sed hoc non cenſet Eccleſia, cui Deus plenario jam Concilio revelavit, quod tunc adhuc aliter quidem ſapiebatis; & quia in vobis charitas ſalva erat, in unitate permanebatis. „ Hæc ille. Ita ergo plenariis Conciliis Eccleſiæ, ſi tamen maneant incorrupta (*c*), Spiritus Sanctus adeſt, & definit de fide. Et cur non etiam debet convocari Concilium ad cauſas Eccleſiæ pertractandas, ut una ſit Eccleſiæ politia, ſicut eſt una fides & unum baptiſma? Unde ex Carthaginenſi Concilio * III. cui interfuit Beatus Auguſtinus & ſubſcripſit ſe, cap. II. CONCILIUM CARTHAGINENSE. Similiter placuit, ut „ propter cauſas Eccleſiaſticas, quæ ad perniciem plebium ſæpe veteraſcunt, ſingulis quibuſque annis Concilium convocetur, ad quod omnes Provinciæ, quæ primas Sedes habent, de Conciliis ſuis binos, aut quantos elegerint Epiſcopos, Legatos mittant, ut & minus injurioſi, minuſque hoſpitibus ſumptuoſi exiſtant, & congregato Conventu plena poſſit eſſe authoritas. „ Hæc ille. Ecce quod multorum Sanctorum concurſus in Conciliis præſtat plenitudinem authoritatis.

Ambroſius Lib. 1. de fide ad Gratianum Auguſtum To. 2. cap. 18. pag. 467. num. 121.

B

a

* *Nicæna.*

b

Auguſtinus To. 9. pag. 182. num. 75.

C

c

* *an. 418. Concilium Carthaginenſe tertium.*

Singulis annis Concilia celebranda.

D

2. Sed infert hic *Gullielmus* * difficultatem ſuam, didaſcalus noſtri Wicleffi, de membris hujus Concilii: An omnes laici vocandi non ſint? Vocandos enim eos adjudicat, eo quod omnium noſtrum cauſa fidei eſt communis.

* *Huſſus.*

E

3. Sed ſi ſequendam putemus in hac re formam Apoſtolicam, ipſos * non legimus ad Concilia ſua laicos convocaſſe. Sic enim habet textus Act. XV. *Convenerunt Apoſtoli & Seniores videre de verbo hoc*. Ac ne vis fiat in verbo *Seniores*, ipſi * ſunt Presbyteri: ſic enim ſcriptura præmittit ibidem: *Statuerunt ut aſcenderent Paulus & Barnabas, & quidam alii ex aliis ad Apoſtolos & Presbyteros in Jeruſalem ſuper hac quæſtione*. Simulque & Presbyter *Senior* dicitur ad Etymologiam vocabuli. Et quamvis ſilenter tranſire potuiſſet conventus laicorum ſimplicium: non autem eminentium perſonarum, de quibus erat Nicodemus princeps Judæorum, Cornelius Centurio, cujus religionem Scriptura commendat, & cæteri tales. Beatus quoque Paulus convocavit in Miletum omnes Presbyteros Epheſi; Act. XX. quos etiam ipſe ibi reverendo nomine appellavit *Epiſcopos*. Unde ſuper

* *Apoſtolos.*

Act. 15. 6. Seniores idem ac Presbyteri.

* *Cod. Ferrar. Chriſti.*

Act. 15. 2.

Matth. 8. 13. 14.

Act. 20. 28.

(*a*) Concilium hoc celebratum fuit anno 359. Arimini, quæ civitas maritima eſt in Romandiola Italiæ Provincia.

(*b*) Alexandrina an. 362. Romana an. 369.
(*c*) Cod. Ferrarien. *Si tamen maneant ibi correcta.*

Act. 20. 18. per hoc loco, *Vocavit majores natu Eccleſiæ*, in
Beda expoſitione ſuper actus Apoſtolorum, BEDA.
To. 5. *pag.* 659. ,, Pro majoribus (inquit) natu, Græcus *Preſ-*
,, *byteros* habet. -- Et ibi -- *In quo vos Spiritus*
,, *Sanctus poſuit Epiſcopos;* dixerat (inquit) ſu-
,, pra Presbyteros Epheſi Miletum vocatos, quos
,, nunc *Epiſcopos*, ideſt, *Superinſpectores* no-
,, minat. Non enim una Civitas plures Epi-
Per nomen Presbyteri, interdum ſignificati Epiſcopi. ,, ſcopos habere potuit; ſed eosdem Presbyte-
,, ros, ut vere Sacerdotes ſub nomine Epiſco-
,, porum ſignificat. ,, Hæc ille. Superiori ergo
magno Apoſtolorum Concilio, quod veram for-
mam expreſſit Concilii generalis; & iſti jam
Melitenſi, quod formam reor habuiſſe Provin-
cialis Concilii, ſolos Apoſtolos & Presbyteros
legimus eſſe collectos.

4. Non nego tamen poſſe vocari Laicos po-
tentes vel ſimplices, ſi ſic expedire negocio vi-
deatur Eccleſiæ. Jam locum tamen ſuum ha-
beat, ut ſolvatur, contumelia illa Wicleffi, con-
Wicleffus. tra authoritatem Sacri Concilii. Blaſphema (in-
,, quit) hæreſis foret, quod ſi major pars ta-
,, lium ſententiæ cuicumque conſenſerit, tunc
,, eſt verax. ,, Facit argumenta in *de veritate*
& mendacio, cap. XVI. quod communitati vel
Eccle. 1. 15. multitudini non ſit credendum, quia *ſtultorum*
infinitus eſt numerus. Et ſic fuiſſet ſuperatus
3. *Reg.* 18. 19. Elias cum certaſſet contra quadringentos Sacer-
Joan. 8. 59. dotes Baal. 3. Reg. Et Chriſtus a multitudine
fuerat lapidandus, Joan. 4.

5. His breviter reſpondendum, quod eſt mul-
Sap. 4. 3. titudo oneroſa, quam Scriptura contemnit: ſed
multitudini Sanctorum ſemper applaudit; & in
ipſa ſemper major numerus authoritatem accu-
mulat veritatis, inventæ forſan a paucis. Ecce
in prædicto Concilio Apoſtolorum, Act. XV. ſo-
lus Petrus, & tandem Jacobus ſententiam Pe-
tri confirmans, articulum ibi definitum dicta-
bant; ſed tandem quia cætera multitudo præ-
bebat conſenſum, ideo authoritate plenaria to-
Act. 15. 23. tius Concilii ſcriptum eſt nomine omnium, *A-*
poſtoli & Seniores fratres his qui ſunt Antio-
chiæ, & Syriæ & Ciliciæ fratribus ex Genti-
bus, ſalutem. Sic etiam *contra Julianum* hære-
ticum, dicentem, honorandam eſſe paucitatem
Auguſtinus *To.* 20. *lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 36. *pag.* 550. peritorum ſatisfecit lib. II. cap. XX. AUGUSTI-
NUS. Dicis (inquit) in cauſa judicandi, amoto
,, ſtrepitu turbarum, de omni ordine conver-
,, ſationis hominum, vel Sacerdotum, ſeu ad-
a ,, miniſtrantium, ſive privatorum (*a*), ad di-
,, ſcuſſionem talium rerum non ſolum nomi-
,, na, ſed eligendam eſſe prudentiam, & hono-
,, randam eſſe paucitatem, quam ratio, eru-
,, ditio, libertaſque ſublimat. Ita vero eſt, ut
,, dicis: ſed nec ego te ullius multitudinis nu-
,, meroſitate perturbo, quamvis propitio Deo,
,, de hac fide, cui contradicitis, Catholica ſa-
,, num ſapit etiam multitudo. ,, Hæc Auguſti-
,, nus. Non ergo abjicienda eſt authoritas mul-
titudinis, quamvis paucorum ſit ipſum primum
judicium, & inventio veritatis. Et quare non
eſſet ſequenda pluralitas in credendis & geren-
dis ex fide, ſicut in acceptandis libris Scriptu-
re Canonicæ? Auguſtinus enim, figens Eccle-
ſiaſticam regulam II. *de Doctrina Chriſtiana*
Auguſtinus *To.* 3. *pag.* 23. *num.* 12. cap. VIII. AUGUSTINUS. Tenebit (inquit) hunc
,, modum in Scripturis Canonicis, ut eas, quæ
,, ab omnibus accipiuntur Eccleſiis Catholicis,
Regula pro libris divinæ Scripturæ. ,, præponas eis, quas quædam non accipiunt:
,, in eis vero quæ non accipiuntur ab omnibus,
,, præponat eas, quas plures gravioreſque ac-
,, cipiunt, eis quas pauciores minoriſque au-
,, thoritatis Eccleſiæ tenent. Si autem alias in-
,, venerit a pluribus, alias a gravioribus ha-
,, beri, quamquam hoc invenire non poſſit,
,, æqualis tamen authoritatis eas habendas pu-
,, to. ,, Hæc ille. Authoritas ergo multitudinis
A non erit parvi momenti. Immo Auguſtinus di-
cit antiquos Patres * fluctuaſſe in fide (*b*), quo- * *Africanos*. b
uſque totius orbis Concilio firmarentur, libro I.
de Baptiſmo contra Donatiſtas, AUGUSTINUS. Auguſtinus *To.* 9. *cap.* 7. *pag.* 84. *num.* 9.
,, Jam ne videar humanis argumentis id age-
,, re, quoniam quæſtionis hujus obſcuritas prio-
,, ribus Eccleſiæ temporibus ante ſchiſma Do-
,, nati magnos viros, & magna charitate præ-
,, ditos Patres Epiſcopos, ita inter ſe compu-
,, lit ſalva pace diſceptare atque fluctuare, ut
,, diu Conciliorum in ſuis quibuſque regioni-
,, bus diverſa ſtatuta mutaverint, donec plena-
,, rio totius orbis Concilio * quod ſaluberrime * Concilio Arelatenſi *dicit Launojus*, Nicæno 1. *dicit Natalis Alexand.*
B ,, ſentiebatur, etiam remotis dubitationibus,
,, firmaretur. ,, Hæc ille. Hic non ſolum ha-
bes quantum prodeſt vox multorum, ſed quod
vox, & paucorum confeſſio, univerſalis totius or-
bis profeſſioni ſuccubuit, & ſententia ejus fir-
mabatur.

6. Jam ut ad definitionem Eccleſiæ Catholi- Gradus attendendi in authoritate Eccleſiaſtica.
cæ redeamus, videtis ſequendam eſſe in Ec-
cleſia Catholica gradatim authoritatem multi-
plicem: Doctorum ſcilicet Catholicorum om-
nium, Antiſtitum Sanctorum magis, Eccleſia-
rum Apoſtolicarum potius, ET EX EIS AMPLIUS
ROMANÆ ECCLESIÆ: ET ABUNDANTIUS HIS
C OMNIBUS AUTHORITATEM CONCILII GENERA-
LIS. NEC TAMEN ALICUI JAM dictæ * ita o- * *authoritati*.
bediendum cenſeo, & tam prona fide, ſicut pri-
mæ fidei Scripturæ, vel Eccleſiæ Chriſti Sym-
bolicæ; ſed ſicut inſtitutionibus Seniorum, &
monitioni Paternæ. Obediatur, dico, ſine ſcru-
pulis quæſtionum, cum omni modeſtia mentis &
reverentia corporis, cum acceptatione & fiducia
in verbis docentis; niſi quatenus id quis doceat
quod jam juſte proſcripſit ſuperioris authoritas:
cui tamen tunc pius Eccleſiæ filius non perpe-
ram inſilit, ſed ab eo reverentiali quodam pu-
dore percuſſus abſcedit. IBI ENIM REQUIRITUR
D ut ſit fides copioſior, ubi ſubeſt authoritas gra-
vior. Auguſtinus hos gradus laudat & docet
lib. II. *de Baptiſmo contra Donatiſtas*. AUGUSTI- Auguſtinus *To.* 9. *cap.* 3. *pag.* 98. *num.* 4.
NUS. Quis (inquiens) neſciat Sanctam Scriptu-
,, ram canonicam, tam veteris quam novi te-
,, ſtamenti, certis ſuis terminis contineri, eam-
,, que omnibus poſteriorum Epiſcoporum litte-
,, ris ita præponi, ut de illa omnino dubitari
,, aut diſceptari non poſſit, utrum verum, vel
,, utrum rectum ſit, quidquid in ea ſcriptum
,, eſſe conſtiterit: Epiſcoporum autem litteras,
,, quæ poſt confirmatum Canonem vel ſcriptæ
,, ſunt, vel ſcribuntur, & per ſermonem forte
E ,, ſapientiorem cujuslibet in ea re peritioris,
,, & per aliorum Epiſcoporum graviorem au-
,, thoritatem, Doctorumque prudentiam, &
,, per Concilia licere reprehendi, ſi quid in
,, eis forte a veritate deviatum eſt: & ipſa
,, Concilia, quæ per ſingulas regiones vel Pro-
,, vincias fiunt, plenariorum Conciliorum au-
,, thoritati quæ fiunt ex univerſo orbe chriſtia-
,, no ſine ullis ambagibus cedere: Ipſaque ple-
,, naria ſæpe priora poſterioribus emendari cum
,, aliquo experimento rerum aperitur quod clau-
,, ſum erat, & cognoſcitur quod latebat; ſine
,, ullo typho ſacrilegæ ſuperbiæ, ſine ulla in-
,, flata

(*a*) M. *Præſectorum*, ſed notant, quod *privatorum* habent omnes Vaticani, & plerique Gallicani Codices.

(*b*) In articulo de rebaptizandis hæreticis ad Orthodoxam fidem reverſis.

,, flata cervice arrogantiæ, ſine ulla contentio-
,, ne lividæ invidiæ, cum Sancta humilitate,
,, cum pace catholica, cum charitate chriſtia-
,, na? ,, Hæc ille.

7. Ubi EX OMNIBUS LIQUET AUCTORITAS GENERALIS CONCILII: QUIA ILLI CEDUNT cun-
a cta ſcripta Pontificum (a) & Doctorum, & re- A
formari per ipſum debent * Concilia minora re-
gnorum, immo & priora, quamvis plenaria.
Tanti ergo valet authoritas Eccleſiæ jam præ-
ſentis, ut ſingulis in ea ordinate jubentibus obe-
diri debeat a ſubjectis plus vel minus ſecundum
ſuperius & inferius, ſub pœna contumaciæ. Tan-
ti inſuper eſt authoritas Scripturarum, tanti
poſt eam authoritas unius Catholicæ & Apo-
b ſtolicæ Eccleſiæ (b), definitio ſcilicet Sancto-
rum Patrum, documentum concors ab Apoſto-
lorum temporibus uſque ad hæc tempora no-
ſtra, ut ipſis obtemperare oporteat ſub pœna B
perfidiæ. Sub quarum ideo authoritate Magnus
Pater Cyrillus in Epiſtola Synodica Epheſini
Concilii Neſtorium oneravit, dicens CYRILLUS.
,, Hæc ſapere ſumus edocti a Sanctis Apoſto-
,, lis & Evangeliſtis, & ab omni Scriptura di-
,, vinitus inſpirata; nec non & a beatis Pa-
,, trum confeſſionibus veritate ſubnixis. His o-
,, mnibus & tuam religionem concordare, &
,, præter aliquem dolum conſentire jam conve-
,, nit. ,, Hæc ille. Sed nec volo moveri fide-
les per impias ſuadelas Wicleffi, quas congre- C
c gat in unum Zizaniorum (c) faſciculum com-
burendum, loco prædicto *, dicens, non ideo
eſſe in authoritate Concilium: quia multi ibi in
una fide contra fidem conveniunt. Itaque di-
cit: ,, Aſtiterunt Reges terræ, & Principes con-
,, venerunt in unum, adverſus Dominum & ad-
,, verſus Chriſtum ejus. Et ſic fuiſſet ſuperatus
,, Elias ſtans contra quadringentos: Et ſtulto-
,, rum infinitus eſt numerus. ,, Sed ſciat raro
multos convenire fideles, niſi in Chriſto con-
veniant: & idcirco Paulus hoc modo benedixit
Romanos tamquam benedictione potiſſima, cum D
diceret: *Deus autem pacis det vobis id ipſum ſa-
pere in alterutrum &c.* ad Rom. xv. Super quod
ibi libro ultimo ORIGENES. In hoc (inquit)
,, Paulus Patriarcharum more & Prophetarum,
,, quorum benedictiones ſcriptæ referuntur, be-
,, nedictiones tribuit Romanis, exorans eis da-
,, ri a Deo, ut idipſum ſapiant in alterutrum.
,, Grandis * eſt iſta benedictio, ut unum ſa-
,, piant omnes, atque unum ſentiant, & ſicut
,, ſibi, ita unuſquiſque velit proximo ſuo. Vis
,, autem ſcire quantum valeat unanimitatis gra-
,, tia? Salvator in Evangeliis pronunciat, quia
,, ubi duo vel tres in unum conſenſerint de E
,, omni re quamcumque petierint a Deo, fiet
,, eis. Et iterum de ſemetipſo dicit, quia *ubi*
,, *fuerint duo vel tres Congregati in nomine meo*,
,, hoc eſt, in unum, atque idem ſentientes in
,, nomine Chriſti, *ibi* (inquit) *ero in medio*
,, *eorum*. Vis & aliud accipere exemplum, quo-
,, modo unum ſentientibus Chriſtus medius
,, fiat? Vide in Actibus Apoſtolorum, quomo-
,, do poſt aſcenſionem Domini, *Cum elevaſſent*
,, (inquit) *undecim Apoſtoli cum aliis vocem*,
,, *& unanimiter oraſſent, motus eſt locus in*
Thom. Wald. Tom. I.

*ubi opus fuerit.
Concilia generalia poſſunt priora generalia concilia reformare.
Cyrillus *Apud Labbeum To. 4. pag. 28.*
* *De veritate & mendacio cap. 16.*
Wicleffus.
Pſal. 2. 2.
3. *Reg.* 18. 19.
Eccli 1. 15.
Rom. 15. 5.
Origenes To. 2. pag. 622.
* *al.* Gratia Dei.
Matth. 18. 19.
Quanta ſit unanimitatis virtus.
Act. 4. 31.

,, *quo ſtabant, & præſentiam Sancti Spiritus*
,, *meruerunt*. Ut autem adhuc quanta ſit una-
,, nimitatis virtus, & quanta gratia clarius fiat,
,, non puto abſurdum videri, ſi ea quæ nobis
,, etiam in veteri teſtamento a Patribus ratio-
,, nabiliter tradita ſunt, his ſcilicet, qui ex
,, Hebræis ad Chriſti fidem venerunt, in me-
,, dium proferamus. Ajebant ergo illi, filios *Num.* 16.
,, Chore, quorum nomina invenimus in Exo-
,, do, ideſt, *Aſir*, qui interpretatur *eruditio*;
,, & *Helana*, qui in noſtra lingua dicitur *poſ-*
,, *ſeſſio Dei*; & Abiſa *, qui in latino ſermo- * *al.* Abiaſaph.
,, ne indicat *congregationis patris*, cum pater
,, eorum Chore peccaſſet una cum Dathan &
,, Abiron, & omnibus, qui conſenſerunt eis,
,, & divinæ ultionis in eos pararetur excidium,
,, illos ſegregaſſe ſe ab actu * nefario, & ab * *al.* cœtu
,, impia conſpiratione ſequeſtratos unanimiter
,, ad Deum precem pœnitentiæ profudiſſe, at-
,, que exauditos a Deo, non ſolum veniam pœ-
,, næ, ſed & prophetiæ gratiam meruiſſe. -- Se-
,, quitur -- Hoc autem protulimus, ut quanta
,, ſit unanimitatis virtus, & unum ſentire, at-
,, que unum invicem ſapere, magnificentius
,, noſceremus. ,, Hæc Origenes. Ecce quanta
ſit unanimis ſapientia, magnus Pater Origenes,
non authoritate ſua, ſed Canonica fide proba-
vit. Non ergo parvipendendum eſt quod verum
eſſe Catholicum & Orthodoxum Catholicorum
Doctorum virorum unanimis multitudo conclu-
dit; quamvis forſan non omnes ibi Spiritu Dei
aguntur. SED ET IPSA UNANIMITAS virtus gran-
dis eſt, quamvis interdum culpa abutentium
proficit in ſcandalum & ruinam. Sed ſi propte-
rea non ſit pulchra de ſe, nec erit oculus tuus
de ſe pulcher, quem jubet Dominus erui & a *Luc.* 22. 34.
te projici, ſi te aliquatenus ſcandalizet. Sed ne *Matth.* 18. 6.
fideles remaneant dubii, cui magis credendum
ſit inter fideles, an multitudini Sanctorum &
Doctorum, an uni novello contra omnes; ſciant
& credant firmiter, veritatem Catholicam quæ
eſt Chriſtus, deſeruiſſe frequenter talem unum
ſingulariter ſentientem, ſicut unum *Arium*,
unum & novellum *Sabellium*, unum *Manichæum*,
unum *Amoreum* (d), quemlibet in ſua via con- d
tra multitudinem ſentientem. Numquam abeſt,
nec aberit a multitudine, ſtans cum uno Iſmae- *Gen.* 16. 12.
lita jactante ſe ſolum Spiritum Dei habere; cu-
jus manus contra omnes, & manus omnium
contra eum, contra totam Eccleſiam: qualiter
Wicleffus dicit Iſmaelitice tenendum eſſe cum
uno, omnibus aliis contradicentibus: quia nul-
li unquam Apoſtolorum, nullive ſingulariter fi-
delium volebat Chriſtus dicere quod multitu-
dini Eccleſiæ pluraliter dixit: *Ecce ego vobiſcum* *Matth.* 28. 20.
ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem
ſæculi. Numquid dixit, *Ego tecum ſum?* Hoc
enim ſi diceret, poſſet noſter Wicleffus levare
caput, & dicere: *Mecum eſt veritas*. Si autem
voluerit dicere Wicleffus, *Nobiſcum eſt veritas*,
oſtendat pluralitatem illam ſecum docentium,
ut ſic qui ab illo didicerunt diſcipuli excludan-
tur. MULTITUDINI ERGO CREDENTIUM eſt po-
tius adhærendum, quæ cum claruerit, quod in
Chriſti nomine congregetur, ab ejus decreto
unanimi, nonniſi cum periculo, declinatur. Ideo

(a) Hoc declaravit magna Synodus Conſtantienſis, cui *Waldenſis* intereſſe meruit. Nam Seſſione 4. definivit, Concilium Generale habere a Chriſto immediatam authoritatem, cui omnis obedire tenetur, ETIAMSI PAPALIS DIGNITATIS EXISTAT. Hanc ſententiam pluribus vindicat Natalis Alex. *Sæc.* xv. Diſſert. 4. §. 3. ubi vim faciens ſuper authoritate noſtri Doctoris, dicit: *Thomas Waldenſis, cujus opus diplomate Pontificio Martinus V. approbavit*. Vide infra cap. 60. num. 7.

(b) Authoritas Eccleſiæ poſt authoritatem Scripturarum, eo ſenſu, quo ſupra cap. 22. num. 2. docet Waldenſis.

(c) Innuit *Gullielmum Widefford* O. M. qui in libro cui titulus *Faſciculus Zizaniorum* Wicleffi falſitates detexit.

(d) *Amoreum* vocat *Gullielmum de S. Amore*, ſic a natali Solo apud Sequanos nuncupatum. Hic fuit Gulhelmus ille, qui in Sacra Facultate Pariſienſi Doctor Theologus, graviſſimas turbas Sæc. XIII. ſub Alexandro IV. P. M. adverſus Fratres Ordinum Mendicantium excitavit; pluraque adverſus illos in libro *de periculis noviſſimorum temporum* edidit, quæ Wicleffo amplam poſtea præbuerunt obtrectandi materiam.

Origenes To.2.pag.623. Rom. 15. 5. ubi ſupra, conſequenter ſubjungit ORIGENES. „ Bene autem Apoſtolus ubi ait *idipſum ſapere* „ *in alterutrum*, addidit *ſecundum Jeſum Chri-* „ *ſtum*. Poſſet enim fieri, ut in malitia aliqui „ unanimiter conſentirent, & unum ſaperent „ in pejus. Ob hoc ergo addit, *ſecundum Je-* „ *ſum Chriſtum*. QUI AUTEM JESUM CRISTUM A „ ſapit, ſine dubio omne quod bonum eſt, ſa- „ pit.„ Hæc ille.

ARTICULUS III.

qui eſt

DE MEMBRIS ECCLESIÆ JESU CHRISTI SECUNDUM PROFESSIONES SUAS ET OFFICIA SERIATIM.

CAPUT XXVIII.

a De membris Eccleſiæ Symbolicæ (*a*).

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Si credere debemus aliquem eſſe membrum Eccleſiæ, pari ratione & eſſe prædeſtinatum ad gloriam, dicit Wicleffus.*
2. *Deſtruitur ejus poſitio tamquam hæretica.*
3. *Valde timere debet quilibet Chriſtianus, ne de quocumque viatore, aut præſcientiæ, aut prædeſtinationis, ſententiam ferat.*
4. *Eccleſiæ membra ſunt in triplici differentia.*
5. *Qui ſint vere Eccleſiæ militantis membra concludit, & quod ſola prædeſtinatio non facit membrum ejus.*
6. *Teſtimonium de Chriſto duplex eſſe poteſt, profeſſionis ſcilicet, & confeſſionis.*

1. DE ſuppoſitis hujus Eccleſiæ, & quæ ſint vera membra, jam reſtat ultima difficultas. Dixit enim ſupra *, ut allegatum eſt in libro *de Dotatione* cap. 11. WICLEFFUS. Cum „ credere debemus Eccleſiam Sanctam Catholicam tamquam fidem: & iterum credere debemus, quod quodlibet membrum iſtius Eccleſiæ ſit prædeſtinatum ad gloriam. Si credere debemus quod iſte Papa vel Epiſcopus ſit membrum Eccleſiæ, credere debemus quod „ repugnat eum in peccatum finalis impœnitentiæ cadere.„ Hæc Wicleffus.

* Cap.8. num. 3. Wicleffus.

2. Adhuc tibi deeſt unum jota ad faſciculum illius glomerati aſſumpti addendum, ideſt; ſi „ credere debemus dogma Wicleviſticum de Eccleſiæ Symbolicæ membris, & de abſoluta ne- b „ ceſſitate futurorum eventuum (*b*) eſſe verum;„ alioquin noverunt omnes logici Catholici conſequentiam tuam non habere proceſſum. Sed unde probas, Eccleſiæ Chriſti Symbolicæ quodlibet membrum eſſe prædeſtinatum ad gloriam? Ibi ſtabat Joannes *: putabat enim probatum eſſe quod dixit. Nec ideo diſplicet quia dixit, ſed quia ex aſſumpto peſſimo tot elicit periculoſa & omni Chriſtiano dolenda ſeminaria ma-

* Wicleffus.

lorum (*c*). Audacter enim dijudicat de reprobis c & electis, & quaſi digito demonſtraret, de Papa, de Epiſcopis, de ſingulis qui ſuæ ſectæ non proſunt, aut infert certam præſcientiam *; aut, ſi parcat, ſola pravæ conditionis nota talem vel talem affirmat eſſe diabolum incarnatum. Et quid ſequitur amplius? Non poteſt eſſe verus Epiſcopus neque verum caput Eccleſiæ, ſi non ſit verum membrum. *Docere ergo te oportet* (inquit) *hunc eſſe prædeſtinatum, antequam doceas hunc eſſe Epiſcopum & poteſtatem gerere Clavium*. De temerario enim judicio ejus legi poteſt *ſecunda parte Sermonum*, Serm. L. WICLEFFUS. Non dubium (inquit) quin ſuccedens Eccleſia ſit debilior quam præcedens: „ debilior dico ſcientia & virtute, intantum „ quod Chriſtus caput Eccleſiæ poteſt dicere „ pertinenter: *Factus ſum ſicut vir qui colligit* „ *racemos*. Olim enim fuit militans Eccleſia B „ tam ſpiſſim collecta de numero prædeſtinatorum, quod paucos Zizanicos reperires commixtos, ac ſi quis vindemiaret frumentum „ poſt ſeminationem, & per culturam diligentem maturatum. Sed poſt illos ſurrexerunt * „ ſuperſtites rarenter ponibiles: ita quod multos viantes reſpiceres, antequam unum prædeſtinatum, vel membrum Eccleſiæ reperires, ac ſi quis poſt autumnum granum creſcens hic unum, & hic aliud ſparſim in campo reperiret Eccleſiæ. Sed ex cœca ſtultitia „ viantes * cardones & alias herbas nocivas „ acceptant tamquam ſtipites Sanctæ Matris C „ Eccleſiæ, cum de facto ſint membra diaboli „ eradicanda, & mittenda in ignem perpetuum „ comburenda.„ Hæc ille. O præceps judicium! O auſum temerarium! Illuc provocas humanum arbitrium, quo Pater neminem citra Filium permiſit accedere. Tu autem animoſe dicis: *Olim fuit Eccleſia ſic collecta de numero prædeſtinatorum, quod paucos Zizanicos reperires commixtos. Poſtea vix inter multos unum prædeſtinatum vel membrum Eccleſiæ reperires*. Fateor imbecillitatem meam: nec unum ab alio rite diſtinguerem: & quomodo invenirem præſci- D tum quem me inveniſſe neſcirem, niſi forſan logicæ tuæ vires in non mihi ſubjectum extenderem (*d*) d dicens, me inveniſſe præſcitum, & non inveniſſe præſcitum? Sed abſit hæc dementia a membris Eccleſiæ, quæ jubentur ſapere ad ſobrietatem, & altiora ſe non quærere. Et quid humanæ exponis ſolertiæ de præſcitis quærendis, & reperiendis paucis, aut pluribus, nunc, vel alias: quam ſollicitudinem reſervavit ſibi ſecretam; nulliſque de angelicis ſpiritibus hactenus Deus aperire dignatur? Hoc unum credo, nemini unquam creato judicio fore conceſſum, ante tempus extremi judicii, zizania ventilare de tritico. Cy- E prianus habet in Epiſtolis, Epiſtola ad *Maximinum* (*e*) circa finem, CYPRIANUS. Cæterum e „ fictilia vaſa confringere ſoli Domino conceſſum eſt, cui & virga ferrea data eſt. Nec „ quiſquam ſibi quod ſoli Filio Pater tribuit, „ vendicare ſe putet, ut ad aream ventilandam & pur-

* ad gehennam

Wicleffus.

Mich. 7. 1.

* Editi, incefferunt.

* Supple homines.

Matth. 11. 27.

Rom. 12. 3. Eccl. 3. 22.

Cyprianus Epiſt. 52. pag. 147.

(*a*) Quæ in hoc capite diſputantur confer cum dictis ſupra cap. 8. & cap. 9. hujus Libri.

(*b*) Futurorum neceſſitatem eventuum adſtruit Wicleffus ſuperius lib. 1. cap. 21. & ſeqq. Super hoc autem fundamento quia tota erigitur in hac re Wicleffi hæreſis, ideirco *Waldenſis* petit firmitatem ejuſdem, cum jam illud penitus in citato lib. primo ſubverterit.

(*c*) Ex his malorum ſeminariis peſſimum illud videtur, quod ſequitur, ſcilicet, quod Eccleſia Chriſti ſit inviſibilis & prorſus abſcondita, cum omnino a mortalibus videri non poſſit quis ſit prædeſtinatus. Hinc Lutherani, qui ex hoc fonte Wicleviſtico ebiberunt, faſſi olim ſunt eſſe Eccleſiam prorſus inviſibilem, ſolique Deo cognitam: quod cum poſtea nimis abſurdum cognoviſſent, tandem ſecreto conſilio ſtatuerunt, ut Eccleſia *viſibilis* diceretur, prout refert *Fridericus Staphylus* in prima Apologia parte 1. Econtra *Calvinus* lib. 4. Inſtit. cap. 1. §. 3. *Nobis* (inquit) *inviſibilem, ſolius Dei oculis conſpicuam credere Eccleſiam neceſſe eſt*.

(*d*) Inſanam Wicleffi logicam ſæpe irridet Waldenſis. Et ſicuti jam ſupra lib. 1. cap. 1. eum corripit quod legitimam putet deductionem a *ſecundum quid* ad *ſimpliciter*; ita nunc eum ſugillat, quod de re abſcondita audeat definire; & bene credat prædicari aliquid de ſubjecto ignoto, ut ſi dicam tot & tales eſſe nummos in arca, quam neque ſcrutari neque aperire ulli conceditur.

(*e*) In Editione Stephani Baluzii inſcribitur hæc Epiſtola, *Ad Confeſſores de reditu ex Schiſmate congratulatoria*.

„ & purgandam paleam jam ferre ſe poſſe, aut „ a frumento univerſa zizania humano judicio „ ſegregare. Superba eſt iſta obſtinatio, & ſa„ crilega præſumptio, quam furor pravus aſſu„ mit. Et dum dominium ſibi ſemper quidam, „ plus quam mitis juſtitia depoſcit, aſſumunt, „ de Eccleſia pereunt: & dum ſe inſolenter ex„ tollunt, ipſo ſuo tumore cœcati, veritatis „ lumen amittunt.„ Hæc Cyprianus.

3. Timeat ergo omnis fidelis, rigeat cutis ejus, pulſent venæ, pili horreant, cordis omnes quatiantur arteriæ, ne de quocumque viante, præſcientiæ aut reprobationis ejus ferat in ſingulari expreſſam ſententiam. Sufficiat ſibi ad tantum licere judicium, ad quantum Evangelicum dogma permittit, de his ſcilicet malis judicare, quæ bono animo non poſſunt expleri. Quod SI DE ALIIS JUDICARE NOBIS non licet, quæ ab interiori hominis ſecreto pendent arbitrio, multo magis non de his, quæ a ſola pendent induſtria Trinitatis. Superba valde præſumptio eſt (inquit Cyprianus) quod quis poſſe ſuſtinere ſe putet ad aream ventilandam, aut a frumento univerſa humano ſuo judicio ſegregare zizania. Quam aream? Eccleſiam Chriſti, de qua eſt fides*. Quæ zizania? omnem numerum damnandorum. A quo frumento? A numero membrorum Eccleſiæ, quæ ſoli ſunt prædeſtinati. Sic ſupra dixit WICLEFFUS. „ Multos viantes reſpiceres, antequam unum præ„ deſtinatum, vel membrum Eccleſiæ reperi„ res. -- Et iterum -- Credere debemus, quod „ quodlibet membrum iſtius Eccleſiæ ſit præ„ deſtinatum ad gloriam.

In quo caſu malum liceat ferre judicium.

* in Symbolo.

Wicleffus.

4. Sed quæramus amodo, ſi ſic anticipavit Deus finale judicium: ſi jam ſic eventilavit Eccleſiam ſuam Catholicam. Quantum per Scripturas Sacras me hactenus inſtruxit Eccleſia, membra corporis Chriſti myſtici, & Eccleſiæ Symbolicæ, ſunt in triplici genere: omnia* conjuncta ipſi Chriſto: quædam conjunctiora, & quædam conjunctiſſima. Conjuncta ſunt omnia, quæ jam Chriſtum induerunt per baptiſmum: & applicatum ſibi Chriſtum habent per communionem Sacramentorum; de quibus dicit Apoſtolus: „ Quicumque in Chriſto baptizati „ eſtis, Chriſtum induiſtis -- Et præmiſit -- O„ mnes filii Dei eſtis -- Sequitur -- Omnes enim „ vos unum eſtis in Chriſto Jeſu.„ Ad Gal. III. Quibus autem hic loquitur præmiſit in principio Capituli „ O inſenſati Galatæ! Qui vos „ faſcinavit non obedire veritati, ante quorum „ oculos Chriſtus Jeſus proſcriptus eſt, & in „ vobis crucifixus? -- Et ſequitur. -- Sic ſtulti „ eſtis, ut cum ſpiritu cœperitis, nunc carne „ conſummemini„? Hoc non erat dicere, *O prædeſtinati, o Deo dilecti!* ſed *o inſenſati!* non obedientes veritati, qui ſpiritu incœpiſtis, & jam carne conſummamini. Caput veſtrum Chriſtum crucifixiſtis; cujus vos tamen eſtis membra: quia qui in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis: & per hoc filii Dei & Chriſti membra facti eſtis. Sic enim habet *ſuper Pſalmum* C. de Chriſto loquens AUGUSTINUS. „ Factus eſt (inquit) Caput Eccleſiæ. Habet & „ corpus membra. Quære membra ipſius. Mo„ do gemunt per univerſum orbem terrarum; „ tunc lætabuntur in fine -- Sequitur. -- Et „ modo ergo cantemus in ſpe omnes in unum „ collecti. Chriſtum enim induti, Chriſtus ſu„ mus in capite noſtro, quia utique Abrahæ „ ſumus ſemen. Apoſtolus hæc dicit, quia di„ xit, *Chriſti ſumus*. Ergo Abrahæ ſemen e„ ſtis, ſecundum promiſſionem hæredes. -- Et „ infra -- Et nobis dicit, *Ergo Abrahæ ſemen*

* Ed. V. quadam.

Gal. 3. 27.

Auguſtinus To. 4. pag. 1084. num. 3.

Gal. 3. 29.

„ *eſtis*. Manifeſtum quia ad Chriſtum pertine„ mus: & quia membra ejus & corpus ejus ſu„ mus, cum capite noſtro unus homo ſumus.„ Hæc Auguſtinus. Ecce Auguſtinus dixit, omnes ibi in unum collectos, eſſe membra Chriſti, non tantum *reputatione*, ſed *veritate*. Immo A ut eſſent corpus Chriſti, & Chriſtus ipſe, hoc dixit manifeſtum eſſe: *Manifeſtum* (inquit) *quia ad Chriſtum pertinemus*. Nuſquam autem *manifeſtum* dicit, quia prædeſtinati ſumus; immo nihil ſecretius, nihil magis opertum: ſed hoc manifeſtum, quia membra Chriſti ſumus; & ad corpus ejus, quod eſt Eccleſia, pertinemus. Sic enim ſupra dixit Eccleſiam Chriſti manifeſtam, quia Chriſtus in Sole, non ſub modio, poſuit ſuum tabernaculum. Sed unde hoc manifeſtum, quod membra ſumus? Quia omnes (inquit) hic in unum collecti, Chriſtum induti ſumus. Jam ſalvatur Apoſtolus, cum dixit, B *Quicumque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis*. Baptiſmus ergo Chriſti vera membra facit, ſi non tantum *reputative*, ſed *vere* regenerat. Clamat hoc fortiter Sanctus Joannes Conſtantinopolitanus, qui & *Chryſoſtomus* dicitur*, ut recitat eum Auguſtinus lib. I. *contra Julianum* cap. II. AUGUSTINUS. Sanctus (inquit) „ Joannes Conſtantinopolitanus, in ea homilia, „ quam *de Baptiſmate* habuit, *Beatus* (inquit) „ *Deus qui fecit mirabilia ſolus*: qui fecit uni„ verſa, & convertit univerſa. Ecce libertatis „ ſerenitate perfruuntur qui tenebantur paulo „ ante captivi; & cives Eccleſiæ ſunt qui fue- C „ runt in peregrinationis errore: & juſtitiæ in „ ſorte verſantur, qui fuerant in confuſione „ peccati. Non enim tantum ſunt liberi, ſed „ & Sancti: non tantum Sancti, ſed & juſti, „ ſed & filii: non ſolum filii, ſed & hæredes: „ non ſolum hæredes, ſed & fratres Chriſti: „ non tantum fratres Chriſti, ſed & cohæredes: „ non ſolum cohæredes, ſed & membra: non „ tantum membra, ſed & templum: non tan„ tum templum, ſed & organa Spiritus. Vides „ quot ſunt baptiſmatis largitates? „ Hæc ille. Propoſitio iſta a *Juliano* in diſputationem deducta, & ab Auguſtino ibi reputata pro ſan- D cta, poſt tantos conflictus nihil potuit continere ſuſpectum. Dicamus ergo omnes Catholici cum Sancto Joanne*, omnes baptizatos in ipſo lavacro factos eſſe *cœli cives*, *liberos*, *Sanctos*, *juſtos*, *filios*, *hæredes*, *fratres*, *cohæredes*, *membra*, *Templum Sancti Spiritus*, *organa*. Non tamen ſunt iſtæ prædeſtinationis (quam tam certiſice Joannes non diceret) ſed Baptiſmatis largitates. Secundum hoc dicit idem lib. *Dialogorum** III. cap. IV. quod Sacerdotes faciunt fideles vera membra Chriſti. CHRYSOSTOMUS. „ Iſti (inquit) ſunt, qui ſpiritali affectione par„ turiunt, & generatione baptiſmatis exequun- E „ tur. Per ipſos Chriſtum induimus: per ipſos „ conjungimur Dei filio: per ipſos membra „ illius capitis efficimur. „ Hæc ille. Ecce quod per Sacerdotum miniſterium efficimur Chriſti membra. Et lib. III. *ſuper Proverbia*, exponens hunc textum, *Multæ filiæ congregaverunt divitias &c.* BEDA. Multas filias, Eccleſias dicit hæreticorum, & malorum turbas: Catholicorumque filiæ dicuntur vel Chriſti vel Eccleſiæ, quia etiam ipſæ ſunt Dominicis renatæ Sacramentis in adoptionem„ filiorum, quam nos cuſtodire perceperunt. „ Hæc ille. Et tamen non hoc tantum eſt a baptiſmo & infuſione laticis, ſed & propter fidem ibi promiſſam. Sunt enim Chriſtiani Chriſti membra per baptiſmum: ſunt per fidem in baptiſmo promiſſam, per ſpem & charitatem, Un-

Pſal. 18. 6. Luc. 11. 3.

Gal. 3. 29.

* ob aureum eloquentiæ flumen.

Auguſtinus To. 10. cap. 6. pag. 529. num. 21.

Baptiſmi fructus.

* Chryſoſtomus.

* De Sacerdotio.

Chryſoſtomus Tom. pag. 384.

Prov. 31. 20.

Beda To. 4. pag. 711.

* al. quantum.

Chriſtiani membra Chriſti per fidem, ſpem & Charitatem.

Auguſtinus To. 4. pag. 1083. num. 3.

Unde in *Pſalmo* ut ſupra, Augustinus. Securi (inquit) expectemus judicium; & ſimus „ in corpore ipſius; & nos cantemus ea. Cantat enim Chriſtus, ſi ſolum caput cantat. „ A Domino eſt canticum hoc; ad nos non „ pertinet. Si autem totus Chriſtus, ideſt, caput „ & corpus ejus; eſto in membris ejus, adhære illi per fidem & ſpem & charitatem, & „ in illo canta, in illo exulta, quia & ipſe in „ te laborat, in te ſitit, in te eſurit, & tribulatur. „ Hæc Auguſtinus. Ecce quod per *fidem* ſumus membra Chriſti. Quomodo tu dicis, quod nonniſi per *prædeſtinationem?* Sed & ſimul notetur, quam animoſe dixit Auguſtinus: *ſimus* (inquit) *in corpore ipſius*. Et iterum: *eſto in membris ejus*. Qualiter poſſet nobis dicere Auguſtinus: *ſimus prædeſtinati*, vel, *eſto prædeſtinatus & proviſus ad gloriam*: cum divina Providentia conatui noſtro non ſubjaceat? Et iterum; vel hortatur ſic prædeſtinatos, & tunc inutiliter, qui ſecundum Wicleffum non poſſunt non eſſe in membris Eccleſiæ: vel præſcitos ad pœnam; & tunc impoſſibiliter, qui non poſſunt eſſe membra corporis, ſicut non poſſunt eſſe de prædeſtinatis ad gloriam. Vel hortabatur eos eſſe membra, ſola *reputatione*; & tunc approbaret hypocriſim. Sed nec hoc, nec illud. Sed Auguſtinus recte conſulit, dicens: *Eſto in membris ejus*: & recte expoſuit, *Adhære* (inquiens) *per fidem*: quaſi diceret, eſſe membrum vere de corpore quicumque baptizatus Chriſtum induit vera fide. Qualiter idem etiam Auguſtinus, exponens illud ad Galatas in expoſitione ejuſdem Epiſtolæ, *Quicumque in Chriſto baptizati ſumus &c.* Augustinus. Quod (inquit) filios Dei dicit eſſe per fidem omnes, „ quia induerunt Chriſtum, quicumque in Chriſto baptizati ſunt; ad hoc valet, ne gentes „ de ſe deſperarent, quia non cuſtodiebantur „ ſub pædagogo, & ideo ſe filios non putarent: „ ſed per fidem induendo Chriſtum omnes ſunt „ filii, non natura, ſicut unicus filius, qui etiam ſapientia Dei eſt -- Et ſequitur -- Quam „ fidei gratiam nunc *indumentum* vocat ut Chriſtum induti ſunt qui in eum crediderunt; „ & ideo filii dei fratreſque ejus mediatoris effecti ſunt. „ -- Et idem inſuper Auguſtinus ſuper Pſalmi lxxxv. verſum, *Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum* Augustinus. Si „ enim Chriſtiani omnes fideles & baptizati in „ ipſo ipſum induerunt, ſicut dicit Apoſtolus, „ *Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis*: Si membra ſunt facta corporis ejus, „ & dicunt ſe ſancta non eſſe, capiti ipſi faciunt injuriam. Jam vide ubi ſis, & de capite tuo dignitatem cape: etenim in tenebris eras, nunc autem lux in Domino; *Fuiſtis* (inquit) *aliquando tenebræ*. Sed numquid „ tenebræ remanſiſtis? Ad hoc illuminator venit, ut non in tenebris remaneretis, ut in „ illo lux fieretis. „ Hæc ille. Ecce ubique per baptiſmum & fidem, fideles, quotquot tales ſunt, Chriſtum induunt, & membra corporis ejus facti ſunt. Et nota quod dicit, *ſi membra facti ſunt corporis*: hoc enim eſt per baptiſmum & fidem: ſi enim per prædeſtinationem, tunc membra *naſcerentur*, non *fierent*. Contra quod dicit: *ad hoc illuminator venit, ut in illo lux fieretis*. Propter hoc enim Apoſtolus ad Epheſios iv. non dubitavit dicere Epheſiis credentibus: *loquimini unuſquiſque veritatem cum proximo ſuo; quoniam ſumus invicem membra*. Forte non de certo promiſiſſet eis Apoſtolus gratiam finalis perſeverantiæ, dicens, *Loquimini unuſquiſque &c. quoniam ſumus invicem in-*

Gal. 3. 26.

Auguſtinus To. 3. pag. 958. num. 27.

Chriſtiani quomodo filii Dei ſint.

Pſal. 85. 2.

Auguſtinus To. 4. pag. 903. num. 4.

Gal. 3. 27.

Epheſ. 5. 8.

Epheſ. 4. 25.

dubitanter membra prædeſtinata; maxime quoniam de hac re tamquam dubius monuit eos de criminibus quibuſdam, pro quibus eos damnari contingeret: „ Jam (inquit) non ambuletis ſicut gentes in vanitate ſenſus ſui -- Et „ iterum -- Sol non occidat ſuper iracundiam

A „ veſtram -- Et -- Nolite locum dare diabolo -- Et „ qui furabatur, jam non furetur, & ſimilia. Quæ tamen omnia, ſecundum Wicleffum, prædeſtinationi eorum nocere non poterant: & per hoc, nec eorum membrationi in Eccleſia. Sed Eccleſia Chriſti oppoſitum profitetur, & dicit, eos eſſe membra Eccleſiæ Chriſti, quos tinxit unda baptiſmatis, & perluſtravit in ſpiritu Chriſti fides. Hi tamen poſſunt non membra eſſe ſi ſe præſcindant per hæreſim, aut finale delictum: vel ſi authoritate Eccleſiæ per ſententiam præſcindantur. Et hoc eſt, quod Beatus Auguſtinus & Sancti Patres hortantur fide-

B les ut fiant de corpore Chriſti, & maneant in ipſo, vivificenturque ſpiritu Jeſu Chriſti. Unde Auguſtinus Tract. xxvi. *ſuper Joannem*, Augustinus. Norint fideles, corpus Chriſti: ſe * „ corpus Chriſti eſſe non negligant. Fiant corpus Chriſti, ſi volunt vivere de ſpiritu Chriſti. De ſpiritu Chriſti non vivet, niſi ſit corpus Chriſti. -- Sequitur. -- Vis ergo vivere „ de ſpiritu Chriſti? In corpore eſto Chriſti. -- „ Et infra. -- Qui vult vivere, habet unde vivat: accedat & credat. Vivat in Deo; Deo „ incorporetur ut vivificetur: non abhorreat a „ compagine membrorum; non ſit putre mem-

C „ brum, quod reſecari mereatur: non ſit diſtortum, de quo erubeſcatur. Sit pulchrum, „ ſit aptum, ſit ſanum: hæreat corpori: vivat „ Deo de Deo. „ Hæc Auguſtinus. Quid oporteret ſic monere prædeſtinatos ut manerent prædeſtinati, & ſic membra Chriſti; cum abſolute neceſſe ſit omnes illos ſic manere per Wicleffum? Sed hoc eſt falſum: poſſunt enim a finali bono cadere per peccatum: poſſunt alii permanere per gratiam: poſſunt & tamquam membra putrida reſecari per vitium. Idcirco utiliter monuit Auguſtinus, ut fidelis accederet & crederet: ut non abhorreat a compagine

D membrorum: nec ſit putre membrum, non quidem omnino reprobum, & pœnæ præſcitum, ſed non læſum per culpam vel perfidiam. Unde idem Auguſtinus *ſuper Canonicam Joannis*, Tract. vi. dicit Chriſtum medicum noſtrum eſſe, & ſecare in nobis quotidie tale putre. Augustinus. Tu (inquit) tantum charitatem „ tene: nam ille reſecare vult, urere vult. Tu „ ſi clamas, & non exaudiris in ſectione, & „ uſtione, & tribulatione, novit ille quouſque „ putre eſt. „ Hæc ille. Hoc igitur modo membrum Eccleſiæ Chriſti Catholicæ eſt omnis particeps fidei baptiſmalis. Eſt autem membrum

E Chriſto conjunctius, ſi non tantum fide, ſed & charitate reſplendeat: fide inquam illa, de qua dicit Apoſtolus, quod per dilectionem operatur: & ſic omnis exiſtens in gratia, ſecundum præſentem juſtitiam eſt verum membrum Eccleſiæ Jeſu Chriſti. Sic dicit Auguſtinus Tract. ultimo in expoſitione *Canonicæ Joannis*, tractans illud, *In hoc cognoſcimus, quia diligimus filios* * *Dei*. Augustinus. Filios (inquit) Dei dixit „ qui filium Dei paulo ante dicebat: quia filii „ Dei corpus ſunt unici filii Dei; & cum ille „ ſit caput, nos membra, unius eſt filius Dei. „ Ergo qui diligit filios Dei, filium Dei diligit. -- Sequitur. -- Et qui diligit filium Dei, „ diligit filios Dei. Quos filios Dei? Membra filii Dei: & diligendo, fit & ipſe membrum, & „ fit per dilectionem in compagine corporis Chriſti;

Epheſ. 4. 17.

26.

27.

Auguſtinus To. 3. pag. 499. num. 13.

* M. ſi.

Auguſtinus To. 3. pag. 867. num. 8.

Gal. 5. 6.

1. Joan. 5. 2.

* Vulg. natos.

Auguſtinus To. 3. Tract. 10. pag. 895. num. 3.

„ ſti; & erit unus Chriſtus amans ſe ipſum. Dum „ enim ſe invicem amant membra, corpus ſe „ amat: & ſi patitur unum membrum, com- „ patiuntur omnia membra: & ſi gloriatur unum „ membrum, congaudent omnia membra. „ A Hæc ille. Ecce quod diligendo fit fidelis membrum Eccleſiæ, & filius Dei, & in compagine corporis Chriſti. Non dicit, *per prædeſtinationem*, ſed *per dilectionem* (inquit) fit in compagine Corporis Chriſti: & hoc non *reputatione*, ſed *veritate* unionis: quia ſic erit unus Chriſtus ſe ipſum amans: & veritate conſenſus, quia ſi patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Et ne quis tentet nos fallere de filiis Dei, quos loco membrorum ſupra ſic appellavimus indiſtincte; Auguſtinus hic, *Quos filios Dei?* (inquit) *Membra Fili Dei*. Filios ergo Dei charitas generat, & membra Eccleſiæ fiunt, dum B ipſi ſibi conjunguntur glutino charitatis. Unde idem ibidem verſus finem AUGUSTINUS. Tota (in- „ quit) dilectio noſtra fraterna eſt erga Chriſtia- „ nos; ergo omnia membra ejus diſciplina cha- „ ritatis conjuncta ſunt. „ Hæc ille. Tertium membrum majoris eminentiæ & vigoris, non dubium, eſt illud, quod non ſola fide & charitate Chriſto conjungitur in Eccleſia Chiſti; ſed etiam ſpe non fruſtrabili & perſeverantiæ finali connexa: quale utique eſt ſemper manſurum cum Chriſto. De cujuſmodi Chriſtus ait, *Pater, omnia mea, tua ſunt*. Non tamen adhuc membrum eſt, ſi fidelis, vel baptizatus non eſt; quamvis talis futurus prædeſtinatus erit. Unde C ubi jam ſupra AUGUSTINUS. Si diligis aliquem, „ qui nondum Criſto credidit: qui ſi credidit „ Chriſto, ut dæmones credunt, reprehendit * „ unitatem ipſius; tu dilige, & fraterno amore „ dilige. Nondum eſt frater, ſed ideo diligis, „ ut ſit frater. „ Hæc ille. Ecce *nondum eſt frater*; ergo nec membrum. Quomodo ergo nondum eſt prædeſtinatus? Immo ab æterno prædeſtinatus, & tamen nondum frater, aut Eccleſiæ membrum. Aliunde ergo oportet ut fiat frater & membrum, quam ex prædeſtinatione. Oportet certe ut præcedat fides cum baptiſmo, D & eſt membrum: conjungat amorem; & eſt charum membrum: perſeveret ad coronam, & ex prædeſtinatione æterna, jam eſt membrum chariſſimum. Non tamen ideo oculus meus ſanus, & perſpicax jam oculus meus, aut membrum meum non eſt, quia aliquando cœcus aut putridus futurus eſt, & ideo eruendus: ſed ideo alter oculus multo mihi charior, & in reputatione præſtantior, quia nunquam eſt amiſſurus lumen ſuum, nunquam projiciendum ut putridum. Et electus omnis ideo membrum eſt Chriſti præcipuum in prædeſtinatione divina, quia per perſeverantiam ſuam finalem erit futurum membrum Eccleſiæ Chriſti Catholicæ, quando E erit ſine macula, ſine ruga, inamiſſibili ſua ſocietate perfecta. Unde Auguſtinus *ſuper Joan.* Tract. XXVI. AUGUSTINUS. Hunc (inquit) cibum „ & potum vult intelligi Societatem corporis „ & membrorum ſuorum, quod eſt Eccleſia „ Sancta in prædeſtinatis, & vocatis, & juſtifi- „ catis, & glorificatis ſanctis & fidelibus; quo- „ rum primum jam factum eſt, ideſt prædeſti- „ natio: ſecundum & tertium factum eſt, & „ fit, & fiet, ideſt vocatio & juſtificatio. Quar- „ tum nunc in ſpe eſt, in re autem adfuturum „ eſt, ideſt glorificatio. „ Hæc ille. Hoc ergo modo videmus præcipua membra Chriſti eſſe fideles perſeverantes. Magna quoque omnes amantes; & aliquanta eſſe omnes credentes. Idcirco nolumus cum Academicis incerti remanere de ſingulis.

Auguſtinus To. 3. pag. 898. num. 7.

Joan. 17. 10.

Auguſtinus *ibidem*.

* *Ed. V.* reprehendet.

Auguſtinus *To.* 3. *pag.* 500. *num.* 16.

5. Nolumus etiam cum Wicleviſtis temere judicare de prædeſtinatis aut reprobis: ſed hoc certe credimus cum viris Catholicis, eos ſive Epiſcopos, ſive inferioris ordinis Sacerdotes, A Reges, Milites, vel Agricolas, vel quoſcumque per baptiſmum Chriſti fides ſemel lavit in terris, adhuc unius Eccleſiæ Chriſti Catholicæ & Apoſtolicæ eſſe membra, quouſque vel ſe præciderint, vel habentis authoritatem in Eccleſia, juſta ſententia præcidantur. Hoc dico ſi propter apoſtaſiam * quis removeatur a ſocietate Eccleſiæ Catholicæ, vel per finalem perfidiam. Hæc ergo prædicta ſunt membra Eccleſiæ Catholicæ Symbolicæ, quam nos tenemur credere tamquam fidem; ideſt, ipſam in omnibus membris ſuis habere veram fidem de Chriſto, doctrinam ſanctam, & optima Sacramen- B ta: & hoc eſt credere, ſicut Sancta Mater credit Eccleſia, fidem ejus ſolam eſſe Sanctam, quam a tempore Apoſtolorum ſucceſſive per Sanctos Patres nulla facta interpolatione temporis uſque ad hæc tempora noſtra ſemper ſervavit & docuit. Cujus quidem Eccleſiæ ſic credendæ non omnes prædeſtinati ſunt membra, quia tunc credendus fuiſſet Paulus ejus membrum, quando literas impetravit * contra Eccleſiam. At numquid tunc prædeſtinatus non erat? Ipſe enim dixit ſe ſegregatum in Evangelium Chriſti ex utero ſuæ matris. Sed nec Petrus quando negavit Chriſtum credendus erat membrum Eccleſiæ, quamvis tunc prædeſtinatus eſſe non deſiit: ſed tunc per apoſtaſiam deſiit eſſe C membrum. Nec turba illa magna ſacerdotum, quæ prius adverſaria, poſtea concors fidei facta eſt, Act. VI. tunc fuit turba membrorum Eccleſiæ, quando ſibi ſubjicere conabatur Eccleſiam. Et quis catholicam eam tunc crederet, quamvis tunc prædeſtinata eſſet ad fidem? Et quot novimus nunc hæreticos & blaſphemos in Eccleſia, quoque Paganos, & extra Eccleſiam infideles, qui jam credendi in ſuo teſtimonio reprobo non ſunt, quia Eccleſiæ membra vel fidei fratres nondum ſunt; quos, cum Dominus clemens voluerit, de non membris membra, D de blaſphemis credulos, de perfidis fideles, & de paleis faciet eſſe frumenta? ſed iterum, quis, rogo, non credere debuit Judæ Scarioth a Chriſto capite miſſo ad prædicandam fidem ſuam, quem Chriſtus ad prædicandum fidelibus non miſiſſet, niſi ſibi dari fidem a fidelibus decreviſſet? Unde Auguſtinus ſuper Pſalm. X. *vir Juſtus autem quid fecit?* AUGUSTINUS. Chri- „ ſtus (inquit) quid vobis fecit, qui tradi- „ torem ſuum tanta patientia pertulit, ut ei „ primam Euchariſtiam confectam manibus „ ſuis, & ore ſuo commendatam ſicut cæteris „ Apoſtolis traderet? Chriſtus quid fecit vo- E „ bis, qui eumdem traditorem ſuum, quem „ diabolum nominavit; qui ante Domini tra- „ ditionem nec oculis * Dominicis fidem po- „ tuit exhibere, cum cæteris diſcipulis ad præ- „ dicandum regnum cœlorum miſit; ut de- „ monſtraret Dei dona pervenire ad eos, qui „ cum fide accipiunt, etiamſi talis ſit per „ quem accipiunt, qualis Judas fuit? „ Hæc ille.

6. Ecce dona Dei qualiter ad fideles venire potuerunt per Judam diabolum. Hæc ergo noverimus eſſe membra Eccleſiæ credenda, quorum teſtimonia de Chriſto ſunt credenda. Nec tamen omnia, quia dæmones teſtimonium reddiderunt *. Sed alii ſunt teſtes profeſſione & confeſſione, ut omnia membra Eccleſiæ: alii confeſſione, ut dæmones, Cathecumeni, & alii nec baptiſmali fide, nec ſupereminenter profeſſati,

* *A ſede unius Eccleſiæ.*

Act. 9. 2.

* *Cod. Ferrarien.* dictavit.

Gal. 1. 15.

Marci 14. 68.

Act. 6. 2.

Pſal. 10. 4.

Auguſtinus *To.* 4. *pag.* 62. *num.* 6.

Luc. 22. 19. 21.

Joan. 6. 71.

* *M.* loculis.

* *Subaudi* de Chriſto.

ſati, ut Angeli. Hoc breviter dico contra meum Wicleffum: CREDO JUDAM SCARIOTH fideliter prædicantem in Chriſto, quando credo Eccleſiam Chriſti catholicam: non autem tunc credo Paulum, Eccleſiam perſequentem.

CAPUT XXIX.

Quod ex Petro poſt Chriſtum tota ſucceſſive fluxit Eccleſia, quaſi membrum de membro, ſecundum Apoſtolum.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Unde ſit quod mali ſint, & aliquando dominentur in Eccleſia Chriſti.*
2. *Colligit ex membris Chriſti, injuſtos in Eccleſia militante cum juſtis uſque in finem ſæculi fore permanſuros.*
3. *Immiſſio Petri in mari quomodo pulchre figura fuerit ejus univerſalis præfecturæ.*
4. *Quæ fuerit Wicleffi ſententia circa Petri univerſalem præeminentiam.*
5. *Petrum omnium Apoſtolorum fuiſſe Principem, aperte concluditur.*

Matth. 2. 3.

1. ECcleſia magna ergo eſt hæc, quam non ſupra ſe ipſum tantum Chriſtus erexit, ſucceſſorem ſuſpicans & paveſcens cum Herode feroci; ſed velit nolit Wicleffus, etiam ſupra petram Petrum fundavit eamdem; & inde contingit, quod ex his qui in agro, ſicut & de aliis in lecto & molendino*, relinquendi quidam ad gehennales flammas, cathedras occupant Prælaturæ. Petrus enim erat qui dixit Chriſto: *Exi a me, quia homo peccator ſum Domine*; Chriſtus autem erat agnus ſine macula, qui innocentia ſuorum natalium tollere potuit peccata ſordentis Eccleſiæ. Paſſurum ergo ſe Petrus forte præſenſit flagitioſa vaſa iræ in corpore ſuo futuro, & membris tenebrarum, quæ lucem mundi ſuſtinere non poſſent; & inde quaſi ſtimulatus expreſſit Chriſto, *Exi a me, quia homo peccator ſum Domine*: & quamquam tunc bona eſſent de præſenti juſtitia; alioquin enim nec de Petri corpore eſſent. Unde Auguſtinus *ſuper Joan.* Tract. L. AUGUSTINUS. „ Judas malus, corpus malorum ſignificat, quomodo „ Petrus corpus bonorum; immo corpus Eccleſiæ, ſed in bonis: nam ſi in Petro non „ eſſet Eccleſiæ ſacramentum, non ei diceret Dominus, *Tibi dabo claves regni Cœlorum*. „ Hæc ille. Si ergo ſuper ſe ipſum tantum, ſine ſucceſſionis reſpectu *, fundaſſet Chriſtus Eccleſiam, potuit eſſe quod ejus membra, nonniſi electa fuiſſent: quia vero poſt primam juſtitiam impeccabilem, etiam ſuper hominem peccatorem immundum *, & negatorem veritatis, fundationem ejus Chriſtus inſtituit, fides oſtendit, quia juſtos præferens, non propter hoc peccatores renuit.

Matth. 16. 18. — * Vide ſupra cap. 12. num. 4. — Luc. 5. 8. Chriſtus ſua innocentia lavit peccata Eccleſiæ. — Auguſtinus To. 3. pag. 633. num. 12. — In Petro Sacramentum Eccleſiæ. Matth. 16. 19. — * Cod. Ferrar. auſpicio. — * Cod. Ferrar. tumidum. — Chriſtus juſtos præferens, peccatores non renuit.

2. At quia alibi argumentaris: *Quæ communicatio Chriſti ad Belial, aut lucis ad tenebras?* hoc ipſo tuo argumento jam uſus eſt Petrus, dicens: *Exi a me, quia peccator ſum Domine*. Sed Chriſtus non exiens, ſed amplius expectans in navicula & argumentum tuum proſcribit *, & lucem cum tenebris, & filios Chriſti cum filiis Belial facto præcinit * commanſuros. Nam quid eſt, *Exi a me, quia homo peccator ſum*, niſi quia *ego peccator, tu innocens: ego tenebræ, tu lux: ego ſine tua gratia filius Belial; tu tua natura & Chriſtus & filius Dei viventis? Exi ergo a me, quia peccator ſum Domine*. Sed quid ait Chriſtus? *Noli timere: ex hoc eris homines capiens*, Luc. v. Et certe *ex hoc*: non enim eſt navicula tua ut me tantum capiat; ut ſolos meos, aut ſolos tollat electos. An vis æquare remigantem adhuc undis tuam naviculam regno cœlorum, ubi ſoli regnabunt electi? A *Ex hoc eris homines capiens*: ex hac fluctuum cymba congregare potes diſperſos: potes ad portum ductare perdendos. Non ergo *ego recedo*, ſed *tu ſuccede* dicturus ſum aliquando *: quia *ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi*. Tunc finaliter exiturus ſum, Petre, quando ſum dicturus: *Ite maledicti in ignem æternum*. Dum autem tu remigas, noli (conſulo) nimis eſſe juſtus. Suſcipe peccatores, compatere miſeris: mitis eſto ad omnes. „ At ipſi annuerunt ſociis qui erant in alia „ navicula, ut venirent, & adjuvarent eos: & „ venerunt & impleverunt ambas naviculas; „ B forſan verbo, non facto: ordo eſt præpoſterus. Quid eſt quod Petrus Jacobus & Joannes ſociis annuerunt ut venirent; & ſoli Petro dictum eſt a Chriſto, *Ex hoc eris homines capiens*; niſi quia primus & caput cæterorum (etiam Jacobi & Joannis) futurus eſt Petrus; & tamen omnes ſub Petro, vel una cum Petro congregarent Eccleſias? Eſt enim omnis navicula Chriſti Eccleſia; ſed ad naviculam Petri, & ad ejus Eccleſiam, Chriſti nomine congreganda. Unde Ambroſius *ſuper Lucam* lib. IV. cap. ultimo AMBROSIUS. Vocantur (inquit) ſocii ad adjumen„ tum, qui erant in alia navi. Quæ eſt illa C „ navis? Forte Judæa, ex qua Joannes & Ja„ cobus eliguntur: *Facta eſt Judæa ſanctificatio* „ *ejus*. Hi ergo de Synagoga ad Petri navem, „ hoc eſt, ad Eccleſiam convenerunt, ut imple„ rent ambas naviculas. Omnes enim in no„ mine Jeſu genuflectunt, ſive Judæus ſive Græ„ cus: *omnia eſt * in omnibus Chriſtus*. Sed mi„ hi cumulus iſte ſuſpectus eſt, ne plenitudine „ ſui naves pene mergantur. Oportet enim & „ hæreſes eſſe, ut probentur boni. Poſſumus „ tamen & aliam Eccleſiam intelligere, na„ vem alterius: ab una enim plures Eccleſiæ „ derivantur. „ Hæc ille.

Luc. 5. 11. — * Ed. V. aliter. Matth. 28. 20. Chriſtus quando exiet a nobis. — Matth. 25. 41. Eccleſ. 7. 17. — Luc. 5. 7. — Eccleſia navis eſt Chriſti. — Ambroſius To. 1. pag. 1354. num. 77. — Pſal. 113. 2. — * M. &. Coloſſ. 3. 11. — 2. Cor. 11. 1. Cor. 11.

D 3. Geme jam, mi Wicleff, puod tu ſic imples Chriſti naviculam ſimul & Petri, ut pene mergantur. Sed tolero ego, cum dicat Pater Ambroſius, *Oportet * hæreſes eſſe, ut probentur boni*. Sed & ad rem eſſe dignoſcitur, quod alia navis, alia ſit Eccleſia, quia ab una plures Eccleſiæ derivantur. A qua, niſi ab illa, quæ cæteris annuit ut venirent? Et nonne illa eſt Petri, de qua dixit Jeſus, *Ex hoc eris homines capiens?* Beatus etiam Bernardus ſic loquitur de navicula una Petri lib. II. *ad Eugenium*, BERNARDUS. Diſcipuli navigabant, & Dominus ap„ parebat in littore; quodque jucundius erat, E „ in corpore redivivo. Sciens Petrus, quod Do„ minus eſt, in mare ſe miſit, & ſic venit ad „ ipſum, aliis navigio pervenientibus. Quid „ iſtud? Nempe ſignum ſingularis Pontificii Pe„ tri, per quod non unam navem, ut cæteri „ quique ſuam, ſed ipſum ſæculum ſuſceperit „ gubernandum. Mare enim ſæculum eſt, na„ vis Eccleſia. Inde eſt, quod altera vice in„ ſtar Domini, Petrus gradiens ſuper aquas, „ unicum ſe Chriſti Vicarium deſignavit, qui „ non uni populo, ſed cunctis præeſſe deberet: „ ſiquidem aquæ multæ populi multi. Itaque „ cum quiſque cæterorum habeat ſuam, tibi „ una commiſſa eſt grandiſſima navis; facta ex „ omnibus ipſa univerſalis Eccleſia, toto orbe „ diffuſa (*a*). „ Hæc Bernardus. Quam ſinceriter,

* Cod. Ferrar. oportere. — Ab una Chriſti Eccleſia, cæteræ derivantur. — Luc. 5. 11. — Bernardus To. 1. cap. 8. pag. 428. num. 16. — 2. Cor. 6. 15. — * Ed. V. confutat. — * Cod. Vat. præſcivit. — Apoc. 17. 15.

(*a*) Hæc, & ſimilia quæ ſequuntur, confer cum dicendis infra cap. 32. & cap. 33.

* *Cod. Ferrar.* Sacerdotii.

ter, quamque ſubtiliter enucleat Pater Bernardus eminentiam Summi Sacerdotis *, & faſtigium Chriſti Vicarii, ab ipſis medullis Evangelii rutilantis? *Signum eſt* (dicit) *ſingularis Pontificii Petri*, qui non unam navem, ſed mare ſæculi gubernandum accepit. Et quaſi adhuc Petrum alloqueretur, ad ſucceſſorem Pe- A tri * verba convertens: *Cum quilibet cæterorum* (inquit) *habeat ſuam, tibi una commiſſa eſt grandiſſima navis, facta ex omnibus, ipſa univerſalis Eccleſia*; ac ſi Petrum in Succeſſore palparet, vel Succeſſorem Petri crederet ipſum Petrum.

* *Eugenium tertium.*

Petrus ipſe in ſucceſſore Petri.

ET REVERA, UBI CAUSA omnino par eſt, non refert quanta ſit perſonarum diſtantia. At quantum, rogo, hoc confert Petro, quod juſſu Chriſti poteſtatem ſuam adhuc ſervet in omnibus Succeſſoribus ſedis ſuæ, qui in ſemetipſo geſſit totum corpus Eccleſiæ? Sic enim Auguſtinus dixit ſupra *: *Petrus habet corpus Eccleſiæ, immo corpus Eccleſiam*. In Chriſti tamen cor- B pore membrum eſt Petrus, de quo cætera membra dependent, dicente Apoſtolo 1. Cor. XII. *Vos eſtis corpus Chriſti, & membra de membro*. Si vos, ideſt, omnes credentes, eſtis corpus Chriſti: unde ergo membra, & de quo membro, niſi quod unuſquiſque fidelis aliquod membrum eſt; & hoc dependenter per Prælatos de primo membro Petro; & tamen omnes ſimul unum corpus in Chriſto? Unde Haymo in *expoſitione* ſua ſuper illum textum, HAYMO. Sicut (inquit) de „ humero procedit cubitus, & manus, & digi„ ti: de coxa tibiæ, pedes, & articuli, ſic „ ſunt ſubditi membra de membro, ideſt, pen- C „ dentes ex ſibi prælatis. „ Hæc ille.

* *num.* 1.

1. *Cor.* 2. 27.

Omnis fidelis eſt Eccleſiæ membrum de primo membro Petro.

* Haymo.

4. Quomodo ergo in Eccleſia Jeſu Chriſti fluunt membra inferiora de primis, immo infima de ſupremis, videndum eſſet. Ac primo de fundatione & progreſſu Pontificum Romanorum, de coapoſtolo & capite ſuo Petro, ſed maxime Jeſu Chriſto. Primo tamen omnium videatur, quid de præfato Chriſti Vicario in ſcriptis ſuis ſenſerit noſter WICLEFFUS. Hic (in„ quit) dicit vocaliter tamquam hypocrita, „ quod ſit immediatus Chriſti Vicarius hic in „ terris, & ratione propinquitatis ſequelæ, ha„ bet ultra mortales cæteros præeminentiam po- D „ teſtatis. Iſtud mendacium plus Eccleſiam in„ ficit militantem, quam mendacium Pontifi„ cum & Phariſæorum in tempore Chriſti in„ fecerat: tum quia diabolus non audebat in „ Chriſti præſentia movere ipſos ad tantam ſu„ perbiam, etiam ex victoria, & Chriſti præe„ minentia ſuper diabolum. Falſiſſime vendicat „ Romanus Pontifex, quod ſuperat non ſolum „ Prælatos legis veteris, ſed etiam cunctos Chri„ ſti Apoſtolos: quia, ut dicit, in ipſo colli„ gitur vicaria poteſtas Domini Jeſu Chriſti. „ Hæc Wicleffus ſecundo Tract. *de ſerm. Dom. in monte*, cap. VII. Et propter hoc conſe- E quenter dixit, ut habet *Concluſio ter damnata* VI. „ Genus humanum, ſpecialiter in Europa, pro„ fundatur in iſta hæreſi nimis cœca, quod „ oportet totam militantem Eccleſiam duci per „ regimen Antichriſti. „ Sentit enim, quamvis involutis verborum verſutiis, „ quod nullus Sacer„ dotum præfigendus eſſet humanitus toti Ec„ cleſiæ, citra Chriſtum: ſed quicumque in ſin„ ceritate foret vitæ perfectior, ille eo ipſo eſ„ ſet Vicarius Chriſti propinquior (*a*) „. Sic habet etiam *Concluſio* ter damnata CCXXI. „ Patet luce clarius, quod quicumque eſt hu„ milior Eccleſiæ ſervitor, & in amore Chri„ ſti, quoad ſuam Eccleſiam, amantior *, eſt „ in Eccleſia militante major, & proximus Chri„ ſti reputandus vicarius. „ Et in libro *de Eccleſia & membris ejus* lib. II. c. XII. Genus hu„ manum habet triplicem finem intrinſecum: pri„ mus eſt ſpecies humana, gratia cujus eſt quod„ libet ejus individuum ordinatum. Secundus „ finis, & medius, eſt media perſona in Trini„ tate, ſcilicet, Verbum Domini incarnatum, „ quod eſt Caput totius humani generis, & na„ turæ angelicæ, cum ſit optimus poſſibilis, „ docens efficaciſſime quomodo electionem aqui„ ramus, ut patet in lege Evangelii. Sed ter„ tium propinquius propoſito conceditur, quod „ continuo in humano genere viante eſt unum „ Caput vel Capitaneus, per quem oportet re„ ſiduum regulari; qui eſt totum genus Capi„ taneorum, quibus Deus ad hoc excellenter „ ſua bona diſtribuit. Sed oportet continue eſ„ ſe unam perſonam ſimplicem ante electio„ nem, vel authoritatem humanam ad hoc a „ Domino ordinatam. In Civilitate autem au„ thorizat humana electio; ſed non in priori „ regimine Evangelico vel divino. Deus autem „ præficit talem, licet mundo abſcondite, qui „ ſine ſuperbia aut ſtrepitu verborum, & Ma„ joritatis contemptione, plus prodeſt Eccleſiæ. „ Hæc Wicleffus. Hæc omnia recitare membratim non decrevi ſuperfluum, ut omnes fideles periti viderent arbuſculum poſitionis ejus phantaſticæ ad radices uſque, & nihil me imputare ipſi non ſuum: & quoniam ut ipſe deſipuit, & ubi ſatis vigilanter dixit, invenerim. Iſtud jam CAPUT ABSCONDITUM, quod ipſe dicit a Chriſto præfectum, numquid habet ab æquo corpus ſuum abſconditum; aut ad modum galli ſilveſtris, vel huppupæ dormientis capite ſub axellis inflexo, & alis abſcondito, totum reliquum corpus turbidas exponit ad auras? Convenientius dicet primum, ut ſic *Rogatiſtarum* (*b*) patrum ſuorum Eccleſiam abſconditam ipſe defendat (*c*) per Caput ejus abſconditum quod providit. Unde Auguſtinus Epiſt. *ad Vincentium* inter epiſtolas XLVIII. contra occultam Donatiſtarum Eccleſiam agens, dicit AUGUSTINUS. „ Nempe hoc eſt totum, quod nobis perſua„ dere conaris, ſolos remanſiſſe *Rogatiſtas*, qui „ *Catholici* recte appellandi ſunt, ex obſerva„ tione præceptorum omnium divinorum, at„ que omnium Sacramentorum; & vos eſſe ſo„ los (*d*), in quibus inveniat fidem cum vene„ rit Filius hominis. Da veniam: non credi„ mus. Licet enim & hoc audeas forſitan di„ cere, ut in vobis poſſit inveniri fides, quam „ ſe in terra non inventurum Dominus dixit, „ non vos in terra, ſed in cœlo deputandos: „ Nos tamen Apoſtolus ita cautos reddidit, „ ut etiam Angelum de cœlo nobis aliud evan„ gelizantem, quam quod accepimus, anathe„ ma eſſe debere præceperit. Quomodo autem „ confidimus ex divinis literis nos accepiſſe „ Chriſtum manifeſtum, ſi non inde accepi„ mus

Wicleffus.

* *MSS. Codd.* amantivior.

Auguſtinus *To.* 2. *Epiſt.* 93. *al.* 4. *pag.* 240. *num.* 23.

Luc. 18. 8.

Gal. 1. 8.

(*a*) His verbis Wicleffus ſtatuit Eccleſiæ caput inviſibile in terris.

(*b*) *Rogatiſtæ* ſeu *Rogatenſes* a quodam *Rogato* Mauro, Cartennenſi Epiſcopo, qui ſchiſma contra Donatum excitavit circa annum Dom. 361.

(*c*) Eccleſiæ corpus abſconditum, præter Calvinum effinxit quoque Philippus Melanchton lib. *de Locis* loco 12. ubi dicit Eccleſiam veram non eſſe Pontifices, & Sacerdotes, nec majorem partem Concilii, ſed quoſdam pios & electos, a Deo illuminatos.

(*d*) Rogatiſtico ſpiritu captus quidam *Joannes Legerius* in ſuorum hiſtoria *Waldenſium*, ſcribere non eſt veritus, quod Chriſtiana fides diu in montanis Delphinatus ac Pedemontis regionibus, intra paucas valles & rupes, in paucorum corde Waldenſium circumſcripta, abſcondita, ac pene ignota remanſit.

„ mus & Eccleſiam manifeſtam? „ Hæc ille. Ita nempe bonum eſt Wicleviſtas conjungere Caput ſuum abſconditum immanifeſtæ *Rogatiſtarum* Eccleſiæ, quo & ipſi corrigendi conveniant, ut ubi ſit corpus, illuc congregentur & aquilæ: (Matth. 24. 28.) aut ſaltem hoc Caput incertum *Rogatiſtarum* ſibi ad corpus aſſociet. Sic enim ait Gregorius VII. *Regiſt.* Epiſt. XXXIII. (Gregorius. To. 2.) A GREGORIUS. „ Caput ſuum potius membra ſequi dicunt, & „ quocumque iverit comitari. „ Hæc ille.

5. Et breviter concludamus quod prius incœpimus, dicentes, Beatum Petrum Apoſtolum, omnium Apoſtolorum principem fuiſſe; & ubi cæteris ſuper quaſdam particulares Eccleſias cura incubuit, ad ipſum univerſalis Eccleſiæ, ideſt, univerſarum Eccleſiarum localium præſidentia pertinebat. Ideo Gregorius in Regiſtro, lib. IV. Epiſt. XXXII. ad Mauritium Auguſtum, quæ incipit, *Piiſſimus*, GREGORIUS. (Gregorius Epiſt. 20. al. 32. to. 2. pag. 748.) B „ Cunctis (inquit) Evangelium ſcientibus liquet, quod voce dominica, Sancto, & omnium „ Apoſtolorum principi Petro Apoſtolo, totius „ Eccleſiæ cura commiſſa eſt. Ipſi quippe dicitur, *Petre amas me? Paſce oves meas.* (Joan. 21. 17.) Ipſi „ dicitur: *Tu es Petrus & ſuper hanc petram* (Matth. 16. 8.) „ *ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non* „ *prævalebunt adverſus eam. Et tibi dabo claves regni cælorum: & quodcumque ligaveris* „ *ſuper terram, erit ligatum & in cælis: &* „ *quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis.* Ecce claves regni cœleſtis „ accepit: poteſtas enim ligandi & ſolvendi ei „ tribuitur. Cura ei totius Eccleſiæ & Principatus committitur; & tamen univerſalis A- C „ poſtolus non vocatur. „ Hæc ille. Senſibilis homo erat Petrus, & mundo non abſconditus, ſed ſenſibiliter mundo apparens, ſicut & Chriſtus Dominus ejus, & primum Caput Eccleſiæ. Cur ergo talis mundo abſconditus datur jam Caput noſtrum & Petri ſucceſſor? Et mundo non fuit ſic abſconditus Petrus ejus præceſſor, nec Chriſtus hujus præexiſtentiæ* primus author.

* Forte præſidentiæ.

CAPUT XXX.

De regulari & publica ſucceſſione Summorum Pontificum, tam in lege veteri, quam in nova.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quomodo Wicleffus conatus ſit regularem Pontificum ſucceſſionem in Chriſti Eccleſia divellere.*
2. *Succeſſio ſummorum Pontificum in veteri teſtamento oſtenditur, ubi Aaron noſtri Sacerdotii figuram geſſit.*
3. *Quemadmodum Deo curæ fuit de Aaronici Sacerdotii ſucceſſione, ita & multo magis de Chriſtiani Pontificatus propagatione.*
4. *Petrus cum ſe morti vicinum agnoſceret, Summi Pontificatus poteſtatem exuens, ea Clementem divina authoritate induit.*
5. *Si verborum proprietates ſtrictius conſiderentur, potius dicemus Clementem Petro acceſſiſſe, quam ſucceſſiſſe: quod quidem raro poſtea evenit.*

1. QUod verebatur Chriſtus, jam accidit. *Nemo* (inquit) *accendit lucernam, & in* (Luc. 11. 33.) *abſcondito ponit, neque ſub modio; ſed ſuper candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen videant.* Noſter Wicleffus igitur *nemo* eſt qui caput Eccleſiæ ſic abſcondit ſub modio, quod tantum dicit * prodeſſe: (* Cap. præced. num. 4.) & facit ut qui ingrediuntur cœcutiunt, ſive palpant; lumen autem ejus non vident. Totum autem abſconditum eſt, totum immanifeſtum & caput Eccleſiæ, & corpus Eccleſiæ. Totum in fornice latebras fovet incognitas. Corpus Eccleſiæ, ſi nonniſi prædeſtinatorum univerſitas fuerit, quid magis immanifeſtum, quid magis occultum, quid ſoli Deo ſecretius ſignificat? Aut fallitur Auguſtinus, redarguens Donatiſtas de immanifeſta Eccleſia; aut iſte falſe finxit abſconditam Eccleſiam totam in corpore & capite militantem. Sed abſconditum prædicat, & derogat manifeſto, ut ipſe in manifeſto errare poſſet impune. Nec ulli vellet regulariter obedire: & idcirco deteſtatur Capitum ſucceſſionem; cum tamen, ſecundum Apoſtolum, *plures facti ſunt Sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere.* (Hebr. 7. 23.) Inter *concluſiones* ejus ter damnatas eſt *Concluſio* CLXXXV. WICLEFFUS. (Wicleffus.) Credere debet Catholicus, quod nec „ Imperator, nec univerſalis Eccleſia, nec Deus „ de potentia abſoluta, ordinare poteſt quod „ eo, quo quis ſuccedit poſt Petrum vocatus „ in facie Eccleſiæ Romanus Epiſcopus, vel „ Papa, eo ipſo ſit Caput, vel pars Eccleſiæ, „ cui obediendum eſt (a). „ Non obtendat aliquis Wicleviſta, vel quis Catholicus falſa pietate ſeductus velum excuſationis tam aperto flagitio, quod ſic vel ſic intelligat, ſcilicet, quod quis non legitime ſuccedat; vel tale quid aliud. Termini plani ſunt, & centiformis hæreſis ſobole imprægnati. Sed quod eſt patulum capiamus: regularem enim ſucceſſionem in Chriſti Vicaria pro poſſe divellit. Sic enim declarat intentum ſuum *Concluſio* ibi ſequens CLXXXVIII. WICLEFFUS. Non promiſit Deus (Wicleffus.) „ (inquit) quod quicumque in officio paſtorali Petro Romæ ſucceſſerit, gaudebit dignitate, ut ſit Eccleſiæ Caput. „

2. Videamus ergo ſi ſic neglexerit Deus officium primæ Sedis, ut nec pro ſucceſſione ejus D providere dignum duxerit Eccleſiæ ſuæ certificos præſidentes. Ut autem ab ipſo fundamento ſumamus exordium, Sacerdotis officium in Aaronitica primo cœpit eſſe familia. Unde Rhabanus lib. *de inſtitutione Clericorum*, c. IV. RHABANUS. (Rhabanus To. 6. lib. 1. pag. 4.) Initium quippe Sacerdotii Aaron „ fuit in veteri teſtamento, & * Melchiſedech (* al. quamquam) „ primo obtulit * Sacrificium; (* al. obtulerit) & poſt hunc A- „ braham, Iſaac, & Jacob. Legitur & Noe altare ædificaſſe, & ſuper illud Domino holocauſtum obtuliſſe. Sed iſti ſpontanea voluntate, non Sacerdotali authoritate, iſta fecerunt. In novo autem poſt Chriſtum teſtamen- E „ to, ordo Sacerdotalis a Petro cœpit: ipſi enim „ primum datus eſt Pontificatus in Eccleſia Chriſti. Hic ergo ligandi atque ſolvendi poteſtatem primus accepit, primuſque ad fidem populum virtute ſuæ prædicationis adduxit. „ Hæc ille. Conſimiliter quoque magnus Iſidorus lib. II. *originum offic.* cap. V. ſic rem elucidat, ISIDORUS. (Iſidorus Pag. 597.) Quod eſt (inquiens) Sacerdotii fundamentum, vel quo authore Pontificalis ordo „ adolevit in ſæculo? Initium quidem Sacerdotii ab Aaron fuit; quamquam & Melchiſedech prior obtulerit Sacrificium, (Gen. 14. 18.) & poſt hunc „ Abraham, Iſaac, & Jacob: ſed iſti ſponta- (Veteres Patriarchæ non proprie Sacerdotes.) „ nea voluntate, non Sacerdotali authoritate, „ iſta

(a) Huic errori libenter ſubſcripſere omnes hæretici poſteriores, præſertim Lutherus lib. de Poteſtate Papæ: Illyricus in lib. contra Primatum Papæ: Synodus Smalchaldica in libro ejuſdem argumenti: Joannes Calvinus lib. 4. Inſtit. cap. 6. & 7. Magdeburgenſes in ſingulis Centuriis ad finem cap. 7.

„ iſta fecerunt. Cæterum Aaron primus in Le-
„ ge Sacerdotale nomen accepit, primuſque
„ Pontificali ſtola infulatus victimas obtulit,
„ jubente Domino ac loquente ad Moyſen:
Exodi 29. 4. „ *Accipe* (inquit) *Aaron & filios ejus, & ap-*
„ *plicabis ad oſtium tabernaculi teſtimonii. Cum-*
„ *que laveris patrem cum filiis ſuis aqua, in-* A
„ *dues Aaron veſtimentis ſuis, ideſt, linea tunica,*
„ *& Superhumerali, & Rationali, quod conſtrin-*
„ *ges baltheo, & pones thiaram in capite ejus,*
„ *& laminam ſanctam ſuper thiaram; & oleum*
„ *unctionis fundes ſuper caput ejus, atque hoc*
Exodi 28. 29. „ *ritu conſecrabitur. Filios quoque ejus applica-*
„ *bis & indues tunicis lineis, cingeſque baltheo*
„ *Aaron & filios ejus, & impones eis mitras:*
„ *eruntque Sacerdotes mei religione perpetua.*
„ Quo loco contemplari oportet, Aaron ſum-
„ mum Sacerdotem, ideſt, Epiſcopum fuiſſe,
„ & filios ejus Presbyterorum figuram mini-
* al. præmonſtraſſe. „ ſtraſſe *. Fuerunt enim filii Aaron & ipſi Sa- B
„ cerdotes, quibus merito aſtare debuiſſent Le-
„ vitæ, ſicut Summo Sacerdoti. Et hoc fuit
„ inter Aaron Summum Sacerdotem, & filios
„ ejusdem Aaron, (qui & ipſi erant Sacerdotes)
„ quod Aaron ſuper tunicam accipiebat Pode-
„ rem Stolam ſanctam, & coronam auream,
„ mitram, & brachiale aureum, & Superhu-
„ merale &c.„ Hæc ille. Non ſine magno fru-
ctu recitavimus hæc dicta Patris Iſidori, unde
& noſſe poterimus fundamentum primi Sacer-
dotii, & quomodo Pontificatus noſtri Summi
primus Aaron figuram expreſſit: cui ſucceſſit
figuraliter in nova lege primus Petrus poſt Chri- C
ſtum. Sed quia de primo & ſummo Pontifica-
catu, quantum ad ejus originem diximus, jam
de ejus ſucceſſione, & continuo proceſſu in hac
mortali carne dicamus. Habet enim lex Do-
Num. 20. 24. mini Numer. xx. „ Locutus eſt Dominus ad
„ Moyſen, dicens: Pergat Aaron ad populos
„ ſuos. Non enim intrabit terram, quam de-
„ di filiis Iſrael, eo quod incredulus fuerit ori
„ meo ad aquas contradictionis. Tolle Aaron
„ & filium ejus cum eo, & duces eum in mon-
„ tem Hor. Cumque nudaveris patrem veſte
„ ſua, indues ea Eleazarum filium ejus: & Aa-
„ ron colligetur & morietur ibi. Fecit Moy- D
„ ſes ut præcepit Dominus, & aſcenderunt in
„ montem Hor coram omni multitudine. Cum-
„ que Aaron ſpoliaſſet veſtibus ſuis, induit eas
„ Eleazarum filium ejus.„ Hæc de ſucceſſione
Summi Pontificatus figuralis gerenda Deus in-
ſtituit. Quid ergo de ſucceſſione veri Pontifi-
cis in nova lege Deus efficiet? Beatus enim
Auguſtinus *de quæſtionibus Numeror.* quæſt. XLII.
Auguſtinus To. 3. pag. 551. quæſt. 53. dicit, AUGUSTINUS. Quod Sacerdotium illud
„ & ſacrificia nullam partem tenent hodie fi-
„ dei Chriſtianæ, niſi quod in umbris futuro-
„ rum acta, atque tranſacta ſunt. Cum ve-
„ ro ambobus fratribus, ideſt, Aaron & Moy- E
„ ſi dicitur, ut apponantur ad populum ſuum,
„ manifeſtum eſt non eſſe in illos iram Dei,
„ quæ cœperat a pace ſancta ſocietatis æternæ.
„ Unde manifeſtatur, non ſolum officia, ſed
„ etiam mortes eorum, futurorum fuiſſe ſigna.„
Hæc ille.

3. Jam videmus, quod Sacerdotium illud
Aaroniticum eſſet a Chriſtianorum ſecta pro-
phanum, niſi quia fuit umbra Sacerdotii &
Pontificii Chriſtiani. *Manifeſtatur* (inquit) *non
ſolum officia, ſed & mortes eorum, fuiſſe ſigna futu-
rorum.* Sic etiam Sacrificia & holocauſtomata,
& ritus, & feſti dies, & quæcumque alia, ſo-
1. Cor. 10. 11. lum in figura contingebant illis; nobis autem
in veritate ſuccedunt. Si ergo non tunc Deo
cura fuit de hominibus, quid tantopere cura-
bat de ſucceſſore habendo Summi Pontificatus
Aaronitici; ſi non magis foret ſollicitus exinde
de ſucceſſione Summi Pontificii Sancti Petri?
An figuram volebat veritati præferre; & ſuc-
currere voluit potius, ne occumberet Sacerdo-
tium Judæorum; & magnum Pontificatum,
quem ipſe primo poſt ſe ipſum dedicavit, in
Petro patietur occumbere? Quis iſta putaret, niſi
ignorans quod non in hoc loco tantum, ſed etiam
ubi prius Eleazaro commendavit de thuribulis
ſeditionis fieri laminas ductiles in Altaris or- Num. 16. 38.
namentum, hoc idem de ſucceſſione Pontifica-
tus inſinuat? Unde Auguſtinus in *Quæſtionib.
Numeror.* quæſt. XXX. AUGUSTINUS. Hoc loco Auguſtinus
„ cur non ad Moyſen & Aaron, ſicut in ſupe- To. 3. pag. 540.
„ rioribus, Dominus locutus ſit, ſed a Moy-
„ ſen & Eleazarum filium Aaron, hæc mihi
„ cauſa interim occurrit: Quoniam quæſtio
„ erat de progenie Sacerdotum, ideſt, de quo
„ genere eſſe deberent (Unde illi ex alio ge-
„ nere, quia ſibi uſurpare Sacerdotium auſi
„ ſunt, cum horrendo & admirabili ſupplicio
„ perierunt) non ad Aaron qui ſummus jam
„ Sacerdos erat, ſed ad Eleazarum voluit lo-
„ qui Deus, qui ei ſuccedere debeat, & ſe-
„ cundo jam Sacerdotio fungebatur, ut eo mo-
„ do ſeriem Ordinis * commendaret, quæ in *M. generis.
„ ſucceſſionibus Sacerdotum eſſe deberet. -- Se-
quitur -- Hoc ergo modo voluit per Eleaza-
„ rum Deus, non Sacerdotium, quod jam erat
„ in Aaron, ſed ſucceſſionis Sacerdotalis pro-
„ geniem commendare.„ Hæc Auguſtinus.

4. Pluris, ut fideles veraciter credunt, Ponti-
ficii ſucceſſio debet eſſe Chriſtiani, ut non to-
tum obierit cum Sancto Petro, ſed ad Eleaza-
rum myſticum transferatur. Revera moriturus Num. 20. 28.
Aaron veſte ſpoliatur, qua veſtitur Eleazar Pon-
tifex ſubrogandus: & moriturus Petrus ſe exuit
Summi poteſtate Pontificis, qua Clementem
inſtituit ad formam & ritum legitimi ſucceſſo- * Vide cap. ſequenti, num. 1.
ris, ſicut refert idem Clemens in *Epiſt. ad Ja-
cobum Jeroſolomytanum*, in principio libri dicti
Decreta Pontificum. CLEMENS. Audite (inquit) *Clemens 1. P. *Apud Labbeum Epiſt. 1. pag.* 39.
„ me, Fratres & conſervi mei, quoniam ſicut
„ edoctus ſum ab eo, qui miſit me, Domino
„ & Magiſtro meo Jeſu Chriſto, dies mortis
„ meæ inſtat. Clementem hunc Epiſcopum
„ vobis ordino, cui ſoli meæ prædicationis &
„ doctrinæ Cathedram trado. Qui mihi ab ini-
„ tio uſque in finem comes in omnibus fuit;
„ & per hoc veritatem totius mææ prædicatio-
„ nis agnovit: qui in omnibus tentationibus
„ meis ſocius extitit, fideliter perſeverans: quem
„ præ cæteris expertus ſum Deum colentem,
„ homines diligentem, caſtum, diſcendi ſtu-
„ diis deditum, ſobrium, benignum, juſtum,
„ patientem, ſcientem ferre nonnullorum (etiam
„ ex his, qui in verbo Dei inſtituuntur) in-
„ jurias. Propter quod ipſi trado mihi tra-
„ ditam a Deo poteſtatem ligandi atque ſol-
„ vendi, ut de omnibus, de quibuſcumque de-
„ creverit in terris, hoc decretum ſit & in cœ-
„ lis. Ligabit enim quod ligari oportet; & ſol-
„ vet quod expedit ſolvi, tamquam qui ad li-
„ quidum Eccleſiæ regulam noverit.„ Hæc il-
le. Secundum hanc pene formam verborum
Hieronymus lib. *de geſtis Rom. Pontificum* ex
Damaſo lib. 1. HIERONYMUS. Beatus (inquit) *Hieronymus.
„ Petrus Apoſtolus, & Princeps Apoſtolorum,
„ Antiochenus filius Joannis, Provinciæ Gali-
„ leæ, primum * ſedit Cathedram Epiſcopatus * *Anaſtaſius Biblioth.* primus.
„ in Antiochia annos ſeptem. Hic Petrus in-
„ greſſus eſt Urbem Romam Claudii Cæſaris

„ tem-

„ temporibus, ibique ſedit Cathedram Epiſco- a „ patus annos XXII. menſes duos, dies tres (a). – Sequitur – Hic Ordinavit duos Epiſcopos „ Linum & Cletum, qui præſentialiter omne „ miniſterium Sacerdotale in Urbe Roma po- „ pulo, vel ſupervenientibus, exhiberent. Bea- „ tus autem Petrus vacabat ab ordinatione, A „ prædicatione * ſua populum erudiens. – Et infra – Hic Beatum Clementem Epiſcopum „ conſtituit *: ei Cathedram vel Eccleſiam o- „ mnem diſponendam commiſit, dicens: Sicut „ mihi gubernanti tradita eſt a Domino Jeſu „ Chriſto ligandi atque ſolvendi poteſtas; ita „ tibi ego committo, ut ordines Diſpoſitores „ diverſarum cauſarum, per quos actus Eccle- „ ſiaſtici profligentur; & tu minimum curis ſæ- „ culi deditus reperiaris: ſed ſolummodo ad „ orationem, & prædicare populo * vacare ſtu- „ de. „ Hæc ibi. Phantaſma ergo eſt, de quo turbantur plerique magiſtri, quomodo ſcilicet B potuit Petro Clemens ſuccedere, forma poſteris Pontificibus inconceſſa, non advertentes quomodo lux ſuam umbram adæquet, claritas typum ſuum appellet, & figuram ſuam apte deſcribat veritas reſponſalis. Solus Aaron adhuc ſuperſtes Pontificatum ſubrogat ſucceſſori: Solus Petrus ſuperſtes adhuc donat illum Clementi. Cæteri Legis Pontifices, præceſſore ſuo mortuo vel expulſo, ſubintrant: ſinguli quoque Pontifices legis Chriſti. Sed Deo jubente hoc tantum in primo Pontifice Legis completum eſt, ut aliquando daretur regula ſucceſſionis ſervandæ, & eam ipſam cauſam in hoc facto perpende- C remus in primo Pontifice Gratiæ. Veſtem ſuam exuit Aaron; poteſtatem ſuam Petrus. Sic enim dicit Hieronymus *in Annotationibus* Epiſtolarum Pauli ſuper hunc textum, *Mulier velamen debet habere ſuper caput*, HIERONYMUS. Velamen (inquit) ſignum poteſtatis eſſe declarat. „ Hæc ille. Velamen ergo veſtis ſuæ Petrus Clementi, ut Aaron Succeſſori ſuo, diſtribuit, quando ligandi atque ſolvendi, de quibuſcumque decreverit, potentiam tradidit *. Videtis jam quomodo ſe invicem oſculentur lux & umbra, veritas & figura.

* Anaſtaſius ad orationem & prædicationem.

* Anaſt. conſecravit.

* Anaſt. prædicationem populi.

Petrus bene Aaroni comparatur.

* Hieronymus To. 11. pag. 932.

* MSS. Codd. liberavit.

5. Si tamen verborum proprietates ſtrictius D lector attendat, Eleazarum Aaroni, & Clementem Petro acceſſiſſe potius, quam ſucceſſiſſe diceremus; eo quod uterque poſſeſſori ſuo incolumi conjunctus eſt, quamvis protinus obituro, qualiter Paulinus in Epiſt. *ad Romanianum* de Auguſtino dicit, inter Epiſtolas Auguſtini XXXVI. * & in operibus Divi Paulini Epiſt. penultima, PAULINUS. Non tantum hoc ſcribi- „ mus gratulandum, quod Epiſcopatum Augu- „ ſtinus acceperit, ſed quia hanc Dei curam „ meruerunt Africanæ Eccleſiæ, ut verba cœ- „ leſtia Auguſtini ore perciperent: qui ad ma- E „ jorem Dominici muneris gloriam * novo mo- „ re provectus, ita conſecratus eſt, ut non ſuc- „ cederet in Cathedra Epiſcopo, ſed accede- „ ret. Nam incolumi Valerio Hipponenſis Ec- „ cleſiæ Epiſcopo, Coepiſcopus Auguſtinus eſt. „ Hæc ille. Vides, quod dicit novum morem iſtum eſſe: ſic enim dixi, aut raro poſtea contigiſſe, vel nunquam. Utrum tamen, dum vixerant Petrus & Valerius, Pontificatus ſuos illis acceſſoribus * concedebant, non tamen cedebant ex toto, qualiter Aaron amittendo Sacerdotium ceſſit filio; quæſtio nova eſt, & dictis impertinens. Nota tamen, quod propter hæc dicta de Summo Petri Sacerdotio, a primo Sacerdotio gratiæ Chriſtus non excluditur; nec ſic eſt omnino Summus Pontifex Sanctus Petrus: Chriſtus enim Rex & Sacerdos, Pontifex factus eſt in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, ſecundum Apoſtolum: Petrus tamen Pontifex eſt utique temporalis; & ideo quantum ad hoc, ſecundum ordinem Aaron, quia ſolum Poutifex, non Rex erat. In hac menſura poſuit Chriſtus Petrum & ſingulos ſucceſſores, cum diceret: *Reges gentium dominantur eorum: vos autem non ſic*. Et ſecundum hoc Petrus Pontificatus gratiæ primitias celebravit. Unde Iſidorus lib. II. *de Orig. Officiorum* cap. V. ISIDORUS. In novo teſtamento poſt Chriſtum, „ Sacerdotalis ordo a Petro cœpit. Ipſi enim „ primum eſt datus Pontificatus in Eccleſia „ Chriſti. Sic enim loquitur ad eum Do- „ minus: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Pe-* „ *tram ædificabo Eccleſiam meam, & por-* „ *tæ inferorum non vincent * eam: & tibi* „ *dabo claves regni Cœlorum*. Hic igitur li- „ gandi ſolvendique poteſtatem primus acce- „ pit; primuſque ad fidem populum virtute „ ſuæ prædicationis adduxit. Siquidem & cæ- „ teri Apoſtoli cum Petro pari conſortio hono- „ ris & poteſtatis effecti ſunt: qui etiam in to- „ to orbe diſperſi Evangelium prædicaverunt. „ Quibuſque decedentibus ſucceſſerunt Epiſcopi, „ qui ſunt conſtituti per totum orbem in Sedi- „ bus Apoſtolorum; qui jam non ex genere „ carnis & ſanguinis eliguntur, ſicut primus ſe- „ cundum ordinem Aaron, ſed pro uniuſcujuſ- „ que merito quod in eum gratia divina con- „ tulerit „. Hæc ille. Ecce quanta diligentia ſuccedendi ſervata eſt, ne Apoſtolica authoritas per totum orbem careret hærede. Ubi jam ille ABSCONDITUS tuus, quem tu, ſine authoritate Chriſti, caput Eccleſiæ præfeciſti *? Illa dico ſimplex perſona incognita, & tibi ſoli revelata, de qua, ut omnes ſcimus, Chriſtus non meminit, quando Petrum non in abſcondito, ſed palam coram Apoſtolis, fecit Caput Eccleſiæ? Matth. XVI. & Joan. ultimo. Petrus ergo ille non erat. Matthæus ille non erat, cujus electio publica celebratur in ſtrata. Nullus inſuper Apoſtolorum *abſconditus* ille fuit, quorum quilibet in manifeſto electus audivit Chriſtum dicere, *Vos eſtis lux mundi*. Poſtremo omnes Apoſtolicæ adminiſtrationes de occulto in publicum proceſſerunt. Annon Mathias coram centum viginti hominibus a cœtu Apoſtolorum aſſumitur? Stephanus inſuper, & ſocii ejus, coram omni multitudine Diaconi ordinantur. Paulus & Barnabas toti Eccleſiæ publice a Spiritu Sancto revelantur in opus Apoſtolicum transferendi. Et *in occulto locutus ſum nihil*, dixit Jeſus. Et hanc formam ſtatuendi caput Eccleſiæ Sanctus Petrus ſequitur, ut ſupra legitur in *Clementis Epiſtola*, CLEMENS. Cum hæc dixiſſet „ (inquit) in medio coram omnibus manus „ mihi impoſuit, & in Cathedra ſua ingenti „ verecundia fatigatum, ſedere me compulit. „ Hæc ille. Et ſi ille *abſconditus* tuus, ut jactas, plus profecit Eccleſiæ: plus ergo Petro, plus Stephano, plus Barnaba & Paulo, qui ut nubes volabant in aera regionum, & quaſi columbæ ad feneſtras: & mendacem feciſti Paulum, dicentem, *Plus * omnibus laboravi*.

* Cod. Vat. 20.

Paulinus *apud Auguſtinum epiſt. 32. aliis 36. pag. 58. num. 2.*

* M. gratiam.

* *Clementi & Auguſtino.*

Sacerdotium Petri non omnino idem cum Sacerdotio Chriſti.

Hebr. 7. 21.

Petrus ſolum Pontifex, non Rex.

Luc. 22. 25.

Iſidorus *Lib. 2. cap. 5. pag. 597.*

Matth. 16. 18.

* *Vulg.* prævalebunt.

In Eccleſiæ Paſtoribus non generatio carnis, ſed merita attenduntur.

* *Cap. præced. num. 4.*

Matth. 16. 18. Joan. 21. 16.

Matth. 5. 14.

Act. 1. 15.

Act. 6. 5.

Act. 13. 2.

Joan. 18. 20.

* Clemens I. P. *In Epiſt. 1. apud Labbeum to. 1. pag. 43.*

Iſai. 60. 8.

1. Cor. 15. 10. * *Vulg.* abundantius.

CA-

(a) Menſes duos, dies tres ſupra vigintiquinque annos Pontificatui Petri adſcribit Codex Florentinus apud *Anaſtaſium Bibliothecarium* relatus. Nec ullum reperio, qui ultra vigintiquatuor annos Epiſcopatum Petri Romæ non protrahat. Unde hic legendum cenſeo, non *annos* XXII. ſed *annos* XXV.

CAPUT XXXI.

De Serie veneranda Romanorum Antiſtitum, ſuccedentium Sancto Petro.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Clementem immediate Petro ſucceſſiſſe, & non Linum, neque Anacletum, compluribus teſtimoniis comprobat.*
2. *Eorum ſententia, qui ſecus dicere audent, quomodo veniat intelligenda, exemplo Scripturæ aperitur.*
3. *Pontificum Series deſcribitur.*
4. *Ex Pontificum Genealogia falſitas Wicleviſtica dignoſcitur, & improbatur.*

1. NOllem inſuper ſe multum vexare Catholicos ſuper immediata ſucceſſione Clementis, audientes aliquos præponere illi Li-
a num (*a*); & quod quidam præponunt non Linum, ſed (ut Euſebius) Anacletum: dum tamen de immediata inſtitutione ejus a Petro dubium nullum reſtet. Et quod ea ratione ſucceſſerit, cuncti prædicant Orthodoxi, Hieronymus enim *contra Jovinianum* lib. 1. de Virginum profeſſione, authores inducens, HIERONYMUS. Horum „ (inquit) typus eſt Spado ille Reginæ Candacis in Actib. Apoſtolorum, qui ob robur fidei, *viri* nomen obtinuit. Ad hos & Clemens (*b*) ſucceſſor Apoſtoli Petri, cujus Paulus meminit, ſcribens Epiſtolas, omnem pene ſermonem ſuum de virginitate contexuit.„ Hæc ille. Ubi de ſucceſſione ejus non fixiſſet Hieronymus tam ſpecialem notam, ſi non, ut quidam exiſtimant, de immediata ejus ſucceſſione intenderet. Et hæc eſt frequentior dictio Latinorum. Unde idem Hieronymus *de illuſtribus viris* cap. XV. HIERONYMUS. Clemens, de quo „ Apoſtolus Paulus ad Philippenſes ait: *Cum Clemente & cæteris cooperatoribus meis, quorum nomina ſunt in libro vitæ*, quartus poſt „ Petrum Romæ Epiſcopus: ſiquidem ſecundus „ fuerat Linus, tertius Anacletus *; tametſi plerique Latinorum, ſecundum dicunt poſt Petrum fuiſſe Clementem. „ Hæc ille. In Decretis vero Pontificum, ſub decreto Joannis Papæ anteceſſoris magni Gregorii ad hoc idem agitur. JOANNES PAPA (*c*). Petrus (inquit) princeps Apoſtolorum adjutores ſibi aſcivit Linum „ & Cletum; non tamen Pontificii poteſtatem, „ aut ligandi vel ſolvendi normam eis tradidit: ſed ſucceſſori ſuo Clementi, qui ſedem „ Apoſtolicam poſt eum & poteſtatem Pontificalem, tradente illi Petro, tenere promeruit. „ Linus vero & Cletus miniſtrabant exteriora: „ Princeps autem Apoſtolorum Petrus verbo & „ orationi inſiſtebat. Linum namque & Cletum, nihil legitur unquam egiſſe ex Pontificali poteſtate, miniſteriove; ſed quantum „ eis a B. Petro præcipiebatur, tantum ſolummodo agebant.„ Hæc ille.

Hieronymus *To. 2. pag. 257. n. 12.*
Act. 8. 27.
b *Philip. 4. 3.*
Hieronymus *To. 2. pag. 839.*
Philip. 4. 3.
* *Cletus* legitur in Codice Vaticano. Nec deſunt plerique docti viri, quibus non alius probatur eſſe *Cletus* ab *Anacleto*.
Joannes Papa.
c

2. Non ſis præceps interpres, ſed intellige Pontificatum ſummum uno Præſulatu illius Eccleſiæ ſanciri; & quod Notarii ob reverentiam primi Apoſtoli * collaboratores ſuos inſcribunt *
A communi Patrum cathalogo; duos æquo paſſu renumerantes in uno, ut laudem oneris Epiſcopalis ſentirent in parte, quam ſecundum veritatem non merebantur in toto. Imitantes morem Notarii Evangelici Lucæ, qui ob Chriſti reverentiam, Heli Patrem Joſeph inſcripſit, qui non ſecundum veritatem germinis, ſed ad ejus parentelam uſu tantum legis acceſſit: & dignum fuit, ut tam regia ſoboles neminem ſineret tam affinem perenni nota carere. Nec magis errat in Lino, dicens quod *ſucceſſit*, quam errabat Lucas in Heli quod *genuit*, vel alioqui Chriſti progenitor * fuit. Ideo Hieronymus huic
B conſonans lib. *de geſtis Romanorum Pontificum* ex Damaſo, cap. *de Clemente*, HIERONYMUS. Hic „ (inquit) ex præcepto Beati Petri ſuſcepit Eccleſiæ Pontificatum gubernandum, ſicut ei „ fuerat a Domino Jeſu Chriſto Cathedra tradita, vel commiſſa. Tamen in epiſtola, quæ „ ad Jacobum ſcripta eſt, qualiter ei a Beato „ Petro commiſſa eſt Eccleſia, reperies. Ideo „ Linus & Cletus ante eum ſcribuntur, eo „ quod ab ipſo principe Apoſtolorum ad miniſterium ſacerdotale exhibendum, ſint Epiſcopi ordinati. „ Hæc ille. Plures * ergo inter Romanos Pontifices numerantur: quia in
C illa Eccleſia miniſtrabant Epiſcopalia vice Petri, non quia illi Eccleſiæ præſidebant: ſicut e contrario multis certis de cauſis ab illo numero excluduntur, qui tamen realiter præfuerunt. Quod ſi aliter ſapitur, cur annumerantes Linum omittunt Cletum, & e contrario? Sufficit enim ſanctis Scriptoribus unum eorum inſcribere, ut ipſo vocato, ſtatim recordemur de ſocio. Authumet aliud qui vult.

* *Petri*
* *Linum & Cletum.*
Luc. 3. 24.
* *Cod. Ferrar.* Epiſcopus.
* Hieronymus.
* *Cod. Vat.* plane.

3. Non leviter credam Auguſtinum vel falſo vel fruſtra Romanos calculaſſe Pontifices; & tam accurata diligentia deſcripſiſſe per nomina atque loca Præſules invicem ſuccedentes, in E-
D piſtola tua *ad Generoſum*, inter Epiſtolas CLXV.* AUGUSTINUS. Si (inquit) ordo Epiſcoporum ſibi invicem ſuccedentium conſiderandum eſt, „ quanto certius & vere ſalubrius ab ipſo Petro numeramus, cui totam Eccleſiæ figuram „ gerenti Dominus ait: ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi „ non prævalebunt adverſus eam? Petro enim „ ſucceſſit Linus, Lino Clemens, (*d*) Clemen-
E „ ti Anacletus (*e*), Anacleto Evariſtus, Evariſto Alexander, Alexandro Sixtus, Sixto Teleſphorus, Teleſphoro Iginus, Igino Anicetus, Aniceto Pius, Pio Soter, Soteri Eleutherius *, Eleutherio * Victor, Victori Zephirinus, Zephirino Calixtus, Calixto Urbanus, .

* *MSS. Codd.* 134.
Auguſtinus *To. 2. Epiſt. 53. al. 165. Pag. 120. num. 2.*
Matth. 16. 18.
d
e
* *Cod. Vat.* Alexander.
* *Cod. Vat.* Alexandro.

(*a*) Jam nunc prævalet opinio, qua *Linus* & Cletus Clementi præponuntur. Conceditur nihilominus Clementem ab ipſo Sancto Petro fuiſſe ordinatum, & in Romana Sede ſucceſſorem deſignatum: quod poſtea, ad cavendam exempli perniciem, Romanus Clerus non attendendum cenſuit. Immo ipſe Clemens ſponte Pontificatum renuit. Quippe nimis grave videbatur a cunctis periculum, quod ſi Pontifici liceret deſignare ſibi ſucceſſorem, non dignatio Coeleſtis gratiæ faceret Summum Eccleſiæ Sacerdotem, ſecundum ordinem Melchiſedech; ſed ſucceſſio carnalis, ſecundum ordinem Aaron.

(*b*) Pro virginitate locutum fuiſſe Sanctum Clementem per Epiſtolas ſuas, teſtatur etiam Sanctus Epiphanius hæreſi 30. c. 15. & locus quidem ejuſmodi occurrit in priori ſua ad Corinthios.

(*c*) Joannes Papa tertius, qui ſummus Pontifex inauguratus eſt anno Chriſti 563. Ejus teſtimonium reperitur in *Decretis* Pontificum a Franciſco Joverio Valentino collectis, pag. 171. Hanc Epiſtolam memorat Natalis Alexand. ſæc. 1. Diſſert. 14. ubi pluribus evincere nititur Linum Petro immediate ſubrogatum. & reſpondet, dicens, Linum quidem & Cletum coadjutores fuiſſe tantum Romanæ Eccleſiæ, dum Sanctus Petrus vixit, neque æquale cum ipſo Pontificium conſecutos; ſed non inde ſequi quod poſt Principis Apoſtolorum martyrium Romanam Eccleſiam proprio nomine alter poſt alterum non rexerint.

(*d*) In uno e Vaticanis Codicibus, *Lino Cletus, Cleto Clemens*, cui cæteri MSS. refragantur, ut notant Maurini.

(*e*) Pro *Anacletus* habetur in pleriſque MSS. *Anencletus*. Deinde *Alexander* non poſt *Evariſtum* ut in editis, & apud Optatum in lib. 2. ſed poſt *Soterem*, ſublato prorſus *Eleutherii* nomine. Sic recenſetur in duodecim MSS. in quibus ſunt Vaticani quatuor, *Soteri Alexander, Alexandro Victor*. Similiter habebat Codex, quo uſus eſt Waldenſis. Denique in eiſdem Codicibus deſideratur *Marcellinus*, ſicuti etiam apud Waldenſem. Sed animadvertendum, quod nominum ſimilitudo in cauſa plerumque fuit, cur unus cum altero confunderetur. Sic Euſebius, & Nicephorus in Chronicis Marcellum, & Marcellinum, unum fuiſſe putarunt; & alii Græci ſolent confundere *Novatianum* Presbyterum Romanum cum *Novato* Carthaginenſi.

,, nus, Urbano Pontianus, Pontiano Antherus, ,, Anthero Fabianus, Fabiano Cornelius, Cornelio Lucius, Lucio Stephanus, Stephano ,, Sixtus, Sixto Dionyſius, Dionyſio Felix, Felici Eutychianus, Eutychiano Cajus, Cajo ,, Marcellus (*a*), Marcello Euſebius, Euſebio ,, Melchiades, Melchiadi Sylveſter, Sylveſtro A ,, Marcus, Marco Julius, Julio Liberius, Liberio ,, Damaſus, Damaſo Siricius, Siricio Anaſtaſius. In hoc ordine ſucceſſionis nullus Donatiſta Epiſcopus invenitur: ſed ex tranſverſo ,, ex Africa ordinatum miſerunt *, qui paucis ,, præſidens Afris, in urbe Roma *Montenſium* ,, (*b*), vel *Cutzupitarum* vocabulum propagavit. In iſtum autem ordinem Epiſcoporum, ,, qui ducitur ab ipſo Petro uſque ad Anaſtaſium, qui nunc eamdem cathedram tenet, ,, nullus traditor invenitur. Sed etſi quiſquam ,, traditor per illa tempora ſubrepſiſſet, nihil ,, noceret Eccleſiæ, & innocentibus Chriſtia- B ,, nis, quibus Dominus providens, ait de Præpoſitis malis: *quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim & non faciunt;* Ut certa ſit fidelis ſpes, quæ ,, non in homine, ſed in Domino collocata, ,, nunquam tempeſtate ſacrilegi ſchiſmatis diſſipatur. ,, Hæc Auguſtinus.

* Donatiſta.

Matth. 23. 3.

4. Hoc certiſſimum compendium credimus Auguſtini, quodque ſine magno fructu non duxit ad publicum. Hoc unum interim notemus de multis, quod ipſe ſignavit: *De hoc ordine* (inquit) *ſucceſſionis, nullus Donatiſta Epiſcopus invenitur*. Teſtor Chriſtum, ſed nec C aliquis Wicleviſta *. Quid inde? Notam ergo infamiæ, & ſuſpicionis doctrinæ vitiatæ incurrunt Donatiſtæ, quod inter tot Romanos Pontifices nec unum merebantur habere tutorem vel Patrem. Quid ergo dicemus de Wicleffo, qui totam pene illam progeniem ſimul ſpernit & Cathedram; maxime vero a Sancto Urbano * & deinceps, qui primus conſuetudinem induxit dotationis immobilis (*c*)? Sed dicamus nos omnes fideles & filii Romanæ matris Eccleſiæ, quod ſicut recitata genitorum ſeries in Genealogia Chriſti certificum genuit argumentum de veritate naturæ*; ita ſeries ſuccedentium in Romana Sede Pontificum, idipſum ſemper docentium, certiſſimum efficit argumentum cunctis fidelibus de veritate doctrinæ. Sic etiam Auguſtinus ſcribit de ſe ipſo intra metas ſanæ fidei, hac forma retenta, *contra Epiſtolam fundamenti*, cap. IV. alloquens Manichæos, ſe re a principio, AUGUSTINUS. Cæteram quippe ,, (inquit) turbam non intelligendi vivacitas, ,, ſed credendi ſimplicitas tutiſſimam facit. Ut ,, ergo hanc omittam ſapientiam, quam in Eccleſia eſſe catholica non creditis; multa ſunt ,, alia, quæ in ejus gremio me juſtiſſime teneant. Tenet conſenſio populorum atque gentium: tenet authoritas miraculis inchoata, ,, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata: tenet ab ipſa Sede Petri Apoſtoli, cui ,, paſcendas oves ſuas poſt reſurrectionem ſuam ,, Dominus commendavit, uſque ad præſentem ,, Epiſcopatum, ſucceſſio Sacerdotum. ,, Hæc ,, Auguſtinus. Quid dicis, mi Wicleff, quem

* Nec Lutheranus aut Calviniſta.

* Urbano 1.

* humanæ. Series Pontificum certitudinem facit doctrinæ Chriſti.

Auguſtinus To.8.pag.153. num. 5.

iſta ſucceſſio non tenet, & ideo diſcurris vagus & profugus ſuper terram? Succeſſio Sacerdotum prædicta tenuit Auguſtinum. Et ne dicas in parte (*d*), ipſe dixit: *ab ipſa Sede Petri uſque ad Epiſcopatum præſentem*. Et quis tunc præſens Epiſcopus? *Anaſtaſius* forſan, in quem ſupra fixit cathalogum. Silveſtrum ergo non excipit, & deinceps Marcum, Julium, Liberium, Damaſum, & Siricium, qui omnes, ſicut in Præſulatu Romano, ita & in dotatione Cæſarea ſucceſſerunt. Sed nec Sanctum Urbanum, Pontianum, Antherum, Sanctum Fabianum, Cornelium, Lucium, Stephanum, Sixtum, Dionyſium, Felicem, Eutychianum, Cajum, Marcellum, Euſebium, Melchiadem, qui omnes dotem probabant, quam non ſolemniter abundantem (*e*), ſicut ex Cæſare poſteri, perceperunt. Quid, ſi recitaremus alios a tempore Anaſtaſii uſque ad magnum Gregorium ſuccedentes? Certe nec per omnes ſimul noſter Wicleffus tenebitur. Hos enim omnes unam perſonam aggregatam nuncupat Antichriſti * in mendaciſſimo illo libello *de ſerm. Domini in monte*, Tract. 11. cap. XXIX. ,, Nos (inquit) qui tantum ſuſpecti ſumus de hæreſi, debemus plane ex ,, patulo ſenſu Scripturæ probabiliter dicere ,, ſenſum noſtrum, intendendo illi grammaticæ vulgari, quam habet Joannes, dicens, ,, *Antichriſti facti ſunt multi;* ſic videlicet, ,, quod quælibet perſona ſimplex, vel aggregata, quæ eſt notabiliter contra Chriſtum, ſecundum fidem Scripturæ *Antichriſtus* dicitur; ,, & iſto ſuppoſito cum fide converſationis Chriſti, & ex converſatione Papæ, videtur fidelibus cognoſcentibus antecedens, quod Papa ,, ſit patulus Antichriſtus; non ſolum illa ſimplex perſona, quæ plus ſtabilit plures leges ,, contrarias legi Chriſti, ſed multitudo Paparum a tempore dotationis Eccleſiæ, Cardinalium, Epiſcoporum, & ſuorum complicum. ,, Illa eſt enim Antichriſti perſona compoſita ,, monſtruoſa. ,, Hæc ibi; & notantur inter *Concluſiones* damnatas. Sed bene dixit: *Nos, qui tantum ſuſpecti ſumus de hæreſi, debemus hoc dicere*. Immo vos plani hæretici, vos Antichri- D ſti * præuncii, vos adverſarii Jeſu Chriſti. Sed demens eſt nimis, qui talem ſibi Doctorem aſſumit, characterem in fronte ſua gerentem beſtiæ blaſphemantis. Sed filii Chriſti & ſponſæ Eccleſiæ Auguſtinum potius, Gregorium, & cæteros pios Patres prædictos ſequentur, non obaudientes voces alienorum. Hos prædictos, Patres conſtitutos fateamur Eccleſiæ, & Principes ſuper omnem terram; ſicut & per totum mundum ſacri Antiſtites Apoſtolorum locis accedunt, qualiter dicit Auguſtinus, exponens de hac re illud Propheticum, *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii*, in Pſal. XLIV. AUGUSTINUS. E ,, Genuerunt te (inquit) Apoſtoli: ipſi miſſi ,, ſunt, ipſi prædicaverunt, ipſi Patres. Sed ,, numquid nobiſcum corporaliter ſemper eſſe potuerunt? Et ſi quod unus ipſorum dixit, *Cupio* ,, *diſſolvi & eſſe cum Chriſto*, multo magis optimum eſt; manere in carne neceſſarium eſt ,, propter vos. Dixit hoc quidem, ſed quamdiu hic manere potuit? Numquid uſque ad ,, hoc

Primævi Pontifices probabant dotem Eccleſiæ.

* Vide infra cap. 40. & 50. Wicleffus.

1. Joan. 2. 18.

* Ed. V. falſi Chriſti.

Apoc. 14. 9.

Joan. 10. 6.

Pſal. 44. 17. Auguſtinus To.4.pag.397. num. 32.

Philip. 1. 23.

(*a*) Auguſtinus hoc loco Marcellinum præterit, non ex propria ſententia, ſed ex fide Catalogi, quem adhibuit: nam libro *de unico baptiſmo*, cap. 16. Pontificem Marcellinum agnoſcit.

(*b*) Hanc appellationem ſortiti ſunt Donatiſtæ, ex eo quod Eccleſiam Romæ primam in monte habere cœperint, juxta Hieron. in Chron. ad an. 360. ſive uti Optatus in lib. 2. refert, a ſpelunca quam illic extra Civitatem cratibus ſepſerant, ubi celebrabant conventicula ſua; quæ haud dubie ſpelunca in editiore loco adjacebat. Hinc forte profectum etiam nomen *Cutzupitarum*.

(*c*) Certum eſt quod Eccleſia ante ſæculum quartum poſſedit domos, agros, hortos. Hæc enim ipſi reſtitui mandavit Conſtantinus Imperator, ut lib. 2. de vita Conſtantini narrat Euſebius. Sed quod Urbanus 1 hanc conſuetudinem in Eccleſiam primus introduxerit, nullis certis monumentis innititur, ut id aſſerenti Wicleffo cito credere quis debeat.

(*d*) Per aliquam ſcilicet partem temporis, puta uſque ad dotationem Eccleſiæ, ut limitare ſolet Wicleffus.

(*e*) Tenuem dotem habuiſſe Eccleſiam ſub præfatis Pontificibus, paulo ante jam dixi ex teſtimonio Euſebii lib. 2. *de Vita Conſtantini* Imperatoris.

„ hoc tempus? Numquid uſque in poſterum? „ Ergo illorum abſceſſu deſerta eſt Eccleſia? „ Abſit: *pro Patribus tuis nati ſunt tibi filii*. „ Quid eſt, *pro Patribus tuis &c.*? Patres miſſi „ ſunt Apoſtoli: pro Apoſtolis filii nati ſunt A „ tibi: conſtituti ſunt Epiſcopi. Hodie enim Epiſcopi Patres appellati. „ Epiſcopi qui ſunt? Ipſa Eccleſia Patres eos „ appellat; ipſa illos genuit, & ipſa illos con„ ſtituit in ſedibus Patrum. Non te ergo pu„ tes deſertam, quia non vides Petrum, quia „ non vides Paulum, quia non vides illos per „ quos nata es. De prole tibi crevit Paterni„ tas: *pro Patribus tuis nati ſunt tibi filii: con„ ſtitues eos principes ſuper omnem terram*. -- „ Sequitur -- Hæc eſt Eccleſia catholica. Filii „ ejus conſtituti ſunt ſuper omnem terram prin„ cipes: filii ejus conſtituti ſunt pro Patribus. „ Agnoſcant qui præciſi ſunt: veniant ad uni„ tatem: adducantur in templum Regis. Tem„ plum ſuum Deus, qui ubique collocavit, „ fundamenta Prophetarum & Apoſtolorum u„ bique firmavit. Filios genuit Eccleſia: con„ ſtituit eos pro Patribus ſuis principes ſuper o„ mnem terram. „ Hæc Auguſtinus. Si ergo durante toto cœtu Paparum a Sancto Urbano* (**in quem deſinit Wicleffus.*) uſque ad præſentem Antiſtitem, non eſt deſerta Eccleſia; ſed ipſa mater noſtra filios ſuos conſtituit principes ſuper omnem terram in ſedibus Patrum; vel eſt crudelis* (**Ed.V.* credentibus.) noverca & non vera mater quæ præpoſuit nobis tam Antichriſtum longævum; vel Wicleffus noſter maledictum Matris incurrit, (Eccli 3. 11.) qui tam ſcandaloſum mendacium de matre finxit*. (**Ed.V.* confinxit.)

CAPUT XXXII.

Quod Romana Sedes tenet Primatum ſuper omnes Eccleſias.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Negat Wicleffus Romanæ Sedis ſuper univerſas alias eminentiam.*
2. *Wicleffus negans Romanæ Sedis eminentiam, ipſe peſtilentiæ Cathedram aſcendit.*
3. *Omnes fere hæreſes contra Romanorum Pontificum poteſtatem inſurgunt.*
4. *Arii Sectatores quomodo rebellionem Summo Pontifici Romano moliti fuerint.*
5. *Abbas Joachim, Petrus Joannis, & quam plurimi alii, eadem peſte infecti fuere.*
6. *Sicut Chore, Dathan, & Abiron contra Aaron Pontificem ſeditioſe egerunt, ita iſti contra Summum Pontificem.*
7. *Romanæ Sedis eminentiam non paucis Sanctorum Doctorum authoritatibus defendere, tuerique nititur.*

1. EMinentia autem authoritatis firmiſſimæ & caſti cujuſdam honoris per ſingulorum Præſulum Romanorum Cathenam ſucceſſivam concrevit ex traduce, quam quotidianus canis noſter mordere blaſphemis dentibus non Wicleffus. veretur, *Tractatu de Serm. Dom. in monte* cap. XXII. WICLEFFUS. Quidam (inquit) volunt „ fundare ut fidem, quod Epiſcopus Romanæ „ Eccleſiæ præemineat capitaliter ſuper omnes „ alios Epiſcopos, ſicut Chriſtus dominatus „ fuit ſuper cunctos Apoſtolos ſuos: & talem „ majoritatem inter Archiepiſcopos & Epiſco„ pos reperies in multis regnis Chriſtianiſmi. „ Et iſta ſuperba hæreſis fecit diſſenſionem in Ec„ cleſia militante (*a*). Et cap. XXXVII. ſuper illud Evangelii, *Cum videritis abominationem deſolationis ſtantem in loco Sancto*: (a *Matth.* 24. 15.) „ Dicit (inquit) prædictus fidelis tamquam ſibi probabi- Wicleffus. „ le quod Chriſtus intelligit per hæc verba „ Papam, ſive Romanum Pontificem. Ipſe „ enim eſt radix totius hujus mali*, (**Ed.V.* malitiæ.) quoniam „ mendaciis a ſequela Chriſti degenerat. Ipſe eſt „ abominatio deſolationis in abſtracto, cum „ ex ſua antiqua malitia ſit in diaboli perver„ ſitate induratus. Eſt autem abominatio: quia B „ ſicut veritas, quæ eſt adæquatio rei ad pri„ mum intellectum, eſt ſumme conſolabilis; „ ſic mendacium ſuper eadem veritate, in ho„ mine fingente ſe eſſe ſummum Chriſti Vica„ rium, nedum eſt ſumme abominabile, ſed „ abominatio in abſtracto (*b*). -- Et infra -- „ Stat autem in loco Sancto, intelligendo per „ *locum* qui ſecundum logicos eſt Sedes argu„ menti, Sedem authoritatis ſummæ, cum non „ ſolum innuat ſe facere poſſe omnia quæ Chri„ ſtus potuit, ſed multa quæ Chriſtus non po„ tuit. Et ſic, ſecundum Apoſtolum, quoad du„ plicem naturam extollitur ſupra Chriſtum: „ quia certum eſt, quod Chriſtus non potuit „ in illa opera taliter converſando. Conſide- C „ rando ergo eminentiam illius peccati ſu„ pra Luciferinam Superbiam, videtur, „ quod iſtud peccatum attingit uſque ad ſum„ mum gradum malitiæ in peccando: & illa „ ſtatio & ſuccedens ſeſſio videntur notare il„ lam inflexibilem ſuperbiam in Romano Pon„ tifice induratam. -- Et finaliter concludit -- „ Quis ergo foret Antichriſtus (*c*), niſi diabo„ lus taliter exaltatus? „ Hæc ille: & notantur inter *Concluſiones* ter damnatas, *Concluſione* VIII.

2. Audiſtis jam ſeditioſum iſtum, quomodo contra Cathedram Petri & eminentiam ejus, D quam ſucceſſoribus ſuis Sanctus Petrus inſtituit, Scripturas quas pervertit inſtaurat. Quam autem Cathedram iſte turbulentus Doctor teneat, ſcire vellem. Annon Cathedram illam peſtilentiæ, quam Sanctus Pſalmiſta deſpexit? (*Pſal.* 1. 1.) Auguſtino videtur quod ſic, tangenti eum textum in lib. *de quæſtionib. novi & veteris teſtamenti*, ea parte in qua *de utroque mixtim*, cap. CX. de talibus erigentibus ſe contra Romanam Cathedram diſputanti, AUGUSTINUS. (* Auguſtinus. To. 3. pag. 110 *in App.*) Nam ordi„ nem (inquit) ab Apoſtolo Petro cœptum, & „ uſque ad hoc tempus per traducem ſucceden„ tium Epiſcoporum ſervatum perturbant, or- E „ dinem ſibi ſine origine vendicantes, hoc eſt, „ corpus ſine capite profitentes. Unde congruit „ etiam eorum Sedem *Cathedram peſtilentiæ* ap„ pellare. Nec ideo enim impune erit, quod „ ſub Dei nomine agunt: conſtat enim ſuas il„ los cauſas ſub Dei nomine agere. Non enim „ zelo Dei hoc agunt, ſed ſibi locum volen„ tes defendere, cum ſciamus Chore, & ducen„ tos quinquaginta viros per præſumptionem (*Num.* 16. 31. 35.) „ Deo

(*a*) Diſſenſionem innuit, quam de Primatu excitavit a temporibus Divi Gregorii, non Romani Pontificis prærogativa & excellentia; ſed Conſtantinopolitani Præſulis ambitio.

(*b*) Vicariam Chriſti poteſtatem a Papa auferre conantur poſt Wicleffum Calvinus lib. 4. *Inſtit.* cap. 7. §. 23. Lutherus in *ſuppuratione temporum*, & in aſſertione art. 28. & 36. & alibi paſſim. Item Magdeburgenſes *cent.* 1. lib. 2. cap. 4. al. 434. Illyricus in lib. *de Primatu*: David Chytræus in cap. 9. & 13. *Apocal.* Item Wolfangus Muſculus in *locis communib.* tit. de Eccleſia: Theodorus Beza in *Comment.* 2. Theſſ. 2. Theodorus Bibliander in *Chronico*, tab. 10. 11. 12. 13. & 14. Henricus Pantaleon in *Chronologia*: Henricus Bullingerus Præf. in ſuas *homilias* ad Apocal.

(*c*) Papam *Antichriſtum* vocare conſuetudo fuit apud Wicleffum, ut ex antecedentibus & ſubſequentibus in hoc *Doctrinali* manifeſtum eſt. Ut autem Wicleffo magiſtro ſuo opem ferret Calvinus rationes quaſdam excogitavit lib. 4. Inſtit. cap. 7. §. 23. quibus hunc loquendi modum tueretur. Calvino plauſum fecerunt reliqui noſtrorum temporum hæretici. Sed videndus hac de re Bellarminus cap. 2. *de Rom. Pontifice*, lib. 1. Vide etiam infra, cap. 49. & 50.

2. Paral. 26. 19. „ Deo offerentes, hiatu terræ abſorptos eſſe: „ & Oziam Regem cum Deo illicite obtuliſ- „ ſet, lepra fronte percuſſum.„ Hæc ille. Ecce quam plane ordinem ſuccedentium Epiſcoporum per traducem conſervatum a Sancto Petro Auguſtinus commendat: perturbantes illum ordinem Wicleviſtas objurgat, quia volunt ponere illum ſine origine, & corpus ſine capite, ideſt, Sedem ſine Antiſtite. An putas ſine Chriſto? Non: quia nimis tunc publice mentirentur. Sed quia ſine mortali capite ſtatuere vellent Eccleſiam, eos Auguſtinus inſequitur. Præſul ergo Romanus, ſecundum eum, eſt Caput Eccleſiæ; vel erit corpus ſine capite. Dicentes autem oppoſitum, ſuas cauſas dicit agere ſub nomine Chriſti, ſicut hic Wicleffus, dicens Papam ſe extollere ſupra Chriſtum. Sed nec per hoc tranſibit impune, quia ſuper Cathedram ſedet peſtilentiæ; & recte: peſtilentia enim ordinem nullum ſervat, ſed irregulari quodam volatu, poſtquam per aliquot annos aut dies dormierit, terræ plagam inſilit, & rurſum inficit inſpirato veneno: & iterum per tempus mortua, iterum convaleſcit. Eſt ergo Catholica Cathedra, quæ fidem ſuam ſanam & mores paternos ſine interpolatione conſtruat ex traduce: ea vero

Cathedra peſtilentiæ, quæ ſit.
eſt cathedra peſtilentiæ, quæ linea Succeſſionis abrupta, vel per cenſuras Principum, vel Catholicorum Pontificum, poſtquam diu latuit*, iterum pullulat redivivitque.

* al. latuerit.

3. Sic enim hujus peſtis principes contra Primatum Eccleſiæ Auguſtinus Chore commemorat, & Clientes, qui quaſi ore Wicleffi loquentes contra principes ſuos Mayſen & Aaron, dixerunt:„ Sufficiat nobis, quod omnis multitu-

Num. 16. 3.
„ do Sanctorum eſt, & in ipſis eſt Dominus. Cur „ elevamini ſuper populum Domini?„ Sed hujus peſtilentiæ capitibus ab inferno conſumptis *num.* XVI. in Eccleſia modo Chriſti, iſtorum imitatione, omnes pene hæreſes principales contra Romanorum Præſulum poteſtatem inſurgunt, dicentes cum patre ſuo Chore, *Cur elevamini ſuper populum?*

4. Sic enim Arii ſectatores contra eam*, peſtilentem rebellionem comminantur, intentatam tempore Julii Papæ*, ſi nollet cum eis damnare Catholicos, ſicut ejus decreta teſtantur in Decretis Pontificum. Epiſtola enim eorum hæc eſt: „ ARIANI. Domino Beatiſſimo & „ honorabili Patri Julio, Apoſtolicæ Sedis vene- „ rabili Epiſcopo, Euſebius, Theognius, Theo- „ dorus, & Berinthus, una cum reliquis fra- „ tribus & Coepiſcopis noſtris in Antiochia „ congregatis. -- Et infra -- Sunt namque a no- „ bis, & maxime a totius Orientis Epiſcopis „ damnati Athanaſius Alexandrinus, Paulus „ Conſtantinopolitanus, Marcellus Ancyræ, „ Aſclepius, Lucianuſque Adriopolites pro cer- „ tis criminibus, quibus adverſarii ſunt apud „ nos inſcripti, quæ per præſentes hujus E- „ piſtolæ latores, omnia ſub certa relatio- „ ne veſtræ innoteſcere non omittimus San- „ ctitati. Quibus agnitis, ſi noſtris placitis ma- „ gis quam eorum machinationibus conſentire,

* Pontificiam poteſtatem.
An. Dom. 341.
Decreta Pontificum pag. 222.

„ & ordinatos Epiſcopos in damnatorum loco „ confirmare eligitis, pacem vobiſcum & com- „ munionem habere volumus: ſi vero aliter „ egeritis, & eis amplius quam nobis conſen- „ tire judicaveritis, contraria celebrabimus; &

A „ vobiſcum deinceps nec congregari, nec vo- „ bis obedire, nec vobis veſtriſque favere vo- „ lumus: ſed per nos quidquid melius elege- „ rimus, agere conabimur.„ Hæc ibi.

5. Exemplum autem iſtorum volavit ad poſteros: & jam tardis diebus *Abbas Joachim* (*a*) a
& poſt eum Petrus Joannis (*b*), ea peſte tanguntur. Unde Guido Carmelita libello *de hæreſibus*, maledicta ejus deſcribens, GUIDO. Sex- „ tum (inquit) capitulum continet primo, „ quod Eccleſia Romana eſt carnalis Synago- „ ga Sathanæ. Secundo, quod Eccleſia Roma- „ na deſtructa* eſt in ſtatu tertio, ſicut Sy- „ nagoga deſtruebatur in ſtatu ſecundo.„ Hæc

b
Guido de Perpiniano.
* al. deſtruetur.

B ibi. Et iſtius Petri Joannis Wicleffus authoritatem aſſumit jam ſupra * *de abominatione deſolationis*, appellans eam ibi ſententiam magiſtralem. Hujus etiam peſtis ſectator erat *Gerardus Segarellus* de Parma (*c*). Unde ubi ſupra, GUIDO. Primus error, quod tota poteſtas, col- „ lata Eccleſiæ a Chriſto, eſt omnino evacua- „ ta propter malitiam Prælatorum: & ipſa Ec- „ cleſia Romana eſt meretrix Babylon apoſta- „ tans a fide Chriſti.„ Hæc ille. Hæretici quoque *Waldenſes* (*d*) hanc ſibi blaſphemiam colligebant. Unde GUIDO. Undecimo loco, iſti „ damnant totum ſtatum Romanæ Eccleſiæ in

* num. 1.
c
Guido de Perpiniano.
d
Guido de Perpiniano.

C „ ſe, & in ſuis membris. Duodecimo, dicunt, „ quod Sancta Romana Eccleſia eſt domus men- „ dacii.„ Hæc ille.

6. His ergo & ſimilibus aliis decidendis aſſurgit noſter Wicleffus, & Segarellinæ Scholæ ſe ſpondet diſcipulum. Hi omnes ergo Patriarchas ſuos reverenter extollunt Chore, Datan, Num. 16. 3.
& Abiron, ſic ſeditioſe agentes contra Summum Pontificem legis Chriſti, ſicut illi contra Aaron ſummum Pontificem legis Moſaicæ; & textum verborum non perdunt, ſed dicunt: „ Cur, o Romani Pontifices, elevamini ſuper „ populum Domini? Omnis multitudo Sancto-

D „ rum eſt, & in ipſis eſt Dominus, ea ſcilicet „ authoritate & poteſtate veſtræ non impari. „ Qui enim eſt humilior & Eccleſiæ ſervien- „ tior, ipſe eſt Papa, & Caput Eccleſiæ*.

* Vide ſupra cap. 29. num. 4.

7. Sed ſaltem authoritate ipſa quam ſpernunt, ipſi intereunt, juſtis abſorbentur ſententiis, & deſcendunt in infernum viventes. Non Pſalm. 54. 16.
enim per ipſos ſtat Summum legis Pontificium Chriſti, nec propter eorum fremitus & garritus hæreticos ſubvertetur, promittente Chriſto, quod portæ inferi non prævalebunt adverſus Eccleſiam Sancti Petri. Unde ſenior Matth. 16. 18.
& Sanctus Pater Cyrillus, exponens ipſum tex-

E tum Matthæi XVI. CYRILLUS. Petro (inquit) „ dictum eſt, *Et portæ inferi non prævalebunt* „ *adverſus eam*. Secundum hanc Domini pro- „ miſſionem, Eccleſia Apoſtolica Petri ab omni „ ſeductione, & hæretica circumventione, immaculata manet ſuper omnes Præpoſitos & Epiſco-

Cyrillus To. 2. pag. 289.

(*a*) Joachim Abbas Floriacenſis, initio ſæculi XIII. clarus, præter errorem, quo negavit contra Petrum Lombardum unitatem eſſentiæ trium perſonarum eſſe veram & realem, ac ſimplicem, alias adinveniſſe falſitates, modo a pluribus doctis viris negatur: quamquam plures ſub illius nomine dedicatæ olim prædicarentur, quæ ex Joachimi libris male intellectis a fanaticis quibuſdam invectæ fuerunt, præſertim ab Authore libri qui inſcriptus erat *Evangelium æternum*. Legeſis *Gregorium de Laude*, alias *de Lauro*, in Apologia B. Joannis Joachimi Abbatis.

(*b*) Petrus Joannis Olivi O. P. plures labente ſæculo XIII. evulgavit errores, quorum examen a Joanne XXII. demandatum fuit citato *Guidoni de Perpiniano*.

(*c*) Gerardus Segarellus Parmenſis, & Dulcini Præceptor, eodem tempore debacchabatur. Captus a Magiſtratibus, flammis addictus & conſumptus eſt, die 18. Julii an. 1300. quod ſtatim infra num. 7. innuit Waldenſis.

(*d*) *Waldenſium* Secta a *Petro Waldo* Lugdunenſi initium ſumpſit circa annum Dom. 1160. Ut ſibi vim ac authoritatem vindicaret, ſtatim adverſus Romanam Eccleſiam, ac Summum Pontificem non paucos nec leves evulgavit blaſphemias, quas omnes ſuo tempore Wicleffus recoxit. De *Waldenſibus* ac eorum erroribus legendus *Claudius Syſſellus* Epiſcopus Taurinenſis, & *Reinerius Sacchonus* O. P.

„ ſcopos , & ſuper omnes Eccleſiarum Prima-
„ tus & populorum in ſuis Pontificibus in fi-
„ de pleniſſima, & authoritate Petri. Et cum
„ aliæ Eccleſiæ quorumdam errore ſint vere-
„ cundatæ ; ſtabilita inquaſſabiliter ipſa ſola
„ regnat, ſilentium imponens, & omnium ob-
„ turans ora hæreticorum : & nos neceſſitate A
„ ſalutis , non decepti ſuperbia , neque vino
„ ſuperbiæ inebriati, typum veritatis, & San-
„ ctæ Apoſtolicæ traditionis una cum ipſa con-
„ fitemur & prædicamus . „ Hæc ille . Audite
hæc omnes Wicleviſtæ, & gentes ſeditionis hæ-
reticæ. Status Summi Pontificis ex ipſa Salva-
toris pollicitatione dependet, & idcirco regnat
ſuper omnes Præpoſitos orbis terræ, & omnium
ora decreti ſui terribili fulgore contundit. Quæ
quidem omnia veriſſima diceretis , niſi vino
inebriati eſſetis conſummatæ ſuperbiæ. Coinci-
* Cod. Ferrar. Martyr. dit huic ſententiæ Cyrilli Beatus vir * Atha-
naſius Alexandrinus , Epiſtola ſua *ad Marcum* B
* Athanaſius pag. 842. *Papam*; & habetur in *Decretis Pontificum*, ATHA-
NASIUS. Quia (inquit) inimici Sanctæ Dei Ec-
„ cleſiæ, & maxime Ariani, a quibus quotidie
„ terimur , oppugnamur & opprimimur , præ-
„ fata ſeptuaginta Nicœni Concilii Capitula ,
„ quæ de præfata Synodo, jubente Domino no-
„ ſtro Alexandro, decreto omnium Epiſcoporum
„ attuli; quæ etiam coram omnibus recitavi ,
„ atque tranſcripſi, ſunt igne combuſta: opta-
„ mus ut a veſtræ Sanctæ Sedis Eccleſiæ autho-
„ ritate, quæ eſt Caput & Mater omnium Ec-
„ cleſiarum , ea ad correctionem & recreatio-
„ nem fidelium Orthodoxorum percipere per præ- C
„ ſentes legatos mereamur: quatenus veſtra ful-
„ ti authoritate, noſtriſque precibus roborati ,
„ illæſi a memoratis æmulis Sanctæ Dei Eccle-
„ ſiæ & matris evadere , nobiſque commiſſo
„ gregi ſervire valeamus. Uſque huc vere no-
„ vimus Apoſtolatus veſtri cor , gratia Sancti
„ Spiritus intantum eſſe accenſum, ut omnibus
„ oppreſſis ſuccurratis : quanto magis nobis ,
„ qui licet exigui , ordinis veſtri tamen ſumus ,
„ vobiſque obedientes cum omnibus nobis com-
„ miſſis & ſumus , & ſemper eſſe volumus ? „
Hæc ille . Item ex eodem volumine in decre-
a * Damaſus Papa, pag. 129. to Damaſi Papæ (*a*) , cap. 1. DAMASUS . D
„ Scitis, fratres chariſſimi, firmamentum a Deo
„ fixum & immobile , atque titulum luculentiſſi-
„ mum ſanctorum Sacerdotum, & omnium E-
„ piſcoporum , Apoſtolicam Sedem eſſe conſti-
„ tutam, & verticem Eccleſiarum. Tu es enim
„ (ut divinum veraciter pronunciat Verbum)
„ Petrus , & ſuper firmamentum tuum Ec-
„ cleſiæ columnæ , quæ Epiſcopi intelligun-
„ tur , confirmatæ ſunt . Tibi & claves re-
„ gni cœlorum commiſſæ; atque ligare & ſol-
„ vere poteſtatem , quæ in cœlis ſunt & quæ
„ in terris, promulgavi. Tu Prophetarum ho-
„ minum , & membrorum meorum , maxime- E
„ que diſcipulorum meorum exiſtis princeps ,
„ & Doctor orthodoxæ, atque immaculatæ fi-
„ dei : cujus vice hodie ex gratia Dei pro Chri-
„ ſto legatione fungimur, & omnes ſanctæ hu-
„ jus Sedis Præſules, hujus vicem geſſerunt, ge-
„ runt, & gerent . „ Hæc ille. Hac inſuper di-
ctione uſus eſt Gregorius *in Regiſtro* ſuo, ſcri-
b bens ad *Eulogium* Syracuſanum (*b*) Epiſcopum.
Gregorius *lib. 7. Regiſt. Epiſt. 40. To. 2. pag. 888.* GREGORIUS . Quis enim neſciat, Sanctam Ec-
„ cleſiam in Apoſtolorum Principis ſoliditate
„ firmatam , qui firmitatem mentis traxit in
„ nomine, ut Petrus a petra vocaretur? Cui ve-

„ ritatis voce dicitur , *Tibi dabo claves Regni* *Matth. 16. 19.*
„ *Cœlorum ?* Cui rurſum dicitur : *Et tu ali-* *Luc. 22. 32.*
„ *quando converſus , confirma fratres tuos ?* Ite- *Joan. 21. 17.*
„ rumque , *Simon Joannis, amas me? Paſce oves*
„ *meas* . Itaque cum multi ſint Apoſtoli , pro
„ ipſo tamen Principatu , ſola Apoſtolorum
„ Principis Sedes in authoritate convaluit . „
Hæc ille . Prudenter valde Gregorius induxit
Romanam Eccleſiam, ſublimem factam authori-
tate Pontificis ſui Petri . Et licet omnes eſſent
Apoſtoli , ipſe tamen erat princeps Apoſtolo-
rum , & ex principatu ſedes ejus ſuper omnes
Eccleſias authoritate convaluit . Beatus item
Auguſtinus conſimiliter Apoſtolicam iſtam ſe-
dem culmen authoritatis obtinuiſſe confirmat
libro ſuo *de utilitate credendi* verſus finem ,
ideſt, cap. XVII. AUGUSTINUS . Cum (inquit) Auguſtinus *T. 8. pag. 69. num. 35.*
„ tantum profectum fructumque videamus, du-
„ bitabimus nos Eccleſiæ ejus credere * gremio, * *M. condere*.
„ quæ uſque ad confeſſionem generis humani
„ ab Apoſtolica Sede per ſucceſſiones Epiſco-
„ porum, fruſtra hæreticis circumlatrantibus; &
„ partim plebis ipſius judicio , partim Conci-
„ liorum gravitate, partim etiam miraculorum
„ majeſtate damnatis, culmen authoritatis ob-
„ tinuit ? Cui nolle primatum * dare , vel * *M. primas*.
„ ſummæ profecto impietatis eſt , vel præcipi-
„ tis arrogantiæ . Nam ſi nulla certa ad ſa-
„ pientiam ſalutemque animis via eſt, niſi cum
„ in eis rationi præcedit * fides: quid eſt aliud * *M. præcolit*.
„ ingratum eſſe opi atque auxilio , quam tan-
„ to labore prædicatæ * authoritati reſiſtere ? „ * *M. præcitæ*.
Hæc ille . Convincit ergo ſe prædicta familia Rebelles Pontificiæ poteſtati de ingratitudine & arrogantia notantur.
divinæ opi ingratam, quæ tantæ Sedis authori-
tati præſtitit obicem : & quia ipſi ſemper pla-
cuit denegare Primatum, ſummæ impietatis aut
præcipitis arrogantiæ ſe docuit eſſe ream. Cur
ergo contra Romanum Primatum inſurgis? Cur
ſic iraſceris , audiens , quod Epiſcopus Roma-
næ Eccleſiæ præemineat capitaliter ſuper omnes
alios Epiſcopos ? Sanctiſſimi Chriſti Pontifices
hunc Primatum in univerſali Eccleſia confeſſi
ſunt . Beatus Auguſtinus fuit * , & huic Pri- * *Subaudi* Epiſcopus.
matui non invidit , ſed eum humillime reco-
gnovit . Unde ad Bonifacium Papam ſcribens
lib. 1. *contra duas Epiſtolas Pelagianorum*, cap. 1.
in principio, AUGUSTINUS . Neque (inquit) de- Auguſtinus *To. 10. pag. 411.*
„ dignaris qui non alta ſapis , quamvis altius
„ præſideas , eſſe amicus humilium , & amo-
„ rem prætendere * impenſum . -- Infra -- Cum * *M. rependere*.
„ vero non deficiant inimici fremere (inimici,
„ ſcilicet gratiæ Chriſti (*c*)) ad dominici gre- c
„ gis caulas, atque ad diripiendas tanto pretio
„ redemptas oves, aditus undecumque rimari ;
„ communiſque ſit omnibus nobis , qui fungi-
„ mur Epiſcopatus officio , (quamvis ipſe in
„ eo * præemineas celſiori faſtigio ſpecula pa- * *M. ea*.
„ ſtorali) facio quod poſſum pro mea muneris
„ particula, quantum mihi Dominus adjuvan-
„ tibus orationibus tuis donare dignatur , ut
„ peſtilentibus, & inſidiantibus eorum ſcriptis,
„ medentia & munientia ſcripta prætendam ;
„ quibus rabies qua furiunt , aut etiam ipſa
„ ſanetur , aut a lædendis aliis repellatur . „
Hæc Auguſtinus . Ecce Papa Bonifacius, ſecun-
dum confeſſionem ſinceriſſimam Auguſtini, non
alta ſapuit ; non dedignatus eſt , quamvis al-
tius præſidebat, eſſe amicus Auguſtini, humilis
Antiſtitis : & omnes Epiſcopi habent aliquid
commune, quamvis Papa in eo Epiſcopatus of-
ficio præemineat celſiore faſtigio, ſpecula paſto-
rali.

(*a*) Extat in collectione Franciſci Joverii pag. 129. Eſt autem hæc epiſtola *ad Stephanum in Mauritania Archiepiſcopum* . Sed cum ſit extra illas, quæ apud Theodoretum, & Hieronymum laudantur, eam a Pſeudo Iſidoro ſuppoſitam judicant nunc eruditi Viri.

(*b*) In noviſſima Editione inſcribitur *ad Eulogium Alexandrinum* .

(*c*) Hæc interjecta ſunt ab Authore.

rali. Non ſovit hic Doctor pompam Romani Pontificis, ſed præeminentiam ejus ſingularem inſtruxit, ſuper cæteros ſcilicet Epiſcopos, celſiore faſtigio, ſpecula paſtorali. Omnes æqualiter Epiſcopi, ſed inter omnes & ſuper omnes Romanus Epiſcopus celſitudinem habet faſtigii, &, ſecundum locum, præeminet in ſpecula A paſtorali. Unde & idem inſuper Auguſtinus lib. 1. *contra Julianum*, cap. 11. poſtquam in teſtimonium fidei induxit Irenæum Lugdunenſem, tempori Apoſtolorum vicinum, Cyprianum Carthaginenſem Primatem, Reticium Auguſtodunenſem, Olympium Hiſpanum, Hilarium Pictavien. & Ambroſium Mediolanenſem Epiſcopos; tandem Innocentium prædicti Bonifacii prædeceſſorem Romanum inducens, Julianum alloquens, AUGUSTINUS. Sancto (inquit) Innocentio vide quid reſpondeas, qui „ nihil aliud de hac re ſapit, quam quod iſti, „ in quorum te conventum, ſi tamen prodeſ- B „ ſet, introduxi. Cum his etiam ipſe conſi„ det, etſi poſterior tempore, prior loco. „ Hæc Auguſtinus. Quid ergo inflatur ſuperbus hæreticus contra præeminentiam primæ Sedis? Humilis Auguſtinus cum Romanum Innocentium in conventum tantorum Primatum & Epiſcoporum induxit, „ Cum his (inquit) ipſe „ conſidet, etſi poſterior tempore, prior loco, „ Sede major, præſtantior dignitate. „ Non eſt nova iſta præeminentia, quæ tunc temporis Auguſtino & Sanctis Patribus fuit ſine omni dubitatione certiſſima.

Auguſtinus To. 10. pag. 504. num. 13.

CAPUT XXXIII.

Quod præeminentia poteſtatis Papalis eſt in Chriſti lege fundata, non ex poteſtate cæſarea derivata.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Poteſtas Papæ (dicit hæreticus) non eſt a Chriſto, niſi ironice; ſed a poteſtate Cæſarea.*
2. *Papæ poteſtatem habuiſſe a Chriſto originem multis authoritatibus comprobat.* D
3. *Hæreſis Wicleffi contra Sanctæ Sedis præeminentiam, unde occaſionem ſumpſerit.*
4. *Quam impie opinatus fuit Wicleffus, & quod ſuamet ratione jugulari poteſt, oſtenditur.*
5. *Quoſdam Cæſares dediſſe poteſtatem Eccleſiæ: & Phocam dignitatem principem Romani Pontificatus ſtatuiſſe, quomodo ſit intelligendum.*
6. *Quod Wicleffus in hac materia pejus erravit, quam Willhelmus ejus magiſter.*
7. *Concilium Nicænum, in quo univerſi orbis Epiſcopi convenerunt, confirmavit Romani Pontificis ſuper alios præeminentiam.* E

1. RURſum contra Primatum Petri frameam ſuam acuunt Wiclevistæ: qui tamen, annuente Deo, ſemper *defecerunt frameæ in finem.* Et dicunt, hunc Primatum, non a Beato Petro, ſed a *Conſtantino* Cæſare derivari: ſic fieri potuiſſe, ut Doctores ſequentes eum extollerent forma prædicta. Unde *de Chriſto & Antichriſto*, cap. VII. WICLEFFUS. Conſtat primo „ ex fide, quomodo poteſtas, quam exercet Pa„ pa, fuit a poteſtate Cæſarea derivata; nec „ habet fundationem in fide Scripturæ, niſi ut „ loquar ironice ex iſto Lucæ XXII. *Reges gen„ tium &c.* Ideo ſi non ſit poteſtas niſi a Deo, „ patet quod major poteſtas falſe vendicata, „ ſit poteſtas ſophiſtica, & ſic a diabolo uſur„ pata. „ Hæc Wicleffus. Nec eſt vis diſtinguendi plurimum poteſtatem & præeminentiam in prædictis, quia habet utroſque terminos quaſi pares. Idcirco inter *Concluſiones* damnatas eſt *Concluſio* CXI. Certum videtur ex Chronicis, quod „ non a Chriſto, ſed a Cæſare Conſtantino Ro„ manus Epiſcopus accepit, vel uſurpavit po„ teſtatem. „ Et concluſio proxima eſt: Quod ex „ fide Evangelii iſta præeminentia Papalis cœ„ pit ortum, eſt æque falſum, ſicut ex prima „ veritate error quilibet eſt exortus. „ Hæc ibi.

Pſal. 9. 7.

Wicleffus.

Luc. 22. 25.

Wicleffus.

2. Hoc modo ſinuntur errare qui ſe mendaciis aſſueſaciunt, ut aliquando cadant in publico, & quantitatem peccati ſui ſinguli deprehendant. Toto ferme tempore, quo, ſub perſecutione Principum tyrannorum, Chriſti premebatur Eccleſia, Romani Præſules vindicabant ſibi Primatum, qualiter de Anacleto Papa legimus, qui, ſecundum computum Auguſtini & Hieronymi ex Damaſo, ſucceſſit immediate Clementi, quartus a Petro. Nam & is decreto ſuo tertio, ANACLETUS. Anacletus (inquit) „ ſervus Jeſu Chriſti in Sede Apoſtolica a Do„ mino conſtitutus, a Sancto Petro Apoſtolo„ rum principe Presbyter ordinatus, omnibus „ Epiſcopis, & reliquis Chriſti Sacerdotibus. -- „ Et demum cap. II. -- Hæc (inquit) Sancta „ Romana & Apoſtolica Eccleſia, non ab A„ poſtolis, ſed ab ipſo Salvatore noſtro Prima„ tum obtinuit, ſicut Beato Petro Apoſtolo di„ xit, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram æ- C „ dificabo Eccleſiam meam: & tibi dabo cla„ ves regni cœlorum &c. Prima ergo Sedes eſt „ cœleſti beneficio Romana Eccleſia, quam (ut „ memoratum eſt) Beatiſſimus Petrus & Pau„ lus ſuo martyrio conſecrarunt. „ Hæc Anacletus ibi. Iſtum, ſi jam fuiſſet tam propinquus Conſtantino, quam fuit proximus ſancto Petro, potueras habere de dotis favore ſuſpectum. Sed quomodo, rogo, mi Wicleff, in Eccleſia Romana Primatum ſuum & poteſtatem præeminentiæ uſurpavit aliquis Papa authoritate Cæſarea Conſtantini, quam jam ſucceſſiſſe comperimus a diebus veteris Anacleti? Adhuc audi, quam audax ſcribat ibid. cap. IV. ANACLETUS. Si (inquit) cauſæ difficiles inter vos „ ortæ fuerint, ad hujus Sanctæ Sedis apicem „ eas, quaſi ad Caput, referte, ut Apoſtolico „ terminentur judicio: quia ſic Dominum vel„ le, ab eoque ita conſtitutum eſſe, dictis teſti„ moniis declaratur. Hæc vero Apoſtolica Se„ des caput & cardo (ut factum eſt a Domino, „ & non ab alio) eſt conſtituta: & ſicut car„ dine oſtium regitur, ſic hujus Sanctæ Sedis „ authoritate omnes Eccleſiæ, Domino diſpo„ nente, reguntur. „ Hæc ibi. Juxta quod habetur in libro Decretorum Pontificum, & habet Ivo etiam. Juxta illud decretum Præſulis Anacleti (non Principis Conſtantini) Romana Sedes vendicat ſibi ab antiquo rationem Capitis ſuper omnes locales Eccleſias; non quidem ab ipſis Apoſtolis, ſed ſic a Domino inſtituta. Demum ad Alexandrum pergamus, ſecundum ab iſto, ſextum a Petro, ſecundum Hieronymum: & ipſe quidem in *Decreto*, in proœmio *Decreti* ſic ait, ALEXANDER. Relatum in„ ſuper eſt ad hujus Sanctæ & Apoſtolicæ Se„ dis apicem, cui ſummarum diſpenſationes „ cauſarum, & omnium negotia Eccleſiarum „ ab ipſo Domino tradita ſunt, quaſi ad Ca„ put; ipſo quoque dicente Principi Apoſtolo„ rum Petro, Tu es Petrus, & ſuper hanc pe„ tram ædificabo Eccleſiam meam &c. „ Hæc ille. Jam bene commemorat Alexander antiquam-

* Anacletus Epiſt. 3. apud Labbeum to. 2. pag. 156.

pag. 158.

Matth. 16. 18.

* Anacletus Epiſt. 3. apud Labbeum to. 2. pag. 160.

*Alexander I. P. Epiſt. 1. apud Labbeum to. 2. pag. 181.

quam prærogativam ſuæ Eccleſiæ ſibi diſpenſa-
tam a Chriſto, juxta quod Anacletus ſupra te-
ſtatur. Inſuper Sixtus Papa ſucceſſor ejus, in
Decreto, cap. I. Sixtus. Sixtus (inquit) univer- [* Sixtus I. P. *Epiſt.* I. *apud Labbeum* To. 2. *pag.* 202. & 202.]
,, ſalis Eccleſiæ Apoſtolicæ Epiſcopus, omni-
,, bus Epiſcopis ſalutem in Domino. -- Et in
,, cap. II. -- Si quis veſtrum pulſatus fuerit in
,, aliqua adverſitate, licenter hanc Sanctam &
,, Apoſtolicam appellet Sedem; & ad eam, qua-
,, ſi ad Caput, habeat ſuffugium; ne innocens
,, damnetur, aut Eccleſia ſua detrimentum pa-
,, tiatur. -- Et infra. -- Ab hac enim Sancta
,, Sede, ab Apoſtolis, tueri, defendi, & libe-
,, rari, Epiſcopi juſſi ſunt: ut ſicut eorum di-
,, ſpoſitione (ordinante Domino) ſunt primitus
,, conſtituti, ſic hujus Sanctæ Sedis (cujus di-
,, ſpoſitioni eorum cauſas & judicia ſervave-
,, runt) protectione, futuris temporibus ſint ab
,, omnibus adverſitatibus ſemper liberi. ,, Hæc
ille. Victor quoque Papa ſic ſcribit in Decreto
ſuo, cap. III. Victor. Culpantur (inquit) ut [* Victor I. *Apud Labbeum To.* I. *pag.* 600.]
,, ſcriptum eſt, fratres, qui aliter contra Epi-
,, ſcopos judicare præſumunt, quam Apoſtoli-
,, cæ Sedi fieri placuerit. Et quis eſt qui judi-
,, cat eum, quem Dominus ſibi, & huic Sanctæ
,, Sedi reſervari voluit judicandum? ,, Hæc ille.
Item Zephirinus Papa, tertiusdecimus a Beato
,, Petro, ſecundum Auguſtinum, Decreto ſuo
,, primo, cap. VIII. *Zephirinus*. Judicia nam- [* Zephirinus Papa *apud Labbeum To.* I. *Epiſt.* I. *pag.* 621.]
,, que Epiſcoporum, majoreſque Eccleſiæ cau-
,, ſæ a Sede Apoſtolica, & non ab alia (ſicuti
,, Apoſtoli & Sancti Succeſſores eorum cum aliis
,, Epiſcopis ſtatuerunt) ſunt terminandæ: quia
,, licet in alios transferatur Epiſcopos, Beato
,, tamen Apoſtolo Petro dictum eſt, *Quodcum-* [*Matth.* 16.]
,, *que ligaveris ſuper terram, erit ligatum &*
,, *in cœlis; & quodcumque ſolveris ſuper ter-*
,, *ram, erit ſolutum & in cœlis;* & reliqua
,, privilegia, quæ ſoli huic Sanctæ Sedi con-
,, ceſſa ſunt, & in conſtitutis Apoſtolorum,
,, eorumque Succeſſorum, aliiſque plurimis cum
,, eis concinnentibus, habentur inſerta. ,, Hæc
ille. Item Calixtus Papa & martyr, immedia-
tus præceſſor Urbani, ſecundum Hieronymum,
Decreti ſui Capitulo primo, Calixtus. Nulli [* Calixtus I. *Apud Labbeum To.* I. *Epiſt.* I. *pag.* 627.]
,, (inquit) dubium eſt, quin Apoſtolica Eccle-
,, ſia mater ſit omnium Eccleſiarum, a cujus
,, vos regulis nullatenus convenit deviaſſe: &
,, ſicut Filius Dei venit facere voluntatem Pa- [*Joan.* 6.]
,, tris, ſic & vos voluntatem impleatis Matris
,, veſtræ, quæ eſt Eccleſia. Quidquid igitur ſi-
,, ne diſcretione juſtitiæ contra ejus diſcipli-
,, nam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla
,, permittit. ,, Hæc ille. Item Dionyſius Papa,
ſeptimus ante Silveſtrum, ſecundum Hierony-
,, mum, in ſalutatione ſui *Decreti*, Dionysius. [* Dionyſius *Apud Labbeum Epiſt.* 2. *pag.* 850.]
,, Dionyſius (inquit) Severo Epiſcopo, ſalu-
,, tem. Olim & ab initio tantam percepimus
,, a Beato Petro Apoſtolorum Principe fidu-
,, ciam, ut habeamus authoritatem univerſali
,, Eccleſiæ, auxiliante Domino, ſubvenire; &
,, quidquid nocivum eſt, authoritate Apoſtoli-
,, ca corrigere & emendare. ,, Hæc ille. Et hæc
,, omnia, ut ſignantur in locis, habere potes in
annoſo libro *Decretorum* Pontificum. Ecce
nondum venit Conſtantinus in orbem *. Ad- [* *Cod. Ferrar.* Urbem.]
huc Eccleſia habebatur odioſa Principibus: ad-
huc aſtiterunt Reges terræ, & Principes con- [*Pſal.* 2. 2.]

venerunt in unum adverſus Dominum & ad-
verſus Chriſtum ejus: & tamen ſuam præemi-
nentiam Papalis Sedes exercet, & univerſalem
poteſtatem, in corrigendis nocivis, in cauſis
majoribus terminandis, & univerſalem tuitio-
nem offenſis perſonis extendens authoritate non
A Cæſaris. Non utique (quod majus eſt) ab A-
poſtolis, ſed a Chriſto Domino promittit, ex-
hibet, & exponit. Veniat jam Wicleffus, &
exponat *, ſi audeat, quod poteſtas, quam Pa- [* *al.* dicat]
pa exercet, ſit a poteſtate Cæſarea derivata;
& quod non a Chriſto, ſed a Cæſare Conſtan-
tino, Romanus Epiſcopus poteſtatem ſuam u-
ſurpat.

3. Unde ipſi hoc? Unde iſtud authumat, ni-
ſi forte quia interdum Papa poteſtatem talem
decenter exercet in Eccleſia, qualem Cæſar o-
lim in Republica Romana? Et tamen non ex
hoc ejus poteſtas magis derivatur a poteſtate
B Cæſarea, quam poteſtas ejectionis Chriſti, & fla- [*Joan.* 2. 15.]
gellationis de templo ſucceſſit ipſi ab Angelo [Unde habuerit Chriſtus poteſtatem ejiciendi de templo.]
equite & equo ſuo belligero, de quo II. Ma-
chab. III. Sed forte offendit eum hiſtoria illa Ec-
cleſiæ, quam Beda ſcripſit *de Temporibus*, cap.
de Phoca Cæſare, Beda. Phocas (inquit) re- [Beda *De ſex ætatibus To.* 2. *pag.* 115. *num* 4557.]
,, gnavit annis octo. Hujus ſecundo anno, In-
,, dictione VIII. Gregorius migravit ad Domi-
,, num. Hic rogante Papa Bonifacio *, ſtatuit [Phocas ſtatutum edidit de Romanæ Sedis Primatu.]
,, Sedem Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ ca-
,, put eſſe omnium Eccleſiarum (*a*): quia Ec-
,, cleſia Conſtantinopolitana primam ſe omnium [a]
,, Eccleſiarum ſcribebat. ,, Hæc Beda. [* *Bonifacio* IV. *qui an. Dom.* 608. *claruit*.]

C 4. Sed ſi hoc arguat apud conceptum tuum
poteſtatem Papæ a Cæſare eſſe traductam &
traditam; tamen mendacium non evadis, quod
Cæſarem illum Conſtantinum dixeris, cum hi-
ſtoria dicit, Bonifacium hoc impetraſſe a Pho-
ca, qui ſucceſſit Silveſtro Papæ trigeſimus ter-
tius. Et iterum ſi ideo dicis non eſſe Roma-
nam Sedem caput omnium Eccleſiarum niſi ex
poteſtate Cæſarea, eo quod pro capitalitate ejus
Imperator decrevit; ergo conformiter poteſtas
baptizandi fideles non ineſt Sacerdotibus, niſi
a poteſtate Cæſarea, eo quod pro ea primus
Philippus (*b*) Imperator Romanus diu ante Con- [b Philippus Imperator Chriſtianus.]
D ſtantinum ipſe baptizatus liberam poteſtatem
baptizandi conceſſit. Et poteſtas prædicandi non
adeſſet Sacerdotibus Angliæ, niſi a poteſtate Re-
gia, eo quod Ethelbertus poteſtatem conceſſit,
& laxam prædicandi licentiam condonavit *Au-*
guſtino (*c*) Legato Gregorii *, & in primo in- [c * *Papæ*.]
troitu ſuo ad regnum, poſt collationem Re-
giam, ſecundum Bedam *de geſtis Anglorum*. [Beda *To.* 3. *lib.* I. *cap.* 25.]

5. Sed ſeductoria motiva ſunt iſta, & no-
runt cuncti Fideles poteſtatem iſtorum Regum
E fuiſſe ſolum *tutoriam*. Et ita Phocas Cæſar
quando capitalitatem ſtatuit Romanæ Eccleſiæ,
non ipſe tunc eam primo conceſſit, ſed anti-
qui juris poteſtatem, contra inſurgentes, impe-
riali ſuo decreto protexit: & hoc ſonat ratio
textus, qui dicit, quod hoc Imperator decre-
vit, *quia Eccleſia Conſtantinopolitana primam ſe*
omnium Eccleſiarum ſcribebat. Sic enim Con-
ſtantinopolitani Epiſcopi poſt translatum ad
eos Imperium * de Roma, frequenter uſurpa- [* Seu imperialem ſedem.]
bant Primatum. Unde Beatus Gregorius ſuper
tali quadam querebatur injuria apud *Auguſtum*
Mauritium, quam intuliſſe ſibi viſus eſt *Joan-*

 nes

(*a*) Simile quid opponunt contra Romanæ Eccleſiæ Primatum moderni hæretici, adducentes *Valentiniani* III. Novellam, qua pariter Romanæ Sedi Primatus aſſeritur: verum cum Valentinianus tum Phocas non crearunt Romanæ Eccleſiæ aliquod novum jus, ſed jam diu acquiſitum, ad tollenda diſſidia, Imperatorio edicto firmaverunt. Nec dixerunt illud jus a Chriſto Domino non eſſe Romanæ Eccleſiæ traditum; ſed dumtaxat omni poſthabita æmulatione ſervandum eſſe ſanxerunt.

(*b*) Medio Sæculo III. primum ex Imperatoribus Philippum Chriſto militaſſe, refert Paulus Diaconus lib. 10. Hiſt. Miſcel. idque piiſſimæ ab eo conditæ Leges teſtantur.

(*c*) Recole quæ jam ſupra notavimus in Epiſtola *Waldenſis* ad Martinum V. nuncupatoria.

a *nes* (*a*) ibi Epiſcopus, nominando ſe *univerſalem Epiſcopum* v. lib. Regiſt. Epiſt. *ad Auguſtam Conſtantiam*, quæ incipit, *Omnipotens Deus*.

Gregorius To. 2. Epiſt. 21. pag. 751.

GREGORIUS. Per omnipotentem (inquit) Dominum rogo, ne pietatis veſtræ tempora permittatis uniùs hominis elatione maculari: neque tam perverſo vocabulo ullum quoquo A modo præbeatis aſſenſum; atque in hac cauſa nequaquam me pietas veſtra deſpiciat: quia etſi peccata Gregorii tanta ſunt, ut pati talia debeat, Petri tamen Apoſtoli peccata nulla ſunt, ut veſtris temporibus pati iſta mereatur. Unde iterum atque iterum per omnipotentem Deum rogo, ut ſicut Parentes veſtri priores Principes, Sancti Apoſtoli Petri gratiam quæſierunt, vos quoque hanc vobis & quærere & ſervare curetis: & propter peccata noſtra, qui ei indigne ſervimus, ejus apud vos honor nullatenus minuatur, qui & vobis modo adjutor eſſe in omnibus, & poſt- B modum veſtra valeat peccata dimittere. „ Hæc ille. Ecce inſtitit apud Auguſtos Gregorius, ut ſervarent honorem Sancti Petri. Numquid ergo ex eorum arbitrali decreto pependit?

6. Sed neque præeminentia poteſtatis ejuſdem Eccleſiæ a poteſtate Cæſarea derivatur, quamvis in tuitionem ejus, decretum ſuum Phocas adjecit. Et ideo cautius noſtro Wicleffo erravit magiſter ejus Willhelmus, ſignans rationes, ſed non tempora uſurpationis prædictæ eminentiæ in Romana Eccleſia ſuper aliorum Eccleſias locorum: non quod ei forent (inquit) aliqua authoritate ſubjectæ, ſed propter Apoſto- C lorum Petri & Pauli præeminentiam, & propter multitudinem ſolemnium perſonarum in ea præpollentium, atque doctrinam; qui etiam propter illorum charitatem immenſam, & ſollicitudinem, aſſumpſerunt aliarum Eccleſiarum Prælatos, & ſingulares fideles alios inſtruere & monere. At contra hoc alius Schiſmaticus *, volens excuſare Conſtantinopolitanam Eccleſiam quia ſemper abundavit hæreticis, NICETAS ſcilicet, ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus, ut refert Anſelmus (*b*) in ſuo *Antithimenon* græce, quod eſt *Contrapoſitorum*, latine, NICETAS. Ibi (inquit) ideſt, Conſtantinopoli præſidebant ſem- D per clari Philoſophi, prægrandes Dialectici, & profundi Theologi, qui ſcirent bonum & malum abunde conferre. Romæ e contrario viri ſimplices, idiotæ, pauca veritate contenti, qui forſan neſcirent, etſi vellent, errare conſtanter. „ Et concludit cum prioribus *, quatuor olim Eccleſias fuiſſe ſorores, Conſtantinopolitanam, Antiochenam, Alexandrinam, & Romanam; ſed Romanam uſurpaſſe Primatum. Et mirum, qua arte idiotæ Romani, ſuper tot quos jactat ſagaces & doctos, poterant uſurpare Primatum. Sed ſic videtis qualiter hæretici viri ex ſuo ſenſu poteſtatem quærentes Eccleſiæ demoliri, contrarias vias invenire coguntur: quarum utraque poteſt eſſe falſa, utraque nunquam vera.

Willhelmus Huſius.

** Nicetas Patriarcha CP.*

Nicetas de ignorantia arguit Romanos Pontifices.

** Wicleffo & Willhelmo.*

7. Sed contra omnes ſimul tam Latinos quam Græcos hæreticos, qui ſine authoritate vel Scripturæ, vel Sanctorum Patrum, adinventiones ſuas contra eminentiam Sanctæ Sedis intrudunt, loquatur concors Sanctorum Patrum oratio, qui ex Orientis & Occidentis partibus in Nicænam Synodum convenerunt: cujus capitula quædam continet Reſcriptum Julii Papæ ad Orientis Epiſcopos Theognium, Theodorum, Berinthum, & alios. JULIUS PAPA. Ut omnes Epiſcopi, qui quibuſdam in gravioribus pulſantur, vel criminantur cauſis, quotiens neceſſe ſit, Apoſtolicam libere appellent Sedem (*c*), atque ad eam quaſi ad matrem confugiant, ut ab ea, (ſicut ſemper fuit) fulciantur, defendantur, & liberentur. Cujus diſpoſitioni omnes Eccleſiaſticas majores cauſas, & Epiſcoporum judicia, antiqua Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum, atque Canonum antiqua authoritas, reſervavit. Quoniam culpantur Epiſcopi, qui aliter contra fratres egerint, quam ejuſdem Sedis Papæ placuerit. „ Hæc ibi. Ecce quid unanime decrevit Sanctorum Patrum Concilium, non ex Latinis tantum, ſed ex Græcis, Africis, cæteriſque univerſi Orbis convocatis Epiſcopis in ſaluberrima illa Synodo, & majus pondus authoritatis habente omni Concilio citra tempus Apoſtolorum, uſque in præſens per omnes Eccleſias. *Omnes* (inquit) *Epiſcopi pulſati in gravioribus*, *libere appellent Apoſtolicam Sedem*, cui etiam diſpoſitionem reſervavit omnium majorum cauſarum Eccleſiæ antiqua Apoſtolorum & ſucceſſorum eorum authoritas. Ubi eſt jam Wicleffus, qui dicit, Eminentiam Romanæ Sedis in diſpoſitione omnium majorum cauſarum Eccleſiæ emanaſſe de Cæſare? ubi WILLHELMITÆ *, ubi Græci Schiſmatici, dicentes eam uſurpatam a Romanis Præſulibus? Hic in prima mundi Synodo (*d*) eam non uſurpatam, nec veniſſe de Cæſare, concors omnium Patrum definit edictum; ſed ipſi reſervatam eſſe per antiquam Apoſtolorum authoritatem, & Canones Succeſſorum; & non primo ab Apoſtolis, quamvis a tempore Apoſtolorum; ut ab ea, ſicut ſemper fuit, fulciantur & defenſentur Epiſcopi. Sic habet etiam Capitulum Decimum. CONCILIUM NICŒNUM. „ Placuit, ſi accuſatus, vel damnatus Epiſcopus

** Julius Apud Labbeum To. 2. pag. 508.*

** A Willhelmo Huſio præceptore Wicleffi.*

Concilium Nicœnum Apud Labbeum To. 2. pag. 665.

(*a*) *Joannes* cognomento *Jejunator*, Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui labente Sæculo V. de ambiendo & uſurpando in Eccleſia Primatu infandum ſucceſſoribus præbuit exemplum. Non tamen fuit primus, qui in Conſtantinopolitana Sede ambitionis febri laboraverit. Jam enim ab anno 381. Epiſcopus Conſtantinopolitanus, qui antea ne Patriarcha quidem erat, tribus Patriarchis Orientis ſe ſe anteponere, & ſecundum a Romano Pontifice facere voluit, ut ex Concilio Generali ſecundo, Can. 5. colligitur. Deinde anno 451. eo pervenit, ut Pontifici Romano par effici conatus fuerit. Nam in Synodo Calchedonen. Act. 16. Græci Patres, abſentibus Legatis Romanis, Conſtantinopolitanum Epiſcopum ita ſecundum definierunt a Romano eſſe debere, ut tamen æqualia haberet privilegia. Porro temporibus Sancti Gregorii, ac prædeceſſoris ejus Pelagii ſecundi, circiter an. 600. Epiſcopus Conſtantinopolitanus *Œcumenicus*, ideſt, *univerſalis* Eccleſiæ *Epiſcopus* appellari cœpit. Tandem anno 1054. aperte Græci pronunciarunt, Romanum Pontificem propter additionem particulæ *Filioque* ad Symbolum Conſtantinopolitanum, ex ſententia Synodi Epheſinæ, quæ id prohibuerat, de ſuo gradu excidiſſe, & jam Summum, ac primum Epiſcoporum omnium eſſe Pontificem Conſtantinopolitanum, ut ex Epiſtolis *Leonis* IX. ſatis aperte colligitur.

(*b*) Anſelmus Havelbergenſis prius in Marchionatu Brandeburgenſi Epiſcopus, deinde Ravennas, circa an. 1149. Clarus. Extat ejus *Antithimenon* apud Lucam Dacherium Spicilegii To. XIII.

(*c*) Jus appellationum ad Apoſtolicam Sedem a Nicœnis Patribus aſſertum fuiſſe exiſtimat Cardinalis Baronius, teſtem proferens Zozimum Papam, qui (ut conſtat ex Concilio Carthaginen. 6.) citavit Nicœnum pro dictis appellationibus Canonem; Julium quoque primum de quo Theodoretus lib. 2. Hiſt. cap. 4. ſcribit: *ille* (Julius) *Eccleſiæ Canonem ſecutus*, *& eos juſſit Romam venire; & divinum Athanaſium, quo pro ſe in judicio ipſe reſponderet, vocavit*. Sed non ab omnibus hæc Eminentiſſimi Scriptoris probatur opinio. Immo nonnulli eximiæ eruditionis fama præclari, hoc jus appellationum, ante Concilium Sardicenſe nuſquam ſancitum fuiſſe contendunt, ut videre eſt apud Nat. Alex. Sæc. IV. Diſſert. 18. At ſive a Nicœna, ſive a Sardicenſi Synodo jus appellationum ad Sedem Romanam aſſertum fuerit; certum eſt, illud jus non tunc fuiſſe primo conſtitutum, ſed confirmatum. Nam jure divino Romanus Pontifex eſt omnium Epiſcoporum primus, & Chriſti Vicarius. Unde ex Primatu ſuo, non ex aliena ſententia acquiſivit quod omnium inferiorum poſſit cauſas agnoſcere. Vide Nat. Alex. ſæc. IV. Diſſert. 28.

(*d*) Nicœna in Bithynia, quæ utique prima eſt, & Synodus Generalis poſt Apoſtolos: nam ante hanc plures particulares habitæ ſunt. Forte etiam dicitur *prima* ex dignitate.

„ pus appellaverit Romanum Pontificem, id „ ſtatuendum, quod ipſe cenſuerit. „ Hæc ibi. Sed notetur quod dixit, *Sicut ſemper fuit*, ſcilicet, ab ipſo Chriſto, ſicut ſupra * dixit Anacletus: qualiter etiam Auguſtinus dicit Principatum Eccleſiæ Apoſtolicæ ſemper viguiſſe Romæ, authoritate Chriſti, & traditione Apoſtolorum, in Epiſtola *ad Donatiſtarum Epiſcopos*, AUGUSTINUS. Erat etiam transmarinis vicina re„ gionibus (Carthago ſcilicet) & fama celeber„ rima nobilis. Unde non mediocris authori„ tatis utique habebat Epiſcopum, qui non „ poſſet non curare multitudinem conſpirantem „ inimicorum, cum ſe videret & Romanæ Ec„ cleſiæ, in qua ſemper Apoſtolicæ Cathedræ „ principatus viguit, & cæteris terris, unde „ Evangelium ad Africam venit, per commu„ nicatorias literas (*a*) eſſe junctum. Hæc Auguſtinus. Jam ſecure teneamus præeminentiam & principatum Romanæ Sedis non emanaſſe de Cæſare, nec uſurpatum eſſe poſt Apoſtolos, quem pene primus omnium Anacletus ſcripſit fluxiſſe de Chriſto; & ſplendida Synodus Nicæna; demum & egregius Auguſtinus ſemper inibi viguiſſe concedunt.

* *num.* 2.

Auguſtinus *To.* 2. *Epiſt.* 43. *pag.* 92.

CAPUT XXXIV.

De præeminentia poteſtatis Papæ juriſdictionaliter coactivæ.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Papa juxta impiam Wicleffi ac magiſtri ſui opinionem, non habet juriſdictionem coactionis: & quæ fuerit eorum levis ratio.*
2. *Petro, ejuſque ſucceſſoribus poteſtatem quamdam moderatiſſimæ coactionis a Chriſto fuiſſe conceſſam, probatur.*
3. *Qui in Petro concedunt potentiam in gratiis indulgendis, ſed negant diſtrictivam poteſtatem in criminibus retinendis, ji Sancti Petri potentiam dimidiant.*
4. *Qua Sacræ Scripturæ auctoritate defendatur in Petro hujuſmodi potentia.*
5. *Inſtantia Willhelmi adducitur, & rejicitur Sanctorum teſtimoniis.*
6. *Nova adhuc hæreticorum objectio ponitur, ac ſolvitur: Oſtenditurque Chriſtum hanc coactionis poteſtatem diſcipulis tribuiſſe.*
7. *Inſtant tertio Wicleviſtæ, an Petrus hanc cogendi potentiam ſit executus: quibus breviter, facileque reſpondetur.*
8. *Aliud hæretici diverticulum notatur, & ſolida reſponſione præcluditur.*

1. NEc tantum præeminentia poteſtatis *hortatoriæ* incumbit Romano Pontifici ex lege Chriſti ſic indulgentis; ſed etiam præeminentia poteſtatis *coactivæ*, ut ſic utar termino cum Willhelmo pædagogo noſtri Wicleffi, dicente a propoſito, & probante oppoſitum, WILLHELMUS. Papa (inquit) non habet majorem „ juriſdictionem coactivam, quam habuit Chri„ ſtus, cujus eſt vicarius: ſed Chriſtus non ha„ buit, in quantum homo mortalis, juriſdictio„ nem coactivam: quia juriſdictio coactiva ſi„ ne divitiis, vel adjutorio habentium divi„ tias, convenienter exerceri non poteſt, & „ per conſequens inutiliter retinetur. Chriſtus „ autem omnes divitias neceſſarias ad juriſdi„ ctionem coactivam exercendam, quoad domi„ nium, penitus abdicavit, divitumque adjuto„ rio minime utebatur. „ Ergo juxta hanc magiſtri ſui ſententiam incedens Wicleffus, dicit libro *de prævaricantia Sectarum* cap. IV. de Papa loquens: „ Licet iſte refuga vendicet nunc „ judicare totam Eccleſiam militantem, & quod „ habeat plane ſenſum Domini, quem neceſ„ ſe eſt ipſi aſſiſtere, totum quod fecerit con„ firmando; & ſic quod Chriſtus fuit in mori„ bus ipſi ſimilis, ſicut & erit in die judicii; „ cum tamen iſta exiſtimatio ſit blaſphema, & „ per conſequens iniqua, non dubium quia in „ die judicii verus judex ſæculi arguet ipſum, „ & blaſphemiam iſtam ſtatuet contra ipſius „ mentis faciem. „ Hæc ille. Et conſequenter ſecundum hunc tenorem habet *Concluſio* ter damnata XIX. „ Poteſtates, quæ finguntur a Pa„ pa & aliis quatuor novis Sectis*, ſunt fictæ, „ & ad ſeducendum ſubditos diabolice intro„ ductæ, ut Prælatorum Cæſareorum excom„ municatio, citatio, incarceratio, & redditus „ pecuniarum vendicatio (*b*). „ Hæc Wicleffus.

Willhelmus *Huſſus.*

Wicleffus.

* *Subaudi* Quatuor Ordinibus Mendicantium.

2. Hoc dubium ſolvunt filii Eccleſiæ, dicentes poteſtatem quamdam moderatiſſime coactivam, ad ceſſandum de vitiis, & corruptivis Eccleſiæ, conceſſam Beato Petro & ejus ſucceſſoribus in Eccleſia Jeſu Chriſti (*c*) cum diceret: *Quidquid ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis.*

Matth 16. 19.

3. Unde qui concedunt Beato Petro potentiam ſolutivam in gratiis indulgendis; ſed negant ipſi diſtrictivam in obduratorum retinendis criminibus, ji dimidiant potentiam Sancti Petri, & Chriſti capitis invident largitati.

4. Expoſcunt torva fronte fundationem hujus poteſtatis in Chriſto & Apoſtolis. At Eccleſia ſolet allegare poteſtatem illam, qua Chriſtus vendentes & ementes ejecit e templo: ubi cuncta non regaliter faciens in opus regni, ſed in obſequium Dei vice Sacerdotis: *Nolite* (inquit) *facere domum Patris mei, domum negotiationis.*

Matth. 21. 12.

Joan. 2. 16.

5. Hic ſubridet WILLHELMUS. Sed magiſter „ Petrus * (inquit) plane dicit eum tunc eſſe „ functum vice Oſtiarii; quod utique miniſte„ rium tantum eſt, non authoritas. „ Sed adhuc falleris: quia dici poteſt, quod Chriſtus hoc fecerit bina vice: ſemel in initio ſignorum, ſtatim

Willhelmus Huſſus.

* *Petrus Lombardus Magiſt. ſent.*

Joan. 2. 11. Bis ejecit Chriſtus vendentes de templo.

(*a*) *Communicatoriæ Literæ* concedi olim ſolebant in Eccleſia, veluti quædam Eccleſiaſticæ communionis, & Catholicæ fidei teſſera. Earum antiquiſſimum uſum plura Eccleſiaſtica monumenta teſtantur, præſertim Synodus Arelatenſis prima, quæ Canone 7. ſancivit, ut Fideles, qui ad Præſidis munus promoverentur, *literas acciperent Eccleſiaſticas communicatorias*. Concilium Cabilonen. vetat ne hujuſmodi literas dare præſumerent Abbates, Presbyteri, Recluſi, Martyrarii, ſeu Clerici, qui Oratoriis, in quibus corpora Sanctorum Martyrum quieſcebant, erant præfecti. Jus concedendi tales literas ſolis Epiſcopis vendicat Concilii Turonenſis ſecundi Canon ſextus. Tunc autem hæ literæ vocatæ ſunt *Formatæ*, cum arcana quarumdam notarum ſpecie formari cœptæ ſunt, ſeu quibuſdam caracteribus conſignari, quorum arcana eſſet ſignificatio, & ſolis Eccleſiæ alumnis nota. In iis exarabantur Græca elementa initialia Patris, Filii, & Spiritus Sancti; primæ etiam literæ nominis Epiſcopi, qui eas dabat, ejus cui dabantur, Civitatis e qua mittebantur, & Indictionis.

(*b*) Hanc doctrinam optime retinuit Wicleffi diſcipulus *Joannes Huſſus*, & audacter illam docuit in art. 14. in Concilio Conſtantien. Seſſ. 15. recitato. Idem poſtea Lutherus in art. 33. & in aſſert. ejuſdem. Nec novus eſt error: nam etiam Donatiſtæ olim idem docuerunt, ut *Parmenianus*, *Petilianus*, & *Gaudentius*, ut Auguſtinus teſtatur lib. 1. contra Epiſtolam Parmeniani cap. 7. lib. 2. contra literas Petiliani cap. 10. & contra Epiſt. Gaudentii cap. 17. & 26. & Epiſt. 50. ad Bonifacium.

(*c*) Hanc poteſtatem non Succeſſoribus Petri, ſed Magiſtratibus tribuunt nonnulli hæretici. Nam Calvinus poſtquam Michaelem Servetum tamquam hæreticum publice ſupplicio extremo affeciſſet, & ab aliis Sectariis (qui Wicleffianam doctrinam non ignorabant) argueretur, edidit libellum, in quo demonſtrat, licitum eſſe in hæreticos gladio animadvertere. *Benedictus* quoque *Aretius* in hiſtoria de ſupplicio Valentini Gentilis, eumdem Gentilem ob hæreſim jure cæſum a Bernenſi Magiſtratu contendit. Fuſius vero idipſum docet Theodorus Beza in lib. de hæreticis a Magiſtratu puniendis.

[Joan. 2. 21. Luc. 19. 46. Matth. 21. 12. Mar. 11. 15.] tim adepto baptiſmate, de quo *Joannis* II. Et iterum ante paſſionis ſuæ modicum intervallum, de quo *Lucæ* XIX. Unum cum ſubauthoritate quadam remiſſe perfecit; alterum vero cum poteſtatis plenitudine. Unde Chryſoſtomus *ſuper Joan.* homil. XXII. tractans hunc textum Joannis, *Quoniam prope erat Paſcha, & aſcendit Jeſus Jeroſolymam*, [Chryſoſtomus To. 8. pag. 133. num. 1.] CHRYSOSTOMUS. Aſcendens „ (inquit) Jeroſolymam, quid fecit? Rem multa authoritate plenam. Cauponas enim illos, [Matth. 21.] & nummularios, & eos qui columbas & boves & oves vendebant, & ideo illic converſantes, ejecit. Et alius quidem Evangeliſta habet, quoniam ejiciens dicebat: *Non facite domum Patris mei ſpeluncam latronum*: hic autem ait, *domum negotiationis*; non contraria ad invicem dicentes, ſed oſtendentes quoniam ſecundo hoc fecit. Etenim non ſecundum idem tempus utraque facta ſunt: ſed illud quidem in initiis, nunc autem in ipſam paſſionem veniens hoc facit: ideoque vehementioribus ſermonibus utens, *ſpeluncam* vocavit. In principio vero ſignorum non ita, ſed remiſſa quodammodo increpatione utitur: unde dicimus, ſecundo hoc factum eſſe. „ Hæc Chryſoſtomus. Ecce bina vice Chriſtus ejecit de templo: ſemel in initio ſignorum, atteſtans ordini Oſtiarii, qui pene primus eſt, & in ipſo ingreſſu ſitus Ordinis Clericalis: & demum cum poteſtate & vehementia magna ad terminum vitæ ſuæ, quaſi gerens in hoc vicem [Epiſcopus, conſummatus eſt Sacerdos.] Sacerdotis, vel forſan Epiſcopi, qui eſt conſummatus Sacerdos, & terminus perfectionis in Ordine Clericali. Et huic conſonat Auguſtini expoſitio in *Quæſtionibus Evangeliorum*, lib. II. [Auguſtinus To. 3. pag. 284. num. 2.] quæſt. XLVIII. AUGUSTINUS. Domus (inquit) mea, domus orationis vocabitur: vos autem [Joan. 16. 19.] feciſtis illam ſpeluncam latronum. Significavit futuros eſſe in Eccleſia, qui ſua negotia potius agerent, vel receptaculum ubi manerent * ad occultandum ſcelera ſua, quam ut Chriſti charitatem ſequerentur, & peccatorum confeſſione, accepta venia, corrigerentur. „ Hæc ille. Correctio vero & indulgentia veniæ in confeſſione peccatorum, non Oſtiariis, ſed ſolis incumbit Sacerdotibus, quibus dixit Chriſtus, *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*.

[* M. ibi haberent.]

[Joan. 20. 23.] At quid probat Willhelmus, cum dicit Chriſtum non habuiſſe divitias neceſſarias ad juriſdictionem coactivam, vel adjutorium habentium divitias; ergo Chriſtus non habuit juriſdictionem coactivam? Mirabile quid, quod hucuſque vir literarum peritus poſſit ſtulteſcere. Non hominem tantum pauperem confitentur Fideles fuiſſe Chriſtum, ſed & divitem Deum. Ex parte hominis queritur Petrus in Actibus de Juda, cur [Act. 2. 25. Pſal. 15. 2.] perſecutus ſit hominem inopem & mendicum. Ex parte Dei David cecinit, *Dixi* (inquit) *Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges*. VESTIGIUM ERGO DEI ET HOMINIS EST, DIVES mendicitas, & infirmitas [Chriſtus ſimul mendicus & potens.] ſumme potens. Mira res! (inquis). Mira valde, ſed certa. Audi hoc Ambroſium dicentem [Ambroſius To. 1. lib. 9. pag. 1499. num. 20.] lib. VIII. *ſuper Luc.* cap. II. AMBROSIUS. Æs effunditur, ut gratia colligatur: menſa nummulariorum evertitur, ut Domino ſubigatur*: ara dejicitur, ut erigantur altaria. Atque hoc, [Joan. 2. 15.] non aliqua ſuccinctus armatorum manu, divitiiſque, faciebat; ſed flagello de reſtibus cædebat turbas, & reſiſtere nullus audebat. Et nunc virga utitur, nunc flagello. (Virga [Pſal. 44. 7.] enim recta, eſt virga regni tui) virga ut corrigat; flagello ut ſuadeat. Directa illic; hic mortalis quaſi inflexa præceptio, qua peccatoris conſcientia velut lento verbere flagellatur. Alii enim ſunt terrores Prophetici, alii Apoſtolicæ ſuaſiones: in utroque tamen eſt unius verbi diſciplina. „ Hæc ille.

[* M. ſubtrigatur.]

Ecce quod ſine potenti manu hominum armatorum, ſine divitiis potuit Chriſtus in flagello proprio cædere turbas tam potenter, ut nullus reſiſteret [A] ſibi. Quid credis? Numquid quod Chriſtus in hoc dedit facto intelligi, quod ſine omni reſpectu ad divitias vel poteſtatem Principum, haberet Paſtoralis eminentia in Eccleſia vim ſuam coactivam, ut ſive in flagello Apoſtolico lente ſuadeat, ſive in virga cum terrore corripiat, in utroque erit divini unius verbi Chriſti, & non Cæſarea diſciplina?

6. „ Sed quorſum hæc, niſi hanc ipſam (inquis) coactivam potentiam Chriſtus commiſiſſet Apoſtolis? Multa enim fecit Chriſtus, quæ cæteris non incumbunt. Apoſtoli, ut hic per te exponit Ambroſius, ſuadebant in [B] flagello, non terrebant in virga. „ Immo utriuſque poteſtatem tradidit eis Chriſtus per tria loca Evangelica: „ Si peccaverit (inquiens) [Matth. 18. 15.] frater tuus, vade & corripe ipſum inter te & ipſum ſolum &c. „ uſque ibi, *Sit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus*. [Matth. 16. 19.] Item in eo loco, ubi commiſit clavium poteſtatem, *Quæcumque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis*. [Matth. 7. 6.] Et iterum ubi vetat Sanctum dare canibus. Quantum autem hæc loca arguant coactivam potentiam commiſſam Eccleſiaſticis viris & Chriſti Apoſtolis, ſi quid tibi valeat, Auguſtinus exponat in libro ſuo utique *de fide & operibus* [C] circa principium, ideſt, cap. III. [Auguſtinus To. 6. pag. 167. num. 4.] AUGUSTINUS. Ipſe (inquit) Dominus exemplum ſingulare patientiæ; qui etiam in duodecim Apoſtolis uſque ad paſſionem diabolum * pertulit; [* Judam.] & qui ait, *Sinite utraque creſcere uſque ad meſſem, ne forte dum vultis colligere zizania, ſimul eradicetis & triticum*; [Matth. 13. 29.] retiaque illa in ſimilitudine Eccleſiæ uſque ad littus, ideſt, uſque ad ſæculi finem bonos & malos piſces habitura prædixit; & cætera, ſi qua de permixtione bonorum & malorum, ſive aperte, ſive per ſimilitudines eſt locutus; non ideo omittendam cenſuit Eccleſiæ diſci- [D] plinam: immo vero admonuit adhibendam, quando ait: *Attendite vobis: ſi peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum.* [Matth. 18. 15.] *Quod ſi te non audierit, adhibe teſtes: quod ſi hos non audierit, dic Eccleſiæ: quod ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus*. Deinde ipſius ſeveritatis terrorem graviſſimum adjecit etiam eo loco, [18.] dicens: *Quæ ſolveritis in terra, erunt ſoluta & in cœlo: & quæ ligaveritis in terra, erunt ligata & in cœlo*. Prohibet etiam Sanctum dari canibus. [Matth. 7. 6.] „ Hæc Auguſtinus. Jam habes ecce diſciplinæ Eccleſiaſticæ poteſtatem [E] commiſſam Paſtoribus, non quidem conſtituendi tantummodo Sacerdotes, ut tu exponis; ſed nec lente conſulendi in pœnitentiæ foro privato, ut ſuggeris: ſed ipſius (inquit) *ſeveritatis terrorem graviſſimum* adjecit, dicens, [Matth. 16. 19.] *Quæcumque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cœlo*. At quibus dixit iſta Chriſtus? Numquid Imperatoribus aut Regibus, quia Commilitones tui fingunt iſtam eſſe poteſtatem regiam? Sed videas, ſi ex hoc Regibus committatur libere ligandi & ſolvendi poteſtas; & ipſis etiam poteſtatem largire ſolvendi: aut hoc iſtis dimidia, illud illis. Ridicula ſunt iſta, quia tunc non adorabant Chriſtum omnes Reges terræ; immo *Principes convenerunt in unum adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum ejus*. [Pſal. 2. 2.] Et ſoli Petro porrectum eſt verbum poteſtatis,

ſed

Poteſtatem quam accepit Petrus acceperunt ſimul ſucceſſores.

ſed & in Petro omnibus, non tantum præſentibus, ſed etiam futuris.

7. Sed hic aures noſtras quæſtione fatigant, „ & quomodo Petro eſt hæc terrifica commiſſa poteſtas, & ubi executa per Petrum? „ inquiunt. At breviter reſpondemus, quod ubi eſt Apoſtolis omnibus una cum Petro tradita poteſtas moderate ligandi, ibi Petrus præ aliis eminenter accepit quod acceperunt omnes communiter: & hanc etiam eminentiam ſingularem executioni exhibuit, ubi præ aliis extracto gladio aurem mancipii amputavit. Ambroſius ex hoc, Petro dirigit ſermonem, dicens, Ambrosius. Tollat ergo Petrus aurem. Quare Petrus? „ Quia ipſe eſt, qui accepit claves regni cœlorum. Ille autem qui damnat & qui abſolvit, quoniam ligandi idem & ſolvendi adeptus eſt poteſtatem. Tollit aurem, male audientem *: tollit autem gladio ſpirituali aurem interiorem male intelligentem *. „ Hæc Ambroſius *ſuper Lucam*, lib. ultimo cap. xii. Ecce *ex hoc* quod Petrus accepit claves regni cœlorum, ipſe damnat, & amputat aurem male intelligentem. Et quare Petrus, pluſquam omnes? Quia ipſe eſt, qui accepit claves regni cœlorum (ideſt eminenter accepit) ideo ipſe eſt qui damnat in gladio præ aliis: ipſe præ aliis coactivam poteſtatem nactus Eccleſiæ, aurem tollit.

Matth. 16. 19.

Quando Petrus poteſtatem exercuerit coactivam.
Matth. 26. 51.
Ambroſius *To. 2. lib. 10. pag. 1518. num. 67.*
Matth. 16. 19.

* *M. audientis.*
* *M. intelligentis.*

8. Sed dicis: *non tollit niſi in gladio ſpirituali*. Hoc ipſum verum dicis: tollit Cæſar ferro, ſed Petrus verbo. Sed & utique verbo Dei quod pertingit uſque ad diviſionem animæ & ſpiritus; & tradit Sathanæ, ſaltem ad interitum carnis, ut Spiritus ſalvus ſit in die Domini. Et hoc gladio non ſolus Petrus, ſed & omnes ſucceſſores Petri funguntur, quorum nomine ſciſcitatus eſt Chriſtum Petrus, dicens: *Domine, ſi percutimus in gladio?* Bernardus libro ii. *ad Eugenium*, quaſi quæſtioni annuens, „ Bernardus. Aliorum (inquit) poteſtas certis arctatur limitibus; tua extenditur & in ipſos qui poteſtatem ſuper alios acceperunt. „ Nonne, ſi cauſa extiterit, tu Epiſcopo cœlum claudere: tu ipſum ab Epiſcopatu deponere, & etiam tradere Sathanæ potes? Stat igitur inconcuſſum privilegium tuum tibi tam in datis clavibus, quam in ovibus commendatis. „ Hæc Bernardus. Ecce ſucceſſorem Petri Eugenium Bernardus quaſi Petrum alloquitur, & generali poteſtate, quam etiam in Epiſcopos ſuæ poteſtatis participes accepit per clavium commiſſionem ſalutat, ut ſic pateat Papam quemlibet in commiſſione clavium generali, etiam in uſu coactivæ & terrificæ poteſtatis cæteris Antiſtitibus anteferri. Et inde Sixtus Papa, ſecundum calculum Auguſtini *, ſextus a Petro, cum non juvit Papam, ſed oppreſſit potentia Principalis, in Decreto ſuo, capitulo ii. Sixtus. Si quis (inquit) veſtrum „ pulſatus fuerit in aliqua adverſitate, licenter hanc Sanctam & Apoſtolicam appellet „ Sedem; & ad eam, quaſi ad Caput, ſuffugium „ habeat, ne innocens damnetur, aut Eccleſia „ ſua detrimentum patiatur. – Et infra – Ab „ hac enim Sede Sancta ab Apoſtolis tueri, „ defendi & liberari Epiſcopi juſſi ſunt, ut ſicut eorum diſpoſitione (ordinante Domino) „ ſunt primitus conſtituti, ſic hujus Sanctæ Sedis (cujus diſpoſitioni ſuas cauſas & judicia „ ſervaverunt) protectione futuris temporibus „ ſint ab omnibus adverſitatibus ſemper liberi. Unde culpantur ii, qui aliter circa fratres egerint, quam hujus Sanctæ Sedis Rectoribus placere cognoverint. „ Hæc ille. Declarat iſte textus poteſtatem & tuendi & culpandi hanc Sedem ſuam accepiſſe ab Apoſtolis, ideſt, primo per ipſos, ſic ordinante & diſponente ipſis Domino pro futuris temporibus. Neſcio, & ut verius dicam, non ſcio, utrum tam cito, cum jam præeſſe crux fuit, non gloria, poteſtatem uſurparet indebitam (*a*). De Cenſuris Eccleſiæ, & ſpeciebus hujus poteſtatis, dicetur in ſequentibus (*b*). Jam autem quantum iſte locus interrogat, dixiſſe ſufficiat, ut ſciatur qualiter poteſtatem iſtam piiſſimus Chriſtus per ſe ipſum exercuit: & qualiter ex vi clavium toti Prælaturæ Eccleſiæ, eminentius autem Sancto Petro, & ſucceſſoribus Sedis illius, commiſit eamdem.

Hebr. 4. 12.
1. Cor. 5. 5.
Luc. 22. 49.
Bernardus *To. 1. cap. 8. pag. 428. num. 16.*
* *In Epiſt. ad Generoſum.*
* Sixtus I. *Apud Labb. To. 1. pag. 560.*

CAPUT XXXV.

Quod omnis Romanus Epiſcopus, ſeu Papa rite ingrediens, in poteſtatem & præeminentiam Eccleſiæ ſuccedit cum Petro.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Papa, qui non ſequitur Chriſtum & Petrum in moribus, in poteſtate eis non ſuccedit, dicit Wicleffus.*
2. *Erraſſe ac deliraſſe Wicleffum in hac poſitione, apertiſſime demonſtratur.*
3. *Quod Paganorum errorem, idololatrarumque opinionem tutari viſus eſt Wicleffus, cum Papalem dignitatem ex vitæ moribus aſſerit eſſe exiſtimandam.*
4. *Heretici exiſtimaverunt ſucceſſionem Summorum Pontificum non poſſe ex Scripturis probari.*
5. *Quod hujuſmodi ſucceſſio teſtimonio Scripturæ probari poſſit, ex Auguſtino, aliiſque Doctoribus demonſtrat.*

1. Errant igitur graviter qui primæ Sedis poteſtatem exemplatam *, & a Chriſto donatam diſſimulant: magis autem qui negant; quia ſolis conjecturis iniqui ſui ſenſus ne Petrus in poteſtate ſibi conceſſa Chriſto, aut quiſquam alius Petro ſuccedat, arguunt, approbant, & inducunt. Colorem ſibi fingunt ex merito Præſidentis, volentes, ut quiſquis Petro ſuccedit in officio, ſuccedat & in merito; ita ut quiſquis Petri caruerit moribus, careat & poteſtate. Unde Wicleffus *de Serm. Dom. in monte* ſecunda parte, cap. xxix. Wicleffus. Si „ (inquit) Papa non ſequitur Chriſtum in moribus, nec imitatur Petrum in converſatione ſancta, ſed vivit omnino contrarie, quid „ ipſi & Petro, ut ex vita Petri habeat illud „ nomen? Evidentia quidem eſt, cum nec Chriſtus nec Petrus canduit tali cupidine mundanorum, nec premebatur talibus vitiis, cujuſmodi ſunt in Papa; non ſequitur, niſi a „ contrario ſenſu: iſti ſic præficiebantur Eccleſiæ; ergo & Papa. „ Hæc ille. Et juxta hoc, eſt inter ter damnatas *Concluſiones* Concluſio clxxxviii. Quod *non promiſit Deus quod quicumque in officio Paſtorali Petro ſucceſſerit, gaudebit dignitate, ut ſit Caput Eccleſiæ.*

* *Supra num. 6. & 7. cap. præced.*
Wicleffus.

2. Optime Deus! Tu noſti quantum in Paſtori-

(*a*) Argumentum eſt contra Græcos, qui ſupremam juriſdictionem a Romano Antiſtite uſurpatam contendunt.

(*b*) De Cenſuris ſcripſit Waldenſis in ſui *Doctrinalis* Tomo quarto, nuſquam impreſſo, de quo dubium eſt an adhuc extet.

ſtoribus tuorum fidelium laudant Chriſtiani tui Sanctam vitam Sanctæ Cathedræ reſpondentem; quantoque ardore concupiſcitur, quantiſque apud te ſubjectorum ſuorum gemitibus poſtulatur tam ſancta, tam veneranda, tam præcelſa concordia pietatis & poteſtatis, magni meriti & alti faſtigii, ſublimitatis & ſanctitatis; fervidum oſculum, & intemeratum connubium. Tu ipſe tamen docuiſti Eccleſiam, potentiam illam quam tuis Paſtoribus largitus es, tuam eſſe, non illius; & ideo quod ſolvunt vel ligant, quod baptizant, quod conſecrant, non ex vita dependere vel merito, ſed ex infinitæ tuæ arbitrio majeſtatis. Et per hoc ſcimus quantum a fide tuæ veritatis exorbitat qui vitam Petri cum tua tam præcelſa potentia commenſurat. Quoniam quam certe concedimus, quod vita vitæ, & mores moribus, & actio detrahit actioni; tam certe negamus fideliter, quod vita poteſtati derogat. Bernardus enim dixit ad Eugenium Papam lib. II. *de conſideratione*, BERNARDUS. Quid (inquit) ſi Summus Pontifex ſis? „ Numquid quia Summus Pontifex, ideo Summus? Infimum noris te eſſe, ſi Summum putas. Quis Summus? cui addi non poſſet. Graviter erras, ſi te illum exiſtimes. Abſit. Non tu de illis es, qui dignitates, virtutes putant. Tibi ante experta virtus, quam dignitas fuit. Auguſtis relinquito illam ſententiam, & aliis, qui divinis coli honoribus non timuerunt; v. g. Nabuchodonoſor, Alexandro, Antiocho, Herodi. Tu vero conſidera, non conſummatione Summum te dici; ſed comparatione. Nec putes me comparationem dicere meritorum, ſed miniſteriorum. Sic te exiſtimet homo, ut miniſtrum Chriſti, & (quod abſque præjudicio Sanctitatis cujuſpiam dixcrim) Summum plane inter minſtros. Alioqui niti te ad ſummum velim, non putare ſummum, aut velle putari antequam ſis.„ Hæc Bernardus. Ecce Summum Patrem, ecce ſummam poteſtatem, non merito, ſed miniſterio.

Eccleſia orat, ut Summus Pontifex ſummam habeat ſanctitatem.

Bernardus To. 1. cap. 7. pag. 427.

Unde Romanus Pontifex dicatur Summus.

3. Paganus error fuit, ſummam poteſtatem ſummam affirmare virtutem (*a*). Opinionem idololatrarum Antiochi & Alexandri fovet Wiclevifta, cum dicit, poteſtatem Papalem ſummam vitæ virtutem. Aut alioquin Sacerdotium hominis ex ſuis vita & operibus æſtimandum. Dicunt fideles ergo, Papam non eſſe, ſed imitari debere vitæ melioris aſcenſum; eſſe tamen Papam poteſtate & Sede, & quaſi identice Papam Petrum, non perſona, ſed officio, æqualitate poteſtatis, quamvis imparitate virtutis. BERNARDUS. Age (inquit) indagemus adhuc „ diligentius qui ſis, quam geras videlicet pro tempore perſonam in Eccleſia Dei. Quis es? Sacerdos magnus: Summus Pontifex. Tu princeps Epiſcoporum, tu hæres Apoſtolorum, tu Primatu Abel, gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, authoritate Moyſes, judicatu Samuel, poteſtate Petrus, unctione Chriſtus. Tu es, cui claves traditæ, cui oves creditæ ſunt.„ Hæc Bernardus. Ecce Papa Eugenius, Papa Petrus poteſtate, & unctione Chriſtus. Quid jam dicit noſter Wicleffus: quomodo convenit ipſe Bernardo Sancto, cum dicit *Concluſione* inter damnatas CXXXVI. „ Quod Papa ſit Summus Pontifex, eſt ridiculum: & Chriſtus nec in Petro, nec in alio, talem approbat dignitatem? „ Cui eſt hoc *ridiculum*, niſi quibus Chriſtus eſt ſtultitia? de quibus quæritur in Pſalmo: *Omnes videntes me, deriſerunt me:* deriſerunt in perſona ejus, derident & nunc in corpore ejus, quod eſt Eccleſia. *Viderunt enim eam hoſtes ejus, & deriſerunt ſabbata ejus*. Hi derident: his enim eſt Papa ridiculus, quos tamen nec Papa, nec Eccleſia Dei dignatur aſpicere, ſcientes ſcriptum eſſe Proverb. IX. *Qui erudit deriſorem, ipſe ſibi facit injuriam*. Et BEDA. Fruſtra (inquit) laborat, qui verbum ſapientiæ inculcare nititur ei, qui audire contemnit, ſapientiorem ſe doctore, & majorem exiſtere credens.„ Hæc ille.

a

Summa poteſtas, non eſt ſumma virtus.

Bernardus To. 1. lib. 2. de conſid. pag. 428. num. 15.

Summi Pontificis prærogativæ.

Wicleffus.

Pſal. 21. 8.

Thren. 1. 7.

Prov. 9. 7.

Beda To. 4. pag. 637.

4. Sed deſeramus iſtum deriſorem & ejus *ridiculum*, & revertamur ad docendum & certificandum fideles de poteſtate Summi Paſtoris fidelis in terris. Ambiguitas una de maximis infertur ab his qui dicunt: „ Et ſi credere debeamus Petrum habuiſſe tam extenſam potentiam, cui palam eſt ex Scriptura Chriſtum commiſiſſe Eccleſiam: ſed quo jure hoc trajiciunt Succeſſores, quod Chriſtus non expreſſit? Audivimus Chriſtum Petro dicere, *Paſce oves meas*, & *confirma fratres tuos*. Numquid audivimus, *confirmate omnes Succeſſores Petri?* aut, *omnes vos paſcite oves meas?* Et *ſitis omnes Summi Pontifices in plenitudine poteſtatis?* „ Huic videtur ſatisfacere praxis Scripturæ. Ecce III. Reg. XIX. legimus dixiſſe Dominum ad Eliam: „ Vade, & revertere in viam tuam per deſertum in Damaſcum: cumque perveneris illuc, unges Azael Regem ſuper Syriam: & Jehu filium Namſi unges Regem ſuper Iſrael: Eliſeum autem filium Saphat, qui eſt de Abelmheula unges Prophetam pro te. „ Hic vides, quod accepit Elias poteſtatem ungendi & præficiendi duos Reges in populo, & unum Prophetam, ab ore Domini ſpecialiter committentis. Revolve Scripturas; invenies Eliam inſtituere Eliſeum Prophetam, ſtatim ibidem dicente Scriptura: „ Profectus inde Elias invenit Eliſeum filium Saphat, arantem in duodecim jugis boum, miſitque pallium ſuum ſuper eum. „ Reges vero prædictos non inſtituit; ſed Eliſeus unxit Hazael Regem Syriæ, ut putatur velle Scripturam IV. Reg. VIII. Et nec ipſe jam Eliſeus unxit Jehu, ſed adoleſcens quidam (*b*) ex filiis Prophetarum IV. Reg. IX. Et qua poteſtate hoc fecit Eliſæus? Qua etiam poteſtate commiſit hoc alteri? Vicaria poteſtate Eliæ, quam ipſo ſucceſſionis jure contraxit, quamvis Deus vel Scriptura de hac poteſtate ſubticuit.

Joan. 21. 18.

Luc. 22. 32.

3. Reg. 19. 15.

3. Reg. 19. 19.

4. Reg. 8. 12.

b

4. Reg. 9. 7.

5. Potior eſt poteſtas Petri Summi Pontificis in nova lege, quam in lege veteri Eliæ Prophetæ. Commiſit enim Petro Chriſtus inſignem poteſtatem totius Eccleſiæ inſtituendi primos Paſtores Eccleſiæ per ſe ipſum; & inſtituendi, vel inſtruendi, & ungendi Reges, & Duces Regnorum per alios; prærogativa ſemper potentiæ amplioris Succeſſoribus reſervata, quod ipſi integram in ſe & aliis committendi habeant facultatem; quemadmodum Eliſæus unctionem Jehu commiſit alteri. Vide jam modum divinæ legis tam eſſe præciſum & gravem, ut putet ſatis

Summi Pontifices ſuam poteſtatem alteri delegare.

4. Reg. 9. 7.

(*a*) Hanc falſam ſententiam Alexandro inſinuaſſe videntur Gymnoſophiſtæ, ut ex Strabone lib. 15. colligitur. Porro virtutem Deam eſſe effingebant Pagani, quod omnia eam poſſe exiſtimarent. Sed dicendum cum Auguſtino 4. de Civ. Dei cap. 20. *Quia virtus Dea non eſt, ſed donum Dei eſt; ipſa ab illo impetretur, a quo ſolo dari poteſt*,

(*b*) Hunc adoleſcentem aliqui opinantur fuiſſe Jonam, qui tunc, ſicut cæteri Prophetæ, erat ſub poteſtate Eliſæi. Et addunt ipſum fuiſſe filium mulieris Sareptanæ, quem Elias a morte ſuſcitaverat. Vide Abulenſem, quæſt. 3.

A Chriſto poteſtatem accepit Eccleſia ſimul cum Petro.
Matth. 16. 19.

tis eſſe Succeſſori poteſtatis, quod accepit eam in Patribus. Sic enim Auguſtinus dicit, quod tota Eccleſia in omni poſteritate ſua juriſdictionis ſuæ dotem ſimul accepit cum Petro, cum diceret ei Dominus, *Tibi dabo claves regni Cœlorum &c.* Tractatu L. *ſuper Joan.* prope finem,

Auguſtinus To. 3. pag. 633. num. 12.
Matth. 16. 19.

AUGUSTINUS. Si (inquit) in Petro non eſſet „ Eccleſiæ Sacramentum, non ei diceret Dominus, *Tibi dabo claves regni cœlorum: quæcumque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in Cœlo*. Si hoc Petro tantum dictum eſt, „ non hoc facit Eccleſia: ſi autem & in Eccleſia fit ut quæ in terra ligantur, ligentur „ in Cœlo; & quæ ſolvuntur in terra, ſolvantur in cœlo: quia CUM EXCOMMUNICAT ECCLESIA, IN CŒLO LIGATUR EXCOMMUNICATUS: cum reconciliatur ab Eccleſia, in cœlo „ ſolvitur reconciliatus. Si ergo hoc in Eccleſia „ fit, Petrus quando claves accepit, Eccleſiam „ Sanctam ſignificavit.„ Hæc ille*. Ecce tota Eccleſia habuit æquam poteſtatem una cum Petro. Quod ſi ſoli Petro daretur illa poteſtas, jam nec aliquis in Eccleſia Sacerdos, vel Epiſcopus, quidquam poſſet ſolvere vel ligare. Idcirco Rhabanus ſuper hunc textum, *Tu es Petrus &c.* in expoſitione ſuper Matthæum,

** Vide infra cap. 37. num. 3.*
Matth. 16. 19.
Rhabanus To. 5. lib. 5. pag. 99.

RHABANUS. Hæc „ (inquit) ligandi atque ſolvendi poteſtas, „ quamvis ſoli Petro data videatur a Domino; tamen & cæteris Apoſtolis datur: nec „ non etiam nunc Epiſcopis ac Presbyteris Eccleſiæ. Sed ideo Petrus ſpecialiter claves regni Cœlorum, & Principatum judiciariæ poteſtatis accepit, ut omnes per orbem credentes „ intelligant, quod quicumque ab unitate fidei vel „ ſocietatis illius quolibet modo ſe ipſos ſegregant, tales nec vinculis peccatorum abſolvi, „ nec januam poſſunt ingredi regni Cœleſtis.„ Hæc ille. Quod ſi cunctis in Eccleſia Prælatis, ſimul ut Petro, loquens Petro Chriſtus, Petri contulit poteſtatem, Petri ſucceſſores de omni hæreditate & poteſtate Paterna eos reliquiſſe creditur. Ex parte credat hoc hæreticus: Orthodoxus non credet? Quinimo etiam hoc magis profitetur: & credit non ſolum Petrum & ſucceſſores Petri allocutum eſſe Chriſtum, cum diceret, *Paſce oves meas*; ſed etiam cum perſona Petri ſignaſſe videtur, dicendo, *Tu es Petrus*. Non enim ſolum tunc Petrus in Petro; ſed vide Clementem, & in Clemente Petrus videtur. Vide Anacletum, & in ipſo Petrus identitate poteſtatis & Sedis. Idcirco verbum permanens, verbum ſemper ſtans, *Tu es Petrus*. Si diceret, *tu fuiſti*, jam occidit: ſi *eris*, nondum oritur. Sic ſupra * dixit Auguſtinus in libro LXXXIII. Quæſtion. *Quod occidit, non eſt*. Sed hoc dixit veritas Petro de Papa in Papam, *Tu es Petrus*, quod ait Pſalmiſta Domino, *A ſæculo in ſæculum tu es Deus*. Hoc venerabilis Eulogius Patriarcha Alexandrinus ſcripſit Gregorio, quod idem Gregorius humiliter affirmat in ſexto libro *Regiſtri*, Epiſt. XXXVII. quæ incipit, *Suaviſſima mihi Sanctitas veſtra*,

Joan. 21. 18.
In Petro ſucceſſores Petri allocutus eſt Chriſtus.
** Lib. 1. cap. 7.*
Pſal. 89. 2.
Gregorius To. 2. lib. 7. Epiſt. 40. pag. 887.
Petrus in ſuis ſucceſſoribus perſeverat.

GREGORIUS. Multa in Epiſtolis ſuis de Sancti Apoſtolorum „ Principis Petri cathedra locuta eſt, dicens, „ quod ipſe in ea nunc uſque in ſuis ſucceſſoribus ſedeat. Et quidem ego indignum me „ eſſe non ſolum in honore Præſidentium, ſed „ etiam in numero ſtantium agnoſco. Sed cuncta quæ dicta ſunt in eo libenter accepi, quod „ ille mihi de Petri Cathedra locutus eſt, qui „ Petri Cathedram ſedet. Et cum me ſpiritualis honor nullo modo delectet, valde lætatus „ ſum, quia vos Sanctiſſimi quod mihi impendiſtis, vobiſmetipſis dediſtis. Quis enim neſciat, ſanctam Eccleſiam in Apoſtolorum „ Principis ſoliditate firmatam; qui firmitatem* „ traxit in nomine, ut Petrus a petra vocaretur, cui veritatis voce dicitur: Tibi dabo „ claves regni cœlorum? Cui rurſum dicitur, „ & tu aliquando converſus confirma fratres „ tuos? Iterumque: Simon Joannis amas me? „ Paſce oves meas. Itaque cum multi ſint Apoſtoli, pro ipſo tamen Principatu ſola Apoſtolorum Principis Sedes in authoritate convaluit.„ Hæc Gregorius. Ecce quod diximus: ipſe Petrus in Petri Cathedra nunc uſque in ſuis ſucceſſoribus ſedet. Nullus hoc maniacus* occidentalis, ſed Alexandrinus dixit hoc Eulogius, Præſul græcus.

** M. firmitatem mentis.*
Matth. 16. 19.
Luc. 22. 32.
Joan. 21. 17.
** dementes, inſanus.*

CAPUT XXXVI.

Quod Papa fideliter appellatur *Sanctiſſimus Pater*.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Papa (dicit Wicleffus) non poteſt vocari* Sanctiſſimus, *& cur.*
2. *Error Wicleffi unde ortum habuerit.*
3. *Sanctitatis nomen cui jure convenire debeat: & de multis differentiis Sanctorum.*
4. *Sanctus & juſtus differunt: quod quidem quia ignoravit Wicleffus, in hunc incidit errorem.*
5. *Præſulis Sanctitas differt a populi Sanctitate, non modo comparatione, verum & ſpecie.*
6. *Hoc nomen* Sanctiſſimus *non recenter ſibi Summi Pontifices uſurparunt, ſed priſcis temporibus a Sanctis viris eis fuit impoſitum.*

1. AFligit item cor ſuum Wicleffus flagello torquentis invidiæ, quod a fidelibus & ſanctis viris conſuevit Papa vocari *Sanctiſſimus Pater*, aut *Pater Beatiſſimus*, aut eminenti vocabulo *Papæ*. Unde *de* Chriſto & Antichriſto, cap: x.

Wicleffus.

WICLEFFUS. Ut fides (inquit) „ capitur, quod Papa ſit *Pater Sanctiſſimus* & „ caput Eccleſiæ, intantum quod, ut experimento didici, negans iſtam ſententiam, erit „ tamquam hæreticus perſecutus. Sed certum „ eſt, quod nec Papa in perſona propria, nec „ Eccleſia converſans cum illo, cui non ſit revelatio, neſcit an prædeſtinatus fuerit, an „ præſcitus, & per conſequens, utrum ſit membrum Eccleſiæ, an diabolus incarnatus.„ Hæc ille.

2. Periti omnes Theologi non ignorant iſtam calumniam eum formaſſe contra Papam ex craſſa malitia, aut ex ignorantia Scripturarum, & non intellectu vocabuli. Habet conſuetudo Sanctæ Scripturæ *Sancta* vocare ſive viventia, ſive non viventia, quæ ab uſu publico ſegregata, in privatum uſum ſumuntur præcipui cultus Dei; nec contaminari poſſunt impune. Et hæc eſt interpretatio juſta vocabuli.

Sancta ſunt quæ ad cultum Dei pertinent.

3. Unde Hieronymus in magno volumine *interpretationis* ſuæ *triformis*, HIERONYMUS. *Sanctum* (inquit) dicitur, quando aliquid ſancitur, quo violato, pœna comitatur.„ Hæc ille. Hoc modo adhuc *Sanctum* dicitur, aliquando ex merito, & a violatione longinquum, quemadmodum Chriſtus maxime. Unde Pſalmiſta: *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem*. Et in Evangelio, *Quod naſcetur ex te Sanctum*. Aliquando ab officio, ut homines Sancti, quamvis aliter criminoſi: ſic enim *Num.* XVIII. Dixit Dominus ad Moyſen: *tu & filii tui*,

**Hieronymus.*
Sanctum a ſanciendo.
Pſal. 15. 10.
Luc. 1. 35.
Sancti dici poſſunt homines a ſanctitate officii.
Num. 18. 1.

tui, *& domus Patris tui portabitis iniquitatem Sanctuarii:* ſecundum translationem antiquam Septuaginta, *ſumetis peccata Sanctorum*. Videat etiam qui oculos videndi habet, quomodo hic ex ore Domini Moyſes cum familia ſignati ſunt portare iniquitatem Sanctuarii, & ſumere peccata Sanctorum. Si Sanctuarium, quomodo habet iniquitatem? Et ſi ſunt Sancti, quomodo habent peccata? Origenes autem hanc ambiguitatem ſolvens ſuper librum *Numer.* hom. x. A

Origenes To.1.pag.206.

ORIGENES. Quærendum (inquit) quomodo alii ,, qui *Sancti* dicantur, & de peccatis eorum ,, ſcribatur? Non enim (ut putant quidam) ,, ſtatim qui Sanctus eſſe cœperit, peccare non ,, poteſt, & continuo ſine peccato putandus ,, eſt. Dicitur enim per Ezechielem, *A Sanctis mei incipietis* (*a*). Si enim Sancti ſine ,, peccato ſunt, quomodo ipſi primi ſuccumbunt ſupplicio peccatorum? Et alibi: *Juſtus* ,, *in principio ſermonis, ſui accuſator fit* (*b*). B ,, Apoſtolus quoque in principio Epiſtolæ ſuæ ,, ſcribit: *Omnibus qui Romæ ſunt dilectis Dei*, ,, *vocatis Sanctis*. Et poſtea eiſdem dicit: *Nolite propter cibum ſolvere opus Dei* (*c*). Et ad ,, Corinthios, *Paulus vocatus Apoſtolus Jeſu Chriſti*, *Eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi*, *Sanctificatis in Chriſto Jeſu vocatis Sanctis*. Poſtea dicit: *Cum enim ſint inter vos æmulationes & contentiones*, *nonne carnales eſtis*, ,, *& ſecundum hominem ambulatis* (*d*)? Et Paulo poſt: *Omnino autem inter vos auditur fornicatio*, *qualis nec inter gentes; & inflati eſtis*. In quo nullum impune relinquit, dum C ,, aliis fornicationem, aliis inflationem, & ſuperbiæ crimen adſcribit. — Et poſt pauca — ,, Sed Sanctorum multæ differentiæ ſunt. *Sancti* enim dicuntur idem quod peccatores, ,, qui ſe Deo voverunt, & ſeparaverunt a vulgo vitam ſuam, ut Domino ſerviant (*e*). Hujuſmodi homo, ſecundum hoc, quod cæteris actibus circumciſis, ſe Domino mancipavit, Sanctus dicitur; ſed forte in hoc quod ,, Domino ſervit, non ita gerit omnia, ut Domino competit, ſed in aliquibus delinquit. ,, Sicut enim qui ſeparat ſe ab omnibus actibus, ut diſciplinam Medicinæ, vel Philoſo- D phiæ conſequatur, non continuo ita perfectus eſt, ut in aliquo non peccet: immo plurics delinquendo vix ad perfectionem pervenit: & tamen ſtatim ut ſe ad hujuſmodi ſcholas tradidit, certum eſt eum vel inter Medicos vel inter Philoſophos numerari; ita qui ,, ſe mancipat ſtudiis Sanctitatis, ſecundum hoc ,, quod propoſuit, *Sanctus* appellatur: ſecundum ,, hoc vero quod neceſſe eſt eum in multis delinquere, donec uſu, donec diligentia abſcindatur conſuetudo peccandi, *Peccator* dicitur. ,, Hæc ille. Diſce jam *Sanctum* dici quemquam ex Sancto propoſito, quamvis adhuc ex conſuetudine peccandi peccata non vicit. Ex conſuetudine antiqua quoque Sacræ Scripturæ veteris Teſtamenti, & Apoſtoli Pauli, ipſos eoſdem dici debere *Sanctos* qui & blaſphemi ſunt, & peccatorum preſſi voragine: quia juxta primam vim vocabuli, potius habet & ſonat denominationem participii, quam nominis qualitatem. Et idcirco omne ſanguine purificatum, dictum eſt poſt factum, eſſe *Sanctum*. Unde Iſidorus x. *Ethimologiar*. cap. XIX. ISIDORUS. *Sanctus* eſt a veteri conſuetudine appellatus, eo ,, quod ji, qui purificari volebant, ſanguine ,, hoſtiæ tingebantur, & ex hoc *Sancti* nomen ,, acceperunt, quaſi Sanguine tincti — Hæc ille. Item in lib. XV. cap. IV. — *Sanctum* eſt, quod ,, conſtat eſſe *Sancitum:* ſancire autem eſt confirmare, & irrogatione pœnæ ab injuria defendere. Sic & leges *Sanctæ*, & mores *Sancti* ,, eſſe dicuntur. ,, Hæc Iſidorus. Juxta hunc modum in Scriptura Sacra non tantum prædeſtinati revelati, ſed & viri reprobi & prophani dicti ſunt *Sancti*, ſicut Nabuchodonoſor, Cyrus, & alii potentes de ſæculo propter opus, in quod aſſumpſerat eos Deus, dicente Jeremia in perſona Domini cap. XXII. *Sanctificabo ſuper te interficientem virum*. Super quod Hieronymus in *Commentario*, lib. IV. HIERONYMUS. ,, *Sanctus* (inquit) vocatur Nabuchodonoſor & ,, omnis ejus exercitus, quia exequitur ſententiam Dei. ,, Hæc ille.

Ezech. 9. 6. a

Prov. 18. 17. b

Rom. 1. 7.

Rom. 14. 20. c

1. Cor. 1. 2.

1. Cor. 3. 3.

1. Cor. 5. 1. d

Sancti dici poſſunt peccatores, qui ſe Deo voverunt. e

Iſidorus Pag. 201.

Levit. 8. 30.

Jerem. 22. 7.

Hieronymus To.4.pag.588.

4. Et mirum, quod inter Sanctum virum, & juſtum, juſtitia vitæ, nullam diſtinctionem invenit*, ut videtur; cum & ipſe tantum de Philoſophia ſuperbit: & Commentator *, vir per omnia Philoſophus Ethnicus *, novit dicere ſuper primum Ethicor. *Commen*. XLIX. quod *Sanctum* differt a *juſto*, quoniam hoc quidem in ea quæ eſt ad eos, quæ ſunt ejuſdem ſpeciei, æqualitate conſideratur: hoc vero in honore decente Deum & Divina. Et quidem, quamvis obſcure, de primo & ſecundo; tamen concorditer ſentit cum Theologis, *Sanctum* ſcilicet eſſe, quod in honorem Dei decenter aſſumitur. Poſt hæc omnia, quid momenti habet, quid ponderis, quod Wicleffus noſter non intelligendo quid *Sanctum* ſit, nec juxta vim vocabuli, nec juxta conceptum Scripturæ Canonicæ, redarguit in Romano Papa, quod vocetur *Sanctus*, vel *Sanctiſſimus*, hac ratione rudibili; quia nec Papa in perſona propria, nec Eccleſia converſans cum illo, cui non ſit revelatio, noſcit utrum prædeſtinatus fuerit, an præſcitus; & per conſequens Eccleſiæ membrum, an diabolus incarnatus? Putas ne quod ideo Moyſes novit totam familiam illam eſſe prædeſtinatam, quam dixit ſacratam & *Sanctam?* Aut an Jeremias novit Nabuchodonoſor, & omnem ſuum exercitum, eſſe prædeſtinatum, & nullum inter eos diabolum incarnatum, quia dixit illos *Sanctos?* Aut an Paulus inter revelationes cœleſtes accepit omnes illos Corinthios prædeſtinatos, quos ſine exceptione dixit *Sanctos*, & tamen *fornicarios*, *tumidos* * & *elatos?* Erit ergo Papa Romanus omnibus fidelibus Sanctus Pater, & Sanctiſſimum membrum Eccleſiæ, quamdiu in ejus communione permanſerit, quamvis incertum ſit de ejus prædeſtinatione. Sanctus enim eſt, quia ſecundum Hieronymum ſupra *, ita in opus Dei ſancitur, ut non impune iſta ſanctitas violetur. Aliter tamen ſanctus quam crudelis Nabuchodonoſor, ſicut dicit Hieronymus conſequenter E in præfatum Jeremiæ locum, HIERONYMUS. A- ,, lia (inquit) eſt interfectorum ſanctificatio & ,, armorum ejus; & alia Sacerdotum, & eorum, ,, qui Domino miniſtrant. ,, Hæc ille.

* Wicleffus.

* Averroes.

* Cod. Vat. Ethicus.

Vide ſupra num. 3.

* Ed. V. invidos.

* Num. 3.

Jerem. 22. 7.

Hieronymus Ibid. pag. 589.

5. Nempe a majori, alia eſt ſanctitas primi Sacerdotis, alia cujuſcumque fidelis, non tantum in comparatione, ſed ſpecie. Sed & de comparatione dicentes, quilibet fidelis ſanctus eſt, quia Chriſti Sanguine tinctus, & in opus ejus ſingulariter eſt aſſumptus: multo magis *Sancti*, Religioſi & Clerici, qui, ſecundum Origenem ſupra *, ſe Deo voverunt, & ſeparaverunt a vul-

Quomodo omnis fidelis ſit Sanctus.

* Num. 3.

(*a*) Vulg. *A ſanctuario meo incipite*.
(*b*) Vulg. *Juſtus prior eſt accuſator ſui*.
(*c*) Vulg. *Noli propter eſcam deſtruere opus Dei*.

(*d*) Vulg. *Cum enim ſit inter vos zelus & contentio &c.*
(*e*) In hoc ſenſu, etiam Clauſtrales ſunt, & dici poſſunt Sancti.

a vulgo vitam ſuam, ut Deo ſerviant. Excellenter autem *Sancti* Pontifices ipſi ſunt, qui ſicut Chriſtus eis, ita ipſi Chriſto ſuum Sanguinem dedicant profeſſione ſolemni (*a*). Quomodo non erit *Sanctiſſimus* in comparatione Sanctorum ſucceſſor Petri & Chriſti Vicarius, & caput Sanctorum univerſorum in terris? Hanc igitur æquivocationem vocabuli, quomodo diſperſim multis conveniat, Beatus Ambroſius libr. I. *de Spiritu Sancto*, cap. V. determinat, AMBROSIUS. Non (inquiens) accipit a creaturis, „ ſed accipitur Spiritus Sanctus: ſicut non ſanctificatur, ſed ipſe ſanctificat. Creatura enim „ ſanctificatur: ſanctificat autem Spiritus Sanctus: in quo licet verbi communio, diſcretio tamen naturæ eſt. *Sanctus* enim dicitur „ homo qui accipit, & Deus qui tribuit ſanctitatem: quia legimus, *eſtote ſancti, quoniam ego ſanctus ſum*. „ Hæc ille. Ecce *Sanctus* Deus qui ſanctificat; & ecce *Sanctus* homo, qui accipit ſanctitatem: ergo qui poſt Deum magis ſanctificat *Sanctus* Papa; & qui majorem (saltem officii) accipit ſanctitatem, vere *Sanctus*. Et magnus Pater Cyrillus (*b*) cum univerſo cœtu Patrum Epheſini Concilii magni non verebatur ita nuncupare Romanum Antiſtitem *Cœleſtinum* in Epiſtola Synodica directa ad Neſtorium, quæ incipit, *Religioſo & Deo amabili*, CYRILLUS. Ecce (inquit) cum Sancta Synodo „ quæ apud amplam urbem Romam congregata eſt, præſidente Sanctiſſimo & veneratiſſimo „ fratre conſacerdote noſtro Cœleſtino Epiſcopo &c. -- Et infra. -- Quod ſi hoc religio tua „ facere diſtulerit, juxta dilationem litteris præfinitam *Sanctiſſimi* & veneratiſſimi conſacerdotis noſtri Romani Præſulis Cœleſtini, ſcias „ te nullam ſortem habere nobiſcum, nec locum, nec colloquium cum Dei Sacerdotibus „ & Epiſcopis obtinere. „ Hæc ille.

Pontifices ſunt Sancti per excellentiam.
a
Ambroſius Pag. 615. num. 74.
Lev. 19. 2.
b
Cyrilius Apud Labbeum To. 4. pag. 27.

6. Vides, quod non præſumptuoſe uſurpat Papa de novo nomen *Sanctiſſimi Patris*; ſed ex dignitate & celſitudine Sedis & officii omnes Patres antiqui reputabant eum *Sanctiſſimum*. Et quidem ante favorem dotis admiſſæ, ſi bene colligas, nomen *Sanctitatis* antonomaſtice vendicavit: ſi ſuperbe, tu videris, qui non ſoles talia dicere de his, qui dotem præibant. Unde Fabianus Papa, qui fuit tempore Origenis, & erat decimusnonus a Beato Petro, duodecimus ante Silveſtrum, ſecundo ſuo Decreto, FABIANUS. Iſta (inquit) a *Sanctis* Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus accepimus, vobiſque tenenda mandamus. Hæc *Sancta* Romana Eccleſia „ & Antiochena a tempore Apoſtolorum cuſtodit. „ Hæc ille. Et Sixtus Papa in modico ſucceſſor ejus, Decreto ſuo primo, SIXTUS. „ In hac (inquit) *Sancta* Sede dudum a multis Epiſcopis conſtitutum eſt; & modo ad „ veſtrum, & cæterorum fratrum auxilium eſt „ denuo roboratum, ut omnes Epiſcopi, & cæteri, „ libere Apoſtolicam appellent Sedem. „ Hæc ille. Multa ſunt iſtiuſmodi antiquorum Patrum teſtimonia, quibus probari poteſt, quod nomen *Sanctitatis* tam antonomaſtice Romana Sedes non ſibi vendicavit a novo. Concludamus ergo, quod qui noviter ſugillat in *Sanctitatis* tam antiquum vocabulum, plane demonſtrat ſe invidum & non *Sanctum*. Unde & Sanctus Gregorius *in Moralibus*, tractans textum, *Concepit dolorem & peperit iniquitatem*, GREGORIUS. „ Gravis (inquit) iniquitas eſt, quando is qui „ perverſus eſt, oſtendere alios perverſos molitur, ut inde ipſe quaſi *Sanctus* appareat, quo „ alios *Sanctos* non eſſe docuerit. „ Hæc ille.

Anno 238.
* Fabianus Apud Labbeum To. 1. Epiſt. 2. pag. 659. num. 1.
* Sixtus II. Apud Labbeum To. 1. pag. 842.
Pſal. 7. 15. Gregorius To. 1. pag. 910.

A Sed nobilis & Sanctus Pater Hieronymus non veretur ſcribere *Sanctum* Papam: & commemorans gloriam ejus ſanctitatis, ut habetur in libro, qui inſcribitur ei *de geſtis Romanorum Pontificum ex Damaſo*, HIERONYMUS. Gloriam „ (inquit) *Sanctitatis* tuæ noſtra humilitas deprecatur, ut ſecundum Apoſtolicæ Sedis, „ quam cognovimus per tuam *Sanctitatem* gubernari, actus geſtorum a Beati Petri Apoſtoli Principatu uſque ad noſtra tempora, „ quæ geſta ſunt in Sede tua, nobis per ordinem enumerare * digneris. Hæc ille. Ecce gloriam *Sanctitatis* Papæ, & *Sanctitatem* perpe-
B tuam Sedis Apoſtolicæ.

* Hieronymus To. 11. pag. 275.
* Vernem. enarrare.

CAPUT XXXVII.

Quod Papa ſit Pater Beatiſſimus.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Papa* (*ad mentem peſſimi hujus heretici*) *non debet vocari* Beatiſſimus: *hoc enim ſibi injuſte vendicavit.*
2. *Papam non ſibi uſurpaſſe hoc nomen, ſed ab aliis fuiſſe ei impoſitum probatur: immo ille ſe* ſervum ſervorum *nuncupare non veretur.* C
3. *Jus commune cum ſervetur in ſuppoſito, idcirco non ſua perſona, ſed publica reputatur.*
4. *Epitheta quædam Summorum Pontificum explicantur.*
5. *Papa non tam* Beatus, *ſed etiam* Beatiſſimus *appellari poteſt: & licet perverſus in ſuppoſito, in officio tamen eſt* Beatus.
6. *Papa tametſi* Beatiſſimus *nuncupetur, non tamen extra viam exiſtimandus eſt, & habere quidquid vult: nam* Beatus *eſt ratione officii, & in ſpe.* D

1. FUror autem hæreticæ pravitatis arguit iterum pium Papam ſuper appellatione *Beatiſſimi Patris*, ſecunda parte veſaniæ ſuæ *de ſerm. Dom. in monte*, cap. VII. WICLEFFUS. Ipſe (inquiens) Papa vendicat quod ſit primus in „ diſcubitu, & vocetur *Pater Beatiſſimus* cum „ conditionibus cæteris hic damnatis a Chriſto. Et cum hoc dicit vocaliter tamquam „ hypocrita, quod ſit immediatus Chriſti vicarius in terris. „ Hæc Wicleffus.

Wicleffus.

E 2. Perlegi pleraque antiquæ inſtitutionis volumina: recenſui literas & reſcripta, definitiones & canones, & edicta Romanæ Eccleſiæ, & ejuſdem Sanctæ Sedis Antiſtitum; & nunquam vidi, quod Papa ſe ſcripſit vel cenſuit *Beatiſſimum* Patrem; ſed quandoque *Romanum Epiſcopum*, quandoque illius Sedis Pontificem, uſque ad Gregorium; & deinceps *ſervum ſervorum Dei* (*c*). Sic potius titulo pedeſtris vernaculi ſe ſubmittens, quam gloriam vendicans exceſſivam. Cæteri tamen non minimæ ſanctita-

c

(*a*) Solemniter profitentur electi Pontifices, ſe fidem Catholicam uſque ad unum apicem immutilatam ſervare, & *uſque ad animam & ſanguinem confirmare, & defenſare*.

(*b*) Editi addunt *Carmelita*; ſed contra fidem MSS. Codd.

(*c*) Primus omnium Gregorius Magnus ſe *Servum Servorum Dei* in principio Epiſtolarum inſcripſit, teſte Joanne Diacono lib. 4. cap. 58. Et hujus humilitatis hæreditarium Succeſſoribus ſuis documentum reliquit. Idque adeo in Romanis Pontificibus invaluit, ut Auguſtinus Barboſa *de Poteſt. & auctorit. Rom. Pont.* exiſtimaverit ſuſpectam falſitatis eam eſſe Pontificiam Bullam, quæ abſque hoc titulo proferatur.

tis & authoritatis & peritiæ Patres, admirantes ſummam poteſtatis ejus, & virtutis, cum vicinitate, qua pene Chriſtum attingit, reputative ſcripſerunt eum *Beatiſſimum* eſſe Patrem: nam QUIDQUID EST POTESTATIS, QUIDQUID ſacramentalis gratiæ, quidquid diſpenſationis cœleſtis a Chriſto capite Eccleſiæ recommiſſum, ejus eſt A adminiſtrationi & tutelæ depoſitum (*a*).

a

3. JUS ENIM COMMUNE SERVATUR IN SUPPOSITO, & ab illo communi jure; perſona, non jam ſua, ſed publica, reputatur, quemadmodum ſecundum Auguſtinum *homilia ultima ſuper Joan.* Petrus cum a Chriſto claves accepit, totam Eccleſiam ſiguravit. AUGUSTINUS. ,, Hoc (inquit) agit Eccleſia ſpe beata in hac vita ærumnoſa; cujus Eccleſiæ Petrus Apoſtolus, propter Apoſtolatus ſui primatum, gerebat figurata generalitate perſonam. Quod enim ad ipſum proprie pertinet, natura unus homo erat, gratia unus Chriſtianus, abun- B dantiore gratia unus idemque primus Apoſtolus. Sed quando ei dictum eſt, *Tibi dabo claves regni cœlorum, & quodcumque ligaveris ſuper terram erit ligatum & in cœlis, & quodcumque ſolveris ſuper terram erit ſolutum & in cœlis*, univerſam ſignificabat Eccleſiam. -- Et ſequitur -- Eccleſia ergo, quæ fundatur in Chriſto, claves ab eo regni cœlorum accepit in Petro, ideſt, poteſtatem ligandi ſolvendique peccata.,, Hæc ille. Ecce quod Petrus in ſe ipſo repræſentavit Eccleſiam, quando pro tota Eccleſia impreſſit ipſi Chriſtus inſignia clavium, & omnium munera publica gra- C tiarum. Ita quoque ſi Papa ſit ſucceſſor Petri, hoc ipſe dono totam Eccleſiam repræſentat, & dona neceſſaria publico ſtatui ejus a Chriſto capite derivanda, ipſe in ſe cœlitus accipit diſpenſanda. Non tamen intendo derogare privatis gratiis, quas per ſe ipſum Chriſtus ſervis ſuis privato more diſtribuit: ſed *publica* dico gratiarum chariſmata, Eccleſiæ ſtatui communi accomoda quæ per miniſtrum ſuum publicum conferre jugiter aſſuevit.

Auguſtinus To. 3. Tract. 124. pag. 822. num. 5.

Matth. 16. 19.

Petrus claves accepit in perſona totius Eccleſiæ.

Papa totam repræſentat Eccleſiam.

Deus dona ſtatui Eccleſiæ ſuæ confert accomoda.

4. IPSE IGITUR PRIMUS PASTOR EST, ET PASTOR PASTORUM, SUCCESSOR ET SOCIUS PISCA- D TORIS: IPSE VENA MAJOR MILITANTIS ECCLESIÆ, APOTHECA CŒLESTIUM MUNERUM, CISTERNA SUPERNORUM IMBRIUM, ET PRIMUM RECEPTACULUM SUBLIMIUM GRATIARUM. Jungamus ergo his quod dicit Boethius, *conſolationem Beatorum* deſcribens lib. 1. BOETHIUS. Id ,, (inquit) eſt omnium bonorum ſummum, cunctaque intra ſe bona continens: cui ſi quid abſoret, ſummum eſſe non poſſet, quoniam relinqueretur extrinſecus quod poſſet optari. Liquet igitur Beatitudinem eſſe ſtatum bonorum omnium aggregatione perfectum.,, Hæc ille.

Papa ſucceſſor & ſocius Petri.

Boethius Lib. 3. pag. 176.

5. Propter hoc ergo quod in Patre Papa con- E tineri ſolent largitate Chriſti omnia bona ſpiritualia, Eccleſiæ uſibus pro tempore ſuæ militationis accomoda, non tantum *Beatus*, ſed *Pater Beatiſſimus* a Patribus appellatur. Quinimo etſi ſit perverſus in ſuppoſito; tamen in officio eſt Beatus: quemadmodum & *beatum tempus* dicitur, quo veniunt optima.

6. Et non tamen inſtet æmulus, quod ex hoc eſſet Papa extra ſtatum viæ, & haberet quidquid vellet, & quod nullum bonum ipſi deeſſet; ne iterato reſpondeam, quod nondum Scripturæ mores agnovit, dicentis aliquid quandoque ſola ſpe, aliquid ipſa re beatum; qualiter ſupra * dixit Eccleſiam Auguſtinus jam ſpe beatam. Et ſic Chriſtus dixit pauperes Spiritu, & flentes, & eſurientes, eſſe beatos. Et Pſalmiſta dicit illos beatos, qui ex toto corde quærunt eum. Unde ſuper Pſal. CXVIII. Serm. 1. AUGUSTINUS. Quomodo (in- ,, quit) jam beati, cum adhuc teſtimonia ejus ſcrutantur, & exquirunt eum: cum hoc facere poſſint impii & iniqui? Beatos autem eſſe impios & iniquos, quis vel impius dixerit vel iniquus? Ergo ſpe beati, ſicut beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam: non propterea quod adeſt quamdiu mala patiuntur; ſed propterea quod aderit, quoniam ipſorum eſt regnum Cœlorum. Et beati qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam; non quia eſuriunt & ſitiunt, ſed propter quod ſequitur, *Quoniam ipſi ſaturabuntur*. Et beati qui plorant, ſed propter quod ſequitur, *Quia ipſi ridebunt*. Proinde beati qui ſcrutantur teſtimonia ejus, in toto corde exquirunt eum: non quia ſcrutantur & exquirunt, ſed quia inventuri ſunt quod exquirunt.,, Hæc ille. Hoc ergo modo beati qui ſpe beati: etiam cum hac re miſeri: de quibus alibi Scriptura dicit, *Expectantes beatam ſpem & adventum gloriæ*. Ad hunc modum Scriptores Sancti *beatos* dicunt eos, quibus ſcribunt, juxta famoſam Etymologiam aut interpretationem vocabuli. Unde in magno volumine *interpretationis* ſuæ *triformis* ait HIERONYMUS. Beatus dicitur igitur com- ,, modus, felix, fidelis, dives, locuples, fortunatus, pecunioſus, copioſus, opulentus, potens, abundans, bene auctus.,, Hæc ille. Secundum hæc omnia diſcrete dicuntur fideles eſſe *beati*, maxime ji qui fidelium populis præſunt: aut quia commodi ſunt in obſervatione juſtitiæ, ſecundum illud; *Beati qui cuſtodiunt judicium & faciunt juſtitiam in omni tempore:* aut quia patienter * ſufferunt tentamenta multorum. Unde *Beatus vir qui ſuffert tentationem:* aut quia Eleemoſinarii locupletes, ſecundum illud, *Beatius eſt magis dare, quam accipere:* aut quia ad utilitatem politicam bene ſunt auĉti, vel promoti. Unde *beata terra, cujus Rex nobilis eſt:* & Beata Virgo, *Beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna qui potens eſt &c.* Et hoc modo etiam Imperatorem Conſtantium (*b*) beatus Pater Hilarius *beatiſſimum* nuncupavit in Epiſtola ſua ad eumdem *de fide*, HILARIUS. Benefica * (inquiens) ,, natura tua, Domine beatiſſime Auguſte, cum benigna voluntate concordat. Et quoniam de fonte paternæ pietatis tuæ miſericordia largiter profluit; quod rogamus, faciliter nos impetrare poſſe confidimus.,, Hæc ille. Item Beda in Epiſtola ad Accam Epiſcopum, quæ expoſitioni ejus ſuper Lucam famoſæ præponitur, BEDA. Domino (inquit) beatiſſimo, & ,, nimio deſideratiſſimo Accæ Epiſcopo, Beda humillimus Presbyter, in Domino æterno ſalutem.,, Hæc ille. Item Ambroſius ſic ſcribit quibuſdam Sacerdotibus & Epiſcopis, quos ipſe conſequenter arguit de Simonia, & multis exceſſibus in lib. ſuo Paſtorali, *quem de obſervantiis Epiſcoporum* inſcribit, & incipit, *Si quis frater*, AMBROSIUS. Audite me (inquit) bea- ,, tiſſimi Patres, & dignum ducite Sanctiſſimi fratres. Audite me ſtirps Levitica, germen Sacerdotale, propago ſanctificata. Duces, & Recto-

* Num. 3.
Matth. 118. 2. Pſal. 118. 2.

Auguſtinus To. 4. pag. pag. 1280. num. 1.

Matth. 5. 10.

Ibid. 6.

Tit. 2. 13.

* Hieronymus.

Pſal. 105. 3.

* Ed. V. potenter.

Jacobi 1. 12.

Act. 20. 35.

Eccle. 10. 17.

Luc. 1. 48.

b

Hilarius Pag. 1217.
* benignifica.

Beda To 5. pag. 215.

* Ambroſius To. 2. cap. 2. pag. 259.

(*a*) Utique Eccleſiæ datum eſt quod in Summo Pontifice depoſitum eſt: etenim Pontifex eſt propter Eccleſiam, non Eccleſia propter Pontificem.

(*b*) In Editis *Conſtantinum* legitur; ſed Scriptorum inſcitia ſic irrepſiſſe credendum eſt: nam Epiſtola hæc ſcripta fuit, ut notant Patres Maurini, anno 355. Conſtantino jam e vivis ſublato.

„ Rectores gregis Chriſti . „ Hæc Ambroſius. Convenire tamen exiſtimo ſincere ſcribentibus, ut terminorum vires metiantur, & appendant
* al. perfectius. perſonis * juxta pondera dignitatum; & tunc non criminaliter poſſunt cunctos fideles in Chriſti pace viventes appellare *beatos*, in perfectionis culmine perſiſtentes *beatiores* deſcribere, & A Summum Patrem Eccleſiæ ſub Capite Chriſto *beatiſſimum* nuncupare: juxta quod Beatus Hieronymus in *annotationibus* ſuis ſuper Pauli Epi-
1. Cor. 7. 40. ſtolas, tractans hunc textum 1. Cor. VII. *Bea-*
* Hieronymus To. 11. pag. 921. *tior erit, ſi ſic permanſerit &c.* HIERONYMUS. „ Gradus comparationis prudenter diſtribuit, „ *Beata*, inquiens, habens maritum, ſi custo-
* al. caſtitatem. „ diat juſtitiam *; *beatior* vidua, quia minore „ labore majorem invenit caſtitatem; *Beatiſſima* virgo, quæ ſine labore ad ſummum præ„ mium poſſit pervenire. „ Hæc Hieronymus. Sed ſi ſcandalum tibi ſumas cum audis Papam dici *Beatiſſimum Patrem*, ſuperlationem ibi re- B putans hyperbolicam, etiam miror, quod hoc
a in Cæſare & inferioribus Epiſcopis (*a*) non incuſes, cum audis eos pluries *beatiſſimos* dici. An credis, quod ipſi ſibi tales titulos vindicarunt? Si hoc putas, quia ſic ſcripſerunt homines, non hoc putes vendicaſſe Papam, quando cum terminis humilibus poſitivis ſtetit contentus: ſic enim religioſus Pater Ruffinus Apologiam defenſoriam mittens pro ſe ipſo ad Ana-
* Origenianæ. Ruffinus Pag. 403. num. 1. Pag. 407. ſtaſium Papam ſuper crimine hæreſis *, RUFFINUS. Audivi enim quoſdam cum apud *Beatitudinem* tuam, ſive de fide, ſive de aliis „ neſcio quibus quæſtionibus controverſias com- C „ moverent, & mei nominis feciſſe mentionem. „ Et tua quidem *Sanctitas* velut ab ipſis incu„ nabulis per Eccleſiaſticæ traditionis regulas „ inſtituta, de abſente, ſibique bene & in fide „ & in charitate Dei cognito, calumniantibus „ non accomodavit auditum. — Et infra ver„ ſus finem. — Nemo ergo mihi ex hoc, quæ„ ſo te, *Sancte* & venerabilis, & *Beate Pater*, „ conflet invidiam; nemo factionibus utatur & „ calumniis; quod in Eccleſia Dei fieri non li„ cet. „ Hæc ille. Ecce jam poſitive *Beatus* Pater Papa, & ſuperlative *Beatiſſimi* Patres Cæſar & Epiſcopi. Quid aliorum facta retorques in Pa- D pam? Si crimen eſt quod damnaſti, authores ejus inculpa: ſi laus, nihil eis, & Papæ; lauda artifices.

CAPUT XXXVIII.

De hoc nomine Papa, quod non ſit per Cæſarem introductum.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. Papæ *nomen cum ſit terminus extra Scripturam, per Cæſarem introductum eſt, dicebat Wicleffus.*
2. *Hoc nomen unde ortum habuerit, Catholice declaratur; & quod non extra fidem Scripturæ.*
3. *Conatur Auctor hæreticum proprio gladio inſtar Goliæ interimere.*
4. *Antiquum eſſe hoc* Papæ *nomen, non paucis priſcorum Pontificum, aliorumque teſtimoniis comprobat.*
5. *Quomodo quamplurimi Sanctorum virorum Romanos Pontifices* Papas *vocaverunt, immo non pauci etiam inſignes Epiſcopi aliquando* Papæ *fuerunt appellati.*

1- A VEhementer etiam calumniatur Beatiſſimum Patrem noſtrum de præſumptuoſo *Papæ* vocabulo, ut habet inter *Concluſiones* ter damnatas *Concl.* XII. dicens WICLEFFUS. Papa & Wicleffus. „ Cardinales fuerunt non ordinati a Domino, ſed „ per diabolum introducti. In cujus ſignum, no„ men *Papæ*, vel *Cardinalis*, non inſcritur in Scri„ ptura; ſed ut Chronicantes referunt, quan„ do venenum effuſum eſt in Eccleſiam, inven„ tum eſt. „ Et concorditer ad hoc noſter Wicleffus in *Dialogo veritatis & mendacii* cap. XXIV. „ Cum (inquit) hoc nomen *Papa* ſit terminus „ extra fidem Scripturæ, videtur, quod in Do„ tatione Eccleſiæ præſumpta, per Cæſarem eſt B „ inventum. Et ſic, ſi connotet iſtam ordina„ tionem, tunc nimis ſalubre foret Eccleſiæ, „ quod non forent Papa, vel aliqui Cardina„ les. „ Hæc ille.

2. Vocabulum *Papæ* quando primum vel a quo primum ſit repertum, adhuc mihi non patuit. Tædioſum enim eſſet omnium appellationum ſcrutari Patronos, & generationis exordia (*b*). b Sufficiat ergo Grammatico noſtro ſcire cum Grammaticis, quod poſt *Papæ* vocabulum, ab interjectione ſtuporis nomen *Papæ* (*c*) ſumpſit c originem: juxta illud Poetæ * ſimul deſcribentis * Vide Gloſſam V. Papa in Proœm. Clementin. ſuppoſitum, & interpretantis vocabulum orna- C tu rethorico:

PAPA STUPOR MUNDI.

Sic ergo Summum Patrem *Papam* dicimus, quia Papa virtute & gratia ſtupendus. fulgore virtutum, & gratiarum copia eſt cæteris in ſtuporem. Juxta autem nominis Etymologiam dicitur *Pap* vel *Pater Patrum*: & inde *Pater* cum correpta ſyllaba geminatur. Quod ſi ita eſt, iſta dictio, quantum de ſe, non eſt omnino extra fidem Scripturæ: ſed aut ex IV. Reg. ad Eliam *Pater mi, Pater mi, currus Iſrael & auriga ejus*: 4. Reg. 2. 12. aut hoc eſt quod Paulus dixit *Abba*, *Pater* lati- Gal. 4. 7. D ne. Quod ſequi videtur clarus Doctor Hugo, ſecundo lib. *de Sacramentis*, parte III. cap. IV. ubi recitatis ordinibus Eccleſiaſticis & Dignitatibus, poſt omnes, HUGO. Hos (inquit) ſequi- Hugo To. 3. cap. 5. pag. 381. „ tur Summus Pontifex, quem *Papam*, ideſt, „ *Patrem Patrum* conſuetudo Eccleſiaſtica nomi„ nare inſtituit. Hic eſt principalis & maximus „ in Eccleſia Romana ſucceſſor. Unde & ipſum „ ſpecialiter *Apoſtolicum* ſancta conſuetudo Ec„ cleſiaſtica nominare conſuevit. „ Hæc ille.

3. Sed, ut accedamus propius, miror qua temeritate in redarguendo falſum (ut dicit) tam plana ſectatur mendacia. „ Videtur (inquit) Wicleffus. E „ quod in Cæſaris dotatione nomen Papæ eſt in„ ventum. „ Neſcio an tibi ſic videtur: ſed cum Chriſto volo, ut ſic videntes cœci fiant. Et vide cœcitatem: Ipſemet libro ſuo *de cura Pa-* Joan. 9. 40. *ſtorali* cap. VI. *Chriſtus* (inquit) *eſt Papa ge-* Wicleffus. *neraliſſimus*. Quid facis blaſpheme? Cur Chriſtum polluiſti nomine diabolico, nomine Papæ eum appellans, quod extra fidem Scripturæ poſt dotationem per Cæſarem eſt inventum? Sed ſi Chriſtus non eſt pollutus ex nomine, cur occa-

(*a*) Etiam inferiores Epiſcopos *Beatiſſimos* quondam vocatos fuiſſe, nemo dubitat, & aperte docent ea quæ ſequenti capite proferuntur exempla. De Cæſare autem plurima extant Eccleſiaſtica monumenta, quæ illum *Beatum* prædicant. Videſis Epiſtolas Ambroſii *Beatiſſimo Valentiniano* Imperatori, & *Beatiſſimo Gratiano* Auguſto inſcriptas &c.

(*b*) Inter plura nomina quibus ſupremus Eccleſiæ Præſul inſignitur, hoc nomen Papa communiſſimum eſt atque antiquiſſimum. Nam Beatus Ignatius in Epiſt. ad Mariam Zarbenſem ſcribens, *Cum eſſes*, inquit, *Romæ apud Papam Linum*.

(*c*) De nomine Papæ, ejuſque origine eadem tradunt Abraham Ecchellenſis de Rom. Pont. apud *Roccabert*. Teophylus Raynaudus in *Onomaſtico Pontificio*, Silveſter in *Summa* V. *Papa*. Hieronymus Vida in Hymno de Cathedra S. Petri.

caſionem detrahendi Papæ ex eodem vocabulo præſumpſiſti?

4. Ideo non dubium; ſi cœcus non eſſet iſte magiſter cum diſcipulis, bene vidiſſet Romanos Pontifices ſic dictos *Papas* ab aliis diu ante Dotem; immo & ſic appellaſſe ſe ipſos. Evariſtus Papa, quartus a Petro, ſecundum calculum A Auguſtini, in Decreto ſuo, cap. II. ſic exorditur: EVARISTUS Papa omnibus Epiſcopis. Do„ minus omnipotens, ut nos a præcipiti ſen„ tentiæ prolatione compeſceret, cum omnia „ nuda & aperta ſunt oculis ejus, mala tamen „ Sodomæ, & Gomorræ noluit inaudita judi„ care. „ Hæc ille. Item Sother Papa, decimus a B. Petro, & ante Silveſtrum decimusnonus in Decreto ſuo, cap. unico, SOTHER. „ Dilectiſſimis (inquit) fratribus per Italiæ pro„ vincias Sanctis conſtitutis Epiſcopis, Sother „ Papa. Sacratas Deo Monachas, vel fœmi„ nas, ſacra vaſa, vel ſacratas pallas penes vos B „ contingere, & incenſum circa altaria deſer„ re, perlatum eſt ad Sedem Apoſtolicam. „ Hæc ille. Item Victor Papa, duodecimus a Beato Petro, in Decreto ſuo, cap. I. VICTOR (in„ quit) *Papa* Theophilo Epiſcopo. Audivimus „ apud vos veſtroſque diverſa judicia fieri, & „ incerta judicari. Incerta, chariſſimi, nullate„ nus judicemus, quouſque veniat Dominus, „ qui latentia producat in lucem. „ Hæc ille. Item Sixtus Papa ſecundus, vigeſimusſecundus a Beato Petro, octavus ante Silveſtrum, SIXTUS (inquit) *Papa* Romanus, Epiſcopis per Hi„ ſpaniam conſtitutis. Incerta nemo Pontifi- C „ cum judicare præſumat; & quamvis vera ſint, „ non tamen credenda ſunt, niſi quæ manife„ ſto judicio convincuntur. „ Hæc ille. Item de eodem, SIXTUS. In hac Sancta Sede dudum „ a multis Epiſcopis conſtitutum eſt, & modo „ ad veſtrum & cæterorum fratrum auxilium „ eſt denuo roboratum, ut omnes Epiſcopi, „ qui in gravioribus pulſantur vel criminantur „ cauſis, quotiens neceſſe fuerit, libere Apo„ ſtolicam appellent Sedem, atque ad eam, „ quaſi ad Matrem confugiant, ut ab ea, ſicut „ ſemper factitatum fuit, pie fulciantur, defen„ dantur, & liberentur. -- Et ſequitur. -- Quo- D „ niam culpantur Epiſcopi, qui aliter erga fra„ tres egerint, quam ejuſdem Sedis *Papæ* fieri „ placuerit. „ Hæc ille. Vide quoties Pontifices iſti Romani ſe dixerunt *Papas* diu ante Dotationis inſignia. Videre potes iſta & ſimilia in vetuſto illo libro Decretorum Pontificum, & in Decretorum Ivonis lib. IV. Demum autem jam uſitato vocabulo Sanctus Silveſter in Decreto ſuo appellatus eſt *Papa*, ſed Notario hoc ſcribente ibidem cap. I. NOTARIUS. Temporibus „ Sancti Silveſtri & Conſtantini piiſſimi Augu„ ſti factum eſt Concilium magnum in Nicœa E „ Bithyniæ, & congregati ſunt regulariter, ejuſ„ dem Silveſtri *Papæ* vocatione in idipſum trecen„ tum decemetocto catholici Epiſcopi, qui ex„ poſuerunt fidem integram catholicam, im„ maculatam; & damnaverunt Arium, Photi„ num, Sabellium, atque ſequaces eorum. „ Hæc ibi -- Et ibi iterum cap. VI. -- Eodem quo„ que tempore tertiodecimo Calendarum Julia„ rum die, quando memoratum magnum Con„ cilium in Nicœa congregatum eſt: jam præ„ fatus *Papa* in urbem Romam congregavit & „ ipſe cum conſilio præfati Conſtantini Augu„ ſti ducentum ſeptuagintaſeptem Epiſcopos,

* Evariſtus *Apud Labbeum To. 1. pag. 540.*

* Sother *Apud Labbeum To. 1. pag. 591. Epiſt. 2.*
23. Diſt. Sacratas Deo fœminas.
Concil. Laod. Gel. Ep. 20. cap. 27.

* Victor I. *Apud Labbeum To. 1. Epiſt. 1. pag 600. In Decr. Ivonis lib. 4.*

* Sixtus II. *Apud Labbeum To. 1. pag. 845. Epiſt. 2. num. 4.*

* Sixtus I. *Epiſt. 2. apud Labb. To. 1. pag 560.*

Notarius *Sancti Silveſtri, apud Labbeum To. 1. pag. 1575.*

„ & damnavit iterum tam Caliſtum quam A„ rium, quam Photinum, atque Sabellium. „ Hæc ibi. Hac antiquitatis forma cæteri ſubſequentes Patres graviſſimi atque Sanctiſſimi in Eccleſia Dei, & peritiſſimi litterarum ſanctarum, dignati ſunt Romanos Pontifices appellare *Papas* univerſalis Eccleſiæ: quemadmodum Beatus Athanaſius adverſarius Arii capitalis, ad Marcum Papam ſcribens, ATHANASIUS. Do„ mino Sancto & Apoſtolici culminis dignita„ te venerando Marco Sanctæ Romanæ & A„ poſtolicæ Sedis, atque univerſalis Eccleſiæ *Pa„ pæ*, Athanaſius, & univerſi Ægyptiorum E„ piſcopi. -- Et infra, loquens de Silveſtro -- „ Miſſa ſunt (inquit) prædicto *Papæ* Silveſtro „ cum adſtipulatione ſubnexa capitula * ſeptua„ ginta. „ Hæc ille. Item ad Liberium *Papam* idem Athanaſius in Epiſtola Synodica. ATHANASIUS. Domino (inquit) beatiſſimo & hono„ rabiliſſimo Patri Liberio *Papæ*, Athanaſius & „ univerſi Ægyptiorum Epiſcopi in unum Sy„ nodice apud Alexandriam congregati. Veſtræ „ beatiſſimæ Paternitatis jura penes Dominum „ ſunt manifeſta. „ Hæc ille. Item Stephanus Archiepiſcopus cum omnibus Epiſcopis Mauritaniæ, STEPHANUS. Domino (inquit) beatiſſi„ mo, & Apoſtolico culmine ſublimato, San„ cto Patri Patrum Damaſo *Papæ*, & ſummo „ omnium Præſulum Pontifici, Stephanus Ar„ chiepiſcopus Concilii Mauritaniæ, & univer„ ſi Epiſcopi de tribus Conciliis Africanæ Pro„ vinciæ. Notum veſtræ facimus Beatitudini, „ quod quidam fratres in confinio nobis poſi„ ti &c. -- Et infra -- Maxime vero iſti debent ab „ ipſo Præſulum examinari vertice, cujus ve„ tuſta ſollicitudo eſt tam mala damnare, quam „ revelare laudanda. -- Et ſubſcribitur in fine „ Epiſtolæ -- Quod iſtis atque omnibus vos ſem„ per facere optamus Sanctiſſime Pater *Papa*. „ -- Subſcriptio & alia manu. -- Ora pro nobis „ *beatiſſime* Pater. „ Hæc ille. Hæc omnia de annoſo libro prædicto, cui titulus; *Decreta Pontificum*, ut ſcribuntur in ſuis locis, excerpſi. Si quod autem deficit de appellatione *Sanctiſſimi* & *Beatiſſimi* Patris, ſive *Papæ*, hic habes ad plenum ſimul. Nec te prætereat quod etymologiam nominis *Papæ* hæc expreſſit Epiſtola, dicens, *Sancto Patri Patrum Damaſo*. Eidem quoque Damaſo ſcribens Sanctus Hieronymus Epiſtolam, quæ eſt inter Epiſtolas ejus ſecunda (a), HIERONYMUS. Beatiſſimo (inquit) *Pa„ pæ* Damaſo Hieronymus. Origenes cum in „ cæteris libris omnes vicerit, in Canticis Can„ ticorum ipſe ſe vicit. „ Hæc ille. Non ab his peritus & Sanctus exorbitat Auguſtinus. Ipſe enim in libro ſuo *contra duas Epiſtolas Pelagianorum* in Prologo, alloquens Bonifacium Papam, AUGUSTINUS. Noveram te quidem (inquit) fama „ celeberrima prædicante, & frequentiſſimis at„ que veraciſſimis nunciis, quanta eſſes Dei „ gratia plenus acceperam, beatiſſime, atque „ venerande *Papa* Bonifaci. „ Hæc ille. Et idem ibidem lib. II. cap. III. commemorans Papam Innocentium, AUGUSTINUS. Nunc (in„ quit) cum primitus Beatiſſimi *Papæ* Innocen„ tii litteræ, Epiſcoporum litteris reſpondentis „ Afrorum, pariter hunc errorem, quem co„ nantur iſti perſuadere, damnaverint: ſucceſ„ ſor quoque ejus Pater Sanctus Papa Zoſimus „ hoc tenendum eſſe, quod iſti de parvulis ſen„ tiunt, nuſquam dixerit, nuſquam ſcripſe„ rit

* Athanaſius *Pag. 842.*

* *Canonum Nicæni Concilii.*

Athanaſius *Apud Labbeum To. 2. pag. 817.*

Stephanus *Apud Labbeum To. 2. pag. 1018.*

a Hieronymus *To. 1. pag. 525.*

Auguſtinus *To. 10. pag. 411.*

Auguſtinus *To. 10. pag. 434. num. 5.*

(a) Epiſtola Hieronymo adſcripta cum titulo *Beatiſſimo Papæ* reperitur inter ſuppoſitas To. 11. pag. 275. Quæ autem de Origene ſequuntur, extant To. 1. in Epiſt. 84. *ad Pammachium & Oceanum*, pag. 525.

,, rit &c.,, Hæc Auguſtinus. Item Aurelius Primas & Archiepiſcopus Carthaginenſis ad eumdem
a Innocentium mittens de Carthaginenſi Concilio (*a*)
Aurelius *Apud Labbeum To.4.pag.375.* AURELIUS. Domino (inquit) Beatiſſimo & honoratiſſimo Sancto Patri Innocentio *Papæ* Aurelius, Numidius, & Ruſticianus, & cæteri qui in Concilio Carthaginenſis Eccleſiæ aſtuimus. Cum ex more ad Carthaginenſem Eccleſiam ſolemniter veniſſemus, atque ex diverſis cauſis congregata ex nobis Synodus haberetur, compresbyter noſter Oroſius &c.,, Hæc ibi. Eidem inſuper Innocentio venerabiliſſimus Præſulum
b cœtus in Concilio Milevitano (*b*) talem ex calamo Auguſtini Synodicam tranſmiſit Epiſtolam contra Pelagium & Cœleſtium hæreticos; & eſt
c inter Epiſtolas (*c*) Auguſtini CXXX. AUGUSTINUS.
Auguſtinus *Apud Labbeum To.4.pag.187.* ,, Domino beatiſſimo meritoque venerabili in ,, Chriſto honorando *Papæ* Innocentio, Silvanus, Valentinus, Aurelius, Donatus, Reſtitutus, Lucianus, Alypius, Fortunius, Severus, Auguſtinus, Poſſidius, Novatus, Secundus, Maurentius, Leo, Fauſtinianus, Proceſſus, Creſconius, Secundus, Felix, Aſiaticus, Ruffinianus, Fauſtinus, Servius, Terentius, Creſconius, Sperantius, Quadratus, Lucillus, Fauſtinus, Sabinus, Creſconius, Victor, Gigantius, Poſſidonius, Antonius, Innocentius, Felix, Antonius, Victor, Honoratus, Donatus, Petrus, Præſidius, Creſconius, Lampa-
d dius, Delphinus (*d*) ex Concilio Milevitano in Domino ſalutem *Papæ* Innocentio. Quia te Dominus gratiæ ſuæ præcipuo munere in Sede Apoſtolica collocavit &c.,, Hæc ibi.
* *ſen inepta.* Quid tibi ſufficiet, ſi hæc fuerint diminuta * ad confirmandum celeberrimum nomen *Papæ* tanto Præſuli digniſſime convenire? Si crimi-
In nomine Papæ nec ambitio, nec adulatio notari debet. neris vocabulum, quaſi ambitioſum, ſaltem cave, nolique criminari tot Sanctos Patres, tot Sancta Concilia pro tantæ, tamque culpabilis ambitionis fautoribus. Si damnes de adulatione vocabulum, abſit, ut ipſos Sanctos omnes de adulationis ſtupro damnemus. Fac quod vis: non tu talis vel tantus es apud Chriſti fideles, ut his contemptis, tibi donent credentiam.

5. Inſuper argumentum eſt peritis fidelibus, quod non propter ambitionem Summi Romani Pontificis nomen *Papæ* tam jugiter eſt aſſumptum, quia eodem tempore Sancti Patres magnos & claros Chriſti Pontifices, citra Romanum, *Papas* vocabant. Quemadmodum Sanctus Auguſtinus ad Aurelium jam dictum ſcripſit Primatem ſuum in Prologo inſignis voluminis
Auguſtinus *To.8.pag.747.* *de Trinitate*, AUGUSTINUS. Domino (inquit) ,, beatiſſimo & ſinceriſſima charitate venerando Sancto Fratri & Conſacerdoti *Papæ Aurelio*, Alypius & Auguſtinus in Domino ſalutem. Impletum eſt gaudio os noſtrum &c.,, Hæc ibi. Ita etiam Hieronymus rigidus & Sanctus Pater Auguſtinum *Papam* appellat in Epiſtolis ad eum directis. Unde in Epiſtolarum ſuarum exordio prima ejus ad Auguſtinum, quæ eſt etiam ſecunda, habet, HIERONYMUS.
Hieronymus *Apud Auguſtinum to. 2. Epiſt. 81. pag. 189.* ,, Domino vere Sancto & *beatiſſimo Papæ Auguſtino*, Hieronymus in Chriſto ſalutem. Anno præterito per fratrem noſtrum Aſterium Hypodiaconum &c.,, Item Epiſtola ejuſdem tertia ad eumdem ſic habet: ,, Domino vere
Epiſt.75. pag. 168. ,, Sancto & *beatiſſimo Papæ Auguſtino* Hieronymus. Tres ſimul Epiſtolas, immo libellos ,, per diaconum Cyprianum tuæ dignitatis accepi.,, Item epiſtola ejus quinta ad eumdem: *Venerabili Papæ Auguſtino* Hieronymus. Virum ,, venerabilem fratrem meum, filium dignationis tuæ Oroſium Presbyterum &c.,, Item Epiſtola ſexta ejus eſt: Domino Sancto, ac *bea-*
A ,, *tiſſimo Papæ Auguſtino* Hieronymus. Omni *Epiſt.75. pag. 168.* ,, quidem tempore beatitudinem tuam eo quo decet honore veneratus ſum &c.,, Ita quoque Joannes Caſſianus Pater Sanctus ac venerabilis ſenex *de inſtitutis Monachorum* de Scripturis & alia quædam opuſcula emiſit ad Caſtorem Epiſcopum, *Papam* eum appellans in prologo primi libri, CASSIANUS. Tu his (in- *Caſſianus Pag. 1.* ,, quit) eruditus exemplis *Beatiſſime Papa Caſtor*, verum ac rationabile Deo templum, ,, non lapidibus inſenſibilibus, ſed Sanctorum virorum congregatione; nec corruptibile & temporale, ſed æternum atque inexpugnabi-
B ,, le ædificare diſponis. — Et iterum ibi bene *Pag. 2.* ,, infra. — Quapropter, *Beatiſſime Papa*, unicum religionis & humilitatis exemplar, tuis precibus animatus ſecundum vires ingenii mei Opus ,, quod injungis aggrediar. — Et in Præfatione *Pag. 215.* ,, Collationum. — Debitum quod *Beatiſſimo Papæ Caſtori* in meorum voluminum præfatione promiſeram &c.,, Et ibidem infra, alloquens quemdam Epiſcopum Leontium (*e*).,, *e* ,, Vobis potiſſimum, o *beatiſſime Pater Leonti* & Sancte Pater Helladi credidi conſecrandas.,, Hæc ille. Poſſent innumera talium exemplaria recitari. Sed fateor, parco labori; & fatigatione laſſus
C ceſſo *: nec tot jam collegiſſem in unum, niſi * *Cod. Ferrar. expecto.* ut beſtiam (quæ tetigit montem illum qui crevit in Chriſto lapide angulari, & jam replet mundum) ita numeroſa lapidum authoritate ſubruerem, ne præſumptam ultra poſſet aſpirare blaſphemiam. Habet hic ecce Romanos Pontifices cito poſt Petri tempora *Papas* appellari ſolitos frequenter: habet in tempore Dotis: habet poſt dotem a Patribus & ſinceris viris Eccleſiæ ſic vocatos. Habet tandem alios inſignes Pontifices ſic vocatos, ne inſoliti nominis titulum ſoli invideret Præſuli Romanorum. Et quid ultra faceremus ignoro, ut pugillarem ra-
D tionem ejus inductam duceremus ad publicum, qua dicit, quod ,, cum hoc nomen *Papa* ſit terminus extra fidem Scipturæ, videtur quod in ,, dotatione Eccleſiæ per Cæſarem eſt inventum. ,, — Et iterum — Papa & Cardinales ſunt per diabolum introducti: in cujus ſignum nomen ,, Papæ non inſeritur in Scriptura.,, De tali ratione Ruſticus quiſquam erubeſceret, aut Villanus; & pudet me ipſi objicere quidquam grave. Quid, ſi ducerem ipſi in mentem de hoc nomine *eſſentia una in Deo?* quid de *trina perſona?* quæ utique appellationes ut ſupra ex Auguſtino monſtravi, non ſunt inſertæ Scripturæ.
E Sed ab ipſo interrogo: Ubi infame cognomen *Wicleffi* inſeritur in Scriptura? Quod ſi non invenias, argumentum ejus reſumam: Ergo Wicleffus, inſanus hæreticus, eſt per diabolum introductus. Nolite hæc audire fideles; ſed noveritis eſſe hoc ex antiquo more apud viros hæreticos, *Vetus mos hæreticorum, cum deſunt rationes in rebus, lites excitare de nomine.* ut quando rationes eis ceſſant ex rebus, ſtatim incipiant inſtaurare ſibi calumnias, quod tales, aut tales termini non ſunt in Scripturis. Sic enim longo tempore Ariani vexabant Catholicos de termino *Homouſion*, quod in Scripturis San-

(*a*) Eſt Carthaginenſe contra Pelagianos ſecundum, anno 416. celebratum.
(*b*) Milevitano ſecundo contra Pelagium & Cœleſtium habito, anno 1416.
(*c*) Eſt Epiſtola 92. inter Auguſtinianas.
(*d*) Confuſionem in recitatis nominibus notat Labbeus citatus.
(*e*) Fuit hic *Leontius* Caſtoris Epiſcopi, cui ſuperiores libri nuncupati, frater germanus, idemque Sacerdos; immo etiam Epiſcopus; & fortaſſis ejuſdam Caſtoris in Eccleſia Aptenſi ſucceſſor.

Caſſiodorus *Lib. 2. cap. 7.*

Sanctis non eſt habitus, ut tradit Caſſiodorus in *Trip. Hiſt.* & habet Auguſtinus in Epiſtola *ad Paſcentium Arianum:* & inde volebant terminum & fidem ejus extermináſſe de medio. Sed reſpondet ibi Auguſtinus, quod nec Pater ingenitus reperitur ibidem, & ſubdit AUGUSTINUS.

Auguſtinus *To. 2. Epiſt. 238. pag. 853. num. 5.*

„ Vides, inquam, poſſe fieri, ut etiam de verbo, quod in Scriptura Dei non eſt, reddatur tamen ratio, unde recte dici oſtendatur. „ Hæc ille. De talibus (Deo dante) plura dicentur in poſterum (*a*): ſed quantum ad præſens, capiant fideles regulam Auguſtini lib. IV. *contra Academicos* cap. XIII. & reſumit eamdem lib. *de quantitate animæ*, de ſapientia loquens,

Auguſtinus *To. 1. lib. 3. pag. 287. num. 29.*

AUGUSTINUS. Docuit me (inquit) cum de re conſtat, „ propter quam verba dicuntur, de verbis non debere contendi. Et quiſquis id faciat, ſi imperitia faciat, docendum eſſe; ſi malitia, deſerendum. Si doceri non poteſt, monendum ut aliquid aliud potius agat, quam tempus in ſuperfluis, operamque conſumat. Si non obtemperat, negligendum. „ Hæc Auguſtinus. Vide, in quo horum tu fueris, & inſipidum te recognoſce quod ſic dixeris.

CAPUT XXXIX.

De electione Papæ per cœtum Cardinalium.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Summa infidelitas eſt* (*aſſerebat hæreticus*) *electionem Papæ a Cardinalibus factam comprobare.*
2. *Hanc juſtam honeſtamque Papæ electionem cur tam moleſte ferat hæreticus, detegitur.*
3. *Deus, poſtquam primas rerum formas conſtituit, de cætero alias conſtituendi creaturis facultatem injunxit.*
4. *Diſcutitur hæretici ratio, ut rei veritas apertius cognoſcatur.*
5. *Quam vana frivolaque fuerit ejus ratio, oſtenditur.*
6. *Wicleffus non modo Papæ electionem a Cardinalibus factam damnavit, ſed hac data ocaſione, etiam electionem Cardinalium a Papa.*

1. ULterius procedentes hoſtem Eccleſiæ Chriſti ſemper quaſi ex adverſo ante faciem cernimus: qui & poſtquam de appellatione *Papæ* ſtruxit calumnias, intendit turbare fideles ſuper electione Papæ, & origine poteſtatis. Unde *de veritate & mendacio*, cap. XVI.

Wicleffus.

WICLEFFUS. Quæ (inquit) major infidelitas, quam „ approbare electiones Cardinalium, qui ex vobis ſine dubio ſunt diaboli incarnati: quod ſi eligerem qualemcumque perſonam in Papam, tunc ipſe eſt Pater Sanctiſſimus, & immediatus Chriſti Vicarius hic in terris? „ Hæc ibi. Item *Concluſione* XIV. inter *Concluſiones* ter damnatas: „ Electiones (inquit) Cardinalium cum cæteris humanis traditionibus non ſunt dignæ memoria; cum non ſit major color, quod Deus ipſas conficit, quam ſequatur, quod ex una veſania Deus Papam ſtatuit ſocium Jeſu Chriſti. „ Hec ille.

2. Cur autem tam moleſte ferat illam electionem honeſtam, neſcio; niſi quia cupit promoveri illum Papam ſuum *abſconditum* *, qui non poſſet eum criminari de hæreſi: quia totum mundum latet, & ſibi ipſi manet ignotus. Sed ideo a ſolo Deo foret in Papam eligendus, ſicut ſoli Deo eſt cognitus; immo ſi verus Papa eſſet, neſcio.

* *Vide ſupra cap. 20. num. 4.* Wicleffus rejicit Papam ne ab eo puniatur de hæreſi.

3. Sed noverunt qui ſcrutantur Scripturas, quod Dominus Deus pene per cuncta opera ſua, poſtquam primas rerum formas inſtituit, taliter & talia
A faciendi de cætero, ſecundum ipſam Dei formam, aliis creaturis curam injungit. Deus inſtituit per ſe primum hominem, primum leonem, primum aſinum, & ſimilia: de cætero vero talia ſuppoſita propagare, homini, leoni, aſino tradidit poteſtatem. Ut autem deſcendamus ad Politica; primas tabulas legis ipſe manu ſua confinxit: ipſis fractis, ſecundas non reddidit, ſed Moyſi juſſit tales excidere, inſtar priorum. Ipſe primum Aaron per ſe ipſum in Sacerdotem elegit in germine virgæ: demum Eleazarum per Moyſen, & Sacerdotes reliquos per ſucceſſionem carnis. *Num.* XVIII. & XX. In novo teſtamento
B elegit duodecim Apoſtolos per ſe ipſum: demum autem Matthiam per Apoſtolos, & ſeptem Diaconos; non quidem ſecundum carnem, ſed mentis decretum; ut tranſlato Sacerdotio de carne ad Spiritum, etiam de electione carnis, in electionem Spiritus, Legis eſſet tranſlatio. De qua Iſaias: „ Quomodo ſi offerant filii Iſrael victimas mihi cum Pſalmis in domo Domini: & ex eis ſumam Sacerdotes & Levitas, dicit Dominus *. „ Super quod dicit Hieronymus in XVIII lib. *Commentarii*, HIERONYMUS. Ut qui ſalvati fuerint, gentibus prædicarent: de quibus unus loquebatur, *Sic nos re-*
C *putet homo quaſi miniſtros Chriſti, & quaſi diſpenſatores miniſteriorum Dei*. Et Lucas Evangeliſta: *Sicut tradiderunt* (inquit) *nobis qui a principio viderunt, & miniſtri fuerunt Sermonis:* de quibus & ſupra legimus, *Vos autem eritis mihi Sacerdotes Domini*. Quomodo autem in abſcondito Judæus eſt, qui Spiritu circumciditur, de quo ſcriptum eſt, *Nos ſumus circumciſio qui Spiritu Deo ſervimus, & offerimus ſpirituales victimas placentes Deo;* pſallimuſque Spiritu & ſenſu; ſic & Sacerdotes & Levitæ ſunt in abſcondito, qui non ſeriem generis ſequuntur, ſed ordinem fidei. „
D Hæc Hieronymus. Si quem ergo vis Papam abſconditum, talem aſſume, qui quamvis non patenter hanc dignitatem aſſequatur ſucceſſione carnis, quemadmodum ſolebant illi de ſtirpe Aaron; ſed abſcondite, ſecundum decretum privatæ conſcientiæ eligentis: pateat tamen hominibus per apertam impoſitionem manuum conſecrantis: nec ullo modo præſumat ſibi Sacerdotium, niſi per electionem hominum ex hominibus aſſumatur, & pro hominibus a conſecrante homine conſtituatur in his quæ ſunt ad Deum, juxta Paulum Apoſtolum & Auguſtinum, dicentem lib. *de quæſtionib. novi &*
E *veteris teſtamenti*, cap. XLVI. AUGUSTINUS. Si Sacerdos alicubi deſit, poteſt alterius loci Sacerdos rogatus venire, & vicem ejus agere; non tamen propheta, quamvis ſanctæ vitæ ſit, agere poteſt, quod ſibi ſcit minime eſſe conceſſum. Aliud eſt enim bene vivere, & aliud poteſtatem alicujus accipere officii. Sicut enim qui Sacerdos eſt, non ex eo vitam ſuam commendatam putare debet: ita & qui ſanctæ converſationis & vitæ eſt, non jam ex eo ſibi Sacerdotium vendicare debebit. Quamvis enim bonum ſit Sacerdotium, tamen malum erit ei, cui conceſſum non eſt, & præſumit. „ Hæc Auguſtinus. Non ergo po-

Gen. 1. 27. — *Exodi 32. 16.* — *Exodi 34. 1.* — *Num. 18. 1.* — *Num. 20. 16.* — *Luc. 6. 13.* — *Act. 1. 26.* — *Act. 6. 5.* — *Iſa. 66. 21.* — * *Juxta* LXX. — Hieronymus *To. 4. pag. 824.* — 1. *Cor.* 4. 1. — *Iſai. 61. 6.* — *Rom. 2.* — *Philipp. 3. 3.* — *Hebr. 5. 1.* — * Auguſtinus *To. 3. in App. pag. 1044.*

(*a*) To. 2. ubi de termino *tranſubſtantiatio* in Euchariſtia.

poteſt *abſconditus* tuus eſſe verus quiſcumque Sacerdos, multo magis non Summus Sacerdos quantacumque fulgeat ſanctitate, quouſque poteſtatem tanti officii a concedente ſibi ſuſceperit. Summum autem Sacerdotium per electionem plurium Epiſcoporum accipiat, quemadmodum exemplificavit Sanctus Spiritus per Apoſtolos in Matthia. Sed jam Cardinales Epiſcopi, & alii, loca ſupplent Epiſcoporum Primatum, qui, vice Apoſtolorum, inferiorum Epiſcoporum ſolebant electiones & vitas tractare, quod non poſſunt in Papa, qui non habet Primatem. Unde Hugo *de Sacramentis* lib. II. parte III. cap. XIV. HUGO. Quia (inquit) Sedes Apoſtolica cunctis in orbe terrarum præfertur Eccleſiis, atque ſuper ſe Metropolitanum habere non poteſt; Cardinales Epiſcopi procul dubio Metropolitani vice funguntur; qui videlicet electum Antiſtitem ad Apoſtolici culminis apicem provehunt. Facta autem electione, ſi forte caſus vel violentia aliqua obſtiterit, ut is qui electus eſt in Sede Apoſtolica juxta conſuetudinem inthronizari non valeat; Electus tamen, quemadmodum ſtatutum eſt, ſicut Papa authoritatem obtinere debet regendi Sanctam Romanam Eccleſiam, & diſponendi facultates ejus.„ Hæc ille. Hæc ergo Cardinalium Patrum electio, quantum ad electionis ſubſtantiam, neſcio a quo poſſet coloratius depravari quam ab eo, qui omnem Eccleſiæ politiam divellit, ſed nullam procreat, nullam diſponit. Sufficit autem ſimplicitati Fidelium, quod Chriſtus vocaliter elegit plures Apoſtolos, ut hac exemplari forma Magiſtri, aut voce, aut ſenſibili quodam ſigno, unus rite eligatur a pluribus: quemadmodum unus Matthias a pluribus Apoſtolis, unus Paulus (*a*), unus Barnabas in Apoſtolicum opus Domini a Spiritu Sancto, ſed non ſine Apoſtolorum miniſterio, ſegregati. Et cur non a pluribus Patribus Cardinalibus unus Papa, ſi ſucceſſive plures oportet fieri Sacerdotes, idcirco quod morte prohibentur permanere? Unde in antiquo libro *Decretorum Pontificum* ex Synodali decreto (*b*) Nicolai Papæ ſancitum inveni, NICOLAUS. Primo (inquit) inſpectore Deo ſtatutum eſt, ut electio Romani Pontificis in poteſtate Cardinalium Epiſcoporum ſit; ita ut ſi quis Apoſtolicæ ſedi ſine præmiſſa concordi & Canonica electione eorum, ac deinde ſequentium Ordinum Religioſorum, Clericorum, & Laicorum conſenſu inthronizetur, non Papa vel Apoſtolus, ſed Apoſtaticus habeatur (*c*).„ Hæc ille. Sic hactenus credimus obſervatum circa electionem Papæ, ut hi eligant, illi conſentiant ſic electo. Plus de hoc videri poterit lib. III. *Decretorum* Ivonis in principio, quod idem eſt cum eo, quod habetur apud Gratianum Diſt. XXIII. cap. *In nomine Domini*.

* Cod. Vat. exemplavit.
Act. 1. 26.
Epiſcopi Cardinales locum teneant Primatum Epiſcoporum.
Hugo cap. 25. pag. 989.
Diſt. 23. cap. In nomine Domini.
Act. 1. 27.
Act. 13. 2.
Hebr. 7. 23.
Nicolaus Papa II. apud Labbeum To. 12. pag. 41.

4. Sed cum dicta Wicleffi in hac parte non faciant fortem luctam, rationes ejus breviter percurramus. „ Dicitur (inquit) Curiam iſtam ſibi ſtatuere pro regula, quod Papa ſit, qui ſummus Chriſti vicarius a Cardinalibus eligatur. Videtur error iſte in principio multas ſequentes hæreſes parturire. Chriſtus enim vere Deus & homo, ex ſumma ſapientia elegit ſibi duodecim Apoſtolos: & ex fide Cardinales non poſſunt in iſto æquiparari iſti ſapientiæ increatæ; ergo ſtulta præſumptio foret hoc ſine evidentia fidei attentare.„ Hæc Wicleffus *de Chriſto & Antichriſto* cap. IX.

Wicleffus.

5. Heu! ſtolidus iſte homo, qui ut Auguſtinus ait de *Juliano*, conſuetudine reſultandi perdidit ſenſum ſuum. Vide quid ex hac arguendi forma ſequatur: Chriſtus prædicavit pauperibus, Chriſtus oravit Patrem, Chriſtus inſtruxit diſcipulos: ſed cæteri viatores ex fide non poſſunt æquiparari ſapientiæ increatæ; ergo nullus viator purus, ſine evidentia fidei, iſta debet hactenus attentare. Sed quid dices, ſi reſpondeam, Cardinales hoc attentare illa evidentia fidei, qua Chriſtus elegit Apoſtolos, docens eos, ſecundum hanc formam unius Chriſti, in uno Chriſti ſpiritu convenire ad eligendum in Eccleſia, qualiter omnes Apoſtoli uno ſpiritu Chriſti elegerunt Matthiam, Paulum quoque, & Barnabam ſeriatim Apoſtolos, Chriſto hoc volente & dicente, *exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis?* Si ſoli Chriſto licebat, cur hoc attentabant Apoſtoli? Cur Paulus Timotheum conſecravit Epiſcopum? Cur Petrus Marcum? Quod ſi Apoſtolis hoc licebat ex inſtructione Chriſti ad conſervandas ſucceſſiones Sacerdotum (qui tamen æquiparari non poterant Chriſto ſapientiæ increatæ) quid valet in quo redarguis Cardinales?

Luc. 4. 18.
Joan. 7. 17.
Joan. 13. 15.

6. Reſpondet, ſcio, ſtatim quod in textu ſubſcribit ibidem WICLEFFUS. Papa (inquit) non eſt ſufficiens ad eligendum ſibi Cardinales loco Apoſtolorum; multo magis ipſi Cardinales non ſufficiunt ſine errore Papam eligere tamquam Chriſtus.„ Hæc Wicleffus ubi jam ſupra *. Jam ſentire poſſum quo navigat argumentum. Vult enim damnare univerſaliter electionem Cardinalium: quia ex ſe, ſine errore, non ſufficiunt eligere bonum Papam. Sed Chriſtus Dominus noſter in prima acie reverberat hoc motivum, qui ſine omni errore, divina ſua providentia, elegit malum & traditorem Apoſtolum, ut nos deberemus moderate ferre, ſi quando contra ſpem noſtram eligeremus inutilem: quemadmodum lib. II. *ſuper Lucam* cap. VI. loquens de Scarioth BEDA. „ Non per imprudentiam (inquit) ſed per providentiam inter Apoſtolos eligitur *. Quanta enim eſt veritas, quam nec adverſarius miniſter infirmat? Quanta Domini moralitas, qui periclitari apud nos judicium ſuum, quam affectum maluit? Suſceperat enim hominis fragilitatem, & ideo nec has partes recuſavit infirmitatis humanæ. Voluit deſeri, voluit prodi, voluit ab Apoſtolo ſuo tradi, ut tu a ſocio deſertus, a ſocio proditus, moderate feras tuum erraſſe judicium, periiſſe beneficium. „ Hæc Beda. Ecce Cardinales & tota Eccleſia compromittens eorum arbitrio ſuper electione Papæ futuri, non incurrunt reatum, ſed incitantur ad virtutem, ſi, volentes bene eligere, errans habuere judicium: & debent moderate ferre periiſſe beneficium, quia Chriſtus, qui non fallitur, propter hoc ſcienter elegit perverſum, qui ſuper electione ſua non poteſt juſte convinci. Nec debes formidare electionem tuam non bonæ conſcientiæ *, (ſi ſiniſtre ſuccedat) relaxaſſe periculo; cum Chriſtus te præceſſe-

Wicleffus.
* lib. de Chriſto & Antichriſto cap. 9.
Beda To. 5. pag. 284.
* Judas.
* Vide cap. ſeq. num. 21.

(*a*) Quod Paulus fuerit a SS. Petro Joanne & Jacobo Apoſtolus ordinatus, teſtatur Hieronymus ſupra cap. 5. num. 6.

(*b*) Decreto Synodus Romanæ quæ anno 1059. celebrata a Labbeo refertur.

(*c*) Romana Synodus hoc edidit Decretum non ut jus eligendi Papam Cardinalibus primo conferret, ſed ut effrœnem Schiſmaticorum licentiam compeſceret. Nam contra ipſum Nicolaum ſecundum ſteterat præcedenti anno *Joannes Mincius* Velitrenſis Epiſcopus, *Benedictus* X. appellatus, qui in Sedem Apoſtolicam intruſus fuerat armis & factione Gregorii Lateranenſis & Tuſculanenſis Comitis, aliorumque potentum Romanorum, Cardinalibus fruſtra reclamantibus, & diris Antipapam devoventibus. Vide cap. ſequenti num. 2.

ceſſerit, mallens periclitari apud homines ſuum judicium, quam affectum.

CAPUT XL.

Reſpondetur ad objecta Wicleffi contra electionem Papæ per Cardinales.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Altera Wicleffi ratio, qua Papæ electionem damnare eſt auſus, adducitur.*
2. *Solvitur ejus ratio: immo per eamdem conſtantiſſime redarguitur.*
3. *Non oportet in electione Papæ Cardinales aperte cognoſcere Deum hunc elegiſſe (ſicut dicit Wicleffus) ſed ſufficit hoc ſupponere.*
4. *Melior eſt mentis electio quam ventris: præſtantiuſque eſt inter omnia jura politica jus electionis, quam partus.*
5. *Nova Wicleffi ratio ponitur.*
6. *Diluitur ejus ratio, aperteque oſtenditur, eum litteras ſanctas non intellexiſſe.*
7. *Antiquitus Summus Sacerdos ſorte eligebatur, & cur.*
8. *Matthias ante feſtum Pentecoſtes Apoſtolus ordinatur, & cur.*
9. *Tametſi non auſi fuerint Apoſtoli ante diem Pentecoſtes Apoſtolum ſine ſorte eligere; elegerunt tamen poſt Pentecoſten ſine ſorte ſeptem Diaconos.*
10. *Chriſtus non ſemper Papam eligit in Eccleſiæ ædificationem, ſed aliquando in vindictam.*
11. *Cardinales aliquando peccatis populi obcæcati eligunt malum Pontificem.*
12. *Deus quandoque eligit ad opus probationis, quandoque vero tentationis.*
13. *Quam neceſſarium ſit homines bono ſuo politico providere, Caputque ſibi eligere, concluditur.*

1. MOvet ſecundo contra hanc Papæ electionem per Cardinales (a) ibid. *de Chriſto & Antichriſto* cap. IX. WICLEFFUS. Ne„mo (inquit) debet procedere in ſibi ambiguo, „ubi operatio ſecurior magis patet, Electio „Paparum per iſtos Cardinales eſt illis ambi„gua, & operatio ſecurior atque meritorior eſt „a Domino limitata; ergo illa electio eſt ſe„cundum Dei providentiam dimittenda (b), „& alia operatio, ut evangelizatio, dictio ora„tionis Dominicæ, vel alia a Deo ordinata „ad ædificationem Eccleſiæ, eſt humiliter amplectenda -- Et probat majorem ex illo *de Conſecr. Diſt.* v. *Non mediocriter*, & ſequitur.-- Quis „dubitat quin recta Evangelizatio ſecurior at„que facilior ſit, quam Papæ talis electio? Igi„tur Electores debent hoc magis bonum elige„re, & illud inſecurum dimittere. Et iſta vi„detur ſententia Apoſtoli ad Rom. xv. *Non* „(inquit) *audeo aliquid eorum loqui, quæ per* „*me non efficit Chriſtus*. Numquid credimus „iſtos Electores cognoſcere, quod Chriſtus ad „ædificationem Eccleſiæ elegit hunc in Pa„pam?„ Hæc Wicleffus. Poſſunt ne videre homines periti, quam fabuloſe & admodum indocti hominis lacerum conſuit * argumentum? Si meritorior & ſecurior operatio eſt dictio orationis Dominicæ, quam talis electio pro illa hora, & ideo præponenda ſub pœna peccati; quare non dixit Chriſtus orationem Dominicam, dimittens electionem Apoſtolorum duodecim? Quare non dixit Petrus orationem Dominicam, cum eligeretur Matthias; immo illam unam recenter ſubintulit, *Tu Domine, qui corda noſti omnium &c.* Immo tu quare comedis aut dormis, & meliorem operationem poſtponis Evangelizationis, aut dictionis orationis Dominicæ? Quod ſi dicas, etiam bene operantem bene orare; cur non bene orant Cardinales, quando eligunt bonum, vel bene Papam? Immo quod illa oratio vel talis evangelizatio, hac operatione dimiſſa, eſſet melior, reſtat ut probes totum. Dimitto iſta laicis: vulgi collatio fabricat hæc motiva.

[Margin: a Wicleffus. — b — Rom. 15. 18. — * al. conficit. — Luc. 6. 13. — Act. 1. 24. — Orant Cardinales eligentes bonum & bene Papam.]

3. Sed audiamus quid profert ex Apoſtolo. *Non audeo aliquid eorum loqui, quæ per me non efficit Chriſtus*. Et tunc addit. „Numquid cre„dimus iſtos Electores cognoſcere, quod Chri„ſtus ad ædificationem Eccleſiæ elegit hunc in Papam? „Quaſi diceret: *alioquin fatua eſt eorum electio, & ſic caſſa*. Eccleſia Chriſti reſpondet, non oportere eos hoc cognoſcere, ſed hoc fideliter debere ſupponere. Ecce Scriptura eſt in foribus. Act. 1. elegerunt Apoſtoli duos, Joſeph & Matthiam. Numquid iſti Electores cognoſcebant, quod Chriſtus, ad ædificationem Eccleſiæ, utrumque iſtorum elegit in Apoſtolum? Certum eſt, quod non: quia tunc uterque fuiſſet Apoſtolus. Ergo alterum non elegit Chriſtus, cum ipſi elegiſſent utrumque. Quo, rogo, judicio? Divino, an humano? Auguſtinus plane dicit, Apoſtolos ſecundum humanum judicium elegiſſe duos, & alterum commiſiſſe Dei judicio, ſuper Pſal. xxx. Tract. 11. AUGUSTINUS. Sors (inquit) non aliquid mali eſt, „ſed res eſt in dubitatione humana, divinam „indicans voluntatem. Nam & ſortes miſe„runt Apoſtoli, quando Judas tradito Domi„no periit; & ſicut de illo ſcriptum eſt, *abiit* „*in locum ſuum*: cœpit quæri quis in locum „ejus ordinaretur. Electi ſunt duo judicio hu„mano, & electus de duobus unus judicio di„vino. De duobus conſultus eſt Deus, quem„nam ipſorum ipſe vellet; & cecidit ſors ſu„per Matthiam.„ Hæc Auguſtinus. Ecce tota Apoſtolorum electio erat humano judicio; & tamen Chriſtus illam approbans, unum elegit de duobus, & non elegit extra iſtos. Cur ergo tu blaſphemas, electionem Cardinalium humano judicio & conſcientia conſummatam, quod talem offerant Chriſto unum, quem ſuo judicio exiſtimant cæteris aptiorem? An putas indigne Chriſtum ferre, quod quis alio, quam divino judicio, eligatur? Et fruſtra tunc feciſſet humanum judicium, & inaniter ſubjecerat ſibi quidquam. Ecce regulariter Chriſtus admiſit Sacerdotes veteris legis ſine diſcretione boni vel mali, quos ab origine Aaron propagatio carnis promovit. Num. XVIII. *Omnia quæ ſanctificantur a filiis Iſrael, tibi tradidi, & filiis tuis pro officio tuo Sacerdotali legitima ſempiterna.*

[Margin: Rom. 15. 18. — Act. 1. 23. — Auguſtinus To. 4. Enarratione quarta, pag. 160. num. 13. — Act. 1. 26. — In electionibus humanum judicium Deus non improbat. — Num. 18. 8.]

4. Sed

(a) Forma electionis Papæ per Cardinales eſt valde antiqua. Conſtat enim ab anno 1179. ſemper electos Pontifices a duabus partibus Cardinalium, juxta Decretum Alexandri III. promulgatum in Concilio Lateranenſi, ut habemus c. *Licet* extra de electione. Nec tamen tunc cœpit electio fieri per ſolos Cardinales, ſed diu antea videtur incœpiſſe. Nam in eo c. *Licet* Alexander III. aperte innuit jam antea cœpiſſe morem iſtum. Sanctus Petrus Damiani ad *Cadaloum* Antipapam ſcribens, ejus intruſionem damnandam probat, quod a Cardinalibus Epiſcopis non fuerit electus: *Taceamus* (inquit) *de Senatu, de inferioris ordinis Clero, de Populo: quid tibi de Cardinalibus videtur Epiſcopis, qui videlicet Romanum Pontificem principaliter eligunt &c.* Non tamen contendit *Waldenſis* quod a ſolis Cardinalibus debeat electio Papæ fieri; ſed dumtaxat quod non ſit contra Scripturam, humana electione Pontificem fieri, ut putabat ac objiciebat Wicleffus.

(b) Alibi dixit quod *electio Papæ per Cardinales eſt a diabolo introducta*, & eſt propoſitio 40. a Synodo Conſtantienſi proſcripta.

4. Sed melior & certior eſt mentis electio, quam ventris. Ideo INTER OMNIA JURA POLITICA, PRÆSTANTIOR eſt jus *electionis* quam *partus*: igitur regulariter electi ab hominibus non corruptis, certiſſime & ſanctiſſime ſuccedunt in poteſtativum Sacerdotium Jeſu Chriſti: alioquin enim præſumpſiſſent Apoſtoli Sacerdotium novi teſtamenti inchoare per humanum arbitrium *. A

* *in electione duorum.*

Wicleffus. 5. Sed ipſe ſubdit; & eſt motivum ejus tertium, WICLEFFUS. Videtur, (inquit) ex Apoſtolorum facto poſt miſſionem Spiritus Sancti contrarium: nam ipſi eligendo Matthiam non audebant iſtud præſumere; ſed miſerunt ſortes ſuper Matthiam & Joſeph, & cecidit ſors ſuper Matthiam. Act. 1. Quæ ergo prudentia &c. Revera videtur quod ſit electio irregularis & frontoſa." Hæc Wicleffus.

Act. 1. 26.

6. Dignus Doctor Wicleviſtarum, qui tam abundanter Scripturas allegat, quas neſcit, immo in quas tam frontoſe mentitur: primo, quia dicit Apoſtolos elegiſſe Matthiam, quaſi determinate elegiſſent eum; quod falſum eſt; ſed hoc reſervaverunt Divino judicio, eligentes duos conjunctim, & neutrum de certo. Iterum, quia dicit, hoc factum Apoſtolorum ſuper electione Matthiæ poſt miſſionem Spiritus Sancti; cum plane conſtet hanc electionem factam ante Pentecoſten, & poſt Aſcenſionem, tempore illo, quo reverſi diſcipuli ab Oliveto, Jeroſolymis manſerunt in Cœnaculo, unanimiter orantes cum mulieribus, & Maria Matre Jeſu, juxta Salvatoris monitum, Luc. ultimo: *Vos* (inquit) *ſedete in Civitate, donec induamini virtute ab alto*. Unde & textus ipſe, poſt electionem Matthiæ, ſubjungit miraculum Pentecoſtes. Ideo Doctor de Lyra dixit, inter Aſcenſionem, & Sancti Spiritus miſſionem hoc factum. At ne quiſquam novus hiſtoricus ſectæ ejus, volens magiſtri ſui juvare mendacium, dicat ſic poſitum eſſe textum per anticipationem; adhuc obviat textus, dicens, eos, poſt reverſionem a Salvatoris aſcenſu, in Cœnaculo commanſiſſe: & ſtatim electionis hiſtoriam Matthiæ ſubinferens, *in diebus* (inquit) *illis, exurgens Petrus in medio fratrum &c.*

Matthias ante adventum Spiritus Sancti electus. *Act. 1. 14.* *Luc. 24. 49.* *Act. 2. 1.* *V. 15.*

7. Quod ſi textus ipſe non ſufficit, audiatur expoſitor ejus Beda ſuper actus Apoſtolorum in eumdem locum, textu, *& dederunt ſortes eis*, BEDA. Hic (inquit) Matthias ſorte eligitur, ne Apoſtoli electio mandato diſcrepare legis veteris videretur, ubi ſummus Sacerdos ſorte quæri jubebatur, ſicut de Zacharia dicitur: *ſecundum conſuetudinem Sacerdotii, ſorte exiit, ut incenſum poneret*. Qui idcirco, ut reor, tunc ſorte eligebatur, ut in typo figuraretur, verum ſemper quærendum fuiſſe Sacerdotem, donec veniret cui repoſitum erat. – Sequitur. – Donec ergo veritas compleretur, in figura licuit exerceri. Unde eſt quod Matthias, qui ante Pentecoſten ordinatur, ſorte quæritur: ſeptem vero Diaconi, qui poſtea, nequaquam ſortis agitatione, ſed diſcipulorum tantum electione, Apoſtolorum vero oratione, & manus impoſitione, ſunt ordinati." Hæc ille.

Beda To.5.pag.630. *Luc. 1. 9.*

8. Ecce quod Matthias ordinatur Apoſtolus ante feſtum Pentecoſtes, & congrue, ne tantæ illuſtrationi Paracleti perfectus Apoſtolorum deeſſet numerus conſecratus. Et ecce iterum rationem, quare ſorte fuit electus Matthias: quia licuit exercere figuram, donec veritas compleretur, ideſt, licuit exercere modum eligendi veteris legis, donec novæ legis in adventu Spiritus Sancti veritas doceretur. Cuncta ergo inſipientiam Wicleffi producunt foras, & produnt, quod electionem Matthiæ ſubſequi dixit Sancti Spiritus miſſionem, quæ de facto præceſſit. Succurrant illi ſophiſtæ hæretici, dicentes quod ſubſequebatur donationem Sancti Spiritus factam a Chriſto, dicente Apoſtolis, *Accipite Spiritum Sanctum &c.* dummodo Fideles noſcant Scripturas cum Doctoribus illam ab iſta ſic diſtinguere, quia illam *dationem* appellant, iſtam ſpecialiter *miſſionem*. Unde Chriſtus: *Cum venerit Paraclitus quem ego mittam vobis &c.* & *mittam etiam in vos Spiritum Paraclitum*. Et ſic illud Pſalmi illo die aſſumitur, *Emittes Spiritum tuum & creabuntur*.

Joan. 20. 23. *Joan. 15. 26.* *Joan. 16. 7.* * *al. primo.* *Pſal. 103. 30.*

9. Etiam cauſa Wicleffi, ex qua ſumpſerat argumentum, confunditur. *Non audebant* (inquit) *iſtud præſumere, ideo ſorte elegerunt*. Si B non audebant, neſcio. Forte quia nondum veritas Spiritus apparebat. Sed hoc ſcio, quod poſt miſſionem Spiritus bene audebant ſeptem Diaconos per ſe ipſos eligere ſine ſorte. Et nonne concurrebat eis Chriſtus, ſicut ante, ita & tunc?

10. Necdum me ſatis dixiſſe putabo, quamdiu verbum illud manet intactum. Supra enim dixit: *Numquid credimus iſtos Electores cognoſcere, quod Chriſtus ad ædificationem Eccleſiæ elegit hunc in Papam?* Quid ergo? Hoc modo nulla unquam fiet electio, niſi de electione Chriſti certa C revelatio antecedat. Ego autem de Scriptura Sancta confiſus tibi dico, quia nec Chriſtus ſemper elegit ad ædificationem Eccleſiæ hunc in Papam, hunc in Regem, vel Epiſcopum, ſed aliquando in vindictam & malum plebis, ſaltem pro tempore. Unde ſuper lib. *Judicum*, hom. IV. ORIGENES. Dicit fortaſſe populus: num aliquando Eccleſia Dei ſine judice eſt? Etiamſi prior deceſſerit, alter adhibetur. Audacter fortaſſis aliquid dicemus; tamen quod ſcriptum eſt dicemus. Non ſemper princeps populi, & Eccleſiæ judex, per Dei arbitrium datur; ſed prout merita noſtra depoſcunt. Si mali ſunt actus D noſtri, & operamur malignum in conſpectu Dei, dantur nobis principes ſecundum cor noſtrum: & hoc tibi de Scripturis probabo. Audi namque quid Dominus dicat, *Fecerunt ſibi Regem, & non per me; & Principem, & non per conſilium meum* (a). Et hoc dictum videtur de Saule illo, quem utique Dominus ipſe elegerat, & Regem fieri juſſerat: ſed quoniam non ſecundum Dei voluntatem, ſed ſecundum peccatorum populi meritum fuerat electus, negat eum cum ſua voluntate, vel conſilio conſtitutum. Tale ergo aliquid intelligamus etiam in Eccleſiis fieri, quia pro meE ritis populi, aut in verbo & opere potens a Deo tribuitur Rector Eccleſiæ; aut ſi malignum faciat populus in conſpectu Domini, talis Eccleſiæ judex datur, ſub quo famem & ſitim populus patiatur; non famem panis, neque ſitim aquæ; ſed famem ad audiendum verbum Dei". Hæc ille. Ecce quod Dominus ipſe elegit malum Saulem in regem propter peccatum populi: *quem* (inquit) *ipſe Dominus elegerat, & regem fieri juſſerat*. Quid ergo mirum, ſi tale quid eligentes faciant neſcienter, ſeducti propter peccatum populi, quando Dominus ſcienter malum elegit propter idem?

Origenes To.1.pag.345. *Oſee 8. 4.*

11. Et ita Cardinales peccatis populi excæcati

(a) Vulg. *Ipſi regnaverunt, & non ex me: Principes extiterunt, & non cognovi.*

cati eligunt quandoque malum Eccleſiæ judicem, ſub quo populus famem patiatur: nec propter hoc eſt electio criminoſa, ſicut nec electio Chri-
* quando Judam elegit. ſti Jeſu *. Et notandum exiſtimo, quod tempore Origenis non omiſerunt Fideles electiones, & ſubſtitutiones Antiſtitum, dicendo orationem Do-
* ſupra num. 1. minicam, ſecundum conſilium Wicleffi *, dicen- A
te Origene: *Num aliquando Eccleſia Dei ſine judice eſt? Si prior deceſſerit, alter adhibetur.* Item ponderandum, quod Origenes dicat: *non ſemper princeps populi, & Eccleſiæ judex per Dei arbitrium datur:* hoc intelligens *arbitrium*, quod nos *beneplacitam voluntatem*, ſecundum quam Deus dat ad utilitatem Eccleſiæ; quandoque non ſic, ad modum loquendi Auguſtini, qui ſuper Pſal.
Auguſtinus To.4.pag.475. num. 1. LI. AUGUSTINUS. In titulo (inquit) Saul rex
„ non ad permanendum electus a Domino, ſed
1. Reg. 8. 7. „ ſecundum cor populi durum & malum datus
„ ad eorum correptionem, non ad utilitatem,
„ ſecundum illam ſententiam Scripturæ, quæ ait B
Job. 34. 30. „ de Deo: *Qui regnare facit hominem hypocritam*
„ *propter peccata populi*. Cum ergo talis eſſet hic
1. Reg. 21. 1. „ Saul, perſequebatur David, in quo Deus præ-
„ figurabat regnum ſalutis æternæ, & quem Deus
Rom. 1. 3. „ elegerat permanſurum in ſemine „. Hæc Auguſtinus. Jam vides, quod nec Deus quos eligit, eligit ſemper ad utilitatem, ſed aliquando ad correptionem. Et iterum, quod non ſemper eligit Deus, ut electus permaneat, ſed quandoque ut tranſeat. Secundum has electiones Dei diſtinctas contingit duci mentes eligentium ſine omni culpa ipſorum ad eligendum quandoque eum, qui non permaneat ad utilitatem, ſed ut C
ſedeat ad horam, ad correptionem plebis injuſtæ. Ubi blaſphemia Wicleffi plane ſolvitur, cum
Wicleffus. dicit in *ſupplemento Trialogi*, cap. V. „ Quis du-
„ bitat quin ſit fallacia mundani dæmonii, ſi
„ Petrus fuit ſecundum tres conditiones prædi-
„ ctas electus a Domino: igitur oportet, quod
„ habeat in Eccleſia ſucceſſorem conditionis &
„ vitæ oppoſitæ, a diabolis, & non a Domino
„ ſic electum? „ Hæc Wicleffus.

12. Jam Orthodoxi tibi dixerunt, oportere unum eſſe electum, non quidem Petro oppoſitum; ſed quamvis Petro opponatur, hunc tamen non ſoli D
Cardinales, ſed & Chriſtus elegit; forſan non ut ad utilitatem permaneat, ſed ut vitam peccantis populi Chriſtus aſperius in perverſo paſtore corripiat. Unde ſcires, ſi Scripturas agnoſceres, quod Deus quandoque eligit ad opus probationis, quandoque ad opus tentationis. Primo modo elegit undecim Apoſtolos; alio modo Judam: & hoc ſcienter, quia non neſcienter elegit. Un-
Auguſtinus To.4.pag.522. num. 9. de ſuper *Pſal.* LV. AUGUSTINUS. Sciens (inquit)
„ ille (ſcilicet Chriſtus) elegit unum, unde ti-
„ bi ſolatium faceret, neſcituro quos devites.
„ Poterat enim ille non eligere Judam, quia no-
Joan. 6. 71. „ verat Judam: ait quippe diſcipulis: *Nonne ego* E
„ *vos duodecim elegi, & unus ex vobis diabolus*
„ *eſt?* Ergo & diabolus electus eſt: aut ſi ele-
„ ctus non eſt, quomodo duodecim elegit, &
„ non potius undecim? Electus & ille eſt, ſed
„ ad aliud. Electi ſunt undecim ad opus pro-
„ bationis, electus eſt unus ad opus tentationis.
„ Unde poſſet tibi exemplum dare neſcituro quos
„ devites malos, quos caveas falſos & fictos, in-
„ colentes & abſcondentes; & cur niſi ut dicat
„ tibi: *Ecce ego mecum habui unum ipſorum: Præ-*
„ *ceſſit exemplum: toleravi, perferre volui quod*
„ *ſciebam, ut tibi neſcienti præberem ſolatium?* „
Hæc ille. Quis aptius, quis promptius reſponderet calumnianti Wicleffo? Cardinales ſi eligunt
Chriſti exemplum pro Cardinalibus. quem neſciunt Eccleſiæ futurum utilem, Chriſtus elegit ſcienter Judam, non ad aliquod opus probabile, ſed ad tentandum (inquit Auguſtinus); ad dandum exemplum cunctis fidelibus, non tantum nobis, ſed & Cardinalibus, de certo neſcituris quos ante devitent quam eligant, ut patienter ferant, ſi, præter ſpem, mali ſuccedant, ac ſi Chriſtus diceret: perferre volui quod ſciebam, ut tibi neſcienti ſolatium adhiberem.

13. Dicamus ergo concludentes: neceſſe habent homines, ſi non velint tentare Dominum, bono ſuo politico providere ne pereant; & omni conſummata humana diligentia, divinam ci-
tius impetrabunt. Unde per Oſee Prophetam di- Oſee 1. 11.
citur: „ Dicetur eis, filii Dei viventis. Et con-
„ gregabuntur filii Juda & filii Iſrael pariter, &
„ ponent ſibi caput unum „. *Oſee* 1. Ecce quod præmiſit Scriptura de fidelibus legis Chriſti, quia filii Dei viventis ſunt; & tamen ſubditur, quia congregati pariter, caput ſibi ponent; quaſi diceret: Inde ſe filios Dei oſtendunt, quod diligenter ſatagunt, ne ſine capite uno diſperſi laſciviant. Nec tam convenienter occurrit tropologia illa de Chriſto & Eccleſia, in qua Judæi & gentes congregati ponant ſibi fideliter Chriſtum caput, ut quidam exponunt, quam litera mera de latinis & græcis, qui veraciter in electione legitima ponunt ſibi Chriſti vicarium Caput Papam, eo quod Fideles non ponunt Chriſtum Caput; ſed ad hoc eſt poſitus a Pa-
tre, qui dixit: *Poſui te in lucem gentium, ut* Iſai. 49. 6.
ſis ſalus mea uſque ad extremum terræ. Et inde
Chriſtus ad Apoſtolos: *Non vos me elegiſtis,* Joan. 15. 16.
ſed ego elegi vos, & poſui vos ut eatis &c. Sed filii Iſrael & filii Juda, ideſt, qui natione ſeparantur & lingua, ad hoc unum congregabuntur Deo complacitum, ut ponant ſibi ſub Chriſto Capite caput unum. Et qui huic eorum ordinationi (quia humana videtur) obſiſtit, huic laudi Scripturæ, & ordinationi divinæ cum Cho-
re & Dathan ſchiſma componit, qualiter in Num. 16. 3.
Iſagogis ſuis ſuper librum *Num.* cap. XIII. magnus ſcribit ISIDORUS. Per hos (ſcilicet Chore & Iſidorus To.2.pag.190. cap. 15.
„ Dathan & Abiron) ſignificantur ji, qui hæ-
„ reſes & ſchiſmata facere conantur, & multos
„ ſecum trahendo decipiunt, contemnentes Sa-
„ cerdotes Chriſti; & ſe a Clero ejus, plebi- Hæretici in Chore Datan & Abiron præſignati.
„ ſque ſocietate ſegregantes, conſtituere audent
„ Eccleſias; & aliud altare, precemque alte-
„ ram illicitis votis faciunt, Dominicæ hoſtiæ
„ veritatem per falſa ſacrificia prophanantes.
„ Hi, qui contra Dei ordinationem nituntur,
„ ob temeritatis audaciam, terræ compagibus
„ ruptis, viventes profundo hiatu merguntur.
„ Nec tantum hi, qui duces errorum ſunt, ſed
„ & qui conſentiendo participes eorumdem ef-
„ fecti ſunt, in igne æterni judicii præpara-
„ ta ultione peribunt. „ Hæc ille. Ecce Dathanita Wicleffus: Quare Sacerdotem Chriſti Papam contemnis, & Cleri ejus purum teſtimonium, per quod ſublimatur in Caput? Increpet te veteris Tertulliani teſtimonium, quod in laudem Chriſtianæ diſciplinæ contra Paganos inferre ſolebat libro ſuo, qui intitulatur *Apologeticus*, de ignorantia in Chriſto Jeſu, cap.
XXXIX. TERTULLIANUS. Præſident probati qui- Tertullianus pag. 31.
„ que ſeniores, honorem iſtum non pretio, ſed
„ teſtimonio adepti. NEQUE ENIM PRETIO ul-
„ la res Dei conſtat. „ Hæc ille. Præſidentiæ honorem ecce *teſtimonio*, non *pretio*, probati ſeniores acquirunt: quod teſtimonium honorem non faceret, niſi concors eſſet multorum ad modum electionis veræ in unum votum teſtantium.

CAPUT XLI.

De Sede Papæ in Roma.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Romam non eſſe locum aptum Chriſti Vicario, duplici de cauſa conatur Wicleffus oſtendere.*
2. *Aſſignantur rationes Catholicorum, quibus conſtare poteſt cur Roma eſt locus conveniens Summorum Pontificum.*
3. *Altera Wicleffi ratio, qua videtur, Bethleem, aut Jeruſalem, eſſe locum aptiorem Summi Pontificis.*
4. *Reſpondetur ejus rationi.*
5. *Quomodo etiam quidam Antiocheni conati ſunt Romanam ſedem Summo Pontifici denegare.*
6. *Cur Jacobus frater Domini Jeroſolymis reſedit.*
7. *Petrus in orbis diviſione, Romam tamquam infimum mundi locum ſibi elegit.*
8. *Romana Sedes duplici coruſcat authoritate, Epiſcopali ſcilicet, & Papali.*

* *Ed.V.* receſſit Antiochia.

Wicleffus.

1. LOcus Papalis Sedis, quem Petrus elegit in Roma, poſtquam ceſſit Antiochiæ, * jam inter blaſphemias Wicleffi accipit partem ſuam. Unde in ſecundo Tract. ſuo *de ſerm. Dom. in monte*, cap. XXVIII. „ Quod (inquit) „ Roma eſt locus aptus, ut Papa immediatus „ Chriſti vicarius ibi reſideat, revera non eſt „ color, niſi in altera infami iſtarum cauſarum: primo, quia Papa ibi infideliter perdit vitas animarum, ſicut prius Cæſar infideliter ibi perdidit vitas corporum Chriſti „ martyrum. Secunda cauſa; quia Cæſar reſedit in illa Villa, qui dotavit Papam contra „ legem, quam Chriſtus ſuis Apoſtolis ordinavit: & ſic locus iſte eſt teſtis hujus duplicitatis infamis pro Domino contra Papam. „ Hæc Wicleffus; & eſt inter *concluſiones* ter damnatas *concluſio* XIX.

2. Audacter iſte homo dicit, revera non eſſe alium colorem, niſi in altera infami cauſarum, quas aſſignat, ut Papa immediatus Chriſti vicarius, in Roma tamquam loco apto reſideat. Revera Eccleſia Catholica alias cauſas tradit fidelibus: quidam enim filiorum ejus Auguſtinus, vocans Romam *Regnum* antonomaſtice, eo quod eſſet regnum quartum, *velut ferrum* (a) quod domuit omnia regna, *Daniel.* 2. ſupponit, Deum vocaſſe ad regnum primo Piſcatores Petrum & Paulum, ſcilicet, ad ſedendum Romæ, ut ſic vocaret poſtea Imperatores. Quorum primus Petrus apud fideles poſt Chriſtum fuit indubie primus Papa; & quatuor cauſas aſſignat AUGUSTINUS. Quid (inquit) aliud demonſtrare dignatus eſt, qui ad regnum primo vocare voluit piſcatores, poſtea vocaturus „ Imperatores, niſi ut *qui gloriatur, in Domino glorietur?* Nam utique nobilium, Doctorum, „ potentium non ſalutem contempſit, quibus „ ignobiles, imperitos, infirmoſque præpoſuit. „ Sed niſi prius eligeretur vilitas infirmorum, „ non ſanaretur inflatio ſuperborum. -- Sequitur. -- Quanto nunc ergo melius, quanto ordinatius prius *erexit de terra inopem & de ſtercore pauperem exaltavit, ut collocaret eum cum potentibus populi ſui:* ut munus intelligentiæ & doctrinæ non ſolum ex Deo eſſet, „ ſed etiam ex Deo eſſe appareret? Cum quanta itaque lætitia, & quanta Dei gloria contuemur ab animo piſcatoris contemni opes „ Imperatoris: fundi preces Imperatoris ad memoriam Piſcatoris: ut nec ille ex eo quod non „ habuit, jaceret; nec iſte, ex eo quod habuit, ſuperbiret? -- Et infra ad finem. -- Habet ergo „ Roma caput gentium duo lumina gentium „ (ſcilicet Petrum & Paulum) ab illo accenſa, „ qui illuminat omnem hominem venientem „ in hunc mundum: unum, in quo Deus abjectam exaltavit humilitatem: alterum, in „ quo damnandam ſanavit iniquitatem: in iſto „ diſcamus non ſuperbire, in illo non deſperare „. Hæc Auguſtinus. Et ego jam reſumpto ſpiritu, huic inimico homini *, qui tam confidenter dixit, reſpondeo: *revera deciperis*. Jam ſi vis cauſam Romanæ Sedis damnare, noli damnare noviſſimum Papam, antequam interroges primum Petrum. Si ſitus Lunæ, vel Solis, aut, ſecundum quoſdam, magni mundi diſpliceat, quid mundo detrahis, ſive Soli, quod ſitum ab origine deputatum obſervat? Si tibi ripa Tyberis non videtur honeſta, noli Romam objurgare, non Conſtantinum, vel Cajum, ſed Romulum. Non iſte Papa modernus, non præceſſor ejus, etiam ante mille annos noviſſimos, Romam elegit in ſedem, ſed ante eum Fabianus, ante eum Sixtus ab Evariſto, ante eum Anacletus, & ante eum Clemens a primo Petro. Et quidem, ut jam dicit Auguſtinus, non hoc Petrus a ſe ipſo, ſed a Deo vocante delegit: & cauſas quidem vocationis ad tantum Romæ regnum aſſignat primam, ut ſequens vocatio Imperatoris ad fidem magis appareret eſſe a Deo, quod non per nobiles, aut per mundi Doctores Imperator traheretur ad fidem, ſed per ignobiles & pauperes, Piſcatoris ſordidi ſucceſſores. Secundam, ut fideles ad magnam Dei gloriam lætanter viderent omnem Imperatoris mundi opulentiam a piſcatore noſtro ſine reſpectu eſſe contemptam. Tertiam, ut lætarentur fideles, cum cernerent ſævos Imperatores fundere preces ad tumulum piſcatoris. Unde idem Auguſtinus ſuper Pſal. XLIV. AUGUSTINUS. Intellige filias regum, civitates quæ crediderunt in Chriſtum, & „ a regibus conditæ ſunt; & *a domibus eburneis*, „ divitibus, ſuperbis, elatis. Oſtendatur mihi „ Romæ in honore tanto templum Romuli, in „ quanto ibi oſtendo memoriam Petri. In Petro „ quis honoratur, niſi ille defunctus pro nobis? „ Sumus enim Chriſtiani, non Petroniani * „. Hæc ille. Quartam vero cauſam, quare Deus ſedem Petri limitavit in regno Romano deſignat: ut inops Petrus, aut ſucceſſor ejus in illa ſede, cum Imperatorem, volente Deo, converteret, non poſſet ſe divitiis, aut poteſtate jactare, quam de facto non habuit: nec etiam Imperator jam victus ab inope, ex poteſtate quam habuit, ſuperbire. Hæ multo meliores cauſæ, mi Wicleff, Papalis Sedis in Roma, ſi verum ſit illud famoſum, *Quidquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati.* Si iſtæ ſint cauſæ Petri aſſumentis, & finaliter hæredibus relinquentis ſedem in Roma, & ipſe ſucceſſoribus ſuis præſtitit iſtas cauſas.

3. Sed adhuc quod argumentatur audiamus prædicto capite XXVIII. WICLEFFUS. Fideles erubeſcerent de iſta duplici infideli argutia, ſuppoſito quidem, quod Roma ſit principalis locus in quo regnat Sæculum hic in terris; quod „ teſtan-

Side notes: Auguſtinus *To.7.pag.605.* — a *Daniel.* 2. 40. & 7. 15. — Quatuor cauſæ cur Papa Romæ reſideat. — Auguſtinus *To.* 5. *Serm.* 381. *pag.* 1482. — 1. *Cor.* 1. 31. — *Pſalm.* 112. 7. — *Joan.* 1. 9. — * *Wicleffo.* — Non ideo damnandus Papa, quia Sedes Romana diſpliceat. — Auguſtinus *To.4.pag.354. num.* 23. — *Pſal.* 44. 9. — Roma pluſquam Romulum honorat Petrum. — * *M.* Petriani. — Cur Papa Romæ reſideat, prima cauſa a Deo eſt. — Wicleffus.

(a) Citatus Auguſtinus allegat Hieronymum, qui hunc Danielis textum de Romano imperio interpretatur. Fuit quippe imperium fortitudine inclytum, ac veluti ferreum, ob invictam potentiam, qua & omnia ſubjicere novit, & a nemine ſubjici unquam valuit. Hinc vere Martialis: *Terrarum Dea, Gentiumque Roma, cui par eſt nihil, & nihil ſecundum.*

„ teſtantur peragrantes Contratas, manifeſtiſſi-
„ me eſſe falſum. Quid hoc, ut Papa (qui ma-
„ xime debet elongari a ſæculo ſicut Chriſtus)
„ reſidens ſit in Roma? Si enim locus ex au-
„ thoritate reſidentis aptetur, Bethleem, aut Je-
„ ruſalem eſt potius eligenda „. Hæc Wicleffus.

4. Reſpondet Eccleſia vice Petri, qui jam ſi non juvetur, hæretico eum accuſante, ſuccumbet *: quia ipſe primo Romæ ſe ipſum, ac deinceps Clementem & alios uſque ad præſentem Epiſcopum reſidere conſtituit. Non (inquit *) erit Jeruſalem, aut Bethleem locus principalis Eccleſiæ, authoritate reſidentis, quia ibi paſſus erat Chriſtus aut natus: quia nec Chriſtus ipſe (teſte Evangelio) ſigna quæ fecit alibi, fecit in patria ſua: immo nec poterat ibi ullam virtutem facere, niſi paucos ægros ſanare, quia *nemo* (inquit) *propheta acceptus eſt in patria ſua*. Unde & infidelitas magis indureſcebat Jeroſolymis poſt Aſcenſionem Chriſti, ut patet ex hiſtoriis temporum in Actibus Apoſtolorum; intantum ut pene adimpletum videbatur Apoſtolis quod ante prophetavit Chriſtus in Samaria, *Venit tempus, & nunc eſt, quando nec in monte hoc, neque Jeroſolymis adorabitis Patrem*. Prævidens igitur in ſpiritu Petrus Eccleſiam ibi defecturam in brevi, & meſſem multam alibi ſucceſſuram, excuſſo pulvere pedum ſuorum, ſimul & Pauli, & aliorum primorum Apoſtolorum, in eos tamquam incredulos, converſus eſt ad gentes. Ac Petrus tamquam præcipuus ad primas gentium ſedes perrexit, ubi * amplius Chriſto lucrifaceret, & Eccleſiam Chriſti fundaret ſupra petram immobiliter permanſuram: quam neque Paganici venti, nec hæreticorum procellæ obruent unquam *. Sic enim Antherus Papa, vigeſimus a Beato Petro, ſecundum Auguſtinum, decemetocto ſcribit Epiſcopis Bœticæ & Toleti locorum, docens tranſlationi Petri cauſam ab Antiochia uſque Romam in Decreto ſuo, capitulo unico, ANTHERUS. Chariſſimis atque dulciſſimis fratribus per
„ Bœticæ atque Toleti Provincias Epiſcopis con-
„ ſtitutis, Antherus Epiſcopus in Domino ſalu-
„ tem. De mutatione Epiſcoporum, unde San-
„ ctam Sedem Apoſtolicam conſulere voluiſtis,
„ ſcitote eam communi utilitate atque neceſſi-
„ tate fieri licere, licet non libito cujuſquam aut
„ dominatione Petrus ſanctus magiſter noſter &
„ Princeps Apoſtolorum, de Antiochia utilitatis
„ cauſa tranſlatus eſt Romam, ut ibidem potius
„ proficere poſſet „. Hæc ille. Jam reſpondet

Antherus infamiæ tuæ: non propter ambitum ſæculi, aut libitum cujuſque dominationis, ut tu peſſime ſuſpicaris, elegit Sanctus Petrus reſidentiam Romæ, ſed majoris utilitatis cauſa & neceſſitatis fidelis, ita quaſi diceret Petrus illud in Canticis, *Poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodivi*. Super quod in Expoſitione *ſuper Cant.* CASSIODORUS. Vinea una fuit
„ primum Eccleſia Jeroſolymis; ſed ob judai-
„ cam perſecutionem diſperſis omnibus creden-
„ tibus, multæ vineæ factæ ſunt, ideſt, multæ
„ Eccleſiæ conſtructæ ſunt per univerſum mun-
„ dum. -- Sequitur. -- *Vineam meam non cuſto-*
„ *divi*, ideſt, illam unam Eccleſiam, quæ eſt
„ Jeroſolymis, non cuſtodivi. Hoc autem non ad
„ votum, neque ad mentem eſt referendum, ſed
„ ad locum. *Non cuſtodivi*, ſubaudi, ut eſſet ibi
„ ubi cœpit „. Hæc ille. Alio igitur quam Jeroſolymas, ubi cœpit, Eccleſia tranſplantatur, & Chriſti vinea cuſtoditur. Poſt iſta ergo omnia notetur, Petrum locum Papalem elegiſſe Romam, Jeroſolyma relicta, ut ibi proficeret in Urbe, quod Chriſtus Jeroſolymis profecit in Orbe. Quod etiam Innocentius declarare videtur, ſequens authoritatem Auguſtini & Antheri. INNOCENTIUS III. Dignum Deus providit
„ & congruum, ſed & congruum prævidit &
„ dignum, ut ille qui erat princeps Eccleſiæ,
„ ſedem conſtitueret apud Urbem, quæ tenebat
„ ſæculi principatum. Et ideo Dominus ait ad
„ Petrum, *Duc in altum*, quaſi diceret, *Vade*
„ *Romam*, atque cum tuis te transfer ad Urbem;
„ & *laxate ibi retia in capturam*. Ecce liquido
„ patet, quantum Deus Urbem iſtam voluit
„ honorare, ut eadem eſſet Sacerdotalis & re-
„ gia, imperialis & apoſtolica, obtinens & e-
„ xercens non ſolum dominium ſuper corpora,
„ verum etiam magiſterium ſuper animas. Lon-
„ ge nunc major & dignior legatione * divina,
„ quam olim poteſtate terrena. Per illam enim
„ habens claves regni cœlorum, per iſtam or-
„ bis terrarum regens habenas. Ne tantæ di-
„ gnitatis honor, vel potius tanti honoris di-
„ gnitas ad aliam Civitatem quacumque ratio-
„ ne tranſiret, ſed in hac Urbe juxta diſpenſatio-
„ nem divinam perpetua lege maneret &c. „
Hæc ille in ſerm. *de Octavis Apoſtolor.* qui incipit, *Duc in altum rete*.

5. Sed hujus ambitionis tuæ guſtabant venenum quidam recentiori tempore Antiochiæ converſantes, qui ab obedientia Romani Pontificis ſe decreverunt abripere, judicantes ſe debere præcellere, quia prius ibi Petrus, quam Romæ ſedit, & priorem ibi fundavit Eccleſiam (*a*); ut Papa Marcellus in *Decreto* ſuo reſpondens cap. unico, dixit, MARCELLUS. Dilectiſſimis fratri-
„ bus univerſis Epiſcopis per Antiochenam Pro-
„ vinciam conſtitutis, Marcellus. -- Sequitur.
„ -- Rogamus vos fratres, ut non aliud ſentia-
„ tis, neque doceatis, quam quod a Beato Pe-
„ tro Apoſtolo, & a reliquis Apoſtolis & Pa-
„ tribus accepiſtis: ab illo enim primo inſtru-
„ cti eſtis. Ideo non oportet vos proprium de-
„ relinquere Patrem, & alios ſequi. Ipſe eſt
„ enim caput totius Eccleſiæ, cui ait Domi-
„ nus, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram æ-*
„ *dificabo Eccleſiam meam*. Ejus enim Sedes pri-
„ mitus apud vos fuit, quæ poſt, jubente Do-
„ mino, Romam tranſlata eſt: cui, adminicu-
„ lante gratia divina, hodierna præſidemus die.
„ Nec ab ejus diſpoſitione vos deviare oportet,
„ ad quam cuncta majora Eccleſiaſtica negotia
„ (divina diſponente gratia) juſſa ſunt referen-
„ da; ut ab ea regulariter diſponantur, a qua
„ ſumpſere principia. Si veſtra vero Antioche-
„ na, quæ olim prima erat, Romanæ ceſſit Se-
„ di, nulla eſt, quæ ejus non ſit ſubjecta di-
„ tioni. „ Hæc ille. Ecce jam poſitio Sedis Papalis in Roma, quam tu blaſphemas, non ab alicujus recentis Papæ; immo non Petri, ſed ipſius Domini juſſione, ut dicit Marcellus, ſumpſit exordium. Et notet Wicleffus, quomodo iſte Papa vendicat ſibi obedientiam ab univerſis Eccleſiis: *Cuncta ibi majora Eccleſiaſtica negotia ab hac Sede regulariter diſponuntur, & nulla eſt Eccleſia, quæ ejus non ſit ſubjecta ditioni*. Et quomodo hoc vendicaſſet per poteſtatem Cæſaream, qui præceſſit dotationem Cæſaris tertius ante Sylveſtrum, vigeſimus octavus a Beato Petro, ſecundum Auguſtinum *? Secunda ejus argutia eſt hæc ubi ſupra *: Per
„ hoc (inquit) patet, quod ſecunda infamis ar-
„ gutia non habet ſcintillam coloris, cum Chri-
„ ſtus

(*a*) Anno quarto poſt paſſionem Domini, ut Euſebii *Chronicum* docet.

Marginalia (left column): * *Waldenſem ironice loquentem audias.* * *Eccleſia.* — Quare Jeroſolymis Sedem Pontificiam non ſtatuerit Petrus. — *Luc. 4. 24. Marci 6. 5.* — *Act. 4. 3. &c.* — *Joan. 4. 23.* — *Marci 6. 11.* — *Act. 13. 46.* — * *al.* ut. — * *Cod. Vat.* uſquequaque. — * Antherus apud Labbeum *To. 1. Concil. pag. 648.* — *c. q. 1. Mutationes Epiſcoporum. Et in Decr. Ivonis lib. 3.* — *Cant. 1. 6.* — Caſſiodorus *To. 2. pag. 480.*

Marginalia (right column): Innocentius tertius *To. 1. Serm. 2. pag. 135.* — *Luc. 5. 4.* — Romanæ Urbis dignitas. — * *al.* authoritate. — Romæ dignitas & honor perennis. — Antiocheni adverſus Romani Pontificis Primatum inſurgunt. — * Marcellus I. apud Labbeum *To. 1. pag. 967.* — *Matth. 16. 18.* — Suprema Sedes Romæ juſſione Domini conſtituta. — * *Epiſt. ad Generoſum.* * *de Serm. Dom. cap. 28.* Wicleffus.

„ ſtus occiſus extra portam Jeruſalem relinque-
„ ret majorem ſanctitatem, ut ibi ejus imme-
„ diatus Vicarius reſideret, cum II. Macha-
„ bæor. v. doceatur, quod locus non ſancti-
„ ficat hominem, ſed homo potius ipſum lo-
„ cum. „ Hæc Wickeffus. Ibi legit Eccleſia Je-
ſu Chriſti, quod *non propter locum gentem, ſed propter gentem locum elegit ſibi Dominus*; & idcirco propter Romanam gentem principem hujus mundi, elegit Dominus ſuo Vicario Romam; non autem propter Jeroſolymam elegit Dominus omnes gentes illuc debere confluere; & per conſequens ſuum Vicarium illic reſidere. Et quia de ſanctitate loci facis inſtantiam, Jeroſolymis extra portam paſſus eſt Chriſtus mortem: ſed in monte Thabor oſtendit Chriſtus cœleſtem vitam, Patrem in nube, Spiritum in claritate, in fulgore ſe ipſum: ita ut diceret ei Petrus, *Domine, bonum eſt nos hic eſſe: faciamus hic tria tabernacula*. Sed deſignans Dominus non eſſe in hac terra beatum locum quærendum, neque ſanctiorem locum utiliori pro merito præponendum, diſtulit concedere quod optavit. Unde in hoc loco Matth. XVII. *Domine, bonum eſt nos hic eſſe*, loquens de Petro, HIERONYMUS. Qui (inquit) ad montana con-
„ ſcenderat, non vult ad terrena deſcendere;
„ ſed ſemper in ſublimibus perſeverare. „ Hæc ille. Non debuit ergo Petrus Jeroſolymis in primo loco manere; ſed ei cedens, novum locum petere, & mundi fluctibus Evangelicum rete committere piſcaturum (*a*).

2. Machab. 5. 19.

A Domino electa fuit Roma propter gentem Romanam.

Hebr. 13. 12. Matth. 17. 2. & 4.

Sanctior locus utiliori non præponendus.

Hieronymus To. 7. pag. 130.

6. Ideo reor ipſum ex Apoſtolorum conſenſu (*b*) dediſſe primum locum (*c*) Jacobo gubernandum, ob Chriſti reverentiam, cui frater erat ſecundum carnem (*d*): quia filius erat Joſeph, qui vulgo Pater Chriſti cognominatus deſcribitur (*e*).

7. Et ſic Petrus humilitate eximius infimum mundi locum Romam accepit in ſortem, omni ſpurcitia dæmonum, & idolorum caterva ſordentem; ſanctum locum Jeroſolymorum juſto Jacobo cedens, germano ſanguine purpuratum. Et hæc videtur cauſa apud antiquum Patrem Clementem, qui diſcipulus erat Apoſtolorum, in VI. libro *Diſputationum* ſuarum, prout allegat eum grandævus Pater Euſebius II. lib. *Eccleſiaſticæ hiſtoriæ*, cap. I. EUSEBIUS. Hunc denique
„ Jacobum, qui dicebatur *frater Domini*, pro
„ eo quod eſſet filius Joſeph, qui quaſi Chriſti
„ Pater habebatur, quoniam quidem deſponſa-
„ ta ei fuerat virgo Maria; qui priuſquam con-
„ veniret cum ea, inventa eſt in utero habens
„ de Spiritu Sancto, ſicut Evangeliſta prote-
„ ſtatur: hunc inquam ipſum Jacobum, qui
„ & *juſtus* cognominatus eſt ab antiquis, vir-
„ tutum merito, & inſignis vitæ privilegio,
„ primum hiſtoriæ tradiderunt ſuſcepiſſe Eccle-
„ ſiæ, quæ in Jeroſolymis eſt, ſedem, ſicut Cle-
„ mens in VI. *Diſputationum* libro aſſerit, di-
„ cens, CLEMENS. Petrus enim (inquit) & Ja-
„ cobus & Joannes poſt aſcenſionem Domini
„ Salvatoris, quamvis ab ipſo fuerint omnibus
„ pene Prælati; non tamen ſibi vendicabant
„ Primatus gloriam; ſed Jacobum, qui diceba-
„ tur juſtus, Apoſtolorum Epiſcopum ſtatuunt.
„ Idemque ipſe in ſeptimo ejuſdem Operis li-
„ bro addit de ipſo etiam hæc: Jacobo (in-
„ quit) qui dicebatur juſtus, & Joanni, & Pe-
„ tro, poſt reſurrectionem ſuam Dominus om-
„ nem ſcientiam tradidit. „ Hæc ille. Jam vides Petrum cum ad nuptias venit, ut ſcilicet ſtabiliter aliquam regendam ſibi deſponſaret Eccleſiam, elegiſſe ſibi infimum locum Romam, & Jeroſolymorum ex humilitate fugiſſe primatum. Nec erat ei ingratus Dominus, qui, accepto ſibi tempore, per Imperatorem Conſtantinum fecit eum aſcendere; ita ut eſſet ipſi gloria coram ſimul diſcumbentibus in menſa univerſalis Eccleſiæ Chriſtianæ. Huc tamen accedit, quod quem diximus Epiſcopum Romanæ Sedis, non illius tantum, ſed magis totius Orbis erit Antiſtes. SEDEAT ROMÆ, PLACET; DUMMODO NON SOLIS ROMANIS PRÆSIDEAT, ANGLICIS RELICTIS, ET FRANCIS. Si ROMÆ ſit, ibi eſt Epiſcopus: ubicumque ſit, Anglicis erit Papa: quemadmodum Hieronymus habet in Epiſt. XLIV. HIERONYMUS. Non altera Romanæ
„ urbis Eccleſia, altera totius Orbis æſtimanda
„ eſt. Et Gallia, & Britannia, & Africa, &
„ Perſia & Oriens & India, & omnes barbaræ
„ nationes unum Chriſtum adorant, unam ob-
„ ſervant regulam veritatis. Si authoritas quæ-
„ ritur, Orbis major eſt Urbe. Ubicumque fue-
„ rit Epiſcopus, ſive Romæ, ſive Egubii, ſive
„ Conſtantinopoli, ſive Rhegii, ſive Alexan-
„ driæ, ſive Caphnis *, ejuſdem eſt meriti,
„ ejuſdem & Sacerdotii. Potentia divitiarum,
„ & paupertatis humilitas, vel ſublimiorem,
„ vel inferiorem Epiſcopum non facit. Cæte-
„ rum omnes Apoſtolorum ſucceſſores ſunt. „ Hæc Hieronymus.

Euſebius pag. 480.

Clemens Papa apud citatum Euſebium.

Petrus ob humilitatem Jeroſolymorum fugit Primatum.

Luc. 14. 10.

Hieronymus To. 2. Epiſt. 146. ad Evangelum pag. 1076.

Romana Eccleſia, eſt univerſalis Eccleſia.

* al. Tanis.

8. Intellige hic, quod una Romana ſedes duplici authoritate coruſcat, Epiſcopalis ſcilicet illius loci, & Papalis in Orbe. Sed dum authoritas quæritur, ſicut Orbis major eſt Urbe, ita denique major eſt authoritas Pontificis Orbis, quam ejuſdem Pontificis Urbis in eadem ſede. Et inde eſt, quod ubicumque Papa ſedeat, ſive Romæ ſive Egubii, ibi noſter fulget Antiſtes. NON HABET NECESSE NOSTER PRÆSUL, ut in Romana ſede mendicet authoritatem, ſed vendicet.

Authoritatis plus habet Romanus Pontifex ut Papa Eccleſiæ, quam ut Epiſcopus Urbis.

CA-

(*a*) Recole jam dicta ſuperius cap. 4. hujus libri, illud præſertim Divi Bernardi, quod Petrus non *univerſitatem*, ſed ſolam *Jeroſolymam* Jacobo ceſſit.

(*b*) Sicuti Petrus an. Chr. 35. ad eos, qui in Samaria verbum Dei receperant, confirmandos ab Apoſtolis mittitur, ita etiam omnium Apoſtolorum ſententia *ut æquum eſt credere*, (inquit Philippus Labbeus in vita S. Petri To. 1. Concilior.) factum eſt, ut idem Apoſtolorum princeps, ad principem totius Syriæ Civitatem atque Metropolim, cui Palæſtina & Jeroſolyma ſubjaceret, Antiochiam dirigeretur.

(*c*) *Primum locum* dicit Jeroſolymam, eo quod fuiſſet e Chriſti incolatu dedicata.

(*d*) Quare Jacobus *frater Domini* ſit appellatus, jam habes ſupra cap. 4. hujus libri. Hic vero addere operæ pretium cenſeo, quod Sanctus Epiphanius exiſtimavit hunc Jacobum fuiſſe illum, qui, relicta Sindone, nudus paſſionis tempore aufugit. Hoc autem ideo opinatus eſt, quia eam lineam Sindonem ſemper induere ſolitum Ægeſippus, Clemens, & Euſebius affirmant, ut notat *Balthaſſar Paez* in quæſtionib. Proemialib. ad expoſitionem *Canonicæ* S. Jacobi, quæſt. 5.

(*e*) Hæc verba, *Quia & filius erat Joſeph &c.* quæ priſcis hujus *Doctrinalis* Editoribus expungere placuit, nos ex fide MSS. Codd. reſtituimus. Certum quippe eſt, quod nedum Euſebius mox recitandus; ſed & Epiphanius *hær.* 28. cap. 7. Nicephorus lib. 2. cap. 3. S. Hilarius *in Matth.* Ambroſius *de inſtit. Virg.* c. 6. & alii plures apud Hieronymum cap. 9. *cont. Helvidium*, crediderunt Sanctum Joſephum, antequam B. Virginem ſibi deſponderet, aliam duxiſſe uxorem nomine *Eſcham*, a qua Jacobum Minorem acceperat, una cum cæteris, quos *fratres Jeſu Chriſti* Scriptura appellat. At notandum, quod Waldenſis non ſuam de Jacobo profert, ſed aliorum recitat ſententiam. Quod manifeſte evincitur ex eo quod ſupra cap. 4. hujus libri ſubſcribit Hieronymo, qui aliunde Jacobum *fratrem Domini* appellari docet; & contra Helvidium cap. 9. Sancti Joſeph integerrimam tuetur virginitatem, quam etiam poſt Hieronymum vindicant Latini omnes. Vide jam dicta ſuperius cap. 4. hujus libri.

CAPUT XLII.

De privilegiis Papalibus, & fundatione eorum.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quomodo Wicleffus Pontificum privilegiis detrahere ſit auſus, pervertendo privilegii vocabulum.*
2. *Romanæ Sedis privilegia defenduntur, & quid hæc vox* privilegium *ſonet, ex Iſidoro exponitur.*
3. *Quibus de cauſis privilegia aliquando perſonæ inclytæ concedantur.*
4. *Privilegium Regis Gothorum.*
5. *Privilegium Miniſtrorum Dei.*
6. *Privilegium Prophetarum.*
7. *Joannes Evangeliſta privilegio Prophetarum potitus eſt, cum ſuper pectus Domini in cœna recubuit.*
8. *Vigilius Papa quædam privilegia Abbatiæ Arelatenſi conceſſit, quæ Beatus Gregorius poſtea confirmavit.*
9. *Vera privilegii definitio aſſignatur. Et referuntur privilegia, quæ B. Gregorius contulit Monaſteriis SS. Caſſiani & Martini.*
10. *Quod neceſſe ſit concedi privilegia, & qua ratione: quorum conceſſio communi legi non derogat, ſed magis favorem præſtat.*

1. PRivilegiorum Papalium fundamentum exigitur in jure divino, & exempli ratio poſtulatur a Patribus. Sed audiamus primo blaſphemias beſtiales Wicleffi, & ejus ſobolis ſerpentinæ. Monens nos Pſalmiſta; *Ecce* (inquit) *loquentur in ore ſuo, & gladius in labiis eorum.* Et vide quis gladius: II. Tractatu *de ſerm. Dom. in monte*, cap. XXXVII. WICLEFFUS. Videtur (inquit) multis evidens, quod quidquid Papa fecerit tamquam Papa, quærit gloriam ſuam & lucrum proprium: quomodo ergo in hoc ſequitur Dominum Jeſum Chriſtum? Nam coronando Cæſarem, conferendo Epiſcopatus, & alias dignitates; concedendo pravilegia, & alias indulgentias, quæ neſcit an conſonant beneplacito Dei Patris, videtur omniquaque ad gloriam mundanam, & lucrum proprium aſpirare „. Hæc Wicleffus.

Pſal. 58. 8.

Wicleffus.

2. Ecce quis gladius: deridendo pervertit vocabulum, vocans *pravilegia*, quæ honorifice alias *privilegia* dicebantur. Sed quis aptius quam univerſaliter pravus *pravilegium* diceret, qui Eccleſiæ ſtudia ſine exceptione depravat? Quinto autem lib. *Ethimolog.* cap. XXII. ISIDORUS. Privilegia (inquit) ſunt leges privatorum, quaſi privatæ leges. Nam privilegium inde dictum, quod in privato feratur „. Hæc ille. Quæ autem de coronando Cæſare aut collatione Epiſcopatuum dicit, ad privilegia pertinent Sedis Romanæ. Ideo videtur nugas agere in paſſu prædicto. Unde ex Decreto Papæ Melchiadis, cap. I. MELCHIADES. Hoc (inquit) privilegium huic Sanctæ Sedi a temporibus Apoſtolorum ſtatutum eſt ſervari, quo illæſum manet uſque in hodiernum diem. Epiſcopos ergo, quos ſibi Dominus elegit, & columnas Eccleſiæ eſſe voluit; quibus etiam ligandi & ſolvendi dedit poteſtatem, ſuo judicio reſervavit: atque hoc privilegium Beato Clavigero Petro ſua vice ſolummodo commiſit. Quæ ejus prærogativa juſte ſuccedit futuris hæreditanda atque tenenda temporibus „. Hæc ille.

Iſidorus cap. 18. pag. 58.

* Melchiades apud Labbeum To. 2. pag. 1420.

3. Habet ergo Romana ſedes ſua privilegia: habent Patriarcharum, & omnium Epiſcoporum ſedes, ut illis incumbunt. Verumtamen quantum ad divinam legem attinet, multis de cauſis videntur privilegia fuiſſe conceſſa divino inſtinctu aliquando perſonæ inclytæ propter ſuam reverentiam, ſicut Eſther v. Rex ait: „ Quid habes Eſther? Ego ſum frater tuus: noli metuere, non morieris. Non enim pro te, ſed pro omnibus conſtituta eſt hæc lex „. Hoc eſt dicere: „ privato jure cenſeberis: nec volo, ut lex illa te, ſicut & omnes, obliget; ſed te apud omnes volo ut ſublevet claritas dignitatis „. Sicut etiam de privilegio exemptionis ſuæ Chriſtus commemorat Matth. XVII. dicens, Filios Regum liberos eſſe a ſolutione tributi.

Eſther 15. 13.

Matth. 17. 24.

4. Hoc modo ſolent magni principatus in Eccleſia remunerari privilegiis, quemadmodum Reges Gothorum Toletanum Concilium IV. * ſub magno Iſidoro Hiſpalenſi Primate, tali prærogativa promovit Can. LXXIV. CONCILIUM TOLETANUM. Poſt inſtituta quædam Eccleſiaſtici Ordinis, poſtrema nobis cunctis Sacerdotibus ſententia eſt pro robore noſtrorum, & Regum, & ſtabilitate gentis Gothorum, Pontificale ultimum ſub Deo judice ferre decretum. Multarum quippe gentium, (ut fama eſt) tanta extat perfidia animorum, ut fidem Sacramento promiſſam Regibus ſuis obſervare contemnant, & ore ſimulent juramenti profeſſionem, dum mente retinent perfidiæ impietatem. -- Et infra -- Nullus apud nos præſumptione regnum arripiat; nullus excitet mutuas ſeditiones civium; nemo meditetur interitus Regum; ſed defuncto in pace Principe, Primates totius gentis cum Sacerdotibus, ſucceſſorem regni communi conſilio conſtituant -- Et in fine concluditur -- Ideo, ſi placet omnibus, qui adeſtis hic, tertio reiterata ſententia veſtræ vocis conſenſu firmetur ab univerſo Clero vel populo. Dictum eſt: Qui contra noſtram definitionem præſumpſerint, anathema Maranatha (a), hoc eſt, perditio Domini in adventu Domini ſint, & cum Juda Scarioth partem habeant, & ipſi, & ſocii eorum. Amen (b. Ego Iſidorus in Chriſti nomine Eccleſiæ Hiſpalenſis Metropolitanus Epiſcopus hæc ſtatuens ſubſcripſi. Similiter & alii Epiſcopi ſubſcripſerunt, numero quadraginta „. Hæc ille.

* *anno 633. celebratum.*

Concilium Toletan. IV. *Can. 75. apud Labbeum To. 6. pag. 1469.*

Electio Regum Gothorum apud Primates & Clerum.

5. Conceduntur etiam privilegia de jure divino Dei miniſtris in aſſiduo Altaris officio propter divini cultus ſuſtinentiam: ſicut Levitæ liberi erant a tumultibus præliorum, tantum ut Tabernaculo deſervirent, Num. II. Et ex eis adhuc quodam privilegio filii Aaron fungebantur Sacerdotio, & ad tangenda vaſa Sanctuarii, & ad altare accedere ſoli permiſſi ſunt. *Num.* XVIII. Et hoc eſt privilegium Clericorum omnium in Eccleſia Dei, & privilegium aliud ſpeciale Sacerdotum & Sanctorum Antiſtitum. Unde Anacletus Papa in Decreto *, ſcribens omnibus Epiſcopis, & reliquis Sacerdotibus, ANACLETUS. Privilegia (inquit) Eccleſiarum & Sacerdotum intemerata, & inviolata cunctis decrevimus manere temporibus. „ Hæc ille.

Levitæ a præliorum tumultibus exempti.

Num. 2. 31.

Num. 18. & &c.

* *Epiſt. 3.*

* Anacletus *apud Labbeum pag. 530.*

6. In omnibus tamen privilegium fuit Prophetarum Sanctorum & filiorum eorum arduum, qui

(a) *Maranatha* vox Syriaca, quæ redditur: *Dominus venit*. Genus anathematis erat apud Hebræos, quod S. Paulus in eos pronunciat, qui Jeſum Chriſtum non diligunt 1. Cor. 16. 22. Vulgo tradunt Interpretes illud fuiſſe maximum anathema: eo quippe dicebatur: Dominus illico veniat, & in tuum Caput omnia ultionum fulmina intorqueat.

(b) In Concilio Toletano V. Can. 7. decernitur, ut hoc decretum in omnibus Synodis publica voce pronuntietur.

qui nec Regum nec Sacerdotum monitis ab otio ſancto & vacatione prophetica terrebantur: quoniam ſecundum dignitatem propheticam quaſi imperare videbantur in populo, & indulgebant * Divinis & Carminibus Scripturarum, ut tangitur Eccleſiaſtici XLIV.

* al. operam dabant. Eccl. 44. 1. &c.

7. Secundum quem ritum, credo Dominum A noſtrum Jeſum ſub quodam ſpeciali privilegio Joanni Evangeliſtæ in pectore ſuo cum cœnaret dediſſe recubitum, quando, ut creditur, divina myſteria contemplatus, ſanctam requiem in ſancto pectore capeſcebat. Et pro Beata Maria Magdalena Chriſtus advocatum ſe præſtitit, ne ad Marthæ curas cogeretur, contemplationis ſanctæ faſtigio parvipenſo. Et cum Petrus quaſi de vita & converſatione Joannis curaret, interrogans Chriſtum: *Domine hic autem quid?* quaſi eximens eum ab hac cura Petri jam præſens Chriſtus in corpore & Summum Caput Eccleſiæ, *Quid ad te* (inquit) *ſic eum volo manere*. B Ita pie exponendus mihi videtur hic locus, quod in hoc facto reliquit Chriſtus exemplum Summis Paſtoribus curam ſuam perſonaliter debere exhibere Religioſis aſſidua contemplatione, aut gravi paupertate detentis; & per hoc tutela paterna potius deſtitutis: & quærentibus ſubditis, aut pro omnibus uni: *hic autem quid?* pro Chriſti pueris * & tenellis, Epiſcopi in uno omnes ſe objiciant, dicentes: „ *Quid ad te?* „ *ſic eum volo manere*. Paſtor univerſalis ego ſum; „ quare non ſecundum Prophetam paſcam gregem „ meum? In brachio meo congregabo agnos, & in „ ſinu meo levabo: fœtas ego portabo. „ Sic uti- C que pius Paſtor *ad Martianum Auguſtum* ait LEO „ PAPA. Privilegia Eccleſiarum & Monaſterio„ rum, Sanctorum Patrum authoritate inſtituta, „ nulla poſſunt improbitate convelli, nulla novi„ tate mutari. In quo opere, auxiliante Chriſto, „ fideliter exequendo, neceſſe eſt hujus Sanctæ „ Sedis Pontifices perſeverantes exhibere famu„ latum. Diſpenſatio enim mihi credita eſt, „ & ad noſtrum reatum tendit, ſi Paternarum „ regulæ ſanctionum, nobis conſentientibus vel „ negligentibus, violentur. „ Hæc ille.

Joan. 13. 23. Luc. 10. 42. Joan. 21. 22.

In Religioſos pia cura a Paſtoribus exhibenda.

* al. parvis.

Iſai. 40. 11.

S. Leo Papa Epiſt. 78. pag. 297.

8. Item Vigilius Papa, quintus ante Gregorium, ad inſtantiam Childeberti Regis Franco- D rum, Abbatiæ Civitatis Arelatenſis quædam conceſſit privilegia, quæ Beatus Gregorius poſtea confirmare dignatus eſt, ut recitat lib. VII. ſui *Regiſtri Epiſt.* CXV. GREGORIUS. Igitur (in„ quit) glorioſæ memoriæ Childebertus Fran„ corum Rex, religionis amore ſuccenſus, intra „ muros Arelatenſis Civitatis Monaſterium (*a*) „ virorum, ut ſcripto reperimus, pro ſua mer„ cede conſtituens, quædam ibidem pro habi„ tantium ſuſtentatione conceſſit. Cujus ne vo„ luntas unquam duceretur in irritum, & ea, „ quæ pro quiete monachorum diſpoſita fue„ rant turbarentur, quæque contulit in jura e- E „ juſdem Monaſterii; Epiſtolis ſuis Apoſtolica „ petiit authoritate firmari; hoc quoque ſuæ „ petitioni ſubjungens, ut eidem Monaſterio „ tam in diſpoſitione rerum, quam in ordina„ tione Abbatis, quædam pariter privilegia lar„ girentur. Sciebat quippe eam Apoſtolicæ Sedi „ reverentiam a fidelibus exhiberi, ut quæ ejus „ fuiſſent decreto diſpoſita, nullius deinceps il„ licitæ uſurpationis moleſtia quaterentur. Un„ de quia effectum & regia voluntas, & res „ valde deſiderata poſcebat a Prædeceſſore no„ ſtro Vigilio Romanæ Sedis Antiſtite, ad

Gregorius To. 2. lib. 9. pag. 118. Epiſt. 111.

a

„ prædeceſſorem veſtrum *Aurelium* ſcripta tranſ„ miſſa ſunt, ubi omnia quæ amplectendæ vo„ luntatis ſtudium depoſcebat, Apoſtolicæ au„ thoritatis libenti * anniſu firmata ſunt: quia „ difficultatem pati non potuit hujuſmodi res „ petita. Sed ut Fraternitas veſtra, quæ fuerant „ tempore illo decreta cognoſcat, antedicti Præ„ deceſſoris noſtri ſcripta, his providemus ſcri„ ptis adjungi. Quibus lectione percurſis, hor„ tamur, ut omnia Sacerdotali, ſicut decet, „ ſtudio inviolata conſerves, nihilque illic de „ vetitis, nihil permittas de illicitis irrogari, „ nec ea quadam patiaris uſurpatione convel„ li. Nam licet ea, quæ ſemel Apoſtolicæ Se„ dis authoritate ſancita ſunt, nihil egeant fir„ mitatis; ex abundantia tamen, cuncta quæ „ pro hujus rei quiete a prædeceſſore noſtro ſta„ tuta ſunt, noſtra iterum authoritate in omni„ bus roboramus. „ Hæc Gregorius.

* M. libenter.

9. Beato Gregorio igitur placet donari privilegium prædicto Monaſterio ad petitionem devoti Principis Childeberti, & vult omne ſemel ab Apoſtolica Sede largitum, nulla poſſe ratione convelli. Ita ut vere ſit *privilegium lex privata*, nulla poſſibilis abrogatione deleri, prout exprimit prædictum Decretum Leonis, & prædeceſſoris ejus Anacleti: & cumulatius patet XXV. q. 1. & 11. Et idem Gregorius in *Regiſtro* lib. VI. Epiſt. XII. quæ eſt ad *Reſpectam* Abbatiſſam, GREGORIUS. Monaſterio, quod in honorem San„ cti Caſſiani eſt conſecratum, in quo præeſ„ ſe dignoſceris juxta petitionem filiorum no„ ſtrorum Divanii * atque Aurelianæ, quod „ id religioſa devotione domui juris ſui, jun„ ctis uniſſe ædificiis comprobantur, privilegia „ providimus indulgeri; conſtituentes, ut obe„ unte antedicti Monaſterii Abbatiſſa, non ex„ tranea, ſed quam Congregatio ſibi de ſuis „ elegerit, ordinetur: quam tamen, ſi digna „ hoc miniſterio judicata fuerit, ejuſdem loci „ Epiſcopus ordinet. In rebus autem vel diſ„ poſitione ejuſdem Monaſterii neque Epiſco„ pum, neque Eccleſiaſticorum quemquam ali„ quam habere decernimus poteſtatem; ſed hæc „ ad ſollicitudinis tuæ curam, vel quæ poſt te „ in eodem loco fuerit Abbatiſſa, ſtatuimus per „ omnia pertinere. Die ſiquidem natalis, vel „ Dedicationis ſupradicti Monaſterii, Epiſcopus „ Miſſarum illuc ſacra conveniat celebrare: a „ quo tamen ita eſt hoc officium exſolven„ dum, ut Cathedra ejus niſi prædictis diebus, „ cum illic Miſſarum ſolemnia celebrat, non „ ponatur. Quo diſcedente ſimul etiam Cathe„ dra illius de eodem Oratorio auferatur. Cæ„ teris vero diebus per Presbyterum, qui ab „ eodem Epiſcopo fuerit deputatus, Miſſarum „ officia peragantur. — Et tandem munitionem apponens in fine privilegii. — „ Hæc omnia „ (inquit) quæ hujus pagina præceptionis am„ plectitur, Monaſterio tuo in omnibus & ab „ omnibus in perpetuum ſervari, Chriſto pro„ tegente, cenſemus; quatenus indultorum pri„ vilegiorum beneficia in ſua ſemper inviola„ biliter firmitate permaneant. „ Hæc Gregorius. Idem quoque Gregorius eodem *Regiſt.* lib. XI. Epiſtola *ad Brunechildem* Francorum Reginam, quæ eſt VIII. GREGORIUS. Epiſtolis (in„ quit) veſtris indicantibus, agnoſcentes Eccle„ ſiam vos Sancti Martini in ſuburbano Augu„ ſtodunenſi, atque monaſterium (*b*) ancillarum „ Dei, nec non & Xenodochium in urbe ea-

Gregorius To. 2. lib. 7. Epiſt. 12. pag. 8.

* M. Dynamii.

Gregorius To. 2. lib. 13. Epiſt. 6. pag. 1219.

b

(*a*) Monaſterium illud ipſum eſſe, quod extra muros Monti majori adjacet, putat Auctor *Pontificii Arelaten.* in Aureliano. Eximius illud donavit privilegiis Vigilius, quorum memoriam facit Gregorius in hac Epiſtola.

(*b*) Monaſterium quod haſtenus perſeverat ſub regula S. Benedicti, ac Sancti Mauri Congregatione.

„ dem conſtruxiſſe valde lætati ſumus; & gratias Omnipotenti Deo retulimus, qui cordis veſtri ſinceritatem ad hæc operanda compunxit. Qua de re ut nos in bonis veſtris in aliquo participes haberemur, privilegia locis ipſis pro quiete & munitione illic degentium, ſicut voluiſtis, indulſimus: nec excellentiæ A veſtræ amplectenda nobis deſideria vel ad modicum differre pertulimus. „ Hæc Gregorius.

10. Videtur igitur neceſſarium, quod privilegia diſpenſentur hominibus; alioquin enim non poſſet in communitate ſervari juſtitia: quia & aliquando plus merebuntur quidam quam debent ex univerſali lege ſperare de præmio. Neque enim Legiſlator poteſt omnia prævidere, quæ in particulari contingunt: quoniam in particulari improviſo aliquando lex univerſaliter lata capit inſtantiam; & idcirco in talibus Princeps dominatur, quæ ſcilicet per legem poſitivam determinari non poſſunt, ut habet Politia Philoſophi III. *Polit.* & XXV. q. I. GRATIANUS. „ Licet (inquit) primæ Sedi contra generalia decreta, ſpecialia privilegia indulgere: ex ſpeciali beneficio concedere quod generali prohibetur decreto: quamquam ſi decretorum intentionem diligenter advertamus, nequaquam contra Sanctorum Canonum authoritatem aliquid concedere inveniantur. Sacri quidem Canones ita aliquid conſtituunt, ut ſuæ interpretationis authoritatem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ reſervent. „ Hæc ille. Ita videtur privilegium non derogare legi communi, nec contra eam facere, ſed ſupplere potius, ſi conſideretur cauſa privilegii, & partis benemerentis. Sic enim debuiſſet Legiſlator ediſſe decretum, ſi de tali particulari contingentia præſciviſſet eventum.

Ariſtoteles 3. Politicor. Gratianus 25.q.1.§.Ideo pag. 1903.

Privilegium non derogat legi communi.

CAPUT XLIII.

Reſpondetur ad expugnatores privilegiorum Papalium.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quod duo genera hominum odio habere ſolent Summorum Pontificum privilegia: & quomodo impietatem ſuam defendant.* D
2. *Quid de privilegiis ſenſerit Wicleffus, explicatur.*
3. *Quid de privilegiis Catholice ſentiendum ſit, Sanctorum teſtimoniis declaratur.*
4. *Invehit Author contra damnatores Papalium diſpenſationum pro exemptione Clauſtralium.*
5. *Clerici, quibus de cauſis a laicorum judicum juriſdictione eximantur.*

1. ODio habuerunt gratis privilegia ſacrorum Pontificum duo hominum genera: hi ſcilicet homines, qui de ſingulis actibus hominum judicare ambiunt; & alii qui bonum, quod in ſe ipſis non obtinent, habentibus invident (*a*). Sicut ait Hieronymus, quod ſerpens factus exul cœli, invidit primus Evæ gloriam Paradiſi. Arguunt quidem utrique inſuperabiliter (ut putant), dicentes, contra principia eſſe naturæ, quod aliqui eximantur a juriſdictione & obedientia coactiva inferioris Antiſtitis; exiſtimantque ſibi ſuffragari quod Bernardus dicit lib. III. *ad Eugenium*, BERNARDUS. Subtrahuntur (inquit) Abbates (*b*) Epiſcopis, Epiſcopi Archiepiſcopis, Archiepiſcopi Patriarchis, ſive Primatibus. Bona ne ſpecies hæc? Mirum, ſi excuſari queat vel opus ſic factitandi – Et poſt multa infra – Si dicat Epiſcopus: nolo eſſe ſub Archiepiſcopo; vel Abbas: nolo obedire Epiſcopo; hoc de cœlo eſt? Non; niſi forte Angelorum quemquam dicentem audiſti, nolo ſub Archangelis eſſe; aut ex alio quolibet inferiorum ordinum, non ferentem ſubeſſe cuiquam, niſi Deo. „ Hæc ille.

Pſal. 68. 5. Joan. 15. 26. E

Sap. 2. 15.

Sap. 2. 25.

Bernardus To. 1. pag. 438. num. 14. b

pag. 439.

2. Importuni petitores ſunt iſti, qui tam generali clauſula, nulla exceptione admiſſa, omni derogant ſpeciali. Mitius adhuc iſta tractavit adverſarius omnis Eccleſiæ Chriſti Wicleffus, qui B utilitatem privilegiorum non negavit in caſu, dicens de Papa in finali Capitulo *de Chriſto & Antichriſto* WICLEFFUS. Quantum ad privilegia, vel opera quæcumque fingit ſe facere, vel ſunt utilia, vel nociva: ſi utilia, tunc ſunt prius rationabilia apud Deum, & per conſequens ſine exemptione ſuæ licentiæ factibilia abſque periculo: ſi autem ſunt nociva, tunc non ſunt per fucum ſuæ licentiæ facienda. „ Hæc Wicleffus.

Wicleffus.

3. In extremo vero vitioſo convenit uterque; tam primus, dicens tales diſpenſationes a nullo diſpenſatore faciendas; quam iſte ſecundus, qui C aliquas implicat faciendas ut utiles, ſed non a juſto diſpenſatore quærendas. Pergat ergo uterque ad Beatum Patrem Bernardum, quem primi dicunt tali diſpenſativæ exemptioni adverſum; & videant, quomodo ipſe moderamen rebus imponat, & adverſetur utrique, in prædicto jam loco ſtatim conſequenter adjungens BERNARDUS. Quid inquis? Prohibes diſpenſare? Non, ſed diſſipare. Non ſum tam rudis, ut ignorem vos poſitos diſpenſatores; ſed in ædificationem, non in deſtructionem. Denique quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inveniatur. Ubi neceſſitas urget, excuſabilis diſpenſatio eſt: ubi utilitas provocat, diſpenſatio laudabilis; utilitas dico communis, non propria. Nam cum nihil eſt horum, non plane fidelis diſpenſatio, ſed crudelis diſſipatio eſt. Nonnulla tamen monaſteria ſita in diverſis Epiſcopatibus, quod ſpecialius pertinuerunt ab ipſa ſua fundatione ad Sedem Apoſtolicam pro voluntate Fundatorum, bene adjudicari poſtulaverunt, quis neſciat? Sed aliud eſt quod largitur devotio, aliud quod molitur ambitio, impatiens ſubjectionis. „ Hæc Bernardus. Hoc eſt, quod plane reſpondet ad omnia: hoc eſt, quod dejicit Wicleviſtas. *Non ſum tam rudis* (inquit) *ut vos ignorem poſitos diſpenſatores*. Non cujuſque eſt hoc judicium, ſcire ſcilicet utilem diſpenſationem eſſe, vel nocivam; ſed diſpenſatorum miniſteriorum Dei. Nec illis ſublata eſt omnis diſpenſandi facultas, ut dicunt primi, quia ſic nulla diſpenſatio credita eis eſſet; ſed ubi utilitas poſcit communis, atque neceſſitas. Et ne nimis obſtrueret aditum, voluntatem

Bernardus To. 1. pag. 439. num. 18.

1. Cor. 13. 10. 1. Cor. 4. 2.

Exemptiones quæ probandæ.

(*a*) Hæc duo hominum genera cum Wicleffo comparat & refellit Waldenſis. Quod hic eſt attendendum, ut quos dicit primos, quem ſecundum, ſtatim intelligatur.

(*b*) Epiſcopo, cui rerum Spiritualium regimen ac diſpoſitio jure competit, olim ſubjiciebantur Abbates & Monachi. Et quidem Abbates de ſubmiſſa Epiſcopis obedientia laudantur a Synodo *Lemovicenſi* an. Dom. 1039. celebrata. Ciſtercienſes Abbates obedientiam Epiſcopis profitebantur, ut conſtat ex Honorio III. c. *Ne Dei Eccleſiam*, *De Simonia*. Sed proceſſu temporis aut Fundatorum voluntate, aut Monachorum petitione plura Monaſteria ab Epiſcopali juriſdictione, Sedis Apoſtolicæ authoritate fuerunt abſoluta. Fatendum tamen eſt Epiſcoporum gravamina, ſeu præſentia, ſeu quæ merito metuebantur, fuiſſe rationem legitimam, cur Monachi exemptiones ac privilegia a Sede Apoſtolica poſtularent ut paulo infra num. 3. Waldenſis innuit. Atque hac de re extat Divi Anſelmi Abbatis Beccenſis pro ſuo Monaſterio ad Urbanum II. Epiſtola. Interea Ordines Fratrum Mendicantium inſtituti fuerunt, qui ſtatim a confirmatione ſua immunitatem ab Epiſcoporum juriſdictione, quoad monaſticum regimen, & ea quæ regularem diſciplinam ſpectant, Sedis Apoſtolicæ privilegio obtinuerunt. Quoad Sacramentorum vero adminiſtrationem, & verbi miniſterium, eiſdem erant, ſuntque ſubditi.

tatem fundatorum, & hoc quod largitur devo-
tio, interponit neceſſarium prædictum, vel uti-
le. Solum autem excludit quod molitur ambi-
tio, ſubjectionis impatiens: & merito omne ta-
le privilegium eſt abjectum, cujus fructum ego
dedignor. Forſan hoc eſt quod Hieronymus in-
terpretatur in libro *interpretationum* ſuarum *tri-* A
*Hieronymus.
formi, Hieronymus. Privilegium (inquiens)
„ lex non publica, ſed privata: non propria præ-
„ ſumptio contra leges faciens „. Hæc ille. Expe-
diens autem nos Spiritus Sanctus de omni neceſſa-
rio & utili privilegii fundamento, alloquitur car-
nales quoſdam in Eccleſia, monens de Dilecta,
Cant. 2. 6. Cant. 3. 5.
„ dicente: Leva ejus ſub capite meo. Adjuro
„ vos filiæ Jeruſalem, ne ſuſcitetis, neque evi-
„ gilare faciatis Dilectam, donec ipſa velit „;
ideſt, ſponſam jam pro vita iſta ſupponentem
capiti ſuo diſpenſationis gratia lævam tempora-
lis mei ſubſidii & quietis, non ſuſcitetis per cu-
ras & vexationes juris vulgaris, ſed meditetur B
& legat ad fructum & utilitatem Eccleſiæ, do-
Beda *To. 4. lib. 6. pag. 818.*
nec velit. Unde ſuper Cantica lib. v. Beda.
„ Fit ut plerumque felix bonorum requies, &
„ quaſi ſopor gratiſſimus, qui intentam divinis
„ rebus mentem eorum huic mundo velut in-
„ ſenſibilem facit, improborum turbetur incur-
„ ſibus; eorum videlicet, qui hujus feliciſſimæ
„ dormitionis ignari, vigilare potius mundi la-
„ bentis amore conſueverunt. Atque utinam ſoli
„ qui ad mundum aperte pertinent, pacem im-
„ pugnarent Eccleſiæ, & non etiam ipſa in ſe
„ eos qui ſpiritualia ejus ſtudia carnalibus ſuis
„ moribus impediant, teneret. Verum, quia & C
„ ipſa plures gignit tales, admonet eos Domi-
„ nus, ne animas fidelium Eccleſiæ orationi,
„ ſive lectioni, ſeu aliis pietatis actionibus de-
„ ditas, inquietare præſumant, dum audito de-
„ ſiderio cordis ejus, ipſe continuo ſubjunxit:
„ *Adjuro vos filiæ Jeruſalem, ne ſuſcitetis, ne-*
„ *que evigilare faciatis dilectam, donec ipſa ve-*
„ *lit* -- Sequitur -- Ne ergo ſuſcitetis (inquit)
„ dilectam tumultu carnalium perturbationum,
„ & vigilare faciatis a quiete perplacidæ devo-
„ tionis ejus, qua conſpectibus ſui Conditoris
„ adſtare delectatur, *donec ipſa velit*, ideſt, do-
„ nec rite completis divinæ ſervitutis obſequiis, D
„ ipſa ad communem redire curam humanæ fra-
„ gilitatis neceſſitatibus admonita conſentiat. „
Hæc ille. Cum ergo Deus vult tales ſibi dile-
ctas animas ab humanis tumultibus liberari, ut
orationi, ſive lectioni, prædicationi, aut Scri-
pturarum expoſitioni licenter indulgeant, requi-
ro ego ſacros Chriſti Antiſtites, qui iſta diſpen-
ſent. Quod ſi ipſorum incuria rem negligant,
quid rectius, quid divinæ juſſioni conſonantius,
quam ut primus Præſul, cui ſollicitudo omnium
Eccleſiarum incumbit, divinæ juſſioni reſpon-
deat, & ipſe per ſe ipſum taliter contemplantes
tueatur, ordinet, & defendat? Parcant mihi Apo- E
ſtolorum hæredes: NON CREDO TOT MONASTERIA
Plura Monaſteria quare ab Epiſcoporum juriſdictione exempta.
reſervanda fuiſſe primæ Apoſtolicæ Cathedræ, ſi
Epiſcopi ſatisfeciſſent voto, & adjurationi ſpon-
ſæ prædictæ, cohibentes impetus miniſtrorum
ſuorum carnalium, ſub colore legum, a pertur-
batione importabili, & inquietudine, Chriſti
Monaſterialis Eccleſiæ. Hoc ne putas eſſe quod
Beda facere conqueritur, atque inquit: *Utinam*
ſoli qui ad mundum aperte pertinent, pacem im-
pugnarent Eccleſiæ, & non etiam ipſa in ſe
eos &c.

4. Sed contra primos diſpenſationum Papa-
lium damnatores, hoc parvum erigam argu-
mentum. Duos legimus Ordines Eccleſiæ, *Mi-*
niſtrorum, & *Poteſtatum*. Ita *Miniſtri* ſint o-
Miniſtri & Poteſtates in Eccleſia duos ordines conſtituunt.
mnes colentes Chriſti Eccleſiam, a primo Pa-
pa uſque ad ultimum Clericum, aut in Reli-
gione tonſum, vel velatam. Eſt & ordo *Pote-*
ſtatum, Regum ſcilicet, & Ducum, & aliorum
ſubjudicum, uſque ad ultimum Præſidem villæ
vel oppidi. Et iſti duo Ordines ſunt in Eccle-
ſia laterales, quorum neuter ortum habet ex al-
tero, ut declarabitur infra. Sed Papa Præſidens
Miniſtrorum, poteſt privilegiare omnem ordi-
nem Miniſtrorum a juriſdictione *Poteſtatum*,
ſecundum quid, in omnibus, ut in cauſis cri-
minalibus active & paſſive; & in ſanguine, &
in his quæ jura tangunt Eccleſiæ; aut ſi cauſa
ſit fidei. Unde Ambroſius Epiſtola *ad Valenti-*
nianum Auguſtum contra *Auxentium* lib. v. &
Ambroſius. *To. 2. Epiſt. 21. pag. 860.* * *M.* Imperator.
eſt Epiſtola xxxii. Ambrosius. Quando (in-
„ quit) audiſti, Clementiſſime Pater * in cau-
„ ſa fidei laicos de Epiſcopo judicaſſe? -- Se-
„ quitur -- Si docendus eſt Epiſcopus a laico,
„ quid ſequetur? Laicus igitur diſputet, & E-
„ piſcopus audiat; Epiſcopus diſcat a laico.
Hæc ille.

5. Ita ergo ratione cauſæ, aut ratione officii,
ſolvuntur per Eccleſiam Miniſtri ejus a juriſdi-
ctione omnium judicum laicorum. Igitur ma-
gis Eccleſia poteſt, & debet diſpenſare exem-
ptive cum miniſtris ſuis, ne ſubjiciantur in ca-
ſibus judicibus etiam ordinariis ſui fori. Si au-
tem caſus exigat, aut neceſſitas hoc requirat,
patet conſequentia a majori: quia plus poteſt
quiſque ſummus in ordine proprio, quam in or-
dine laterali, ſicut plus potuit Aaron Summus
Sacerdos Legis in Tribu Levi, quam in Tribu
Beniamin, ſive Manaſſe. Qua lege ergo poſſet
Summus Hierarcha noſter Papa exemptiones fa-
cere Clericorum a ſubordinatis judicibus in or-
dine Principali, & nullo modo in ordine Cle-
ricali? Hoc ergo modo Beatus Gregorius in di-
ſpenſatione privilegiali utrumque ordinem com-
binat, Antiſtitum puta, & Principum; & ſi-
mul ab utriſque pariter competenti pœna reli-
ſos quoſdam exemit, ut recitat in *Regiſt.* lib. xi.
Epiſt. ad *Senatorem* * Presbyterum (*a*) & Abba-
* *al.* Senatorium.
tem in Xenodochio Francorum, Gregorius.
a Gregorius *To. 2. lib. 13. Epiſt. 8. pag. 1222.*
„ Juxta ſcripta filiorum noſtrorum præcellentiſ-
„ ſimorum Regum Brunichildis & nepotis ejus
„ Theoderici, Xenodochio Francorum, quod
„ in Civitate Auguſtodunenſi a Syagrio reve-
„ rendæ memoriæ Epiſcopo, & prædicta ex-
„ cellentiſſima filia noſtra Regina conſtructum
„ eſt, cui tu præeſſe dignoſceris, hujuſmodi pri-
„ vilegia præſentis authoritatis noſtræ decreto
„ indulgemus, concedimus, atque firmamus;
„ ſtatuentes, nullum Regum, nullum Antiſti-
„ tum, nullum quacumque præditum dignita-
„ te, vel quemquam alium de iis, quæ Xeno-
„ dochio a ſupraſcriptis præcellentiſſimis filiis
„ noſtris Regibus jam donata ſunt, vel in fu-
„ turo a quibuslibet aliis de proprio fuerint ju-
„ re collata, ſub cujuslibet cauſæ occaſioniſve
„ ſpecie minuere, vel auferre, ſive ſuis uſibus
„ applicare, vel aliis quaſi piis cauſis pro ſuæ
„ ava-

(*a*) Ex levibus conjecturis hanc Epiſtolam Sancto Gregorio quidam abjudicant; ſed omnes MSS. Codices eam Gregorio aſſerunt. Nec obſtat clauſula inferius poſita, *Si quis vero Regum &c.* quæ Reges non abdicat (ut quidam putant) in quos major fuit Sancti Gregorii obſervantia, quam ut eos regno privare vellet, aut poſſe privare exiſtimaret. Etſi vero in aliis Sancti Gregorii privilegiis non repetiatur hæc Clauſula, non inde ſequitur, quod Gregoriana non ſit. Huic enim quod a Brunechilde Regina, & Theodorico Rege Francorum poſtulatum eſſet, majoris authoritatis pondus clauſula hac execrataria addere Sanctus Gregorius voluit. Porro hæc verba velut Sancti Gregorii laudat Gregorius VII. lib. 8. *Regeſti*, Epiſt. 21. In vita quoque Sancti Hugonis Monachi Auguſtodunenſis apud Andream Ducheſne To. 3. Scriptorum Hiſtoriæ Francorum refertur eadem Clauſula ex Epiſt. *ad Lupponem*.

„ avaritiæ excuſatione poſſe concedere: ſed cun-
„ cta quæ ibi oblata ſunt, vel offerri contige-
„ rit, tam a te, quam ab eis, qui in tuo of-
„ ficio locoque ſucceſſerint, perenni tempore il-
„ libata, & ſine inquietudine aliqua volumus
„ poſſideri: eorum tamen uſibus, pro quorum
„ ſuſtentatione gubernationeque conceſſa ſunt, A
„ modis omnibus profutura.„ Et ſubjicit ibi Ab-
batem non deponendum, niſi in cauſa crimi-
nis, aſſociatis Epiſcopo Civitatis ſex Coepiſco-
pis in judices. Abbatem quoque non poſſe con-
ſecrari Epiſcopum, quouſque de omnibus illius
domus reddiderit rationem: nullumque Mona-
chum ſine licentia abſtrahi poſſe per Epiſcopum
loci ad Eccleſiaſticum ordinem, aut ad cauſam
quamcumque. Et tandem in fine: „ Si quis
pag. 1223. „ (inquit) Regum, Sacerdotum, Judicum, at-
„ que ſæcularium perſonarum hanc conſtitutio-
„ nis noſtræ paginam agnoſcens, contra eam
„ venire tentaverit, poteſtatis honoriſque ſui B
„ dignitate careat: reumque ſe divino judicio
„ exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat.„
Hæc Gregorius. Conſequenter quoque ſubjungi-
* M. Thalaſſiæ. tur alia privilegiaris Epiſtola Talaſiæ Abbatiſ-
ſæ penitus ſub eodem contextu verborum, &
ſub eodem Patronatu & interceſſione, ibidem,
Chriſti ancillis &c. Alia quoque omnium ma-
xima per Beatum Gregorium ibi conceditur Ab-
batiæ Sancti Medardi Sueſſionis, cui præerat
* M. Gairaldus. Geraldus * Abbas, facta prius confirmatione
veteris privilegii a Papa Joanne (*a*) conceſſi,
Gregorius *To. 2. lib. 14. Epiſt. 4. pag. 1285.* tertio ante Gregorium. Et tandem GREGORIUS.
„ Authoritate ergo divina, vice Beati Petri A- C
„ poſtolorum Principis, conſenſu omnium Ro-
„ manorum Pontificum, & voluntate totius Se-
„ natus Romani, ſuadente nobis viro Apoſto-
„ lico Anſerico Sueſſorum urbis Pontifice, & o-
„ mnium favente Galliæ Epiſcoporum judicio,
„ decernimus, ut nullus Archiepiſcoporum, E-
„ piſcoporum, vel Archidiaconorum, fratres
„ præfatæ Baſilicæ de ordinatione ſui Abbatis,
„ vel Eccleſiaſticorum graduum aſſumptione in-
„ quietet; ſed ſecundum prætogativam ipſius
„ loci nobis modo recitatam Beatiſſimi præde-
* tertii. „ ceſſoris noſtri Joannis * Papæ tempore de-
„ cretam, & Apoſtolica authoritate firmatam, D
„ ordinationem ſui Abbatis ipſi fratres pera-
„ gant, & Eccleſiaſticorum graduum dignita-
„ tem ſuſcipiant: conſecrationes quoque fon-
„ tium, & ſcrutinii myſteria in ipſo monaſte-
„ rio celebrent. Chriſmatis quoque, olei, alta-
„ ris, Calicis, Corporalis a quocumque volue-
„ rint Pontifice benedictionem expectant; ne
„ tantus honor a quovis Rectore ullius occa-
„ ſionis cauſa, vel neceſſitatis, intermittatur,
„ ne vileſcat tantæ ſublimitatis locus Sanctæ
„ Mariæ, & Beati Petri, nec non Protomar-
Monaſterium S. Medardi caput Monaſteriorum Galliæ. „ tyris Stephani, & Domini Medardi meritis
„ ſacratus: quem Caput Monaſteriorum totius E
„ Galliæ conſtituimus, nulliuſque ditioni pati-
„ mur ſubeſſe: ſed velut hæc Sedes Romana
„ ſpeculatione ſua toti orbi judicia & novas
„ conſuetudines omnibus mittit, & omnium
„ perſonarum ſervitio caret; ita præfatus locus,
„ remota omni conſuetudine peſſima Regum,
„ Antiſtitum, Judicum, exemplum divinæ re-
„ ligionis & honeſtatis cæteris exhibeat Mo-
„ naſteriis, & ſuper omnia plena gaudeat liber-
„ tate. Cujus Rectores & filii præſentes & ſuc-
„ ceſſuri tantum ſub Regali cuſtodia poſiti, ad-
„ vocatione * Sancti Petri & ſucceſſorum ejus, * M. admonitionem.
„ hujus Sanctæ Romanæ Sedis Pontificum au-
„ thoritatem * proclament; & ſi neceſſitas in- * M. authoritate.
„ cumbat, adeant -- Et infra -- De altaribus
„ quoque juxta inſtitutionem Domini Papæ Jo-
„ annis * Apoſtolica authoritate confirmamus, * Papæ tertii.
„ ut qui fuerit Rector præfati Monaſterii, fiat
„ præterea altarium Præſul, & omnium Eccle-
„ ſiarum ſibi pertinentium. -- Et ſequitur. --
„ Subjungimus & aliud edictum, ut ſi cauſa
„ capitalis criminis Abbas eſt deponendus, non
„ prius deponatur, donec Depoſitores Apoſto-
„ licam authoritatem requirant; & ibi ſint tres
„ Metropolitani cum ſuffraganeis ſuis, & Ab-
„ bates quamplurimi. In ipſo autem Concilio
„ accuſatores unuſquiſque cum duodecim te-
„ ſtibus præſentes aſſiſtant, & ita veri judicii
„ examine probent ſe vidiſſe, ut audiente Con-
„ cilio obteſtentur. Ad ultimum vero ipſe Ab-
„ bas rationem ſuæ excuſationis reddat, & ju-
„ riſjurandi pacto, ſuper Sacrorum myſteria
„ quatuor Evangeliorum ſatisfaciat. Tunc ve-
„ ro, ſi convictus fuerit, correctione depona-
„ tur: ſin autem, ſuo honori reddatur, & Ec-
„ cleſiaſticæ dignitatis miniſteria recipiat: &
„ intra Sacra Miſſarum ſolemnia benedictio-
„ nem, & prædicationem, juxta inſtituta Do-
„ mini Papæ Joannis * peragat, & ſuæ con- * tertii.
„ verſationis vitam melioribus exemplis dedu-
„ cat. -- Tandem in Concluſione finaliter ſub-
„ inſertur -- Hæc ergo omnia, quæ hujus Apo-
„ ſtolicæ authoritatis, & noſtræ præceptionis
„ privilegio continentur, præfati Monaſterii Re-
„ ctoribus, & Filiis, præſentibus & futuris, &
„ omnibus Monaſteriis ipſi loco ſubjectis, vel
„ ſociatis, ſub anathemate ſervanda conſtitui-
„ mus. Si quis autem Regum (*b*), Antiſti- b
„ tum, Judicum, vel quarumcumque ſæcula-
„ rium perſonarum hujus Apoſtolicæ authori-
„ tatis & noſtræ præceptionis decreta violave-
„ rit, aut contradixerit, aut negligenda duxe-
„ rit, vel fratres inquietaverit, vel turbaverit,
„ vel aliter ordinaverit, cujuſcumque dignita-
„ tis vel ſublimitatis ſit, honore ſuo privetur,
„ & ut catholicæ fidei depravator, vel ſanctæ
„ Eccleſiæ Dei deſtructor, a conſortio Chriſtia-
„ nitatis & corpore & ſanguine Domini noſtri
„ Jeſu Chriſti ſequeſtretur; & omnium male-
„ dictionum anathemate, quibus infideles &
„ hæretici ab initio ſæculi uſque in præſens da-
„ mnati ſunt, cum Juda traditore Domini in-
„ ferno inferiori damnetur, niſi per dignam
„ pœnitentiam præfatorum Sanctorum ſibi re-
„ propitiaverit clementiam, Fratrumque com-
„ munem reconciliaverit concordiam. Ego Gre-
„ gorius Sanctæ Romanæ Sedis Antiſtes huic
„ privilegio ſubſcripſi. Etherius Arelatenſis Ar-
„ chiepiſcopus ſubſcripſit. Sanctus Georgius
„ Portuenſis Epiſcopus. Sanctus (*c*) Andreas c
„ Albanenſis Epiſcopus. Sanctus Anaſtaſius Ti-
„ burtinenſis Epiſcopus. Sanctus Sergius Præ-
„ neſtinenſis Epiſcopus. Sanctus Petrus Amari-
„ nenſis * Epiſcopus. Sanctus Agnellus Sutri- * M. Anagniæ.
„ nenſis Epiſcopus. Sanctus Mellitus Londo-
„ nenſis Epiſcopus. Sanctus Joannes Velitrinen-
„ ſis Epiſcopus. Sanctus Tyberius Sylvæ can-
didæ

(*a*) Joanne tertio, quem anno 572. obiiſſe notat Natalis Alexander Sæc. VI. cap. 2. art. 11.

(*b*) Quæ ſequuntur verba, ea ſunt, quæ quibuſdam modernis ſuſpicionem de hac Epiſtola ingerunt. Sed omnis ceſſaſſet difficultas atque ſuſpicio, ſi obſervaſſent, quod hæc verba imprecantis quidem ſunt, non imperantis, aut decernentis; Sicut illa, *In æterno anathemate diſtrictæ ultioni ſubjaceant.* Et revera ſimiles imprecationes habentur in Conciliis Toletano IV. Can. 75. VI. Can. 3. VII. Can. 1. etiam in Reges, Canonum, Legum, aut præſtiti juramenti violatores. Et nunc omnia Pontificum Romanorum diplomata hiſce imprecatoriis Clauſulis deſinunt: quarum ea vis eſt, ut pœnam a Deo infligendam tranſgreſſoribus comminentur. Vel reſpective intelligenda eſt hæc Clauſula: ut Sacerdotibus quidem ſub pœna exauthorationis prohibeat, ne quid contra relatum privilegium agant: Regibus vero & Judicibus, aliiſque ſæcularibus perſonis, ſub pœna excommunicationis.

(*c*) In noviſſima Patrum Benedictinorum S. Mauri Editione deeſt in cunctis hiſce ſubſcriptionibus adjectivum *Sanctus*.

,, didæ Epiſcopus. Sanctus Marinianus Raven-
a ,, nenſis Epiſcopus. Sanctus Venantius (*a*) Li-
,, vienſis Epiſcopus. Sanctus Vitulinus Sipon-
,, tinenſis Epiſcopus. Sanctus Joannes Syracu-
,, ſanorum Epiſcopus. Sanctus Sabinianus Tu-
,, dertinorum Epiſcopus. Sanctus Eulogius Ale-
,, xandriæ Epiſcopus. Sanctus Dominicus Car- A
,, thaginenſis Epiſcopus. Sanctus Fortunatus
,, Neapolitanus Epiſcopus. Sanctus Joannes
,, Surentinenſis Epiſcopus. Sanctus Primevius
,, Nucerienſis Epiſcopus. Sanctus Felix Por-
,, tuenſis Epiſcopus. Sanctus Glorioſus Oſtien-
,, ſis Epiſcopus, Sanctus Conſtantius Nar-
,, nienſis Epiſcopus. Sanctus Conſtantius Me-
* M. Sutellius. ,, diolanenſis Epiſcopus. Sanctus Vitellius *
,, Burdegalenſis Epiſcopus. Sanctus Vitalis Ve-
,, ſoncenſis Epiſcopus. Sanctus Bonifacius Pla-
,, centinenſis Epiſcopus. Sanctus Syagrius Au-
,, guſtodunenſis Epiſcopus. Sanctus Flavius
,, Rhemorum Archiepiſcopus. Sanctus Anſe- B
,, ricus Sueſſorum Epiſcopus. Sanctus Theo-
,, doricus Rex. Sancta Brunichildis Regina.
,, Et ego Petrus Notarius Sanctæ Romanæ Ec-
,, cleſiæ ſedis ſcripſi & ſigillavi. Datum VII. Kal.
* M. DXCIV. ,, Junii anno ab Incarnatione Domini DXCIII. *
,, Indict. XI. ,, Hæc in *Regiſtro* Gregorii libro
b ultimo, epiſtola penultima (*b*). Inter hæc omnia videant quæ ſunt in prædictis a Beato Gregorio ſub appellatione privilegii elargita, & deſinant oblatrare conceſſis, aut ipſi renuncient privilegiis Clericatus, per quæ exempti ſunt ab omni ordinario judice Curiæ ſæcularis. Dicantque cui libebit: *tu meo utere privilegio, quo me libenter carere profiteor*. Ruth. IV. & judices adeant ſæculares paſſim ut Laici, cum tamen non poſſint ſe ipſos niſi a Deo dicere conſtitutos in ordine *Poteſtatum*; ſicut Sancti Epiſcopi in ordine Eccleſiæ *Miniſtrorum*. Quare ergo non poſſet Papa ab hujus juriſdictione fidelem eximere, ſicut hujus? Gregorio ſatis dicat, qui hic eximit ab utroque. Quinimo ſi originalis cauſa quæratur privilegiorum Religionis clauſtralis, non deerit qui quæſtionem abſolvat, dicens, clauſtralem vitam nonniſi ſub quiete ſancta proficere: quam cum inferiores quidam Clerici moleſtarunt ſub negligente vel connivente Prælato, vera & prima mater Romana Eccleſia non negligit, volens cum Chriſto congregare filios ſuos quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas. Unde & de hac reſcribens Gregorius lib. V. *Regiſtri*, Epiſt. XXVIII. *ad Marinianum* Ravennatenſem Epiſcopum, GREGORIUS. Mi-

Clerici a judice ſæculari exempti.
Ruth 4. 6.
(margin C)
Cauſa originalis privilegiorum clauſtralium.
(margin D)
Matth. 23. 37.
Gregorius To. 2. lib. 6. Epiſt. 24. pag. 815.

,, ramur (inquit) cur ſic brevi Fraternitatis
,, tuæ fuerit immutata diſcretio, ut ea, quæ
,, poſtulat non advertat. Ex qua re dolemus,
,, quia manifeſtum præbes indicium, plus apud
,, te verba male ſuadentium valuiſſe, quam di-
,, vinæ lectionis ſtudium profeciſſe. Cumque E
,, Monaſteria te oporteat defendere, & religio-
,, ſos illic ſummopere congregare, ut lucrum de
,, animarum congregatione poſſis efficere; in eo-
,, rum te e diverſo gravamina, ſicut litteræ tuæ
,, teſtantur, deſideras exercere -- Et infra -- Præ-
,, terea pervenit ad nos quia Monaſteria quæ
,, ſub Fraternitate tua ſunt conſtituta, clerico-
,, rum importunitatibus & diverſis eorum mo-
,, leſtiis prægraventur. Quod ne de cætero fiat,
,, diſtricta hoc interminatione compeſce, qua-
,, tenus monachis illic degentibus libere in Dei
,, noſtri laudibus liceat exultare. ,, Hæc ille.
Item idem lib. VI. *Regiſtri* Epiſt. XL. GREGO-
RIUS. Dudum ad nos multorum relatione per-
,, venerat, Monaſteria in Ravennæ partibus con-
,, ſtituta, omnino clericorum veſtrorum domi-
,, nio prægravari: ita ut occaſione quaſi regimi-
,, nis ea (quod dici grave eſt) velut in proprie-
,, tate poſſideant -- Et infra -- Hortamur ergo,
A ,, ut omni mora, omnique excuſatione ſubmo-
,, ta, ita Monaſteria ipſa ab hujuſmodi ſtudea-
,, tis gravamine relevare; quatenus nullam dein-
,, ceps in eis Clerici, vel ji, qui in ſacro ſunt
,, ordine conſtituti, ob aliud habeant, niſi oran-
,, di tantummodo cauſa, accedendi licentiam:
,, aut ſi forte ad peragenda ſacra Miſſarum fue-
,, rint invitati Myſteria. ,, Hæc ille. Et idem
lib. VII. Epiſt. XXXIII. *ad Joannem Schillitanum* *
Epiſcopum. ,, Grave nimis, & contra Sacerdo-
,, tale conſtat eſſe propoſitum, velle cujuſquam
,, Monaſterii privilegia olim indulta confunde-
,, re, & ad irritum quæ ſunt pro quiete diſpo-
B ,, ſita, niti deducere. Queſti itaque nobis ſunt
,, Monachi Caſtellienſis Monaſterii (*c*), quod c
,, in Fraternitatis veſtræ eſt Civitate conſtitutum,
,, quia eidem Monaſterio quædam contra quæ a
,, prædeceſſoribus veſtris permiſſa atque conſue-
,, tudine longa ſervata ſunt, feſtinetis induce-
,, re, & antiquam ordinationem quadam præju-
,, dicii novitate turbare. Proinde his Fraterni-
,, tatem veſtram hortamur affatibus, ut ſi ita
,, eſt, ab ejus ſe moleſtia ſine aliqua excuſatione
,, contineat: & quæ ei ſunt diutius cuſtodita,
,, nulla occaſionis tentet uſurpatione convelle-
,, re; ſed cuncta illibate, & ſine aliqua ſtudeat
C ,, refragatione ſervare: & plus ſibi in eodem Mo-
,, naſterio, quam prædeceſſoribus ſuis licuit, no-
,, verit non licere. ,, Hæc Gregorius. Ubique vides, quo ſpiritu, quave neceſſitate commotus fuit Sanctus Præſul prædictis Monachis providere. Juſſit enim prius Epiſcopo, ut quieti eorum oportune ſuccurreret: ut non ſicut in populum Clerici, & Sacerdotes Curati licenter irruerent: quod quia neglexit Epiſcopus facere, ipſe ſupplevit, & Clericos omnes & Sacerdotes a Clauſtri ſubmovit cura, & exemit a jugo. Neceſſe enim habent aliis principatibus & legibus dirigi, quam turbidum vulgus, qui ab omni
D mundo ſuſpenſi, ſoli Deo cum omni mentis officio ſilenter & ſine interpolatione deſerviunt.

Gregorius To. 2. lib. 7. Epiſt. 43. pag. 890.
Gregorius To. 2. lib. 8. Epiſt. 34. pag. 921.
* *vel* Squillitanum.

CAPUT XLIV.

De obedientia Occidentalis Eccleſiæ ad Papam, & ſimiliter Orientalis.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quantæ ſit excellentiæ obedientia, quæ præſtatur Dei miniſtris.*
2. *Quam ægre ſemper tulerit Wicleffus, quod totus Orbis Summo Pontifici obediat: immo latinæ Eccleſiæ filios* Maniacos *appellare non erubeſcit.* E
3. *Wicleffus in hac hæreſi ſectator fuit Juliani Pelagiani, contra quem Auguſtinus.*
4. *Syrophœniſſa illa Evangelica, pro filia Chriſtum rogans, quomodo Matrem Eccleſiam ſignificaverit.*
5. *Quibus viis Wicleffus Occidentales ab obedientia Romani Pontificis auferre ſatagebat.*
6. *Victor Urbis Romæ Pontifex in teſtimonium ſuæ univerſalis præſidentiæ antiquitus habitæ,*

(*a*) *Venantius* deſideratur apud Maurinos.
(*b*) Epiſt. 32. quæ incipit, *Pretioſiſſimis lapidibus*.

(*c*) Caſtellienſe Monaſterium a Caſſiodoro extructum, & tanti viri ſeceſſu nobilitatum prope Squillacium erat,

bitæ, & præſertim Orientis, multos Græcos Epiſcopos excommunicavit.

7. *Fabianus Papa mandat Epiſcopis Orientalibus, ut annuatim novum Chriſma conficiant.*

8. *Conſtantinopolitanum Concilium Romanæ Eccleſiæ ſcribit, tanquam totius Orbis Capiti.*

Act. 5. 29.

1. O*Bedire oportet Deo magis quam hominibus:* & inde MAJOR IN VIRTUTE ET DIUTURNIOR IN TEMPORE EST OBEDIENTIA præſtita Dei miniſtris ſub timore Dei, quam regnorum imperiis ſub timore ſervilis edicti. Non eſt inexpertum quod dico; ſed cum attenditur, magnum mirum (*a*). Ubi jam eſt obedientia Cæſari dedita *, quam tam potenter olim exegit inter & ſuper omnes Latinos & Græcos, cui vix quarta pars inclinat * Europæ? Romanæ vero Eccleſiæ ex parte Dei ſine diminutione obedit omnis Orbis Occiduus *. MAJOR ERGO TERROR ANIMI, quam gladii; major mentis quam enſis: & eo longævior quo divinior Sacerdotalis correctio, quam Regalis.

* *al.* debita.

* *Ed. V.* obedit.

* *Codd. MSS.* omnis Occidens

Major terror animi quam gladii; mentis, quam enſis.

2. At quantum credis hic ſermo complaceat noſtro Wicleffo, qui dicit Tractatu ſuo II. *de ſerm. Dom. in monte*, cap. XXXVIII. „ Genus humanum profundatur in Europa ſpecialiter in iſta hæreſi nimis cœca, quod oportet totam Eccleſiam duci per regimen Antichriſti? „ Hæc Wicleffus; & eſt *Concluſio* VI. inter damnatas. Et propter iſtam devotam obedientiam Latinæ Eccleſiæ, ſolet vocare Occidentalis Eccleſiæ fideles *Maniacos* (*b*). Unde *de Chriſto & Antichriſto*, cap. VIII. WICLEFFUS. Eadem (inquit) „ eſt cauſa caſus ſecundi, quare Græci nomine „ tenus a fidelibus ſunt diviſi. Creditur tamen, „ quod noſtri Occidui ſunt nimis *Maniaci*. Di„ viſi ſunt a Græcis (*c*) fidelibus, & fide Do„ mini Jeſu Chriſti. „ Hæc ille.

Wicleffus.

Wicleffus.

3. Si primo debemus hujus dicti ſcrutari Patronum, non Wicleffus, ſed magiſter ejus *Julianus* prius occurrit, acerrimus Pelagianorum defenſor, qui *Maniacos* vocavit omnes Epiſcopos, & fideles Occidentalis Eccleſiæ, pro eo quod fugarant inde magiſtrum ſuum Pelagium, prout recitat & objicit illi lib. 1. *contra* eumdem *Julianum*, cap. II. in principio AUGUSTINUS. Tu „ (inquit) qui tam crebro nobis Manichæorum „ nomen opponis, quos & quales viros & quan„ tos Fidei Catholicæ defenſores tam execrabili „ criminatione appetere audeas, ſi evigilas, in„ tuere -- Et tandem paulo poſt -- Non eſt cur „ provoces ad Orientis Antiſtites: quia & ipſi „ utique Chriſtiani ſunt, & utriuſque partis Or„ bis terrarum fides iſta una eſt, quia & fides iſta „ Chriſtiana eſt. Et te certe Occidentalis terra „ generavit, Occidentalis regeneravit Eccleſia. „ Quid ei quæris inferre, quod in in ea non in„ veniſti? Immo, quid ei quæris auferre, quod „ in ea tu quoque accepiſti? -- Sequitur -- O fili „ male ex Adam nate, ſed bene in Chriſto re„ nate! Sacramenta, quibus te peperit, conaris „ auferre? Numquid Manichæa fuit, quando te „ hoc modo peperit? Quomodo jam non vis ut „ pariat, & ingeris ei vanitatis * opprobria, ut „ in ea cæteris claudas, ex quibus ipſe natus es, „ viſcera pietatis? „ Hæc ille. Nollem ut tranſiret intactum quod ex tranſverſo hic Auguſtinus inſinuat, *Julianum* ſcilicet protervum Epiſcopum & hæreticum pertinacem, fuiſſe bene participem ſancti baptiſmatis, *Fili* (inquiens) *male ex Adam nate, ſed bene in Chriſto renate.* Unde propter malitiam ſuam actualem non debuit ſupponi filius eſſe diaboli, & membrum præſcitum, ſecundum doctrinam Wicleffi. Sed iterum ponderet lector, quomodo Julianus appellavit omnes occiduos *Manichæos*, quos Wicleffus docilis ejus diſcipulus primitivo appellat vocabulo *Maniacos:* a *Mania* enim, ideſt, inſania *Manichæi* derivatum eſt nomen, dicente Auguſtino lib. *de hæreſibus* cap. XLVI. AUGUSTINUS. Ma„ nichæi a quodam Perſa extiterunt, qui vo„ cabatur *Manes:* quamvis & ipſum cum ejus „ inſana doctrina cœpiſſet nomen prædicari: „ nam antehac *Urbicus* vocabatur. Sed in Græ„ cia Manichæum diſcipuli ejus appellare ma„ luerunt, devitantes nomen inſaniæ. Unde „ quidam eorum quaſi doctiores, & eo ipſo men„ daciores, geminata N. littera *Mannichæum* vo„ cant, quaſi Manna fundentem. „ Hæc Auguſtinus. Videtis ergo qualiter inter ſe conveniunt Doctor & diſcipulus: quorum duorum doctor unus eſt benignior, tegens verecundiam nominis ſub inſania derivata, quam alius impudenter revelat in ſcandalo primitivi. Sed nec mirum: quia & ipſe vere erat *Maniacus*, ut quidam diſcipulo„ rum ejus, hucuſque ſuperſtites, hæreſum ejus deteſtandam ſcaturiginem excuſare conantur: *Miſerendum eſt* (inquiunt) MANIA *laboravit interdum.* Sed quid nos talem magiſtrum patimur exaudiri, cujus lucida intervalla nuſquam correxerunt aberrantem proterviam? Evigilate ergo fideles occidui, & cognoſcite Matrem veſtram Romanam Eccleſiam, cui ingratos vos filios omnes hæretici (maxime Wicleviſtæ) novelli facere moliuntur. Execramini Wicleffum, qui maternum maledictum ſæpe iteratum ſecum portavit e ſæculo. Si qui autem ingrati eſtis, aut per verba ejus moti fuiſtis, nondum abjecit vos pia Mater, immo pro vobis orat Deum, ut hoc dæmonium expellat, & vos revocet ad ſalutem.

Auguſtinus *To.* 10. *cap.* 5. *pag.* 499.

pag. 504. *num.* 14.

* *M.* nativitatis,

Auguſtinus *To.* 8. *pag.* 13.

Wicleffus a ſuis diſcipulis de inſania notatur.

4. Ipſa eſt enim, ſecundum Sanctum virum Hieronymum illa Syrophœniſſa, quæ rogabat Chriſtum, ut ejiceret a filia ſua laborante dæmonium, Marci VII. Super quem locum *in Commentario* Marci HIERONYMUS. Mulier (inquit) „ rogat pro filia ſua, quæ eſt Mater noſtra Ro„ mana Eccleſia. Nata dæmoniaca, eſt barba„ rica occidentalis natio, cujus fides fecit de „ cane ovem. Micas ſpiritualis intellectus, non „ panem fractum litteræ cupit. Fidelis, pru„ dens & humilis meretur quod poſcit. „ Hæc Hieronymus. Ecce jam quis horum magiſter ſincerior, an Hieronymus dico, an Wicleffus? Wicleffus dicit, Occidentalem plagam, quia ſequebatur Romanam Eccleſiam, eſſe *Maniacam:* Hieronymus dicit, antequam ſequeretur, fuiſſe barbariem dæmoniacam, & prece Matris ſuæ fuiſſe ſanatam, ſimul & fide: *Cujus fides* (inquit) *fecit de cane ovem:* & quia micas intellectus, non panem fractum litteræ cupit, prudens & fidelis, Occidentalis dico natio nata Matris ſuæ Romanæ meretur habere quod poſcit: & ratio eſt ſpecialis hujus Maternitatis Romanæ Eccleſiæ, quia in Chriſto Jeſu per Evangelium ipſa nos genuit. Ipſa omnem hunc orbem occiduum per ſe aut Sacerdotes a ſe miſſos ad fidem convertit, in fide aluit, & imbuit Sacramentis, dicente Innocentio Papa, jam ſuperſtite Auguſtino, in proemio primi Decreti, INNOCEN-

Mar. 7. 26.

* Hieronymus *To.* 11. *pag.* 804.

1. *Cor.* 4. 15.

(*a*) Magnum utique mirum, quod etiam veram Dei Eccleſiam divino jure conſtitutam prodit, atque a deficientibus Sectis diſcernit, eam probant eſſe verum Chriſti regnum, de quo Pſalmiſta 144. 13. *Regnum tuum, regnum omnium Sæculorum, & dominatio tua in omni generatione, & generatione.*

(*b*) *Maniacos* ſeu *inſanos, ſtultos, dementes.*

(*c*) De Græcorum diviſione, ejuſque veriſſima, ac notiſſima cauſa jam dictum eſt ſupra, cap. 33. num. 5. in *n.*

Innocentius I. apud Labbeum To. 1. Concil. pag. 995.

CENTIUS. Quis neſciat, aut non advertat, il-
,, lud quod a Principe Apoſtolorum Petro Ro-
,, manæ Eccleſiæ traditum eſt, ac nunc uſ-
,, que cuſtoditur, ab omnibus debere ſervari,
,, nec ſuperinduci, aut introduci aliquid, quod
,, authoritatem non habeat, aut aliunde acci-
,, pere videatur exemplum: præſertim cum ſit A
,, manifeſtum, in omnem Italiam, Gallias, Hi-
,, ſpanias, Africam, atque Siciliam, Inſulaſque
,, interjacentes, nullum inſtituiſſe Eccleſias, ni-
,, ſi eos quos venerabilis Apoſtolus Petrus, aut
,, ejus ſucceſſores, conſtituerunt Sacerdotes?
a ,, Aut legant, (a) ſi in Provinciis aliis aliquis
,, Apoſtolorum invenitur aut legitur docuiſſe:
,, quod ſi non inveniunt, quia nuſquam legunt,
,, oportet eos hoc ſequi quod Eccleſia Roma-
,, na cuſtodit, a qua eos principium accepiſſe
,, non dubium eſt; ne dum peregrinis aſſertio-
,, nibus ſtudent, caput inſtitutionum videantur
,, omittere. ,, Hæc ille. Huic jam Wicleffus re- B
ſpondeat: an doctrina ſua ſapuit pietatem, cum
docuit filiam Matrem ſuam contemnere, mun-
dum occidentalem Romanam Eccleſiam ſperne-
re. Et quidem quamvis occidentalis natio ſit
ſpecialis filia Romanæ Eccleſiæ, quia per ipſam
eſt tota ad fidem reducta; non tamen ipſa præ-
ciſe eſt filia ejus, quoniam ab antiquo Eccle-
ſiæ Orientalis tam Græcarum, quam Jeroſolo-
mytanarum partium Præſules, diu ante Cæſa-
rem fuerunt Romano Antiſtiti prone obnoxii,
non tam monitis, quam cenſuris.

Romanæ Eccleſiæ non ſola Occidentalis ſed etiam Orientalis natio ſubjecta.

5. Quod, ut mihi videtur, Wicleffus non ſa-
puit, cum diceret in ſupplemento *Trialogi* cap. C
IX. loquens de *Fratribus*, WICLEFFUS. Qui (in-
,, quit) in ultimo Concilio terræmotus (b) illu-
,, debant Epiſcopi, Chriſtum Dominum noſtrum
,, cum membris ſuis triumphantis Eccleſiæ (c)
,, tamquam hæreticum condemnando -- Sequi-
,, tur -- Recoluerunt, ex timore patris ſui, de
,, Romano Pontifice, condemnando ut hæreſim,
,, quod vivendum eſt poſt iſtum Urbanum VI.
,, in more Græcorum, non ſic Romano Ponti-
,, fici parendo (d): quia (ut inquiunt) hoc ma-
,, nifeſte deſtrueret Eccleſiam Sanctam Dei.
,, Conſtat quidem ex Chronicis, quod Græci a
,, tempore converſionis ſuæ per Paulum Apoſto- D
,, lum, ſervarunt nobis longe perfectius legem
,, Chriſti. Unde Martyres & Sancti Doctores de
,, Græcia multum ſuperarunt milites noſtros oc-
,, ciduos. Ideo videtur, quod nos occidentales
,, *Maniaci*, moveremur Græcos quoad Roma-
,, num Epiſcopum imitari. ,, Hæc Wicleffus.

Wicleffus. b c d

Wicleffus inſinuat defectionem a Romano Pontifice

6. Vel iſte proceſſus eſt minus ſenſatus, vel
deſtruere conatur ſententiam *Fratrum* in Con-
cilio illo Epiſcoporum Londinenſi de non deſe-
rendo obedientiam Romani Pontificis, ſicut Græ-
ci fecerunt, ne deſtruatur Eccleſia ſancta Dei.
At ipſe allegans Græciæ fidem a tempore con-
verſionis ejus per Paulum, dicit illos imitandos E
ab Occidentalibus *Maniacis*, ut potiores in le-
ge Chriſti. Sed ex hoc videtur, quod non om-
nia vidit iſte. Nam qualiter iſta diceret, ſi vi-
diſſet quomodo *Victor* Romanus Papa, decimus-
tertius a Beato Petro, & decimus octavus ante
Silveſtrum, excommunicavit tot egregios Præ-
ſules Aſiæ (e), pro eo quod contra votum edi- e
cti publici (f), non ſemper in Dominica die f
celebrabant Paſcha? De qua re in Eccleſiaſtica
hiſtoria lib. V. cap. XXIV. EUSEBIUS. *Victor* Ro-
,, manæ Eccleſiæ Epiſcopus, pertinacius agens,
,, paſſim totius Aſiæ, ac vicinarum Provincia-
,, rum Eccleſias a communionis ſocietate abſcin-
,, dere nititur, tamquam in hæreſim declinan-
,, tes (g): & litteras mittit, quibus omnes ſi- g
,, mul abſque diſcretione ab Eccleſiaſtico fœde-
,, re ſepararet. ,, Ecce quod antiquus Præſul *Vi-
ctor* tantam turbam Epiſcoporum Orientalium &
Eccleſiarum Eccleſiaſtica cenſura potuit innoda-
re: nec reprehendebatur ab aliquo feciſſe quod
non potuit, ſed quod non debuit, vel quod paci
Eccleſiæ non congruebat. Unde ſubdit ibi ſtatim
EUSEBIUS. Hoc non placebat omnibus Epiſco-
,, pis; quin potius e contrario ſcribentes ei, ju-
,, bebant, ut magis quæ pacis ſunt ageret, &
,, concordiæ ac unanimitati ſtuderet (h). Deni- h
,, que extant ipſorum literæ, quibus aſperius
,, objurgabant *Victorem*, velut inutiliter Eccle-
,, ſiæ commodis conſulentem. Nam & Irenæus
,, cum cæteris cum quibus erat Gallorum Epi-
,, ſcopis; ſcribens, confirmat quidem ut in Do-
,, minica die reſurrectionis Domini myſterium
,, celebretur: *Victorem* tamen arguit, quod non
,, recte fecerit, abſcindendo a corpore unitatis
,, tot & tantas Eccleſias Dei, quæ morem ſibi
,, antiquitus traditum cuſtodirent. ,, Hæc Eu-
ſebius. Irenæus quidem iſte non longe ab Apo-
ſtolorum temporibus, diſcipulus fuit Polycarpi,
diſcipuli Sancti Joannis; & ab eo inſtituti ſuper
omnes Eccleſias Aſiæ. Et ita videri poteſt, quod
non recens eſt hæc obedientia Papæ in Aſiæ par-
tibus Orientalis Eccleſiæ. Hujus etiam Sancti
Irenæi recolit lib. *de illuſtribus viris*, cap. XXXV.
HIERONYMUS. Feruntur (inquit) & aliæ ejus
,, ad *Victorem* Epiſcopum Romanum de Con-
,, cluſione * Paſchæ Epiſtolæ, in quibus eum
,, commonet, non facile debere unitatem Col-
,, legii ſcindere. Siquidem *Victor* multos & O-
,, rientis & Aſiæ Epiſcopos, qui quartadecima
,, luna cum Judæis celebrabant Paſcha, dam-
,, nandos crediderat. In qua ſententia etiam ii
,, qui diſcrepabant ab illis, Victori non dedere
,, manus. Floruit ſub Commodo Principe. ,,
Hæc Hieronymus. Ecce quod nec latinus Hie-
ronymus, nec Euſebius græcus contradixerunt
Romani Pontificis poteſtati, ſed non conſenſe-
runt atrocitati vindicis Præſulis: Victori (in-
quit) non dedere manus, ideſt, non præſtitere
favorem.

Euſebius pag. 552.

Euſebius ibidem.

Hieronymus To. 2. pag. 861.

** al. quæſtione.*

7. Item Fabianus Papa decimusnonus a Bea-
to Petro, ante Silveſtrum duodecimus, manda-
tum ſuum decrevit omnibus Epiſcopis Orienta-
libus de novi chriſmatis conſecratione annuali,
in Decreto ſuo ſecundo, cap. unico. FABIA-
NUS. Fabianus (inquit) Epiſcopus Urbis Ro-
,, mæ, omnibus Orientalibus Epiſcopis, & cun-
,, ctis fidelibus, ſalutem -- Sequitur -- Cura eſt
noſtræ

** Fabianus P. apud Labbeum To. 1. Concil. pag. 125.*

(a) *Labbeus:* Aut legant, ſi in his provinciis alius Apoſtolorum &c.

(b) *Concilium terræmotus* irriſorie vocat Synodum Londinenſem a Simone Cortenejo adverſus errores, ſuos an. Chriſti 1382. celebratam, quod caſu illa die contigerit fieri terræmotus.

(c) Ita Sectam ſuam temere audet deſcribere.

(d) Eſt propoſitio nona ex damnatis a Magna Synodo Conſtantienſi.

(e) Quod Victor I. Papa Aſiaticos communione privaverit, docere videntur S. Epiphanius *hær.* 70. Socrates lib. 5. *hiſt. Eccleſiaſt.* & Nicolaus 1. Pont. Maximus, Epiſt. 9. ad Michaelem Imperatorem. Sed horum teſtimonia non adeo certa ſunt, ut aliorum poſſint infirmare ſententiam, qui aſſerunt prælaudatum Victorem Papam Aſiaticis quidem excommunicationem comminatum fuiſſe, non autem de facto illos excommunicaſſe. Comminatio autem excommunicationis adverſus Aſiaticos, æque probat noſtri Doctoris intentum, ſupremam ſcilicet Romani Pontificis in univerſa Eccleſia juriſdictionem.

(f) Edicto publico quod de celebrando Paſchate Dominica die poſt Lunam 14. Martii ſancitum fuerat in Conciliis Romano, & Palæſtino circa annum Chr. 198.

(g) Per hæc verba non excommunicatio, ſed comminatio ſola excommunicationis intelligi poteſt.

(h) Fruſtra Victorem adhortati eſſent Epiſcopi ut pacis, concordiæ, & charitatis erga proximos curam haberet, ſi jam pacis jura violaſſet, ſi concordiæ fœdera jam fregiſſet, ſi charitatis communionem ſuſtuliſſet. Convenientius tunc Epiſcopi Victorem adhortati fuiſſent, ut Aſiaticos Eccleſiaſticæ reſtitueret unitati.

„ noſtræ ſollicitudinis adhibenda, ut ea quæ „ ſunt ab Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus or„ dinata, & inſtigante Sancto Spiritu inſtituta, „ nec diſſimulatio negligere, nec aliqua præ„ ſumptio valeat perturbare. Literis vero ve„ ſtris, inter cætera inſertum invenimus, quoſ„ dam regionis veſtræ Epiſcopos a veſtro no- A „ ſtroque ordine diſcrepare, & non per ſingu„ los annos in Cœna Domini Chriſma confi„ cere; ſed duos aut tres annos confectionem „ Sancti Chriſmatis ſemel actam ſervare. -- Et „ ſequitur infra. -- Iſta a Sanctis Apoſtolis & „ & ſucceſſoribus eorum accepimus, vobiſque „ tenenda mandamus. Hæc Sancta Romana Ec„ cleſia & Antiochena a tempore Apoſtolorum „ cuſtodit. Hæc Jeroſolymorum, & Epheſio„ rum tenet Eccleſia: in quibus Apoſtoli re„ ſidentes hæc docuerunt, & vetus Chriſma in„ cendi, & non amplius quam uno anno per„ miſerunt uti, atque deinceps novo frui, & B „ non veteri jubentes docuerunt. Si quis ergo „ his obviare tentaverit, omnem ſibi per nos, „ & per omnes recte intelligentes, indulgen„ tiæ aditum intelligat obſeratum. „ Hæc ille. Et habentur in *Antiquario Eccleſiæ* Chriſti, dicto *Decreta Pontificum*. Cornelius Papa ſucceſſor ejus miſit Epiſtolas continentes anathema *ad Fabium* Antiochenſem Epiſcopum, ut refert idem Hieronymus *de illuſtribus viris*, cap. LX. HIERONYMUS. Cornelius (inquit) Ro„ manæ urbis Epiſcopus, ad quem octo ſunt „ Cypriani Epiſtolæ, ſcribit Epiſtolam ad Fa„ bium Antiochenſem Epiſcopum de Synodo C „ Romæ & Italiæ & Africæ: & aliam de Nova„ tio *, & jis qui lapſi ſunt. Tertiam de ge„ ſtis Synodi. Quartam ad eumdem Fabium „ valde prolixam, & Novatianæ hæreſeos cau„ ſas, & anathema continentem. „ Hæc ille. Nec deſiit iſta poteſtas a tam antiquo Romano Pontifici uſque ad tarda tempora. Nam & Gregorii Magni ibi fulſit authoritas: ſicut ex VI. libro *Regiſtri* patet in Epiſt. ad *Joannem Conſtantinopolitanum* ſuper inquiſitione facta hæreticæ pravitatis contra *Joannem Chalcedonenſem* Epiſcopum, & paſſim alibi. Immo diu poſt D in tempore Theodori Papæ, qui & ipſe græcus erat, de quo refert Beda *de temporibus* de Heraclova IV. Diſt. XCIII. BEDA. Pyrrhus (*a*) (inquit) „ his temporibus, ideſt, ſub Theodoro Papa „ Romam veniens ex Africa, ficta, ut poſt ap„ paruit, pœnitentia, obtulit eidem Papæ, præ„ ſente cuncto Clero & populo, libellum cum „ ſua ſubſcriptione, in quo condemnarentur o„ mnia, quæ a ſe, vel a prædeceſſoribus ſuis „ ſcripta vel acta ſunt adverſus catholicam fi„ dem. Unde & benigne ſuſceptus eſt ab eo, „ quaſi Regiæ Pontifex Civitatis. Sed quia re„ verſus domum, repetiit & errorem domeſti- E „ cum, memoratus Papa Theodorus advocatis „ cunctis Sacerdotibus & Clero in Eccleſiam „ Beati Principis Apoſtolorum Petri, conde„ mnavit eum ſub vinculo anathematis. „ Hæc ille. Et conſequenter capitulo ſubſequente ſecundo: „ Martinus Papa congregata Romæ Sy„ nodo centum & quinque Epiſcoporum, da„ mnavit ſub anathemate præfatos Cyrum, Ser„ gium (*b*), Pyrrhum, & Paulum hæreticos. „ Hæc Beda. Et ibi ſcribitur, quod ille Cyrus Alexandriæ, Sergius & Pyrrhus regiæ urbis * erant Epiſcopi. Quid igitur docet nos Wiclefſus imitari græcos in repellendo obedientiam Romani Antiſtitis, qui uſque ad tam recentiora tempora * Romanæ Eccleſiæ ſunt ſubjecti: & quia a tempore converſionis Sancti Pauli ducit hiſtoriam, a temporibus illis non continget illum ſupputare contrarium.

Hieronymus To. 2. cap. 66. pag. 891.

* al. Novatiano.

Beda To. 2. pag. 115. an. Mundi 4591.

pag. 116.

* Subaudi Conſtantinopoli.

* Vide ſupra cap. 33. hujus libri, num. 5.

8. Audi inſuper quid magnum Concilium (*c*) Epiſcoporum græcorum Conſtantinopoli congregatum Sancto Damaſo Papæ, & cæteris Epiſcopis convenientibus Romæ conſcripſit, referente Caſſiodoro ex Theodoreto in IX. libro *hiſt. Tripart.* cap. XIV. CASSIODORUS. Verum „ (inquit) litteras direxerunt Damaſo, cæteriſ„ que Præſulibus, quas pro clariori notitia ſub„ dere neceſſarium judicavi. Dominis honora„ bilibus atque venerandis fratribus & commi„ niſtris, Damaſo, Ambroſio, Britonnio, Va„ leriano, Accolio, Baſilio, & reliquis Sanctis „ Epiſcopis in maxima Roma collectis, San„ cta Synodus orthodoxorum Epiſcoporum con„ gregatorum in maxima Civitate Conſtanti„ nopoli, in Domino ſalutem. -- Et bene in„ fra. -- Quia fraternam circa nos charitatem „ miniſtrantes, Synodum in Romana Urbe, „ Dei voluntate feciſtis, & nos illuc tamquam „ membra propria, litteris Deo amabilis Prin„ cipis * evocaſtis; ut quoniam tunc ad tribu„ lationes ſoli ſumus addicti, nunc ſub Impe„ ratorum pia concordia non ſine nobis regna„ retis; ſed etiam nos vobiſcum ſecundum A„ poſtolicam vocem conregnaremus. Oratio „ quidem noſtra fuit, ſi eſſet poſſibile, ut o„ mnes noſtras ſimul relinquentes Eccleſias, de„ ſiderio utili jungeremur. „ Ecce quod non dedignabantur ſe cum ſuis Eccleſiis membra propria ſcribere Romanæ Eccleſiæ.

Caſſiodorus. To. 1. cap. 8. & 9. pag. 312.

* Gratiani.

1. Cor. 4. 6.

CAPUT XLV.

Quod obedientia Orbis debetur ſimpliciter & univerſaliter Romano Pontifici: nec obſtant ſchiſmatica intervalla.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quæ fuerit hæretici opinio circa obedientiam Papæ præſtandam.*
2. *Quod Wicleffus etiam in hoc Pelagianam doctrinam imitatus eſt.*
3. *Quam impie ſuſpicatus fuerit Wicleffus, aſſerens, Romanum Pontificem fuiſſe in cauſa, ut Græci e Latinis fidelibus dividerentur.*
4. *Quomodo ipſamet Græca Eccleſia ad obedientiam Romanæ Eccleſiæ redire procuravit.*
5. *Non paucis Summorum Pontificum teſtimoniis antiqua declaratur juriſdictio Papæ ſuper Eccleſias græcas, ac ſuper univerſum Orbem.*

1. NEc apponat aliquis amatorum ejus tam protervo magiſtro defenſationis umbonem, pro eo quod ibi dixerit, ſe velle obedientiam noſtram quoad Papam eſſe rationabilem; quod obediatur ipſi tamquam Domino Jeſu Chriſto, & Vicario ejus Sancto Petro: quia hoc exponens *de ſerm. Dom. in monte* Tractat. II. cap. LI. „ Obediendum eſt (inquit) Pa„ pæ & cuicumque Prælato Cæſareo præciſe de „ quanto ipſe fidem Chriſti docuerit, & vir„ tutes.

Wicleffus.

(*a*) Pyrrhus Chryſopolitanus Monachus, tum Conſtantinopolitanus Patriarcha, Monotheliticæ pravitatis aſſertor an. Chr. 640.

(*b*) *Cyrum*, & *Sergium* impios Monothelitiſmi defenſores vel potius conditores anno Domini 622. quo unicam in Chriſto voluntatem, & operationem docuerunt.

(*c*) Concilium Conſtantinopolitanum an. Chr. 382. celebratum. Huic Concilio, quod Œcumenicum non fuit, Nectarius præerat.

„ tutes -- Et declarans ſe, ſubdit -- Ideo de tanto obedire debet catholicus etiam diabolo incarnato. „ Hæc Wilceſſus. Ecce Papalem obedientiam quantum promovet. Simulat, dico vobis, quidquid dixerit ad ſavorem Eccleſiæ, & ſub malignandi fuco palliat omne verbum. Aut cur aliter totiens inſultando renovaret rumores il- A los luctuoſos omnibus chriſtianis de ſciſſura longæva Summi Pontificatus Romani inter Romanum Urbanum VI. & Avenionenſem Clementem * in *Trialogo*, in *Supplemento* ejus, in *Dialogo*, in *de Antichriſto*, in *Sermonibus*, in locis infinitis, maxime jactans vindictam fuiſſe toti Eccleſiæ a Deo inflictam propter poteſtatem & obedientiam, quam ipſe vocat *Cæſaream*, a Papali Sede præſumptam? Et de ſchiſmate eligentium loquens *in ſupplemento Trialogi*, cap. x. WICLEFFUS. Ex turbatione (inquit) armatorum „ Romæ, non voluerunt eligere illum in Papam, quem Cardinales decreverant eligendum: B „ & ideo eligendo Urbanum, quem æmuli vocarunt *Pſeudopapam*, vacarunt ad tempus -- „ Et cito poſt -- Deus (inquit) non ſinens apoſtema in Eccleſia ſua amplius perdurare, ſolvebat iſtam putredinem in nido iſto diabolico congregatam; ſed diviſit in duo capita, „ ut melius pateat ſanies & virulentia Antichriſti. „ Hæc Wicleffus. Et inter *Concluſiones* ter damnatas, *Concluſione* XXVI. WICLEFFUS. „ Ex diſſenſione Pontificum de Papatu magnum bonum provenit: quia jam viſa debilitate Antichriſti, confortantur fideles publicare multas ſententias Evangelicas &c. „ C

** Clementem VII. electum contra Urbanum VI. an. Chr. 1378. 21. Septembris.*

Wicleffus.

Wicleffus quid fuerit de Schiſmate Urbani VI. oblocutus.

Wicleffus.

2. Adhuc ergo remittendus eſt iſte congaudens ſuper iniquitate (qualiter charitas nunquam facit) ad magiſtrum ſuum illum Eclanenſem Julianum (*a*), qui propter damnationis ſententiam a Romana Sede delatam in præceptorem ſuum Pelagium, inſultabat Auguſtino, dictitans tunc temporis ſchiſma Romanorum Pontificum inflictum pro vindicta, ut recitat lib. VI. *contra Julianum* cap. IV. ipſe AUGUSTINUS. Memento (inquit) ſane quemadmodum de conſtituendo Epiſcopo diſſenſionem populi Romani (*b*) inſultabundus objectas. Quod abs te quæro: „ Utrum homines ſua fecerint voluntate? Quod D ſi negas; quomodo liberum defendis arbitrium? „ Si autem fateris; quomodo eam vocas *ultionem* Dei; atque a noſtro * dogmate exorbitas, „ dum putari divinitus vindicatus affectas? -- „ Sequitur -- Hoc enim niſi in iſta tua ſapientia ſapuiſſes, nullo modo factum hominum, „ ultionem Dei eſſe dixiſſes. Sed quando ante „ annos plurimos tale ibi quiddam de Beato „ Damaſo & Urſicino * contigit (*c*), nondum „ Pelagianos Eccleſia Romana damnaverat. „ Hæc Auguſtinus.

1. *Cor.* 13. 4.

a

Auguſtinus *To. 10. cap. 12. pag. 681. num. 38.*

b

* *M.* veſtro

* *al.* Urſino

c

3. Et ego jam juxta iſtas rationes Auguſtini interrogo etiam a te, ſicut ipſe * a Juliano petiit: Utrum Cardinales hanc electionem fecerunt E ſua mera voluntate? Quod ſi neges; quomodo defendis liberum arbitrium? Si hoc ſua voluntate fecerunt; quomodo tu dicis Deum iſtud feciſſe ſua propria voluntate, dividens * in duo capita, ut melius pateret ſanies Antichriſti; & quaſi ſit ultio Dei ſolventis iſtam putredinem, putari te divinitus vindicatum affectas? Et tertio loco te commoneo ex conſimili facto, quod contigit inter Urſicinum * & Damaſum conten-

* *Auguſtinus*

* *Subaudi* Eccleſiam

* *al.* Urſinum

Thom. Wald. Tom. I.

dentes, quando necdum Pelagianum ſchiſma confectum erat (*d*): & a potiori nec tuum dogma. An tuam ſectam tanti putas apud Deum eſſe momenti, ut propter eam plantandam neceſſe habeat Deus ſcindere totum mundum? Nec in altero illorum Damaſo putes Antichriſti ſaniem patuiſſe, qui tam ſalubriter Sanctus erat. De ipſo enim ſcribit in *hiſt. Trip.* cap. 11. CASSIODORUS. Is enim Damaſus Romanæ Urbis E- „ piſcopus laude dignus, vir amabilis ſemper, „ virtutibus ornatus, ut qui diceret, faceret „ pro Apoſtolicis dogmatibus cuncta, feſtinus „ poſt Liberium gubernacula ſuſcepit Eccleſiæ. „ Hæc ille. Sed nec in Bonifacio *, qui, ut reor, is erat, quem iſte Eclanenſis * condemnat *, contra quem ſchiſmatizavit *Eulalius* * ſecundum Hieronymum *de geſtis Romanorum Pontificum ex Damaſo*. Aut ſi per ſciſſuras malignantium occaſionem ſumis adverſus Antiſtites ſacros, damnes Ambroſium, contra quem Eccleſiam * ſcidit Auxentius Arianus. Damnes Sanctum Alexandrum, contra quem Arius: damnes Athanaſium, contra quem Petrus & Lucius Alexandrinam rapuerunt Eccleſiam: damnes magnum Nazianzenum Gregorium: damnes Chryſoſtomum, & ſanctos innumeros, qui omnes ſciſſores pro captu temporis cum ingenti gemitu tolerabant: ſed tam juſte ipſis ſciſſoribus Eccleſias non dederunt. Ambroſius enim contra ſciſſorem ſuum Auxentium v. lib. *Epiſt.* & eſt *oratio in Auxentium*, AMBROSIUS. Tu Domine (inquit) uno momen- „ to mundum redemiſti: Auxentius uno mo- „ mento tot populos, quod in ipſo eſt, trucidabat: alios gladio, alios ſacrilegio. Meam „ Baſilicam petit cruento ore, ſanguinolentis „ manibus -- Et infra -- Nabuth vires ſuas vel „ proprio cruore defendit. Si ille vineam non „ tradidit ſuam; nos trademus Eccleſiam Chriſti? Quid ergo reſponſum eſt a me contumaciter? Dixi enim conventui: abſit a me, ut „ tradam Chriſti hæreditatem. Si ille Patrum „ hæreditatem non tradidit, ego tradam Chriſti hæreditatem? Sed & hoc addidi: abſit, „ ut tradam hæreditatem Patrum, hoc eſt, hæreditatem Dionyſii, qui in exilio in cauſa fidei defunctus eſt: hæreditatem Euſtorgii Confeſſoris, Hæreditatem Myroclis, atque omnium retro Epiſcoporum fidelium. Reſpondi „ ego, quod Sacerdotis eſt: quod Imperatoris „ eſt faciat Imperator. Prius eſt, ut animam „ mihi, quam fidem auferat. „ Hæc Ambroſius. Quid putas, mi Wicleff? quod ſuperbia vel cupiditas utrorumque iſtorum Paſtorum erat in cauſa hujus ſchiſmatis; & quod ſacer & mentalis martyr Ambroſius, cupiditate, vel protervitate devictus, nolebat reddere Eccleſiam funeſto Auxentio? Ambroſius non ibi fixit cauſam ſuam: ſed ſi Nabuth noluit tradere hæreditatem Patrum ſuorum tyranno, nec ipſe hæreditatem Chriſti, & Patrum ſuorum Antiſtitum ſacrilego Ariano. Peſſime ergo iſta ſuſpicaris de Romanis Pontificibus, quod ipſorum ſuperbia & cupiditas præeſſendi eſt in cauſa quare Græci a Latinis fidelibus ſunt diviſi, in libello *de Chriſto & Antichriſto* cap. VIII. Dico tibi: hæreditas erat Romanorum Pontificum Græca Eccleſia ab Apoſtolicis inſtitutis: ideo ipſi nolebant tradere.

d

Caſſiodorus *To. 1. lib. 9. pag. 308.*

* *Bonifacio I.*

* *Julianus.*

* *Ed. V. depravat.*

* *Vide ſupra num. 2.*

* *Mediolanenſem.*

Ambroſius *To. 2. Serm. contra Auxent. pag. 868.*

4. Sed jam, quod tu videre non merueras, (Deo

Hh

(*a*) De iſto Juliano Eclanenſi recole quæ ſupra diximus in Notis ad Doctrinam ſextam.

(*b*) Schiſma ſcilicet, quod, Zozimo ad finem anni Chriſti 418. mortuo, ſubortum eſt, cum adverſus Bonifacium legitime electum contenderent alii pro Eulalio.

(*c*) Damaſi nempe electionem anno Chr. 367. Urſicinus Romanus Diaconus nefando ſchiſmate turbaverat.

(*d*) Pelagiana factio emerſit an. Chr. 404. vel 405. uti deſignat *Pelagius* ipſe in Epiſtola purgationis, quam ad *Innocentium I.* Pont. Max. direxit.

* liraci. (Deo concedente) ipſi * per ſe procurant introitum (*a*), qui cum Juda male liberi per ſe ipſos exibant foras, & petebant egreſſum: quod ipſorum factum, ut mihi videtur, arguit ex parte Romani Præſulis originalem juſtitiam. Ecce aqua, vel ferrum calefactum, per ſe ad originale & primitivum frigus revertitur; & hoc ſi- A gnum, quod contra naturæ modum prius effervuit ſub calore. Et arborum ramus, cum revertitur, oſtendit qua violentia tenebatur, ut dicit Gregorius Nazianzenus lib. VII. *de reconciliatione Monachorum*. GREGORIUS NAZIANZENUS.

Gregorius Nazianzenus

„ Intantum nos afflixiſti Domine, in quantum „ ſufficeret bonum pacis per diſſidii intelligere „ differentiam, & per odiorum nimietatem docuiſti nos charitatis bonum. O incredibilem, „ atque inæſtimabilem medicinam! Dolorem inflixiſti, ut quid boni eſſet ſanitas noſceremus. „ Ut adverſis curarentur adverſa, diſciſſi ſumus, „ & iterum conjuncti ſumus. Quanto diffuſius B „ ſegregati ſumus, tanto ardentius & inſtructius „ adunamur: velut ſi quis arborum ramum in „ aliam partem vi detorqueat & inflectat; cum „ forte remiſerit, in id quod fuerat ad matris „ pectus recurrit, & naturæ prioris obtinet locum; atque oſtendit, quod violenter quidem „ declinatus fuerit, non tamen redierit violenter. „ Hæc Gregorius. Ita ergo credas quod GRÆCORUM ECCLESIA DIU FRAUDATA SPONSO SUO LEGITIMO, & mœrens ſub adultero, tamquam violentiam paſſa, per ſe ipſam iter repetit ad maritum. Ac pius Præſul * aſſumens verbum Domini ad tropologiam ſuam, alacriter C reſpondet illud Propheticum Jeremiæ III. „ Si „ dimiſerit vir uxorem ſuam, & recedens ab „ eo duxerit virum alterum, numquid revertetur ad eam ultra? Numquid non polluta & „ contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis; tamen revertere ad me, dicit Dominus Papa, & ego „ ſuſcipiam te. „

* Romanus Pontifex

Jerem. 3. 1.

5. Super hac re ſcribens Evariſtus Papa decreto ſuo ſecundo Epiſcopis Ægypti, ut pateat juriſdictio Papæ Originalis ſuper partes Græciæ, cum ipſe fuerit quintus a Petro, EVARISTUS.

Evariſtus P. apud Labbeum to. 1. Concil. pag. 77.

„ Evariſtus (inquit) urbis Romæ Epiſcopus, D „ omnibus per Ægyptum Domino conglutinatis fratribus, in Domino ſalutem. -- Et infra. -- Sicut vir non debet adulterare * uxorem ſuam; ita nec Epiſcopus Eccleſiam ſuam, „ ideſt, ut illam dimittat, ad quam ſacratus „ eſt, abſque inevitabili neceſſitate, aut Apoſtolica, vel regulari mutatione, ut alteri ſe „ ambitus cauſa conjungat. Et ſicut uxori non „ licet dimittere virum ſuum, ut alteri ſe, vivente eo, matrimonio societ; aut eum adulteret, licet fornicatus ſit vir ejus: ſed juxta „ Apoſtolum, aut viro ſuo debet reconciliari, E „ aut manere innupta: ita Eccleſiæ non licet „ dimittere Epiſcopum. „ Hæc ille. Scribens ergo Evariſtus Ægyptiis decretalem ſuam Epiſtolam, plane oſtendit, illi populum obediſſe, & eſſe Græcam Eccleſiam ſponſam ſuam. Alexander vero Papa, ſextus a B. Petro ſecundum Hieronymum *, dicit ſibi curam eſſe ſine exceptione omnium Eccleſiarum, ALEXANDER.

* al. negligere

1. Cor. 7. 11.

* Anaſtaſium Bibliothecar.

Alexander I. apud Labb. To. 1. Conc. pag. 81.

„ Alexander (inquit) Epiſcopus, omnibus orthodoxis per univerſas provincias Chriſto Domino famulantibus. -- Sequitur -- Cui omnium Eccleſiarum cura commiſſa eſt: ſi diſſimulem, audiam a Domino, dicente, *Rejeciſtis mandatum Dei, ut ſtatuatis traditiones „ veſtras* (*c*). -- Et infra. -- Relatum eſt inſuper ad hujus ſanctæ & Apoſtolicæ Sedis apicem, cui ſummarum diſpenſationes cauſarum, & omnia negotia Eccleſiarum ab ipſo „ Domino tradita ſunt, quaſi ad caput: ipſo „ quoque dicente Principi Apoſtolorum Petro, „ *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam:* quod quidam æmuli, „ ejuſque Eccleſiæ ſanctæ inſidiatores, Sacerdotes Dei ad judices publicos accuſare præſumunt. „ Hæc ille. Ecce Alexander mittit ſuum edictum ad univerſas mundi provincias famulantibus orthodoxis: & dicit ſummarum diſpenſationes cauſarum ſuæ Eccleſiæ quaſi capiti a Domino eſſe directas, cum diceret Petro, *Tu es Petrus &c.* Hoc idem ſenſit Anacletus ſucceſſor Clementis, Decreto ſuo primo, cap. IV. ANACLETUS. Si difficiliores (inquit) ortæ fuerint quæſtiones, aut Epiſcoporum, vel „ majorum judicia; aut majores fuerint cauſæ; ad Sedem Apoſtolicam, (ſi appellata fuerit) referantur: quoniam hoc Apoſtoli ſtatuerunt juſſione Salvatoris, ut majores, & „ difficiliores quæſtiones, ſemper ad Sedem deferantur Apoſtolicam: ſuper quam Chriſtus „ univerſam conſtruxit Eccleſiam, dicente ipſo „ ad Beatum Principem Apoſtolorum Petrum, „ *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo „ Eccleſiam meam*. „ Hæc ille. Victor quoque Papa, de quo ſupra *, decimuſtertius a Petro, mittens decretalem ſuam Epiſtolam Theophilo Alexandrino Primati, & aliis congregatis ibidem, VICTOR. Victor (inquit) univerſalis, * „ Eccleſiæ Romanæ Archiepiſcopus, Theophilo Epiſcopo & cunctis fratribus Alexandriæ „ Domino famulantibus, ſalutem in Domino. -- Et ſubdit ibi cap. III. -- Ea vos judicare, „ ad Apoſtolicam delatum eſt Sedem, quæ præter noſtram vobis non licet definire authoritatem, ideſt, Epiſcoporum cauſas. Unde ita „ conſtitutum liquet a tempore Apoſtolorum; „ & deinceps placuit, ut accuſatus vel judicatus a comprovincialibus in aliqua cauſa Epiſcopus, licenter appellet, & adeat Apoſtolicæ Sedis Pontificem; qui aut per ſe, aut „ vicarios ſuos, negotium ejus pertractare procuret. Quamquam a Provincialibus Epiſcopis accuſati Epiſcopi cauſam ſcrutari licebit, non tamen definiri inconſulto Romano „ Pontifice permiſſum eſt, cum Beato Petro Apoſtolo, non ab alio quam ab ipſo dictum „ ſit Domino, *Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis*. Alibi legitur in ſtatutis Apoſtolicis: „ Si quis putaverit, ſe a proprio Metropolitano gravari, apud Patriarcham, vel Primatem Diœceſeos, aut penes univerſalis Eccleſiæ Apoſtolicæ judicetur Sedem. „ Hæc ille. Videtis paſſim qualiter iſti ſenes Pontifices ſine præſumptionis ſpiritu mandata ſua & monita ſervari jubebant per omnes Chriſti provincias, & nominatim in Græcia, authoritatem ſuam ſemper figentes in Chriſto, & Apoſtolorum ſtatutis. Euſebius Papa, præceſſor Melchiadis, immediati Sylveſtro, decretum ſuum * inchoavit,

Matth. 15. 3.

b

Matth. 16. 18.

Anacletus apud Labbeum To. 1. Conc. pag. 67.

Matth. 16. 18.

* Cap. praeced. num. 6.

Victor P. I. apud Labbeum To. 1. Conc. pag. 103.

* Labb. univerſis

Matth. 16. 19.

* Quod eſt Epiſt. 3

(*a*) Diu pro ſtabilienda unione egerunt Latini cum Græcis, & Græci cum Latinis; potiſſimum in Concilio Lugdunenſi II. anno Dom. 1274. ubi unio firmata eſt; quam poſtea Andronicus Paleologus reſcidit. Eam iterum promovebant Græci dum hæc ſcriberet Waldenſis, & non diu poſt de illa egerunt in Synodo Florentina an. Dom. 1438.

(*b*) Vulg. *Tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram*.

vit, hoc modo Græcis catholicis dirigendum. Euſebius. Euſebius Romanæ & Apoſtolicæ Sedis Eccleſiæ Epiſcopus, dilectiſſimis, & in „ Chriſti charitate unanimitatis glutino connexis fratribus per Alexandriam & Ægyptum „ Domino militantibus, & rectam fidem tenentibus, in Domino ſalutem. Oves quæ „ Paſtori ſuo commiſſæ fuerint, eum nec reprehendere, niſi a fide deviaverit, debent. „ Hæc ille. Hæc & ſimilia multa in libro veteri *Decretorum Pontificum* ſuis ſcribuntur in locis: quæ omnia declarant, a primitivis Eccleſiæ, Eccleſias Græcorum Romano obediſſe Pontifici: & quod interea per deobedientiam injuſtam, cervicem erexerint, ſuffragari non poterit ſic erectis. Ideo præclarus Doctor Hugo, notans authoritatem Papæ extenſive quoad orbem, & quoad originem, lib. II. *de Sacramentis*, parte III. cap. V. Hugo. Hic eſt (inquit) „ principalis & maximus Sedis Apoſtolicæ in „ Eccleſia Romana ſucceſſor. Unde & ipſum „ ſpecialiter *Apoſtolicum* Sancta Eccleſia nominare conſuevit. Cui vice Petri Principis Apoſtolorum præſidenti omnis Eccleſiaſticus „ ordo obtemperare debet: qui ſolus prærogativa dignitatis claves habet ligandi omnia & „ ſolvendi ſuper terram. „ Hæc ille. Nota, Papam præſidere vice Petri; & idcirco omnis ipſi Eccleſiaſticus ordo obtemperat. Et nota prærogativam dignitatis ejus, qua ſolus ligandi, & ſolvendi, ideſt in plenitudine, claves habet.

Euſebius apud Labb. To. 1. pag. 1408. — pag. 1412. — Hugo To. 3. pag. 381.

CAPUT XLVI.

Qualiter Wicleviſtæ cum aliis hæreticis impudenter deobediunt monitis Romani Pontificis; ne judicet in cauſa hæreticæ pravitatis.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Summus Pontifex Romanus non poteſt alios de hæretica pravitate convincere, dicebat Wicleffus.*
2. *Refellitur, proſterniturque impia hæc poſitio, undeque exordium ſumpſerit, declaratur.*
3. *Judas quomodo aliquando fuit Chriſti Apoſtolus, etiam merito.*
4. *Truncus præſcientiæ divinæ non eſt arbor boni vel mali fructus, meriti vel demeriti, ſed præſens habitus charitatis.*
5. *Wicleffus hanc hæreſim etiam a Maximianiſtis accepit.*
6. *Pelagiani eodem malo ſpiritu ducti, Zozimum ſummum Pontificem arguere auſi fuerunt, eo quod contra Cæleſtium Patronum ſuum ſententiam tulit.*
7. *Tanta eſt hæreticorum cæcitas ac perfidia, ut non modo Clericalem damnent poteſtatem, verum etiam & Sæcularem.*
8. *Quod nec ipſi Deo cedere volunt hæretici, ut ſuam tueantur hæreſim.*

1. Cum ad Papalis authoritatis ſtamus inſignia, ratione cujus univerſæ ſubſervit Eccleſiæ, miniſterium quod debet fidei, ingentis eſt ponderis: cujus eſt maxime interdum converti, & confirmare fratres ſuos: confirmare puta, docendo in ſpiritu principali; & iterum confirmare cædendo, quemadmodum in perſona Eccleſiæ Judith: *Confirma me Domine* (inquit) *Deus Iſrael in hac hora*, præſcindens ictu bino, ideſt, ictu bini juris, divini ſcilicet & humani, caput Holofernis iniqui, ideſt, cujusvis principantis errabundo collegio. Infirmare enim perfidiam, magnam confert fidei firmitatem, maxime in ſucceſſore Petri, cujus eſt percutere in gladio; ſi tamen cum Petri clavibus zelum Petri ſuſceperit: tunc enim fortis erit ut mors dilectio ejus, dura ſicut infernus æmulatio legis Dei. At cui attinet, ſi non illi, in hæretica pravitate diſcernere, reos

Luc. 22. 32. Papa debet ſubjectos confirmare docendo & cædendo. Pſal. 30. 14. Judith. 13. 7.

A convincere, damnare convictos, publicare damnatos, a catholicorum finibus exterminare protervos, & ſine tenus proſcribere pertinaces? Contra hanc autem authoritatis ſuæ ſpeciem furiens Wicleffus inſurgit, & imponit Papæ generalem mendam in moribus, ut totus cœtus Paparum cum ſuo Clero ad convincendum de hæreſi reddatur invalidus, in Dialogo ſuo *de ſpeculo militantis Eccleſiæ*, cap. III. Wicleffus. Si (inquit) illi ſunt maledicti, qui declinant a mandatis Domini, manifeſtum videtur, quod Clerus qui tam pertinaciter in „ temporali dominio obviat legi Dei, eſt hæ-
B „ reticus maledictus. — Sequitur. — Et ex illo convincunt ulterius, cum talis apud Deum „ ſit indiſpoſitus ad convincendum alios ſuper „ hæretica pravitate, juxta illud Joan. VIII. „ *Qui ſine peccato eſt veſtrum &c.* Curia Romana eſt nimis indiſpoſita ad convincendum „ alios ſuper hæretica pravitate. Iſtud tamen „ præſumit temere, quia eſt, ad ſenſum myſticum, Caſtellum quod eſt contra Chriſti Apoſtolos. „ Hæc Wicleffus: & eſt *Concluſionum* ter damnatarum *Concluſio* XXLI.

Luc. 22. 45. — Cant. 8. 6. — Pontifice ad Papam ſpectat in hæretica pravitate diſcernere. — Wicleffus Pſal. 118. 21. — Matth. 21. 2.

2. Ab inveteratis hæreticis* ſuxit Wicleffus hoc reſultandi conſilium. Quidam erant* antiquitus
C qui dicerent nullis obediendum, niſi bonis Prælatis, nec Sacramenta ſuſcipienda eſſe, nec decreta valere, recitantes pro ſe quod ait populus Joſve I. *Sicut obedivimus in cunctis Moyſi, ita obediemus & tibi: tantum ſit Dominus Deus tuus tecum, ſicut fuit cum Moyſe:* quaſi dicerent: *ſi non ita fuerit Dominus tecum, nec obedire proponimus.* Unde Stephanus Cantuarienſis in expoſitione ſua ſuper hunc locum, Stephanus Cantuarienſis. Hic (inquit) „ arctantur quidam, dicentes, malis Prælatis non „ eſſe obediendum, quaſi dicerent: *Niſi Dominus* „ *ſit tecum, non obedimus tibi.* Sed nihil dicunt, „ quod malis non ſit obediendum: ſed econtra
D „ quantum ad ea quæ ſpectant ad cathedram, „ probatur per hoc quod Dominus dicit in Evangelio: Quæcumque dicunt vobis, ſervate „ & facite. „ Hæc ille. Et numquid dicit Hieronymus lib. II. Hieronymus. Epiſcopus, Preſbyter, & Diaconus, non meritorum ſunt nomina, ſed officiorum. Nec dicitur: Si quis „ Epiſcopatum deſiderat *bonum gradum*, ſed „ *bonum opus* deſiderat, quod in majori ordine „ conſtitutus poſſit, ſi velit, occaſionem exercendarum habere virtutum. „ Hæc ille. Hoc modo tamen Waldenſes ſe vallabant inaniter contra Clerum: contra quos homil. LXVI. *ſuper*
E *Cantica*, Bernardus. Jam (inquit) qui Eccleſiam non cognoſcunt, non eſt mirum, ſi Eccleſiæ ordinibus detrahunt, ſi inſtituta non „ recipiunt, ſi Sacramenta contemnunt, ſi mandatis non obediunt. *Peccatores* (inquiunt) „ *ſunt Apoſtolici, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Archidiaconi, Presbyteri: ac per hoc nec dandis* „ *idonei Sacramentis. Numquam iſta duo conveniunt, Epiſcopum eſſe, & peccatorem.* Falſum eſt. Epiſcopus erat Caiphas, & tamen „ quantus peccator, qui in Dominum mortis „ dictavit ſententiam? Si negas Epiſcopum, „ arguet te teſtimonium Joannis, qui in teſtimonium illius Pontificatus, etiam prophetaſſe refert. Apoſtolus erat Judas, & licet avarus & ſceleratus electus a Domino. An tu „ de illius dubitas Apoſtolatu, quem Deus elegit?

* præſertim a Waldenſibus. * Waldenſes penès infra citandi. — Joſue 1. 17. — Stephanus Cantuarienſis. — Matth. 23. 3. — Hieronymus lib. 1. cont. Jovinian. To. 2. pag. 292. num. 34. — Bernardus. To. 1. pag. 1501. num. 11. — Joan. 11. 15. — Joan. 6. 71.

Matth. 23. 3. „ git? *Nonne vos* (inquit) *duodecim elegi, & unus* „ *ex vobis diabolus eſt?* Audis electum eumdem „ Apoſtolum & extitiſſe diabolum, & negas „ poſſe eſſe Epiſcopum, qui peccator eſt? Su- „ per Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & „ Phariſæi; & qui non obedierunt eis tam- „ quam Epiſcopis, inobedientiæ rei fuerunt. „ Et ideo ipſo Domino præcipiente & dicen- „ te, *Quæ dicunt facite*, patet quamvis ſint „ Scribæ, quamvis Phariſæi, quamvis maximi „ peccatores, propter Cathedram tamen Moyſi „ ad eos quoque nihilominus pertinere quod

Luc. 10. 16. „ item dixit, *Qui vos audit me audit, & qui* „ *vos ſpernit, me ſpernit.* „ Hæc ille. In multis jam tetigit Bernardus noſtrum Wicleffum in conſociis ejus hæreſis, qui Prælatos contempſerant, quos ipſi reos moribus * judicabant. Tetigit, cum diceret, Caipham Epiſcopum, & Judam Apoſtolum, contra hoc quod Wicleffus prædixit * ex præſcientia certa Dei fuiſſe diabolos; & per hoc nec membra Eccleſiæ, nec Epiſcopos. Et de Juda dicit plane quod numquam ambulavit cum Chriſto ut Apoſtolus ejus, ſed, ut ſolet dicere, ſola *reputatione* Apoſtolus. Bernardus vero arguit eum ex electione Apoſtolum. *An de illius* (inquit) *dubitas Apoſtolatu, quem Deus elegit?* Et hic ergo falſatus eſt Wicleffus, cum dixit, Judam non divinitus, ſed ſolum humanitus electum a Domino, *de Eccleſia & membris* cap. XII. cum Bernardus dicat, *Quem Deus elegit.* Sed ſi non verus erat Apoſtolatus ejus, ſed reputatus & fictus; ergo nec divina electio vera fuit, ſed reputata vel ficta.

* Ed. V. mortis.

* ſuprà cap. 8. num. 3.

Judas verus Apoſtolus a Deo electus

* Vide infra cap. 82. num. 3.

3. Nec tecum dixit Auguſtinus, cum ait, Judam unum de duodecim numero, non merito. Nec hoc eſt dicere Judam, unum de duodecim reputatione, non veritate: immo contra te agit, quod ſine Apoſtolico merito in Apoſtolorum numero computatur; tunc dico, cum traditurus eſſet Magiſtrum: ſed cum eligeretur a Magiſtro, non ſine merito fuit, ut ait lib. II. *contra Jovinianum*, poſt medium HIERONYMUS.

Hieronymus To. 2. pag. 365. num. 25.

„ Quantò (inquit) majoris meriti fuit Judas, „ tanto majoris & criminis eſt: & quanto ma- „ joris criminis, tanto majoris & pœnæ: po- „ tentes enim potenter tormenta patiuntur. „ Arbor mala fructus bonos non facit, nec bo- „ na malos. Si hoc ita eſt, reſponde mihi, „ quomodo Paulus, cum eſſet arbor mala per- „ ſequens Eccleſiam Chriſti, poſtea fecit fru- „ ctus bonos? Et Judas, cum eſſet arbor bona, „ ſigna faciens cum Apoſtolis, poſtea verſus in „ proditorem, fecerit fructus malos? Tamdiu „ ergo nec arbor bona malos fructus facit; nec „ mala bonos, quamdiu vel in bonitate ſua, „ vel in malitia perſeverat. „ Hæc ille. Ecce Judas fuit arbor bona ante peccatum, qui quandiu perſeveraret, non poſſet facere fructus malos: & tunc illa ejus bonitas fuit ſecundum præſentem juſtitiam talis.

Sap. 6. 7.

Matth. 7. 18.

4. Non eſt ergo truncus præſcientiæ divinæ, arbor boni fructus vel mali, meriti vel demeriti; ſed præſens habitus charitatis. Fuit ergo Judas tunc verus Chriſti Apoſtolus. Et Caiphas ſi non verus Epiſcopus, nec veram edidit prophetiam. Qua vi, rogo, qua neceſſitate ſequeretur fictum Pontificem prophetia non fallax nec ficta, ratione Pontificii? At Scriptura ſic

Joan. 11. 49. dicit, *Cum eſſet Pontifex anni illius.* Verus ergo Apoſtolus Judas, & verus Epiſcopus Caiphas:

Caiphas verus fuit Epiſcopus, & quomodo.

neuter verus veritate vitæ, uterque verus veritate Cathedræ: authoritate, non bonitate: officio, ſed non merito. Iterum adhuc audiatur Bernardus, dicens omnes Chriſti ſententia judicari rebelles, qui Scribis & Phariſæis obedire contempſerunt; & eis incumbere ratione Cathedræ quam ſederunt, quod Chriſtus alibi dixit, *Qui vos ſpernit me ſpernit, quamvis ſceleſtiſſimi peccatores* (inquit *). Qua fronte ergo Papam indiſpoſitum arguis ad judicandum de hæreſi, & eum præſumere dicis, quamvis probaveris peccatorem? An non tibi videris Chriſtum ſpernere, qui ſpernis Epiſcopum in Cathedra Chriſti ſedentem? Vide ſi hoc fecerit olim Chriſtus, qui cum liberaturus erat adulteram, prius an aliquis eam damnavit interrogat. At illa dicente, *Nemo Domine*; ſubjunxit: *Nec ego te condemnabo*; cavens, ne ipſe ſolveret, quam Judices ligaſſent, & Judicum legis evacuaret ſententiam. Et tu primum Judicem dicis indiſpoſitum? Quid eſt hoc, niſi reſilire a judice, & ſpernere Judicem?

Luc. 10. 16.

* Bernardus.

Joan. 8. 11.

Chriſtus nolebat ſolvere quos judices Synagogæ ligaſſent.

5. Sed hoc feciſti ut ſimilis Patribus appareres, & ne priſcorum hæreticorum tuis te diffitereris hæredem, ſi degenerares in moribus. Hoc enim ab avitis hæreticis omnibus contraxiſti, nolle parere ſententiæ Judicis, qui ſtatuat terminum falſæ litis. Hoc modo *Maximianiſtæ* hæretici (a) etiam contra Papam Melchiadem judicantem (b) pro Cæciliano Carthaginenſi Epiſcopo, quem ipſi falſo damnarant abſentem, exceperant: quos optima forma convincit lib. I. *contra Parmenianum* poſt medium, ideſt, cap. IV. in fine & in principio quinti, AUGUSTINUS.

Auguſtinus To. 9. pag. 17. num. 9.

„ Neque tam timenda ſunt (inquit) quæ criminatur Parmenianus, quam intuenda quæ „ confitetur. Cum enim diceret per Oſium Hi- „ ſpanum adjutorium præſtitum Cæciliano, ut „ ad eorum communionem Sanctorum, & illi- „ batorum numerus cogeretur: & huic impe- „ dienti * fidem ſervorum Dei integram reſti- „ tiſſe: ultro ſaſſus eſt ſuos adiſſe etiam Con- „ ſtantinum, & ejus arbitrio a judicibus Epi- „ ſcopis cauſam cognitam, quibus præfuit Mel- „ chiades Romanæ urbis Epiſcopus. In quo „ judicio, ſicut Eccleſiaſtica geſta teſtantur, „ quia victi ſunt iſti, & innocens Cæcilianus „ inventus, eumdem Melchiadem crimine tra- „ ditionis accuſant. Quod quæro quomodo co- „ gnoverint? Si enim ante judicium, non ſibi „ præjudicare debuerunt, ut apud talem judicem „ cauſam agere inciperent, etiam ex præcepto „ Imperatoris, quem ipſi adierant, tale ſubire „ judicium. Si autem poſt dictam cauſam, pro- „ latamque ſententiam, eum traditorem didi- „ ciſſe perhibent, uſque adeo dementes ſunt „ homines, ut contra judices, apud quos victi „ ſunt, victis litigatoribus * credant eſſe poſt- „ ponendos? „ Hæc ille. Videtis hos hæreticos juſte convictos, contra Papam judicem conſpirare, dicentes eum traditorem dogmatis chriſtiani. Quod ſi ante judicium cognoverunt, cur talem admiſerunt in judicem? Si poſt judicium; dementes homines ſunt, qui hæreticis victis credunt: ideo contendentibus, quia coram judice juſto ſuccumbunt. Sic arguit Auguſtinus. Simul & penſandum, quod Melchiades iſte tamquam Papa in hoc judicio omnibus Epiſcopis præfuit, & inde tulit ſententiam, cum necdum quiſquam Epiſcopus erat, vel Papa Cæſareus: præceſſor enim fuit Silveſtri.

* M. impietati.

* M. litigationibus.

6. Hoc

(a) Donatiſtarum Sectarii, ſic dicti a quodam *Maximiano* Diacono Donatiſta, qui contra Primianum Epiſcopum pariter Donatiſtam ſchiſma conflaverat.

(b) In Concilio Romano, anno 313. a Melchiade celebrato.

6. Hoc modo Pelagianiſtæ per Julianum Epiſcopum Eclanenſem, Papam Zozimum arguunt prævaricatorem, quia contra Cœleſtium, patronum ſuæ hæreſeos tulit ſententiam, prout lib. VI. *Contra Julianum* cap. IV. prope finem, idem ſcribit AUGUSTINUS. Quale (inquit) eſt, quod ,, beatæ memoriæ Zozimum Apoſtolicæ Sedis ,, Epiſcopum, ut in tua pravitate perſiſtas, ,, prævaricationis accuſas? Qui non receſſit a ,, ſuo prædeceſſore Innocentio, quem tu nominare timuiſti; ſed maluiſti Zozimum, quia ,, egit primitus lenius cum Cœleſtio, quoniam ,, ſe in ſenſibus veſtris ſi quis diſpliceret, paratum dixerat eſſe corrigi, & Innocentio conſenſurum eſſe promiſerat. ,, Hæc Auguſtinus. Mira protervia, unde hæretici levem occaſionem ſuſcipiunt malignandi! Quia primo leniter fecit Papa cum hæretico, eo quod profitebatur emendam; ideo eum prævaricationis arguunt, quia damnavit eumdem, falſarium veritatis effectum! Sed ſic mille locis & cauſis contra judices eccleſiaſticos exceperunt (*a*); nec tantum quia fuerunt judices Cleri, ſed quia catholici: quia contra Epiſcopos, nec ſolum contra ſummos Epiſcopos Apoſtolicæ Sedis, ſed contra Imperatores, quando contra eos juſtiſſime definirent, corruptionis maculam objecerunt, velut in Conſtantinum Cæſarem Donatiſtæ (*b*), dicente Auguſtino lib. I. *contra Parmenianum* cito poſt medium, ideſt, cap. VI. in principio, AUGUSTINUS. ,, Fatetur Parmenianus ad Arelatenſe oppidum ,, & Epiſcopos judices & Partes ex Africa conveniſſe, Cæcilianum ſcilicet & Donatiſtas: ,, ubi omnia ſuis credidit, cui nihil victi potuerunt de judicibus conqueri; nec tamen negat eos rurſum ad Conſtantinum veniſſe; & ,, quia ibi ultimo quoque judicio ſuperati ſunt, ,, etiam ipſum gratia corruptum eſſe criminatur. Quibus omnibus conſideratis, qui ſine ,, ſtudio partium judicat, eligat quibus credat: ,, utrum judicibus ſententiam proferentibus, an ,, litigatoribus, contra quos prolata ſit, litem finire volentibus. Et certe orbis terrarum Judicibus credidit -- Et infra -- Neceſſe eſt, ut ,, qui victi fuerunt, conquerantur. Non ſolum ,, enim qui bonam cauſam perdidit de iniquo ,, vel tardo, vel negligente judice queritur; ſed ,, ETIAM QUI JUSTISSIME VICTUS EST, EA CŒCITATE de innocente judice murmurat, qua ,, cœcitate cum innocente adverſario litigabat. ,, Hæc Auguſtinus. Videtis jam torvos hæreticos quomodo contra judicem, quomodo finaliter contra Conſtantinum Cæſarem impegerunt. Dico vobis, non alia ratione contra Cleri judices Epiſcopos atque Papas indiſpoſitionis notam opponunt, quam contra ſæculares judices, ſi ſint catholici, murmurabunt. Adhuc his noſtris annis Wicleviſtæ noſtri fecere conformiter. Quid clamaverunt fortius, quid inſtantius, quam ut apud Dominos ſæculares, tam fidei, quam morum judicia remanerent (*c*)? Et tamen jam cum regnare cœpiſſet illuſtris Rex Henricus V. qui adhuc agit in ſceptris, & de eorum perfidia per catholicos bene doctus, legem ſtatui fecit, ut ubique per regnum Wicleviſta probatus, ut reus puniretur de crimine læſæ majeſtatis (*d*): ſtatim per libellos famoſos clamabant fidelem Principem eſſe corruptum; & nominare cœperunt eum
A *Principem Sacerdotum* (*e*).

Auguſtinus To. 10. cap. 12. pag. 681. num. 37.

Auguſtinus To. 9. pag. 17. num. 11.

Hæretici contra judices ſuos obmurmurant, non quia judices, ſed quia catholici ſunt.

7. Bene dixit ergo Auguſtinus, quod ea cœcitate hæreticus de innocente judice murmurat, qua cœcitate cum innocente litigabat adverſario. Nam ſi utraque poteſtas & Cleri & Sæculi ſimul contra eos dictaret ſententiam, putas ne, quod non prius utrumque catholicum judicem, quam ſuam hæreſim accuſabunt? Si vis probare, expertis crede. Donatiſtæ enim hoc modo ſimul Papam & Imperatorem Cæſarem contempſerunt, quia concordi eos ſententia damnaverunt. At* admirans quod talibus non credebant judicibus AUGUSTINUS. His (inquit) judicibus, ſi non po-
B ,, tius crediſſem, etiamſi alii qui victi ſunt, ,, innocentes eſſent, ego innocens eſſe non poſſem. Magno enim delicto implicaremur, ſi ,, cum corda humana non cerneremus, nec diſciplinam Eccleſiaſticam teneremus, cum eis ,, nollemus judicantibus credere, ultra quos nec ,, potuit cauſa tranſire, & per quos potuit ad ,, nos fama percurrere. ,, Hæc Auguſtinus lib. I. *contra Parmenianum* poſt medium, id eſt, cap. VI. in fine. Ecce quam indurato corde utrique judici diſcredebant: utrique judici ſummo, & in omni orbe primo & ultimo; ultra quos non potuit cauſa tranſire, quia de horum ſententia lo-
C cus appellandi non reſtat, niſi forſan ad Deum.

8. Et quid putas ſi Deus judicaret contra eos? numquid cederent judicanti? Certe, quod non ſic cederent antiqua geſta monſtrabunt. An neſciri poteſt in Eccleſia, quotannis Ariani ſuam hæreſim protelabant, poſtquam Deus evidenti vindicta magiſtrum eorum Arium condemnavit, & viſcerum ipſius effuſione turpi morte contrivit? Hoc ipſum profert libro I. *de Patre & Filio* ad Gratianum Auguſtum cap. IX. AMBROSIUS. Arius dixit, erat quando non erat; ſed ,, Scriptura dicit, *erat*, non dicit, *non erat*. ,, Denique Joannes ſcripſit: *In principio erat Ver-*
D ,, *bum, & Verbum erat apud Deum, & Deus* ,, *erat Verbum*. Ecce quotiens *erat*, & nuſquam ,, dixit quod *non erat*. Cui ergo credimus? Joanni in Chriſti pectore recumbenti, an Ario inter effuſa ſe ſua viſcera volutanti? ut agnoſceremus ſimilem Judæ proditoris, Arii quoque fuiſſe perfidiam, quam ſimilis Judæ pœna damnavit? Effuſa ſunt enim & Arii viſcera; pudet dicere ubi: atque ita crepuit medius proſtratus in faciem, ea quibus Chriſtum negaverat fœda ora pollutus (*f*). Crepuit ,, enim, ſicut etiam de Juda Petrus Apoſtolus ,, dixit, quia poſſedit agrum de mercede inju-
E ,, ſtitiæ, & in faciem ſuam proſtratus crepuit ,, medius, & effuſa ſunt omnia viſcera ejus. ,, Non eſt fortuita mors, ubi in ſacrilegio pari, ,, pœnæ parilis proceſſit exemplum: ut idem ,, ſubi-

* al. verum.

Auguſtinus To. 9. cap. 7. pag. 19. num. 12.

Ambroſius To. 2. cap. 19. pag. 468.

Joan. 1. 1.

Act. 1. 18.

(*a*) De Lutheranis & Calviniſtis, aliiſque recentioribus hæreticis eadem ad verbum edicere poſſunt Orthodoxi. Quot *exceperunt* adverſus Concilium Tridentinum, cujus ſingulas Seſſiones ad examen revocare non ſunt veriti?

(*b*) Novos Donatiſtas agnovimus in recentioribus Heterodoxis, præſertim in Luthero, qui plurima evomuit convicia adverſus Henricum VIII. Angliæ Regem (in libello contra eumdem, qui extat To. 2. Edit. Wittembergen.) adverſus Archiepiſcopum Moguntinum Principem Electorem & reliquos Germaniæ Principes: ut legitur apud eum To. 3. & in *colloquiis menſalibus*. Calvinus Antonium Borbonium Chriſtianiſſimi Regis Henrici IV. Patrem, Calvinianis quidem initio faventem, ſed poſtea hæreſes ſerio adverſantem, miris modis traducit in Epiſtola ſua ad Petrum Martyrem, an. Dom. 1559. Theodorus Beza eumdem Principem ſæpe appellat *Julianum Apoſtatam*, *levem*, *perfidum* in Epiſt. ad Calvinum an. 1561. Myconius Miniſter Baſileenſis Carolum V. Imperatorem Fidei defenſorem acerrimum, *Miniſtrum* vocat *Antichriſti & Sathanæ*.

(*c*) De hoc importune Lanchaſtrii aures pulſabat Wicleffus, qui a Regni muniis Epiſcopos amovere fecit, & Summi Pontificis auctoritatem in Anglia minuere conatus eſt. Hoc item pertentarunt ejus Aſſeclæ in generalibus Regni Comitiis, ut dictum eſt in Præfat. generali §. IV. num. V. & XI.

(*d*) Vide Epiſtolam Waldenſis ad Martinum V. num. 9.

(*e*) Hoc idem refert Waldenſis infra, Tomo 2. Doctr. 2.

(*f*) Hanc tam fœdam, tamque horribilem Arii mortem Athanaſius memorat Orat. 1. in Arianos, & fuſius adhuc in Epiſt. ad Serapionem, ubi Macarium Presbyterum idem narrantem citat. Meminit etiam ejus Epiphanius hæreſi 69.

„ ſubirent ſupplicium qui eumdem Dominum
„ negaverunt, & eumdem Dominum tradide-
„ runt. „ Ecce tam horridam mortem Arium
accepiſſe in ultionem hæreſis, non diffitetur Am-
broſius. Sed & contra hanc ſententiam Domi-
ni quam audacter ſequaces ejus, Authore mor-
tuo, mori hæreſim non ſinebant, quid aliud, A
quam facto detrahentes judicio Domini ſuam
fidem? Hoc modo cum tres Epiſcopi in hære-
ſes quaſdam Antiochenam ſimul tenentes & di-
a videntes Eccleſiam (*a*), Paulinus ſcilicet Euſta-
b thianus (*b*), Apollinaris hæreſiarcha (*c*), &
c d Meletius orthodoxus (*d*), qui utique cum pius
vir eſſet & fatigatus de ſchiſmate, Deum judi-
cem poſtulavit; & cæteri reſiſtebant, ut ſcribit
lib. IX. *hiſt. Trip.* cap. III. CASSIODORUS. Por- *Caſſiodorus To.1.pag.332. Edit. Rothomag.*
„ ro (inquit) Meletius omnium hominum man-
„ ſuetiſſimus, tranquilliſſime atque modeſte
„ Paulino dixit: Quoniam & mihi harum o-
„ vium curam commiſit Dominus, & tibi ſi- B
„ militer, aliarum ſuſcipe hanc ſollicitudinem,
„ & communica alterutris ſub dogmate pieta-
„ tis. Jungamus amice greges, & ſolvamus de
„ Præſulatu contentionem, communiter paſcen-
„ tes oves, curam eis communiter exhibeamus.
„ Si enim de ſede certamen eſt, ego etiam
„ hanc contentionem conabor expellere. In ſe-
„ de ſacrum ponatur Evangelium, & ex utra-
„ que nos parte ſedeamus. Et ſi prius quidem
„ ego terminum vitæ ſuſcepero, ſolus eris An-
„ tiſtes: ſi vero tibi hoc prius evenerit, ego
„ rurſus gregis habebo curam. Cum ergo hæc
„ Meletius cum omni manſuetudine protuliſ- C
„ ſet, Paulinus acquieſcere non conſenſit. Tunc
„ magiſter militiæ, judex utrorumque verbo-
„ rum, Eccleſias Meletio tradidit. Verum A-
„ pollinaris Præſulatu nudatus Eccleſiæ, novi-
„ tatem doctrinæ ſuæ aperta impudentia præ-
„ dicabat. „ Hæc ille. Dignus Deo Meletius,
qui ne plus ſatis ſcinderentur Eccleſiæ, ſimul
& vitam & dignitatem in Domini arbitrium
compromiſit: at quia illi e contrario diviſo fi-
3.Reg.3.25. lio, maluerunt Salomonis accipere judicium: &
veræ matri reſtituitur proles Meletio, cujus
pia viſcera movebantur, ardenti & optanti ut
prius traderetur illis integra, quam ſibi cum D
aliis ſortiretur diviſa. Sic ergo ex his omnibus
cernimus, hæreticos induratos eſſe, ita ut ne-
que Papæ, neque Regibus, ſed nec judici Deo
Exodi 14.28. cedant, quo minus cum Pharaone Chriſti po-
pulum ſuis hæreſibus opprimant, quouſque ſub
undas judiciarias preſſi, vindictam diram per-
ſolvant.

CAPUT XLVII.

Quod Papa habet ab antiquo poteſtatem in-
fringibilem ad determinandum fidei verita-
tes, & debellandum, & cancellandum omnes E
falſitates hæreticas.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Papam butyro illo prophetico eſſe repletum,
ut poſſit diſcernere inter bonum & ma-
lum, ſemper Orthodoxi omnes crediderunt.*
2. *Papa (ut dicit Wicleffus) nullam habet po-
teſtatem ad determinandum veritates ca-
tholicas; nec ad refellendum hæreticas.*
3. *Quod Papa hanc habeat facultatem, conſtan-
tiſſime oſtenditur, tum Græcorum, tum La-
tinorum teſtimoniis.*
4. *Ut hujuſmodi authoritas cognoſceretur, Di-
vus Marcus Evangeliſta ſuum Evangelium
non ſcripſit, niſi Petri authoritate.*

1. ORthodoxi ergo omnes ad judices Chriſti
currunt vicarios, & ordinate requirunt,
ut tandem planam teneant veritatem. Propter
hoc enim, ut vere credunt, licet Doctores,
& ultra eos, Epiſcopos, & inter omnes mor-
tales ſingillatim acceptos petere Papam, cujus *Irreformabilis habebatur a Patribus authoritas Papæ.*
moderamen & deciſio pro irrefragabili vero te-
nebatur a Patribus. Apud ipſum enim pie cre-
debant totius fidei noſtræ latere myſteria, &
pectus ejus imbutum butyro illo prophetico; *Iſai. 7. 15.*
quo ſciret reprobare malum & eligere bonum.
2. Quod blaſphemans inſanus Wicleffus in
Tractatu ſuo *de Chriſto*, & ejus adverſario *An-
tichriſto*, capite ultimo, Wicleffus. Quando (in- *Wicleffus.*
„ quit) Papa noſcit & audit ſuos Pſeudocleri-
„ cos dicere, quod nemo debet ipſum corripe-
„ re, quoniam habet in ſcrinio ſui pectoris
„ cunctas leges: & poteſt tam verbo quam o-
„ pere cum cunctis conditis legibus diſpenſa-
„ re; immo cum lege Dei & articulis fidei:
„ quia poteſt cuncta talia innovare. -- Sequi-
„ tur -- Et poteſt quemcumque ſibi contradi-
„ centem definire & publicare eſſe hæreticum,
„ & poſtmodum tractare ipſum pœnaliter, quo-
„ modocumque ipſe cum ſuis Cardinalibus vo-
„ luerit adaptare. „ Hæc ille.
3. Hoc unum conatur furor ejus hæreticus,
ut Papa ad determinandum & approbandum ve-
ritates catholicas; & e contrario ad cancellan-
dum & deſtruendum molitiones hæreticas, fa-
cultatem nullam habeat cæteris altiorem. Sed
explicet nobis ſentire ſuum pius & inter om-
nes Antiſtites ſacer & columnaris Epiſcopus
Auguſtinus. Is enim ſcribens ad Bonifacium
Papam librum illum, quem vocavit *contra duas
Pelagianorum Epiſtolas*, in Prologo libri Papam
alloquens, dicit AUGUSTINUS. Hæc ergo quæ *Auguſtinus To. 10. pag. 412. num. 3.*
„ iſtis, ut dixi, duabus Epiſtolis eorum, iſta
„ diſputatione reſpondeo, ad tuam potiſſimum
„ dirigere ſanctitatem, non tam diſcenda, quam
„ examinanda, & ubi forſitan aliquid diſpli-
„ cuerit, emendanda conſtitui. „ Hæc Augu-
ſtinus. Ecce humilis Auguſtinus inter omnes
ad Papam potiſſime librum ſuum committit e-
xaminandum, & quidquid diſplicuerit emen-
dandum. Propter hoc quod Wicleffus jam tulit
inconveniens, dicens *quomodocumque ipſe cum
ſuis Cardinalibus voluerit adaptare*. Idem etiam
Auguſtinus ad Innocentium Papam ſcribens li-
brum ſuum *de gratia & peccato originali* con-
tra Pelagium & Cœleſtium, AUGUSTINUS (*e*). *Auguſtinus ad Innocentium.* e
„ Quod ſi hominibus (inquit) quidpiam igno-
„ rantiæ obrepſerit, tua ſententia corrigatur. „
Hæc ille. Idem etiam Auguſtinus contra defa-
mato-

(*a*) Monſtruoſum recolit Eccleſiæ Antiochenæ Schiſma an. Chriſti 340. conflatum. Cum etenim Euſtathius ob conſtantem Nicænæ fidei profeſſionem in exilium a Conſtantio Imperatore amandatus fuiſſet, ei ab Arianis ſubrogatus eſt Eulalius, deinde Meletius. Contra Meletium Paulinus creatus eſt Epiſcopus a Lucifero Calaritano. Quare diſſidium exarſit, atque in diverſas factiones ſciſſa eſt Antiochena Eccleſia. Fovit illud diſſidium orta tunc de nomine *Hypoſtaſeos* controverſia. Meletius enim, & qui ab ejus partibus ſtabant, tres in Deo hypoſtaſes prædicabant: qui vero Paulini communionem erant amplexi, unam aſſerebant hypoſtaſim; ſibique mutuo hi Arianæ, illi Sabellianæ hæreſeos notam inurebant.

(*b*) *Euſtathiani* dicebantur tunc Antiochiæ, qui Euſtathii Catholici Epiſcopi in exilio degentis ſequebantur communionem & fidem.

(*c*) Apollinarem hunc inter diſſidentes in Antiochena Eccleſia alibi non lego.

(*d*) Meletium ſuis partibus addictum exiſtimantes Ariani, illum Epiſcopum Antiochenum creaverant. Sed revera Nicænam fidem ſinceriſſime tuebatur.

(*e*) Similia habet Auguſtinus in Epiſt. 175. & 176. ad Innocentium primum de Pelagio & cœleſtio, contra quos librum ſcripſit de gratia & peccato Originali *ad Albinam*.

matores ſuos in materia de præſcientia Dei, in fulcimentum ſuæ innocentiæ tuetur Opus ſuum ſub authoritate Romani Pontificis in libro inſcripto *de quibuſdam caſibus ſibi falſo imputatis*
* Auguſtinus To. 10. in app. pag. 207. in Prologo, AUGUSTINUS. Propoſitis (inquit) „ ſingillatim ſexdecim capitulis, ſub unoquoque „ eorum, ſenſus noſtri & fidei, quam contra „ Pelagianos ex Apoſtolicæ Sedis authoritate
* M. defendimus. „ proteximus *, verba ponemus; ut qui ſe ſe „ paululum ad legenda hæc dignati fuerint oc„ cupare, evidenter agnoſcant impiarum pro„ phanarumque opinionum nullum cordibus no„ ſtris inhæſiſſe veſtigium. „ Hæc ille. Valde protectum ſe ſentit Auguſtinus, quando libellum ſuum Apoſtolicæ Sedis authoritate probavit, & ſcripſit. Conformiter hanc authoritatem, tamquam validiſſimum jaculum, contra Parmenianum objecit de damnatione Cœleſtii & Pelagii facta per Innocentium, Zozimum, & Bonifacium Summos Pontifices ſucceſſive apud Romam, lib. 11. *contra duas Epiſtolas Pelagianorum* cap.
Auguſtinus To. 10. pag. 434. num. 5. 111. AUGUSTINUS. Cum (inquit) primitus Beatiſſimi Papæ Innocentii litteræ Epiſcoporum „ litteris reſpondentes Afrorum, pariter hunc „ errorem, quem conantur iſti perſuadere, dam„ naverint; ſucceſſor quoque ejus Sanctus Papa „ Zozimus hoc tenendum eſſe, quod iſti de par„ vulis ſentiunt, nuſquam dixerit, nuſquam „ ſcripſerit: inſuper etiam Cœleſtium ſe purgare „ molientem ad conſentiendum ſupradictis Se„ dis Apoſtolicæ litteris crebra interlocutione „ conſtrinxerit: profecto quidquid interea lenius „ actum eſt cum Cœleſtio, ſervata dumtaxat an„ tiquiſſimæ & robuſtiſſimæ fidei firmitate, cor„ rectionis fuit clementiſſima ſuaſio, non appro„ batio exitioſiſſima pravitatis. Et quod ab eo„ dem Sacerdote poſtea Cœleſtius & Pelagius re„ petita authoritate damnati ſunt, paululum in„ termiſſæ, jam neceſſario præferendæ ratio ſe„ veritatis fuit, non prævaricatio prius cognitæ, „ vel nova cognitio veritatis. „ Hæc Auguſtinus. Colligant jam Wicleviſtæ, ſi diſcipuli Chriſti ſaltem videri cupiunt, colligant jam Beati Auguſtini ſententias integras, & ſententiarum
Joan. 6. 13. fragmenta, ne pereant. Innocentius Papa authoritate ſua damnavit errores Cœleſtii Africæ E-
a piſcopi (*a*), & per litteras ſuas id notum fecit A-
b frorum Epiſcopis (*b*). Auguſtinus approbat, & adducit Innocentium beatiſſimum Papam: nominat, approbat, & adducit Cœleſtius coram Zozimo Papa ſucceſſore ejus: ſicut coram continuo, & ſuo judice purgationem appetiit; ſed Papa interlocutionibus crebris ad conſentiendum Cœleſtium damnationi in eiſdem litteris contentæ conſtrinxit: & eas Apoſtolicæ Sedis litteras Auguſtinus nominat, approbat, & adducit. Quid amplius? Ab eodem Zozimo Papa Pelagius & Cœleſtius propter pertinaciam hæreticam eadem authoritate, ſed repetita, damnantur: Auguſtinus approbat & adducit. Iſta videbantur Auguſtino, per locum ab authoritate, valida argumenta. Et iterum reſumens interrogationes Papæ Innocentii, & reſponſionem Cœleſtii,
Auguſtinus To. 10. pag. 435. num. 6. * Zozimi. ſubjicit AUGUSTINUS. Interrogationibus enim „ ſancti præceſſoris tui *, & Cœleſtii reſponſio„ nibus, quibus ſe Beati Innocentii Papæ litte„ ris conſentire profeſſus eſt, quis non videat, „ quemadmodum ſic Cœleſtius ſit colligatus, & „ vinculo ſaluberrimo obſtrictus, ne ulterius de„ fendere auderet in baptiſmate parvulorum non „ dimitti originale peccatum? „ Hæc ille. Adhuc ecce habes Cœleſtium colligatum, & vinculo
A Papæ obſtrictum, quia dixiſti Papam non debere tractare hæreticos ſuos pœnaliter *, & habes *beatum* * Papam Innocentium. Nec leviter dimittit iſtam Papæ ſententiam Auguſtinus. Idcirco amplius eam inſerens, AUGUSTINUS. Venerabilis „ (inquit) Innocentii Epiſcopi de hac re iſta „ ſunt verba ad Carthaginenſe Concilium: li„ berum enim (inquit) arbitrium olim ille per„ peſſus, dum ſuis inconſultius utitur bonis, „ cadens * in prævaricationis profunda de„ merſus, nihil, quemadmodum exinde ſurgere „ poſſet, invenit -- Sequitur -- Quid iſta Sedis „ Apoſtolicæ ſententia clarius atque manifeſtius?
* Vid. ſupra num. 2. * Vide cap. 37. Auguſtinus To. 10. ibidem. * M. tacens.
B „ Huic ſe Cœleſtius conſentire profeſſus eſt, „ quando cum illi a Sancto prædeceſſore tuo * „ dictum eſſet: *Illa omnia damnas quæ jactata* „ *ſunt de nomine tuo?* Ipſe reſpondit: *damno* „ *ſecundum ſententiam beatæ memoriæ præceſſo-* „ *ris tui Innocentii.* „ Jam enim alloquebatur Auguſtinus Bonifacium Papam poſt prædicta conſequenter. Adduximus ideo iſta, ut viderent omnes fideles novellorum Wicleviſtarum pertinaciam ſuper iſtos hæreticos antiquatos, qui Papas ad convincendum de hæretica pravitate non dixerunt indiſpoſitos judices, quamquam jam dotati eſſent, ſed obſtringi & ligari nolebant, au-
* Zozimo.
C thoritatem tam plenariam formidantes: & tandem finaliter damnationis meritæ ſententiam Auguſtino & cunctis fidelibus viſam eſſe plenam robore, plenam, firmam & juſtam. Jam proficiſcamur ad alios. Beatus Hieronymus cum omnem fidem ſuam expreſſiſſet in Symbolo, tandem ad Beatum Damaſum Papam ſe convertens, ait HIERONYMUS. Hæc fides eſt, Papa „ Beatiſſime, quam in Catholica Eccleſia didi„ cimus, quam ſemper tenuimus; in qua ſi „ minus perite aut parum caute aliquid for„ te poſitum eſt, emendari cupimus a te, qui „ Petri & fidem & ſedem tenes. Sin autem hæc
* Hieronymus To. 11. pag. 148.
D „ noſtra confeſſio Apoſtolatus tui judicio com„ probatur, quicumque me maculare voluerit, „ ſe imperitum vel malivolum etiam catholi„ cum, non me hæreticum comprobabit. „ Hæc Hieronymus. Jam ecce Hieronymus ſine dote fuit, pauper monachus apud Præſepe Domini deliteſcens; & ipſe novit apud Papam Romanum authoritatem eſſe ad emendandum fidem incongruam, vel ad probandum catholicam: & poſtquam a tanto Apoſtolatu habeatur ut recta, ſine dubio foret per nullum alium violanda. Ad ejuſdem quoque Damaſi Papæ doctrinam tamquam ad infallibilem fidei regulam
E catholici Epiſcopi illo tempore ſuos adverſarios hæreticos coegerunt, quamvis interdum finxerunt, quemadmodum & Apollinarem ſuper hæretica factione Flavianus convicit, ſecundum quod habet Caſſiodorus lib. IX. *hiſt. Trip.* cap. 111. CASSIODORUS. Paulinus (inquit) fatebatur ſe „ Damaſi eſſe participem: promittebat & Apol„ linaris hoc ipſum, languore celato (*c*). Por„ ro
Caſſiodorus To. 1. pag. 332. c

(*a*) Per ironiam vocat Cœleſtium Africæ Epiſcopum; quod in ea regione eſſet Pelagianorum Didaſcalus. Vere autem non fuit Cœleſtius Epiſcopali, ſed Presbyterali tantum ordine inſignitus.

(*b*) Innocentius Papa I. notam fecit damnationem Pelagii & Cœleſtii in Reſcriptis ſuis ad Africanorum Præſulum Epiſtolas, datis 27. Januarii anno Dom. 417.

(*c*) Ea fuit Apollinaris in ſuis diſſimulandis erroribus vafrities, ut nonnullos deceperit Sanctos Patres, qui cum illo non ſolam communionem, ſed & amicitiam coluerunt. Chariſſimus fuit SS. Athanaſio & Epiphanio, ut Epiphanius ipſe refert hær. 77. num. 2. Cum eo etiam familiariſſime egit S. Hieronymus, qui & ipſum in Sacris litteris præceptorem habuit, ut conſtat ex Epiſtola ipſius *ad Pammachium*. Sed communionem cum Damaſo Apollinaris mentitus eſt: nam Damaſus, teſte Theodoreto lib. 6. cap. 10. *Eccleſiaſticæ hiſtoriæ*, Apollinari, ejuſque Sectatoribus infenſiſſimus fuit. Nec minus infenſi huic hæretico reſtiterunt laudati Patres, poſtquam an. Chr. 372. depoſita larva ipſis innoteſcere cœpit.

,, ro Flavianus ſapientiſſimus tunc in ordine
,, Presbyterii conſtitutus, primo quidem venien-
,, te magiſtro militum, ita Paulinum allocutus
,, eſt: ſi communionem Damaſi, o amice, ſe-
,, ctaris, oſtende dogmatum tuorum aperte con-
,, cordiam *, & ſuſcipe ſecundum leges Eccle-
,, ſias — Et infra — Si autem hoc falſe loqui- A
,, mur, te forſan accuſantes; vel nunc novita-
,, tem a te natam denega, & Damaſi amplexus
,, doctrinam, ſectam ſuſcipe venerandam veri-
,, tis. ,, Hæc Caſſiodorus. Videtis quam me-
tuendum fuit his Græcis Epiſcopis, & Antiochen-
ſium partium, contravenire Definitioni Papæ in
materia fidei. Idcirco Ruffinus magnus Inter-
pres, cum accuſandus eſſet ab æmulis, cœpit
fidem ſuam apud Romanum Anaſtaſium pro ſub-
ſequenti defenſione deponere, ſcribens ad eum
Epiſtolam Apologeticam, quæ incipit, *Audivi
quoſdam*, ubi ad finem infert Ruffinus. Nemo
,, ergo mihi ex hoc, quæſo te, Sancte ac Vene- B
,, rabilis & Beate Pater, conflet invidiam: ne-
,, mo factionibus utatur & calumniis; quod in
,, Eccleſia Dei fieri non licet. Ubi enim ſim-
,, plicitas tuta erit & innocentia, ſi hic non
,, erit? Origenis ego neque defenſor ſum, neque
,, aſſertor, neque primus interpres. Alii ante
,, me hoc opus fecerant; feci & ego poſtremus,
,, rogatus a fratribus. Si jubetur ut non fiat, juſſio
,, ſolet obſervari in poſterum. Si culpantur qui
,, ante juſſionem fecerunt, culpa a primis in- C
,, cipiat. Ego enim præter hanc fidem quam
,, ſupra expoſui, ideſt, quam Eccleſia Romana
,, & Alexandrina, & Aquilejenſis noſtra tenet,
,, quæque Jeroſolymis prædicat, aliam nec ha-
,, bui unquam, nec habeo: & ſi quis aliter
,, crediderit, quiſquis ille eſt, anathema ſit. ,,
Hæc Ruffinus, Presbyter tunc Aquilejenſis Ec-
cleſiæ. Vide laudes ejus apud Gennadium *de il-
a luſtribus viris* (*a*): quod & Gennadius ſcribit ſe
ipſum feciſſe ad Gelaſium Papam *de illuſtribus
viris* in calce libri, Gennadius. Ego (inquiens)
,, Gennadius, Maſſiliæ Presbyter ſcripſi *adver-
,, ſus omnes hæreſes libros octo*, *adverſus Neſto-* D
b ,, *rium libros ſex* (*b*) — Sequitur — Et Epiſtolam
,, de fide mea (*c*) miſi ad Beatum Gelaſium,
c ,, urbis Romæ Epiſcopum. ,, Hæc ille. Con-
formi modo magnus & vetus Pater Origenes
ſcripſiſſe fertur Epiſtolam excuſatoriam ſuæ in-
famiæ ab Fabianum Romanæ urbis Epiſcopum,
in qua pœnitentiam agit de geſtis, prout refert
Hieronymus Epiſtola *ad Pammachium & Ocea-
num*, quæ incipit *Schedulæ quas miſiſtis*, Hie-
ronymus. Ipſe (inquit) Origenes in Epiſtola
,, quam ſcribit ad Fabianum Urbis Romæ Epi-
,, ſcopum, pœnitentiam agit, cur talia ſcripſe-
,, rit, & cauſam temeritatis in Ambroſium (*d*) E
d ,, refert, quod ſecreto edita, in publicum pro-
,, tulerit: & quidam nunc dicunt aliena eſſe
,, quæ diſplicent. ,, Hæc Hieronymus. Fabia-
nus nondum erat (ut tecum loquar) *Papa Cæſa-
e reus* (*e*), & tamen Papa; & ad quem dignum
erat ut Origenes magnus ille magiſter Eccle-
ſiarum (ut fert Hieronymus) poſt Apoſto-
f los (*f*), ſuper excuſatione ſui ſceleris dictaret

* Al. conſortium.

Ruffinus *Pag.* 417.

Ruffinus fidem ſuam exponit Summo Pontifici Anaſtaſio.

Gennadius *Apud Hieron.* *To.* 2. *pag.* 950.

Idem facit Gennadius.

Hieronymus *Epiſt.* 34. *al.* 65. *To.* 1. *pag.* 527.

Origenes a Fabiano de male ſcriptis veniam petit.

Origenes magnus magiſter Eccleſiarum poſt Apoſtolos.

Epiſtolam, adhuc intra ſecundum centena-
rium a Chriſti incarnatione rem agens. Ad
quid hoc, niſi quia ad ejus arbitrium, ratione
ſedis & authoritatis antiquæ pendebat in ma-
teria fidei vel laudare credulos, vel condemna-
re diſtortos?

4. Et ſi vis ad hujus authoritatis antiquita-
tem aſcendere, ad Beatum Petrum accede, ſi-
ne cujus authoritate nec magnus ipſe Evange-
liſta Chriſti Marcus Evangelium ſuum ſcribere
potuit. Sic enim Hieronymus *de illuſtribus vi-
ris*, cap. VIII. Hieronymus. Marcus (inquit)
,, diſcipulus & interpres Petri, juxta quod Pe-
,, trum audierat referentem, rogatus Romæ a
,, fratribus, breve ſcripſit Evangelium: quod
,, cum Petrus legiſſet *, probavit, & in Eccle-
,, ſiis legendum ſua authoritate contradidit *,
,, ſicut ſcripſit Clemens. ,, Hæc ille. Nonne E-
vangeliſta Marcus ſuffultus erat Spiritu Sancto
in Evangelii ſcriptione? Sed quia ſine Summo
Pontifice & univerſali Chriſti vicario non de-
bebat res fieri, ne caſſa videretur Præſidentis au-
thoritas, ideo illud Petro approbandum tradi-
dit. Iterum, ſi vis, venias deſcendendo ad In-
nocentium Papam, ad quem ſcripſit *Aurelius*
Carthaginenſis cum toto cœtu Epiſcoporum A-
fricæ, congregatorum tunc in Carthaginenſi
Concilio (*g*), quatenus authoritate ſua pleniſ- g
ſima ad omnes totius Orbis Eccleſias ſcriberet
Decretalem Epiſtolam *de Baptiſmo parvulorum*,
ut in Decreto Innocentii reperitur in *Decretis
Pontificum*. Innocentius. Innocentius Aure-
,, lio & omnibus Sanctis Epiſcopis qui in Con-
,, cilio Carthaginenſi affuerunt Eccleſiæ, dile-
,, ctiſſimis fratribus, in Domino ſalutem. —
,, Et infra — Gratulor, fratres chariſſimi, quod
,, per fratrem & Coepiſcopum noſtrum *Julium*
,, literas ad nos deſtinaſtis; & cum illis cu-
,, ram geritis quibus præſidetis Eccleſiis; ſolli-
,, citudinem veſtram pro omnium utilitate mon-
,, ſtratis, & per cunctas totius Orbis Eccleſias
,, omnibus una, quod proſit decernendum eſſe
,, depoſcitis; ut ſuis conſtabilita regulis Eccle-
,, ſia, ex hoc quod illos caveat, pronunciatio-
,, nis juſtæ firmata decreto, talibus patere non
,, poſſit, qui perverſis inſtructi, immo de-
,, ſtructi verborum argutiis, ſub imagine catho-
,, licæ fidei diſputantes, velut peſtiferum ex-
,, halant virus; & ut hominum recte ſentien-
,, tium in deteriorem partem corda corrum-
,, pant, totam veri dogmatis quærunt evertere
,, diſciplinam. ,, Hæc ille. Quid creditis Wi-
cleviſtæ? Tam infatuatos tot Chriſti & Eccle-
ſiæ Præſules, (quorum numero nec tunc defuit
Auguſtinus) ut inſtarent Papæ Innocentio,
quod in materia fidei univerſale per totum or-
bem mandaret edictum? Si non crederent eum
authoritate fultum plenaria ſic jubendi, ma-
gna illorum fuiſſet importunitas, ſed major fa-
tuitas. Et de Hilario Papa ſcribit in *de geſtis
Romanorum Pontificum ex Damaſo* Hieronymus.
,, Hilarius* (inquit) natione Sardus, ex Patre Cri-
,, ſtino, ſedit annos ſex, menſes tres, diés de-
,, cem. Hic fecit Decretale, & per univerſum
Orien-

Marcus Petri authoritate Evangelium ſcribit.

Hieronymus *To.* 2. *pag.* 827.

* *al.* audiſſet.
* *al.* dedit.

Innocentius *Apud Labbeum* *To.* 3. *pag.* 44.

*Hieronymus.
* Hilarius *non* Hilarus *habet Cod. Thuanen. apud Anaſtaſium Bibliothec.*

(*a*) Ruffinum laudat Gennadius, eum vocans *non minimam partem Eccleſiæ Doctorum*, & *elegantis in vertendis Græcorum libris ingenii*. Alia ſubdit pro Ruffino contra Hieronymum. Sed certiora ſunt contraria de illo S. Hieronymi, Anaſtaſii & Gelaſii Romanorum Pontificum teſtimonia, quam hæc Gennadii viri Semipelagiani judicia.

(*b*) Libri iſti perierunt, aut alicubi cum blattis tineiſque luctantur.

(*c*) Eſt liber *de Eccleſiaſticis Dogmatibus*, qui in Appendice Tomi 3. S. Auguſtini habetur.

(*d*) Ambroſium hunc, virum nobilitate ac opibus clarum a Secta Valentinianorum (ut Euſebius refert cap. 18. lib. 6.) Origenes ad fidem Chriſti converterat: ipſique poſtea libros octo *contra Celſum* nuncupaverat. Quare Ambroſius ille Origenem impenſe fovit; & nedum amici, ſed & errorum ejus ſectator ac laudator extitit.

(*e*) Ad Pontificiam dignitatem Fabianus evectus eſt an. Chr. 238. teſte Euſebio lib. 6. hiſt. cap. 22.

(*f*) In citata *ad Pammachium & Oceanum* Epiſt. *Nec formidabo*, inquit, *ſententiam*, qua *illum Doctorem Eccleſiarum quondam adoleſcentulus nominavi*.

(*g*) Eſt Concilium Carthaginenſe ſecundum adverſus *Pelagium* & *Cæleſtium* an. 416. celebratum. *Aurelii* vero & Concilii Epiſtola Synodica extat inter Epiſtolas Divi Auguſtini, eſtque ordine 175.

„ Orientem direxit, & Epiſtolas de fide catholica fecit. „ Hæc Hieronymus.

CAPUT XLVIII.

De prærogativa perpetuæ immunitatis Romanæ Eccleſiæ in fide Chriſti, & ab omni contagione hæreſis illibatæ.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Ab Eccleſia Romana veluti a fonte fluxit ſapientia chriſtiana.*
2. *Eccleſiam Romanam ſatagit Wicleffus arguere levitatis, & eo fortius inſiſtit, quo certius univerſalis Eccleſia fatetur Romanam Sedem incorruptam in fide huc uſque manſiſſe.*
3. *Quod Chriſtianæ religionis prærogativa ea ſit, ut abſque ullo ſchiſmate idipſum ſemper doceat, docueritque.*
4. *Chriſto pro Romana Eccleſia rogante, non poteſt illa in fide deficere: quam rem melius agnovit Hieronymus, quam Wicleffus.*
5. *Eccleſiæ Romanæ tam lata authoritas, ut de cunctis fidei rebus decernat, eſt ex Chriſti conceſſione Petro dicentis*, Tibi dabo claves regni cœlorum.

1. LOCUS ERGO, UNDE FLUXIT AB EXORDIO SAPIENTIA CHRISTIANA, ROMANA EST ECCLESIA. Ab hac enim præſtatur humanæ inertiæ dirigendæ aſſiſtrix ſapientia ſedium divinarum, ut nobiſcum ſit, & nobiſcum laboret; ut ſciamus quid acceptum ſit coram Deo omni tempore (*a*). Sed ad hunc locum ſciebat Wicleffus Judas noſter, qui tradebat tantopere Chriſtum noſtrum, quod frequenter Jeſus, quem nemo poteſt dicere niſi in Spiritu Sancto, illuc convenerat cum diſcipulis ſuis, quotiens ſcilicet in articulis fidei expreſſa poſtulatur inſtructio.

Sap. 9. 4.
a
Joan. 18. 2.
1. *Cor.* 12. 3.

2. Idcirco ſatagit prædictam Eccleſiam * arguere levitatis, & tanto inſiſtit fortius, quanto certius tota per orbem confitetur Eccleſia, Romanam Sedem intemeratam hucuſque manſiſſe in fide, & pene ſine peccato ſemper determinaſſe credibiles veritates, & fortiter debellaſſe hæreticas pravitates. Unde in *ſermonibus Epiſtolaribus* ſuis, ſerm. LVIII. Radicalis „ (inquit) fundatio ficta in iſta materia ſtat in „ iſto, quod Romana Eccleſia ſic determinat: „ ſed ipſa non poteſt peccare & ſpecialiter in „ materia fidei; ergo ſic generaliter eſt credendum. Et inter omnes blaſphemias, quæ unquam de Antichriſto ſurrexerant, hæc eſt „ major (*b*). „ Et inde fluit Concluſio ter damnata CCXIII. „ A tempore quo Romana Eccleſia * declinavit a Chriſti ſequela, eſt demonſtrabile, quod Curia Romana ex nuda „ authoritate ſua hoc aſſerit; ergo hoc eſt falſum. „ Hæc Wicleffus.

* Romanam
Wicleffus.
b
* *Cod. Ferrarien.* Curia.

Thom. Wald. Tom. I.

A 3. *Ex nuda authoritate* vult exponere *excluſa authoritate Scripturæ*, quæ omnem continet veritatem: & hoc intendit, inducere ſcilicet fideles in obaudientiam protervam determinatorum in alma Sede Romana. Hanc enim unam prærogativam Chriſtianorum ſecta inter omnes ſectas, & præter eas, obtinet, quod ſine diviſione aut ſchiſmate fidei, ſemper docet & docuit, & ubique locorum idipſum: & hoc ſolum omnes hæretici, in quo gloriatur Eccleſia, nituntur evertere, diverſas doctrinas & inſtitutiones diſcordes machinantes, unde ſcindant Eccleſias, quemadmodum de *Valente* (*c*) Imperatore ſcribit in *hiſt. trip.* lib. VII. cap. XII. CASSIODORUS. Interea Valens in Antiochia Syriæ degens, conſubſtantialitatis cultores ve- „ hementer inſequebatur, niſi eum liber The- B „ miſtii (*d*) philoſophi revocaſſet, in quo pero- „ raverat quod eum eſſe non oporteret infe- „ ſtum propter diſcordiam Eccleſiaſticorum dog- „ matum; quando etiam apud Paganos pluſquam trecentarum ſectarum differentia vide- „ retur; & unuſquique pro dogmate proprio, „ in ſententia diverſa conſiſteret. Et forte hoc „ Deo gratum potius eſſet, dum non facile cognoſcitur, & diverſo modo glorificatur, „ quamvis unuſquiſque amplius timeat, dum „ integritatem ejus ſcientiæ, vel quomodo „ aut qualis quantuſque ſit, magis ignorat. „ Hæc ille. Sed ad honorem Dei quid magis con- C grueret, melius Themiſtio ſcivit noſter philoſophus Paulus, qui dixit, *Unus Deus, una fides*. Et quomodo erit una fides, quando pro captu ſuo unuſquiſque varia meditatur & invenit; niſi, uno magiſtro ſpirante, unus doceat pædagogus, ille puta, quem ad hoc officium præ cæteris Chriſtus elegit, cum diceret, *Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua?* Auxilietur mihi Deus; CREDO, SI NON CONSTANTIUS OMNIBUS ALIIS Eccleſiis docuiſſet, roboraſſet & defenſaſſet fidem Chriſti Romana Eccleſia, defeciſſet fides Chriſti ab habitabili terra noſtra. D Nec tamen hanc laudem per ſuam induſtriam, ſed a Chriſti rogatu promeruiſſe crediderim.

Solius Catholicæ Eccleſiæ prærogativa eſt, quod idem ſemper & ubique docet.
c
Caſſiodorus To. 2. pag. 328.
d
Epheſ. 4. 5.
Luc. 22. 32.

4. Et quid mirum ſi Chriſto rogante, Romana Eccleſia non poteſt in fide deficere? Non eſt magnum, hæretice, non eſt magnum, ut quod per ſe caderet, Chriſto ſuſtinente non poſſit cadere. Hoc enim lib. III. contra *Ruffinum* circa medium, Pater HIERONYMUS. Scito (in- „ quit) Romanam fidem Apoſtolica voce laudatam, iſtiuſmodi præſtigias non recipere, & „ etiamſi Angelus aliter annuntiet quam ſemel „ prædicatum eſt, Apoſtoli authoritate muni- „ tam non poſſe mutari. „ Hæc Hieronymus. E Jam volve ſophiſmata: expoſitiones tuas ſtatue, & de ſenſu compoſito & diviſo intricatos ſyllogiſmos intrare compelle: non proderis contra fidem Romanam, quam nec Angelus de cœlo poterit mutare. Ego audacter dico in Chriſti nomine, & Chriſto juvante, ROMANAM ECCLESIAM IN DOCTRINA CHRISTI IMPECCABILEM. Audiant igitur omnes fideles doctum

Hieronymus To. 2. pag. 550.
Gal. 1. 7.
Romana Eccleſia impeccabilis in doctrina Chriſti.

Ii & San-

(*a*) Quum hoc loco *Waldenſis* de Romana Eccleſia loquatur, obſervandum eſt, per Eccleſiam Romanam intelligi Populum & Clerum Romanum: qui certe non ita poteſt errare, ut omnes omnino errent, & nulli ſint in Romana Eccleſia fideles & Pontifici adhærentes. Tametſi enim unuſquiſque ſeorſim Romanus errare & deficere poſſit; id tamen fieri nunquam poteſt, ut omnes errent ſimul, & tota Romana Eccleſia efficiatur Apoſtatica. Deinde conſiderandum eſt, quod Eccleſia Romana non eſt ſolus populus, aut ſolus Pontifex Romanus; ſed Pontifex ſimul & populus. Et ideo cum Waldenſis dicit, Eccleſiam Romanam deficere in fide non poſſe, nihil aliud intendit, quam quod in Romana Eccleſia ſemper fuit, ſemperque erit Epiſcopus catholice docens, & populus catholice ſentiens.

(*b*) Hanc Wicleviſticam temeritatem damnavit Martinus V. qui in Bulla, quam approbante Concilio Conſtantienſi edidit, hæreticos cenſuit eos, qui de fidei articulis aliter ſentiunt, quam Romana ſentiat Eccleſia. Poſt eum Sixtus IV. damnavit articulos cujuſdam Petri Oxomenſis, quorum primus erat, Eccleſiam urbis Romæ errare poſſe.

(*c*) Valens Valentiniani frater Arianæ Sectæ fautor, & Catholicorum perſecutor an. 370. dire illos vexabat.

(*d*) Themiſtius philoſophus Peripateticus an. 370. Clariſſimus ob eloquentiæ ac omnigenæ eruditionis famam. Erat Religione Paganus, ſed erga Chriſtianos bene affectus. A Theodoſio Magno Præfectus Conſtantinopoli inſtitutus, a cultu ſcientiarum non deſtitit, & præclara edidit in Ariſtotelem Commentaria, quæ ſimul cum pluribus ejuſdem Orationibus imprimi curavit Pitous an. 1684.

& Sanctum Hieronymum. Et nonne ipſe moribus ſanctior, fide purior, induſtria cautior, intellectu vivacior, quam rudis & torvus Wicleffus, hinc verbis, hinc ſenſibus? Ipſe enim clariſſimus Doctor & magiſter Eccleſiæ, cum ſemel in Orientis partibus late perflaret hæreſis Ariana, ad ſolum Romanum Pontificem confugit, rogans, ut authoritate Sedis ſuæ, quam dixit *incorruptam*, ſtatueret, ac ſterneret procellam ejus in auram, docens de recta fide, & cui communicare debuit in doctrina ſua catholica, in Epiſtola ejusdem tituli *ad Damaſum* Papam, inter Epiſtolas Hieronymi nona

Hieronymus To.1.Epiſt.15. al. 57. pag. 37.

HIERONYMUS. Profligato a ſobole mala patri-
,, monio, apud vos ſolos *incorrupta* Patrum ſer-
,, vatur authoritas *. Ibi ceſpite terra fœcun-
,, do, Dominici ſeminis puritatem centeno fru-
,, ctu refert: hic * obruta ſulcis frumenta in
,, lolium avenamque degenerant. Nunc in Oc-
,, cidente ſol juſtitiæ oritur: in Oriente autem
,, Lucifer ille qui ceciderat, ſuper ſidera po-
,, ſuit thronum ſuum. Vos eſtis lux mundi.
,, Vos eſtis ſal terræ: vos vaſa aurea & argen-
,, tea: hic teſtacea vaſa vel lignea virgam ſer-
,, ream & æternum operantur incendium. —
,, Sequitur. — Et quia ego pro facinoribus
,, meis ad eam ſolitudinem * commigravi,
,, quæ Syriam conjuncto Barbariæ fine diſter-
,, minat; nec poſſum ſemen (*a*) Sanctum
,, Domini (*b*) tot interjacentibus ſpatiis a ſan-
,, ctimonia tua ſemper expetere: ideo hic Col-
,, legas tuos Ægyptios confeſſos * ſequor; &
,, ſub onerariis navibus, parva navicula deliteſco.
,, Non novi Vitalem; Meletium reſpuo: ignoro
,, Paulinum (*c*); Quicumque tecum non colli-
,, git, ſpargit; hoc eſt, qui Chriſti non eſt,
,, Antichriſti eſt. — Et finaliter habet. — Qua-
,, mobrem obteſtor Beatitudinem tuam per
,, Crucifixum mundi ſalutem, per Homouſion
,, Trinitatem, ut mihi epiſtolis tuis ſive ta-
,, cendarum, ſive dicendarum clare hypoſta-
,, ſeon (*d*) detur authoritas. Et ne forte ob-
,, ſcuritas loci, in quo dego, te fallat, per ba-
,, julos litterarum ad Evagrium Presbyterum,
,, quem optime noſti, dignare ſcripta tranſmit-
,, tere. Simul etiam cui apud Antiochiam de-
,, beam communicare, ſignifices: quia Cam-
,, penſes (*e*) cum Tharſenſibus (*f*) hæreticis co-
,, pulati, nihil aliud ambiunt, quam ut autho-
,, ritate communionis veſtræ fulti, tres hypoſta-
,, ſes cum antiquo ſenſu prædicent. ,, Hæc Hieronymus.

* M. hæreditas

* in Oriente

Matth. 5. 14. 13. Malach. 4. 2. Iſa. 14. 12. Matth. 5. 13. 2. Tim. 2. 20.

* Calcidis.

* M. confeſſores

Pag. 40.

* M. crucifixum.

Ecce jam quanta fiducia uſus eſt, cum de Romanorum Pontificum ſententia loqueretur, apud eos ſolos dicens, quod *incorrupta* Patrum ſervabatur authoritas, ſine labe, ſine crimine. Et propter hanc *incorruptionem* & claritatem famoſam, omnes Viri catholici quantumcumque magni, quantumlibet Sancti, ſimul & authoritate territi magnæ Sedis, ab hac ſuſceperunt in dubiis fidei documenta certifica, intantum quod HÆRETICI MAGNI, SALTEM DE FUCO ROMANÆ FIDEI gaudebant ſuas hæreſes colorare (*g*). Ibi (inquit*) in Occidente ſol juſtitiæ oritur: *Vos eſtis lux mundi. Vos eſtis ſal terræ*. Et per crucifixum obteſtatur ſanctitatem Summi Pontificis, ut tacendarum & dicendarum rerum ſibi detur authoritas. Hoc non eſt dicere: *Romana Eccleſia authoritate ſua ſic determinat, ergo hoc eſt falſum*. Nunquam feciſſet Hieronymus hoc argumentum ridiculum:

* Hieronymus Matth. 5. 14. 13.

A Eccleſia Romana, quæ non poteſt peccare in fide, ſic determinat: ergo ſic generaliter eſt credendum. Saltem ex qualitate vocum, jam videtis, quæ vox foret orthodoxi Hieronymi, & quæ vox hæretici ter damnati.

5. Sed interrogat quis, unde Romanæ Eccleſiæ tanta authoritas? Mihi videtur, ex conceſſione Chriſti ad confeſſionem Petri, primi ibi Pontificis. Primus enim confeſſor fuit divinæ generationis, dicens: *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*: & idcirco primus a Chriſto prærogativam authoritatis accepit, ut ſuper fidem ejus præ aliis Apoſtolis fundaretur Eccleſia. Quo-

Petrus divinæ generationis primus Confeſſor. Matth. 16. 16.

B modo ergo in dubiis fidei ad illam de fide conſulendam non curritur, ſuper quam totam Eccleſiam ſuam Chriſtus fundaſſe convincitur? Nec tantum apud Petrum hæc prærogativa remanſit; ad cujus Civitatis Eccleſiam Paulus, præ cæteris omnibus Eccleſiis, immo quod nullis aliis ſcripſit: *Primum* (inquit) *gratias ago, quia fides veſtra annunciatur univerſo mundo*. Cur fides Romanorum pluſquam fides Jeroſolymitanorum continue perſeverantium in templo ad orationem: quorum erat cor unum & anima una: niſi quia hæc ſit fides annuncianda mundo, per quam, tamquam ad regulam,

Rom. 1. 8.

Act. 4. 32.

C ſubdatur Orbis Deo? Unde primo lib. *ſuper Epiſtolam ad Romanos*, tractans hunc textum, ORIGENES. Poteſt (inquit) ita intelligi, quod
,, fides iſta, quam habent Romani, ipſa ea-
,, demque ſit & non alia, quæ in univerſo
,, mundo annunciatur & creditur; quæ non ſo-
,, lum in terris, ſed etiam in cœlis prædicatur:
,, quia Jeſus pacificavit per ſuum ſanguinem,
,, non ſolum quæ in terra ſunt, ſed etiam quæ
,, in cœlis, ut in nomine ejus genuflectant non
,, ſolum terreſtria, ſed etiam cœleſtia & infer-
,, nalia. Et hoc eſt in univerſo mundo fidem
,, prædicari, per quam omnis mundus ſubdi-
D ,, tus ſit Deo. ,, Hæc Origenes.

Origenes To.2.pag.463.

Coloſſ. 1. 20.

Philip. 2. 10.

Hunc autem locum Apoſtoli notavit Hieronymus ſupra, & non minus in Epiſtola *ad Demetriadem*, cum diceret Romanam fidem, Apoſtoli voce laudatam. Et non ſine cauſa ſenior noſter Doctor Cyrillus ſuper caput Matthæi XVI. *Portæ inferi non prævalebunt adverſus eam* (*h*), Romanam fidem, ut ſupra habebatur, extollit, & adhuc recitare non piget. CYRILLUS. Petro (inquit)
,, dictum eſt: *Et portæ inferi non prævalebunt*
,, *adverſus eam*. Secundum hanc Domini pro-
,, miſſionem Eccleſia Apoſtolica Petri ab om-
,, ni ſeductione, & hæretica circumventione,
E ,, immaculata manet ſuper omnes Præpoſitos
,, & Epiſcopos, & ſuper omnes Primates Ec-
,, cleſiarum & Apoſtolorum in ſuis Pontifici-
,, bus in fide pleniſſima, & authoritate Petri.
,, Et cum aliæ Eccleſiæ quorumdam errore ſint
,, circumdatæ, ſtabilita inquaſſabiliter ipſa ſo-
,, la re-

Matth. 16. 18.

Cyrillus To.2.pag.289.

(*a*) Abeſt a Veronen. noviſſima Editione *ſemen*.

(*b*) *Sanctum Domini* vulgo Sacra Euchariſtia dicebatur, quam ſibi invicem Paſtores olim in communis fidei ſymbolum mittebant.

(*c*) Vitalis, Meletius, & Paulinus tres fuerunt Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopi, & diverſarum factionum Duces.

(*d*) Videſis quæ ſuperius dicta ſunt cap. 46. num. 8. ubi etiam de ſchiſmate Antiocheno, & de unius vel trium hypoſtaſum controverſia.

(*e*) *Campenſes*, ſive *Meletiani*, quod conventus ſuos in campis agere cogerentur; aut in Eccleſia quæ *Palea* dicebatur extra Civitatem. Eo ſenſu Donatiſtas in Dialogo *contra Luciferianos* vocat *campates* Hieronymus.

(*f*) Tharſenſes hæretici erant Sylvani Tharſenſis Epiſcopi aſſeclæ, ſive quidam Semiariani, aut Macedoniani. Alii aſſeclas Diodori, quem Meletius ab exilio redux Tharſenſium Epiſcopum conſtituit, intelligunt; ſed male Hieronymi mentem aſſequuntur, & temporum rationes ineunt.

(*g*) Huc ſpectant Origenis ad Fabianum, & Pelagii ad Innocentium Papam Epiſtolæ. Huc porro quod de Cœleſtio refert ſupra Auguſtinus. Huc denique Monothelitarum circumventiones, Berengarii ſimulationes &c.

(*h*) Cyrilli Alexandrini Commentaria *ſuper Joannem*, non *ſuper Matthæum* habemus. Similia nihilominus, & fere eadem leguntur apud ipſum poſt initium libri 4. *Dialogorum cum Hermia*.

„ la regnat, ſilentium imponens, & omnium „ obturans ora hæreticorum. Et nos neceſſita- „ te ſalutis, non decepti ſuperbia, neque vino „ ſuperbiæ inebriati, typum veritatis & ſanctæ „ Apoſtolicæ traditionis una cum ipſa confite- „ mur, & prædicamus. „ Hæc Cyrillus. Jam pectora ſua tundant hæretici omnes, & calci- A bus ſuis nepotes ſuos ſtimulent Wicleviſtas, ut ſimul cum conventu veterum Phariſæorum in templo ſuo Romæ, ubi fides vera coruſcat, Chriſtum in Pontifice ſuo, & Eccleſia ſua Apoſtolica lacerent, perdant, & extinguant pro viribus, dicentes in cordibus ſuis, *Ne forte Romani iſti veniant, & tollant nobis locum & gentem*. Hæccine iſta dicis, popule ſtulte & inſipiens; & non audis quid Chriſtus contra te providit Eccleſiæ ſuæ, quam ſupra Petri fidem inſtituit? *Portæ* (inquit) *inferi non prævalebunt adverſus eam*. „ Et ipſa Eccleſia Apoſto- „ lica ſola regnat, ſilentium imponens, & o- B „ mnium obturans ora hæreticorum „ dicit Cyrillus. PORTÆ INFERI ESTIS; bene novi; quibus datum eſt animas miſeras & levipedes captivare gehennæ. SED SITIS PORTÆ INFERI, non timet veſtros vectes rumpere Claviger Paradiſi *.

Jean. 11. 48. — Deut. 32. 6. — Matth. 16. 18.

* Romanus Pontifex.

CAPUT XLIX.

Reſpondetur, non eſſe Papam Antichriſtum propter quinque argumenta Wicleffi.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Papam non eſſe Antichriſtum, quod impius Wicleffus quinque argumentis molitur oſtendere.*
2. *Quod duo ſunt conſiderandi Eccleſiæ ſtatus, in quorum priore ſub perſequentibus, in poſteriore vero ſub Regibus obſequentibus fuit.*
3. *Wicleffus antiquiores hæreticos ſequutus, pluſquam inepte colligit Eccleſiam ea temporalium bonorum copia quibus potitur, ineptam eſſe ad cœli gloriam.*
4. *Honor & obſequium a Regibus & Principibus Eccleſiæ debetur; tametſi Wicleviſtæ aliud doceant.*
5. *Hæretici dum nimis avide divitias affectant, iis nituntur Eccleſiam expoliare.*
6. *Quod Imperatores juſſerunt in bonum Eccleſiæ, hoc Deo jubente ipſi juſſerunt.*
7. *Adducitur quintum Wicleffi argumentum, & reſpondetur, quod in Eccleſia duo ſunt gladii, ſpiritualis alter, alter temporalis: hic pro Eccleſia; ille ab Eccleſia exercendus.*

1. LIceat jam filio Eccleſiæ certare pro Patre; & quæ, ut Abſalon regni cupidus, argumentorum tela paravit in Patrem, in authorem ſceleris remandare. Ecce conſtituit ſibi *Concluſionem* unam, quam, tamquam ſtatuam auream, adorare compellit Tribus & Linguas; quæ eſt inter *Concluſiones* ter damnatas *Concluſio* v. „ Papa eſt ille Antichriſtus (*a*), qui in „ Scriptura exprimitur, cum ſit ſpecialis pro- „ curator diaboli, procurans per mendacia per- „ ditionem animæ contra Chriſtum; & ſic eſt „ iſte patulus Antichriſtus. „ In conſpectu autem hujus per ipſum deificati principii ſonare facit tubam & ſymphoniam, & omne genus muſicorum, quorum primum provocativum ad idoli ſui culturam eſt hoc: „ Alia (inquit) conditio Antichriſti Chriſto contraria ſtat in iſto, „ quod Chriſtus aufugit ſæculariter dominari: „ Antichriſtus autem cupit in hoc ſpecialiter „ extolli ſupra Dominum Jeſum Chriſtum, „ quia fingit mendaci titulo, quod extollitur „ ſæculariter ſuper quodlibet regnum mundi; „ ac ſi diabolus ipſi concederet illud, quod „ Chriſtus renuit capere a diabolo. „ Item *de Chriſto & Antichriſto* cap. XII. & eſt primum argumentum ejus, ſecunda parte *de Serm. Dom. in monte*, cap. XXXVI. „ Chriſtus (inquit) fuit „ ſumme humilis, & quoad ſæculare domi- „ nium, ſumme pauper. Papa autem videtur „ inter homines ſumme elatus, & ſumme do- „ minans quoad mundum; — Propter hoc paulo ſupra — Quis ergo foret Antichriſtus, niſi „ diabolus taliter exaltatus? „ Hæc Wicleffus.

1. Reg. 15. 10. — Dan. 3. 5. — a Wicleffus. — 2. Theſſ. 2. 4. — Primum Argumentum Wicleffi.

2. Quantum mihi videtur, hæreticus iſte veterum adhuc hæreticorum ſectatur veſtigia, qui neſcientes temporum intervalla diſtinguere, contra Eccleſiæ ſtatum conantur arguere quidquid creverit dignitate. Duos enim ſtatus Eccleſiæ Sanctæ concipimus: unum ſub Regibus perſequentibus eam, a primis Chriſti exordiis humanati: alterum ſub Regibus obſequentibus, & C Patronis Eccleſiæ. In primo ſtatu fuit Eccleſia Chriſti pauper & egena, repleta quoque miſeriarum ulceribus. In ſecundo cœpit eſſe domina gentium & princeps provinciarum exempta, tributo ſcilicet Principum perſequentium; non tamen hæreticorum frementium, & invidentium ipſi gloriam dignitatis, qualiter aperit ſuper Pſal. LXIX. verſ. 11. AUGUSTINUS. Prorſus „ (inquiens) tempora ſunt in Eccleſiæ perſe- „ cutione diſtincta, ſeque ſequentia (*b*). Fa- „ ctus eſt impetus in Eccleſia quando Reges per- „ ſequebantur: & quia condicti * erant Reges D „ & perſecuturi & credituri, impleto uno, uti- „ que alterum ſequebatur. Factum eſt & illud „ quod conſequens fuit. Crediderunt ergo Re- „ ges, data eſt pax Eccleſiæ. Cœpit eſſe in cul- „ mine dignitatis Eccleſia, etiam in hac ter- „ ra, etiam in hac vita: ſed non deeſt fremi- „ tus perſecutorum. Impetus ſuos ad cogitatio- „ nes verterunt. In illis cogitationibus, tam- „ quam in viſco *, ligatus eſt diabolus, & fre- „ mit, & non erumpit. Dictum eſt enim de „ iis temporibus Eccleſiæ, *Peccator videbit & „ iraſcetur*. „ Hæc Auguſtinus. Ecce Wicleviſta: ſub perſecutionibus Regum magna egeſtate premebatur Eccleſia. Lapſo tempore perſe- E cutionis Regum, ſucceſſit pax Eccleſiæ & culmen dignitatis jam obtinet. Hanc videns hæreticus, quia peccator eſt, iraſcitur, dentibus ſuis fremit, & tabeſcit, quia non *ſub* jam, ſed *ſupra* perſecutionem illam, in vita iſta Eccleſia collocatur. Quid Chriſtum inducis fugientem ſæculariter dominari? Initium primi temporis fuit. Quid allegas Apoſtolos? Quid ſequentem Eccleſiam, uſque ad Principem Conſtantinum?

Thren. 1. 1. — Auguſtinus To. 4. pag. 713. num. 4. b — * M. prædicti — * M. abyſſo — Pſal. 111. 10. — Pſal. 111. 10.

(*a*) Calvinus in hoc argumento ſtylum ſuum pariter exercuit lib. 4. Inſtit. cap. 7. §. 23 quo magiſtrum & Ducem ſuum Wicleffum in omnibus ſequeretur, ut jam notavi ſupra cap. 32. num. 1. Sed tum Calvinus, tum reliqui hæretici, qui poſt eum de Pontificio Antichriſto ſcripſerunt, valde errant, fingentes Antichriſtum non ut unam ſingularem perſonam; ſed ſingularem thronum, ſive regnum tyrannicum, ac ſedem apoſtaticam eorum, qui Eccleſiæ præſident. Certum eſt autem quod pro Antichriſto una ſingularis perſona debet intelligi. Dicitur enim Joan. 5. 43. *Ego veni in nomine Patris mei; ſi alius venerit in nomine ſuo, illum recipietis*; ubi alium hominem, non aliud Regnum, opponit ſibi Dominus. Porro hic dicit Chriſtus, Antichriſtum a Judæis pro Meſſia recipiendum. Conſtat autem Judæos unum certum & ſingularem hominem expectare. Videſis plura apud Bellarminum *de Rom. Pont.* lib. 3. cap. 2.

(*b*) M. *Tempora ſunt in Eccleſia perſecutionis diſtincta ſequentia*.

Pſal. 2. 2.

num? Expecta tempus, memento finis: adhuc aſtant Reges terræ, Principes adhuc in unum conveniunt adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum ejus. Secuturum eſt tempus ſecundum, quando adorabunt eum omnes Reges terræ in

Pſal. 71. 11.

Eccleſia ſua, & omnes gentes ſervient ei. Adjicitur conſequenter tale motivum *de Chriſto & Antichriſto*, cap. XIII. „ Papa videtur in omnibus iſtis eſſe Chriſto contrarius: primo, „ quia abſtulit medietatem Romani Imperii; „ quod nec Chriſtus, nec aliquis ejus Apoſtolus „ attentaſſet; ſicut nec approbationem domi„ nii Cleri dotati, & vendicantium * ſubdole „ dominium ſæculare: quæ omnia gaudenter * „ approbat & confirmat. Ideo cum id ſit eſſe „ Chriſto contrarium & factis ejus, videtur ex „ iſta contrarietate, Papam eſſe patulum Anti„ chriſtum: -- Et ſubdit in fine Capituli. --Sed „ cum non æqua diſtributio temporalium ſit cau„ ſa diſcordiæ & bellorum, videtur quod Pa„ pa principans tot dominia ſæcularia in Cle„ ro, & auferens illa de ſæculari brachio, ſit „ principium diſcordiæ & bellorum: & illa eſt „ conditio Antichriſti.„ Hæc Wicleffus.

Secundum Wicleffi argumentum.

* Cod. Ferrar. mendicantium.

* Subaudi Papa

3. Iſte diſtributor inæqualis, ex modico magnum concludit,; &, ut ſolitus eſt, ex afluentia temporalium bonorum in Eccleſia vaticinatur ex corde ſuo, neceſſario mala futura, & turbationes in populo: Eccleſiaſticos quoque propter largitatem dotis eis oblatam per Principatus fideles, dicit ineptos ad cœlum, & gloria carituros. Hæc paſſim Wicleviſtæ prophetant, quæ ab antiquis hæreticis didicerunt, ut conqueritur de diebus ſuis mitis & Sanctus Pater Gregorius XXIII. *Moralium*, cap. IV. tractans hunc textum: *Ne forte dicatis, invenimus ſapientiam, Deus projecit eum, non homo*, GREGORIUS. *Ut video, non eſt, qui arguere poſ„ ſit Job, & reſpondere ex vobis ſermonibus „ ejus, ne forte dicatis: Invenimus ſapientiam, „ Deus projecit eum, non homo.* Sæpe hæretici „ per hoc quod eſſe etiam hominibus deſpica„ biles ſolent, cum a cunctis fere gentibus San„ ctam Eccleſiam venerari conſpiciunt, opinio„ nem ejus quibus valent obtrectationibus la„ cerare contendunt, dicentes: Idcirco illi cun„ cta temporalia ſuppetunt, quia ei præmia „ æternorum munerum ſubtrahuntur. Quorum „ vocibus Heliu obviat, dicens: *Ne forte di„ catis, invenimus ſapientiam, Deus projecit „ eum, non homo*; ac ſi arrogantes intra San„ ctam Eccleſiam, ſed tamen fideles, contra „ hæreticos dicant: Per hoc quod Sanctam Ec„ cleſiam in honore hominum florere tempo„ raliter cernitis, projectam eam a Domino „ non credatis. Scit enim Redemptor ejus & „ in hoc itinere ſolatia venienti tribuere, & „ pervenienti ad æternam Patriam ſuperna præ„ mia reſervare. Incaſſum ergo dicitis, quia „ Deus eam, & non homo, projecerit, cum „ venerari illam a cunctis fere hominibus vi„ deatis: quia ſic ei terrenæ gloriæ adjumen„ tum tribuitur, ut multiplicius ad cœleſtia „ provehatur (*a*). Nec putent eam a Domino „ projectam & deſertam, cum eam in tempo„ ralibus florere cernunt ad oculum, & per cun„ ctas gentes & populos veneratam.„ Hic iterum obviam currit Gregorio tertium argumentum. Arguit enim Wicleffus XXXVI. Capite *de Serm. Dom. in monte*, ſecundæ partis, Papam eſſe Antichriſtum ex hac conditione ejus ſeptima: „ Chriſtus docuit tam vita quam verbis, „ quomodo honor mundanus, & ejus lucrum, „ cum eis, qui ipſa ſapiunt, ſint a fidelibus „ fugienda. Papa autem dogmatizat, quomodo, „ dimiſſa doctrina Chriſti, ſint iſta ſollicite „ amplectenda.„ Et in fine octavi Capitis *de Chriſto & Antichriſto*:„ Tertio (inquit) dictum „ eſt, ſi Chriſtiani adorent hujuſmodi Anti„ chriſtum, ac ſi fuerit verus Chriſtus, tunc „ diabolus habet per hoc deſideratum medium „ ad ſeducendum populum ad infernum.„ Hæc ille.

Job 32. 13.

Gregorius To.1.pag.738.

a

Tertium Wicleffi argumentum.

4. Breviter huic loco ſufficiat Chriſtianis, ut dimiſſo dogmate Lollardino, adhæreant monitis Sancti Pauli, dicentis ita ad Timotheum: „ Qui bene præſunt Presbyteri, duplici honore „ honorentur. Ubi in *Annotationibus* HIERONYMUS. *Et officii ſcilicet, & doctrinæ*. Habet ergo in Summo Presbytero iſta honoris dualitas ſummum locum, ſummi officii intuitu, & doctrinæ, eo quod ab ipſo ſub Chriſto primo confluit uterque in totum corpus Eccleſiæ. Nec fingit Eccleſia, (quod tu ad contemptum inducis) quod Chriſtiani Papam adorent in Chriſti nomine, quamvis non hoc dicere habeant in uſu frequenti; ſed hoc ipſo Propheta uſus eſt, dicens de Eccleſia:„ Erunt Reges nutritii tui, „ & Principes fœminæ nutrices tuæ: ſuper fa„ ciem terræ (*b*) adorabunt te, & pulverem „ pedum tuorum lingent.„ Iſai. XLIX. Super quem locum lib. XIII. *Commentarii*, HIERONYMUS. Omnis (inquit) ætas, ſexus & digni„ tas adorabunt Sion, propter eum qui habi„ tat in ea. Si enim caput Eccleſiæ Chriſtus „ eſt, caput adoratur in corpore. Et ſi ad quo„ ſdam dicitur: *Exaltate Dominum Deum ve„ ſtrum, adorate ſcabellum pedum ejus*: (non „ quo ſcabellum adorandum ſit, ſed quo maje„ ſtas pedum illius indicetur) cur non adore„ tur Eccleſia, quæ totum Chriſti corpus am„ plectitur, ut impleatur illud quod ſcriptum „ eſt in Sophonia, *Adorabunt eum ſinguli de „ loco ſuo, omnes inſulæ gentium?*„ Hæc Hieronymus. Adorari ergo poteſt Dominus in ſcabello, & Chriſtus in corpore ſuo, quod eſt Eccleſia. Quod ſi adoretur Eccleſia in Chriſto, quis eſt Papa, Summus Chriſti Vicarius, qui in tota Eccleſia honorata debito privetur honore? Sed bene ſecuti ſunt Prophetam Domini Principes Chriſtiani, conſummantes honorem Summo Pontifici, quem tam clare prædixit ad literam:„ Erunt Reges nutritii tui, & Princi„ pes fœminæ nutrices tuæ: ſuper faciem terræ „ adorabunt te.„ *Super faciem terræ* intellige in commodis terrenis, & temporali ſubſtantia. Sed propter hoc arguit Wicleffus, Papam eſſe Antichriſtum ubi jam ſupra *de Serm. Dom. in monte*, ſecundum conditionem tertiam Antichriſti, WICLEFFUS. Chriſtus (inquit) noluit „ circa temporalia acquiſita ſibi per Cæſarem, „ ſed circa ſpiritualia magis utilia occupari.„ Iterum in libello *de Papa*, quem ipſe allegat tertia Parte *Sermonum*, cap. VI. appellat tam Sacerdotes, quam cæteros ſæculares fide lapſos, dicens, eos ſequi in illo Chronicam *fatui Imperatoris* *, lege Chriſti dimiſſa.„ Hic (inquit) „ dilabuntur homines de fide, tam Sacerdotes, „ quam ſæculares, quando magis reputant Chro„ nicam unius fatui Imperatoris*(*c*), quam legem Chriſti, qui eſt Imperator Cœleſtium.„ Hæc Wicleffus.

1. Tim. 5.

* Hieronymus To. 11. pag. 1052.

Iſai. 49. 23.

b

Hieronymus To.4.pag.573.

Pſal. 98. 5.

Sophon. 2. 11.

Quartum Wicleffi argumentum.

* *Conſtantini*

* *Conſtantini* c

5. Is,

(*a*) Quæ ſequuntur verba non leguntur in noviſſima S. Gregorii Editione: & ſuſpicor ab interpolatoris manu fuiſſe adjecta.

(*b*) Vulg. *Vultu in terra demiſſo adorabunt &c.*

(*c*) Diu perſuaſum fuit, quod Conſtantinus Magnus Imperator ſolemne emiſerit *Donationis Edictum*, quo Urbem Romam, & Italiam Silveſtro Romano Pontifici, ejuſque ſucceſſoribus dediſſe aſſeritur. Sed illud paſſim nunc ab eruditis rejicitur, ut ſpurius religioſiſſimi Principis fœtus.

5. Is, ut dixi, ſemper errat de temporibus. Primo tempore Eccleſiæ, placuit Chriſto pauper Eccleſia, quæ in ſecundo ſtatu placuit ipſi dives. Attamen in omni ſtatu, hæretici avide amplectuntur divitias, &, ut expertum eſt (*a*), pro his rapiendis ab Eccleſia, exercent omnem in verbis hypocriſim, & in Tractatibus ſimultatem. Dicunt enim de Eccleſia, cui Cainiticam gerunt, tamquam ad Abel, invidiam: *hic eſt hæres, venite, occidamus eum; & habebimus hæreditatem ejus*. Hoc enim toto corde ſperant, & ideo ad hunc finem, illicitam Eccleſiæ dotationem cunctis apparere procurant: & factum devoti Imperatoris * (*b*) verbis depravant. Sed Deus, qui ad hoc agendum Imperatoris edicta formavit, utique non irridetur.

Hæretici ſemper divitiarum avidi.

Gen. 4. 5. Matth. 21. 38.

* Conſtantini

6. At ne irrideas quod dixi Deum edicta Regis formaſſe; audias Auguſtinum Tractatu 11. ſuper Pſal. CIII. dicentem ſuper hunc verſum, *Ab increpatione tua fugient &c.* AUGUSTINUS. „ Hoc factum eſt, fratres: ab increpatione Dei „ fugerunt aquæ, hoc eſt, a preſſura montium „ receſſerunt. Jam montes ipſi erant * Petrus „ & Paulus, qui * modo eminent: qui ante a „ perſecutoribus premebantur, nunc ab Imperatoribus venerantur. Fugerunt enim aquæ „ ab increpatione Dei, quia cor Regum in manu Dei, deflexit quo voluit, juſſit per eos „ pacem dari Chriſtianis. Emicuit & eminuit „ authoritas Apoſtolica. Numquid & quando „ ſupra erant aquæ, montium defecerat magnitudo? Sed tamen fratres, ut omnes viderent „ eminentiam montium, per quos montes ſalus eſt generi humano; quia, *levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi:* „ ab increpatione Dei fugerunt aquæ, *a voce tonitrui tui formidabunt*. -- Sequitur -- Nudati ſunt montes, juſſit Imperator. Sed quid* „ juſſiſſet, niſi Deus tonuiſſet? Sed quia voluit „ Deus, illi juſſerunt, & factum eſt. Ergo nullus ſibi hominum arroget aliquid: formidaverunt aquæ, ſed a voce tonitrui Dei. Nam „ ecce cum voluit Deus, fugerunt aquæ, ne premerent montes.„ Hæc Auguſtinus. Quid ergo cauſaris, quid malignaris in Cæſarem *, vocans eum *Imperatorem fatuum*, quia veneratur Apoſtolos in Sylveſtro, & honoravit Eccleſiam? Eminebat Papalis authoritas ante pacem Cæſaris, quando aquæ ſæcularis perſecutionis ſupra eam erant. Nec tunc defuit montibus magnitudo, neque crevit poſt dotem per Cæſarem, ſed apparuit ſolum, quando ſubtraxit aquas, & reddebat pacem & dotem Eccleſiis. Et jam non potes dicere *Imperatorem fatuum*, qui quod fecit, fecit ad divinum imperium. Sic dicit Auguſtinus: *Juſſit Imperator; ſed quid juſſiſſet, niſi Deus tonuiſſet?* Non ergo labuntur hic homines de fide, reputantes hoc factum Imperatoris devoti executorium eſſe divini præcepti.

Auguſtinus To. 4. pag. 1146. num. 8.

* M. extant

* M. quomodo

Prov. 21. 1.

Pſal. 120. 1.

Pſal. 103. 7.

* M. quis

* Conſtantinum

7. Quinto inſuper arguit noſter Wicleffus, Papam eſſe Antichriſtum, *de Chriſto & Antichriſto*, cap. XIII. WICLEFFUS. Chriſtus (inquit) „ prohibuit ſuos ferire gladio, ſed pati ut ipſe, „ cum potuit hoſtes ſuos faciliter, ſi voluiſſet, „ ſuperare, ut patet Joan. XVIII. Papa autem „ dicitur dotare milites de bonis pauperum ad „ cumulandum ſibi ſuperfluitates ſtercorum. -- „ Sequitur. -- Ex his practice declaratis, declarari poteſt patentius, quod Papa ad bella ſic „ provocans ſit patulus Antichriſtus; Hæc ille.„ Hic patet, illum cuncta indiſtincte confundere, & tam damnare in Papa quod alios in cauſa Chriſti Eccleſiæ provocet ad bellandum, quam quod ipſe procedat ad bellum. Et cur ergo tradidit Chriſtus Petro utrumque gladium, ſpiritualem ut puta, & temporalem? Bernardus *ad Eugenium* ſatis commendanter exponit lib. IV. dicens, BERNARDUS. Quid tu denuo uſurpare „ gladium tentes, quem ſemel juſſus es ponere in vaginam? Quem tamen qui tuum negat, non ſatis mihi attendere videtur verbum „ Domini, dicentis ſic: *Converte gladium tuum in vaginam*. Tuus ergo & ipſe, TUO FORSITAN NUTU, ETSI NON TUA MANU evaginandus. Alioquin ſi nullo modo ad te pertineret & is; dicentibus Apoſtolis, *Ecce duo gladii hic*, non reſpondiſſet Dominus, *ſatis eſt*, ſed *nimis eſt*. Uterque ergo Eccleſiæ, „ & ſpiritalis ſcilicet gladius & materialis; ſed „ is quidem pro Eccleſia, ille vero ab Eccleſia exercendus * eſt. Hæc ille. Ecce jam non erit Papa patulus Antichriſtus, etſi gladium habeat temporalem. Habet eum *ad nutum*, in quo pro Eccleſia miles cædat: quod ſi nec ad nutum, ſcilicet, ne hortari poſſit milites in cauſa Chriſti ad percutiendum in gladio, quomodo habet eum? Habet certe; vel fallitur Chriſtus, qui dedit eum; *ad nutum* dico, non *ad manum*, quemadmodum Auguſtinus XXII. libro *contra Fauſtum Manichæum*, cap. LXX. in fine, AUGUSTINUS. Utique (inquit) Dominus „ juſſerat, ut ferrum diſcipuli ejus ferrent; ſed „ non juſſerat ut ferirent. Quid ergo incongruum, ſi Petrus poſt hoc peccatum factus „ eſt Paſtor Eccleſiæ, ſicut Moyſes poſt percuſſum Ægyptium factus eſt rector Synagogæ? „ Hæc Auguſtinus.

Quintum argumentum Wicleffi.

Bernardus To. 1. cap. 3. de Conſid. pag. 444. num. 7.

Joan. 18. 11.

Luc. 22. 38.

*M. exſerendus

Auguſtinus To. 8. pag. 402.

CAPUT L.

Declaratur, quod Papa non ſit patulus Antichriſtus, ſecundum quatuor proprietates Antichriſti.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Chriſtus habuit juriſdictionem non ſolum in Judæos, ſed etiam in omnes gentes: quamvis primo omnium ad oves domus Iſrael miſſus fuerit.*
2. *Apoſtoli ex, præcepto Chriſti dilatarunt Eccleſiæ terminos, quæ non eſt uno loco contenta, ſed totum mundum cæleſti occupat prædicatione.*
3. *Papæ & Eccleſiaſticorum munus eſt ex mandato Spiritus Sancti, ut regnum Chriſti, quantum in illis eſt, per fidem dilatent.*
4. *Equitatus, & alii ſplendidi Papæ apparatus, non ſunt contrarii Chriſto: ſiquidem ille agnoſcat eos eſſe pro tempore tolerandos, non affectandos pro debito.*
5. *Solium Papæ, quod ſymbolum eſt authoritatis docendi & judicandi, habet fundamentum in Scripturis Sanctis, & in Patribus; non autem in dotatione Cæſarea.*
6. *Petrus tres Sedes erexit, ſed præcipuam Romæ.*

7. *Epi-*

(*a*) In Wicleviſtis id vidit Bohemia atque Britannia; & demum in Calviniſtis idem horruit Gallia, tot rapinis, & cædibus ab eis diu afflicta, ſub religionis & pietatis obtentu.

(*b*) Plura ſunt devoti Conſtantini facta, quibus Eccleſia Chriſti non parum elevata eſt. Dedit quippe Eccleſiis prædia, latifundia, ornamenta, vaſa, Codices ſacros, quos in membranis exquiſitiſſimis venuſte deſcribi juſſit, curante Euſebio Cæſarien. Frumentum etiam in ſingulos annos Eccleſiis ſuppeditari juſſit. Lege quoque lata licentiam omnibus dedit, ex bonis ſuis quidquid vellent, Eccleſiis teſtamento legandi, Cod. *de Sacroſ. Eccleſiis lib.* 2. Bona inſuper Eccleſiæ olim inique ablata, reſtitui mandavit, ut narrat in ejus vita lib. 2. cap. 39. Euſebius. Sed Urbes eum Romanæ Eccleſiæ donaſſe, Provincias ac Regna, adeo incertum eſt, immo tot falſitatis caracteribus exploſum, ut vix quiſquam nunc ſit qui id affirmare præſumat.

7. *Epiſcopi, quod Reges & Imperatores coronis unctionibuſque inſigniant, non recenti, ſed vetuſtiſſimo jure habent.*

8. *Cum in Scripturis Sanctis homines appellentur* Dii, *non eſt ſcandalum Eccleſiæ, ſi ſummus Pontifex etiam* Deus in terris *vocetur: præſertim vero in terrorem, & vindictam impiorum.*

A

1. PRoprietates Antichriſti ſupponit noſter Wicleffus, ex quibus arma ſumit in Papam in lib. *de Chriſto & Antichriſto*, cap. IV.

Wicleffus.

WICLEFFUS. Prima (inquit) eſt quod Chriſtus „ ſibi limitavit rationabiliter locum juriſdictionis in Judæa: *Non ſum miſſus* (inquit) *niſi ad oves &c.* ut patet Matth. XV. Quando autem viſitavit Samariam, Tyrum, & Sidonem, vel terras alias, hoc fecit figurative, ad denotandum, quod gentes fuerunt poſtmodum in ovili Domini convertendæ: & in iſtis terris convertit filios Iſrael. Papa autem vellet extendere ſuam juriſdictionem per totam terram habitabilem, dum lucrum ſibi ſaperet. -- Sequitur. -- Immo, ſi crederet iſtud ſonare ſibi in lucrum, vellet ſuam juriſdictionem extendere per vacuum infinitum. „ Hæc Wicleffus. Et reſumit ſecunda parte *de ſerm. Dom. in monte*, cap. LXI. Quam libenter iſte errat in Chriſtum, ut ſub colore tali fucato feratur in Papam! At quis Chriſtianus credit Chriſtum non habuiſſe juriſdictionem, niſi in Judæos, audiens ipſum dicere, *Omnia dedit mihi Pater*. Et iterum, *Omnia traham ad meipſum*: & quod alias oves habet, quæ non ſunt ex hoc ovili &c. & quod dominabitur a mari uſque ad mare, & a flumine, uſque ad terminos orbis terrarum; quod de Eccleſia Chriſti prædixit Propheta? Et Paulus dixit, ſe accepiſſe gratiam & Apoſtolatum ad obediendum fidei *in omnibus gentibus* pro nomine ejus ad Rom. I. Et quomodo accepiſſet ipſe in nomine Chriſti Apoſtolatum in Romanos, in quos Chriſtus ipſe juriſdictionem non habuiſſet? Non ergo moremur in hac hæreſi, quæ tam patenter Epiſcopatui Chriſti præjudicat: ſed reſpondeamus ad inductum. *Chriſtus (inquit) limitavit ſibi locum juriſdictionis in Judæa, Non ſum miſſus (dicens) niſi ad oves &c.* Ex hoc innuens, quod Chriſtus non ſit miſſus ad Gentes. Falſe intelligis. Ad gentes miſſus eſt Chriſtus; & illas dixit *alias oves* ſuas, quas tamen non adduxit. Sed tamen primo omnium miſſus eſt ad oves domus Iſrael, ſecundum illud Apoſtoli ad Roman. I. *Virtus Dei in ſalutem eſt omni credenti, Judæo primum & Græco*. Et in *Commentario* ſuper eumdem locum, & jam dictum textum Matth. XV. HIERONYMUS. *Non ſum miſſus* „ *niſi ad oves perditas domus Iſrael:* non quod & ad Gentes non miſſus ſit, ſed quod primum ad Iſrael miſſus ſit: ut illis non recipientibus Evangelium, juſta fieret ad gentes tranſmigratio. „ Hæc Hieronymus. At cœce & perfide, cur non attendis Chriſtum, qui dixit, *Non ſum miſſus niſi ad oves Iſrael*, etiam pro eodem tempore dixiſſe diſcipulis, *In viam gentium non abieritis?* Sed ſi per hoc extra Judæam juriſdictionem non habuit, cur illuc poſtmodum temere Apoſtolos ſuos miſit, cum dixerat, *Euntes in mundum univerſum, prædicate Evangelium omni creaturæ*, niſi quia dilatare voluit juriſdictionem ſuam per totam terram

Matth. 15. 24. — Chriſtus habuit juriſdictionem ſuper omnem terram. — Joan. 13. 3. — Joan. 12. 32. — Joan. 10. 16. — Pſal. 71. 8. — Rom. 1. 5. — Matth. 15. 24. — Rom. 1. 16. — Hieronymus To. 7. pag. 116. — Matth. 10. 5. — Marci 16. 15.

habitabilem? Aut quid aliter congregavit Spiritus Chriſti Apoſtolos? Ad quid iterum per ſortes diviſit, ut non fabuloſa refert hiſtoria (a) quam ſequi videtur in Commentario *ſuper Iſaiam* lib. X. ſuper textum, *Ipſe miſit eis ſortem*, HIERONYMUS. Dominus (inquit) mandaverat eis, *Ite & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Spiritus illius congregavit eos, deditque eis ſortes, ut alius ad Indos, alius ad Hiſpanias, alius ad Illyricum, alius ad Græciam pergeret; & unuſquiſque in Evangelii ac doctrinæ provincia requieſceret. „ Hæc Hieronymus. Et Caſſiodorus *ſuper Cantica*, exponens textum, *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens?* CASSIODORUS. Quæ (inquit) eſt iſta, ideſt, qualis & quanta eſt Eccleſia, quæ progreditur, ideſt, proficit de virtute in virtutem? B Non enim ſtare, ſed progredi dicitur Eccleſia, quia non eſt uno loco contenta, ſed totum mundum cœleſti occupat prædicatione. „ Hæc ille.

a — Iſai. 34. 17. Hieronymus To. 4. pag. 445. — Matth. 28. 19. — Cant. 6. 9. Caſſiodorus To. 1. pag. 325. — Eccleſia totum occupat mundum.

2. An hoc fecerat lucrum ſuum Paulus, cui Judæa non ſuffecit, nec Græcia ſpatioſa, quin ab hinc uſque ad Illyricum mare repleret Chriſti Evangelium? Et Beatus Petrus primo extendit juriſdictionem ſuam per Romam, & deinceps per Europam: & Joannes per Aſiam; & omnes Chriſti fideles adhuc chriſtianiſſime cupiunt per totum mundum Chriſti fidem diffundi, clamantes ad Deum, C ne in anguſta Judæa incarceretur Eccleſia, qualiter prophetice præcinit Iſajas: „ Dicent (inquit) in auribus tuis filii (b), quos perdidiſti: Anguſtus mihi hic locus eſt; fac mihi locum, ut habitem. „ Iſai. XLIX. Super quod *in Commentario* lib. XIII. HIERONYMUS. Quæ enim (inquit) prius deſerta fuerant & dilapſa in ſolitudines & ruinas, adveniente Chriſti Evangelio, inſtaurabuntur, & tantam habebunt habitatorum multitudinem, ut eos capere non poſſint. Ita dumtaxat, ut perſecutores fugentur procul. -- Sequitur. -- *Qui deſtruebant te & diſſipabant, exibunt a te.* D Filiique ſterilitatis tuæ, quos putabas penitus perdidiſſe, & illis te eſſe viduatam, dicent in auribus tuis: Anguſtus mihi eſt locus in Synagogis; fac mihi ſpatium in Eccleſiis, ut habitem latius, ut non comprimar blaſphemiis Judæorum, ut totum orbem tua mecum capiat latitudo. „ Hæc Hieronymus.

Iſai. 49. 20. — b — Hieronymus To. 4. pag. 571.

3. Vides ecce votum eſſe Spiritus Sancti, ut per totum orbem latitudo protendatur juriſdictionis Eccleſiæ. Et hoc mandavit Spiritus Sanctus tam Papæ, quam omni Eccleſiæ, ut regnum Chriſti per fidem dilatarent quantum poſ- E ſent per orbem, per os ejuſdem Iſajæ, ut exponit lib. XVIII. *de Civ. Dei*, cap. XXIX. AUGUSTINUS. Jam (inquit) quod de Eccleſia ſequitur, audiamus: *Lætare ſterilis, quæ non paris; erumpe & clama quæ non parturis, quoniam multi filii deſertæ magis quam ejus quæ habet virum*. Dilata locum tabernaculi tui & caularum tuarum: fige, (c) noli parcere, prolonga funiculum tuum & palos tuos conforta. Adhuc in dexteram & ſiniſtram partem extende. Et ſemen tuum hæreditabit gentes, & civitates deſertas inhabitabis. Ne timeas, quoniam confuſa es; neque reverearis,

Auguſtinus To. 7. pag. 510. num. 2. — Iſai. 54. 1.

(a) Hiſtoria quam narrat Clemens I. Papa in Epiſt. ad Jacobum Fratrem Domini.

(b) *Vulg.* Filii ſterilitatis tuæ: anguſtus eſt mihi locus, fac ſpatium mihi ut habitem.

(c) Hæc verba (ut dicit Lodovicus Vives) ſecundum verſionem Septuaginta protulit Divus Auguſtinus.

„ ris, quia exprobata es; quoniam confuſio-
„ nem æternam oblivifceris, & opprobrii nu-
*M. viduitatis „ ditatis * tuæ non eris memor: quoniam Do-
„ minus faciens te, Dominus ſabaoth nomen
„ ei; & qui eruit te, ipſe Deus Iſrael univer-
„ ſæ terræ vocatur. „ Hæc ille. Vides ergo
debitum eſſe Papæ dilatare Eccleſiam Chriſti A
per univerſam terram. Quid tu interpretaris
ad malum quod conatur explere præceptum?
Matth. 15. 19. De corde ergo tuo exeunt iſtæ cogitationes ma-
læ, blaſphemiæ, & teſtimonia falſa de Papa,
quod hoc faciat in lucrum ſuum, niſi hoc blaſ-
phemes æque in Spiritum Sanctum. Sed uti-
nam non fruſtra in te ipſum converteres argu-
mentum, qui, faciente diabolo, in lucrum An-
tichriſti, extendis ejus jurisdictionem per terras
Wicleffus dominium diaboli dilatari ſtudet. quas vales. Aut poſt Angliam inclytam, quid
ſubegiſti Bohemiam (a)? De partibus Portugal-
a liæ & Hiſpaniæ revoca perverſos paſtores tuos
b (b). Quid tu per totam terram habitabilem, B
Antichriſti paras imperium, in detrimentum
Chriſti Eccleſiæ, & fidelium diſpendium ani-
marum?

4. Secunda Chriſti proprietas, cui Papa ad-
verſatur, ut dicit, quaſi Antichriſtus expreſſus,
Wicleffus. WICLEFFUS. Venit (inquit) Jeruſalem ſedens
Matth. 21. 7. „ ſuper aſinam & pullum ejus ſine ſella, dum
„ diſcipuli poſuerunt ſuper ea veſtimenta ſua,
„ & eum deſuper ſedere fecerunt. Matth. XXI.
„ Papa autem dicitur habere Cardinales, & fa-
„ miliam nimis ſuperfluam ad onus Eccleſiæ:
„ & illi cum equitant, habent ſellas ſplendi-
„ das: & finaliter Papa dicitur movere Cæſares C
„ ad ducendum ſibi frœnum cum ſuperfluo ap-
„ paratu; & ſedendo poſtmodum in ſolio face-
„ re magnos, & dignos fideles, pedes ſuos cum
„ genuflexionibus oſculari. Sed quæ convenien-
„ tia Chriſti ad Belial? „ Hæc Wicleffus loco
*Lib. de Chriſto & Antichriſto cap. 4. ſupradicto *. Quantum ad equitatum Papæ cum
ſplendida familia & copioſa, non neceſſe habet
Eccleſia monitione hæretica. Satis inſtruunt ma-
*al. magiſtrum gnum * noſtrum Antiſtitem (ſi tamen inſtruere
liceat) monita filiorum. Audi bene quod olim
* De Conſid. filius ejus prudens dixit *ad Eugenium* lib. IV.*
Bernardus To. 1. cap. 3. pag. 443. num. 6. BERNARDUS. Paſtorem te populo huic certe aut
„ nega, aut exhibe. Non negabis; ne cujus ſe- D
„ dem tenes, te neget hæredem. Petrus hic eſt,
„ qui neſcitur proceſſiſſe aliquando vel gemmis
„ ornatus, vel ſericis, nec tectus auro, nec ve-
c „ ctus equo albo (c), nec ſtipatus milite, nec
* M. miniſtris „ circumſtrepentibus ſeptus militibus *. Ab-
„ ſque his tamen credidit ſatis poſſe implere
Joan. 21. 15. „ ſalutare mandatum: *Si amas me, paſce oves*
„ *meas*. In his ſucceſſiſti non Petro, ſed Con-
„ ſtantino. CONSULO TOLERANDA PRO TEM-
„ PORE, non affectanda pro debito. Ad ea te
„ potius incito, quorum te ſcio debitorem. Etſi
d „ purpuratus (d), etſi deauratus incedens, non
„ eſt quod horreas operam curamque paſtora- E
* M. Paſtoris „ lem paſtoralis * hæres; non eſt quod erube-
„ ſcas Evangelium. „ Hæc ille. Melius mode-
ratur hunc ſplendorem apparatus Papalis Ber-
nardus Sanctus, quam Wicleffus prophanus.
Apparatus Papalis tolerandus, non affectandus. *Conſulit toleranda pro tempore, non affectanda*
pro debito. Ad quam antichriſtianam proprie-
tatem (ſecundum Wicleffum) quis Sanctus con-
ſuleret? Quis non omnibus viis dehortaretur

& modis? Et ſi de magna circumſtrepente fa-
milia murmur fiat, in hoc non erit Papa Chri-
ſto contrarius, qui, ut notaſti, cum Jeroſoly-
mam pergeret, cum tam magnis turbarum con-
curſibus, quarum quædam præcedebant, & ali-
quæ ſequebantur, quæ ex populis erant; qui
comitabantur eum de Jericho ſecundum Hiero-
nymum ibidem in *Comment.* Matthæi: & cum
tanta manu Templum intravit, ut humana ope Joan. 2. 15.
evertere poſſet menſas mercantium indecenter.

5. Et quantum eſt de excelſo ſolio, in quo Pſal. 106. 32.
Papam redarguis collocatum, mihi videtur te
non advertiſſe Pſalmiſtam de Cathedra Petri
dicentem, *Exaltent eum in Eccleſia plebis, &*
in Cathedra ſeniorum laudent eum. Cathedra ſe-
niorum, ideſt, *Presbyterorum:* ſic enim deduxi
ſupra * Presbyteros appellatos. Unde Moyſi Ca- *Cap. 27. num. 2.
thedra excelſa fuit, quæ uſque ad tempus Chri-
ſti ſucceſſive recepit legem ejus docentes. Un-
de Dominus, *Super Cathedram Moyſi ſederunt* Matth. 23. 2.
Scribæ & Phariſæi. Sic quod prædictus modus
Cathedram ſtatuendi trahebatur ex conſuetudi-
ne Scripturarum, ubi Cathedra Moyſi deputa-
batur ſucceſſoribus Cathedræ, ob authoritatem
docendi legem acceptam. Unde *contra Adiman-*
tum diſcipulum Manichæi, capitulo XVI. AU- Auguſtinus
GUSTINUS. Ait enim: *Super Cathedram Moyſi* To. 8. pag. 134. Matth. 23. 2.
„ *ſedent; quæ dicunt facite, ſed quæ faciunt,*
„ *facere nolite: dicunt enim & non faciunt*.
„ Quo loco & authoritatem legis, quæ per Moy-
„ ſen data eſt, confirmat Dominus, & tamen
„ cavendos & fugiendos eſſe mores eorum qui
„ legi, quam acceperant, non obtemperabant,
„ apertiſſime oſtendit. „ Hæc ille. Iſta eſt Cathe-
Cathedra Pontificis quid ſignificet. dra Papæ, authoritas docendæ legis Chriſti perce-
ptæ. De hoc item ſolio prophetavit Zacharias cap.
„ VI. Vir oriens nomen ejus -- Sequitur -- Sede- Zach. 6. 12.
„ bit & dominabitur ſuper ſolio ſuo, & erit
„ Sacerdos ſuper ſolio ſuo, & conſilium pacis
„ erit inter eos. „ Ecce Chriſtus in ſolio ſuo,
& Sacerdos in ſolio ſuo, ſalva pace. Item in Job
XXIX. appellatur Cathedra: *In platea enim pa-* Job 29. 7.
rabant mihi Cathedram: quod exponens in lib.
annotationum ſuper Job ſecundum aliam tran-
ſlationem, AUGUSTINUS. In plateis (inquit) Auguſtinus
„ ponebatur mihi ſella, ideſt, a turbis deſere- To. 3. pag. 632.
„ batur mihi docendi authoritas. „ Hæc ille.
Quod ergo perverſo ſenſu exponis ad pompam,
hoc Auguſtinus, hoc fideles catholici, docendi
reputant poteſtatem. Nec calumniari potes, hanc
ſolii gloriam exordium accepiſſe de dotatione
Cæſarea, quam prævenit Urbanus Papa, ſtatuens
in omnibus Eccleſiis Præſulum excelſam cathe-
dram ordinandam, Decreto ſuo primo, cap. IV.
URBANUS. Quod (inquit) ſedes in Epiſcoporum Urbanus I.
„ Eccleſiis excelſæ conſtitutæ & præparatæ in- Apud Labbeum To. 1. pag. 635.
„ veniuntur in throno *, ſpeculationem & po- * Libreus ut thronus
„ teſtatem judicandi & ſolvendi atque ligandi
„ a Domino eis datam materiam docent. Un-
„ de Salvator in Evangelio ait. *Quæcumque li-* Matth. 18. 18.
„ *gaveritis ſuper terram &c.* Et alibi, *Accipite* Joan. 20. 23.
„ *Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata,*
„ *remittuntur eis*. „

6. Habet ergo ſolium Papæ ad minus inter
cathedras Sanctorum Pontificum fundationem
ſuam ab ipſa prima Petri, & ſucceſſorum Anti-
ſtitum. Sic enim ſupputare videtur VI. lib. *Re-*
giſtri,

(a) Per Joannem Huſſium Bohemum qui ex Anglia Trialogum in Patriam deportavit, univerſam Wicleffus corrupit Bohemiam.

(b) Zelo propagandæ Sectæ miſit Wicleffus uſque ad Hiſpaniæ, & Luſitaniæ terras emiſſarios ſuos, qui non pari, ut in Bohemia, ſucceſſu profecerunt. Dixit enim ſupra Waldenſis de Wicleviſtica hæreſi, cap. 22. num. 5. *Quam Hiſpanus miratur, Hungarus nondum accepit, aut Polonus &c.* Simili porro evulgandæ falſitatis, & augendæ factionis prurito ducti ſunt poſtea moderni hæretici, præſertim Calviniſtæ, qui uſque ad Græciæ fines, ſuos deſtinarunt miniſtros.

(c) Collige hinc morem tunc fuiſſe ut Pontifex Romanus equo albo veheretur: quod etiam probat Sugerius in lib. de vita Ludovici Groſſi.

(d) Petrus Damiani Pontifici rubram cappam tribuit in lib. 1. Epiſt. 20. Hadrianus IV. apud Joannem Saresberienſem in Polycratici lib. 8. cap. 23. ait *Coronam & Phrygium* (quod alio nomine *Regnum* vocatur) *clara merito videri, quia ignea ſunt*.

giſtri, Epiſtola *ad Eulogium Alexandrinum*, & eſt Epiſtola XXXVII. quæ incipit, *Suaviſſima mihi Sanctitas veſtra*, GREGORIUS. Itaque cum „ multi ſint Apoſtoli, pro ipſo Principatu ſola Apoſtolorum Principis Sedes in authoritate convaluit, quæ in tribus locis unius eſt. „ Ipſe enim ſublimavit Sedem*, in qua etiam „ quieſcere, & præſentem vitam finire dignatus eſt. Ipſe decoravit Sedem*, in quam „ Evangeliſtam diſcipulum miſit. Ipſe firmavit „ Sedem*, in qua ſeptem annis, quamvis diſceſſurus, ſedit. „ Hæc ille. Ecce tres Sedes erexit Petrus & ſedit, quamvis præcellenter in Roma.

Gregorius To. 2. lib. 7. Epiſt. 40. pag. 888.

* Romanam

* Alexandrinam

* Antiochenam

7. Adhuc infert aliam Antichriſti conditionem, ex qua Papam arguit Antichriſtum, ſecunda parte *de Serm. Dom. in monte* cap. XXXVI. WICLEFFUS. Tertia (inquit) conditio Antichriſti eſt, quod ipſe quærens lucrum proprium, „ quærit gloriam propriam, & ſic facit ad oſtentationem ſæculi quidquid facit. -- Et multum infra exprimit in particulari. -- Nam coronando Cæſarem, conferendo Epiſcopatus, „ & alias dignitates; quæ neſcit ſi conſonant „ beneplacito Dei Patris, videtur omniquaque „ ad gloriam mundanam & lucrum proprium „ aſpirare. „ Hæc Wicleffus. Quantum mihi videtur, non ſero commiſſum eſt Sacris Epiſcopis coronis Reges & unctionibus inſignire. Dicit enim VIII. libro Epiſtolar. Epiſtola quæ intitulatur *de traditione Baſilicæ* Sanctus Pater AMBROSIUS. Veteri (inquit) jure a Sacerdotibus legimus donata Imperia, non uſurpata; „ & vulgo dici, quod Imperatores Sacerdotium „ magis optaverunt, quam Imperium Sacerdotes. Chriſtus fugit, ne rex fieret. „ Hæc Ambroſius. Ecce non novo, ſed veteri jure Sacerdotes donaverunt Imperia. Fuiſſet autem non *vetus* ſed *novum* jus, ſi in Conſtantino cœpiſſet, qui non præceſſit diu Sanctum Ambroſium (*a*). Sed forſan vis, ut Reges ſe ipſos inſigniant, & ſic Sacramenta conſecrationis alienæ recuſent? Hoc te velle exiſtimo de Regibus, quod de Sacerdotibus tradidiſti. Sed ſtatim hujus inſtitutionis exordium obviat ſic dicenti, cum Joſve legimus juſſione Domini per Moyſen conſecratum in Principem, Num. XXVII. Dixit Dominus ad Moyſen, „ Tolle Joſve filium Nun, virum in quo eſt ſpiritus, & pone manum tuam ſuper eum, qui ſtabit coram Eleazaro Sacerdote, & omni multitudine, & dabis ei præcepta cunctis videntibus, „ & partem gloriæ tuæ. „ Hic ecce tria concurrunt in conſecratione Principis: conſenſus multitudinis, cujus offerebatur præſentiæ: authoritas Sacerdotis, qui deſignabatur ex nomine; & collatio conſecrantis, cui par factus eſt gloriæ poteſtate. Unde *in quæſtionib. ſuper lib. Numeror.* quæſt. LIV. recitans quod dictum eſt, *In quo eſt Spiritus*, AUGUSTINUS. Ubi quid „ aliud, quam Spiritum Sanctum debemus accipere? Non enim de Spiritu hominis hoc „ diceret, quem nullus erat qui non habebat. „ Juſſus eſt tamen Moyſes ei manus imponere, „ ne quiſquam homo qualibet præpollens gratia, Sacramenta conſecrationis audeat recuſare. „ Hæc Auguſtinus. Sed novi inſidias inimici. Statim ſcio, occurret obviam Wiclevista. „ Qualiter ergo (inquiet) officium conſecrandi Reges per hanc legem conveniet Sacerdoti, cum hic non Sacerdos Eleazarus, „ ſed Dux Moyſes Joſve conſecravit? „ Ne quidquam notandum in rebus præteritent figuræ; & per hoc omnia hæc in ſuum principium reſolvantur. Omnes Poteſtates in lege veteri derivantur a Moyſe, & omnes Poteſtates in lege nova trahuntur * a Chriſto. Moyſes, dico tibi, ibi Chriſti figuram gerebat, dicente Iſidoro lib. II. *de Origine Officiorum* cap. V. ISIDORUS. Fortaſſe (inquit) quæritur, cujus figuram gerebat Moyſes. Si enim filii Aaron Presbyterorum figuram faciebant, & Aaron Summi Sacerdotis, id eſt Epiſcopi; Moyſes cujus? „ Indubitanter Chriſti, & vere per omnia Chriſti, quoniam fuit ſimilitudo Mediatoris Dei, „ qui eſt inter Deum & homines Jeſus Chriſtus, qui eſt verus Dux populorum, verus „ Princeps Sacerdotum, & Dominus Pontificum. „ Hæc ille. A Chriſto ergo omnis conſecratio & impoſitio manuum in lege nova incœpit, quæ prius ſolis Sacerdotibus, aut interdum Prophetis licebat, ad ſignificandum Sacerdotium tunc temporis imperfectum. Sic Samuel unxit Saul, unxit & David in domo Patris per conſecrationem, cujus duæ aliæ unctiones ſignificabant ſolam populi conſenſionem & electionem gratuitam. Et Sadoch Sacerdos unxerat Salomonem, & ſic deinceps: ita ut in noſtro tempore hujus Sacramenti (*b*) collatio ſolis Sacerdotibus antiquo jure, ut Ambroſius ſupra dixit, conveniat.

Wicleffus.

Ambroſius To. 2. Epiſt. 20. pag. 858.

Joan. 6. 15.

Num. 27. 18.

Quæ requirantur in conſecratione Principis.

Auguſtinus To. 3. pag. 551.

* Cod. Vat. trajicitur omnis poteſtas a Chriſto.

Iſidorus Pag. 577. Moyſes Chriſti figuram gerebat

Regum conſecratio, cur aliquando a Prophetis facta

1. Reg. 10. 16.

1. Reg. 1. 39.

8. Accipit quarto loco occaſionem malignandi contra Papam, eo quod quidam gloſſatores eum nuncupant *Deum*, in lib. *de Chriſto & Antichriſto*, cap. ultimo. WICLEFFUS. De Papa „ (inquit) dicitur, quod tota vita ejus & geſta ſunt ad quærendam gloriam hujus mundi. Quare rogo, propter quam cauſam conſentiret vocari Pater Sanctiſſimus, & per ſuos „ gloſſatores vocari *Deus mixtus*, vel *Deus in terris?* „ Hæc Wicleffus. Breviter expediamus iſtam calumniam: ſimul enim cum fine verborum finivit ingenium. Quis Scripturarum tantillus auditor eſt, ut neſciat Deos vocari homines abuſive per participationem, qualiter Dominus in Evangelio dicit, antiquitus dictos eos eſſe Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt? Et in Pſalm. Rex magnus ſuper omnes Deos. Super quod in eumdem Pſal. AUGUSTINUS. Hic (inquit) accipit homines Deos: non enim Rex „ Dominus ſuper dæmonia. Et hinc habemus „ Scripturæ teſtimonium, *Deus ſtetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos diſcernit* „ *. Deos dixit participatione; non natura, „ ſed gratia, qua voluit facere Deos. Quantus „ Deus eſt, qui fecit Deos? „ Hæc ille. Vide jam utrum Dii non ſint, quos Deus ipſe per gratiam Deos facit. Quid ergo latras in Papam, Patrem ſub Patre Chriſto, & divinarum vicarium gratiarum? Cur omnes per gratiam adminiſtrationis ejus Dii ſunt, & ipſe Deus non erit inter omnes Deos? Sed & aliud audeo dicere: IPSI TIBI ET SECTATORIBUS TUIS EST DEUS. QUALITER? Per terrorem: quemadmodum Moyſes eſt Deus Pharaonis, Exodi VII. quod exponens ſuper *Beati immaculati*, verſu *Portio mea Domine*, AMBROSIUS. Rex (inquit) erat Pha-

Wicleffus

Joan. 10. 35.

Pſal. 94. 3.

Auguſtinus To. 4. pag. 116. num. 6.

Pſal. 81. 1.

* Vulg. dijudicat

Quo ſenſu poſſit Papa vocari Deus

Exodi 7. 1.

Ambroſius To. 1. pag. 1062. num. 15.

(*a*) Obiit Conſtantinus Imperator an. Chr. 337. juxta *Valeſium* in annotationib. ad lib. IV. Euſebii de vita Conſtantini. Ambroſius autem Epiſcopatum init an. Dom. 375.

(*b*) Sacramentum vocat unctionem Regum, non quod ſit novæ legis & Eccleſiæ Sacramentum; ſed quia unctio illa eſt Sacrum aliquod ſignum. Eo enim exprimitur elevari unctum ad novam quamdam dignitatem, & reddi Sanctum, Sacrum, & inviolabilem. Id ſignificabat unctio vaſorum templi Exodi 30. & unctio Lapidis facta a Jacob Gen. 28. Porro unctio Regum vocatur Sacramentum, quia eſt ſolemnis inauguratio, qua pactum initur inter Regem & populum. Ille quippe ad ſubditorum tutelam quoad vitam, honorem, ac ſubſtantias adſtringitur: populus econtra ad fidelitatem, ſubjectionem, atque vectigal.

„ Pharao, ſed Deus non erat. Moyſes factus „ eſt illi Deus, hoc eſt, Regi ipſi terribilis, „ quem Rex metueret & timeret. Sed hæc erat „ potentia Sanctitatis. In talium congregatione „ Deorum Deus ſtat atque diſcernit. Et tu, ſi „ vis Deus eſſe, peccatoribus terrori, Regibus „ reverentiæ, ut tamquam Deo videantur tibi „ eſſe ſubjecti, qui operaris in Dei nomine: „ contemne quæ ſæculi ſunt, & Dominicæ paſ„ ſionis opprobrium contende omnibus præfer„ re divitiis.„ Hæc ille. Et in primo Regum Prophetæ dicuntur os * Dei, quia ex ore Domini loquebantur. Unde in *Hebraicis Quæſtionibus* ſuper Samuelem, HIERONYMUS. Si timue„ ritis Dominum, & ſervieritis ei, & audieritis „ vocem ejus, & non exaſperaveritis os Domi„ ni. *Os Domini* dicit os Prophetarum, quia „ ex ore Domini loquebantur.„ Hæc ille. Ergo non eſt ſcandalum Eccleſiæ, ſi cæteri ſcripſerunt *Papam* Deum, qui cunctis male potentibus debet eſſe terrori; & in ore Domini contra peccata fulminare ſententias, & eſſe eis capitalis metus in nomine Chriſti Jeſu, cujus geminum gladium portat. Et quidem Sancti Patres hoc ipſum titulo Papæ figunt. Unde lib. IV. *ad Eugenium*, in fine colligens ſummatim Papatus officium, BERNARDUS. Cæterum (inquit) „ oportere te eſſe conſidera formam juſtitiæ, „ ſanctimoniæ ſpeculum, pietatis exemplar, „ aſſertorem veritatis, fidei defenſorem, Docto„ rem gentium, Chriſtianorum Ducem, ami„ cum Sponſi, Sponſæ paranymphum, Cleri „ ordinatorem, Paſtorem plebium, magiſtrum „ inſipientium, reſrigerium oppreſſorum, pau„ perum advocatum, miſerorum ſpem. -- Sequitur. -- ULTOREM SCELERUM, MALORUM ME„ TUM, bonorum gloriam, virgam potentium, „ malleum tyrannorum, Regum Patrem, legum „ moderatorem, Canonum diſpenſatorem, ſal „ terræ, orbis lumen, Sacerdotem Altiſſimi, „ Vicarium Chriſti, Chriſtum Domini, poſtre„ mo DEUM PHARAONIS.„ Hæc Bernardus.

* al. omnes

* Hieronymus To. 2. pag. 752. 1. Reg. 12. 14.

Papa male potentibus debet eſſe terrori.

Bernardus To. 1. cap. 7. de Conſid. pag. 450. num. 23. Qualem ſe debeat exhibere Papa.

CAPUT LI.

Reſpondetur ad argumenta, quod oportet eſſe Papam, quamvis Chriſtus perpendiculariter reſideat in Cœlis ſuper omnes juſtos. (*a*)

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Wicleffi error adducitur.*
2. *Quomodo Wicleffus intendat amovere Papam, & omnes ab Eccleſia Prælatos, oſtenditur.*
3. *Expenditur myſtica* perpendiculi *&* anguli *ſignificatio.*
4. *Chriſtus tametſi* perpendiculariter *reſideat ad zenith capitis cujuſcumque hominis in cœlo, non eſt propterea ſupervacaneus Summus Pontifex, cæterique Eccleſiæ Prælati, per quos in homines venit per regulares Sacramentorum lineas.*
5. *Ordinem non fruſtra Deus in cunctis rebus inſtituit, ut ſcilicet infima per media ad ſuprema tranſmittantur.*
6. *Chriſtus, ex ſpeciali privilegio, alicui per ſe ipſum & immediate gratiam confert.*

Pſal. 82. 15. 1. FLamma hæc hæretica, quæ comburit montes, Præſidentes ſcilicet in tota Eccleſia Jeſu Chriſti, diffunditur ſuper fornacem ſuam per tria argumenta ſpiritus vaſtatoris, diſſolvens ſemper Romani Præſulatus officium, & probare conata, quod inutiliter præſidet Papa mundo: quia Chriſtus, qui directe reſidet in cœlis ſuper fideles, per ſe ſatis abunde mini-
A ſtrat omnem gratiam ſpiritualem petentibus, ſine Papa. Unde *Concluſione* inter damnatas LX. WICLEFFUS. Experimento cognoſcimus, quod „ Papa vel mortuo, vel depoſito cum ſuis „ Cardinalibus & Prælatis Cæſareis, non mi„ nus, ſed amplius proſperaretur Eccleſia. Nam „ quantum ad Sacramentum Confirmationis „ cum Sacramento ordinis & benedictione Chriſ„ matis, cum Eccleſiis dedicandis, quæ appro„ priantur Epiſcopis, videtur, quod Chriſtus „ perpendiculariter reſidens in cœlis ſuper iſtos „ Presbyteros, daret illis poteſtatem talia fa„ ciendi.„ Hæc ille. Declaratio autem hujus
B & expreſſa probatio habetur ex Tract. ſuo II. *de ſerm. Dom. in monte*, cap. XXXVIII. WICLEFFUS. Blaſphemias (inquit) loquuntur, qui di„ cunt quod oportet cœleſtem radium de cœ„ lo deſcendere ſuper Romanum Pontificem, „ & ab ipſo reflecti ſecundum angulum ad pro„ vincias adjacentes per terras & maria; ac ſi „ prima veritas quæreret angulos, nec omne „ donum aut datum optimum deſcenderet a „ Patre luminum: ſic quod Deus non ſit per„ pendiculariter ſuper caput uniuſcujuſque ho„ minis. Sed quid magis hæreticum, cum Deus „ ex immenſitate ſua neceſſario ſit ubique? „
C Hæc Wicleffus.

Wicleffus

Wicleffus

Jac. 1. 17.

2. Procul dubio hæc myſtica allegoria de perpendiculis, quam vix in Scripturis habemus, duobus in locis, oppoſitos etiam ſupradictæ jam hæreſi facit egreſſus. Hic enim, ut patet, ex perpendiculari Dei ſuperſeſſu, arguit evacuandam Romani Sedem Pontificis. Lege Iſaiam XXXIV. Et propter perpendicularem Dei reſidentiam, per ſententiam auſertur de Sion omnis poteſtas nobilium atque Regum, ut ſic redigatur in nihilum, & fiat perpendiculum in deſolationem. Textus eſt iſte: „ Dies ultionis Do„ mini, annus retributionis judicii Sion, con-
D „ vertentur torrentes ejus in picem, & humus „ ejus in ſulphur. -- Sequitur. -- Extendetur „ ſuper eam menſura, ut redigatur ad nihi„ lum, & *perpendiculum* in deſolationem. No„ biles ejus non erunt ibi, & omnes Principes „ ejus erunt in nihilum: & orientur in domi„ bus ejus ſpinæ & urticæ.„ Super quem locum *in Commentario Iſaiæ* lib. IX. HIERONYMUS. Et „ hoc fiet, quia funiculus Domini atque *per*„ *pendiculum*, ideſt, ſententia illius, non va„ let immutari. Nobiles ejus, ideſt Apoſtoli, „ atque credentes, non erunt ibi, nec perdito-
E „ rum numero conjungentur, ſed Regem Chri„ ſtum potius invocabunt.„ Hæc ille. Hoc eſt ergo *perpendiculum* deſolationis & deſtructionis, quod primo tollit Apoſtolos, & ſucceſſores eorum Epiſcopos, ut etiam diruatur & dirigatur in nihilum. Lege item in Zacharia perpendiculum reformationis & gratiæ, quando reædificanda erat domus Domini ſub Zorobabel & Jeſu filio Joſedech. Textus eſt iſte: „ Hæc di„ cit Dominus: revertar in Jeruſalem in mi„ ſericordiis: domus mea ædificabitur in ea, ait „ Dominus exercituum: & *perpendiculum* ex„ tendetur ſuper Jeruſalem.„ Zach. 1. Ubi „ *Gloſſa:* Ædificabitur ſub Zorobabel & Jeſu filio

Perpendiculum in Scripturis, quid myſtice ſignificet.

Iſa. 34. 11.

Hieronymus Lib. 10. To. 4. pag. 444.

Zach. 1. 16.

(*a*) Quo melius ſuam Eccleſiam *inviſibilem* adſtruat, arguit *Wicleffus* Catholicos quod non directe, ut decet, ſed indirecte ac oblique Dei gratiam influere velint; ſcilicet, non a Deo immediate, ſed per Sacerdotes, ac Eccleſiæ miniſtros, nempe per Summum Pontificem ac inferiores Prælatos ſanctificari credentes. Ut autem aliquem fucum inſipientibus faciat, ad Scripturas divertit, & ex Iſai. 34. 11. deducit, quod Deus non oblique, ſed perpendiculariter reſideet in cœlis. Et hinc ſupervacaneum concludit eſſe in Eccleſia Papam, atque alios Prælatos, per quos Deus ſua hominibus dona communicet.

„ filio Joſedech. „ Et alibi Dominus ex miſe„ ricordia ſe eam reædificaturum promittit, & „ *perpendiculum* vel funiculum, ſecundum menſuram & ordines ſingulorum, in ea eſſe tenen„ dum. „ Hæc ibi. Reſidet ergo Dominus ſuper homines *perpendiculo deſolationis* & vindictæ, quando tolluntur Eccleſiæ Prælati & Pontifices: reſidet ſecundum *perpendiculum gratiæ*, quando ſub Prælatis Eccleſia ſumit ædificium, & tenetur ibi per *ſupra* & *ſub*, juxta præſidentium ordines ſingulorum. Videte Scripturas: ſi mihi non creditis, eis credite. Iſte Wicleffus docet nos in hoc paſſu quomodo deſcendat in nos perpendiculum ſeveriſſimæ Dei vindictæ per ſubtractionem Romani Pontificis, & cæterorum ſubjectorum ei Antiſtitum, quos Chriſtus paravit nobis in Apoſtolo ſuo Petro in *perpendiculo gratiæ* per ordines ſingulorum. *Sed nollem* (inquis) *radium divinæ gratiæ ad nos venire per angulum refractum ad aliquem*. Ego vellem fideles non audire te docentem Scripturas, ne radius *perpendicularis* luminis divini in umbra tua refractus offendat fideles.

3. Scito tamen genu noſtrum curvatum per primum peccatum, & ex eo omnes homines cum Jacob claudicaſſe in ſemitis Dei, propter

Gen. 32. 25. a

tactum nervi, cujus eſum (*a*) uſque hodie omnes veri Judæi, ideſt, confeſſores Chriſti, refugiunt. Sic etiam dicit Rhabanus *de naturis rerum* a *curvo* genu *angulum* eſſe dictum, lib. XIV. cap. XXII. RHABANUS. Angulus (inquit)

Rhabanus To. 1. cap. 23. pag. 157.

„ tractus eſt ex græco ſermone, ideſt, a *gony*, „ quod latine dicitur *genu*, eo quod inflexam „ ſpeciem anguli conformi qualitate reſtituat. „ Nam apud Græcos originem ſui nominis, „ in derivationibus omnino cuſtodit, ut tetra„ gonus, Pentagonus, & jis ſimilia. „ Hæc ille. Curvo genu ſemper hic incedimus, & nuſquam aut raro ſine vitio, quia ſumus natura

Pſal. 124. 5.

filii iræ, declinantes ſemper in obligationes ab originali *perpendiculo gratiæ*. Dicis, quod VERITAS NON QUÆRIT ANGULOS. Certe veritas

Luc. 15. 4.

quærens ovem perditam, angulos multos quærit. Et quid dicis? Eccleſia Chriſti militans in hac vita, ſicut non erit ſine ruga vel vitio, ſic nec ſine angulo. Quia ſic dicit Propheta Je-

Jerem. 31. 38.

remias cap. XXXI. *Ædificatur civitas Domino a turre Ananeel, uſque ad portam anguli*. Super quod in *Commentario* lib. VI. HIERONYMUS.

Hieronymus To. 4. pag. 1078.

„ Ædificatur (inquit) Eccleſia a turre *obedien„ tiæ* ſive *gratiæ*, & *donorum Dei* (Hoc enim „ interpretatur *Ananeel*) uſque ad portam an„ guli, quæ licet initium videatur habere ſu„ blime; tamen quamdiu in iſta carne ſubſi„ ſtimus, rectam veritatis lineam non poſſu„ mus poſſidere: ſed in angulo ſtamus, & fra„ ctis lineis exit ultra funiculus menſuræ con„ tra eam, ideſt, portam anguli, ſuper collem „ *Gareb*, qui in lingua latina *ſcabies* vertitur, „ aut *incolatus*, ut doceat nos advenas eſſe at„ que peregrinos, & non auribus prurientes, „ & ad novitatem dogmatum peſſimorum fa„ cile præbere conſenſum. -- Sequitur -- Vide „ quanta loca habet Eccleſia; & quod illud

Epheſ. 5. 27.

„ Apoſtolicum, *ut ſit ſine macula, aut ſine ru„ ga*, in futuro & in cœleſtibus reſervetur (*b*). „ Audis angulos, audis ſcabiem, audis ruinas „ & cineres, & regionem mortis & tenebras,

b

„ & de tua virtute & impœnitentia * gloriaris? „ Hæc Hieronymus. Te ipſum quærit Hieronymus, mi Wicleff, te interrogat: audis Angelos, audis ſcabiem, ſine quibus non ædificatur civitas Domino a turre gratiæ. Quid ergo de tua virtute gloriaris, putans in te ſine angulo

* M. impeccantia

A *perpendicularem* Dei gratiam reſidere? Puto te curare debuiſſe cum Ethnico *, ſi tunc eſſes, quomodo collocaſſet Neronem luſcum ſuper axem æquilibrum, ne ſedens depreſſus, non ſuam videat *obliquo ſidere Romam*. At qui ſolemnizandos putas angulos rectos aut refractos Euclidis, & Alacen (*c*) perſpectivum in ſplendoribus ſanctorum, fac, rogo, ne Occidentis populi gratiam ejus ſuſcipiant ab angulo reflexo, qui aſcendit ſuper cœlos cœlorum ad Orientem: aut dicas, qualiter omne donum perfectum, deſcendens a Patre luminum, veniat in perpendiculo, cum non veniat ad nos niſi per

* Lucano

Lucanus De bello Civ. lib. 1. in principio.

c

Pſal. 67. 34.

Jacobi 1. 17.

B Filium, qui, juxta viſionem Stephani in Actibus, ad dexteram Patris ſtetit; & ſic deſcribitur conſequenter in Symbolo. Sed jis truſis * omiſſis, dicendum, ſecundum Evangelicam veritatem, quod Chriſtus ipſe angulus eſt, quia lapis angularis, de quo dictum eſt, *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli*. Ideo quidquid Pater luminum ad nos tranſmiſerit, audacter dico, venit per angulum. Unde ſuper Pſal. CXIV. AUGUSTINUS. Agnoſcamus la-

Act. 7. 55.

* nugis, næniis

Pſal. 117. 22.

Auguſtinus To. 4. pſal. 114. pag. 1027. num. 8.

C „ pidem angularem; lapis angularis Chriſtus. „ Non poteſt eſſe angulus, niſi duos parietes „ copulaverit. Ad angulum de diverſo veniunt, „ ſed in angulo ſibi non adverſantur. Venit „ ex alia parte circumciſio, venit ex alia par„ te præputium. In Chriſto ambo populi con„ cordaverunt: quia ille factus eſt lapis, de „ quo ſcriptum eſt, lapidem quem reprobave„ runt ædificantes, hic factus eſt in caput an„ guli. -- Sequitur. -- Venerunt omnes gentes „ ad lapidem angularem: ibi oſculum pacis „ acceperunt, agnoverunt illum unum, qui de „ duobus fecit unum; non quemadmodum hæ-

Pſal. 117. 22.

Pag. 1028.

D „ retici *, qui de uno fecerunt duo. Hoc enim „ idem ait Apoſtolus de Domino Chriſto: *Ipſe „ eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum*. „ Hæc ille. Jam ſcio, jam palam ſentio cur Wicleffus angulum arguit & deteſtatur: quia ipſe Chriſto angulo adverſatur, faciens de uno duo, de una Chriſti Eccleſia duas partes, cum Chriſti ſectatoris ſit in angulo eſſe. Et hac via de Judæorum hæreſi ſectam tenet, qui ideo horruerunt Chriſtum in Synagogam recipere, ne per angulum Chriſtum veræ fidei ſoliditas impleretur, dicente Rhabano *de naturis rerum* lib. XIV. cap. *de parietibus ædificiorum*, RHABANUS. Super

* Donatiſtæ

Epheſ. 2. 14.

Rhabanus To. 1. cap. 23. pag. 197.

E „ alluſione fabricantium exponitur inanis ope„ ra Judæorum. Soli quippe hominum adhuc in „ mundo unum Deum colentes ædificare vide„ bantur, dum nationes cæteræ Idolorum ſe „ cultura deſtruerent. Ædificantes tendunt ſem„ per ad angulum, ut commiſſorum parietum „ ſoliditas impleatur. Judæi vero fidei ſuæ fa„ bricam minime perfecerunt; quoniam ipſum, „ qui lapis erat fortiſſimus angularis, more de„ mentium, putaverunt eſſe contemnendum. „ Hæc Rhabanus. Judaizat ergo Wicleffus, quando non permittit Chriſtianos ædificare uſque in angulum, ſine quo nullum poſſunt ædificium con-

(*a*) Ed. V. *eſum*: ſed *uſum* habet Cod. Vat. conformiter ad Hebræorum hiſtoriam ac praxim, quam hic myſtice exponit Waldenſis. Hebræi ſiquidem animalium coxendicis abſtinent, in obſequium Jacobi fœmoris monimentum, cujus nervus ab Angelo tactus adeo obſtupuit, ut, juxta plures Interpretes, claudicare Jacob nunquam deſtiterit. Ab hujus nervi comeſtione nulla lege Iſraelitæ arcebantur: quippe ante conditam legem privata quadam religione ducti, jam ab eo nervo abſtinebant, ſi quod habemus Gen. 32. 32. a Moyſe exaratum fuit.

(*b*) Jam ex Auguſtino docuit ſupra cap. 10. num. 2. hujus libri, quod Eccleſia militans dicitur ſine macula & ſine ruga, quia jam nunc præparatur ut talis ſit.

(*c*) De *Alaceno* Scriptore Anglico, & docto Mathematico loquuntur Balæus, Pitſeus & Lelandus *de Scriptoribus Angliæ*; ſed nihil de tempore, quo ille claruerit, tradunt. Duos reliquit Tractatus, unum *de Perſpectiva*, alterum *de aſcenſu nubium*.

conſummare. De more enim dementium putat eſſe Rhabanus, angulum in ædificio fidei contemnere, & ſicut angulum Chriſtum, ita multo magis ex eo angulum Petrum & Paulum, & deinceps vicarium ſuum Romanum Antiſtitem.

4. Sed hoc tu neſcis intelligere, quomodo A Chriſtus reſidet *perpendiculariter* ad Zenith capitis cujuſcumque hominis in cœlo; & tamen per Vicarium ſuum Romanum Pontificem, & deinceps cæteros Præſules, in homines venit
* *al.* angulares
per regulares * Sacramentorum lineas. Credis forte divinos radios a perpendiculo declinare, ſi per ſacros Epiſcopos, & per humana officia, angulos faciant Chriſtiformes? Quod ſi ita eſt, cur tu prædicas, ut jactitas, verbum Dei, cum Deus reſidens in cœlis ad *perpendiculum*, daret aliis Chriſtianis ad plenum, ſine te, verbi Dei liberrimam facultatem? Cur eminent Reges in populo, cur judices judicant, cum Deus B reſidens in cœlis faceret iſta optime ſine eis? Dic agricolis, ne ſulcent arva, ne grana ſepeliant, ne ſaltem maturas ſegetes demetant: quia
1. *Cor.* 3. 6.
Deus in perpendiculo iſta faceret ſine eis. Et ſtulte plantavit Paulus, aut rigavit Apollo: quia ſolus Deus in perpendiculo præſtitit incrementum. Sed dico tibi, quia Deus, qui in *perpendiculo* reſidet ſuper homines, non declinat a *perpendiculo*, etiam cum angulum faciat: ſed ſimul facit cum miniſtro angulum; & ſervans rectilinium, incidit fidelibus, & generat gratiam.
3. *Reg.* 17. 1.
Quod ſi hæc theologia ſit tibi difficilis, diſce ab Elia, cur dixerit III. Reg. XVII. „ Vivit C „ Deus, in cujus conſpectu ſto, quia non erit „ jis annis ros, vel pluvia ſuper terram, niſi „ juxta oris mei verba? „ Numquid Deus non reſedit in cœlo *perpendiculariter* ſuper capita aliorum hominum, ut oporteret ipſum de neceſſitate ſuæ naturæ primo deſcendere per os Eliæ, & tunc reflecti ſecundum angulum ad Provincias areſactas? Quod ſi conceſſeris, quia Deus ſic dicit; multo magis per os Petri & ſucceſſorum ejus, & aliorum in Eccleſia Sacerdotum miniſtrabit Deus regulariter effectum gra-
* *Sacerdotibus*
tiæ Confirmationis, & Ordinis; quibus* dixit
Matth. 16. 19. *Joan.* 20. 22.
in Petro, *Tibi dabo claves Regni Cœlorum*. Et: D *accipite Spiritum Sanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*. Cur ipſi non dicent ex jis Chriſti verbis, quia *non veniet gratia Sacramentalis roris vel pluviæ, niſi juxta verba oris noſtri?* Et nonne Deus immediate & *perpendiculariter* largiebatur poſtmodum rorem illum ſuper terram, quamvis per angulum a verbis oris Eliæ? Ita dico ego: quidquid facit ſub angulo per miniſtrum, ipſe immediate efficit, &
Act. 10. 6. *Act.* 9. 18. *Luc.* 1. 38.
perpendiculariter influit per ſemetipſum. Vide hoc, quomodo Cornelius renatus a Deo per Petrum, per Ananiam Paulus; & incarnatus Chriſtus per Virginem. Ipſe ergo angulus, & E per angulos incidens ſemper per *perpendiculum*, quia in miniſtris ſuis non patiens obicem, tamquam per corpora ſupracœleſtium orbium, penetrat ad fidelem ultimum per effectum. Quodammodo enim videtur hoc ſentire Auguſtinus *ſuper Pſal.* LXXXVI. dicens ſe januam intrare per januam, quod corpora non poſſent.
Auguſtinus To.4.pag.920. num. 3.
AUGUSTINUS. Anguſtias (inquit) omnia pene corpora patiuntur, neque ubique eſſe poſſunt, „ nec ſemper. Divinitas autem, quæ ubique „ preſto eſt, undique ad eam poteſt duci ſimi„ litudo. – Sequitur. – Uno in loco ambas
Joan. 10. 11.
„ res dixit. In Evangelio dicens, quod Paſtor „ per januam intrat. Et ibi dixit. *Ego ſum Paſtor bonus:* & ibi dixit, *Ego ſum janua*. Paſtor intrat per januam. Et quis eſt Paſtor, „ qui intrat per januam? *Ego ſum Paſtor bonus*. „ Et quæ eſt ergo janua qua intras tu Paſtor „ bone? *Ego ſum janua*. Quomodo ergo tu omnia? Quomodo per te omnia? verbi gratia, „ cum Paulus intrat per januam, nonne per „ januam Chriſtus intrat? Quare? Non quia „ Paulus Chriſtus, ſed quia in Paulo Chriſtus, „ & per Chriſtum Paulus. Ipſe dixit: *An experimentum ejus quæritis qui loquitur in me Chriſtus?* Cum Sancti ejus & fideles ejus intrant per januam, nonne Chriſtus per januam „ intrat? „ Hæc ille. Ecce quomodo omnia Chriſtus, & per omnia Chriſtus: & in *perpendiculo* & in *angulo*, in ſe ipſo, & in Paulo, idem Chriſtus ſemper. Et proſequitur ibi poſt AUGUSTINUS. Quare ſunt fundamenra Apoſtoli & „ Prophetæ? Quia eorum authoritas portat in„ firmitatem noſtram. Quare ſunt portæ? Quia „ per ipſos intramus ad regnum Dei. Prædi„ cant enim nobis. Et cum per ipſos intra„ mus, per Chriſtum intramus. Ipſe eſt enim „ janua. Et dicuntur duodecim portæ Jeruſa„ lem; & una porta Chriſtus, & in duodecim „ portis Chriſtus. „ Hæc Auguſtinus. Vides ecce, quod cum Apoſtoli prædicant, & per ipſos intramus ad regnum Dei, per Chriſtum intramus. Quare ergo cum Epiſcopi ordinant, Chriſtus non ordinat? Et dum Epiſcopi confirmant, Chriſtus ipſe non confirmat? Omnes illi ſunt portæ, & tamen una porta, quia in omnibus una porta Chriſtus.

(Margin: 2. *Cor.* 13. 3. — Auguſtinus To.4.pag.921. — *Joan.* 10. 9. — *Apoc.* 21. 12.)

5. Ultimate vero penſandum eſt omnibus fidelibus, quod ordinem in omnibus rebus non fruſtra Deus ipſe conſtituit: ſed ipſe vermem creat, & tamen influentiam ad hoc faciendum Sol primo concipit, & tranſmittit in cauſas proximas. Ita cuncta miniſtrat hic Chriſtus per gratiam, & primum radium ejus primo ſuſcipit primus miniſter gratiæ, ſcilicet Epiſcopus; & inter Epiſcopos primo primus (*a*), & per ipſum fluit in alios, ſecundum quod clare docet cap. V. *Eccleſiaſt. Jerarchiæ* ex translatione *Joannis Scoti* DIONYSIUS. Lex quædam hæc eſt „ Divinitatis ſacratiſſima per prima ſecunda ad „ diviniſſimam ſuam reducere lucem. An non „ ſenſibiles elementorum eſſentias videmus in „ magis eis cognata primum venientes, & per „ illa in alia propriam dividentes operationem? „ – Sequitur ad propoſitum. – Horum igitur „ primorum eſt dividere ſecundis copioſe, & „ in commenſuratione, quæ juxta eos eſt, o„ ſtendere ab ipſis ſacra contemplata divina „ ſpectacula; & docere quæ Jerarchica ſunt cum „ ſcientia conſummativa divinaque eos, qui poſt „ ſe ſunt Jerarchiæ ſimul bene docentium, & „ perfectam bene docendi virtutem accipien„ tium, tradere ſecundum dignitatem ſacra, „ erudite & integre participantium Sacerdotali „ conſummatione. Horum ergo divinus Ponti„ ficum ordo primus quidem divinarum ordi„ nationum. Sublimiſſimus autem iterum, & „ noviſſimus idem *. Etenim in ipſum perfi„ citur & impletur omnis noſtræ Jerarchiæ di„ ſpoſitio: ut enim omnem Jerarchiam vide„ mus in Jeſum conſummatam, ſic unamquam„ que in proprium divinum Sacerdotem. „ Hæc ille. Ecce Sacerdotalis ordo primo ſuſcipit divinos radios, & in ordine illo primo ordo Epiſcopalis; & in toto ordine illo primo primus Epi-

(Margin: a — Dionyſius Pag. 36. — * *al.* item)

(*a*) Romanus Pontifex, de quo habes jam ſupra cap. 32. quod eſt omnium Epiſcoporum primus, & Chriſti vicarius.

Epiſcopus, qui eſt ſummus & ultimus, in quem conſummatur tota Jerarchia viantis Eccleſiæ, ſicut in Jeſum tota Jerarchia tam militantis Eccleſiæ, quam viantis. Unde Sanctus Thomas, exponens hoc ſecundum Vercellenſem, VERCELLENSIS *. Eſt autem generalis lex Jerarchiæ, „ ut inferiores per ſuos ſuperiores ſurſum agantur ad divinos ſplendores ſibi lucentes; juxta quod videmus in rebus ſenſibilibus & elementatis, quod cognatiora ſibi & propinquiora prius & familiarius immutant ſecundum ſuam ſimilitudinem: & illis mediantibus extendunt operationem ſuam ad ulteriora. Convenienter igitur Deus, qui eſt principium & fundamentum omnis viſibilis & inviſibilis ordinationis, primo influit radios ſuos vitales & Deificos primis & ſuperioribus, ſicut ſibi conformioribus; & per illos tamquam idoneos ad lumen divinum hauriendum, & aliis influendum, elucet, & ſuperapparet inferioribus, ſecundum ipſorum capacitatem. -- Sequitur -- Ordo Epiſcopalis præ cæteris ordinibus Eccleſiaſticis proximus eſt Deo & ſummus & ultimus, & conſummativus aliorum: quia in ordine Epiſcopali conſummatur & adimpletur omnis ornatus Eccleſiaſticæ Jerarchiæ, ſicut univerſa Jerarchia Angelica & humana in Domino Jeſu conſummatur. Ita & quælibet ſpecialis Jerarchia in proprio Jerarcha. Virtus autem ordinis Jerarchici continet omnes virtutes & operationes Eccleſiaſticas, quamvis per inferiores fiat ſubminiſtratio; & ipſa operatur miniſteria ſibi appropriata per ſingulos alios ordines. „ Hæc ille.

* Vercellenſis Apud Dionyſium pag. 228.

Tota Eccleſiaſtica Jerarchia in ordine Epiſcopali conſummatur.

6. Hæc eſt regularis inſtitutio, ut Chriſtus primo influat in primos miniſtros Eccleſiæ, qui ſunt Epiſcopi, & per ipſos in alios radios ſacramentales & doctrinales: quamvis aliquando ex privilegio ſpeciali, (raro tamen, & propter cauſas, quas ipſe novit) alicui humili & devotæ perſonæ gratiam ſuam influat per ſe ipſum.

CAPUT LII.

Quod Papa non ſit Antichriſtus propter citationes ſuas ad ſedem *, vel propter patrimonium Crucifixi.

* Subaudi Romanam

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Exemplo Chriſti, Pauli, & Sanctorum Patrum, Papa poteſt citare virum fidelem Romam, vel alio.*
2. *Chriſtus non eſt in ligno Crucifixus, ut Clerus poſtmodum dominaretur formaliter, ſed forſan conſecutive.*
3. *Reges ex gratitudine animi ipſorum erga Chriſtum, ditaverunt Clerum: quæ divitiæ Patrimonium Chriſti, Petri, & Papæ merito appellantur.*
4. *Patrimonium Eccleſiæ, Cenſus, & Collectæ Papales de Regnis & Provinciis, habent rationes & ſpontanei & debiti.*

1. SOlvamus iterum duas ejus nuncupatas *argutias*, quibus contendit Papam eſſe Antichriſtum, propter citationes ſcilicet, quibus bonos vel malos Papa vocat ad judicium, vel ad palmam; & propter procurationes ejus provinciales (*a*), quas per recognitionem Capitis in uſum Eccleſiæ ſuæ ab antiquo ſolebat accipere. a
Unde *de Chriſto & Antichriſto*, cap. XIV. WICLEFFUS. Vexat (inquit) fideles, anxius citando eos tempore brevi, in quocumque loco ipſum eſſe contigerit. Numquid credimus, quod in hoc ſequitur Dominum Jeſum Chriſtum? De quo quidem legimus, quod venit per magnam diſtantiam ad Joannem baptizandus a Joanne: & Joannes mirative dixit: *Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me?* At Jeſus ait: *Sine modo: ſic enim decet nos implere omnem juſtitiam*. Papa autem ex tali crebra citatione contra Dominum, citando impotentes citatos a Domino ad locum contrarium eodem tempore, per infirmitatem, impoſſibilitatem, ac in loco citationis Papæ incognito comparendum; oſtendit conditionem patulam Antichriſti. Chriſtus enim citat ad unum locum pro uno tempore, & ipſe * ad locum contrarium pro eodem. Chriſtus etiam non permittit nos tentari ultra id quod poſſumus: Papa autem mandat nos facere quod non poſſumus. Chriſtus etiam nunquam citat, niſi ad Beatitudinem, vel medium ad eamdem: ipſe autem citat ad infernum, poſito quod ex ſibi dubio in tempore, quod ipſe limitat, ſuus Spiritus fuit in inferno. „ Hæc Wicleffus. Si citationes Papæ ſufficienter videantur redargui per has ratiunculas ſemiplenas, omnium Principum & Judicum citationes videbuntur ineptæ; immo Apoſtoli deſipuere citando, pro eo quod obviaſſent facto Chriſti, qui non citavit Baptiſtam venire, immo ipſe prior venit ad eum. Sed quid dicis ad tres Magos, quos Chriſtus per Stellam prænunciam per tantos terrarum tractus uſque ad ſtabulum, in quo eſt genitus, ad adorandum cœli Regem divino ſuo citavit inſtinctu? Ecce puer citat Reges, qui factus homo, non jam citat, ſed properat ad Baptiſtam. Ipſe nonne citavit quinque millia hominum, ut eos paſceret in deſerto, dicente Evangeliſta, *Quidam eorum de longe venerunt?* Marci VIII. Ipſe quoque juſſit Petrum venire ad ſe ſuper liqueſcentes aquas. Ipſe iterum ad omnes homines dixit: „ Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. „ Cur igitur ejus exemplo non citabit Papa fideles, ut ſi rei ſint judicio, ipſe premens onus iniquitatis eorum, deponens omnes etiam partes, potet de fonte juſtitiæ? Fidelis Petrus non tardavit, impoſſibilitatem prætendens, ſuper ingreſſibiles undas ponderoſi corporis ſui molem transferre. Nec anima Domini noſtri Jeſu Chriſti tetrum chaos horrebat inferni, quin illuc citata per Deitatem, feſtinanter accederet. Quid jactas illas, quas tu ipſe ingenio & dolo malo plaſmaſti, eſſe conditiones patulas Antichriſti, niſi ea via tua Chriſtum Antichriſtum, & Deum probes eſſe diabolum? Audiamus Doctorem gentium Beatum Paulum, qui Beatum Timotheum exiſtentem in Græcia juſſit venire ad ſe, jam exiſtentem Romæ: *Feſtina* (inquit) *venire ad me cito: Demas* (*b*) *enim me dereli-*

Wicleffus. — Matth. 3. 13. 14. & 15. — * Antichriſtus. — Matth. 3. 13. — Matth. 2. 2. — Marci 8. 3. — Matth. 14. 29. — Matth. 11. 28. — Joan. 7. 37. — Matth. 14. 29. — 2. Tim. 4. 8 b

(*a*) *Procurationes provinciales*, ſeu oblationes, quæ quotannis ad modum vectigalis per Fidelium provincias exigebantur in uſum Romanæ Eccleſiæ. Porro in diverſis Provinciis erant Eccleſiæ Romanæ Patrimonia: in Africa, Dalmatia, Galliis &c. quod intelligimus ex variis Sancti Gregorii Epiſtolis, lib. 1. 75. lib. 3. 22. & 33. &c. ut de Patrimoniis in Italia, Sicilia, Sardinia, Corſica magis notis taceamus. Pro hiſce Patrimoniis committebantur Procurationes.

(*b*) Demas Theſſalonicenſis, vir quondam Apoſtolo Paulo addictiſſimus, & potiſſimum in Romano carcere non inutilis. Circa an. Chr. 65. Apoſtolo, religioſæque vitæ propoſito abjecto, in Patriam ſe recepit; ubi & ad hæreſim Cerinthi, Ebionis, aliorumque Chriſti divinitatem negantium deſciviſſe tradit S. Epiphanius *hær.* 51. immo & penitus ejurato Chriſto, idolorum Sacerdotio initiatum Dorotheus in *Synopſi* ſcribit.

v. 11. & 13.

reliquit. Et iterum ibi citavit Sanctum Marcum: *Marcum* (inquit) *aſſume*, *& adduc tecum*, *& libros*, *maxime autem membranas*. Et abbrevians tempus, ſubjungit: *Feſtina ante hyemem venire*.

v. 21.

II. Tim. ultimo. Hoc exemplo in cauſis Eccleſiæ poteſt Papa ad ſervandum communem juſtitiam, vel propter incrementum fidei, ad A eamdem urbem, vel aliam, citare virum fidelem, quo Paulus prædeceſſor Papæ citavit feſtine ſatis Timotheum Epiſcopum. Ipſe quoque Titum Epiſcopum Cretæ citavit venire ad ſe Nicopolim (*a*). a *Cum* (inquit) *miſero ad te Arthemam & Tychicum*, *feſtina ad me venire Nicopolim: ibi enim ſtatui hyemare*.

Tit. 3. 12.

Ad Titum ultimo. Ecce Paulus citavit unum Evangeliſtam, & duos Epiſcopos in cauſa Canonicæ juſtitiæ & fidei; & nullus eorum legitur impoſuiſſe ipſi calumniam, quod citavit eum ad tantam diſtantiam; & non potius veniret ad eos, ſicut Chriſtus Dominus ad Baptiſtam: B nec hoc facit Sanctus quiſquam Catholicus, quod clamoſe facit omnis hæreticus. Vis audire veram cauſam? Chriſtus in Evangelio cauſam dedit: quia *qui male agit*, *odit lucem*, *& non venit ad lucem*, *ut non arguantur opera ejus*.

Joan. 3. 20.

Alioquin cauſas per te fictas omnis dyſcolus poſſet efficere, ut ſic quomodocumque diu ſine reformatione noceret Eccleſiæ. Et numquid Bearus Gregorius non evadit tuas fictitias, qui ſic citavit Maximum Salonitanæ Eccleſiæ arreptorem lib. v. *Regiſtri*. Epiſt. xxv. GREGORIUS.

Gregorius *To. 2. lib. 6. Epiſt. 25. pag. 810.*

„ Cum ſcriptis noſtris, quæſitis quibuſdam ex„ cuſationibus, differs obedientiam exhibere, C „ dum pro veritatis patefactione * totiens a „ nobis admonitus venire poſtponis: jis quæ „ adverſus te dicta ſunt fidem magis ex hoc „ accomodas; & vel ſi qua alia deeſſe videban„ tur, quæ gravent aut noceant, id agis, ut „ ſola dilatio faciat & accuſet te eſſe culpabi„ lem. Humiliare tandem, & obedientiæ te ſub„ mitte; atque ad nos ſine excuſatione aliqua „ venire feſtina; ut requiſita veritate ſecundum „ Dei timorem, quidquid æquum, canonicum„ que fuerit, decernatur. -- Et infra verſus finem. -- Pro qua re obedientiam quam decet „ exhibens, ad nos ſummopere, ſicut diximus, D „ venire feſtina. Ita triginta dierum ſpatium „ habeas, quatenus iter tuum præpares, & omni „ excuſatione poſtpoſita, huc adeſſe non diffe„ ras. Si qua autem a judicibus, vel manu „ militari, ſeu a populo, ad contradicendum „ itineri tuo occaſio fuerit exorta, qua callidi„ tate agatur, agnoſcimus. „ Hæc Gregorius.

* M. ſatisfactione

Ecce Beatus Gregorius citavit Maximum ad breve tempus triginta dierum, & nulla dilatione frivola prævalente, omnem ejus excuſationem poſtponit: & inſuper impedimenta, quæ per eum procurari poterant, priuſquam fiant, agnoſcit, & cavet. Nec debet Gregorius in hoc facto argui novitatis, cujus exemplum ab antiquis Romanis Pontificibus ſuxerat, & ante eos ab Apoſtolis. Sixtus enim Papa diu ante dotem, ſextus ſcilicet a Beato Petro, ſecundum Auguſtinum*, ſecundo capite ſui Decreti, SIXTUS. Si (inquit) neceſſe fuerit Epiſcopo veni„ re, eamque appellare minime auſus fuerit: „ & vocatus tamen ab hac Sancta Sede ſi fue„ rit, non renuat venire: ſed confeſtim, ut ei „ nunciatum fuerit, venire feſtinet, & cauſas

* *Epiſt. ad Generoſium*

Sixtus *Epiſt. 2. apud Labbeum To. 1. pag. 560.*

„ pro quibus vocatus eſt, prudenter exploret; „ atque ſi neceſſe aliquid corrigere fuerit, cum „ jis, quos primos hic invenerit, corrigat. Ad „ Eccleſiam tamen ſuam non prius revertatur, „ quam hinc literis Apoſtolicis ſcriptis vel for„ matis (*b*) pleniter inſtructus, atque purgatus b „ fuerit, ſi fuerit unde: ut poſtquam domum „ reverſus fuerit, cognoſcant vicini ſui qualiter „ hic ſuam aliorumque cauſam finierit: quate„ nus eam abſque aliqua ambiguitate nuncia„ re & prædicare omnibus poſſit. Hæc ille. Et eſt in vetuſto libro *Decretorum Pontificum*.

8. 3. 5. Quiliter Fratrum.

2. Secundo inſtat contra Papam & Clerum per hoc, quod Papa habet in peculio Eccleſiæ, ſive ſint annui redditus numeratæ pecuniæ, ſive poſſeſſiones immobiles, pro eo quod nominantur *Patrimonium Crucifixi*. Unde *in ſpeculo Eccleſiæ*, cap. IX. WICLEFFUS. Quantum ad no„ minationem *Patrimonii Crucifixi*, patet, quod „ multiplicas blaſphemias contra Clerum. Et „ Clerus mentitur minutive multo abjectius, „ cum dicat quod Chriſtus in ligno fuerat cru„ cifixus, ut Clerus ſuus poſtmodum taliter do„ minaretur. Sed quæ major blaſphemia, quam „ Chriſto imponere talem culpam? Et per con„ ſequens eſt ſumma blaſphemia, quod Clerus „ Chriſti, virtute hujus paſſionis pauperis & „ humilis, debet ſic toti ſæculo dominari. „ Hæc Wicleffus. Dicit *toti ſæculo* propter annuos Cenſus, quos Papa levat in Anglia (*c*), & in quibuſdam regnis aliis ab antiquo ſic per ea regna taxatos (*d*). Sed quod dicit, Chriſtum in ligno Crucifixum, ut Clerus poſtmodum dominaretur formaliter, quis hoc dicit? Sed conſecutive forſan dici poteſt: & ſic dicit Apoſtolus II. Cor. VIII. *Chriſtus propter vos egenus factus eſt cum eſſet dives*, *ut illius inopia vos divites eſſetis*. Ita ergo Chriſtus pauper factus eſt, Chriſtus egenus eſt, Chriſtus crucifixus eſt, ut nos omnes ex ejus inopia divites facti eſſemus; & ſic verum eſt, quod crucifixus eſt pauper Chriſtus, ut Clerus ex ejus inopi morte diteſceret.

Wicleffus

c

d

2. Cor. 8. 9.

3. Ita ego dico ſicut priora: eadem tamen dixit Apoſtolus. Et ita priſtini Reges & Duces orbis ditaverunt Clerum Chriſti, quia pro amore & zelo ſæculi Chriſtus eſt mortuus. Et ſi non offerre poſſunt plenum ſuum manipulum de ſubſtantia fidei, ſaltem faciant de poſſeſſionibus & oblationibus ſupplementum. Sic enim in Romanis partibus diſtribuerunt Reges & Cæſares in uſus Eccleſiæ ampla bona, quæ utique ſunt de patrimonio Chriſti: quia in hæreditatem miniſtrorum Chriſti, & ob ejus amorem principaliter ſunt tranſlata, ad quæ quiſque Clericus, cum pervenit, dicit, *In hæreditate Domini morabor*: & Princeps ſic patrimonium ſuum in patrimonium Chriſti transferens, dicat Clero dotato illud I. Cor. II. *Nihil me judicavi ſcire inter vos niſi Chriſtum Jeſum*, *& hunc crucifixum*. E CUR ERGO NON DICATUR PATRIMONIUM CRUCIFIXI, cum non in vivorum accomodetur delicias, non in illecebras ſæculi nutriendas, non ad ingraſſandas ſtrages populorum ex ambitu; ſed ut tormentum crucis Chriſti in membris relevetur egentibus? Idcirco a Principibus dantur ſtipes, & ea conditione ſumuntur *. Cur ergo non recte dicatur ſumpta ſtips *patrimonium Crucifixi?* Sed Beatus Gregorius dixit, patrimonium tale bene eſſe in uſus pau-

Eccli 24. 11.

1. Cor. 2. 2.

Divitiæ Eccleſiæ ad quos uſus collatæ fuerint.

* a pauperibus Chriſti, *ſupple.*

(*a*) Urbem Epiri, ad Ambraciæ ſinum. Alii non Epiri, ſed Thraciæ urbem eſſe putant, in finibus Macedoniæ ſitam, prope amnem Neſſum.

(*b*) De *literis formatis* jam diximus ſupra in fine capitis 33. hujus libri.

(*c*) Annuum cenſum Romanæ Eccleſiæ ſolvebat Anglia. Hunc in diebus Wicleffi ſublatum falſo contendit Philippus Mornæus, ut ſupra in Præfat. Generali §. 4. num. 5. jam diximus.

(*d*) Vide quæ in principio hujus capitis jam notavimus.

pauperum reſervatum, lib. VI. *Regiſtri* Epiſt. I.
Gregorius To. 2. pag. 791. * Virgilio.
GREGORIUS. Vigilio * (inquit) fratri & Coe-
„ piſcopo noſtro dicite, ut penſiones quas præ-
„ deceſſor ejus per annos plurimos de patrimo-
„ niolo noſtro percepit, & apud ſe retinuit,
„ ad nos, quia pauperum res ſunt, ſtudeat de-
„ ſtinare: qui ſi forte aliquo ſe modo (quod A
„ non credimus) excuſare voluerit, vos qui
„ veritatem ipſam ſubtilius noſtis, revera qui
„ in Eccleſia ipſa tempore illo curam vice Do-
„ mini gerebatis, qualiter ſe habeat cauſa diſ-
„ ſerite; & ne res Sancti Petri, & pauperum
„ ejus, apud ſe retinere debeat, intimate. „
Hæc Gregorius. Ecce quod ante dixit Grego-
rius *patrimoniolum* ſuum, jam dicit res Beati
Petri: *patrimoniolum* ſcilicet *ſuum* ad curam;
ſed res Beati Petri quantum ad vovendi ſub-
ſtantiam. Et Epiſtola ibi v. *ad Brunechildem*
Gregorius To. 2. pag. 754. * M. admonent
Reginam Francorum, GREGORIUS. Quia mul-
„ tarum rerum experimenta nos commovent * B
„ de excellentiæ veſtræ chriſtianitate confidere,
„ idcirco Paterno ſalutantes affectu, quæſumus,
„ ut propter amorem Beati Petri Apoſtolorum
„ Principis, quem toto vos ſcimus corde dili-
„ gere, dilectiſſimum filium noſtrum Candi-
„ dum Presbyterum, præſentium portitorem,
„ una cum patrimoniolo, ad cujus eum gu-
„ bernationem tranſmiſimus, auxilio veſtri pa-
„ trocinii foveatis; quatenus poteſtatis veſtræ
„ gratia roboratus, patrimoniolum ipſum, quod
„ pauperum conſtat expenſis, proficere & ſalu-
„ briter regere: & ſi qua exinde ablata ſunt,
„ veſtro fultus auxilio diligenter inquirere, & C
„ Deo propitio in priſtinum poſſit reformare
„ ſtatum. Ad ipſius vero patrimonioli regimen,
„ proprius Eccleſiæ homo tranſmiſſus eſt. „
Hæc Gregorius. Ita ergo *patrimonium Eccleſiæ*
dicit Beatus Gregorius, qui diu ante monachus
effectus, cuncta ſua dimiſit pauperibus Jeſu
Chriſti. Sed & Beatus Paulus talia quædam
collegit in uſus pauperum. Et ſi exemplum ſit
magis pro anglicis, qui ſimilius ad propoſitum
a collectas faciunt (*a*) Papæ in numerata pecu-
b nia (*b*); cum ubique Chriſti eſt hæreditas, pro
pauperum ejus uſibus; verum eſt dicendum *pa-
trimonium Crucifixi*. D

4. Quod ſi obſtet adverſarius, pecunias Pau-
li fuiſſe ſpontaneas, non exactas, certe utrobi-
que video debitum, & veram intueor liberta-
tem. Libertatem dico ubi dixit II. Cor. VIII.
II. Cor. 8. 7. & 8.
*In hac gratia abundetis. Non quaſi imperans di-
co, ſed pro aliorum ſollicitudine, & veſtræ cha-
ritatis ingenium bonum comprobans*. Debitum
autem ad Rom. XV. ubi dicit: „ Probaverunt Ma-
Rom. 15. 26.
„ cedonia & Achaja collationem aliquam face-
„ cere in pauperes ſanctorum, qui ſunt in Je-
„ ruſalem. Placuit enim eis & debitores ſunt
„ eorum. Nam ſi ſpiritualium eorum partici- E
„ pes facti ſunt gentiles, debent in carnalibus
„ miniſtrare eis. „ Ecce placet Eccleſiæ ſecun-
dum terminos Apoſtolicos, cenſus & collectas
Papales de regnis dicere debita, quamquam
ſint aliunde ſpontanea. Voluntaria enim ſem-
per ſunt a prima origine offerentis; & tamen
ſunt debita propter cauſam adminiſtrationis &
mutuæ ſervitutis.

CAPUT LIII.

Reſpondetur ad argumenta Wicleffi, argumen-
tantis, non expediens eſſe fore Papam: nec
ſequi Petrum fuiſſe Papam ex verbis Chriſti.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Chriſtus eſt cum ſuis fidelibus uſque ad con-
ſummationem ſæculi, & cum eiſdem eſt
per interpoſitionem ſui Vicarii: ſecundum
humanitatem vero, eſt præſens per Vica-
rium.*
2. *Eccleſiam carere Chriſti præſentia corporali
juſtis de cauſis condecens fuit: non ta-
men fuit conveniens eam privari ejus Vi-
cario.*
3. *Paſtorum tutela in Eccleſia eſt continua ex
ſucceſſione perpetua: & uno ſubtracto, a-
lius in illius locum ſubrogetur.*
4. *Chriſti Sacerdotium, cum juxta duplicem ſta-
tum conſideretur, nempe, ſecundum dies
carnis, & prout eſt conſummatus in re-
gno; ne deperiret hujuſcemodi Sacerdo-
tium, ſecundum utrumque ſtatum, retento
in Cœlis poſtremo, voluit primum, quouſ-
que opus eſſet, continuari ſucceſſive in ſuo
Vicario homine.*
5. *Petrus, quamvis aliquando fuerit Satanas,
non tamen cunctis abjectior: nam quia
Chriſto contrarius, ideo Satanas: at quia
Petra, ſuper quam ædificanda erat Eccle-
ſia, ideo Caput, ideo Papa.*

1. MUltiplicantur rationes odibiles ex ſub-
verſis Scripturis Canonicis contra Pa-
pam. Unde Tract. II. *de ſerm. Dom. in monte*,
cap. LI. & eſt inter *Concluſiones* ter damnatas XI.
WICLEFFUS. Ex iſto textu, *Expedit vobis ut* Wicleffus
„ *ego vadam &c.* Fideles eliciunt, quod Chri- Joan. 16. 7.
„ ſtus, qui promiſit fidelibus, quod maneret
„ cum ipſis uſque ad conſummationem ſæculi, Matth. 28. 20.
„ voluit perpetuo ſine tali vicario in cœleſti-
„ bus reſidere, ut converſatione, atque affe-
„ ctione aſpirando ad cœleſtia, colligant ſuam
„ affectionem in Domino Jeſu Chriſto. „ Hæc
Wicleffus. Quod dicit fideles hoc ex prædicto
textu elicere, ſcio quod fideles Chriſti non vi-
dent juſtam viam, qua tam infidelem & invi-
ſam doctrinam de tam remoto verbo veritatis
elicerent. Fideles enim utrumque eliciunt, ſci-
licet, quod cum eis eſt Chriſtus uſque ad con-
ſummationem ſæculi, & cum eiſdem eſt per
interpoſitionem ſui Cuſtodis, ſive Vicarii. Un-
de Caſſiodorus in expoſitione *ſuper Cantica*, ex-
ponens hunc textum, *Vinea mea coram me eſt*, Cant. 8. 12.
CASSIODORUS. Tu (inquit) dicis, quod vineam Caſſiodorus To. 1. pag. 534.
„ meam tradidi cuſtodibus; tamen vinea mea
„ coram me eſt ſemper: quia licet eam meis
„ commiſerim cuſtodibus; ego tamen curam Chriſtus Eccleſiæ ſemper curam habet.
„ ſemper illius habeo, nec pro illa ſollicitus
„ ſemper eſſe deſiſto: ſed ſum cum illa uſque
„ ad conſummationem ſæculi. „ Hæc ille. Se-
cundum Divinitatem ergo nobiſcum eſt, nec
eget Vicario: ſecundum humanitatem vero fa-
ctus noſter Pontifex; quia non in ſe, ſaltem eſt
præſens per Vicarium. Fallere (*c*) ergo vult c
Wicleffus, quia pro præſentia Deitatis, exclu-
dit nobis humanitatis Vicarium. Numquid,
rogo, ſequitur apud conſtantem catholicum:
Expedit vobis ut ego vadam, ideo volo, nullum Joan. 16. 7.
poſt

(*a*) Pro hiſce collectis in Anglia adminiſtrandis miſſus illuc fuit initio ſæculi XV. *Polydorus Virgilius* Urbinas, egregius poſtea Angliæ Hiſtoriographus.

(*b*) Vocabatur in Anglia *Romeſcot*, & *Denarius Sancti Petri*, de quo videſis in Præfat. Generali §. 4. num. 5.

(*c*) Cod. Ferrarien. *falſe*. Ed. V. *fallitur*, omiſſo *vult*.

poſt me remanere Vicarium? Suaſionem ergo hujus ſequelæ diſponit per locum a majori, *Concluſione* ter damnata VIII. WICLEFFUS. Si „ (inquit) fuit expediens Eccleſiæ militanti, „ quod careret corporali præſentia capitis Je- „ ſu Chriſti; ſicut contigit quando crevit Ec- „ cleſia poſt Aſcenſionem Domini, ſecundum „ illud Joan. *expedit vobis ut ego vadam;* quan- „ to magis prodeſſet Eccleſiæ, quod careret Pa- „ pa capitaneo, qui non æquiparatur in virtu- „ tibus Jeſu Chriſto? Tunc enim deſcenderet „ gratia in homines *perpendiculariter*, ut ſunt „ digni. „ Hæc Wicleffus. Jam videtis, qualiter infideles prædictam impietatem eliciunt: ſi expediret carere corporali præſentia Chriſti; ergo corporali præſentia omnis ſui Vicarii, qui non æquiparatur in virtutibus (*a*) Jeſu Chriſto: & ſic expediret carere omni Rege & Principe temporali, qui eſt Vicarius Chriſti in temporalibus. Vel ut melius dicamus, expediret carere omni Doctore hæretico, & Pſeudoapoſtolo, qui nec æquiparatur Chriſto, nec alicui ejus bono Vicario in virtutibus. Sed numquid vis hominem Chriſtum calumniari ſtultitiæ, quia peregre profectus poſt reſurrectionem ſuam in cœlos, reliquit domum ſuam Eccleſiam, dans ſervis ſuis poteſtatem cujuſque operis, ideſt, Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus? Et janitori, (ſcilicet Petro, cui præcipue tradidit claves regni cœlorum) præcepit ut vigilet, dicens, *Simon dormis?* Ecce nihil ab eorum cura excepit, dans poteſtatem cujuſque operis. Inter omnes tamen unum præfecit, cui mandavit ut vigilet. Ergo quamvis expediebat carere Chriſto homine; non tamen carere ſervis ſuis. Et inter omnes illo unico janitore in ſe, & ſucceſſione ejus.

Principes ſunt Chriſti Vicarii in temporalibus.

Matth. 21. 33. *Marci* 13. 34. *Marci* 14. 37.

2. Primo ergo expendendum * eſt, cur expediebat carere corporaliter Chriſto. Et tunc datis cauſis, videre, ſi per ipſas expediret quod infert. Auguſtinus videtur dicere cauſam, ut meritum fidei creſceret, quia minus potuit intellectus in Deitatem Chriſti tendere per fidem, cum ſenſus tam intenſe ferebatur in eum per intuitum corporalem. Dicit enim in *de verbis Domini* Serm. LX. AUGUSTINUS. Non eſſet me- „ ritum grande credentium, & Beatitudo glo- „ rioſa, ſi ſemper Dominus in reſuſcitato cor- „ pore humanis oculis appareret. Spiritus er- „ go Sanctus hoc magnum munus attulit cre- „ dituris, ut ad eum, quem carnalibus oculis „ non viderent, a carnalibus cupiditatibus „ mente ſobria, & ſpiritalibus deſideriis ebria „ ſuſpirarent. -- Et infra. -- Semper quidem „ Divinitate nobiſcum eſt, ſed niſi corporali- „ ter abiret a nobis, ſemper ejus corpus car- „ naliter videremus. „ Hæc Auguſtinus. Ecce mens credentium ſpiritualibus deſideriis ebria ſuſpiraret ad Chriſtum, ſi carnalibus oculis non videret eum. Numquid hoc ſtatim facerent, ſi non viderent Joannem, Paulum, Jacobum, aut Petrum, quem utique reliquit ſuum Vicarium: quod tu etiam confiteris in *Trialogi* (*b*) ſupplemento; & ſatis in ſuperioribus * eſt monſtratum? Numquid voluit ideo ſine Petro capitali præpoſito ſolus in cœleſtibus reſidere: & iterum ut agnoſceretur Divinitas, ejus receſſit humanitas? Ut tamen plenus Chriſtus habeatur in terris, ſecundum Deitatem adhuc præſens eſt per ſe ipſum; ſecundum humanitatem vero ſic præſens eſt per aliquem ſanctum ſuum Vicarium, prout declarat Caſſiodorus eumdem textum in fine expoſitionis *ſuper Cantica*, tractans hunc textum, *Fuge dilecte mi, & aſſimilare capreæ hinnuloque cervorum ſuper montes aromatum*. CASSIODORUS. Fuge A „ (inquit) Dilecte mi, ideſt, completo incar- „ nationis tuæ & paſſionis tuæ myſterio, re- „ vertere ad cœlum, ut jam te, non ſicut ho- „ minem, ſed ſicut Deum, ſuper omnia te in- „ cipiam cogitare: tunc enim audies vocem „ meam, quia tunc te liberius omni mundo præ- „ dicabo. Et hoc eſt, quod Dominus in Evan- „ gelio dicit, *Ego veritatem dico vobis; expedit* „ *vobis, ut ego vadam*. Expediebat enim Apo- „ ſtolis & omni Eccleſiæ, ut Chriſtus in Cœ- „ lum rediret, & præſentiam corporalem ab- „ ſentaret, quia dum præſens erat, non pote- „ rant eum ſpiritualiter amare, non poterant B „ eum, quem hominem cernebant, ut Deum „ inviſibilem & ubique præſentem cogitare -- Se- „ quitur -- Fuge dilecte mi, ideſt, recede ad „ cœleſtia; & qui fuiſti comprehenſibilis per „ humanitatem, efficere incomprehenſibilis per „ Deitatem. Verumtamen ne me in præſenti „ ſine tua conſolatione deſeras, ſed dignare me „ crebra tua conſolatione requirere. Et hoc eſt „ quod dicit, *Similis eſto Capreæ &c. Super* „ *montes aromatum*. Sicut enim capreæ, indo- „ mita animalia, humanum refugiunt conſor- „ tium; & tamen crebro videntur in monti- „ bus; ſic & tu poſt tuam aſcenſionem, licet C „ inviſibilis ſis, dignaris tamen mihi ſæpius „ dono tuæ gratiæ apparere: & hoc *ſuper mon-* „ *tes aromatum*. Montes enim aromatum San- „ cti Dei ſunt, excellentia ſanctæ converſatio- „ nis cœlo proximi, & odore ac fama virtu- „ tum longe lateque fragrantes. „ Hæc ille. Sed quare, ſi hoc expediens fuit toti Eccleſiæ militanti, minus contulit matri ſuæ, cui Joannem commendare tutorem non diſtulit loco ſui, ſicut Auguſtinus plane docet *ſuper Joan.* in eodem loco textus, *Ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam?* Chryſoſtomus etiam *ſuper Joan.* in eodem loco, de Papæ honore, CRYSOSTO- D MUS. Quanto diſcipulum honore honoravit! „ Quia enim ipſe abibat, de reliquo diſcipulo „ tradidit matrem, ejus diligentiam habituro. „ Quia enim decens erat quaſi (inquit) ma- „ trem exiſtentem dolere & procuratorem quæ- „ rere, decenter eam committit ei, qui dilige- „ batur. Et huic ait, *Ecce mater tua*. „ Hæc Chryſoſtomus. Ecce hic habes, quia erat Chriſtus abiturus de ſæculo; ideo decens erat Vicarium & cuſtodem matri ſuæ deſignare diſcipulum: & non dubium ita & Eccleſiæ militanti, cujus figuram ſæpe Beata virgo, & non ab re, in hoc ipſo gerebat: quia Chriſtus erat E corporaliter diſceſſurus, eo magis eſſet ei indulgendus Vicarius, etiam qui non æquipararetur in virrutibus Jeſu Chriſto, ne ex toto viduata deficeret. Nolo figmenta tua ſecundum ſenſum tuum elicias; ſed Sripturæ practicam attendamus. Moyſes famulus Domini poſt centum & viginti annos mortuus eſt, nec potuit terram intrare promiſſam. Non tamen ex hoc textu ſequitur, quod expediret tamquam Deo volitum, ut Eccleſia illa careret Joſve Capitaneo, qui ſuccedens in locum Moyſi, ductu ſuo terram negatam Moyſi, ipſe captaret; qui tamen non

* *Cod. Vat.* videndum.

Cauſæ cur fuit expediens Chriſtum corporaliter abeſſe ab Eccleſia.

Auguſtinus *To.* 5. *ſerm.* 270. *pag.* 1057.

* *articulo* 1. *hujus libri*

Cant. 8. 14.

Caſſiodorus *To.* 2. *pag.* 534.

Joan. 16. 7.

Expediebat Apoſtolis, & omni Eccleſiæ, ut Chriſtus in cœlum rediret.

Montes aromatum ſunt Sancti Dei.

Auguſtinus *To.* 3. *tract.* 110. *pag.* 802. *Joan.* 19. 27.

Chryſoſtomus *To.* 8. *hom.* 85. *pag.* 506.

Beata virgo figura Eccleſiæ.

Deut. 14. 7.

(*a*) Hoc rancidum argumentum jam ſupra cap. 35. num. 1. urgebat Wicleffus; ſed ibi validiſſime eſt reprobatum.

(*b*) Wicleffi confeſſio habetur ſupra, cap. 2. num. 8. hujus libri ſecundi.

non æquiparatur Moyſi in virtutibus, dicente
Deut. 34. 10. Scriptura in ultimo Pentatheuci „ Non ſurrexit
„ Propheta ultra in Iſrael ſicut Moyſes, quem noſ-
„ ſet Dominus facie ad faciem in omnibus ſi-
„ gnis atque portentis, quæ per eum juſſit ut
Num. 20. 29. „ faceret. „ Aaron quoque mortuus eſt in mon-
te Hor: & hoc Spiritui Sancto videbatur expe- A
diens: & idem tamen Spiritus judicavit expe-
diens ſubſtituere loco ſuo Eleazarum filium ſuum
(qui non æquiparabatur ei in virtutibus) ad
perpetuandum Sacerdotium. Spiritui Sancto etiam
2. Reg. 18. 5. videbatur expediens, ut Rex David ſubtraheret
corporalem ſuam præſentiam exercitui emiſſo
ad capiendum Abſalon: eidem tamen videba-
tur expediens præficere eis Joab Capitaneum,
qui non æquiparavit David in virtutibus. Je-
ſu Chriſto etiam videbatur expediens ſubtrahe-
re manifeſtum acceſſum ſuum ad diem feſtum:
Joan. 7. 8. & idem judicavit expediens, quod Diſcipuli
ſui aſcenderent, qui non æquiparabantur ei in B
virtutibus. Ita dico tibi: Chriſto expediens fuit
ad fidem credentium ſubtrahere corporalem ſuam
præſentiam mundo, & collocare carnem ſuam
paſſam ad dexteram Dei Patris, ut per ſpem
illuc trahere poſſet corda fidelium. Ita etiam
judicavit expediens, ut, ipſo ſic ſubtracto, ſub-
ſtitueret Vicarium ſuum Petrum, qui corpora-
li præſentia paſceret oves Chriſti, & confirma-
ret fratres ſuos; qui tamen non æquiparavit
Chriſtum in virtutibus: & ipſo ſubtracto, alius
ſubſtitueretur ipſi, qui nec eſſet ipſi par in vir-
tutibus: ut diſcerent homines per abundantio-
rem humilitatem non ſoli Chriſto obedire & C
credere propter ſe, ſed etiam puris hominibus
propter Chriſtum.

3. Et propter hoc, hujuſmodi tutela Paſto-
rum in Eccleſia eſt continua, ex ſucceſſione
perpetua, ut uno ſubtracto miniſtro vel Ponti-
fice, ſtatim in locum illius alius ſubrogetur:
quemadmodum in menſa Domini, uno ſublato
pane, ſtatim pro eo inſerebatur & alius. Un-
Exodi 25. 30. de libro I. cap. VII. *de Tabernaculo*, tractans
hunc locum, *Et pones ſuper menſam panes pro-*
Beda To. 4. pag. 852. *poſitionis in conſpectu meo ſemper*, BEDA. Fit
„ (inquit) ut menſa Domini nunquam inops
„ panis remaneat: unde mox uno ſublato pa- D
„ ne, alius loco ejus ſubſtituatur, cum ſuc-
„ cedentibus ſibi miniſtris verbi per ordinem,
„ nunquam Eccleſiæ deſunt Apoſtolicæ, qui ſi-
„ ve fidem pietatis, ſive munditiam actionis
„ & verbis oſtendant & factis, ſemper manen-
„ te pulcherrima illa ſententia, qua in laude
„ ſanctæ ejuſdem Eccleſiæ dicitur: *Pro Patri-*
„ *bus tuis nati ſunt tibi filii; conſtitues eos*
„ *principes ſuper omnem terram:* quaſi aliis ver-
Pſal. 44. 17. „ bis tabernaculo Domini diceretur: *Pro pani-*
„ *bus tuis vetuſtis parati ſunt tibi novi; conſti-*
„ *tues eos Principes in refectionem cordium ſpi-*
„ *ritualem fidelibus toto orbe terrarum*. „ Hæc E
Beda. Mira igitur politia iſta hæretica, quæ
propter fictum ſuum *perpendiculum*, damnare
optat totum Eccleſiæ fundamentum. Et iterum,
Hæretici ut lupi oderunt paſtorem. non mirum, ſi lupus velit Paſtoris abſentiam,
cujus rapere ſatagit, & diſpergere oves. Sem-
per ergo Paſtor erit in Eccleſia, ne lupus oves
invadat; ſemperque loco panis vivi, qui de cœ-
lo deſcendit, panis erit vicarie ſubrogandus.

4. Et audiatur ratio Scripturæ. Sacerdotium
Chriſti attenditur penes duos ſtatus. Primus
ſtatus erat in diebus carnis: ſecundus dicitur
Hebr. 5. 7. conſummatus in regno. Unde Apoſtolus *ad He-*
br. V. de Chriſto dicit, quod „ in diebus car-
„ nis ſuæ, preces ſupplicationeſque ad eum,
„ qui poſſit illum ſalvum a morte facere, cum
„ clamore valido & lachrymis offerens, exau-
„ ditus eſt pro ſua reverentia. „ Unde HAY- Haymo.
MO. Dies carnis Domini noſtri Jeſu Chriſti,
„ dies ſunt in quibus carnem aſſumpſit, in
„ quibus tentatus eſt & paſſus, & in quibus
„ mortale corpus inhabitavit: qui ſcilicet Chri-
„ ſtus in diebus carnis ſuæ, hoc eſt, quamdiu
„ habitavit in corpore mortali, preces ſuppli-
„ cationeſque cum clamore valido & lachry-
„ mis offerens ad Deum, ſcilicet ad Deum Pa-
„ trem &c. „ Hæc ille. Alius ſtatus Sacerdotii
Chriſti vocatur conſummatus, & eſt ſtatus æter-
nitatis in regno. Unde Apoſtolus ibi, *conſum-* Hebr. 5. 9.
matus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi
cauſa ſalutis æternæ, appellatus a Deo Pontifex,
juxta ordinem Melchiſedech, quem * probat ibi * ordinem.
eſſe æternum. Ne ergo deperiret Sacerdotium
Chriſti, ſecundum utrumque ſtatum; ipſo jam
retinente ſolum ſecundum in ſe ipſo, commit-
tit Chriſtus primum ſucceſſive continuandum
in ſuo Vicario, quamdiu ſupereſt cauſa talis
Sacerdotii, ſcilicet ſtatus mortalis hominum vi-
ventium in hac carne. Propter hanc enim cau-
ſam ab initio eſſe cum hominibus oportuit Sa-
cerdotem ſecundum dies carnis, ut caro carnem
poſſet ſenſibiliter informare de ſpiritu: quia in- Inter ſymbola facilior eſt actio.
ter ſymbola facilior eſt actio. Et propter hoc
noluit Deus mittere ſpiritum exutum fratribus
mali divitis, ſed *Moyſen habent* (inquit) *& Pro-* Luc. 16. 29.
phetas, audiant eos, ideſt, homines legem ha-
bentes Moyſen & Prophetas. Et Eliſæus noluit 4. Reg. 5. 10.
invocatione ſpiritus Dei, ſed ſenſibili lavacro
Jordanis curare Naaman leproſum. Ita ergo o-
portet Chriſtum habere Vicarium mortalem &
infirmum pro toto ſtatu hujus carnis, ut per
conſimilem ſecundum quid, reducantur in Deum.
Sic enim expreſſe dicit Apoſtolus ad Hebr. VII. Hebr. 7. 28.
Lex enim conſtituit homines Sacerdotes infir-
mitatem habentes. Et iterum cap. IV. *Omnis* Hebr. 5. 1.
Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus
&c. qui condolere poſſit his qui ignorant & er-
rant, quoniam ipſe circumdatus eſt infirmitate.
Quod non de Chriſto, ſed de Sacerdote legali,
vel noſtro, intellexit Apoſtolus, dicente Hay-
mone in expoſitione hujus textus, HAYMO. Haymo.
„ Quod vero adjunxit, quemadmodum & pro po-
„ pulo, ita pro ſemetipſo offerre pro peccatis,
„ hoc ad Sacerdotes legales, ſive noſtri tem-
„ poris magis pertinet, quam ad Chriſtum,
„ qui peccatum non fecit. Poteſt & illud quod
„ dixit, *quoniam ipſe circumdatus eſt infirmita-*
„ *te*, referri ad Sacerdotem legis, ſive noſtros;
„ ita ut infirmitas accipiatur pro peccato. „
Hæc ille. Vult ergo Chriſtus Pontificem ex ho-
minibus aſſumptum, infirmitate circumdatum,
Sacerdotium ſuum, ſecundum dies carnis, vi-
cariatim geſtare in terris, quamvis ipſe idem
Sacerdotium, ſecundum ſtatum æternitatis, per
ſe ipſum miniſtret in cœlis.

5. Arguit iterum contra Papam, ſcilicet, con-
tra Petrum in capite WICLEFFUS. Sicut non Wicleffus
„ ſequitur, *Petrus fuit vocatus a Chriſto ſingu-* Matth. 16. 23.
„ *lariter Sathanas; ergo Petrus cunctis fuit ab-*
„ *jectior*; ita non ſequitur: Petrus habuit ſin-
„ gulariter hæc privilegia, ut ſibi diceretur:
„ *Tibi dabo claves regni cœlorum: & rogavi pro* Matth. 16. 19.
„ *te ut non deficiat fides tua*; Ergo Petrus de-
„ buit poſt Aſcenſionem eſſe Papa, & caput Ec-
„ cleſiæ militantis. „ Et eſt *Concluſio* inter da-
mnatas CXI. Non ſingillatim ſunt nunc ſingula
abſolvenda, ne fruſtra videamur ea dixiſſe ſu-
perius *. Quomodo enim, & ex quibus locis * art. 1. lib. 2.
Scripturæ, Petrus privilegium Papatus accepit,
ut eſſet, poſt Aſcenſionem Domini Chriſti, ca-
put militantis Eccleſiæ, prædicta demonſtrant.
Quomodo autem Sathanas erat; non tamen in-
de

de cunctis abjectior, dicenda docebunt. Unde enim hoc occaſionem dicendi præſumpſit, non video, quia Etymologia, vel interpretatio nominis hoc non habet. Hieronymus namque in libro Interpretationis, ideſt, *de interpretatione* A *Hebraica*, HIERONYMUS. Sathan (inquit) dici- „ tur *contrarius* vel *adverſarius*. „ Et ſecundum Remigium in *interpretationibus Hebraicis*, REMIGIUS. Sathan *contrarius*, vel *adverſarius*, „ ſive *tranſgreſſor*, ſive *prævaricator* dicitur. „ Sic ergo vere dicimus Petrum tunc fuiſſe contrarium Chriſto, & adverſum, quando, ne pateretur, ſuggeſſit conſilium. Quod autem fuit tunc cunctis abjectior, quid ad propoſitum? Beatus enim Auguſtinus quaſi totum delictum Petri aperiens *ſuper Pſal.* LXIX. AUGUSTINUS. „ Præcedere quippe (inquit) quodam loco Pe- „ trus voluit Dominum. Loquebatur enim Sal- B „ vator de paſſione ſua, quam ſi non ſuſcepiſ- „ ſet, nos ſalvi non eſſemus. Et Petrus, qui „ paulo ante eum confeſſus erat filium Dei, „ & in illa confeſſione appellatus erat *Petra*, „ ſuper quam fabricaretur Eccleſia: paulo poſt, „ dicente Domino de futura ſua paſſione, ait: „ *Abſit Domine, propitius tibi eſto*, non fiat iſtud. „ Paulo ante, *Beatus es Simon Bariona, quia* „ *non revelavit tibi caro & ſanguis, ſed Pater* „ *meus qui in cœlis eſt:* modo repente, *redi* „ *poſt me Sathana*. Quid eſt *redi poſt me?* ſe- „ quere me. Præcedere me vis; conſilium me- „ um ſequaris. Hoc eſt redi retro, redi poſt C „ me. Antecedentem compeſcit, ut retro re- „ deat. Unde appellat *Sathanam*, quia vult præ- „ cedere Dominum. Paulo ante *Beatus*, modo „ *Sathanas*. Unde paulo ante beatus? *Quia* „ *non tibi revelavit caro & ſanguis, ſed Pater* „ *meus, qui eſt in cœlis*. Unde modo Satha- „ nas? Quia non ſapis (inquit) quæ Dei ſunt, „ ſed quæ hominum. „ Hæc ille. Quis ergo docuit noſtrum Wicleffum iſtam grammaticam, ut Petrus quia *Sathanas*, eſſet cunctis *abjectior*, cum nec logica ſuffragetur? Sed bene ſequitur: D igitur *contrarius*, & *divina non ſapiens*. Sed ex privilegio confeſſionis ſuæ habebat unde eſſet Petra, ſuper quam fabricaretur Eccleſia. Sic enim iſtich ſcripſerat Auguſtinus. Et quomodo petra, ſuper quam fabricatur Eccleſia, ſi non eſt caput Eccleſiæ, ſaltem Vicarium? Sic enim Chriſtus, quia fundamentum fundamentorum, idcirco factus eſt in caput anguli, ut tractat Auguſtinus ſuper Pſal. LXXXVI. Ergo Petrus, quia *contrarius*, ideo *Sathanas;* ſed quia *Petra*, ſupra quam fabricatur poſt Chriſtum Eccleſia, inde *Caput*, inde *Papa*.

[Margin: * Hieronymus — Remigius. Altiſſiodorenſis — Auguſtinus To.4.pag.714. num. 4. — Matth. 16. 22. — Ibid. 23. — Pſal. 117. 22.]

CAPUT LIV.

De Cardinalibus Romanæ Eccleſiæ.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Eccleſia Romana figurata eſt in grano ſinapis.*
2. *Wicleffi maledicta in Cardinales.*
3. *Cardinales unde dicti, & quod ſunt Papæ coadjutores*
4. *Cardinalium titulos Evariſtus primo ſtatuit, quos poſtea Marcellus auxit. Unde patet, Cardinalatum non eſſe rem novam.*
5. *De Cardinalium numero aliquis eligitur in Papam, etiam ex antiqua conſuetudine, quæ ex inſtitutione Sancti Petri & ſuorum ſucceſſorum manavit.*
6. *Cardinales ſunt aſſiſtentes Papæ.*
7. *Cardinales olim Preſbyteri, & Clerici Romani dicebantur.*
8. *Cardinales, quamquam male audiant ab hæreticis, ſunt tamen (ut Sancti Patres teſtantur) totius Eccleſiæ Senatus.*
9. *Cardinalium nomen Donatiſtæ ſibi uſurparunt.*
10. *Cardinales in officio prædicandi Epiſcopis conjungit Iſidorus.*

1. CEſſet jam adverſarius Sancti Petri, & ejus in hac alma Sede ſequacium*, eis improperare, quod ſunt Chriſto diſſimiles, faſtu mundi majores, paupertatis priſtinæ contemptores, elevati, glorioſi, Clericorum Cardinalium turba ſtipati, & ſimilia, quæ (ut dicit) Chriſtus pauper non habuit, Petrus non appetiit. Eccleſia Chriſti, dico tibi, ab ore veritatis granum illud ſinapis eſt, quod accipiens homo filius hominis ſeminavit in agro ſuo, qui, ipſo exponente, mundus eſt; maxime ergo ubi caput eſt mundi. Sed & hoc granum ſinapis, in agro ſatum Romano, minimum eſt adhuc cunctis ſeminibus, dum ſcilicet inter frigidos ſulcos algentem hyemem ſuſtinet Principalis tyrannidis: ſed perſecutionis algore tranſacto, cum fervuerit æſtas, & jam creverit, majus eſt omnibus oleribus, & fit arbor ex grano; ita ut volucres cœli veniant, puta multiplices dignitates, & habitent in ramis ejus. Ita ergo arbor robuſta ex parvo grano proceſſit, Papatus ex Petro; &, Chriſto cultore, crevit in ramos Patriarcharum, puta Cardinalium, Primatum, Pontificum, Clericorum; & jam majus eſt omnibus oleribus ſpecie, quod quantumcumque puſillum erat, prius tamen tantum erat in ſemine.

[Margin: * intellige ſucceſſorum — Matth. 13. 31. — Luc. 13. 19.]

2. Sed contra hos ramos Wicleffus noſter, (ut audiſtis prius *) totus inſurgit, dicens, Cardinalium coetum a diabolo introductum: in cujus ſignum, nomen eorum non eſt repertum in Scriptura: & eos aſſignat ſecundos poſt Papam lib. *de Antichriſto* & lib. *de Eccleſia & membris* cap. IV. WICLEFFUS. Chriſtus (in- „ quit) in Scriptura non docuit aliquam ſpe- „ ciem ordinis de Capitulo Antichriſti; ergo „ non eſt de ejus beneplacito, ut ſint tales. „ Capitulum enim iſtud in iſtis ſpeciebus duo- E „ decim continetur, ut eſt Papa, & Cardina- „ les, (*a*) Patriarchæ, Archepiſcopi, Epiſco- „ pi, Archidiaconi, Officiales, & Decani, „ Monachi, & Canonici. Fratres in iſtis qua- „ tuor ordinibus ſunt, & Quæſtores. „ Hæc Wicleffus.

[Margin: * cap. 38. num. 1. — Wicleffus — a]

3. Cardinales vero, quantum reor, dicuntur a *Cardine*, (*b*), quia, mediis eorum officiis & induſtria, volvitur oſtium militantis Eccleſiæ; Vicarius ſcilicet oſtii, quod eſt Chriſtus. Ac ſi Moyſes in minori populo Judæorum non potuit ſolus portare pondus & jurgia; qualiter inter

(*a*) Etiam Calvinus lib. 4. Inſtit. cap. 7. §. 30. Cardinalium antiquitatem, Officium, ac præcellentiam inficiatur.

(*b*) A *cardine* nomen Cardinalium derivaſſe, communis eſt opinio. Addit tamen Bellarminus lib. 1. de clericis, cap. 16. quod nomen *Cardinalis* primo fuit impoſitum loco, & a loco derivatum ad perſonas. Dicebantur enim *tituli Cardinales* quædam principalia Urbis Templa, in quibus Baptiſma conferebatur; & dicebantur *Tituli Cardinales* ad differentiam aliorum locorum Sacrorum minus principalium. Hinc Preſbyter, qui eam regebat Eccleſiam, dicebatur *Preſbyter Cardinalis*. Porro erant in Urbe Diaconiæ Cardinales, ſeu loca quædam ab aliis longe præſtantiora; unde qui in eis reſidebant, vocabantur pari ratione *Diaconi Cardinales*. Sic etiam poſtmodum dicti ſunt Epiſcopatus Cardinales, & inde *Epiſcopi Cardinales* ſex illi, qui ad eligendum Pontificem conveniebant; & eidem Pontifici a Conſiliis erant præ cæteris Orbis Epiſcopis.

inter tot millia populi Chriſtiani poterit Papa portare ſolus pondera miniſtrorum, & jurgia placitorum, ſeu litium? *Domini* (inquit Scriptura) *ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem*.

1. Reg. 2. 8.

4. Et quomodocumque ſit de nomine, tamen quod tantum eſt curandum, res ab antiquo A profecit: quod ex Titulorum ejus diviſione patescit. Evariſtus * enim, ſecundus a Clemente Papa, primo dictus eſt Cardinalium titulos ſtatuiſſe (*a*). Unde *de geſtis Romanor. Pontificum ex Damaſo*, HIERONYMUS. Evariſtus (inquit) „ natione græcus ſedit annis novem. Hic titulos in urbe Roma diviſit. „ Hæc ille. Quos quidem titulos poſtea multiplicavit Papa Marcellus, vigeſimusoctavus a Beato Petro, & ante Sylveſtrum tertius, ut præfato loco notat HIERONYMUS. Marcellus (inquit) natione „ Romanus, ſedit annos quinque. Hic fecit „ Cœmeterium via Salaria, & vigintiquinque B „ titulos in urbe Roma conſtituit. „ Hæc Hieronymus.

* anno Chriſti 113.
a
* Hieronymus
* Hieronymus

5. Rurſus non eſt credendum, quod tarde venerunt * in illam Eccleſiam, quæ ſemper a ſui primordio mater fuit omnium Eccleſiarum, & multorum venerabilium miniſtrorum aſſiduitatem expetiit. Ab his enim olim electus eſt Papa (*b*), ut non ignarus quiſquam, & jam docendus intraret ad regimen; ſed ſatis expertus, & jam probatus a longi temporis uſu, doceret & Clerum & populum chriſtianum, quod ipſe firmiter ſapiebat: & ſi non fallor, a temporibus Sancti Petri hæc regula cœpit exordium. C Unde in decreto Stephani Papæ, STEPHANUS PAPA. Oportebat (inquit) ut hæc Sacroſancta „ Domina noſtra Romana Eccleſia, (juxta quod „ a Beato Petro, & ejus ſucceſſoribus inſtitutum eſt) rite ordinaretur; & in Apoſtolatus „ culmen unus de Cardinalibus Presbyteris aut „ Diaconibus conſecraretur. „ Hæc ille; & eſt in Canone, Diſt. LXXIX. cap. *Oportebat*. Videtur mihi dicere hoc Decretum, quod decentius eligendus ſit in Romanum Pontificem aliquis de Cardinalibus Presbyteris, aut Diaconibus; & hoc a Sancti Petri & ſucceſſorum ejus inſtitutione manaſſe. Quod ſi ita eſt, nec Sancto Petro de- D fuerunt Cardinales. Iterum ab eorum Cardinalium cœtu (ſicut ante * dictum eſt) Romani Pontificis poſt futuri agebatur electio. Unde venerabilis Doctor Hugo lib. II. *de Sacram.* parte III. cap. XIV. HUGO. Quia (inquit) Sedes Apoſto- „ lica cunctis in orbe terrarum præfertur Ec- „ cleſiis, atque ſuper ſe Metropolitanum ha- „ bere non poteſt; Cardinales Epiſcopi procul „ dubio Metropolitani vice funguntur, qui vi- „ delicet electum Antiſtitem ad Apoſtolici cul- „ minis apicem provehunt. „ Hæc Hugo.

* Cardinales
Ab antiquo unus ex Cardinalibus eligebatur in Papam
b
Stephanus P. III. apud Gratian. Diſt. 79. cap. oportebat. pag. 501.
Cardinales tempore Sancti Petri.
* Cap. 39. hujus libri
Hugo To. 3. cap. 15. pag. 383.

6. Bene tangit Hugo neceſſitatem Epiſcoporum Cardinalium hujus Sedis, ut quia non po- E teſt Papa ſupra ſe Metropolitanum ſuſcipere, qui aut eum rectificare poſſet in ſententiis, & inſtruere monitis; aut ab oppreſſorum relevare tumultibus: ſaltem aſſiſtentes conſules, & proviſores habeat, qui hac vice fungantur, Epiſcopos Cardinales. Sic ergo Evariſtus Papa propter nudam aſſiſtentiam verbo Dei, cum prædicare debet Papa, ſeptem ſignavit aſſore Diaconos prædicanti. Unde in *de geſtis Romanorum Pontificum ex Damaſo* HIERONYMUS. Fuit „ * (inquit) temporibus Domitiani & Nervæ „ uſque ad Gallum *. Hic ſeptem Diaconos ordinavit, qui cuſtodirent Epiſcopum prædi- „ cantem per ſtylum veritatis. „ Hæc Hieronymus. Poſtmodum vero Lucius Papa duos Sacerdotes inſtituit, & tres Diaconos, qui aſſiſtentes ſemper eſſent Pontifici, propter teſtimonium perhibendum de geſtis Eccleſiæ. Unde ibidem HIERONYMUS. Lucius (inquit) natione „ Romanus, ſedit annis tribus. Hic præcepit, „ ut duo Presbyteri & tres Diaconi in omni „ loco Epiſcopum non dexererent, propter te- „ ſtimonium Eccleſiaſticum (*c*). „ Hæc Hieronymus.

* Hieronymus
* Conſulem
Collegium Cardinalium vices agit Metropolitani pro Romana Eccleſia
* Hieronymus
* ſupple Evariſtus.

7. Sic ab antiquo tales fuerunt in Romana Sede miniſtri; ſed dum nomen Cardinalium non cognoſcebatur in mundo, cæteris appellationibus notuerunt, & dicti ſunt *Romani Presbyteri*, Romanæ Sedis *Diaconi*, quemadmodum catholicus Hieronymus (*d*), & Novatus hæreticorum (*e*) princeps, in Doctorum ſcriptis frequentius dicebantur. Vel alias, ſicut apud Auguſtinum, Romanæ Eccleſiæ *Clerici* (*f*). Unde cum Pelagiani falſo retorquere vellent crimen ſuæ damnationis in alios; non in Papam, ſed in Romanum Clerum fremebant, cœtum puta Cardinalium, apud quem, ut dogma cognoſceretur, apparuit; quod ſcilicet mutaſſent doctrinam antiquam, & aliter jam ſaperent, quam prius ſub Papa Innocentio docuerunt. Unde *contra duas Epiſtolas Pelagianorum* lib. II. cap. IV. AUGUSTINUS. Quomodo (inquit) ab „ iſtis fidei deſertoribus, & oppugnatoribus gra- „ tiæ, Romani Clerici prævaricationis arguun- „ tur ſub Epiſcopo Zozimo, quaſi aliud ſenſe- „ rint in damnatione poſteriore Cœleſtii & Pe- „ lagii, quam ſub Innocentio in priore ſenſe- „ runt? Quia utique cum literis venerabilis In- „ nocentii de parvulis, niſi baptizentur in Chri- „ ſto, æterna morte perituris, catholicæ fidei „ clareret antiquitas; profecto Romanæ Eccle- „ ſiæ prævaricator potius eſſet quicumque ab „ illa ſententia deviaſſet; quod Deo propitio „ quoniam factum non eſt, ſed ipſa conſtanter „ repetita Cœleſtii & Pelagii damnatione ſer- „ vata eſt, intelligant ſe eſſe iſti unde alios „ criminantur, & aliquando a fidei prævarica- „ tione ſanentur. „ Hæc Auguſtinus. Audiſti jam contra Romanos Clericos iſtos Pelagianos ſtruxiſſe calumnias, qualiter tu contra eosdem ſpecie Clericos Cardinales, inſtar Patrum tuorum, frontem auſus es levare blaſphemam? Nec mirum de carnalium ira virorum, qui Judicum ſuorum ſibi adverſas non didicerunt ferre ſententias: quod ſolus fecit inter Chriſti jumenta pius & docilis animus, jam factus vera ſedes Chriſti, & ejus aſina ſubjugalis.

* Hieronymus
d
e
f
Auguſtinus To. 10. pag. 436. num. 8.
Matth. 21. 5.

8. Sed

(*a*) Hæc ſpernit antiquitatis monumenta Calvinus, qui aſſerit ſe non legiſſe nomen *Cardinalium* ante Gregorii tempora. Sed ſpernat, ut de more habet, hanc ab Evariſto titulorum Cardinalium factam diviſionem; num irridere poterit Canonem ſextum Concilii Romani ſub Silveſtro, in quo legimus ſeptem penes Eccleſiam Romanam fuiſſe Diaconos Cardinales? Quis autem neſciat, quod Silveſter fere trecentis annis Gregorium præceſſit?

(*b*) Electio Papæ eſt unum ex officiis Cardinalium. Alterum porro eſt Papam in regimine Eccleſiaſtico ſubvenire opera atque conſilio. Tertium denique ipſi Papæ prædicanti aſſiſtere, ut infra docet Waldenſis. De electione Papæ Vide dicta jam ſupra cap. 39. & 40. hujus libri.

(*c*) Ut ſcilicet forent veluti Notarii & teſtes, qui ſingularia Pontificum geſta teſtari, ac ad poſteros tranſmittere valerent.

(*d*) Hieronymus a Paulino Epiſcopo Antiocheno Presbyter inauguratus eſt anno circiter 378. ita tamen ut nulli adſcriberetur Eccleſiæ, quemadmodum ipſe teſtatur in epiſt. 61. ad Pammach. Hinc author ille, qui ſermones ad Fratres de eremo conſcripſit, & Sancto Auguſtino ſuppoſuit, opinatus eſt Hieronymum Presbyterum Clero poſtea Romano adſcriptum, & ideo Cardinalem fuiſſe: quæ opinio *in Doctorum ſcriptis* (ait Waldenſis) poſtea invaluit

(*e*) Hæreticorum Novatianorum princeps *Novatus* Carthaginenſis Presbyter, qui *Novatiani* conflandi ſchiſmatis author fuit anno Dom. 251.

(*f*) Non multum intereſt, quod ſero, ut Novatores jactant, nomen inſonuerit Cardinalium: quia certiſſime antiquiſſimum eſt Cardinalium officium, illud nempe, quo fungebantur *Presbyteri* & *Clerici* Romanæ Eccleſiæ.

Pſal. 2. 1.

8. Sed quamquam fremant gentes, & hæreticorum populi meditentur inania, non ex hoc ceſſat chorus ille Sanctorum Patrum fidei tantæ Sedis aſſiſtere; ut quantum valet, dum militat, æmula fiat Eccleſiæ, quæ triumphat in conſpectu Sedis ejusdem.

Apoc. 4. 4.

Super vigintiquatuor thronos ipſi ſedent vigintiquatuor (*a*) Seniores circumamicti veſtimentis albis (*b*) propter innocentiam vitæ; & coronas geſtantes aureas, propter ſapientiam intellectus. Et idcirco gaudebat Auguſtinus, Eccleſiam Romanam tunc fuiſſe a prævaricatione ſalvatam, quando per ejuſdem Clerum eſt conſtanter repetita damnatio Cœleſtii prætemptata. Ita nempe eſt; nec ſine cauſa thronum ſedent, quibus datum eſt in conſpectu primæ Sedis facere judicium & juſtitiam in terra, & orbis Pontificem præmunire conſiliis (*c*). Unde Hieronymo videtur ibi eos loca tenere Senatus,

Iſai. 3. 3. Hieronymus *To.* 4. *pag.* 50.

lib. 11. ſuper Iſajam, textu, *Et honorabilem vultu, & conſiliarium admirabilem*, HIERONYMUS. „ Conſiliarii quoque Senatus a conſulendo dicuntur: & Principes quondam Romani *Conſules* appellati ſunt, vel a conſulendo Civibus, vel a regendo cum conſilio. Et nos habemus in Eccleſia Senatum noſtrum, cœtum Presbyterorum. „ Hæc ille.

Conſules unde ſic dicti.

Sic etiam pius Pater Bernardus in Epiſtola, quam ad eos ſcribit, BERNARDUS. Dominis (inquit) & Patribus reverendis, Epiſcopis, & Cardinalibus, „ qui ſunt in Curia *, puer ſanctitatis eorum. „ Nulli dubium, quin ad vos ſpectat tollere „ ſcandala de regno Dei, ſurgentes ſuccidere „ ſpinas, ſedare querelas: ſic enim præcepit „ Moyſes, cum montem ſubiit, *Habetis* (inquiens) *Aaron & Ur vobiſcum: ſi quid natum fuerit quæſtionis, referetis ad eos*. Illum „ loquor Moyſen, qui venit in aqua; & non „ in aqua ſolum, ſed in aqua & ſanguine: & „ ideo pluſquam Moyſes, quoniam in ſanguine „ venit. Et quia per Ur & Aaron ſtat zelus „ & authoritas Romanæ Eccleſiæ ſuper populum Dei, ad ipſam merito referimus, non „ quæſtiones, ſed læſiones fidei, & injurias „ Chriſti, Patrum probra atque contemptus, „ præſentium ſcandala, & pericula poſterorum. „ Irridetur ſimplicium fides, eviſcerantur arcana Dei, quæſtiones de altiſſimis rebus temerarie ventilantur, inſultatur Patribus, quod „ eas magis ſopiendas, quam ſolvendas cenſuerint. „ Hæc Bernardus.

Bernardus *To.* 1. *Epiſt.* 188. *pag.* 181. * *M. addunt* Romana.

Exodi 24. 14.

Ecce vides, mi Wicleff, Cardinales Romanos non habere modicum quid juris in orbe (*d*). Hos habet Aaron & Ur Moyſes noſter Papa. Ita juſſit Moyſes: *Si quid natum fuerit quæſtionis, referetis ad eos*. Non eſt noſtrum contravenire mandatis, rebellare judicibus, prævenire Principes, & non conjungi pſallentibus. Quod ſi dicas te pſallere;

Exodi 24. 14. *Pſalm.* 67. 26.

Thom. Wald. Tom. I.

mente pſallas & ſpiritu. Pſallebat Saul, & quæritur, *Num Saul inter Prophetas?* Pſallebat David, & veritatem pſalmi pandebat effectus, quia mitius habebat ſpiritus Saul malignus. Sed ſi concuſſeris quemquam, moveris Orbem, & calumniantibus eam ſuperbis, & Patres & filios, & totam tradideris Eccleſiam, neceſſe eſt, ut poſtquam ſummos damnaveris, damneris ab imis. Neſcio tamen ſi in Cardinalibus tantum damnaſti vocabulum; quod ſi non placet, cur diſplicet? Si non prodeſt, ſaltem quid obeſt? Quid mihi, aut quid contra me quod ſolus diceris *Wicleff* eſſe, niſi quod SUPERSTITIO DOCTRINÆ nomen tibi fecit infamiæ?

1. *Cor.* 14. 15. 1. *Reg.* 11. 12. 1. *Reg.* 16. 23. *Pſal.* 118. 122.

9. Sed forte invides nomen illud Eccleſiæ catholicæ, quod ſibi Patres tui Donatiſtæ aſſignarunt; & ex hoc ſic appellat eos Auguſtinus lib. 1. *de Baptiſmo contra Donatiſtas*, cito poſt principium, AUGUSTINUS. Hoc (inquiens) confert & præſtat Deus per communionem catholicam illis, qui veniunt ab alia hæreſi „ vel ſchiſmate, ubi baptiſmum Chriſti acceperunt; ideſt, non ut baptiſmi Sacramentum „ incipiant habere, quod non habebant; ſed ut „ proſit * eis quod inutiliter habebant. Quapropter inter nos & ipſos quodammodo *Cardinales* Donatiſtas, quorum Epiſcopus apud „ Carthaginem Primianus eſt, jam de hac re „ nulla eſt controverſia. „ Hæc ille.

Auguſtinus *To.* 9. *cap.* 5. *pag.* 84. *num.* 7. * *M.* incipiat prodeſſe quod habebant.

Ecce Donatiſtæ Cardinales habebant, nec objicis: ſequax & vicarius Chriſti, ſi habeat Cardinales, immo ſi univerſa Eccleſia (*e*) habeat, pulmonis tibi ſpiraculum exulceravit invidia.

10. Magnus inſuper Iſidorus in officio prædicandi eoſdem Cardinales conjungit Epiſcopis; & in hujus figuram veſtit utroſque ſandaliis in *ſerm. ad Synodum* de ſignificationibus indumentorum Sacerdotalium, qui incipit, *Quia ſanctitas veſtra;* ISIDORUS. Utuntur (inquit) „ Epiſcopi & Cardinales presbyteri ſandaliis, „ quæ calceamenta ſunt Prædicatorum. Habent „ autem a terra ſoleam integram, ne pes tangat terram. Supra vero conſtant ex corio quibuſdam locis pertuſato, quia Evangelium „ non habet terrenis commodis inniti, nec omnia Evangelii Sacramenta omnibus revelari, „ nec abſcondi ab omnibus. „ Hæc ille.

* Iſidorus

Inſuper Beatus Gregorius noſcitur ſtatuiſſe Cardinales, non autem ſine cauſa, ut fideles de ipſo credunt. Unde lib. 11. *Regiſt.* Epiſt. XIII. *ad Agnellum* ſcribens Epiſcopum de Fundis, GREGORIUS. Relatio Cleri ſimul & populi, Terracinæ degentis, nos valde lætificat ob hoc quod „ de tua fraternitate bona teſtatur. Et quia „ defuncto Petro Pontifice ſuo ſibi Cardinalem „ poſtulant conſtitui te Sacerdotem, eorum neceſſario complenda prævidimus deſideria *, „ qua-

Gregorius *To.* 2. *lib.* 3. *Epiſt.* 13. *pag.* 633. * *M.* vota.

(*a*) Numerus Cardinalium non ſemper fuit æqualis. Ab initio Titulorum Romanæ urbis numerum exiguum non excedebat. Sed poſtea aliquantulum Titulorum & Cardinalium numerus adauctus eſt; non tamen certis limitibus ſtabilitus. Unde Œcumenica Conſtantienſis Synodus Seſſ. 43. ſtatuit ut numerus Cardinalium S. R. E. *adeo ſit moderatus, ut nec gravis ſit Eccleſia, nec ſuperflua numeroſitate vileſcat;* ut refert *Philippus Labbeus* in append. ad præfatum Concilium. Tandem Sixtus V. ſeptuaginta dumtaxat creari ſtatuit, ſex Epiſcopos, Presbyteros quinquaginta, & Diaconos quatuordecim, ex iiſque quatuor ſaltem in Sacra Theologia Magiſtros, ex Mendicantium Ordinibus aſſumendos, ut videre eſt in ejus Conſtitutione, quæ incipit *Poſtquam*.

(*b*) Rubris capitiis Cardinales ornavit Paulus II. quibus ſoli Pontifices Romani antea utebantur; pannoque ejuſdem coloris equos ipſorum ſtratos eſſe juſſit dum equitabant, ut *Jacobus* Cardinalis Papienſis, & *Platina* teſtantur. Biretum rubrum Cardinalibus ex Ordinibus Regularium aſſumptis conceſſit Gregorius XIV.

(*c*) Propter aſſiſtentiam, quam Summo Pontifici debent Cardinales impendere, illis olim neceſſaria erat diſpenſatio, ut Epiſcopatum cum Cardinalitiis infulis retinerent, ut colligitur ex Joanne XXII. qui *Tolarando* Antiſiodorenſi Epiſcopo, in Collegium Cardinalium cooptato, redditus Epiſcopales ad duos menſes ex diſpenſatione conceſſit. Idem conſtat ex iis quæ refert *Odoricus* Raynaldus ad an. 1344. num. 68. & ex cap. *Bonæ memoriæ;* Extra: *de poſtulatione Prælatorum*.

(*d*) Illis concinit Theologis, qui merito aſſerunt Cardinales quamdam habere juriſdictionem ſuper univerſam Eccleſiam. Hinc non paucæ pro Cardinalibus ſolent in Jure exceptiones fieri. Sed non ideo parvipendenda ſunt, quæ pro illorum vita inſtituenda, vel reformanda, diverſis fuerunt ſancita temporibus, præſertim in Concilio Lateranen. v. ſub Leone x. Seſſ. IX. In ea quippe promulgata fuit ſaluberrima Conſtitutio, qua ſtatuitur ut Domini Cardinales vitæ munditia, ac virtutum ſplendore cunctis præfulgeant; ut ſint omnes vigiles, ac divinis officiis, Miſſarumque celebrationibus intenti: ſint modeſtiæ ac frugalitatis ſpeculum: miniſterium indecorum Epiſcoporum, Prælatorumque in domibus non habeant: ne partialitatem ſuſcipiant aliquam; neque Principum, aut Communitatum, vel quorumcumque aliorum contra quemquam, niſi quantum juſtitia & æquitas poſtulat, promotores aut defenſores fiant: ut ſedandis litibus omni diligentia vacent: ut pauperum, & religioſorum negotia promoveant: ut Eccleſiarum bona temere non effundant &c.

(*e*) Non ſolum Romana, ſed ceteræ quoque Eccleſiæ ſuos habebant *Cardinales*, ideſt Presbyteros, & Diaconos, principalium, ſeu Cardinalium locorum rectores.

,, quatenus & illi ſe gaudeant impetraſſe quod
,, poſtulant, & nos conceſſiſſe, quod expedit,
,, videamur. Quia igitur ob cladem hoſtilita-
,, tis, nec in civitate, nec in Eccleſia tua eſt
,, cuiquam habitandi licentia, ideo te, hac au-
,, thoritate, Terracinenſi Eccleſiæ Cardinalem
Gratianus 21. q. 5. c. 1. ,, conſtituimus Sacerdotem -- Et infra -- Illud quo-
,, que fraternitatem tuam ſcire neceſſe eſt, quo-
,, niam ſic te prædictæ Terracinenſi Eccleſiæ
,, Cardinalem eſſe conſtituimus Sacerdotem,
,, ut & Fundenſis Eccleſiæ Pontifex eſſe non
,, deſinas, nec curam gubernationemque ejus
,, prætereas. ,, Hæc ille. Item Ordini & ple-
bi conſiſtenti Terracinæ idem in Epiſtola ſub-
Gregorius *To.2. lib. 3. epiſt. 14. pag. 635.* ſequente GREGORIUS. Quoniam gratæ, laudan-
,, dæque petitioni nec effectum negari, nec mo-
,, ram oportet innecti; ſecundum deſideria,
,, poſtulationemque veſtram, ſupraſcriptum
,, Agnellum directa præceptione Eccleſiæ ve-
,, ſtræ Cardinalem eſſe ſtatuimus Sacerdotem.
,, Pro qua re Dilectionem veſtram paterna ad-
,, hortatione commoneo, ut ei obedientiam
,, præbere in omnibus debeatis. ,, Hæc ille. Hæc
eſt jam Romana Eccleſia, celebris Præſul cum
Clero, Papa cum cœtu, magnus Pontifex me-
dius Levitarum. Vere etiam ſigna gerens certiſ-
ſima, quod ſit primæva proles, & hæres ma-
Romana Eccleſia ob hæreſes plus aliis Eccleſiis affligitur. joris Eccleſiæ, quia ſemper ictibus tunditur,
laceſſitur hæreſibus; & cum unaquæque minor
ſoror, & Eccleſia partialis ſemiſſem patitur,
Romana Eccleſia torquetur ad libram. MUL-
TUM DOLEO, QUOD tantum ab uno Anglico
patiatur hæretico, quia lugendam cenſeo An-
glicus Angliam. Sed ſuſtinerem, ſi jam termi-
num malorum proſpicerem. Abbas etiam Joa-
chim me terret, ſi vera prophetet, in expoſi-
tione ſua ſuper Jeremiam, tractans hunc tex-
Jerem. 8. 16. tum Jerem. VI. *A Dan auditus eſt fremitus e-*
Abbas Joachim pag. 201. *quorum ejus.* ABBAS JOACHIM. Quantum (in-
,, quit) hæreſiarchæ Græcorum orientalium Ro-
,, manam Eccleſiam turbaverunt, ipſe fremi-
,, tus Arianus ediſſerit, qui ſuis limitibus non
Vaticinium Abbatis Joachimi de Eccleſia. ,, contentus, in Athalia Jezabelis filia uſque
,, jam in Italiam ſuos impetus derivavit. Tri-
,, bus ergo Dan ſignificat Patarenos*, quorum
* *Ex Waldenſium Secta.* ,, ſectam Athalia proſequitur, ſicut Jezabel ma-
,, ter ejus perfidiam Arianam. Unde convinci-
,, tur, quod Eccleſia Romana tantam ab Ita-
,, licis hæreticis ſub Imperii poteſtate diffuſis
,, ſuſtinebit injuriam, quantam laceratis popu-
,, lis & diſſenſionibus fatigatis incurrent ejus
,, poſteri ex quaſſatione jacturam. ,, Hæc ille.
Hanc jacturam in ſe, & in poſteris aperire vi-
Jerem. 6. 26. detur in ſuperiori textu, *Filia populi mei accin-
gere cilicio*. Futurum (inquit) eſt, ut Eccle-
,, ſia Latinorum ubique diffuſa, quæ ad terro-
,, rem infidelium, & perſecutorum ſuorum, in
Iſai. 60. 15. ,, ſuperbiam fuit poſita ſæculorum, mammillis
,, regiis educata, deſpectui ſuis hoſtibus pa-
,, teat, & temporalia invita relinquat. Unde
,, patet, quod ſicut ex voluntaria paupertate
,, contendit ad gloriam, ſic verſa vice, ex cu-
,, piditate improba a dignitate deſcendat. Hæc
ille. Aſpice Domine de excelſo cœlorum ha-
bitaculo ſuper ſanctuarium tuum, ſuper domum
Romanæ Eccleſiæ die ac nocte. Fuga hinc flam-
mam omnis divinæ vindictæ ſuperbiam: dita
eam gratiis, inſtaura virtutibus. Domine, in-
quam, Jeſu Chriſte, inter cæteras creaturas Ad Deum pro Eccleſia ſupplicatio.
tuas loca ſancta conſecrare dignatus & tempo-
ra: qui ſicut Nazareth angelico nuncio, Be-
thleem natalitio, Jordanum lavacro, Eremum
panum miraculo, Syriam prædicatione, Jero-
ſolymam paſſione, Calvarium Sancta morte,
A & Olivorum montem ad Aſcenſionis ſcalam,
& dexteram Patris ad ſtationis gloriam: ſic
abſens corpore, ſed præſens ſpiritu, Romanam
Eccleſiam ad Vicariam Eccleſiæ tuæ cathedram
elegiſti; ita Vicepaſtorem tuum cum Sacerdo-
tali choro in hac Sede donorum cœleſtium ſe-
dula tua viſitatione dignifices, ut veræ pacis
& ſanctimoniæ, cunctæ ſubjectæ ipſi Eccleſiæ
divina quadam largitate donatæ, ſe gaudeant
eſſe participes. Flacci enim Horatii eſt,
Dii probos mores docili juventæ: Horatius *in Carmine ſecul. quod incipit Phœbe &c.*
Dii ſenectuti placidam quietem:
Romuleæ genti date rem, prolemque,
B Et decus omne.
Sed Caſſiodori noſtri melior eſt ſententia, quæ eſt
in libro ejus *de Anima* in fine, CASSIODORUS. Ve- Caſſiodorus *To.2. pag. 639. cap. 12.*
,, re omnipotens Domine, qui & ipſas miſerias
,, feciſti potentes. Nullus Regum egentibus tuis
,, par eſt: nullæ purpuræ, Piſcatorum tuorum re-
,, tibus adæquantur, quando illæ in munda-
,, nas tempeſtates impellunt, hæc ad littus æ-
,, ternæ ſecuritatis adducunt. Pauper de no-
,, bis, dives ex tuo; factus es ſocius morta-
,, litatis noſtræ, ut participes redderes æterni-
,, tatis tuæ. -- Sequitur. -- Tu ergo Domine
,, Jeſu Chriſte, qui ſic pro nobis flexus es, ut
C ,, homo fieri dignareris, non in nobis patia-
,, ris perire, quod decreviſti miſeratus aſſume-
,, re. Meritum noſtrum, indulgentia tua eſt.
,, Dona quod offeram; tribue quod exigis, ut
,, velis coronare quod præſtas. Vince de no-
,, bis invidam poteſtatem, quæ ſic decipit
,, ut delectet, ſic delectat ut perimat. ,, Amen.

CAPUT LV.

De Patriarchis, Primatibus, & Archiepiſcopis.

D

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Patriarcharum, qui ſunt in Eccleſia Chriſti, typum & figuram geſſerunt Patriarchæ veteris legis.*
2. *Ordo Epiſcoporum multiplex, nempe Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum.*
3. *Numquam tanta gentium multitudo & diverſitas uni Domino ſervivit temporali: numquam apud Judæos verus Dei cultus per tot temporum ſpatia ita eſt ſervatus illæſus, ſicuti ſub Romano Pontifice tot hominum diverſa genera in eodem cultu Chriſto militarunt.* E
4. *Ubi Ethnici quondam ſuos inſtituerunt Flamines & Archiflamines, ibi juſſum eſt ordinari Epiſcopos & Archiepiſcopos.*

1. VEniamus tandem ad Patriarchas (a) 1
& Primates, qui etiam in arboris ante-
dictæ, * quæ a tempore Sancti Petri crevit a * *Cap. præced. num. 1.*
grano, frondibus requieſcunt: qui etiam tales
inſti-

(a) Patriarchæ ampliori fruuntur honore, non ex majori Ordinis perfectione, ſed ex Apoſtolicarum quas tenent dignitate Sedium. Hinc ab initio tres illæ duntaxat erant Patriarchales Eccleſiæ, quas Petrus fundaverat, Romana videlicet, Antiochena, & Alexandrina: quia Romanam S. Petrus uſque ad mortem rexit; Antiochenam per ſe ipſum prius fundaverat; ſicut & Alexandrinam per Sanctum Marcum ſuum diſcipulum. Porro Jeroſolymitana Eccleſia per annos fere quingentos habita quidem eſt quarta Patriarchalis; ſed nomine, non re; ſeu honore, non poteſtate: nam ſubjecta erat Archiepiſcopo Cæſarienſi, qui erat Palæſtinæ Metropolitanus; & præterea Patriarchæ Antiocheno, qui toti Orienti præſidebat. Id ita eſſe patet ex Concilio Niceno Can. 7. Proceſſu temporis aliæ Eccleſiæ Patriarchatus honore decoratæ fuerunt, ex Romanorum Pontificum largitate.

inſtituuntur Eccleſiis, quales, providente Deo, priori populo carnali Abraham, & cæteri carnaliter naſcebantur, ne ſcilicet ſanctiſſimorum Patrum, per quos Chriſtus deſcendit in orbem, piam memoriam oblitteraret oblivio; & ut veritate ſequente figuram, æquali fœcunditate ſpiritus in germine populorum fidelium, A Patres multarum gentium dici poſſent & noſtri cum Patribus Synagogæ.

** cap. præced. num. 2.*

2. Hos, ut ante dixi *, Wicleffus noſter tertios ponit de Capitulo Antichriſti. Sed quid de iſtis ſentit fidelitas, melior interpres Rhabanus dicat. Ipſe namque libro ſuo *de Inſtitutis Clericorum*, cap. v. RHABANUS. Ordo (inquit)

Rhabanus *To. 6. pag. 4.* Patriarcha Pater Principum.

,, Epiſcoporum tripartitus eſt: ideſt, in Patriarchis, Archiepiſcopis, qui & Metropolitani
,, ſunt, & in Epiſcopis. *Patriarcha* lingua græca *Pater Principum*, ſive *ſummus Pater*, in-
,, terpretatur. Et ideo quod ſummo honore fungitur, tali nomine cenſetur; ſicut Roma- B
,, nus, Antiochenus, Alexandrinus. Archiepiſcopus græco vocabulo dicitur quod ſit ſum-
,, mus, vel Princeps Epiſcoporum: tenet enim vicem Apoſtolicam, & præſidet Epiſcopis
,, cæteris. Metropolitanus autem idem vocatur, eo quod præſideat illi Civitati, quæ
,, cæteris civitatibus in eadem Provincia conſtitutis quodammodo mater ſit. *Metropolis*
,, enim græce *Mater Civitatum* interpretatur. ,,

Archiepiſcopus princeps Epiſcoporum.

Metropolis mater civitatum.

Hæc ille. Hæc tamen Epiſcoporum diſtinctio triſaria, alias quadrifaria eſſe videtur eidem, lib. ſuo *de Naturis rerum* IV. cap. VIII. *de Clericis*, RHABANUS. Ordo (inquit) Epiſcopo- C

Rhabanus *lib. 5. de universo, cap. 5. To. 2. pag. 84.*

,, rum quadripartitus eſt, ideſt, in Patriarchis, Archiepiſcopis, Metropolitanis, atque Epi-
,, ſcopis. Patriarcha græca lingua ſummus Patrum interpretatur, quia primum, ideſt, Apo-
,, ſtolicum retinet locum; & ideo quod ſummo honore fungitur, tali nomine cenſetur,
,, ſicut Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus. *Archiepiſcopus* græco vocabulo dicitur,
,, quod ſit ſummus Epiſcoporum: tenet enim vicem Apoſtolicam, & præſidet tam Metro-
,, politanis, quam Epiſcopis cæteris. *Metropolitani* autem a menſura civitatum vocati
,, ſunt. Singulis enim provinciis præeminent: D quorum authoritate & doctrina cæteri Sacer-
,, dotes ſubjecti ſunt: ſine quibus reliquis Epiſcopis nihil agere licet: ſollicitudo enim to-
,, tius Provinciæ ipſis commiſſa eſt. Omnes autem ſuperius deſignati ordines, uno eo-
,, demque vocabulo *Epiſcopi* nominantur (*a*): a
,, ſed ideo privato nomine quidam utuntur, propter diſtinctionem poteſtatum, quam ſingu-
,, lariter acceperunt. Patriarcha Pater Princi-
,, pum; *Archos* enim *Princeps*. Archiepiſcopus dicitur Princeps Epiſcoporum, ſicut Metro-
,, politanus a menſura Civitatum. ,, Hæc ille.

Hæc videtur magis diſtincta poſitio: convenit enim in hac ipſa magno Iſidoro lib. VII. *Etymologiar.* cap. VII. a quo tranſumpſerat omne verbum. Hanc itidem ſequi videtur clarus Doctor Hugo lib. II. *de Sacramentis*, parte III. cap. IV. HUGO. Sacerdotalis gradus

Hugo *To. 3. cap. 5. pag. 23.*

,, diſpares in eodem ordine habet dignitates.
,, Nam poſt Sacerdotes, altiores ſunt Principes Sacerdotum, ideſt *Epiſcopi*; ſupra quos ite-
,, rum ſunt *Archiepiſcopi*; & ſupra illos qui dicuntur *Primates*, ſupra quos quidam Patri-
,, archas conſtituere volunt: alii eoſdem Primates & Patriarchas dicunt. (*b*) Nos ta- b
,, men quatuor tantum ex antiquo uſu Eccleſiæ Patriarchas nominatos invenimus, ſci-
,, licet, Alexandrinum, Jeroſolomytanum, Antiochenum (*c*) Aquilejenſem (*d*), qui poſt, c d
,, Gradenſis (*e*) dictus eſt: niſi forte ſecundum proprietatem linguarum iidem ipſi alibi *Pa-* e
,, *triarchæ*, alibi *Primates* appellati ſunt. ,,

Hæc ille. Ex his quidem videri poteſt prædictarum Dignitatum infra Epiſcopatum formata diſtinctio; ita ut ſuper plurimos præferatur unus, in quem tam authoritate, quam doctrinæ unitate multitudo concurrat. Novit enim prudens artifex Deus, quod non poterat una fides ſervari, ubi non multa rediguntur ad unum: & idcirco multi Sacerdotes ad unum rediguntur * Epiſcopum. Epiſcopi etiam multi ad unum fluunt Primatem: multique Primates, cum jam ſint facti pauci de pluribus, ad unum Patriarcham: & tandem cum ab antiquo ſint tantum quatuor Patriarchæ, ipſi ad unum ſe convertunt ſummum Pontificem. Sicque ab uno Legiſlatore ſervabitur per univerſum orbem una fides: & per diſperſiſſimas gentes una ſervitus uni Deo.

Fides ſervari non poterat niſi in unitate.

** al. ſupponuntur.*

3. Aut dicat Wicleffus, quantum recolere ſufficit, ſi per tot centenos annos tanta Nationum diverſitas, aut gentium multitudo, uni ſervivit unquam Domino temporali: aut ſi per regimen Judæorum verus Dei cultus tanto tempore ſit ſervatus illæſus, quanto tempore ſub Romano Pontifice tot diſpares nationes Chriſto Domino militarunt, ſub eiſdem * legibus, in una fide, & uno cultu ſimplici Chriſtiano? Sed ideo, ſecundum Ariſtotelem *in Politicis*, perennem fabricam facit concurſus regularis partium ad ſuum centrum, ut in teſtudine facit exemplum. Sint ergo poſt Summum Pontificem quatuor Patriarchæ, per quos ad quatuor mundi partes una doctrina fidei chriſtianæ perveniat,

** Ed. V. ejuſdem.*

Quatuor Patriarchæ pro quatuor mundi partibus.

(*a*) Diſtinctio nominum in Ordine Epiſcopali non invaluit ante Concilium Calchedonen. an. 451. celebratum. Omnes prius, qui nunc vocantur *Patriarchæ*, tunc vocabantur *Epiſcopi*. Sed nihilominus ſpectatiſſimi inter cæteros erant Romanus, Alexandrinus, & Antiochenus; & juriſdictione ampliori fruebantur, multiſque non modo Provinciis, verum etiam Diœceſibus præerant, uti docet Concilium Nicœnum can. 6. & Concilium Conſtantinopolitanum Canone ſecundo. Horum privilegia erant ordinationes Metropolitanorum in ſuis Diœceſibus, Conciliorum Patriarchalium convocatio, Legum Eccleſiaſticarum conditio, majorum judicium cauſarum, procuratio executionis Canonum in cunctis Provinciis ſuæ ditioni ſubjectis.

(*b*) Primates a Patriarchis diſtare probant quæ ſuperius de Patriarchis notavimus, & quæ de Primatibus dicit infra ſtatim Waldenſis. Certe Patriarchæ ii erant, qui primas Apoſtolicas tenebant ſedes: illi autem Primates, qui ab Apoſtolis inſtituti erant iis in urbibus, in quibus Magiſtratus Primates, Imperatoris authoritate, etiam ante Chriſti adventum degebant. Vide quæ dicuntur infra in fine capitis. Obſervandum tamen eſt; quod aliquando Primates inſtituebantur, non ſecundum potentiam alicujus Civitatis, ſed ſecundum tempus ſuæ ordinationis, ut conſtat ex Leone IX. Epiſt. 9. ad Petrum & Joannem Epiſcopos Africæ. Aliquando vero ii potiſſimum cenſebantur Primates, quibus Summus Pontifex vicariam demandabat poteſtatem, ut colligitur ex Epiſtolis Innocentii I. Bonifacii I. & Cœleſtini I. *ad Rufum* Theſſalonicenſem; Xiſti III. & S. Leonis, ad Anaſtaſium pariter Theſſalonicenſem Epiſcopum; Sancti Gregorii *ad Joannem* Primæ Juſtinianæ Antiſtitem.

(*c*) Ante Patriarcham Jeroſolomytanum, & Alexandrinum ſedebat antiquo jure Antiochenus.

(*d*) Ante Aquilejenſem acceſſit Patriarcharum numero Conſtantinopolitanus Epiſcopus, cui ſecundus locus a Romano, & honoris Primatus dignitaſque Patriarchica Synodi Conſtantinopolitanæ I. Can. 3. conceſſa eſt; cum prius Heracleenſis in Thracia Metropolitæ ſuffraganeus eſſet.

(*e*) Damnationem *trium Capitulorum* in Synodo Œcumenica V. factam male audierunt Iſtriæ ac Venetiarum Epiſcopi: qui & Synodum impugnarunt, & ſchiſma fecerunt. Tunc cum diruta *Sirmio* jam Aquileja Illyrici occidentalis caput evaſiſſe videretur, & Aquilejenſis Epiſcopus ampliſſimæ Diœceſi præeſſet, qua Iſtria, Venetiæ, Noricum utrumque, ac Rhetia ſecunda continebantur, Patriarchatum ſibi vindicavit; opitulantibus ſchiſmaticis illius Provinciæ Epiſcopis, qui cum quatuor ſedibus Patriarchalibus communicare detrectabant. Extincto ſchiſmate Patriarchæ nomen retinuit Aquilejenſis Epiſcopus. At cum Imperatores Orientis maritimam Iſtriæ oram Longobardis ereptam recepiſſent, fervente adhuc Aquilejenſi ſchiſmate, catholicum in *Gradu* inſula Epiſcopum ordinari a Romanis Pontificibus obtinuerunt. Qui honor Gradenſi ſedi etiam poſt ſchiſma remanſit, non minus quam Aquilejenſi. Poſtremis ſæculis Gradenſis Patriarchatus a Nicolao V. Summo Pontifice Venetias translatum eſt.

niat, & per quos in unum caput fracta fides
ſicut per Apoſtolos ægra proles medicanda du-
Arca Noe figura Eccleſiæ. Gen. 6. 16. catur ad Chriſtum: qualiter Arca Noe, in qua
vera figura erat Eccleſiæ, inferius quidem ca-
paciſſima, ſed ſupra terminabatur ad cubitum.
Non dubium quin ille minatur ruinam domus
Chriſti, & quaſſat ejus fabricam, qui optat non
Thren. 4. 1. concurrere, ſed diſperſos eſſe lapides Sanctuarii
in capite omnium platearum.

4. Idcirco ipſa Gentilitas docere potuit Chri-
ſtianos, dignitates Poteſtatum locare per or-
Hugo To. 2. cap. 5. lib. 2. pag. 381. bem, qualiter dicit ubi jam ſupra, HUGO. Ipſi
„ (inquit) Ordines ſacri diverſis locis per or-
„ bem terrarum, quacumque Eccleſiæ Sanctæ
„ corpus diffuſum eſt, diſponuntur: non ſolum
„ voluntaria ordinatione ſpiritualium Patrum,
„ ſed ex ipſo quoque Gentilitatis uſu, conve-
„ nienti ratione aſſumpta. In illis ſiquidem Ci-
a „ vitatibus ubi olim Gentiles Flamines (*a*) ſuos
„ conſtituere conſueverunt, ibi nunc Epiſcopi
„ ordinantur: ubi vero Archiflamines diſpoſiti
„ fuerant, Archiepiſcopi ſucceſſerunt. Lege li-
„ brum Clementis; illic invenies quomodo Bea-
„ tus Petrus per diverſa orbis terrarum loca
„ Principes Eccleſiarum diſponi inſtituit. „
Hæc ille. Is autem liber Clementis, quem Hu-
go deſignat, in principio illius libri, qui vo-
catur *Decreta Pontificum*, ſolet inſcribi, & ſic
* Clemens *In Epiſt. ad Jacob. fratr. Item. apud Labb. pag. 91.* habet, CLEMENS. In illis (inquit) Civitatibus,
„ in quibus olim apud Ethnicos primi Flami-
„ nes eorum, atque primi legisdoctores erant,
„ Epiſcoporum Primates poni juſſit, vel Pa-
„ triarchas, qui reliquorum Epiſcoporum judi-
„ cia, & majora (quoties neceſſe foret) nego-
„ tia in fide agitarent; & ſecundum Domini
„ voluntatem, ſicut ſancti conſtituerunt Apo-
„ ſtoli; ita ut ne quis injuſte periclitaretur,
„ definirent. In illis autem Civitatibus, in
„ quibus dudum apud prædictos erant Ethni-
„ cos eorum Archiflamines (quos tamen mi-
„ nores tenebant, quam memoratos Primates)
„ Archiepiſcopos inſtitui præcepit; qui non ta-
„ men *Primatum*, ſed *Archiepiſcoporum* nomi-
„ ne fruerentur. „ Hæc ille. Hæc ſufficit, Pe-
trum Chriſti vicarium juſſiſſe & intimaſſe Cle-
menti, ne garriret Wicleffus in Eccleſiam, in-
veniſſe nos, pro dignitatibus noſtris locandis, ſo-
lum perfidæ Gentilitatis exemplum. Sed ergo
non inſtituant ſequaces ejus Eccleſias, non Mi-
niſtros, nec ullum ſolemnem Dei cultum, ſi
apud Gentiles tales ritus invenire contingat.
Et notet hæreticus neceſſitatem unam habendi
tales Primatus ſecundum ſub & ſupra varie ſi-
tuatos, *ut reliquorum* (inquit) *Epiſcoporum ju-
dicia; & majora, quotiens neceſſe ſit, in fide
agitare negotia valeant:* & tertio *ut ne quis in-
juſte periclitaretur*, authentice definirent. Me-
liorem, ſi poteſt, præter hæc tria prædicta, in-
veniat noſter Wicleffus legis ſemitam; aut Ec-
cleſia hoc obſervet quod ab olim, & ab Eccle-
ſiæ naſcentis exordio obſervavit. Et ut Sancti
Petri & reliquorum Apoſtolorum validum in-
ſtitutum ſit, ſic ſtabilire rem decrevit Eccleſia
* *ad Orientales Epiſcopos* Concilium Nicœnum *apud Labbeum To. 2. pag. 510.* in Sancta magna Nicœna Synodo Can. XII. ſub
Epiſtola teſtatoria Julii * Papæ, CONCILIUM
NICŒNUM. Quod non aliæ Metropolitanæ Ec-
„ cleſiæ vel Primates ſint, niſi illæ, quæ prius
„ Primates erant, & poſt Chriſti adventum
„ authoritate Apoſtolica, & Synodali, Prima-
„ tem habere meruerunt. Reliquæ vero non
„ Primates, ſed Metropoles vocentur; earum-
„ que Epiſcopi, non Primatum, ſed aut Me-
A „ tropolitanorum, aut Archiepiſcoporum no-
„ mine utantur (*b*),,. Hæc ibi. b

CAPUT LVI.

De Epiſcopis.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Wicleffus Epiſcopos improbans, dicit a Chri-
ſto non fundatos.*
2. *Epiſcopi omnes Sanctæ Eccleſiæ ſunt ex in-
ſtitutione Chriſti, non autem Cæſaris.*
3. *Hæreticorum mos eſt, viros catholicos convi-
ciis, & injurioſis nominibus lacerare.*
4. *Epiſcopi, propter externam illam Cæſaris do-
tem, non ſunt dicendi* Cæſarei, *ſed* Chri-
ſtiani, *propter inſtitutionem a Chriſto.*
5. *Non eſt contra Scripturam, quod Epiſcopi
ſint divitiis dotati, dummodo earum ſint
fideles diſpenſatores.*

B

1. DE Epiſcopis tertius jam locus * exigit * *Poſt Cardinales Patriarchas & Primates*
lectionem, quos Chriſti adverſarius ſe-
cundum hunc ordinem veſtivit in *Capitulo* (*c*) c
Antichriſti *, & alibi, cum ad pauciora redu- * *cap. 54. num. 2.*
C cens Eccleſiaſtica officia, inter quatuor ſectas,
ſive quatuor ordines novellos, Epiſcopos (*d*) nu- d
merat inter primos, veluti eſt illud ejus prin-
cipium *de ſerm. Domini in monte* Tractat. II.
cap. LI. WICLEFFUS. Rationi (inquit) conſonat Wicleffus.
„ & Scripturæ, quod non exiſtente Papa aliquo
„ vel Cardinali, vel perſona aliqua de quatuor
„ ſectis, non minus, ſed probabiliter magis
„ ſtaret Eccleſia militans in fide & virtutibus,
„ quam ſtat modo. „ Et intelligit ubique per
quatuor ſectas *Prælatos Cæſareos*, *Monachos*, *Ca-
nonicos*, atque *Fratres* *. Sic ſtat Concluſio ter * *religioſorum Ordinum.*
damnata XIV. Quorum omnium rimatus origi-
D nem, dicit eos non fundatos a Chriſto. Unde
eſt Concluſio ter damnata XXXIII. „ Si per
„ impoſſibile doceri poſſit, quod aliquæ illa-
„ rum quatuor ſectarum a Deo ſumpſerunt ori-
„ ginem, tunc de tanto foret color fidelibus
„ ad ſectas de conditione laudabili approban-
„ das. Cum autem non ſic a Deo ſumpſerunt
„ originem, licet Chriſtianis ipſas redarguere:
„ quia qui non intrat per oſtium, ille fur eſt *Joan. 10. 1.*
„ & latro. „ Hæc Wicleffus.

2. Reſtat ergo fidelibus Chriſti redargutionem
iſtam redarguere, & Sanctorum Chriſti Antiſti-
tum primo a Chriſto Domino noſtro probare
E originem. Neſcio tamen, ſi hæreſis iſta ad tan-
tam hebetudinem mentis, & oblivionem veri-
tatis devenerit, ut neceſſe ſit probare eis Chri-
ſtum inſtituiſſe Epiſcoporum officium; & ſi ne-
ſciant Chriſtum inſtituiſſe ſacros Apoſtolos ſi-
mul Epiſcopos: de quorum peſſimo (ſcilicet
Juda) Pſalmiſta Prophetice cecinit, *Et Epi-* *Pſal. 108. 8.*
ſcopatum ejus accipiat alter (*e*). Et numquid ſa- e
cer

(*a*) *Flamines* Sacerdotes erant a *Numa* ſecundo Romanorum Rege inſtituti, ut ſacra peragerent in honorem Jovis, Martis, atque Romuli. De eorum multiplicatione, veſtitu, ac privilegiis, videndus *Aulus Gellius lib.* 10. c. 15. & *Roſinus* in antiquit. Rom. lib. 3. c. 15.

(*b*) Idem habetur in prima Epiſt. Decr. Clementis Papæ, & in ſecunda Epiſt. Decr. Anacleti Papæ.

(*c*) Poſtquam Wicleffus Antichriſtum in Papa jam dominantem effinxit, ejus *capitulum*, ſeu cœtum, vel familiam enumerat, inducens poſt Cardinales & Patriarchas, etiam Epiſcopos, Monachos, Canonicos, Religionum aſcetas, alioſque Eccleſiæ miniſtros.

(*d*) Conveniunt Wicleffo magiſtro recentiores ejus diſcipuli Lutherani, & Calviniſtæ, qui nullam inter ſimplicem Presbyterum & Epiſcopum differentiam concedunt: & quos Catholici vocant *Epiſcopos*, ipſi libentius nominant *Paſtores*.

(*e*) Act. 20. dicitur, quod Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei.

* Salandi Apoſtolorum cer idem chorus.* Paulum & Barnabam contra
votum Chriſti conſtituit Epiſcopos? Poſteaque
Ad Tit. 1. 5. idem Paulus numquid etiam contra Chriſtum inſti-
tuit Epiſcopos Timotheum & Titum Cretenſem,
1. *Tim.* 3. 2. priorem illorum docens in Epiſtola officium ve-
ri Epiſcopi, & quomodo oportet eum irrepre-
henſibilem eſſe? Quod ſi per Scripturam ſolam A
admittas conſtitutos Epiſcopos; & eos damnas,
qui extra Scripturam Antiſtites ordinantur;
numquid perditionis argues Sanctum Petrum,
qui multos, in Scriptura non memoratos, in-
ſtituit? Et ultra, Clementem docebat, ad alias
partes novos Epiſcopos mittere, ad quas ipſe
non legavit. Unde in Epiſtola 1. Clementis *ad*
* Clemens 1. in collectione Franc. Joverii pag. 90. *Jacobum Jeroſolymorum*, cito poſt medium, CLE-
MENS. Epiſcopos (inquit) per ſingulas Civita-
„ tes, quibus ille non miſerat (ſcilicet Petrus)
„ perdoctos & prudentes ut ſerpentes, & ſim-
Matth. 10. 16. „ plices ut columbas (juxta Domini præceptum)
„ nobis mittere præcepit; quod etiam facere B
„ inchoavimus, &, Domino opem ferente, fa-
„ cturi ſumus. Vos autem per veſtras Diœceſes
„ Epiſcopos ſacrate & mittite: quia nos ad alias
„ partes (quod idem juſſerat) agere curabimus.
„ Aliquos vero ad Gallias Hiſpaniaſque mitte-
„ mus, & quoſdam ad Germaniam & Italiam,
„ atque ad reliquas Gentes dirigere cupimus.
„ Ubi autem ferociores & rebelliores gentes fo-
„ re cognoverimus, illuc dirigere ſapientiores
„ & auſteriores neceſſe habemus: qui quotidie
„ non ceſſent divina ſemina ſeminare. „ Hæc
Clemens, & eſt in *Decretis Pontificum*. Ecce
habes hic Epiſcopos, ad juſſionem Petri, per Cle- C
mentem ſacratos. Utrum iſti fures ſint, & per
* *Vide ſupra num.* 1. oſtium Chriſtum non intraverint*, dicat noſter
* *Wicleffus* latro*. Sed ad hunc textum tuum perverſum
aliquis forſan ſecretus tuus accedit interpres,
dicens, te hoc non intelligere de veris Epiſco-
pis Jeſu Chriſti, ſed de Cæſareis, & divitiis &
mundi opibus implicatis. *Tales* (inquit) *non
inſtituit Chriſtus Jeſus*, Aſſumens dogma tuum
Wicleffus in *opere ſermonum Epiſtolarium*, ſerm. XXVII.
ubi dicis, quod „ ſicut anima in ſubtilitate di-
„ ſtat a corpore; ſic Epiſcopus pius diſtat ab
„ Epiſcopis permundanis & perverſis. Primo
„ enim ad tempus ſucceſſerunt Epiſcopi per D
„ Petrum & Clementem, & ſanctos alios, lo-
„ co Chriſti. Sed a tempore, quo, relicta Chri-
„ ſti imitatione atque paupertie, intendebant
„ majoritati ſæculi & mundi divitiis, perverſi
„ ſunt ſub doctrina & ductu ſcholaſtico Anti-
„ chriſti. „ Hæc Wicleffus.

3. Ex hac ratione volens reputari ſubtilis,
non omnes Epiſcopos damnat, ſed *Cæſareos*,
& eorum ſciſcitatur originem; ac ſi quæreret,
quis fecerit hunc togatum Presbyterum, aut
calceatum, & non poſſet apte reſponderi quod
Deus, ſed quod Sartor vel Sutor: aut ſi quis
* *ſultum* Maniacum* ſe ipſum non a ſuis parentibus,
ſed ab elatione propria habuiſſe principium di-
cat. Satis eſt hæc inepta rethorica, & logica
puerilis. Non enim niſi rudis grammatica ta-
lem peperit Dogmatiſten. Non mirum, ſi indi-
gne feram nomen (*a*) opprobrii. Auguſtinus a
certe male tulit Arianos, appellantes catholi-
cos *Homouſianos*, ſermone ſuo contra Arianos,
qui eſt *contra ſermonem Arianorum*, cap. XXXVI.
AUGUSTINUS. Cum ſe tanta iſta voragine im- Auguſtinus To. 8. pag. 626. num. 34.
A „ pietatis immergunt, nos tanto opprobrio no-
„ vi nominis *Homouſianos* vocant. Ita enim ſe
„ ſe habet catholicæ veritatis antiquitas, ut ei
„ omnes hæretici diverſa nomina imponant,
„ cum ipſi ſua ſingula, ſicut ab omnibus ap-
„ pellantur, obtineant. Ariani quippe, & Euno-
„ miani (*b*), & alii hæretici, nos vocant *Ho-* b
„ *mouſianos*, quia contra eos græco vocabulo
„ *Homouſion* defendimus Patrem & Filium &
„ Spiritum Sanctum, ideſt, unius ejuſdemque
„ ſubſtantiæ. – Et infra – Ecce qui nos, qua-
„ ſi macula nominis vocant *Homouſianos*, nec
„ ſe ipſos, cum iſta ſentiunt, intuentur inſanos
B „ (*c*). „ Hæc ille. Ecce non eſt novum apud c
hæreticos perverſa nomina objectare catholicis.
Sed cum ipſi ab omnibus vocentur ſinguli ſuis
nominibus Principum, vel Sectarum, puta *A-
riani* ab Ario, *Manichæi* a Manichæo, *Fauſti-
ni* a Fauſto (*d*): & ut accedamus propius, d
Amorræi a Willhelmo de ſancto amore, *Wicle-
viſtæ* a Wicleffo, & ſic de aliis; tamen catho-
lici viri ab hæreticis nomina non eadem, ſed
diverſa ſuſcipiant; ſicut vocabantur ab Arianis
homouſiani, a Pelagianis *Manichæi*. Sic enim
appellabat nos Julianus Eclanenſis, ut refert
Auguſtinus *contra duas Epiſtolas Pelagianorum*
C lib. 1. cap. 11. & jam a Waldenſibus & Wiclef-
fo Papa dicitur *Antichriſtus**, Epiſcopi omnes, * *ſupra cap.* 49. & 50.
& Collegiatus Clerus in Cathedralibus Eccleſiis
& alibi, & in monaſteriis dotatis vocantur *Cæ-
ſarei* ab eodem, & Fratres non dotati *Caimitæ*
(*e*). Principes quoque chriſtianos, qui contra e
eos defendunt Eccleſiam, appellant *Principes
Sacerdotum* (*f*): ita ut nullus pene ſit vir pro- f
bus in Eccleſia, quin ab iſto viro malignilo-
quo perverſis nominibus ſe ſentiat eſſe læſum,
quemadmodum notavit Auguſtinus quemdam
Urbicum(*g*) in Epiſtola *ad Caſulanum* Presbyterum, g
& eſt Epiſtola LXXXVI. in principio Epiſtolæ,
D AUGUSTINUS. Sermonem (inquit) cujuſdam, ut Auguſtinus To. 2. epiſt. 36. alias 86. pag. 60. num. 3.
„ ſcribis, *Urbici* paulo diligentius ipſe conſide-
„ ra, & videbis ipſum pene univerſam Chriſti
„ Eccleſiam ab ortu Solis uſque ad occaſum
„ verbis injurioſiſſimis nequaquam lacerare ti-
„ muiſſe. Nec dixerim *pene* univerſam, ſed
„ *plane**. Nam neque ipſis, quorum conſue- *M. plane univerſam
„ tudinem ſibi videtur defendere, invenitur pe-
„ perciſſe Romanis. Sed quomodo in eos quo-
„ que redundet conviciorum ejus impetus, ne-
„ ſcit qui* non advertit. „ Hæc ille. * *M.* quoniam

4. Agant tamen patienter Domini mei, cum
viderint eum ſævire in ipſos, qui atque lace-
rat omnes gentes. Sed & ego quamvis crapu-
lam verborum ejus indignanter aſſumam, ex
parte Sanctorum Chriſti Antiſtitum dico, non
habere Eccleſiam Catholicam Epiſcopos uſque-
qua-

(*a*) Opprobrium cenſet non leve, quod Prælatus ſit, aut vocetur *Cæſareus*. Idcirco contra hoc falſo exprobrantem Wicleffum iterum invehitur To. 2. cap. 120. ubi oſtendit potius *Cæſareos* eſſe Wicleviſtas a Juliano Apoſtata, cujus ſequuntur impietatem, atque rapinas.

(*b*) *Eunomiani* circa an. Chr. 380. ab *Eunomio* Cyziceno Epiſcopo orti, ſectam intruſerunt, quæ Arianæ hæreſeos infelix propago fuit. Docebant Filium Dei Patri diſſimilem; Spiritum Sanctum eſſe creaturam; attributa omnia cum abſoluta tum relativa in Deo non diſcrepare ab eſſentia; Verbum divinum non aſſumpſiſſe animam, ſed ejus vices ſuppleviſſe Divinitatem; Deum eſſe humana cognitione comprehenſibilem. Hæc fuerunt præcipua illorum hæreticorum commenta, ut tradunt S. Epiphanius *Hær.* 76. S. Auguſtinus lib. *de hæreſib.* S. Gregorius Nyſſenus *Orat.* 32. Theodoretus lib. 5. *Hæretic. fabul.* S. Baſilius *Epiſt.* 166.

(*c*) Habes quid ſentiendum de Calviniſtis & Lutheranis, qui nos Catholicos vocant *Papiſtas*, aliiſque ad contemptum nominibus.

(*d*) *Fauſtus* acerrimus fuit Manichæorum defenſor, atque ſectator.

(*e*) In nomine *Caim* quatuor Mendicantium ordines deſignabat Wicleffus, nempe in c. Carmelitas in a. Auguſtinianos. in i. Jacobitas, ſeu Fratres Prædicatores, in m. Minores. Quam egregie ſuper hoc refellatur, vide infra cap. 69.

(*f*) Hoc nomine appellabant Wicleviſtæ Henricum V. Britanniæ Regem, ut refert Waldenſis To. 2. Doctrina 7.

(*g*) Cognomen eſt inditum ab *urbe* Roma. Hinc Zephirinus Papa ab Optato in lib. 2. uti & Siricius a Paulino in Epiſt. 2. ad Severum vocatur *Urbicus*. Et in Concilio Arelaten. I. de Diaconis *Urbicis* agitur, ideſt, Romanis.

1. Cor. 1. 12.

quaque *Cæſareos*, quia hoc nuſquam dicunt quod Patres tui primævi dixerunt hæretici, *Ego ſum Pauli, ego Cephæ, ego Apollo*. Quod ſi *Petriani* a Petro conſecrante dici contemnunt, ſed dicuntur *Epiſcopi Chriſtiani*, quia omnia ſunt Chriſti; multo magis a caduca dote contingente per Cæſarem, ex qua nullam ſubſtantiam Epiſcopalis gradus aſſumunt, *Cæſarei*, niſi cum injuria, dici nolunt. Unde ſi damnationis pœnam juſte ferre debet qui *Cæſareos* Epiſcopos primitus ordinavit, non cauſentur tui ſectatores te male damnatum, qui Prælatos *Cæſareos* & Epiſcopos primo omnium hominum genueris in hunc mundum. Lege Scripturas, lege Canones, lege Sanctorum libros, & codices ſæculares, ſi unquam inveneris Epiſcopos dici *Cæſareos*, quouſque ad tetros & ſpurcos tuos quaterniunculos inquiſitores veritatis dignentur advertere. Sint igitur Epiſcopi tui, ſi quos habes, tui dogmatis ſectatores, Epiſcopi, ſi ſic vis dici, *Cæſarei*: Epiſcopi Catholici ſint *Chriſtiani*. Vis tibi oſtendam tuos Epiſcopos? Illos aſpice Patres tuos, qui cum Cæſarem Conſtantium Arianum feciſſent, Epiſcopos ſe fecerunt Palatii, non Eccleſiæ. Sanctus Pater deriſit illos Hilarius in libello ſuo contra Conſtantium Auguſtum, qui incipit, *Tempus loquendi*, HILARIUS. Cum (inquit) intellexiſſent & ji, „ qui diſſimilem Deum dicunt, humanas aures tantæ impietatis verba non ſuſcepturas „ eſſe; rurſum ji ipſi Palatii potius, quam Ec- „ cleſiæ Epiſcopi, fidem ſcribunt homouſion, „ & homeuſion diſſimilitudinem damnant., Iſti ecce Epiſcopi tui & Patres tui: cognati enim eſſe debent Cæſareis tuis Epiſcopi Palatini.

Primus omnium Wicleffus dixit Prælatos Cæſareos

Hilarius Pag. 1249. num. 24.

5. Quid eſt quod exprobras, quod vides in Epiſcopis, unde appelles eos *Cæſareos*? Jam dixit ſupra *: quia contra juſſum & factum Domini, dotem ejus admittunt. Sed prodas ubi Dominus hoc vetuit. Deuter. XVIII. (inquit) ſub his verbis: „ Non habebunt Sacerdotes & „ Levitæ, & omnes, qui de eadem Tribu ſunt, „ partem & hæreditatem cum reliquo populo „ Iſrael., Sed ſi hoc præceptum ad Sacerdotes noſtri temporis ſe debet extendere, ſaltem non ex nudis verbis, ſed & ex factis legis, legem tuam Sacerdotum & Levitarum nos decet exponere. Adeamus librum Nehemiæ, ubi videre poſſumus, quid ſit tuto factum. In reditu enim a captivitate Perſica ſanctificaverunt omnes ſe Tribus Iſrael, & inter omnes, Principes Levitarum, & Sacerdotes & Levitæ ſpoponderunt pro fratribus ſuis, pollicentes ad jurandum & ambulandum in lege Domini, quam dederat in manu Moyſi ſervi Dei: & facerent & cuſtodirent univerſa mandata Domini, & judicia ejus, & cæremonias ejus: „ & ſuper omnibus his „ percutimus (ajunt) fœdus, & ſcribimus, & „ ſignant Principes noſtri, & Levitæ noſtri, & „ Sacerdotes noſtri. VIII. cap. & IX. Et tandem cap. XI. ſcribitur: „ Habitavit autem unuſ- „ quiſque in poſſeſſione ſua, urbibus ſuis in „ Iſrael Sacerdotes, & Levitæ Nathinæi (*a*) & „ filii ſervorum Salomonis. — Item ibi in fine „ capitis: — Reliqui ex Iſrael Sacerdotes & Le- „ vitæ habitabant in univerſis civitatibus Ju- „ da, unuſquiſque in poſſeſſione ſua; & Nathi- „ næi, qui habitabant in Ophel (*b*). — In XII. „ cap. item ſcribitur: — In dedicatione autem „ muri Jeruſalem requiſierunt Levitas de omni- „ bus locis ſuis, ut adducerent eos in Jeruſa- „ lem; & fecerent dedicationem in lætitia, & „ actione gratiarum. — Sequitur — Congrega- „ ti ſunt ergo filii Cantorum, & de campe- „ ſtribus circa Jeruſalem, & de villis Netupha- „ ti (*c*), & de domo Galgal (*d*), & de regio- „ nibus Geba, & Azmaveth (*e*), quoniam vil- „ las ædificaverunt ſibi Cantores in circuitu „ Jeruſalem., Hæc omnia, ſi vera ſunt, ſicut ſunt veriſſima, poſſeſſiones habebant immobiles, villas, domos, & ædificia Sacerdotes, Levitæ, & Cantores, qui etiam erant Levitæ per Aſaph (*f*), ut patet 1. *Paralip.* VI. *Nehemiæ* etiam I. „ Habitaverunt Sacerdotes, & Levitæ, „ janitores & Cantores, & reliquum vulgus „ Nathinæi, & omnis Iſrael in civitatibus ſuis., Ecce Sacerdotes habitabant in civitatibus ſuis.

* Cap. 50.

Deut. 18. 1.

2. Eſdræ 10. 28.

1. Eſdræ 9. 38.

2. Eſdr. 11. 3.

a

v. 20.

b

2. Eſdr. 12. 27.

v. 28.

A

c d

e

v. 29.

f

1. Eſdr. 2. 70.

B Jam quid dicendum eſt? Numquid peccaverunt in Dominum Sacerdotes, retinentes domos, villas, & poſſeſſiones immobiles, eo quod dixiſſet Dominus, *Non habebunt Sacerdotes & Levitæ partem & hæreditatem cum reliquo populo Iſrael?* Et quomodo ergo non arguebantur rei fracti fœderis, quod ſpoponderunt ad ambulandum in lege Domini, quam dederat in manu Moyſi, quod etiam principes eorum ſcribebant & ſignabant: maxime cum violatores Sabbati, & ducentes mulieres alienigenas puniebantur tunc acriter, & alii ruptores legis: inter quos Sanabalath gener magni Sacerdotis erat C fugatus? Nullus ibi legitur Levita vel Sacerdos punitus, aut etiam alibi per Scripturas, pro forte ſuæ domus, aut villæ, vel cujuſcumque poſſeſſionis immobilis. Iſtis ergo, apud quos tunc erat legis cognitio, indulgendum eſt, & ex factis eorum fugenda eſt interpretatio legis juſta. Unde ſi non poterat obligare prædicta lex Sacerdotes & Levitas illius temporis, quo minus haberent poſſeſſiones immobiles, cum ipſi eſſent filii literæ; quomodo incipiet a tam procul Sacerdotes noſtros & Epiſcopos obligare, jam effectos filios gratiæ? De dotatione tamen & jure poſſidendi noſtris Sacerdotibus liquido D dicetur (ut Deus dederit) in lib. IV. * ubi habere poterit libere pedem ſuum. Sufficiat autem in hoc loco, non debere Epiſcopos ſperni catholicos pro dote Cæſaris, quam IN USUS PAUPERUM ADMINISTRANT: ſi tamen adminiſtrant; & non propter illam reponendam ſacrum optant miniſterium; de qualibus dicitur Eccleſiaſtes cap. X. *In riſu panem faciunt:* quod exponens *in Commentario* HIERONYMUS. Nunc (in- „ quit) de magiſtris eiſdem loquitur. Et quia „ viſus fuerat accuſare eos, cur tacerent, & „ non uterentur officio Magiſtrorum, & Epi- E „ ſcopi & Presbyteri in Eccleſia conſtituti non „ laborarent in ſermone & doctrina; quod & „ Titus monetur ut faciat; & Timotheo præ- „ cipitur, ne gratiam negligat, quam per im- „ poſitionem manus acceperat: ſed in eo exi- „ ſtimarent ſe Presbyteros Epiſcopos ut ſalaria „ acciperent, & uti præceptores honorem du- „ plicem quærerent, qui laborantibus in do- „ ctrina & ſermone debetur., Hæc Hieronymus. Bene dicit Hieronymus, eos Epiſcopos, & magiſtros culpabiles, qui honorem duplicem, debi-

Deut. 18. 1.

* art. 4.

Eccle. 10. 19. Hieronymus To. 3. pag. 477.

(*a*) Servi erant vilioribus Tabernaculi, & Templi miniſteriis addicti.
(*b*) Vico Jeroſolymæ non longe a Templo.
(*c*) *Netuphati*, vel *Netophati* Regio Bethelem inter & Anathoth.
(*d*) Galgal urbs celeberrima prope Jordanem.

(*e*) *Geba* & *Azmaveth* dicuntur fuiſſe Urbes, & regiones tribus Judæ in vicinis Jeruſalem & Anathoth.
(*f*) Filium Barachiæ ex Tribu Levi, Muſicæ peritiſſimum inter Cantores David.

debitum his qui doctrina & ſermone laborant, quærunt; & tacentes ab utroque, officium non exercent: maxime autem qui ſe Epiſcopos & Presbyteros æſtimant, ut ſalaria accipiant, ut dominia ſua poſſideant, ut dominentur in plebe, non ut plebem informent: non dubium quin Cæſaris dotem, Chriſti ſervituti * in affectibus ſuis præferunt, quin *Epiſcopi Cæſarei* juſtiſſime dici poſſint: ſed hoc perverſæ mentis electione, non aliqua inſtitutione; lapſu, non ſtatu; malo merito, non ex officio. Iſtis enim convenit illud Iſaiæ, *Vos depaſti eſtis vineam meam rapina pauperum in domo veſtra: quare atteritis populum meum?* Ubi *in Commentario* lib. II. HIERONYMUS. Ad noſtros Principes referri poteſt, ſi atterant ſubjectam ſibi „ plebem, & pauperes delinquentes publice arguant, atque confundant: divitibus autem „ pejora peccantibus, ne vel nutum quidem facere audeant. Et rapina pauperum in domibus eorum, quando replent theſauros ſuos, & „ Eccleſiæ opibus abutuntur in delicias, publicaſque ſtipes; & quæ ad ſuſtentationem pauperum data ſunt, vel ſibi reſervant, vel propinquis diſtribuunt, & alienam inopiam ſuas „ ſuorumque faciunt eſſe divitias. „ Hæc Hieronymus.

Epiſcopi Cæſarei qui vere ſint

* al. famulatui.

Iſai. 3. 14.

Hieronymus To. 4. pag. 59.

CAPUT LVII.

De neceſſitate Epiſcoporum in Eccleſia Dei propter Confirmationes, Conſecrationes, & Ordines.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Hæreticorum mos eſt, ſub errorum cavernis deliteſcere, & aliud ore proferre, aliud corde ſentire.*
2. *Collationes ſacrorum Ordinum, conſecrationes altarium &c. non ſunt de recenti Epiſcopis reſervatæ; ſed a tempore Apoſtolorum illis commiſſæ.*

1. DEcipiantur qui volunt, & credant gloſſatoribus Lollardorum, dicentium, Patronum ſuum Wicleffum nolle exterminium ſacrorum Chriſti Antiſtitum, quoad ſubſtantiam Ordinis; ſed ad damnationem abuſus. Ego ſcio convenientiam ejus ad antiquos hæreticos, qui ſolent demoliri ſibi ſubterraneas vias, & doloſos cuniculos, ad quos, cum deprehendi debeant, ſub verborum quorumdam calliditate confugiunt: & nacta opportunitate & favore auditorii, iterum exeuntes, planam doctrinam ſuam ſine ſimulatione proponunt: ſicque cavernas dogmatum perverſorum intrant & exeunt; tenent & deſerunt: & dum veritatis locum tenere putantur, ſemper in primæ falſitatis ſuæ cavernula deliteſcunt. Hoc ipſum docet nos Sanctus Gregorius de eis loquens lib. VIII. *Moral.* cap. II. ſuper hunc textum Iob, *Non invenietis in lingua mea iniquitatem.* GREGORIUS. Solent autem hæretici alia aperte dicere, alia in occulto ſentire. Per linguam quippe aperta locutio; per fauces vero occulta tractatio deſignatur. Sanctæ igitur Eccleſiæ nec in lingua iniquitas, nec ſtultitia in faucibus reſonat: quia ea, quæ per publicam locutionem prædicat, etiam per intimam fidem ſervat: nec in aperto aliud docet, atque in occultis aliud retinet; ſed & quod ſentit, loquendo elicit; „ & quod loquitur, vivendo cuſtodit. „ Hæc ille. Nolite ergo falli. Bona eſt columbina ſimplicitas: ſed, ut Chriſtus eam laudavit, ſub prudentia ſerpentina. Volo & ego, juvante Deo, de caverna ſua viperam detrahere. Ipſe enim de Epiſcopis loquens libello ſuo *de quatuor ſectis novellis*, cap. VI. WICLEFFUS. Reſtat (inquit) parumper ulterius tractandum de erroribus, qui Epiſcopos Cæſareos conſequuntur. „ Dicitur enim quod reſervant ſibi Confirmationes, & collationes Ordinum, & omnino conſecrationes Eccleſiarum, ac calicum, & ornamentorum ſimilium, cum aliis abſolutionibus, & privilegiis infinitis: & ratione iſtorum eſt prædicatio & vita Apoſtolica commutata. Conſtat ergo, quod ſine his ſectis quatuor, & quacumque illarum, ſtetit Eccleſia Chriſti poſt Aſcenſionem per trecentum annos in ſuo robore longe proſperius, „ quam poſt ſtetit. „ Hæc Wicleffus. Et hæc eſt ter damnatarum Concluſio LX. Experimento „ cognoſcimus, quod Papa vel mortuo, vel depoſito cum ſuis Cardinalibus & Prælatis Cæſareis, non minus, ſed amplius proſperaretur Eccleſia: nam quantum ad ſacramentum „ Confirmationis cum ſacramento Ordinis, & „ benedictione Chriſmatis, cum Eccleſiis dedicandis, quæ appropriantur Epiſcopis, videtur, quod Chriſtus perpendiculariter * reſidens in cœlis ſuper juſtos Presbyteros, daret „ illis poteſtatem talia faciendi. „ Hæc ille. Ecce promiſit ſe tractare de erroribus Epiſcoporum; intendens quod male reſervant ſibi (inquit) confirmationes, collationes quoque Ordinum, & conſecrationes altarium (*a*). At ſtatim ſodiendo ſibi ciſternam, *ratione* (inquit) *iſtorum, eſt vita Apoſtolica & prædicatio commutata.* Et ita in ſequenti hæreſi, cum dixiſſet, quod ſacramenta Confirmationis & Ordinis Chriſtus ſine Epiſcopis faceret, cavernam ſibi fodit quo fugiat: *Chriſtus* (inquit) *reſidens ſuper juſtos Presbyteros, daret illis poteſtatem talia faciendi;* quaſi dicat: „ Si ad publicum ſim venturus examen, non male dixi *ſuper juſtos Presbyteros*, quia dicam ſolos Epiſcopos eſſe „ juſtos: ſed interim docebo diſcipulos, quoslibet Sacerdotes ſimplices eſſe tales. Et quod „ computavi errorem Epiſcoporum reſervare ſibi Confirmationes, Ordinationes &c. hoc quoque docebo privatim, ut termini ſonant; ſed „ cum ad eos venero, color erroris erit, quod „ pro iſtis vitam Apoſtolicam, & prædicationem, „ omittendo commutant. „ Sed nolite ergo, Patres, *nolite confidere in verbis mendacii*, expectantes quid hæreticus ipſe intendat, dum Chriſti domum incendit: quia *dum ſuperbit impius, incenditur pauper*. Sed videte quid ſimplices ex ejus ſtudiis referant: & hoc ejus perfidiam eſſe cuncti fideles agnoſcant.

Job. 6. 30.

Gregorius To. 1. pag. 243. cap. 5. num. 6.

Eccleſia non alia aperte profert, alia celat, hæreticorum more

Matth. 10. 16.

Wicleffus

Wicleffus

Jerem. 7. 4.

Pſal. 10. 2.

2. Alioquin accedamus & nos; & ego quæro, an collationes Ordinum & conſecrationes Altarium reſervabantur tantum Epiſcopis poſt dotationem Cæſaream, an per totum trecentenarium prætaxatum *? Si ſic: cur ergo ex reſervatione talium, crimen inſertis *Cæſareorum* Pontificum, cum toto tempore illo fuerint eis Cæſares ſemper adverſi? Sed ſcio, dicturos illos eſſe, quamvis falſe, quod non: ſed ex majoritate ſua ſæculari poſt dotationem Cæſaream, hæc ſibi Epiſcopos reſervaſſe potenter. Et ego ergo ad ſupremum virum Dionyſium * a dotatione

* ante Cæſaream Conſtantinum

* Areopagitam Apoſtolo Paulo coævum

(*a*) Hæc ſolis Epiſcopis reſervari diſplicet quoque Lutheranis & Calviniſtis; qui nullum admittunt diſcrimen inter Epiſcopum, & ſimplicem Presbyterum.

ne regia ſatis longinquum aſcendo. Ipſe nempe libro ſuo *de Eccleſiaſtica Jerarchia* cap. VI. de Epiſcopis loquens, & ab inferiori Sacerdotio eos ſegregans, DIONYSIUS. Jerarchici (inquit) ordinis virtus in omnibus capit ſanctis totalitatibus, & per omnes ſanctos ordines operatur propriæ Jerarchiæ miniſteria. Excellenter autem ipſis præter reliquos ordines ad propriam operationem divina lex attribuit diviniores ſanctificationes. Iſtæ autem ſunt perfectivæ Jerarchicæ virtutis imagines, perficientes omnia diviniſſima ſigna, & omnes ſanctos ornatus. Etſi enim & a Sacerdotibus perficiuntur quædam venerandorum ſignorum; ſed nequaquam ſanctam Dei generationem Sacerdos operabitur ſine diviniſſimo unguento: neque divinæ communionis perficiet myſteria, niſi diviniſſimo altari communicativis impoſitis ſignis. Sed neque ipſe Sacerdos erit, niſi ab Jerarchicis perfectionibus ad hoc ſortem fuerit conſecutus. Unde divina legiſlatio Sacerdotalium ordinum ſanctificationem, & divini unguenti perfectionem, & ſanctam altaris perfectionis operationem divinarum Jerarchiarum perfectivis virtutibus ſingulariter ſegregavit. ,, Hæc Dionyſius, ex translatione *Joannis Saraceni*. Magna Dei miſeratio, quod tam antiquus Doctor, contemporaneus, & diſcipulus Sancti Pauli, & cujus geſta in Actibus Apoſtolorum Scriptura commemorat, huic novello adverſario fidei tam aperte repugnat! *Virtus* (inquit) *Jerarchica*, ideſt, *Epiſcopalis*, omnes comprehendit Eccleſiaſticas ſanctificationes; & non humana, ſed divina lex (inquit) appropriat eis ſuper alios ordines diviniores ſanctitates: quia etſi Sacerdotes inferiores poſſunt ſanctificare baptizando, conſecrando Euchariſtiam, & hujuſmodi; ſed tamen ſimplex Sacerdos non baptizat ſine unguento divino, ideſt, oleo ſacro; nec conſecrat, niſi in altari conſecrato; nec ipſe poteſt conſecrare, niſi Sacerdotium ſuum ab ordinatione Epiſcopi conſequatur. Unde & dicit, hæc tria ſolis reſervari Epiſcopis lege divina. Aperit autem iſtum textum lucidius Sanctus Thomas ex Commento Vercellenſis ſuper idem cap. VI. VERCELLENSIS. Lex (inquit) divina excellenter tribuit ordini Epiſcopali, ſuper reliquos ordines, diviniores ſanctificationes Epiſcopales ad operationem ſibi appropriatam. Iſtæ autem ſanctificationes Epiſcopales ſunt perfectivæ imagines divinæ virtutis, perficientes omnia ſigna, & ornatus Eccleſiaſticos. Quamvis enim a Sacerdotibus quædam myſteria ſymbolica impleantur, ut baptiſmus & conſecratio Euchariſtiæ, cum quibuſdam pertinentiis; tamen baptiſmus non celebratur ſolemniter ſine chriſmate; & Euchariſtia conficitur in altari; chriſma autem & altare nonniſi ab Epiſcopo conſecrantur. Sed nec aliquis fit Sacerdos niſi ab Epiſcopo conſecratus. Unde divinitus ordinatum eſt, ad ſolum Epiſcopum pertinere Sacerdotum, Chriſmatis, & Altaris conſecrationem. ,, Hæc ille. Jam videtis plane falſiloquium perfidi Wicleffi. Volumus in hoc ipſo loco computare ejus mendacia. Primo ubi dicit hæc tria Chriſtum facturum per juſtos Preſbyteros, Papa jam mortuo, & Prælatis Epiſcopis univerſis, quos ipſe vocat *Cæſareos*: Dionyſius dicit, etiam a ſuo tempore iſta ſegregata Epiſcopis, ſeorſum a jure Sacerdotum ſimplicium. Wicleffus dicit, Sacerdotes poſſe conſecrari a Sacerdotibus non ſic Epiſcopis: Dionyſius dicit, nec in altari confici poſſe quidquam, nec quidquam in illo poſſe conſecrari, niſi prius ab Epiſcopo conſecretur. Wicleffus dicit, iſta reſervaſſe ſibi Epiſcopos: Dionyſius dicit divinitus ordinatum, & quod divina lex attribuit eis diviniores ſanctificationes. Vere enim putandum eſt, a Deo manaſſe tantam legem, quæ tam cito, & quaſi in aurora Eccleſiæ ſe monſtravit. Inde credendum eſt, tantam obtinuiſſe conſtantiam, ut per ſequentes annos continuos divelli non poſſet. Unde in Concilio Hiſpalenſi II. * cui forſan magnus interfuiſſe videtur Iſidorus (*a*) cap. V. HISPALENSE CONCILIUM. Quinto judicio ad cognitionem noſtram Aniani Agabrenſis * Diaconi relatu deductum eſt, de quibuſdam ipſius Eccleſiæ Clericis: quorum unus dum ad Preſbyterium, duo ad Levitarum miniſterium conſecrarentur, Epiſcopus eorum, oculorum dolore detentus, fertur manum ſuam tantum ſuper hos poſuiſſe; & Preſbyter quidam illis, contra Eccleſiaſticum ordinem, benedictionem dediſſe. Qui licet propter tantam præſumptionis audaciam poterat accuſatus judicio præſenti damnari, ſi adhuc in corpore poſitus, non fuiſſet mortis occaſione præventus; ſed quia ille examini divino relictus, humano judicio accuſari non poteſt; ii qui ſuperſunt, & ab eo non conſecrationis titulum, ſed ignominiæ potius elogium perceperunt, ne ſibi licentiam talis uſurpatio faciat, decrevimus, ut a gradu ſacerdotalis vel levitici ordinis, quem perverſe adepti ſunt, depoſiti, æquo judicio abjiciantur. Tales enim merito judicandi ſunt, removendique, quia prave inventi ſunt conſtituti. ,, Hæc ibi. Ecce de Ordine ſacro tantum decretum Concilii, ut reputari non poſſent ordinati, qui impoſitionem quidem manus Præſulis acceperunt, ſed benedictionem ſubſtituti Preſbyteri contra morem Eccleſiaſtici ordinis, etiam jubente Epiſcopo, perceperunt. Tanta eſt ergo de jis majoribus rebus facienda conſcientia, ut non immerito tam divinæ legis ſanctione, quam humanæ diſtrictionis coercitione, aut nulla videantur, aut ab Epiſcopis ſacris ſuam ſubeant ſanctitatem. Unde in eodem Concilio ſubditur cap. VII. CONCILIUM HISPALENSE. Iterum in ſeptima relatum eſt nobis, venerandiſſimum quemdam Agapitum * Cordubenſis Urbis Epiſcopum, frequenter Chorepiſcopos (*b*) vel Preſbyteros deſtinaſſe (qui juxta Canones unum ſunt) qui abſente Pontifice altaria erigerent, Baſilicas conſecrarent: (quod quidem non eſt mirum id præcepiſſe virum Eccleſiaſticæ diſciplinæ ignarum, & ſtatim a ſæculari militia in Sacerdotale miniſterium delegatum). Ergo ne ultra in nobis licentia talis uſurpetur, communi ſententia ſtatuendum oportuit, ſcientes, quod ſicut Preſbytero vel Chorepiſcopo illicita eſt conſecratio altaris, ita & conſtitutio. In divinis enim libris, præcipiente Domino, ſolus Aaron in Tabernaculo Dei erexit altare: ſolus ,, ipſe,

Dionyſius pag. 37.

Act. 17. 34.

Vercellenſis apud Dionyſium

Quæ jure divino reſerventur Epiſcopis

Sacerdotes poſſe a quolibet Sacerdote conſecrari dicebat Wicleffus

* anno 619.

a

Concilium Hiſpalen. II. apud Labb. To. 6. pag. 1405.

* Labb. Egabrenſis Diſt. 23. cap. Quorumdam Clericorum

Concilium Hiſpalen. II. ibid.

* Labb. Agapium

Exodi 40.

b

(*a*) Magni Iſidori ſubſcriptionem Actorum in hoc Concilio legimus apud Philippum Labbeum Tom. 6. Concil.

(*b*) *Chorepiſcopos* in adjutorium Epiſcoporum poſt ſæculum tertium in Eccleſiam introductos novimus. Erant autem Miniſtri Epiſcoporum in pagis, vicis, & oppidulis. Ideo antiqui Canonum collectores Chorepiſcopos nonnunquam latine Epiſcoporum vicarios interpretantur, ut *Ferrandus Diaconus* cap. 79. Breviarii, atque alii plurimi. Porro Chorepiſcopi ex ordinatione ſua meri erant Preſbyteri, aliquo juriſdictionis Epiſcopalis privilegio adaucti. Sed obſervandum, quod ad miniſterium Chorepiſcopatus aliquando etiam Epiſcopi admovebantur. Unde fit, ut diverſimode de Chorepiſcoporum authoritate Eccleſiaſtica monumenta loquantur.

„ ipſe unxit utique, quia ſummus Sacerdos Dei „ erat; ſicut ſcriptum eſt de eo, *Moyſen & Aaron in Sacerdotibus ejus*. Ideoque id quod „ tantum facere Principibus Sacerdotum juſſum „ eſt, quorum typum Moyſes & Aaron tenue- „ runt; Presbyteri, qui filiorum Aaron geſtant „ figuram, arripere non præſumant. Nam quam- „ vis cum Epiſcopis plurima illis Myſteriorum „ ſit communis diſpenſatio, quædam tamen au- „ thoritate veteris legis, quædam novellis Ec- „ cleſiaſticis regulis, ſibi prohibita noverint: „ ſicut eſt Presbyterorum, Diaconorum, ac Vir- „ ginum conſecratio; ſicut conſtitutio altaris, „ benedictio, vel unctio. Siquidem nec bene- „ dicere eis licet Eccleſiam, vel altaria conſe- „ crare, nec per impoſitionem manus fidelibus „ baptizandis, vel converſis ex hæreſi, Paracle- „ tum Spiritum tradere; nec chriſma confice- „ re, nec chriſmate baptizatorum frontem ſi- „ gnare. Sed nec publice quidem in Miſſa quem- „ quam pœnitentem reconciliare, nec forma- „ tas * cuilibet Epiſtolas mittere. Hæc enim „ omnia illicita eſſe liquet Presbyteris, vel „ Chorepiſcopis, quia Pontificatus apicem non „ habent: quæ ſolis deberi Epiſcopis authori- „ tate Canonum præcipitur, ut per hoc & di- „ ſcretio graduum, & dignitatis faſtigium ſum- „ mi Pontificis demonſtretur. „ Hæc ibi. O quantæ authoritatis ſacra ſententia, quæ, juxta divinæ legis definitionem præcelſam, hæc omnia reſervat Apoſtolorum hæredibus, ſacris Chriſti Præſulibus; quæ omnia, ſine diſtinctione, omnibus inferioris gradus Sacerdotibus Wicleffus uſurpata, & nuſquam probata authoritate concedit; niſi forte ab iſto jam dicto prophano *Agapito* * licentiam datam accepit. Saltem cum reſervationem iſtam a divina lege, antiquiſſima & firmiſſima teſtificatione tantorum exortam monſtraverimus, nuda verba ejus hæretica, ſine omni authoritate exorta, præſenti ſubſcriptione ſufficienter elidimus. Quid dicis, non oportere Epiſcopos in Eccleſia eſſe propter iſta; & omnia iſta licere ſimplicibus *? Unde in capit. VI. *de quatuor ſectis*, WICLEFFUS. Suppo- „ no (inquis) quantum ad iſtos duos ordines, „ ſcilicet, confirmationem, & dationem ordi- „ nis, quod non eſt ratio, quare inferiores „ Presbyteri non poſſunt eos dare. Non enim „ tantam vim habent iſti duo ordines; nec ha- „ bent tantam authoritatem Pontificalem Epi- „ ſcopi, quin inferiores Presbyteri cum aliis „ ſenioribus poſſint miniſtrare hujuſmodi Sa- „ cramenta. „ Hæc ibi. Et *in ſpeculo* tuo *de Eccleſia*, cap. XIV. „ Ita eſt (inquis) de tribus „ dignitatibus, ſive officiis, quæ Epiſcopus ſi- „ bi ſervat; quæ ſunt juvenum confirmatio, „ Clericorum ordinatio, & locorum conſecra- „ tio. Omnia enim ſonant in cupidinem vel „ lucri temporalium, vel honoris: & ſic non „ oportet propter tales cupidines Chriſtum de „ cœlo deſcendere; nec in terris ipſum talem „ vicarium reſervare. „ Hæc Wicleffus. Cum dicis, *propter talem cupidinem*, ibi fodiſti tibi ſpeluncam ubi latites. Sed quomodo non oportet propter illa tria Chriſtum ſervare Epiſcopum ſuum Vicarium; nec Chriſti Præſules, propter hæc prædicta, Eccleſiæ Chriſti in terris non neceſſarios eſſe: adhuc ſi ſuſtineas, plus reſtat, quam dicas; reſtat ut probes. Nos autem ex parte Eccleſiæ Dei probamus quod dicimus. Unde lib. II. *de origine officiorum*, cap. VII. ISIDORUS. Presbyteri (inquit) interpretantur *ſe- „ niores*, quia ſeniores ætate Græci *Presbyteros* „ vocant. His autem, ſicut Epiſcopis Sanctis, „ diſpenſatio myſteriorum Dei commiſſa eſt.

* Pſal. 98. 6.

* De formatis Epiſtolis Vide ſupra in fine cap. 33.

* ienaro Epiſcopo

* Subaudi Sacerdotibus Wicleffus

Iſidorus pag. 399.

„ Præſunt enim Eccleſiis Chriſti, & in confe- „ ctione divina corporis & ſanguinis, conſor- „ tes cum Epiſcopis Sanctis ſunt: ſimiliter & „ in doctrina populi & in officio pietatis prædi- „ candi. Sed ſola, propter authoritatem, ſummo „ Sacerdoti Clericorum ordinatio & conſecra- „ tio reſervata eſt, ne a multis diſciplina Ec- „ cleſiæ vendicata concordiam ſolveret, ſcan- „ dala generaret. „ Hæc ille. Ecce jam non propter cupidinem reſervaverunt ſibi ſummi Sacerdotes illa tria quæ dixeras; ſed ne tui ſimiles multi, diſciplinam Eccleſiæ vendicantes, concordiam ſolverent, ſcandala generarent.

CAPUT LVIII.

Quod a ſolis Epiſcopis conſecrari poſſunt Altaria, vel Baſilicæ, aut Veſtes ſacræ, vel Virgines benedici.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Epiſcopus nonniſi ab Epiſcopis eſt ordinandus: nec in Eccleſia aliter unquam eſt obſervatum.*
2. *Non eſt fabula (ut fingit Wicleffus); ſed eſt ipſiſſima veritas Sanctorum Patrum teſtimonio comprobata, quod Archiepiſcopi a Papa, vel de Papæ mandato conſecrantur.*
3. *Sanctimonialium conſecratio ad Epiſcopos pertinet: unde inferioribus Sacerdotibus hoc opus tractare eſt illicitum; uſurpare vero damnoſum.*
4. *Eccleſiarum & Altarium conſecrationes ad ſolos Epiſcopos pertinere ex novo & veteri inſtrumento, ex Chriſti inſtitutione, exque traditione Apoſtolorum ſatis edocemur.*
5. *Ex dedicatione Eccleſiarum quod major copioſiorque accedat Sanctitas tum loco, tum hominibus in eo loco orantibus.*
6. *Veſtium Sacrarum conſecrationis verba inficit Wicleffus.*
7. *Benedictio veſtium, aliarumque rerum, quibus in ſacro peragendo utimur, habet fundamentum in Scripturis Sanctis.*

1. CONſecrationes cum audis Antiſtitum, potes intelligere ſanctificationes veſtium, confirmationes juvenum, inthronizationes Epiſcoporum, velationes Chriſti virginum, cum ſimilibus: quæ omnia ob normæ decus, & quam res flagitat, conſecrantis induſtriam, Epiſcopo reſervantur. De quibus eſt Concluſio ter damnata XLIV. WICLEFFUS. Damnabilis eſſe vide- „ tur conſecratio iſtarum quatuor Sectarum, qua „ pervertuntur fideles de ſimplici Secta Chriſti „ ad Sectam frivolam Antichriſti. „ Hæc Wicleffus. Attendite Chriſti Præſules, utrum ſecundum ſubſtantiam ſtatus veſtri iſte judicet vos Paſtores neceſſarios. Declarat ſe amplius, quantum eſt de conſecratione Epiſcoporum, Tractatu *de quatuor Sectis*, cap. I. WICLEFFUS. Aſ- „ ſiſtente ordinatione divina, quilibet Sacerdos „ poteſt æque conferre Sacramenta Eccleſiaſti- „ ca, ſicut Papa; ſicut cæteri Apoſtoli æque „ bene ordinarunt Epiſcopos, ſicut Petrus -- Se- „ quitur -- Et ſi allegetur communis opinio, „ quod ſolus Papa poteſt ordinare, ſaltem Ar- „ chiepiſcopos, & ſic de multis aliis operibus, „ Papæ ſpecialiter reſervatis; dicitur, quod ta- „ lis communis opinio eſt fabula non fundata. „ Hæc Wicleffus. Quantum eſt ad conſecrationes Epiſcoporum, quas ipſe jam induxit ad medium, eſt ſine ſubtilitate ſcrutandum. Primus Ponti-

Wicleffus

Wicleffus

fex noſter Chriſtus manus imponens Apoſtolis, eos omnes conſecravit Epiſcopos. Primus Jeroſolymorum Archiepiſcopus Jacobus Alphæi, cognomento juſtus, ſororis matris Domini filius, a Petro, Jacobo, & Joanne, eſt ibi ordinatus Epiſcopus, ut de cætero nonniſi ab Epiſcopis conſecrari poſſet Epiſcopus. Unde primum Capitulum eſt in Concilio Apoſtolorum, CONCILIUM APOSTOLORUM. Epiſcopus a duobus, aut tribus Epiſcopis ordinetur. „ Hæc ibi. Inde manavit, quod Anacletus decrevit ſucceſſor Clementis, Decreto 11. cap. 1. ANACLETUS. Ordinationes Epiſcoporum authoritate Apoſtolica, ab omnibus, qui in eadem Provincia fuerint, Epiſcopis ſunt celebrandæ: qui ſimul convenientes, ſcrutinium diligenter agant, jejuniumque cum omnibus precibus celebrent, & manus cum Evangeliis qui prædicaturi ſunt imponentes; Dominica die hora tertia orantes, ſacraque unctione, exemplo Prophetarum, & Regum, capita eorum, more Apoſtolorum & Moyſi ungentes: quia omnis ſanctificatio conſtat in Spiritu Sancto, cujus virtus inviſibilis ſancto eſt chriſmati permixta. Hoc ritu ſolemnem celebrent ordinationem. Quod ſi omnes convenire minime potuerint, aſſenſum tamen ſuis apicibus præbeant, ut ab ipſa ordinatione animo non deſint. Porro & Jeroſolomytanorum primus Archiepiſcopus Beatus Jacobus, qui juſtus dicebatur, & ſecundum carnem, Domini nuncupatus eſt frater, a Petro, & Jacobo, & Joanne Apoſtolis eſt ordinatus: ſucceſſoribus videlicet dantibus formam eorum, ut minus quam a tribus Epiſcopis, reliquis omnibus aſſenſum præbentibus, nullatenus Epiſcopus ordinetur; & communi voto ordinatio celebretur. Reliqui vero Sacerdotes a proprio ordinentur Epiſcopo; ita ut Cives, & alii Sacerdotes aſſenſum præbeant; & jejunantes ordinationem celebrent. Simili etiam celebratione Diaconi ordinentur. Cæterorum autem graduum diſtributio trium veracium teſtimonium, cum Epiſcopi ſcilicet approbatione, ſufficere poteſt. „ Hæc ille. Ecce de conſecratione Epiſcopi quid adhuc in primævis Eccleſiæ ſancitum eſt. Et inde cap. v. *Eccleſiaſticæ Jerarchiæ*, ſecundum tranſlationem Joannis Scoti, DIONYSIUS. Summus quidem Sacerdos ad Jerarchicam conſummationem accedens, utroque pede inclinans ante conſpectum divini Altaris, ſuper caput habet a Deo tradita eloquia per Jerarchicam manum: & hoc modo, perficiente eum Summo Sacerdote, ſanctiſſimis invocationibus conſummatur. „ Hæc ille. Ubi habet VERCELLENSIS. Epiſcopus quidem quando conſecrandus eſt, ambo genua flectens ante altare, habet ſuper caput Scripturas Sacras, & Epiſcopus ipſum conſecrans ponit manum ſuper caput ejus, & præmiſſis invocationibus ad Deum, ſic conſecrat. „ Hæc ille. Ecce ab antiquiſſimo ſtatu Eccleſiæ nunquam, niſi ab Epiſcopo, conſecratur Epiſcopus. Quod ſi dicas, aliter hoc licere: hoc oportet ut probes, vel ſaltem exemplo aliquo proferas eſſe factum: quia dicis, *Quilibet Sacerdos poteſt æque conferre Eccleſiaſtica Sacramenta, ſicut Papa, quin cæteri Apoſtoli conſecrarunt Epiſcopos, ſicut Petrus.* Ego cenſeo * etiam Epiſcopos Wicleviſtas, ſicut Manichæos, Catharos, (*a*) & alios in hæreſi conſtitutos ſectæ ſuæ ſatis valere, ſine hoc quod ab Epiſcopo Catholico legitime conſecrentur. Certe apud Eccleſiam Catholicam nunquam ab initio ſine Epiſcopis initiabantur Epiſcopi; & idcirco hac alia cauſa ſunt in Eccleſia Chriſti neceſſario Epiſcopi ſtatuendi.

Epiſcopus nonniſi ab Epiſcopis conſecrandus.

* Concilium Apoſtolorum apud Labb. To. 1. pag. 26.

* Anacletus apud Labbeum To. 1. pag. 522.

Diſt. 64. Ordinat. Epiſcoporum.

Dist. Reliqui Sacerdotes

Dionyſius pag. 27.

Vercellenſis apud eumd.

* al. ſentio

Epiſcopi in Eccleſia neceſſarii propter conſecrationes

2. Sed quia communem opinionem referens, quod ſolus poteſt Papa ordinare, ſaltem Archiepiſcopos, dicis illam fabulam non fundatam, volo ſine pluribus argumentis Sanctum petas Gregorium, cur cauſam tantam fecerit, quod Salonitanus Epiſcopus ſine mandato ſuo fuerat ordinatus. Unde in lib. v. *Regiſtri ad conſtantiam Auguſtam*, GREGORIUS. Salonitanæ vero civitatis Epiſcopus * me, ac reſponſali meo neſciente, ordinatus eſt; & facta res eſt, quæ ſub nullis anterioribus Principibus evenit. Quod ego audiens, ad eumdem prævaricatorem, qui inordinate ordinatus eſt, protinus miſi, ut omnino Miſſarum ſolemnia celebrare nullo modo præſumeret — Sequitur — Quod ei ſub excommunicationis interpoſitione mandavi. „ Hæc ille. Item idem in Epiſtola *ad Romanum Patricium*, & Exarchum Italiæ lib. 11. Epiſt. XXXI. GREGORIUS. Obitum Laurentii Mediolanenſis Epiſcopi Excellentiam veſtram jam credimus cognoviſſe. Et quia, quantum ex Cleri relatione didicimus, in filio noſtro Conſtantio Diacono ejuſdem Eccleſiæ omnium conſiſtit electio, neceſſe fuit pro ſervanda conſuetudine (*b*), militem Eccleſiæ noſtræ dirigere, quo eum, in quem omnium voluntates atque conſenſum concorditer convenire cognoverit, a ſuis Epiſcopis, ſicut vetus mos exigit, cum noſtro tamen aſſenſu, faciat conſecrari. „ Hæc ille. Item idem Gregorius lib. 11. *ad Beneventanum* (*c*) *Epiſcopum*: Quoniam Ravennæ Eccleſiæ Liberius quondam Antiſtes de hac luce migraſſe cognoſcitur — Sequitur infra — Ideo charitas tua ad prædictam Eccleſiam ire properabit, & aſſiduis adhortationibus Clerum plebemque ejuſdem Eccleſiæ admonere te volumus, ut remoto ſtudio, uno eodemque conſenſu, talem ſibi præficiendum expetant Sacerdotem, qui & tanto miniſterio dignus valeat reperiri, & a venerandis Canonibus nullatenus reſpuatur. Qui dum fuerit poſtulatus cum ſolemnitate Decreti omnium ſubſcriptionibus roborati, & Dilectionis tuæ teſtimonio litterarum ad nos ſacrandus occurrat. „ Hæc ille. Conſimili quoque tenore ſcripſit ad Joannem Squillacenſem Epiſcopum pro eligendo & conſecrando per eum Epiſcopo Contronenſi Epiſt. XXVI. 11. lib. & Epiſtola ſequente, quæ eſt ad Clerum & Populum Contronenſem. Quæ ſi juſte vendicavit Gregorius, (etſi apud hæreticum noſtrum, cui nihil ſapidum eſt, quod non eſt in hæreſi ſua decoctum, ſed apud omnem Chriſti Eccleſiam) non erit *fabula non fundata*. Verumtamen, quia ſolet dicere Eccleſiam iſtam Occidentalem *Maniacam* * quia ſic obedit Romano Pontifici; ad Orientales plagas pergimus pro authoritatis ejus veterano exemplo. Caſſiodorus enim XII. lib. *hiſt. Trip.* cap. VIII. docet, Romanum Cœleſtinum inſtituiſſe *Perigenem* Corinthiorum Epiſcopum. CASSIODORUS, Perigenes (inquit) in „ Pe-

Gregorius To. 2. lib. 5. Epiſt. 21. pag. 752.

* Maximus

Gregorius lib. 1. pag. 646. To. 2.

Gregorius To. 2. lib. 13. Epiſt. 13. pag. 1227.

* ſtultam, inſanam

Caſſiodorus To. 1. pag. 377.

(*a*) Cathari de ſecta erant Waldenſium, qui ſæculo duodecimo turbas in Eccleſia excitarunt.

(*b*) Ex hac Epiſtola manifeſtum eſt ordinationem Epiſcopi Mediolanenſis ex Romani Pontificis conſenſu olim factam. Mortuo Conſtantio S. Gregorius Pantaleonem Notarium miſit, ut Deuſdedit ejus Succeſſorem de more conſecrari curaret.

(*c*) *Ad Barbarum Beneventanum Epiſcopum* habent noviſſimi Editores. Eum autem non Ravennatenſis, ſed Panormitanæ Eccleſiæ viſitatorem conſtituit Epiſtola ab eis relata: nec de mortuo *Liberio*, ſed *Victore* mentionem facit.

„ Petris ordinatur Epiſcopus, & quoniam cives „ ejus eum ſuſcipere noluerunt, Romanæ Civitatis Epiſcopus juſſit eum inthronizari in „ Corintho Metropoli, defuncto ejus Epiſcopo; eique, donec vixit, Eccleſiæ præfuit. „ Hæc ille. Item eodem lib. cap. x. de Theodoſio Imperatore verbum faciens, CASSIODORUS A

Caſſiodorus To.1.pag.378.

„ Cum adhuc corpus Maximiani inhumatum „ jaceret, præſentibus Epiſcopis, præcepit inthronizare Proclum. Quod etiam Romani „ Epiſcopi Cœleſtini litteræ firmaverunt, quas „ ad Cyrillum Alexandriæ deſtinavit Epiſcopum, & ad Joannem Antiochenum, & Rufum Theſſalonicenſem; docens, quod nihil „ prohiberet alterius Civitatis Epiſcopum *, „ in aliam demigrare. „ Hæc ille. Ecce Conſtantinopolitanus Archiepiſcopus & Primas Proclus, poſt Imperialem inſtitutionem, nonniſi Cœleſtini Papæ litteris firmabatur.

* M. exiſtentem Epiſcopum

3. Cæterum de Conſecrationibus Virginum B quid oportet vim facere, cum illæ ad eum maxime pertinent, qui eſt primus Pater Eccleſiaſtici gregis, & Vicarius Agni Sponſi Virginum, qui poſſit Virgini recte dicere: *Saltem amodo voca me Pater meus? Dux virginitatis meæ tu es?* Unde in Carthaginenſi Concilio * IV. cap. XI. CONCILIUM CARTHAGINENSE. Sanctimonialis virgo, cum ad conſecrationem Epiſcopo offertur, in talibus veſtibus applicetur, „ qualibus ſemper uſura eſt, profeſſioni & ſanctimoniæ aptis. „ Item in Concilio Carthaginenſi (*a*) III. cap. XXXVI. cui interfuit Beatus Auguſtinus, & ſubſcripſit ſe, CONCILIUM C CARTHAGINENSE. Ut Presbyter, niſi conſulto „ Epiſcopo, Virgines non conſecret, Chriſma „ non conficiat. „ Hæc in vetuſto libro Decretorum Pontificum. Et iterum ibi ex Concilio Carthaginenſi ſecundo (*b*), CONCILIUM CARTHAGINENSE. Amnidius * Epiſcopus Maxilitanus dixit: ſi jubet Sanctitas veſtra, ſuggero. Nam memini præterito Concilio fuiſſe ſtatutum, ut Chriſma, vel reconciliatio „ pœnitentium: nec non & puellarum conſecratio, a Presbyteris non fiat. Si quis autem „ emerſerit hoc faciens, quid de eo ſtatuendum „ ſit? Genecletus (*c*) Epiſcopus dixit: Audi- D „ vit dignatio veſtra ſuggeſtionem fratris & „ coepiſcopi noſtri Amnidii. Quid ad hæc dicitur? Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: „ Chriſmatis confectio, & conſecratio puellarum, a Presbyteris non fiant: vel reconciliare quemquam in publica Miſſa Presbytero non licere. Hæc omnibus placent -- Sequitur in fine -- Univerſi Epiſcopi dixerunt: „ omnibus hæc placuerunt, & hæc noſtra ſubſcriptione firmabimus: & ſubſcripſerunt Aurelius Carthaginenſis, Epigonius Bullenſis, „ Auguſtinus Hipponenſis, & alii quadragintaquatuor, qui eidem Concilio interfuerunt. „ E Hæc ille. Hæc igitur & ſimilia mediocribus Sacerdotibus tractare eſt illicitum, uſurpare damnoſum, eo quod ab initio hujuſmodi opus ſacrum ſit primis Sacerdotibus reſervatum. Chryſoſtomus enim ſuper Matth. *in Imperfecto* homilia prima, in medio homiliæ, CHRYSOSTOMUS. Vide (inquit) quam illicitum eſt „ uſurpare opus, quod a Deo non eſt commiſſum. Quale peccatum laicus facit, uſurpans „ ſibi opus Clericale Lectoris, & Lector uſurpans ſibi opus Diaconale, & Diaconus uſurpans opus Presbyteri, & Presbyter appetens „ poteſtatem Epiſcopalem. „ Hæc Chryſoſtomus.

Jerem. 3. 4.

* *anno* 436.

Concilium Carthaginenſe IV. *apud Labb. To.* 2. *pag.* 1438. *Diſt.* 23. *cap. Sanctimonialis*

a Concilium Carthaginenſe III. *apud Labbeum To.* 2. *pag.* 1404. 3. *q.* 6. *Presbyter inconſulto*

b Concilium Carthaginenſe II. *apud Labb. To.* 2. *pag.* 1194.

* *Labb.* Fortunatus

c

Chryſoſtomus To.2.pag.545. Edit. Pariſien. 1556.

4. Conſecrationes inſuper Baſilicarum, vel altarium, quas ducis pro nihilo, omnino neceſſarias eſſe; & neceſſario judicavit eas eſſe Dionyſius * ſanctificatione Epiſcopi muniendas. Nec mirum: quia ſi templum & altare Judaicum nonniſi ſanctificata, & uncta per magnum legis Pontificem potuerunt apte ſervire figuris; quanto magis ad immolandum veritatem corporis Chriſti, oportet & vaſa, & domos, & veſtes per Pontificem conſecrari? Unde Clemens Epiſtola II. *ad Jacobum Jeroſolymorum* *, verſus finem, CLEMENS. Eccleſias per congrua & „ utilia facite loca, quas divinis precibus ſacrari oportet: & in ſingulis Sacerdotes divinis orationibus Deo dicatos poni: quos ab „ omnibus venerari oportet, & non a quoquam „ gravari. „ Hæc ille. Ecce Clemens ſucceſſor Petri dicit oportere divinis precibus ſacrari loca ſancta, & Eccleſias. Sed forſan dicis: Non neceſſario per Epiſcopos. Unde Tract. *de quatuor ſectis* cap. VI. WICLEFFUS. Non tantam „ authoritatem habent Pontificales Epiſcopi, „ quin inferiores Presbyteri cum aliis ſenioribus „ poſſint miniſtrare hujuſmodi Sacramenta. Et „ ſic dicitur de conſecratione Baſilicæ, vel altaris, aut utriuſque. Nec video neceſſitatem „ de reconciliatione Eccleſiæ, poſt ejus pollutionem: quia II. Machab. v. dicitur, quod „ non locus ſanctificat hominem, ſed e contra. „ Quantitas enim, ſecundum Philoſophum, non „ eſt de genere activorum. Ideo quoniam locus „ per conſecrationem influentiam majorem a „ cœlo non recipit; nec eſt ſanctitas in loco „ poſt conſecrationem Epiſcopi derelicta &c., „ Ideo videtur quibuſdam, quod expulſo avaro Epiſcopo, inducto ad modo ſuo conſecrandam Eccleſiam, foret locus ſanctior, quam „ ante. „ Hæc Wicleffus. Jam prodeat Sanctus Clemens, exponatque mentem ſuam, quid in prædicto ſuo Decreto voluit ſuper Baſilicis, aut altaribus dedicandis licere ſolis Epiſcopis. In Epiſtola enim *ad univerſos*, quæ eſt Epiſtola III. CLEMENS. In aliis (inquit) locis ſacrificari, & „ Miſſas celebrari non licet, niſi in his, in „ quibus Epiſcopus proprius juſſerit, aut ab „ Epiſcopo regulariter ordinato, tenente videlicet Civitatem, conſecratus fuerit. Aliter enim „ non ſunt hæc agenda, nec recte celebranda, „ docente nos novo & veteri teſtamento. Hæc „ Apoſtoli a Domino acceperunt, & nobis tradiderunt. Hæc nos docemus, vobiſque & omnibus, abſque reprehenſione tenere & docere, quibus agendum eſt, mandamus. Unaquæque etenim res ſuum tempus habet & „ locum. „ Hæc ille. Hic habes plane, loca conſecranda per Epiſcopum loci; nec in aliis locis ſacrificia conſummanda: & hæc ab authoritate tam novi quam veteris Teſtamenti emanaſſe: & hæc Chriſtum Apoſtolis, & Apoſtolos ſuis ſucceſſoribus tradidiſſe. Vere enim aliter non ponderaſſet tam firmiter iſta magnus Dionyſius, ut diceret *, *nonniſi in Altari per Epiſcopum conſecrato*, rite poſſe Presbyterum celebrare. Et quod dicis, locum non ſanctificare hominem, ſed e contrario; hoc pro nobis dicis: quia enim Eccleſia non ſanctificat Pontificem, idcirco Eccleſiam conſecrat Pontifex. Et iterum dicis: *Quantitas non eſt de genere activorum*, ſecundum Philoſophum; & hinc arguis, Eccleſiam non ſanctificare homines. Quanta

* *cap. præced. num.* 2.

* Epiſcopum *ſupple.*

* Clemens *apud Labb. To.*1.*pag.*102. 10. *q.* 7. *Eccleſias per loca* Et de conſ. Diſt. 1. *Eccleſias.*

Wicleffus

2. *Machab.* 5. 19.

*Clemens 1. P. *apud Labbeum To.*1.*pag.*105.

Conſecrationes Eccleſiarum ex veteri teſtamento habent originem

* *Cap. præced. num.* 2.

(*a*) Circa tempora Siricii Papæ celebrato.
(*b*) Habito circa tempora Cœleſtini I. Papæ.

(*c*) Alii habent *Geneblius*; ſed Labbeus legit *Aurelius*.

ta ſubtilitas! At ſi philoſophus iſte eſt, cur ne-
ſcit iſte Eccleſiam conſecrandam non talem lo-
cum eſſe, qualis eſſe ſolet de genere quantita-
tis? An nunquam, cum crapulatus eſſet a vi-
no bono, audivit dicentem Medicum, quod
non qualitas ejus, ſed quantitas nocet? Et cur
tunc non reſpondit, quod non ita, quia non A
eſt de genere activorum quantitas, & ideo non
nocebit? Cum etiam dicas ſanctitatem non eſ-
ſe ibi relictam in loco poſt conſecrationem E-
piſcopi, ſic erras hæreticus, ut ſponte plus de-
2.Macch.3.27. 38.&39. vies quam Paganus. Nam II. Machab. III. Pa-
ganus dux Heliodorus ab angelis flagellatus di-
dicit confiteri, & fideliter dicere, in illo loco
vere Dei virtutem eſſe: nam *qui habet in cœ-
lis habitationem, viſitator & adjutor eſt loci il-
lius, & venientes ad malefaciendum percutit &
perdit*. Sic utinam Deus miſericors puniat Wi-
cleviſtas, ut virtutem Dei in templis ſuis agno-
ſcant, & ſanctitatem ibi relictam per opinionem B
ſuam gentilem deſinant deridere. Sed de his
To.3.Tit.22. plenius poſtea *.

5. Jam autem ſufficit Chriſtianis credere, Do-
minum Deum noſtrum, qui, ad preces Salomo-
2.Paralip.7.2. nis, templum noviter dedicatum majeſtate ſua
replevit, ita ut non poſſent ingredi Sacerdotes;
multo magis non deeſſe ſuis Eccleſiis, quin &
ſpiritus fidelium ibi orantium repleat, & locum
ipſum corporeum inviſibili irradiet ſanctitate.
Quin & templum ambiat Majeſtas divina, Sacer-
dotes non ambigant, qui in fidei veritate, non in
veteri umbra, vel hæretica falſitate illuc ſacrifi-
care conveniunt. Unde Iſidorus in *Sermone in* C
Synodo, de eo quod ſignetur in varia un-
* Iſidorus ctione altaris, ISIDORUS. Domine Deus (in-
„ quit) in æternum confitebor, ideſt, in æter-
„ num laudes de ſempiterna gloria reddam ti-
Pſal. 83. 5. „ bi. *Beati enim qui habitant in domo tua*,
„ *Domine*, *in ſæculum ſæculi laudabunt te*.
„ Huic tam jucundæ, tamque feſtivæ dedi-
„ cationi gaudens feſtivuſque intererit, qui
„ in hoc templo manufacto accepta veſte nu-
„ ptiali, templum Dei, quod ipſe eſt, ſan-
„ ctum inviolatumque uſque ad hanc æter-
„ nam, inviolabilemque dedicationem cuſtodie-
„ rit. „ Hæc ille. Audeo dicere, quod catho- D
licus Epiſcopus, qui hanc feſtivitatem Dedica-
tionis poſt conſecrationem ſuam diſtribuit, ma-
jorem ſanctitatem, quam ibi reperit, loco dif-
fundit.

6. Sed accedamus ad veſtes ſacras: de qua
re, quantum recolo, modicam vim fecit; ſed
ſanctificationis verba infecit. Unde in Tract. ſu-
per capitulum XXII. Matth. cap. III. loquens
Wicleffus de verbis conſecrantibus ordinatos, WICLEFFUS.
„ Chriſtus (inquit) rem ponderat, magis quam
„ hæc verba. Et quæ cura Deo de verbis, qui-
„ bus conſecrandæ ſunt brachæ Papales, vel or-
„ namenta alia inventa? „ Hæc Wicleffus. Quis E
unquam gentilis, aut barbarus, impudentiora ver-
ba formaret, ut de ornamentis Eccleſiæ loqui
volens, fœmoralia magni Pontificis coram his
omnibus vexillariter anteponat? Miſer homo!
velamen illud humanæ pudicitiæ, quod tu in con-
tumeliam profers, divina lex inter ſacras veſtes
honorifice collocavit; & eſt octavum genus ve-
Exodi 28.42. ſtitus Sacerdotalis, Exodi XXVIII. „ Facies &
„ fœminalia linea, ut operiant carnem turpi-
„ tudinis tuæ a renibus uſque ad fœmora; &
„ utentur eis Aaron & filii ejus quando ingre-
„ diuntur tabernaculum teſtimonii, vel quando
„ appropinquabunt ad Altare, ut miniſtrent in
„ Sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. „
Hoc honorabile genus veſtis Beatus etiam Pau-
lus commemorat ad Corinthios XII. „ Quæ pu-
„ tamus ignobiliora eſſe membra corporis, his *1.Cor.12.23.*
„ honorem abundantiorem circumdamus; & quæ *& 24.*
„ inhoneſta ſunt membra abundantiorem hone-
„ ſtatem habent. Honeſta autem noſtra nullius
„ egent. „ Unde ibi in expoſitione, HAYMO. Haymo
„ Inhoneſta noſtra, ſunt verenda; & quæ vere-
„ cundamur videri nuda, his abundantiorem
„ honeſtatem præbemus diverſorum veſtibus co-
„ lorum. „ Hæc ille. Et in *Sermone in Syno-*
do jungens Legem Apoſtolo, ISIDORUS. Ubi * Iſidorus
„ major eſt pugna, major eſt exhibenda cuſto-
„ dia. Inde eſt, quod inter indumenta Ponti-
„ ficalia, adhuc circa renes applicantur linea
„ fœminalia, non tam ad velandum turpitudi-
„ nem carnis, quæ jam ſolitis eſt operta veſti-
„ mentis, quam propter ſignum ſervandæ ca-
„ ſtitatis. Unde & Apoſtolus dicit: honeſta no-
„ ſtra nullius egent: quæ autem inhoneſta ſunt,
„ his abundantiorem honorem circumdamus. „
Hæc ille. Sed ne ultra neceſſe moremur; quan- Sacerdotibus Chriſti, quare in miniſterio fœminalia non præſcribantur
tum reor, nulla talis veſtis eſt Sacerdoti per
Eccleſiam inſtituta. Et ratio eſt: quia tam in-
tra oblationis horam, quam extra, Preſbyteri
noſtri caſtimoniam profitentur: Sacerdotes vete-
ris legis tantum ſervabant ad horam, dicente
Hieronymo *ad Fabiolam* de veſte Sacerdotali, in
fine Epiſtolæ, HIERONYMUS. Bis in Exodo le- Hieronymus *To.1.pag.369. Epiſt. 64. num. 22.*
„ gimus præcipiente Domino, & Moyſe juſſa
„ faciente, octo veſtium genera Pontificis. In *Exodi 28. & 29. Lev. 6.*
„ Levitico de ſeptem tantum ſcriptum eſt: &
„ refertur quomodo fratrem ſuum Aaron illis
„ induerit; de ſolis fœminalibus nihil dicitur,
„ hac ut arbitror cauſa, quod ad genitalia no-
„ ſtra & verenda lex non mittit manum: ſed
„ ipſi ſecretiora noſtra, & confuſione digna, te-
„ gere & velare debemus, & conſcientiam pu-
„ ritatis fœminum Deo Judici reſervare. De
„ cæteris virtutibus (verbi gratia) ſapientia, for-
„ titudine, juſtitia, humilitate, manſuetudine,
„ liberalitate, poſſunt & alii judicare: pudici-
„ tiam ſola novit conſcientia, & humani ocu-
„ li hujus rei certi judices eſſe non poſſunt:
„ abſque his rebus, quæ paſſim in morem bruto-
„ rum animalium libidini expoſitæ ſunt. Unde
„ & Apoſtolus: De virginibus (inquit) præce- *1.Cor.7.25.*
„ ptum Domini non habeo; quaſi Moyſes lo-
„ quatur: Fœminalibus ego non veſtio, nec im-
„ pono alicui neceſſitatem: qui vult eſſe ſacer-
„ dos, ipſe ſe veſtiat. O quantæ Virgines! quan-
„ torum ſperata pudicitia dehoneſtabitur in die
„ judicii! Quantorum infamata pudicitia a Deo
„ judice coronabitur! Igitur ipſi aſſumamus fœ-
„ minalia: ipſi verenda noſtra operiamus: non
„ quæramus alienos oculos. Ita tegantur geni-
„ talia, ut nullorum oculis pateant; ne, quan-
„ do intramus in Sancta Sanctorum, ſi qua ap-
„ paruerit turpitudo, morte moriamur. „ Hæc
Hieronymus. Item Hugo lib. II. *de Sacram.* par-
te IV. cap. IV. HUGO. Miniſtri novi Sacerdotii Hugo *To.1.pag.385.*
„ hoc operimentum in ſacro officio ſingulariter
„ non aſſumunt, quibus eſt injuncta ſervandæ
„ caſtitatis quotidiana neceſſitas, ſicut & quo-
„ tidie offerendi conceſſa poteſtas. Miniſtri ve-
„ teris figuræ tempore ſacrificii offerendi fœmi-
„ nalia ſumunt, quæ miniſterio expleto iterum
„ ſolvunt: quoniam a contactu carnis vetus lex
„ ſancta tractaturos prohibuit, quos rurſum ex-
„ pleta vice, ad operam carnalis commercii re-
„ laxavit. „ Hæc ille, & habet ex Iſidoro in
prædicto ſermone in Synodo.

7. Sed quia ſectatores hujus hæreſis plerum-
que conſecrationes veſtium ſacrarum blaſphe-
mant, notari poteſt ſub compendio, quod in
Exodo, jubente Domino conſecrantur. Cum- *Ex. 29. 21. & 22.*
„ que (inquit) tuleris de ſanguine, qui eſt ſu-
„ per

„ per altare, & de oleo unctionis aſperges Aaron, & veſtes ejus, & filios, & veſtimenta eorum; conſecratiſque & ipſis & veſtibus, tolles adipem de ariete &c. „ Hic ecce ritus incœpit conſecrandi veſtes Sacerdotis. Quod ſi has oportuit conſecrari, in quibus offerri debuerant animalium carnes, quanto magis revereri debemus ſacrum Chriſti corpus vivum, & nonniſi in ſacris veſtibus ipſum ullatenus conſecrare? Unde Felix Papa, ſextus ante Silve- * ſtrum (*a*), ſecundum calculum Auguſtini, in Decreto ſuo, FELIX. Dilectiſſimis fratribus omnibus Epiſcopis per diverſas provincias conſtitutis Felix Epiſcopus, in Domino ſalutem. — Sequitur. — De Miſſarum celebrationibus, „ eas non alibi, quam in ſacratis Domino locis abſque magna neceſſitate fieri debere, liquet omnibus, quibus ſunt nota novi & veteris teſtamenti præcepta. Tabernaculum enim Moyſen Domino præcipiente feciſſe & ſacraſſe, cum menſa & altari ejus, & cæteris vaſis & utenſilibus ad divinum cultum explendum legimus; & non ſolum divinis precibus ea ſacraſſe, ſed etiam ſancti olei unctione Domino jubente perliniſſe novimus. Qualiter autem hæc facta ſunt, & quod non alii, ipſa ſacra, quam Sacerdotes ſacra unctione delibuti, Dominoque cum veſtibus ſanctis ſacrati Levitæ tractabant & ferebant, erigebant & deponebant, in ipſis inſtitutionibus, quæ a Domino jubente per Moyſen conſcriptæ ſunt, reperitur. Si ergo Judæi, qui umbræ legis ſerviebant, hæc faciebant; multo magis quibus veritas patefacta eſt (gratia autem & veritas per Jeſum data eſt) templa Domino ædificare, & prout melius poſſumus, ornare, eaque divinis precibus & ſanctis unctionibus, cum altaribus & vaſis, veſtibus quoque, & reliquis ad divinum cultum explendum utilibus, devote & ſolemniter ſacrare, & non aliis quam Domino ſacratis ab Epiſcopis, niſi, ut prædictum eſt, ſumma exigente neceſſitate, Miſſas celebrare, nec ſacrificia offerre debemus. „ Hæc ille. Per hæc prædicta patet neceſſitas conſecrandi veſtes & vaſa ad divinum cultum utilia, ſine quibus ſuo modo ſacris etiam Pontifices Gentilium cruentas Idolorum aras, ob reverentiam, quamvis nefandi cultus, adire nefas putabant.

Felix IV. P. apud Labbeum To.5.pag.795.

In Decr. Ivonis lib. 2.

Num. 7.

CAPUT LIX.

De Benedictionibus Epiſcopalibus.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Benedictiones ſuper populum, quæ ſunt de munere Epiſcoporum, Wicleffus contemnit: quem errorem multo antea in adultera Pelagii mente Diabolus genuerat.*
2. *Epiſcoporum duæ ſunt benedictiones, communis una, altera ſolemnis: & earum utraque ſicuti typum, ita etiam originem habet in verbo Dei.*
3. *Epiſcopo benedicente, pie credendum eſt, fideles etiam Chriſti benedictione refici.*
4. *Non ſunt contemnendæ Epiſcoporum benedictiones, ut facit Wicleffus, ex imperitia, vel ex alio eorum defectu.*

1. PLanum ergo eſt, & nullus ambigit ſanæ mentis, quoniam propter hæc prædicta neceſſarios habeat Eccleſia ſanctos Antiſtites. Aut det adverſarius ſine Patrefamilias ordinatam familiam, ſine Duce exercitum, ſine Œconomo politiam domeſticam; & ego do illi ſine ſummo Paſtore turbam Sacerdotum incertam, & totius Eccleſiæ plebem acephalam. Addimus etiam ſupradictis benedictionem communem ſuper populum. Unde lib. II. *de Sacramentis*, parte III. cap. XII. HUGO. Ad Epiſcopum ſpe-
A „ cialiter pertinet Baſilicarum conſecratio, unctio altaris, & confectio Chriſmatis, manus impoſitio, & communis ſuper populum benedictio. Ipſe prædicta officia, & ordines Eccleſiaſticos diſtribuit: ipſe ſacras Virgines benedicit: dum enim præceſſit unuſquiſque in ſingulis, iſte prærordinator eſt cunctis. „ Hæc ille. In iſto quoque ſpecialiter oblatrat ſanctis Pontificibus noſter Wicleffus, non tantum formam benedictionis, ſed & verba ad benedicendum ſtatuta contemnens, in Tract. *de quatuor feſtis*, cap. VI. WICLEFFUS. Scimus (inquit) quod „ in conjurationibus dicitur nomen Sanctum
B „ Dei, & tamen illicite. Et ita videtur in his conſecrationibus & benedictionibus per Epiſcopos introductis. Et ſic ubi Chriſtus facilitavit Eccleſiam ſuam ne oneretur talibus, Antichriſtus econtra difficultat Eccleſiam per ſuos diſcipulos, inducendo talia tamquam fidem. „ Hæc Wicleffus. Ex hac radice ſerpentina, ſchola ejus ſcatet vipera multiformi. Ita ſcilicet, ut multi benedictiones quotidianas Antiſtitum habentes deriſui, e contrario maledicunt aut improperant, & ſolemnes benedictiones intra ſacra Miſſarum cauſantur Cæſareum faſtum, & prodigium mali ominis ſacrum dictum. Non
C eſt iſte tamen primus author hujus ſceleris, ſed hanc hæreſim ante tempora ejus genuit Diabolus in adultera mente Pelagii, qui negavit benedictiones tales valere proſtratis, quia intus ſolum a libero arbitrio, & non de foris propter Chriſti gratiam mens poteſt proficere, ſicut patet in Epiſtola Carthaginenſis Concilii * *ad Innocentium Papam* directa, verſus finem Epiſtolæ, & ſcribitur in *Decretis Pontific.* CONCILIUM CARTHAGINENSE. Contradicitur etiam „ iſtorum contentione benedictionibus noſtris, „ ut in caſſum ſuper populum dicere videamur
D „ quidquid eis a Domino precamur, ut recte & pie vivendo illi placeant; vel illa, quæ pro fidelibus Apoſtolus precatur, dicens: *Flecto genua mea ad Patrem, ex quo omnis Paternitas in cœlo & in terra nominatur, ut det vobis ſecundum divitias gloriæ ſuæ virtutem corroborari per ſpiritum ejus.* Si ergo voluerimus benedicendo ſuper populum dicere: *Da illi, Domine, virtutem corroborari per ſpiritum tuum*; iſtorum nobis diſputatio contradicit, affirmans liberum negari arbitrium, ſi hoc a Deo poſcitur, quod in noſtra eſt poteſtate. „ Hæc ibi. Ita ergo in poſitione conveniunt, (ſi in modo ponendi, neſcio) Wi-
E cleffus & Pelagius (*b*).

2. Volo tamen noſſe fideles, ſacros Præſules duas habere benedictiones ad manus. Unam habent conſimilis formæ cum minoribus Chriſtianis, quamvis potioris effectus, qua benedicunt, cum aut per plateas incedunt, vel in aliis locis non ſacris: alteram dicunt in ſolemni officio Eccleſiæ, ſecundum regulam eis traditam & præſcriptam. Sed exordium prioris benedictionis, quoad geſtum corporis, per extrinſecum ſignum formam crucis ſolet efficere, non tantum in memoriam ſanctæ Crucis, qua ſumus redempti, ſed forſan ex figura ejus ſumpſit

Hugo To.3.pag.382.

Wicleffus

** anno 416.*

Concilium Carthaginenſe apud Labbeum To.3.pag.377. Epheſ. 3. 14. & 15.

b

Signum crucis ſuper populum, unde habeat originem

(*a*) Non Felici IV. ſed Felici I. hanc tribuit Waldenſis Epiſtolam, ex Codicum, ut puto, falſitate deceptus.

(*b*) Omnes benedictiones rejiciunt etiam cum Pelagio ac Wicleffo Lutherus in lib. de viſione Danielis contra Ambroſium Catharinum, Magdeburgenſes Cent. 2. cap. 6. Calvinus lib. 4. Inſtit. cap. 10. §. 20. aliique recentiores Heterodoxi.

Gen. 48. 14. pſit initium, quando Jacob Patriarcha geminos filios benedixit manibus cancellatis: quem benedictionis modum progenies Judæorum traduxit in poſteros. Nec prætermiſiſſe illum videtur Salvator, quando elevatis manibus extra A Luc. 24. 50. Bethaniam benedixit diſcipulis, & ipſo diſcedente, reverſi ſunt in Jeruſalem. Tamque famoſe habebatur ſignum illud benedictionis in uſu, ut de illo non oportuerit Apoſtolos ordinare, ut ante * tactum eſt dixiſſe Baſilium in * cap. 23. num. 3. *edictis*. Quantum autem ad benedictionis verba, forſan erant varia variis de cauſis; ſed ſemper in ſacramento trinæ invocationis eſt juſſa formari ex ore Domini ad Moyſen. Unde Iſidorus pag. 585. lib. 1. *de officiis* cap. XVII. ISIDORUS. Benedictionem dari a Sacerdotibus populo, antiqua per „ Moyſen Benedictio pandit, & comprobat: „ quia benedicere populum ſub ſacramento tri- B „ næ invocationis jubetur. Ait enim Dominus Num. 6. 23. „ ad Moyſen: *Sic benedices populum meum; & ego* „ *benedicam illos: Benedicat te Dominus & cu-* „ *ſtodiat te; oſtendatque Dominus faciem ſuam* „ *tibi, & miſereatur tui; Convertat Dominus* „ *vultum ſuum ad te, & det tibi pacem*. A- „ men. „ Hæc Iſidorus. Ubi per trinam invocationem *Domini* explicantur tres perſonæ. Prima, *benedicat te Dominus* (ſcilicet Pater). Secunda, *oſtendat tibi Dominus* (ſcilicet Filius) faciem ſuam tibi per incarnationem; & miſereatur tui per redemptionem: & tertia, *convertat Dominus* (ſcilicet Spiritus Sanctus) vul- C tum ſuum ad te, qui convertere dicitur appropriate filiorum corda ad Patres; & det tibi pa- Malach. 4. 6. cem, quæ donum eſt Sancti Spiritus. Unde & Chriſtiani hæc verba ſumpſerunt expreſſa ab ore Chriſti, jubentis dare primam benedictionem baptiſmatis in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti: ita ut non cenſeatur benedictus in Chriſto, qui hoc non eſt ordine benedictus. Ideo lib. 1. *de Spiritu Sancto*, cap. III. Ambroſius T. 2. pag. 607. AMBROSIUS. Sicut qui benedicitur in Chriſto, „ benedicitur in nomine Patris & Filii & Spi- D „ ritus Sancti; quia unum nomen eſt, poteſtas „ una: ita etiam ubi operatio aliqua divina „ aut Patris aut Filii aut Spiritus Sancti deſignatur, non ſolum ad Spiritum Sanctum, „ ſed etiam ad Patrem refertur & Filium; nec „ ſolum ad Patrem, ſed etiam ad Filium re- „ fertur & Spiritum. „ Hæc ille. Bene docet Ambroſius, quod cum in benedictione tres divinas perſonas invocare ſolemus, eas tamen uno nomine ſingulariter, non tribus nominibus pluraliter recenſemus, propter ſingularem, & unam efficaciam poteſtatis. Alia eſt benedictio ſolemnitatis, quam Præſules plena fruge manibus elevatis ſolent infundere Chriſtianis; ma- E xime vero Miſſarum ſolemniis fere completis, exemplo Patriarcharum Legis, qui paulo ante Spiritus vitalis occaſum, vocatis filiis, benedictione eos utili condonabant. Unde & Iſaac Pa- Gen. 27. 28. triarcha Jacob Dominum ſuæ ſtirpis in benedictione conſtituit. Et Jacob omnem poſteritatem ſuam multiplici ſua benedictione laudavit. Et Gen. 48. 15. Chriſtus Deus noſter maledicens mundo, benedicens Diſcipulis, receſſit ab eis, & ferebatur in Luc. 24. 51. cœlum, Luc. XXIV. Quorum vices gerit ſacer Epiſcopus, qui Pater eſt, & primus genitor ordinarius totius Cleri & Chriſtiani populi.

3. Et idcirco Epiſcopo benedicente, pie credunt fideles, nos etiam Chriſti benedictione refici, & omnium veterum Patriarcharum benedictionibus inſtaurari. Unde Apoſtolus ad Epheſ. 1. *Qui benedixit nos in omni benedictione ſpiritali*. Ephеſ. 1. 3. Et ad Hebræos, Hac *fide, & de futuris, benedixit Iſaac Jacob & Eſau*, ut benedictio in Hebr. 11. 20. ipſis incœpta terminaretur in nobis. Ita audacter credimus ſacra ipſorum verba divinum in nobis operari effectum, quia verba ſunt ejus. Unde lib. *de quæſtionibus novi & veteris Teſtamenti*, AUGUSTINUS. Sine dubio, ait Apoſtolus, * Auguſtinus T. 3. in App. quæſt. 109. pag. 1090. „ quod minus eſt, a meliore benedicitur. Quod „ non utique ad traditionem retulit officii Ec- „ cleſiaſtici. Quis enim ambigeret, eſſe regulam Hebr. 7. 7. „ traditionis Dominicæ, qua benedicuntur ſubiecti a Domino, meliorem eſſe jis, qui be- „ nedicuntur ab ea? Dei enim myſterium in „ his verbis, quæ ipſum complectuntur ac me- „ morant, operatur. „ Hæc Auguſtinus. Ecce, jam dicat Wicleffus, quem totiens percutit Auguſtinus. Ipſe dicit Dei nomen illicite dici in conſecrationibus & benedictionibus Epiſcoporum: Auguſtinus dicit, Dei myſterium in his verbis Eccleſiaſtici officii, quæ Dominum complectuntur & memorant, operari. Wicleffus dicit, has eſſe difficultationes Antichriſti, inducentis talia tamquam fidem: Auguſtinus interrogat, *Quis ambigeret, regulam iſtam eſſe traditionis Dominicæ?* Wicleffus dicit: peccatores Epiſcopos aliis non prodeſſe, dum benedicunt forſitan meliores, quos ideo meliorare non poſſunt: Auguſtinus dicit, ideo dictum illud Apoſtoli non eſſe referendum ad benedictionem Eccleſiaſtici officii, ubi frequenter melior benedicitur a minore. Unde Auguſtinus in eodem capite, clare loquens ſubdit, AUGUSTINUS. Quam- * Auguſtinus ibidem. „ vis enim quis ſanctus ſit, curvat tamen ad „ benedictionem ſumendam caput, quia non „ proprium Sacerdotis eſt, ſed Dei meritum *. * M. inventum „ Heli enim Sacerdos Annam benedixit, & ſecutus effectus eſt; non utique merito Sacer- „ dotis, ſed ipſius Annæ, cujus mundum cor „ inſpexit Deus. Igitur Melchiſedech non ideo „ melior Abrahæ dicitur propter ſolum officium Sacerdotis, ſed & natura anteponitur „ illi (*a*), ut ultra homines intelligatur (*b*). „ a b Hæc ille. Ecce Melchiſedech anteponitur Abrahæ, qui non ſuperponeretur illi Sacerdotis officio, ſi non ſuperponeretur natura. Exiſtimo hic, quod non minus de Melchiſedech, quam de Deo loquitur, ſi forſan hic Melchiſedech reputet eſſe Deum (*c*). Sed & ideo non præferre c debemus benedictionem Melchiſedech benedictioni Abrahæ: uterque enim homo fuit, ſi tamen ita fuit. Sed tamen illam iſti præponimus, quia ille Dei principaliter geſſit figuram *, * al. ſignum hic hominis Sacerdotis.

4. Quorſum igitur iſti Wicleviſtæ conſcendunt & derident ſabbata noſtra, ſi forſan aliquis vel rarus Sacerdos, vel minus frequens Antiſtes Dei in ſacra benedictione recitet barbariſmos? An ideo minus benedicit Deus, quia nuncius ejus importune, vel improviſe, per ipſum

(*a*) Nonnulli ſuſpicantur hujus libri authorem eſſe illum, quem reprehendit Hieronymus Epiſt. ad Evagrium, aſſerentem Melchiſedech eſſe Spiritum Sanctum.

(*b*) Vide item quæ habet Auguſtinus de Sacerdotis benedictione in Sermone *de Oratione intra Eccleſiam*.

(*c*) Melchiſedech non fuiſſe hominem, ſed Spiritum Sanctum, qui ſpecie hominis aſſumpta, Abrahamo ſe videndum obtuliſſet, tradidit Author *quæſtionum in vetus ac novum Teſtamentum*. Opuſculum illud *Evagrius*, ſeu *Evangelus* quidam, ad Sanctum Hieronymum tranſmiſit, ejus de illo ſententiam rogans. Cum ea occaſione Sanctus Hieronymus veterum Patrum opinionem ſcrutatus fuiſſet, deprehendit Origenem, & Didymum in ea eſſe ſententia, ut Melchiſedech Angelum crederent. Verum (inquit) Sanctus Hippolytus, Irenæus, Euſebius Cæſarien. Appollinaris, Euſtathius Antiochenus, diverſis quidem verbis, ſed uno ſenſu, virum Chananæum fuiſſe, & Regem *Salem*, alio nomine *Jebus*, ſive *Jeruſalem*, ſatis conveniunt.

ipſum Dominum verba proviſa pronunciat ? Hoc homines cogitant, qui non virtutem verborum ſapiunt, ſed verborum virus, & non vires attendunt. Idcirco Auguſtinus libro ſuo *de catechizandis rudibus*, bene poſt principium, AUGUSTINUS, Malle debent homines veriores, „ & non diſertiores audire ſermones; ſicut mal- A „ le debent prudentiores, quam formoſiores (*a*) „ habere amicos. Noverint etiam, non eſſe vo- „ cem ad aures Dei, niſi animi affectum. Ita „ enim non irridebunt, ſi aliquos etiam mini- „ ſtros Eccleſiæ forte animadverterint, vel cum „ barbariſmis & ſolæciſmis Deum invocare; „ vel eadem verba quæ pronunciant non in- „ telligere, perturbanturque * diſtinguere. Non „ quia iſta minime corrigenda ſunt, ut popu- „ lus ad id quod plane intelligit, dicat *Amen*: „ ſed tamen pie toleranda ſunt ab eis, qui di- „ dicerunt, ut ſono in foro, ſic voto in Ec- „ cleſia benedici. Itaque fortaſſis (*b*) nunquam B „ bona dictio, nonnunquam tamen benedictio „ dici poteſt. „ Hæc ille. Ecce bona dictio, quamvis ſit male pronunciata, ſacri Præſulis benedictio. Benedictio tamen dici poteſt, quia virtus ibi divina non novit vincula Priſciani (*c*). Audite me fideles: non vires ibi Sacerdotis agunt, non nuda officia Præſulis; ſed Deus noſter, cujus ſunt verba bona per naturam, per Epiſcopum bona verba ſua transfundit in bene credentes per gratiam. Excuſari ſolet facinus apud homines aut actione, aut ore patratum, quia non ſit magiſtra quandoque voluntate dictatum: cur abbreviamus manum Domini, ut C inſtrumento ejus Epiſcopo, quidquid male geratur, nos virtutis divinæ imputemus eſſe defectum? Auguſtinus dicit, verba Antiſtitis eſſe ſolum delegativa; ideo non poteſt a benedictionis virtute deficere, etiamſi ipſe nollet ibi benedictionis munus largiri. In cap. I. prænominato *de quæſtionib. novi & veteris Teſtamenti*, AUGUSTINUS. Melchiſedech non utique ſic in- „ telligitur benedixiſſe Abraham, ſicut faciunt „ homines Sacerdotes, ut ex delegatione daret „ benedictionem verbis ſolemnibus: ſed quaſi „ propriam, quam non per verba, ſed per na- D „ turam accepit ſubſtantialiter, ut ſit ei pro- „ pria. Sacerdotes autem, quos Antiſtites dici- „ mus, regulam habent ſolemnibus orationibus „ ordinatam & traditam ſibi, quam ſupponen- „ tes hominibus benedicant, non ſolum quos „ volunt, ſed aliquando quos nolunt: quia da- „ tor regulæ ipſe ſcit quibus dari debeat vel „ infundi ſacratiſſima benedictio. Ille vero, „ qui natura habet benedictionem ſubſtantiali- „ ter, quem dicit ſummi Dei Sacerdotem, per „ voluntatem Dei dat benedictionem. Verba „ enim benedictionis & natura ejus cum vo- „ luntate concordant: nec errat ut ibi velit „ ubi non debet; neque ut nolit ubi debet; E „ ſed cui dat verba, dat & effectum. Noſtri „ autem Sacerdotes ſuper multos quotidie no- „ men Domini & verba benedictionis impo- „ nunt; ſed in paucis effectus eſt. „ Hæc ille. Sapiant igitur Sacerdotes, non eſſe benedictiones Sacrorum Antiſtitum ſanctificationes inutiles; quarum etſi Epiſcopus eſt miniſter, Deus tamen principalis eſt author, intantum ut ipſe Antiſtes nec ubi velit dabit, nec negabit ubi nolit benedictionis effectum: ſed quo Deus dirigit, illuc Sacerdotis jungit officium *. Simulque notetur, qualiter hic Auguſtinus continue bene commendat benedictiones illas Sanctorum Antiſtitum, quas ſecundum Eccleſiaſticum officium in ſuis Pontificalibus libris legere, & quibus benedicere plebem ſolent. AUGUSTINUS. * „ Sacerdotes (inquit) quos *Antiſtites* dicimus, „ regulam habent ſolemnibus orationibus ordi- „ natam & traditam, quam ſupponentes ho- „ minibus benedicunt. „ Hoc in frontem cædit „ Wicleffum floccipendentem benedictiones hujuſmodi regulares in *de quatuor ſectis* cap. VI. WICLEFFUS. Non tantam habet authoritatem „ Pontificale Epiſcopi, quin inferiores Presby- „ teri cum aliis ſermonibus poſſint miniſtrare „ hujuſmodi Sacramenta. Hæc Wicleffus. Aliis ſermonibus poſſunt benedictiones illæ formari, ſed non ſingulis licet illos dictare ſermones. Idcirco Auguſtinus dicit, *regulam ſolemnibus orationibus ordinatam*. Unde in Concilio Milevitano *, cui Auguſtinus interfuit, & ſubſcripſit ſe, cap. XII. CONCILIUM MILEVITANUM. Pla- „ cuit etiam & illud, ut preces & orationes, „ ſeu Miſſæ, quæ probatæ fuerint in Concilio, „ ſive Præfationes, ſive commendationes, ſeu „ manus impoſitiones, ab omnibus celebrentur; „ nec aliæ omnino dicantur in Eccleſia, niſi „ quæ a prudentioribus tractatæ ſunt, vel com- „ probatæ in Synodo fuerint: ne forte aliquid „ contra fidem vel per ignorantiam, vel per „ ſtudium * ſit compoſitum. „ Hæc ibi ſecundum antiqua Decreta Pontificum.

Auguſtinus To.6.pag.272. num. 13.

* M. perturbateque

* Auguſtinus To. 3. in App. quæſt. 109. pag. 1090.

* al. vertitur effectus

* Auguſtinus mox citatus

Wicleffus

* anno 416.

Concilium Milevitanum ſecundum apud Labb. To.3.pag.383.

* Labb. minus ſtudium

CAPUT LX.

Quod non omnino ſit idem Epiſcopus cum inferiore Sacerdote; ſed ſint gradus diſtincti in eodem ordine (*d*).

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Hæreſis Wicleffi ab Eccleſia auferentis officium & dignitatem Epiſcopi, inter quem & ſimplicem Sacerdotem, nullum dicit eſſe ſtatuendum diſcrimen.*
2. *Eamdem hæreſim prius ſuſcitaſſe Aerium oſtendit, propterea quod Epiſcopatum, ad quem maxime ſuſpiraverat, non potuit adipiſci; quod quidem etiam Wicleviſtici erroris fuit occaſio.*
3. *Diſcutiuntur verba Divi Pauli de hac re ex Sanctorum Patrum expoſitionibus; traditurque diſtinctio inter Epiſcopum, & ſimplicem Sacerdotem.*
4. *Divi Hieronymi verba examinantur, appoſiteque declaratur, ſemper in Eccleſia inter Epiſcopum & Sacerdotem, realem fuiſſe diſtinctionem.*
5. *Epiſcopi non tam ab hominibus quam a Deo præficiuntur.*
6. *Inſtantia Wicleffi proponitur & reſolvitur.*
7. *In Epiſcopo cum duo ſint Ordo & Poteſtas, quoad ordinem convenit cum eo ſimplex Sacerdos, ſed in parte: quoad poteſtatem vero, Presbytero Epiſcopus, & Papa omnibus præfertur.*
8. *In locum duodecim Apoſtolorum ſubrogati ſunt*

(*a*) Cod. Vat. *teneriores*, cujus loco *certiores* habet Ed. V. Neutrum placuit Maurinis, qui legunt *formoſiores*. Illos hic ſequimur, utpote magis appoſite ad ſententiam loquentes.

(*b*) *M.* Itaque forenſis illa nonnunquam forte bona dictio, nunquam tamen benedictio dici poteſt.

(*c*) Priſcianus celebris grammaticus, a quo plura excerpſit pro libro ſuo *de grammatica* Rhabanus.

(*d*) Quæſtionem hanc contra veteres, & modernos hæreticos, egregie iterum pertractat infra lib. 3. art. 3. cap. 29.

ſunt Epiſcopi; in locum vero ſeptuaginta diſcipulorum inferiores Sacerdotes.

1. PEr hæc prædicta conabatur hæreſiarcha Wicleffus contra ſacros Præſules agere, quantum ad appropriata eis per ſolemnitatem Epiſcopalis officii. Inſurgit autem acerbius contra ſubſtantiam Ordinis, in quantum ſcilicet eminet omnis Epiſcopus omni ſimplici Sacerdoti, in libro *de Eccleſia & membris ejus* cap. VI. ubi enumeratis Papa, Cardinalibus, Epiſcopis, quos omnes dicit eſſe Sacerdotes *de capitulo Antichriſti*,

Wicleffus

WICLEFFUS. Poſſunt (inquit) quidam viri „ religioſi iſta nomina non habere, & carere veneno, quod eſt modo ſub iſto nomine introductum: „ ut olim omnes *Sacerdotes* vocati fuerunt *Epiſcopi*; & ſic de aliis nominibus, quæ modum „ ſapiunt, & conſuetudinem diaboli in Eccleſiam introductam. „ Hæc Wicleffus. Nolo ſautores Wicleffi excuſationem ejus obtendant,

2. 2. q. 184.

quod hic conſonet Sancto Thomæ in ſecunda ſecundæ de appellatione *Epiſcopi*, quod omni Sacerdoti olim convenit; vel quod venenum, de quo loquitur, accipitur de Majoritate ſæculari & abuſione jactantiæ, vel converſationis ſæcularis, qua modernis horis culpabiliter utuntur Epiſcopi. Imo contra ſubſtantiam dignitatis agit: nam ſi per inſtitutionem Eccleſiæ aliquid amplius habet Epiſcopus inferiori Presbytero, hoc totum ſimul, & nomen, vult ſingulis eſſe commune. Et caſſum erit nomen *Epiſcopi*, quod nec quoad officium, nec quoad dignitatem aliquid amplius appellabit. Idcirco ipſe ſe declaret. Quarto enim libro ter damnati *Trialogi* cap. XV.

Wicleffus

WICLEFFUS. Unum (inquit) audacter aſſero, quod „ in primitiva Eccleſia, ut in tempore Pauli, „ ſuffecerunt duo ordines Clericorum, ſcilicet, „ Sacerdos atque Diaconus. Secundo, dico quod „ in tempore Apoſtoli fuit idem Presbyter ac „ Epiſcopus (*a*). Patet 1. *ad Tim.* III. & *ad* „ *Tit.* I. Et idem teſtatur ille profundus theologus Hieronymus, ut patet LXXXV. Diſt. cap. „ *Olim*. Tunc enim non fuit inventa diſtinctio „ *Papæ*, & *Cardinalium: Patriarcharum*, & *Archiepiſcoporum; Epiſcoporum*, & *Archidiaconorum; Officialium* & *Decanorum*, cum cæteris „ officiariis in Religionibus privatis, quorum „ non eſt numerus, ſive ordo -- Sequitur -- „ Certum videtur, quod ſuperbia Cæſarea hos „ gradus & ordines adinvenit. Si enim fuiſſent „ neceſſarii Eccleſiæ, Chriſtus & ejus Apoſtoli „ non in expreſſione eorum, ac detentione ſui „ officii reticerent. „ Hæc Wicleffus. Jam poteſtis ſecure palpare quid cogitat. Jam non contendit de nomine, ſed de Epiſcopatu in ſe, & ejus diſtinctione a communi Presbytero, & inſtitutione ejus ab Apoſtolis, vel a Chriſto.

2. Idcirco arripiatur primum iter, & proximum, quo, ut ſolemus, hanc hæreſim declaremus, de quo fonte proceſſit. Auguſtinus enim dicit, hanc hæreſim fuiſſe Aerianorum lib. *de hæreſibus*, cap. LIII.

Auguſtinus To. 8. pag. 18.

AUGUSTINUS. *Aeriani* ab „ Aerio quodam ſunt dicti, qui cum eſſet Presbyter, doluiſſe fertur, quod Epiſcopus non „ potuerit ordinari; & in Arianorum hæreſim „ lapſus, propria quoque addidit dogmata nonnulla, dicens, offerri pro dormientibus non „ oportere, nec ſtatuta ſolemniter celebranda „ eſſe jejunia: ſed, cum quiſque voluerit, jejunandum, ne videatur eſſe ſub lege. Dicebat „ etiam, Presbyterum ab Epiſcopo nulla differentia debere diſcerni. „ Hæc ille. Ecce Patres Eccleſiæ, ecce Principes. Hinc traxit Wicleffus dogma perverſum de Epiſcopis, quos omnino dicit eoſdem cum Presbyteris; & inter

A quos non fuit tempore Sancti Pauli adinventa diſtinctio. Ita docuit Aerius, quia ad Epiſcopatum ſuſpiravit, quem adipiſci non poterat: ita creditur Wicleffum feciſſe, quia ut dixit Robertus Sariſberienſis (*b*) Epiſcopus in magna Synodo Cantuarienſis Cleri, Wigornienſem Epiſcopatum non aſſecutus fuerat, quem optavit. Sufficit autem pro nunc, hæreſim iſtam eſſe, & ab Aeriana fluxiſſe veſania.

3. Sed allegat Paulum ad Tim. Epiſt. 1. cap. III. ubi facit Apoſtolus ad regulam Epiſcopalem, dicens: *Si quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe.* 1. Tim. 3. 1.

B Verum hanc regulam tradidit ibi Epiſcopis magnis; quamvis extendi poſſit ad Presbyteros. In Epiſcopis enim, qui ſunt Eccleſiæ principes, intendebat docere Presbyteros. Unde in *annotationibus* ſuper hunc locum,

Epiſcopi principes Eccleſiæ.

* Hieronymus To. II. pag. 1047. Ephſ. 5. 27.

HIERONYMUS. Oportet Epiſcopum irreprehenſi- „ bilem eſſe, qui Eccleſiæ princeps erit, quam „ idem Apoſtolus ſine macula alibi definivit. „ Hæc ille. Ecce Hieronymus ſpecificavit Epiſcopos, quos Apoſtolus intendebat, ideſt, *Eccleſiæ principes*, ne æquivocatio tua tibi prodeſſet, ſub qua diceres, ſolos ibi inſtructos ſimplices Sacerdotes. Imo aliud dico: in hoc loco

C non inſtruxit Presbyteros ſimplices Apoſtolus, niſi in ſuo capite; ſed eis prætermiſſis, ab Epiſcopis magnis ſaltavit ad Diaconos. Chryſoſtomus enim hoc dicit in expoſitione Epiſtolæ primæ ad Timoth. Homil. XI.

Chryſoſtomus To. II. pag. 604. num. 1.

CHRYSOSTOMUS. „ Diſputans (inquit) de Epiſcopis, & deſignans eos, & dicens quæ quidem habere, a „ quibus autem abſtinere oportet: & ordinem „ Presbyterorum dimittens, ad Diaconos tranſilivit. Quid utique? Quoniam non multum „ medium eſt. Etenim hi Sacerdotes miniſterium ſuſceperunt, & præſidentiam Eccleſiæ; „ & quæ de ipſis * dixit, hæc & Presbyteris

* Epiſcopis ſupple

D „ conveniunt. Inthronizatione (*c*) enim ſola ſuper eos aſcenderunt; & hoc ſolo videntur „ ſuperabundare Presbyteris. „ Hæc Chryſoſtomus. Ecce Wicleff: non intellexiſti, & inde allegaſti falſo Apoſtolum de inferioribus Presbyteris, dictis ibi Epiſcopis, cum ibi de ſolis Epiſcopis tractarit, dimiſſis Presbyteris: & dicit cauſam, quia non multum medium eſt inter eos: ejuſdem enim ordinis ſunt Epiſcopus & Sacerdos, & ſola *inthronizatione* diſtant, ideſt, *conſecratione*. Epiſcopus enim comparatur ad Sacerdotem ſimplicem in eodem Ordine, quemadmodum vir provectus ad juvenem in hu-

Epiſcopi quomodo comparari poſſint cum ſimplici Sacerdote

E manitate. Juvenis enim homo eſt; ſed provectus vir, perfectus homo eſt: quia jam pervenit ad terminum incrementi, & poteſt producere ſibi ſimile ad commodum ſpeciei. Sic Sacerdos ſimplex poteſt in Patrem Eccleſiæ conſcendere, ut factus quaſi vir Ordinis, plures per manus impoſitionem propaget Sacerdotes. Sed quia ejuſdem Ordinis ſunt, electio perfectorum poteſt convenire junioribus. Unde in expoſitione ſuper eumdem textum,

Haymo

HAYMO. Quare (inquit) tacuit de Presbyteris? Quia in „ ordi-

(*a*) Idem ordine & poteſtate intelligebat Wicleffus. Hunc eumdem errorem ſequuntur nunc a Wicleffo progeniti Lutherani; Puritani, Calviniſtæ, atque cum eis Martinus Kemnitius in examine ſeſſ. 23. Concilii Tridentini: nec non Eraſmus in annotatione ad cap. 4. 1. ad Timoth.

(*b*) Claruit Robertus iſte an. Dom. 1410. eumque memorat Pitſeus in lib. *de illuſtribus Angliæ Script.* dicens quod Regia fuit ſtirpe progenitus, & quod Eccleſiæ utilitati continuo ſtudens, volumen edidit *Epiſtolarum ſuper gravibus Eccleſiæ negotiis*.

(*c*) Melius vertit Bernardus de Montfoucon *ordinatione*; & ita paulo infra explicat textum Thomas Waldenſis.

Omnis Epiſcopus eſt Sacerdos, non econtra.

„ ordinatione Epiſcopali comprehenduntur Preſ-
„ byteri. Omnis enim Epiſcopus presbyter eſt:
„ & tamen non omnis Presbyter Epiſcopus eſt. „
Hæc ille. Quid dicis ad iſta? Ecce Epiſcopi docentur, ubi tacetur de Presbyteris. Ubi eſt jam locus ille, quo probas, non alium tunc fuiſſe Epiſcopum, quam ſimplicem Sacerdotem? Sed A & ego tibi probavi jam apud Paulum doctum Epiſcopum eſſe, tacito & prætergreſſo ſimplici Sacerdote. Vis audire alium locum ejuſdem?

1. Tim. 4. 14.

Ibid. cap. IV. „ Noli negligere gratiam quæ in „ te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam cum „ impoſitione manuum Presbyteri. „ Quem credis hic Apoſtolum dixiſſe *Presbyterum?* Numquid ſimplicem Sacerdotem? Non ita: Presbyterum ibi dixit Epiſcopum. Unde in expoſitione, hom. XIII. ibidem CHRYSOSTOMUS.

Chryſoſtomus To. 4. pag. 1341. Edit. Pariſien. 1556.

„ *Cum impoſitione manuum Presbyteri*, non de „ Presbyteris, ſed de Epiſcopis dixit. Non „ enim Presbyteri Epiſcopum utique inthroni- B „ zabant. „ Hæc ille. Ecce ſimplices presbyteri non convenienter inthronizaſſent Epiſcopum, ideſt, conſecraſſent; quemadmodum Wicleffus dixit ſupra * poſſe jam facere ſatis decenter. Et iterum, non de Presbyteris hic dixit Apoſtolus, ſed de Epiſcopis. Falſe igitur dicis, non in tempore Apoſtoli adinventam diſtinctionem illam Sacerdotis & Epiſcopi. Quamvis uno nomine vocabatur uterque; ſed non minus diſtabant tunc alter ab altero, Sacerdos ab Epiſcopo, tam perſona, quam officio.

* Cap. 58. num. 1.

Tit. 1. 5.

Conformiter quod adducis Apoſtolum ad Titum I. tale eſt: *Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut conſtituas per Civitates* C *Presbyteros*, intelligens Epiſcopos, quia nulli uni volebat Apoſtolus committere curam totius Inſulæ*, ſecundum Chryſoſtomum homil. II. ibidem. Sed & ibi tacuit nomen ſimplicium Sacerdotum, dicente Iſidoro, lib. II. *de origine officior.* cap. VII. & idem habet *ſerm. in ſynodo*, ISIDORUS. Apoſtolus Paulus eoſdem Presbyteros, ut „ vere Sacerdotes, ſub nomine Epiſcopi ita aſ- „ ſeverat loquens ad Titum: *Hujus rei gratia re-* „ *liqui te Cretæ, ut ea quæ deſunt corrigas, &* „ *conſtituas Presbyteros per civitates, quemad-* „ *modum ego tibi diſpoſui.* — Sequitur — *Opor-* „ *tet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe*. Qua ſen- D „ tentia oſtendit Presbyteros etiam ſub Epiſco- „ pi nomine taxari. Unde & ad Timotheum cum „ de ordinatione Epiſcopi & Diaconi ſcribit, „ de Presbyteris omnino tacuit, quia eos in „ Epiſcopi nomine comprehendit. „ Hæc ille. Ecce utrobique Wicleffus fallitur in textu Apoſtoli, dicens, omnino eumdem eſſe Sacerdotem & Epiſcopum, ſine diſtinctione graduum, quos dicit ſuperbiam Cæſaream inveniſſe. Utrobique tacetur Sacerdos ſimplex, & admonetur Epiſcopus; tamen ſub nomine Sacerdotis. Et in Epiſtola *ad Evandrum* presbyterum HIERONYMUS. „ Ad Titum & ad Timotheum de ordine Epi- E „ ſcopi & Diaconi dicitur: de Presbyteris om- „ nino reticetur, quia in Epiſcopo Presbyter „ continetur. „ Hæc ille. Si logicam noſti, dicas: Idem non poteſt ſimul ſecundum ſe taceri & exprimi: de Epiſcopo prædictis locis exprimitur; de inferiori Sacerdote tacetur: quomodo ergo poteſt eſſe ſine diſtinctione idem Epiſcopus & Sacerdos? Et quidem in Beato Petro dotavit Chriſtus omnes Apoſtolos clavium poteſtate, cum diceret, *Tibi dabo claves regni cœlo-*

* Cretenſis

Iſidorus pag. 400.

Tit. 1. 7.

Hieronymus To. 1. Epiſt. 146. num. 2. pag. 1077.

rum: & nonne tunc erat inter cæteros Apoſtolos & Sanctum Petrum diſtinctio perſonalis? Cur igitur arguis indiſtinctionem omnimodam Sacerdotis & Epiſcopi, quia ſub nomine aut perſona Epiſcopi, Sacerdotem: & econtra ſub nomine Presbyteri inſtruxit Paulus Epiſcopum?

Matth. 16. 19.

4. Sed Hieronymus (inquit) magnus theologus hoc ipſum dicit ſuper epiſtolam ad Titum *in Commentario*, tractans hunc textum, *Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe*. Et quid ibi dicit, ſecundum veritatem codicis recitavi ſuper textum ſuum, cap. II. hujus libri. Quod autem ibi dicit, hoc eſt; HIERONYMUS. Idem eſt igi- „ tur presbyter qui Epiſcopus: & antequam Dia- „ boli inſtinctu ſtudia fierent in Religione, & „ diceretur in populis, *Ego ſum Pauli, ego A-* „ *pollo, ego autem Cephæ*, communi presbyte- „ rorum conſilio Eccleſiæ gubernabantur. Poſt- „ quam vero unuſquiſque eos, quos baptizave- „ rat, putabat ſuos, non Chriſti; in toto orbe „ decretum eſt, ut unus ex presbyteris electus „ ſuperponeretur cæteris. „ Hæc Hieronymus. Quid ex iſto proferre conaris? quod idem fuit presbyter, qui Epiſcopus? & nos concedimus, unius ordinis & ejuſdem appellationis participes. Promiſcue enim dicebantur Sacerdotes Epiſcopi, & omnes Epiſcopi Sacerdotes (a). Sed proba, ſi potes, quod non erat tunc in eodem ordine diſtinctio graduum & diſtantia dignitatum. Ecce quod milites David *pueri* dicebantur I. Reg. XXI. dicente Sacerdote, *Si tamen pueri mundi ſunt;* & dicente Propheta Iſa. III. *Tumultuabitur puer contra ſenem;* & tamen alibi *viri* erant. Igitur *pueri* tunc a *viro* nulla erat diſtinctio? Et XXX. capite *Puer Ægyptius ego ſum*. Et II. Reg. II. *Surgant pueri, & ludant*. Matth. VIII. Mundatus leproſus jubetur oſtendere ſe ſacerdotibus: cui illud Marci I. dicitur, *Oſtende te Principi Sacerdotum:* ergo idem erat ſine diſtantia graduum omnis Sacerdos minor, qui alibi quoque per Scripturas veteres dicitur nomine *Senis* cum principe Sacerdotum? Hoc idem jam cogita de noſtris Epiſcopis. Unde lib. II. ſuper Iſaiam, tractans hunc textum, *Dominus ad judicandum veniet cum ſenibus populi*, idem HIERONYMUS. Inter ſenes & principes hoc fuiſ- „ ſe reor in veteri populo, quod nunc eſt in- „ ter Presbyteros & Epiſcopos. „ Hæc ille. Ordinat ergo inter multos ſenes unum principem, & facit nobis inter multos Sacerdotes unum Antiſtitem, honore præſtantiorem, & gradus excellentia priorem.

Tit. 1. 7.

Hieronymus To. 7. pag. 694.

1. Cor. 1. 12.

Sacerdos ejuſdem eſt ordinis cum Epiſcopo

a

1. Reg. 21. 4.
Iſai. 3. 5.

2. Reg. 2. 14.
Matth. 8. 4.

Marci 1. 44.

Iſai. 3. 13.

Hieronymus To. 4. pag. 58.

5. Sed dicit Wiclevista: „ Non a Domino „ ſunt ordinati Epiſcopi, ſed ab hominibus „ ſuperponentibus unum de Presbyteris. „ Dico ego, quod nec Chriſtus per ſe ordinavit Diaconos; ſed in Actibus Apoſtolorum poſt Aſcenſionem Salvatoris, Apoſtoli ad miniſterium inſtituerunt Diaconos: ergo dicentur non a Domino ordinati? Quod ſi dicas, ordinationem eorum a Domino, quia ab ejus Apoſtolis ordinantur; recte dices: & ego pariter dicam, ſuperpoſitionem * talis Presbyteri a Domino eſſe factam, quia adhuc viventibus Apoſtolis ſic eſt præfectus. Ita enim jacet textus Hieronymi, quod ſtatim poſtquam unuſquiſque ſuos dixit quos baptizavit, *unus ex Presbyteris electus ſuperponebatur aliis*. Et in Epiſtola ad Evagrium HIE-

* prælationem ſuper alios Presbyteros

A tempore Apoſtolorum cœperunt eſſe Epiſcopi ſupra Presbyteros

(a) Hæc propoſitio adeo apud eruditos eſt hodie certa, ut qui eam in dubium revocaret, tamquam rerum Eccleſiaſticarum ignarus ab omnibus haberetur. Miror propterea quod Clariſſimus *Alphonſus de Caſtro* non dubiam ſolum, ſed omnino falſam aſſerere, ac de illa Waldenſem arguere potuerit lib. 6. *adverſus hæreſes* tit. *Epiſcopus*. Equidem in re manifeſta ſupervacaneum ac tædioſum eſt probationes adducere. Sed quia æquum eſt tanto viro ſatisfacere, non inutile erit aliqua ad id probandum in medium producere. Vide *Notas ſuperius*.

Hieronymus *To. 1. Epiſt. 146. num. 1. pag. 1076.*

HIERONYMUS. Nam & Alexandriæ a Marco „ Evangeliſta, uſque ad Heraclam & Dionyſium Epiſcopos, Presbyteri ex ſe ſemper unum eligebant, & in excellentiori gradu collocabant, quem *Epiſcopum* nominabant; quomodo ſi exercitus Imperatorem faciat. Diaconi autem eligant de ſe, quem induſtrium A noverint, & *Archidiaconum* nuncupent. „ Hæc ille.

6. Sed dicis: huic obviat poſterior pars textus ejus in prædicto loco ſuper Epiſt. ad Titum.

Hieronymus *To. 7. pag. 695.*

HIERONYMUS. Hæc propterea, ut oſtenderemus, apud veteres eoſdem fuiſſe Presbyteros, „ quos Epiſcopos: paulatim vero, ut diſſenſionum plantaria evellerentur, ad unum omnem ſollicitudinem eſſe delatam. Sicut ergo Preſbyteri ſciunt ſe Eccleſiæ conſuetudine ei, qui ſibi præpoſitus fuerit, eſſe ſubjectos; ita Epiſcopi noverint, ſe magis conſuetudine, quam diſpenſationis Dominicæ veritate, Preſ- B byteris eſſe majores; & in commune debere Eccleſiam regere, imitantes Moyſen, qui, cum haberet in poteſtate ſolus præeſſe populo Iſrael, ſeptuaginta elegit, cum quibus populum judicaret. „ Hæc ille.

Ex conſuetudine Eccleſiæ Epiſcopi majores Presbyteris.

Num. 11. 16. *Exodi 18. 25.*

7. Satis declarat, quid intendit de majoritate prædicta Epiſcopi, quia ut toti communi Concilio Sacerdotum præſit unus Epiſcopus in edendis Canonibus, & communi proviſioni Eccleſiæ; hoc non tam ex inſtitutione divina, quam ex humana conſuetudine arbitror evenire: quia non unius, ſed multorum ibi debet „ præire ſententia. Et ſic communiter dicitur, Papam in Concilio præeſſe, non autem præeſſe Concilio (*a*): quia in communi debet Eccleſia regi (*b*). Et ita in Epiſcopo duo conſiſtunt, Poteſtas & ordo: ordo quidem ipſi in parte cum cæteris Sacerdotibus communis eſt; ſed Epiſcopus in culmine ejus conſiſtit: & ita non tam alius ordo eſt, quam alius gradus in eodem ordine, puta ſummus. Attamen aliquando Doctores gradum illum, *alium ordinem* dicunt. Unde Hieronymus in *Commentario* ſuper Iſajam, lib. v. ſuper hunc textum, *In illa die erunt quinque civitates in terra Ægypti*, HIERONYMUS. Porro qui ab adventu * Chriſti, & D Romano imperio prophetiam diſſerunt, quinque Civitates, vel legem Domini, quæ in Alexandria primum interpretata eſt, vel quinque Eccleſiæ ordines, Epiſcopos, Presbyteros, Diaconos, Fideles, Cathecumenos (*c*) „ ſentiunt. „ Hæc ille. Hoc igitur habet Epiſcopus ſibi proprium, quod ratione gradus * tenet: quod ratione ordinis integri, hoc cum ipſo omnes Presbyteri habent commune. Unde in Epiſtola *ad Evagrium* idem HIERONYMUS. Quid enim facit, excepta ordinatione, Epiſcopus, quod Presbyter non facit? „ Hæc ille. Poteſtas Epiſcopalis gradus ad juriſdictio- E nem videtur aſpicere, ſecundum quam culpas vel ligare vel ſolvere, & interdum palam in publico judicio taxare pœnas & irrogare delinquentibus ſibi ſubjectis poteſt; & in hoc præfertur Antiſtes ſuis Presbyteris, & omnibus Epiſcopis ſolus Papa. Unde Gregorius lib. IX. *Regiſtri* Epiſt. IX. *ad Joannem Syracuſanum* Epiſcopum, GREGORIUS. Quod Primas Bizacenus „ Sedi ſe Apoſtolicæ dicit ſubjici; ſi qua culpa in Epiſcopis invenitur, neſcio quis ei Epiſcopus ſubjectus non ſit. Cum vero culpa non exigit, omnes ſecundum rationem humilitatis æquales ſumus. „ Hæc Gregorius.

Ordo Epiſcopalis non eſt alius ordo a Sacerdotio, ſed ſummus gradus in Sacerdotali Ordine

Iſai. 19. 18.

Hieronymus *To. 4. pag. 107.*

* *al.* in adventu

Lex Domini primum in Alexandria interpretata

* *Subaudi* ſummi

Hieronymus *To. 1. Epiſt. 146. pag. 1076.*

Quæ ſit poteſtas juriſdictionis in Epiſcopo

Papa eſt ſuper omnes Epiſcopos in juriſdictione

Gregorius *To. 2. Epiſt. 59. pag. 976.*

A Optime, & diſertiſſime dixit Gregorius, quod ſi culpa intervenit, neſcit quis Papæ ſubjectus non ſit: & alioquin omnes ſibi fatetur æquales; & hoc dicit, non ratione * ordinis, ſed cohibitoriæ poteſtatis. Ubicumque ergo non eſt quod cohibeatur, juriſdictio evacuatur, & ſola poteſtas ordinis in omni æqualitate relinquitur: & utrumque tamen habent utrique a Chriſto. Alioquin, rogo, dic quomodo in locum Apoſtolorum ſuccedunt Epiſcopi, & in locum ſeptuaginta Diſcipulorum inferiores Presbyteri?

* *Cod. Fer.* tecolem

8. Sed propter hoc vitandum, & excludendum ſacros Epiſcopos, ne inſtituti viderentur B a Chriſto (ſaltem in eminentia poteſtatis) dicit noſter Wicleffus, in locum Apoſtolorum ſuccedere Sacerdotes, omnes pares cum Epiſcopis: in locum vero ſeptuaginta, Diaconos. Unde in Tractatu *de gradibus Cleri*, „ Quibuſdam (inquit) videtur, quod ſeptuagintaduo diſcipuli Chriſti, de quibus Luc. x. erant Diaconi; & duodecim principales diſcipuli erant Sacerdotes, atque Epiſcopi. „ Et in Tractatu *de quatuor Sectis*, cap. VII. Probabiliter (inquit) creditur, quod ſeptuaginta duo diſcipuli, de quibus Luc. x. erant Diaconi. „ Hæc Wicleffus. Ita quod ex inſtitutione Chriſti pares eſ- C ſent Sacerdotes Epiſcopis, ut non differrent gradibus. Sed hoc retento, quod dicit, Apoſtolos *principales* comparative ad ſeptuaginta duos diſcipulos, quos ea ratione dicit *minores*, probemus intentam eminentiam per omnes, quos legi continget ſcriptores catholicos. Dicunt enim concorditer, quantum ſcio, in locum Apoſtolorum ſucceſſiſſe Epiſcopos: in locum vero ſeptuaginta duorum diſcipulorum inferiores Presbyteros. Unde in *ſermone in Synodo* ISIDORUS. „ Presbyteri quippe ſucceſſores & vicarii ſunt ſeptuaginta diſcipulorum, qui præcedebant Dominum Jeſum Chriſtum in omnem civitatem D & locum, quo erat ipſe venturus. Ita Presbyteri, quia adjutores ſunt Epiſcoporum, rudes populos initiant; baptizando, unitati Eccleſiæ incorporant; in omnibus ſacramentis, uſque ad manus impoſitionem *, populo Dei miniſtrant. Epiſcopi vero ſucceſſores ſunt Apoſtolorum. „ Hæc ille. Item ex dictis Clementis Papæ cap. XXX. & habet Ivo in *Decretis* lib. III. CLEMENS. Epiſcopos vice Apoſtolorum regere, Dominum docuiſſe dicebat, & reliquorum diſcipulorum vicem tenere Presbyteros inſinuabat: & ſi quis aliquem ex his ſcandalizaret, graviſſimam pœnam inferri debere prædicabat. „ Hæc ille. Item venerabilis Beda lib. III. *ſuper Luc.* cap. x. BEDA. Sicut duodecim Apoſtolos formam Epiſcoporum exhibere ſimul & præmonſtrare, nemo eſt qui dubitet; ſic & hos ſeptuaginta duos figuram Presbyterorum, ideſt, ſecundi ordinis ſacerdotum, geſſiſſe, ſciendum eſt. Tametſi primis Eccleſiæ temporibus, ut Apoſtolica Scriptura teſtis „ eſt,

Wicleffus *Luc. 10. 1.*

* Iſidorus

Presbyteri ſuccedunt ſeptuaginta duobus diſcipulis.

* Excluſive *ſupple*

Epiſcopi ſucceſſores Apoſtolorum

* Clemens I. P. *Epiſt. 1. ad Jacobum Fratrem Dom. apud Labb. To. 1. pag. 92.*

Beda *To. 2. pag. 98. Edit. Pariſien. 1521.*

(*a*) Hanc ſententiam male audierunt nonnulli doctrina præſtantiſſimi & Romanæ Sedi obſequentiſſimi viri, qui idcirco hanc quaſi turpem in Waldenſi maculam omni modo deteſtabantur. Sed norunt eruditi omnes quod in generali Synodo Conſtantienſi, cui Waldenſis interfuit, hæc ſententia omnem vim ſibi arrogare conabatur; eamque vindicare aggreſſi ſunt *Joannes Gerſonius*, *Petrus Cardinalis de Alliaco*, ac permulti alii Doctores; ita ut Waldenſis abſque hæſitatione ſcripſerit, eam jam *communiter* dici. Sed non propterea ſibi jam plaudere debent, qui Concilium ſupra Papam elevant: nihil enim hic ex propria ſententia definit Waldenſis, aliorum duntaxat innuens aſſertum: nec propterea contra Summum Pontificem aut frontoſus, aut minus æquus fuit. Vide *Notas fuſiores*.

(*b*) Cathecumeni ad Eccleſiæ ordinem ſpectant, quia baptiſmum, etſi non re, ſaltem voto habent.

(*c*) Hoc idem jam ſupra dixit Waldenſis cap. 2. num. 6. hujus libri. Et revera cum Summus Pontifex ſit viſibile caput hujus corporis quod eſt Eccleſia, nedum regit membra, ſed viciſſim regitur a membris; & ſic in commune corpus regitur. Vide *Notas fuſiores*.

„ eſt, utrique *Presbyteri*, utrique vocabantur „ *Epiſcopi:* quorum unum ſapientiæ maturitatem, aliud induſtriam curæ paſtoralis ſignificat. „ Hæc Beda. Ecce plane quaſi totum quod inſudavimus in hoc capitulo. Nomina ſacerdotis & Epiſcopi antiquis diebus ſumebantur promiſcue; ſed erant res eis reſpondentes diſtinctæ: intantum quod hic, ut ante * notavi, vocat ſacerdotium ſecundum ordinem ab Epiſcopo; qualiter etiam in Eccleſiaſtico officio Beatus Dionyſius dicitur honorem ſecundi ordinis ampliaſſe, ideſt, ordinem ſimplicium Sacerdotum: quos dicit Beda ſucceſſiſſe ſeptuagintaduobus; Epiſcopos vero duodecim Apoſtolis, nemo eſt qui dubitet. Annon dubitaſſet de hoc Wicleffus? Forſan negaſſet palam.

* *num.* 3.

CAPUT LXI.

De electione & inſtitutione Epiſcoporum, ut ſint digna membra corporis Chriſti.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Epiſcopi, ut ſint digna membra Eccleſiæ, mittuntur a Deo per electiones hominum, & inſtitutiones Canonicas: unde electiones hujuſmodi non ſapiunt manifeſtam blaſphemiam, ut dicit Wicleffus.*
2. *Epiſcopus, & quicumque alius Eccleſiæ miniſter, quemadmodum & omnis fidelis, quamvis alias eſſet de numero præſcitorum, per baptiſmum tamen eſt effectus membrum Chriſti.*
3. *Quod eliguntur multi a Deo ad aliquod verum Eccleſiæ miniſterium, qui tamen ab eodem eſſe de grege præſcitorum cognoſcuntur.*
4. *Apoſtolus in enumerandis Epiſcopi conditionibus, non appoſuit quod oporteat illum eſſe prædeſtinatum, vel non eſſe præſcitum.*
5. *Epiſcopus ut ſit hoſpitalis neceſſe eſt.*

Rom. 10. 15. 1. QUomodo prædicabunt, ſi non mittantur? ſucceſſores dico miſſorum, ideſt Apoſtolorum, Epiſcopi. Quomodo ſuccedent Apoſtolis, niſi mittantur a Deo per electiones hominum, & inſtitutiones canonicas, ut fiant membra digna magno præconio in corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia? Sed obſtat Wicleffus, dicens non eos ſubjacere electioni humanæ, ut fiat quiſque per hoc aliquod membrum matris Eccleſiæ, innitens ſemper hæretico ſuo principio *, quod non ſit aliquod membrum Eccleſiæ, niſi per gratiam prædeſtinationis neceſſitetur ad gloriam, in Tractatulo ſuo *de Eccleſia & membris* capit. XXII. arguens primo, ac dicens, WICLEFFUS. Quod non ſubjacet electioni humanæ quemquam eligere vel inſtituere Patrem Eccleſiæ: „ & loquor (inquit) de tali inſtitutione, vel „ electione, quæ faciat membrum Eccleſiæ: „ quia cum primum quis vivit prædeſtinatus „ a Deo eſſe membrum Eccleſiæ, fit appropriate a Deo membrum Eccleſiæ, nec poteſt eſſe aliud, vel ſuperius * ejus membrum. Quomodo ergo electio Cardinalium facit Papam „ eſſe caput Eccleſiæ? Hic mihi videtur, ſalvo meliori judicio, quod Deo eſt proprium „ facere hominem quodcumque membrum Ec- „ cleſiæ (*a*); & ſic electiones tales ſapiunt manifeſtam blaſphemiam. „ Hæc Wicleffus. Hoc eſt ejus principium in omni electione, quam nos orthodoxi appellamus *canonicam*; & calumniam facit Epiſcopis, & electis aliis per Eccleſiam, ſi non ſint apud hæreticos ſuos, fra-

* *Vide ſupra cap.* 8. *num.* 3. *hujus lib.*

Wicleffus

* *ſeu ulterius*

A tres reputandi, vel membra Eccleſiæ *. Sed miror, ſi *tales electiones* (ut dicit) *ſapiunt manifeſtam blaſphemiam*, quomodo Beatus Paulus approbavit illam in Luca Evangeliſta II. Cor. VIII. de Tito loquens, „ Miſimus (inquit) cum illo „ fratrem, cujus laus eſt in Evangelio per omnes Eccleſias. Non ſolum autem, ſed & ordinatus eſt ab Eccleſia comes peregrinationis „ noſtræ in hanc gratiam, quæ miniſtratur a „ nobis ad Domini gloriam. „ Ecce Paulus mittit eis Lucam, certificans eum Eccleſiæ Corinthiorum fratrem ſuum eſſe, & comitem peregrinationis ſuæ in gratiam eamdem, quæ mi-

* *Subaudi per prædeſtinationem*

2. *Cor.* 8. 18. & 19.

B niſtrabatur ab utriſque ad gloriam Dei, ordinatum a multis Eccleſiis. Numquid electio iſta Eccleſiarum in eamdem gratiam Pauli, in gloriam Domini, ſapiebat manifeſtam blaſphemiam? Aut oportet ut addas ad Scripturam eis fuiſſe taliter revelatum. Beatus enim Hieronymus exponit ſimpliciter iſtum locum, non auſus tale quid addere in *Annotationibus* ſuis. HIERONYMUS. Hoc (inquit) de Luca intelligi- „ tur, qui laudem in Evangelio conſcribendo „ habere videtur præ cæteris: qui & Actus A- „ poſtolorum, præter Evangelium, ſcripſit. „ *Non ſolum autem, ſed & ordinatus eſt ab Ec-*

* Hieronymus *To.* 5I. *pag.* 969.

C „ *cleſiis*, & teſtimonio Eccleſiarum idoneum „ eum probatum fuiſſe demonſtrat *ad Domini* „ *gloriam, & deſtinatam voluntatem noſtram*. „ Hæc ille. Ita ergo teſtimonio Eccleſiarum idoneus probatus eſt Lucas. Nonne præſcitus potuit ita probari idoneus ad Domini gloriam? Vel ſi non; quomodo de prædeſtinatione Lucæ potuerunt tot Eccleſiæ certam facere probationem humanitus? Si igitur iterum curris ad revelationem divinam, non tunc dixiſſet Paulus cum ab Eccleſiis, ſed a Deo revelante, vel Spiritu Sancto ordinatum & probatum idoneum, ſicut de Paulo legitur dixiſſe Spiritum Sanctum,

D *Segregate mihi Paulum & Barnabam:* & propter hoc Paulus dixit poſtea ad Galatas: *Paulus Apoſtolus, non ab hominibus, neque per hominem*. Et tamen in corroborationem iſtius electionis Eccleſiarum, ſubjungit ibi Paulus confirmationem ſuam, *Providemus* (inquiens) *bona non ſolum coram Deo, ſed etiam coram hominibus*. Ecce ergo proviſa ſunt bona in iſta electione *coram Deo*, quia vir probus electus eſt, cujus laus erat in Evangelio per omnes Eccleſias. Et iterum *coram hominibus*, quia eſt ab Eccleſiis ordinatus. Unde debuit apud eos eſſe

Act. 13. 2. *Gal.* 1. 1. 2. *Cor.* 8. 21.

E reputatior, quia non ab uno, ſed ab Eccleſiis eſt electus & approbatus idoneus. In expoſitione ſuper hunc locum HAYMO. Iſtum (inquit) „ commendat, quia ignorabatur ab iis, ut ſcirent quanta jam eſſent boni opinione, ad „ quos tales viri mittebantur, ut gauderent „ cum eis, augentes eos in fide operationis „ Dei, ad cujus gloriam hoc agebant ſollicite „ vicarii Chriſti. „ Hæc ille. Ad tantum ergo proſunt electiones Eccleſiæ, ut bona opinio habeatur in ſuo populo de electis, & in idoneo viro quaſi fidenter agens plebs chriſtiana, ſine tumultuoſa vacillatione quieſcat.

Haymo

Quid proſint electiones in Clero.

2. La-

(*a*) Ex hac doctrina illæ aliæ fluunt propoſitiones Wicleffi: *Si Papa eſt præſcitus & malus, non habet poteſtatem ſuper fideles*, quæ eſt octava a Concilio Conſtantien. Seſſ. VIII. damnata. Item *Electio Papæ a Cardinalibus per diabolum eſt introducta*; quæ eſt propoſitio quadrageſima a præfato Concilio proſcripta. Eoſdem errores adoptavit *Joannes Hus* in ſuo articulo 26. ab eodem Concilio pariter damnato.

* Wicleff.

2. Latibulum tamen iſtius * in hac materia de electionibus eſt ad diſtinguendum inter membrum & officium. Epiſcopus, ſecundum eum, poteſt per homines eligi ad officium immerite, ut ſit apud homines reputative Epiſcopus, ſalvo hoc, quod non ſit prædeſtinatus: & per hoc nec membrum Eccleſiæ, & Epiſcopus apud Deum (*a*). Et quidquid talis conſecrat, judicat, ſive facit, aridum dicit & invalidum: quia non eſt verum & vivum Chriſti membrum, ſed putridum. Unde eſt ejus concluſio ſecunda in

Wicleffus

ſerm. VI. ſecunda parte *ſermonum* „ Quod prædictos Prælatos Deus ſuſpendit perpetuo tam „ ab Officio, quam a Beneficio. „ Breviter ducatur contra iſtum errorem Apoſtolus 1. ad Cor. XII. dicens & docens nos, omnem fidelem in virtute baptiſmi ſacramentalis eſſe membrum

1. Cor. 12. 12. &c.

Chriſti: „ Sicut (inquit) corpus unum eſt, & „ membra habet multa: omnia autem membra „ corporis, cum ſint multa, unum corpus ſiunt: „ ita & Chriſtus eſt. Etenim in uno ſpiritu „ omnes nos unum corpus baptizati ſumus, ſi„ ve Judæi, ſive Gentiles, ſive ſervi, ſive libe„ ri -- Et iterum -- omnes in uno ſpiritu po„ tati ſumus. Nam & corpus non eſt unum „ membrum, ſed multa. „ Ecce beatus Apoſtolus probat eſſe eos membra Chriſti, non quoſdam, non ſibi dubios: non ſuſpenditur in judicio, non vacillat, non trepidat demonſtrare propter prædeſtinationis ſecretum: *In uno ſpiritu* (inquit) *omnes nos unum corpus baptizati ſumus*. Et ne diceres præſcitos illorum baptizari tantum in ſigno, ſine re Sacramenti, Apoſtolus addidit: *In uno ſpiritu omnes nos baptizati ſumus*. Et iterum: *omnes in uno ſpiritu potati ſumus*, ut per tranſitionis actum, membrationis ingereret veritatem. Et ſpiritu, inquam, de quo Joannes dicit, *ſpiritus*, *aqua*, & *ſanguis*. Et iterum, ne exciperes ibi præſcitos, addidit univerſaliter *omnes nos*, ſive Corinthii, ſive Gentiles alii, ſive Judæi, ſive ſervi, ſive liberi. Nullum excipit baptizatum: quoniam per univerſum mundum baptizatus in Chriſto regeneratur in verum membrum; ſicut etiam exponit Auguſtinus illud Pſalmiſtæ, *Inops & pauper clamat ad Dominum*, ſuper Joan. Tract. VII. AUGUSTINUS. Audiſtis (inquit) cum Pſalmus legeretur, quia inops & pauper clamat „ ad Dominum in hoc ſæculo: vox enim eſt, „ ut ſæpius audiſtis, & meminiſſe debetis, „ non unius hominis; & tamen unius ho„ minis. Non unius, quia fideles multi, „ multa grana inter paleas gementia (*b*), „ diffuſa toto orbe terrarum: unius autem, „ quia membra Chriſti omnes, ac per hoc „ unum corpus. „ Hæc Auguſtinus. Ecce quam plane dicit *grana*, dicit *paleas*; & tamen dicit membra Chriſti omnes; ac per hoc, unum corpus. Et cujus, niſi Chriſti, ſi ſunt, ut dicit, membra Chriſti? Et idem Auguſtinus *de verbis Domini* ſerm. L. AUGUSTINUS. Modo conſilium „ noſtrum tracto cum ſanctitate veſtra. In no„ mine Chriſti plebs catholica (*c*) eſtis, mem„ bra Chriſti eſtis, non eſtis diviſi ab unita„ te: communicatis membris Apoſtolorum: com„ municatis memoriis Sanctorum Martyrum, „ diffuſorum per orbem terrarum; & pertinet „ ad curam noſtram, ut rationem bonam de „ vobis reddamus. „ Hæc ille. Ecce Auguſtinus dicit omnes de plebe ſua Chriſti membra, quia non ſunt diviſi ab unitate, ſed pertinent ad curam ſuam, ut ſupra * diximus de ſocietate catholica. Sed adhuc ſequamur Apoſtolum exponentem ibi quomodo fideles ſiunt membra Chriſti, & quæ membra: „ *Vos* (inquit) *eſtis corpus Chriſti & membra de membro*. Et ut doceret, idem eſſe membrum, quod officialem in Eccleſia: quoſdam (in„ quit) poſuit Deus in Eccleſia primo Apo„ ſtolos, ſecundo Prophetas, tertio Doctores, „ deinde virtutes, exinde curationum opitula„ tiones, gubernationes, genera linguarum. „ Numquid omnes Apoſtoli? Numquid omnes „ Prophetæ? „ & cætera quæ ſequuntur. Ecce Beatus Apoſtolus Paulus plane dixit eos membra, quia Wicleffus dicit loco prædicto * de Apoſtolis, quod in Epiſtolis ſuis ſe non pompant * quod ſint capita vel membra Eccleſiæ, licet ex inſpiratione ſciverint ita eſſe. Sicut enim Deus vult horam mortis noſtræ atque „ judicii eſſe nobis abſconditam, ſic vult præ„ deſtinationem partis Eccleſiæ eſſe nobis ab„ ſconditam -- Sequitur -- Ex minori namque „ repugnatione Papæ & multi alii blaſphema„ verunt. „ Hæc Wicleffus. Sed ex Apoſtolo plane lucet, quod dixerit omnes eſſe membra Chriſti, ſecundum quod prædeſtinantur ad diverſa officia & exercitia meritorum in Eccleſia: quia cum propoſuiſſet omnibus Corinthiis quod eſſent Corpus Chriſti, & de membro membra; ſubjungens, *Quoſdam* (inquit) *poſuit Deus in Eccleſia, primo Apoſtolos, ſecundo Prophetas &c.* quaſi diceret: tale quiſque eſt membrum, quale in Eccleſia adminiſtrat officium. Unde ſuper hunc locum in *annotationibus* HIERONYMUS. „ Toti corpus: ſinguli membra. *Et quoſdam* „ *quidem poſuit Deus*. Modo vult ipſum mem„ brorum ordinem demonſtrare. *In Eccleſia* „ primum quidem Apoſtolos &c. „ Hæc ille. Et conſequenter in expoſitione HAYMO. Primum „ Deus poſuit Apoſtolos in Eccleſia, qui vice „ Chriſti poſiti ſunt in Eccleſia, ſicut ait idem „ Apoſtolus, *obſecramus per Chriſtum*, (ideſt, „ *vice Chriſti*) *reconciliamini Deo*. Horum vice „ ſubrogati ſunt Epiſcopi. Sed Apoſtoli ex præ„ cepto Domini compellebantur tranſire de re„ gno in regnum: Epiſcopi vero in ſuis Eccle„ ſiis authoritate canonica reſidere jubentur, ob „ utilitatem ſibi commiſſorum. „ Hæc ille. Ita bene deventum eſt ad Epiſcopos, ut probemus eos, ſecundum electiones ſanas, electos in Chriſti corpus, ut ſint membra in corpore Chriſti ſuprema: quia ſic certum eſt hic dixiſſe Apoſtolum, ipſos, & omnes fideles, prædeſtinatos eſſe in membra; non omnes omnino ad futuram gloriam, ſed ad Eccleſiæ miniſterium. Nec dico omnes fideles eſſe membra chariſſima (*d*), quæ ſunt ſemper manſura cum Deo per gloriam; ſed tamen chara per baptiſmalem fidem, aut præſentem juſtitiam. Supremi ergo Epiſcopi, ſunt membra ſuprema. Sed hæretici omnes hoc conantur deſtruere, ne Eccleſiæ dignitates conſequantur homines ex electione, ſcientes, quod ipſi non ſunt eligendi, propter infamiam hæreſis: & idcirco procurant ſibi licentiam propriæ ſuperpoſitionis. Unde Cyprianus in libro contra hæreticos, ante medium, CYPRIANUS. *Oportet & hæreſes eſſe, ut probati manifeſti ſint* „ *in nobis* (*e*). Sic probantur fideles, ſic per„ fidi deteguntur: ſic & ante judicii diem hic „ quo-

Margin notes: 1. Cor. 12. 13. — 1. Jo. 5. 8. — Baptizatus regeneratur in membrum Chriſti. — Pſal. 73. 21. — Auguſtinus To. 3. pag. 341. num. 1. — Auguſtinus To. 5. Serm. 137. pag. 671. num. 15. — * cap. 10. & 11. hujus libri — 1. p. Sermonum, ſermone 6. — * Cod. Ferrar. ponunt Wicleffus — * Hieronymus To. 11. pag. 936. — Haymo — 2. Cor. 5. 20. — Omnes fideles ſunt chara membra Chriſti per baptiſmum & fidem. — Epiſcopi membra ſuprema Chriſti. — Cyprianus lib. de unitate Eccleſiæ pag. 155. — 1. Cor. 11. 19.

(*a*) Hunc eumdem ſenſum reddit articulus 22. *Joannis Huſſi*: „ Papa, vel Prælatus malus, & præſcitus, eſt æquivoce Paſtor. „

(*b*) *Latentia* ſubrogarunt Veneti primi Editores: at *gementia* reſtituimus, juxta Cod. Vat. & Maurinam lectionem.

(*c*) Prior Editio Veneta habet *Dei eſtis*, & ita pariter legunt Maurini: ſed *Catholica* non expunximus, ut Cod. Vat. fidem, ut par eſt, ſequeremur.

(*d*) Confer cum dictis ſupra cap. 28. num. 4. hujus libri.

(*e*) Vulg. *ut qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis*.

„ quoque jam juſtorum ac injuſtorum animæ
„ dividuntur, & a frumento paleæ ſeparantur.
„ Hi ſunt qui ſe ultro apud temerarios conve-
„ nas ſine divina diſpoſitione præficiunt; qui
„ ſe Præpoſitos ſine omni ordinationis lege con-
Hæretici ſe ipſos ad Epiſcopatum evehunt. „ ſtituunt; qui, nemine Epiſcopatum dante,
„ Epiſcopi ſibi nomen aſſumunt: quos deſignat
Pſal. 1. 1. „ in Pſalmo Spiritus Sanctus ſedentes in ca-
„ thedris peſtilentiæ, peſtes, & lues fidei, ſer-
„ pentis ore fallentes, & corrumpendæ verita-
„ tis artifices, venena lethalia linguis peſtiferis
„ evomentes. „ Hæc ille. Videtis antiquum ſan-
ctum Patrem eos teſtari hæreticos, qui, ſpreta
ordinationis lege, ſe ſe conſtituunt; & nullo
hominum Epiſcopatum dante, ſibi Epiſcopi no-
men aſſumunt. Quomodo planius Wicleſus de-
jicitur, qui humanas leges in ordinatione de-
pravat, & canonicas electiones in Epiſcoporum
conſecratione ſubnervat?

3. Dimittamus ergo hanc praxim hæreticam,
attendentes quid Chriſtus fecerit, eligens Ju-
dam in Apoſtolum univoce cum aliis Apo-
ſtolis, quem non fallebat electio, ut non tri-
ſtarentur homines ſancti propoſiti, ſi quando-
* cap.40.n.12. que de electo ſuo ipſos falli contingat, ut ſu-
* Vide ſupra cap.46.num.2. pra * Auguſtinus expoſuit. Et quod iſte dicit *,
Judam non eſſe electum a Chriſto divinitus,
ſed humanitus; quaſi erraſſet humanitas, vel
fallebatur in electione præſciti; hoc ſcio, quod
ante hominem aſſumptum, qui elegit reprobum
Judas divinitus electus in Apoſtolum. Heli in Sacerdotem magnum, tantum Deus
erat. Cur igitur non elegerit Deus Judam præ-
ſcitum divinitus in ſummum Apoſtolum, cum
1. Reg. 2. 27. a jam Deus & homo erat (a)? I. Reg. II. „ Num-
„ quid non aperte revelatus ſum domui Patris
„ tui, cum eſſet in Ægypto in domo Pharao-
„ nis, & elegi eum ex omnibus Tribubus Iſrael
„ mihi in Sacerdotem, ut aſcenderet ad altare
„ meum? „ Ecce electio divina, non humana.
Ego *elegi eum* (inquit). Et ne cauſareris figu-
ram, *aperte* (inquit) *revelatus ſum domui Patris
tui*. Ita igitur tota domus illa fuit electa a Deo
ad Sacerdotium miniſtrandum perpetuo. Unde
1. Reg. 2. 30. ſubditur: „ Loquens locutus ſum, ut domus
„ tua, & domus Patris tui miniſtraret in con-
„ ſpectu meo uſque in ſempiternum. „ Et non-
ne hæc domus fuit in membris ſuis aliquibus
reproba? Audi quod ſequitur: „ Nunc autem
„ dicit Dominus, abſit hoc a me. --Sequitur--
v. 31. & 32. „ Ecce dies veniunt, & præcidam brachium
„ tuum, & brachium patris tui, ut non ſit ſe-
„ nex in domo tua. Et videbis æmulum tuum
„ in templo. „ Hieronymus in *hebraicis quæ-*
* Hieronymus To.3.pag.758. „ *ſtionibus* ſuper hunc locum Regum, HIERO-
NYMUS. *Brachium*, arcam vocat, & dignitatem
„ Sacerdotii. *Ut non ſit ſenex in domo tua*:
„ ſenem Sacerdotem magnum dicit. „ Hæc il-
le. „ De hac reprobatione dicit in *Iſagogis* ſuis
Iſidorus pag. 501. „ ſuper hunc locum Regum ISIDORUS. Ab ipſo
„ exordio Regum, commutatum eſt Sacerdo-
„ tium in Samuelem, reprobato Heli. -- Et in-
„ fra. -- Heli Sacerdos pro filiorum iniquitate
„ damnatus eſt, quod eos peccantes minus ſe-
„ vera animadverſione plectebat. „ Hæc ille.
Sic ergo Deus, cum ſolummodo Deus erat,
reprobum & damnabilem Heli in magnum Sa-
cerdotem elegit divinitus, ut per hoc vincere-
tur hæreticus, cum diceret, Judam non electum
a Chriſto in Sacerdotem ſummum, niſi huma-
nitus, ad tuendum falſum illud ſuum princi-
pium, quod apud Deum nullus vir reprobus,

nullus præſcitus eſt Epiſcopus; & quod ex
electione humana nullam habet iſte coram Deo
ad Epiſcopatus gradum completam juſtitiam.
Multa exigeret iſte tractatus: ſed breviter di-
camus, quod præſcientia electi, electionem non Quid irritet electionem canonicam. b
irritat; ſed quantitas criminis, vel actualis qua-
A litas vitioſa (b). Poſtquam hoc ipſum docuit
nos Chriſtus, adeamus Apoſtolum ejus. I. enim
ad Tim. III. docet, quis & qualiter eſt per ve- 1. Tim. 3. 2.
ram canonicam regulam Epiſcopus eligendus,
„ oportet, (inquiens) Epiſcopum irreprehenſi- Quæ requiruntur in eligendo Epiſcopo.
„ bilem eſſe: unius uxoris virum, ſobrium, pru-
„ dentem, ornatum, pudicum, hoſpitalem,
„ doctorem: non vinolentum, non percuſſorem,
„ ſed modeſtum: non litigioſum, non cupi-
„ dum, ſuæ domui bene præpoſitum, filios ha-
„ bentem ſubditos cum omni caſtitate. „ Et Tit. 1. 5. &c.
„ ad Titum 1. Hujus rei gratia reliqui te Cre-
„ tæ, ut ea quæ deſunt, corrigas; & conſti-
B „ tuas per Civitates Presbyteros, ſicut ego di-
„ ſpoſui tibi. Si quis ſine crimine eſt, unius
„ uxoris vir, filios habens fideles &c. Oportet
„ enim Epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei
„ diſpenſatorem, non ſuperbum, non iracun-
„ dum, non vinolentum &c.

4. Ecce regula Apoſtolica de eligendo Epiſco-
po: ubi Apoſtolus non docet, quod oporteat E-
piſcopum eſſe prædeſtinatum, nec econtra * dicit * al. e diverſo
non præſcitum. *Sine crimine* autem dicit, & *ir-
reprehenſibilem*, non dicit *prædeſtinatum*: & ab-
jicit omnem percuſſorem & vinolentum, non
autem *præſcitum*. Numquid dat Apoſtolus regu-
C lam diminutam, quia non intulit prædeſtina-
tum? *Non* (inquis) *quia non ſubeſt electioni hu-
manæ, ſicut nec notitiæ*. Sed qua temeritate igi-
tur docet homines Paulus eligere Epiſcopos ſine
notitia prædeſtinationis, ſi ſine prædeſtinatione
non eſt verus Epiſcopus, ſed ſimulatus per te?
Sine ſobrietate, ſine caſtitate erit Epiſcopus, ſi
ſit prædeſtinatus: ſobrius & caſtus non erit E-
piſcopus ſi ſit præſcitus? Quo auſu juſſit indu-
bios conſecrare Pontifices, ubi inveniret ſigna
fallacia, cum, ſine infallibili ſigno prædeſtina-
tionis, nullus poſſit eſſe verus Antiſtes? An
Paulus in talibus voluit nos falli? Sed bene
D novit Paulus contra iſtam hæreſim, quod PRÆ- Præſcientia Dei non irritat electionem.
SCIENTIA NON TOLLIT ANTISTITEM: poteſt
enim bene vivere, & non eſſe prædeſtinatus. Id-
circo nec dixit, *ſine peccato*, quia nec in pote-
ſtate noſtra eſt eligere talem, ſicut nec præde-
ſtinatum; ſed utrumque removens, dixit *ſine
crimine*. Unde dicit *ſuper Joan.* Tract. LXXXI.
AUGUSTINUS. Apoſtolus (inquit) Paulus, quan- Auguſtinus To.3. ſerm.41. pag.575. num.10.
„ do elegit ordinandos vel Presbyteros vel Dia-
„ conos, & quicumque ordinandus eſt ad præ-
„ poſituram Eccleſiæ Sanctæ, non ait, *ſi quis* Diſt. 81. cap. Apoſtolus.
„ *ſine peccato eſt*: hoc enim ſi diceret, omnis
„ homo reprobaretur, & nullus ordinaretur;
E „ ſed ait, *ſi quis ſine crimine eſt*, ſicuti eſt ho-
„ micidium, adulterium, aliqua immunditia
„ fornicationis, furtum, fraus, ſacrilegium, &
„ cætera hujuſmodi. Crimen autem eſt grave
„ peccatum, accuſatione & damnatione digniſ-
„ ſimum. „ Hæc ille. Ecce non dixit Apoſto-
lus, eligendum ſemper in Epiſcopum homi-
nem, qui ſine peccato ſit, quia ſic nullus eli-
geretur, cum ſine peccato ſit nullus. Hoc idem
contingeret, ſi prædeſtinatum tantum eligen-
dum diceret, quia nullus talem novit. Hoc di-
co: vel regula Apoſtoli de taliter & tali eli-
gendo eſt nulla, vel quicumque, ſecundum eum,
per

(a) Judam verum fuiſſe Apoſtolum, & vere a Chriſto electum habes ſupra cap. 20. num. 3.

(b) Talis eſſet hæreſis, vel dementia in electo, infamia publica &c.

per homines eſt electus, ipſe eſt indubitanter apud Deum, & Apoſtolos ejus, verus Epiſcopus. Tollat ergo crimen Epiſcopus, tollat fœdos actus; & ſperare poteſt apud Deum catholice, quod ſit Præſul indubius. Unde Ambroſius *in Paſtorali*, bene poſt principium, AMBROSIUS. Fratres, ſicut Senatorem clamys ornat, „ ſicut agricultura ruſticum, ſicut barbarum arma, ſicut nautam navigationis peritia, & ſingulos quoſque opifices operis ſui qualitas ipſos demonſtrat authores: ſic Epiſcopum non aliud, niſi Epiſcopale opus deſignat, ut ex bono opere magis, quam ex profeſſione noſcatur plus meriti eſſe Epiſcopus, quam ex nomine vocitetur: quia SICUT DIXIMUS, EPISCOPO nihil eſſe excellentius, ſic nihil eſt miſerabilius, ſi de ſancta vita Epiſcopus periclitetur, ſi Sacerdos in crimine teneatur. „ Hæc ille.

* Ambroſius To. 2. *in App. cap.* 13. *pag.* 359.

5. Hucuſque notationes illæ regulares accedunt, *ſobrium*, *prudentem*, *ornatum*, *pudicum*. Et demum ſubjungitur *hoſpitalem*, in quo uno opera omnia pietatis corporalis continentur in ſpecie, e quibus non ſine deformitate notabili ſe alienabit Antiſtes. Unde II. lib. *de officiis* cap. V. de Epiſcopo loquens ISIDORUS. Inter „ hæc oportebit eum ſollicita diſpenſatione curam pauperum gerere, eſurientes paſcere, veſtire nudos, ſuſcipere peregrinos, captivos redimere, viduas & pupillos tueri, pervigilem in cunctis exhibere curam. In quo etiam hoſpitalitas erit ita præcipua, ut omnes cum benignitate & charitate ſuſcipiat. Si enim fideles illud Evangelicum audire deſiderant, *hoſpes eram & ſuſcepiſtis * me:* quanto magis Epiſcopus cujus diverſorium cunctorum debet eſſe receptaculum? LAICUS ENIM UNUM VEL DUO ſuſcipiens, implevit hoſpitalitatis officium; Epiſcopus, ſi non omnes receperit, inhumanus eſt. „ Hæc ille. Si ergo inhumanus eſt Epiſcopus, qui non omnes receperit, quantum putas ab humanitate degenerat, qui vix de pauperibus (de quorum forſan conditione & ſtatu ipſe ſurrexit) non dico quemquam hoſpitari, ſed nec in modico viſitare dignatur? Beatus Gregorius in hoc caſu reperiens quemdam Epiſcopum, admonere * eum voluit lib. VI. *Regiſtri* Epiſtola ultima (*a*), GREGORIUS. Fratrem noſtrum *Marinianum* (*b*) Epiſcopum, verbis quibus vales excita: namque obdormiſſe eum ſuſpicor. Nam venerunt quidam ad me, in quibus erant quidam ſenes mendicantes, qui a me diſcuſſi ſunt, a quibus quid acceperint: & per ſingula retulerunt quanta eis, & a quibus in itinere data ſint. Quos dum ſollicite de prædicto fratre requirerem, quid eis dediſſet, reſponderunt, ſe eum rogaſſe, ſed ab eo omnino nihil accepiſſe; ita ut neque panem in via acceperint, quem dare omnibus illi Eccleſiæ ſemper familiare fuit. Dixerunt enim: reſpondit nobis dicens, *Non habeo quod vobis dare poſſim*. Et miror, ſi is qui veſtes habet, argentum habet, cellaria habet; quod pauperibus debeat dare, non habet. Dic ergo illi, ut cum loco mutet mentem: non ſibi credat lectionem, & orationem ſufficere, ut remotus ſtudeat ſedere, & de manu minime fructificare. Sed largam manum habeat, neceſſitatem patientibus ſuccurat, alienam inopiam, ſuam credat. Quia ſi hæc non habet, vacuum Epiſcopi nomen tenet. „ Hæc ille.

In hoſpitalitate omnia opera pietatis corporalia continentur

Iſidorus *pag.* 599.

Matth. 25. 35. * *vulg.* collegiſtis

Epiſcopus inhumanus, ſi non omnes hoſpitio ſuo recipiat

* *al.* emoveri

Gregorius To. 2. *Epiſt.* 30. *pag.* 816.

CAPUT LXII.

De Archidiaconis, Officialibus, & Decanis.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Archidiaconi quoad figuram ſuccedunt Levitis majoribus legis Moſaicæ; ſed quoad ſubſtantiam veritatis, habent inſtitutionem ab Apoſtolis.*
2. *Archidiaconorum officium eſt denunciare Epiſcopo Diaconorum exceſſus, Sacerdoti jejunii dies, & ſolemnitatum.*
3. *Decani, aliique Eccleſiæ officiales, qui ſunt veluti Epiſcopi coadjutores, non ſunt abſque pravi Sanctæ Scripturæ in Eccleſiam Chriſti invecti.*

1. ARchidiaconi, quos ipſe Wicleffus adſcripſit *capitulo* Antichriſti, ſuccedunt Levitis majoribus in lege Moſaica, quantum ad figuram & originem: ſed quantum ad ſubſtantiam veritatis, ab Apoſtolorum inſtitutione poſt Aſcenſionem Chriſti ſumpſerunt initium. Ardebant enim Apoſtoli Evangelizandi officio, & idcirco ſollicitudinis magnam partem tradiderunt Diaconis, miniſterio ſubdiviſo. Unde lib. II. cap. VIII. *de officiis*, ISIDORUS. Convocan„ tes autem duodecim Apoſtoli multitudinem diſcipulorum, *Non placet* (inquiunt) *nos relinquere verbum Dei & miniſtrare menſis. Quid ergo eſt fratres? Conſiderate ex vobis ipſis viros boni teſtimonii ſeptem, plenos Spiritu Sancto & ſapientia, quos conſtituamus in hanc rem. Nos vero erimus orationi & miniſterio ſermonis inſtantes. Et placuit hic ſermo coram omni multitudine: & elegerunt Stephanum virum plenum fide & Spiritu Sancto, Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Thimonem, & Parmenam, & Nicolaum Antiochenſem. Hi ſteterunt ante Apoſtolos, & cum oraſſent, impoſuerunt illis manus: verbumque Dei creſcebat, & multiplicabatur numerus credentium*. Et hinc jam decreverunt Apoſtoli vel ſucceſſores eorum per omnes Eccleſias ſeptem Diaconos, qui ſublimiori gradu eſſent cæteris; & circa aram Chriſti, quaſi columnæ altaris aſſiſterent; non ſine aliquo ſeptenarii numeri myſterio. Hi enim ſunt, quos in Apocalypſi legimus ſeptem angelos tubis canentes: hi ſunt ſeptem candelabra aurea: hi voces tonitruorum. „ Hæc Iſidorus. Iſti a quibuſdam putantur fuiſſe majores Diaconi, quos poſtea competenti appellatione *Archidiaconos* nominaverunt. Unde tales tunc fuiſſe in primævis Eccleſiæ, bene probat Clemens in Epiſt. I. *ad Jacobum* Jeroſolymitanum Epiſcopum, parum ante medium, ſic ſcribens CLEMENS. Clericus ſolus ad fœminæ tabernaculum non accedat, nec properet, nec ſine majoris natu principis juſſione: nec Presbyter ſolus cum ſola fœmina fabulas miſceat: nec Archidiaconus, nec Diaconus ſub prætextu humilitatis & officii frequentet domicilia matronarum; aut forte per Clericos, aut domeſticos ejus, matronæ mandent ſecretim aliquid. Si cognitum fuerit; & ille deponatur, & illa a liminibus arceatur Eccleſiæ. „ Hæc ibi: & eſt in principio *Decretorum Pontificum*. Ubique de Archidiaconis ſimul & Dia-

* *Vide cap.* 54. *num.* 2.

Iſidorus *pag.* 600.

Act. 6. 2.

Apoc. 8. 2.

Apoc. 1. 12.

Apoc. 10. 3.

Archidiaconi a primis ſeptem Diaconis ortum habent

* Clemens I. P. *apud Labb. to.* 1. *pag.* 100.

(*a*) Hæc Epiſtola inſcribitur a PP. Maurinis *Secundo Servo Dei Ravennæ*.

(*b*) *Marinianum* habet Ed. V. Sed non appoſite ad fidem hiſtoriæ Ravennaten. & Gregoriani textus.

& Diaconis quia id cautum eſt, patet ex inſtitutione eos fuiſſe tunc ſaltem gradu diſtinctos.

2. Officium vero Archiadiaconi magnus exponit Iſidorus in Epiſtola *ad Ludefaredum* cordubenſem Epiſcopum; & habet idem Ivo in Decretis lib. IV. ISIDORUS. Ab Archidiacono (inquit) Epiſcopo nunciantur exceſſus Diaconorum: & ipſe denunciat Sacerdoti in Sacrario jejunii dies, atque ſolemnitatum, & ab ipſo publice in Eccleſia prædicantur. Quando vero Archidiaconus abſens eſt, vices ejus Diaconus ſequens adimplet (*a*) „. Hæc ille. Mirum ergo eſt, qua mentis protervia hæreticus noſter iſtos a primævis Eccleſiæ inſtitutos aſſignat de Antichriſti capitulo *, qui tam honeſto poſt Sanctos Patres funguntur officio. Et quod pejus eſt, gradum ſanctum damnat culpa non ſignata. Non enim deprehendi eum dixiſſe cauſam criminis, niſi forte quod in generali dicat eos eſſe *Clericos Cæſaris*. Beati Patres Aurelius & Auguſtinus cum aliis in Carthaginenſi Concilio IV. (*b*) non eos ſpreverunt, quorum exponebant officia, & miniſteria declarabant; ita ut Subdiaconus ordinetur ſub Archidiaconorum officio.: Acolithus quoque & Oſtiarius, eorum ſuggeſtione promoveantur ab Epiſcopo. CARTHAGINENSE CONCILIUM. Subdiaconus (*c*) cum ordinatur &c. -- Et infra -- De manu vero Archidiaconi accipiat urceum cum aqua, & mantile cum manutergio. At gubernatio viduarum pertinet Archidiacono. „ Unde ſubditur: „ Ut Epiſcopus gubernationem viduarum aut peregrinorum, non per ſe ipſum, ſed per Archipresbyterum (*d*) aut per Archidiaconum agat. „ Hæc ibi.

Iſidorus *junior apud Labb. To. 7. pag. 435.*

a

* *ſupra cap. 54. num. 2.*

b Concilium Carthaginen. IV. *apud Labb. To. 2. pag. 1439.*

c *Can. 5.*

Can. 17.

d

3. De officialibus & Decanis dicendum adhuc, quorum nomina non tam gradus important quam officia judicandi in populo; ea ſaltem, quæ ad cultum Dei ſpectant, & Eccleſiaſticam honeſtatem. Hi enim laudabiliter ſupplent in judiciis, & jura ſervando, vices Epiſcopi; ne ſi ſolus portet onus aggravans, curvetur ſub onere. Et ſuffragatur eis praxis legis Exodi XVIII. ubi dicitur qualiter ad ſuggeſtionem Jethro Moyſes conſtituit principes populi, Tribunos, & Centuriones, & Quinquagenarios, & Decanos, qui judicabant plebem omni tempore. Quidquid autem gravius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo judicantes. Quem textum exponens Origenes *ſuper Exodum* hom. XI. ORIGENES. Dat (inquit) conſilium „ Moyſi probabile ſatis & utile, ut eligat viros & conſtituat principes populi: qui non ſolum ſuperbi non ſint, ſed & qui oderint ſuperbiam; ideſt, ut non ſolum ipſi abſque vitio ſint, ſed & in aliis oderint vitia. Et ordinabis (inquit) eos Tribunos & Centuriones, & Quinquagenarios & Decanos, & judicabunt populum omni hora: verbum autem, quod gravius fuerit, referent ad te. Audiant Principes populi & Presbyteri plebis, quia debent omni hora populum judicare, ſemper & ſine intermiſſione ſedere in judicio, dirimere lites, reconciliare diſſidentes, in gratiam revocare diſcordes. Diſcat unuſquiſque ex Scripturis Sanctis ſuum officium. Moyſes (inquit) ut ſit in jis, quæ ad Dominum ſunt, & verbum Dei ediſſerat populis. Cæteri autem principes, quos appellant Tribunos (Tribuni enim ex eo dicuntur, quod Tribui præſint); cæteri ergo, ideſt, Tribuni, vel Centuriones, vel Quinquagenarii præſunt minoribus judiciis, quæ ad ſingulos quoſque pertinent, dirimendis. „ Hæc Origenes. Et Iſidorus in ſerm. in Synodo, *de excellentia ſacrorum ordinum*, ISIDORUS. Epiſcopi (inquit) ſucceſſores ſunt Apoſtolorum, qui ex neceſſitate ad adjutorium & ſupplementum ſui officii, quo facilius plebes innumeras regere poſſint, miniſterium ſibi expetunt Sacerdotum. Sic Moyſes in eremo ſeptuaginta viros prudentes elegit, quorum conſilio & auxilio immenſam multitudinem populi facile gubernavit. Sive autem ſunt minoris ordinis, ſive ſummi ordinis Sacerdotes, vicem Chriſti Summi Pontificis gerunt, dum populos delinquentes ad pœnitentiam vocant, & orationum ſuarum medicamento ſanant. „ Hæc ibi. LAUDE IGITUR DIGNUM ET SANCTUM GERUNT OFFICIUM, qui ſecundum conditiones præſcriptas in Eccleſia ſancta exercent judicium, ſive ſint Officiales, ſive Decani, prout in Scriptura, vel quocumque nomine nominentur. Sed quid, ſi Wicleffus eos damnet, arguens more ſuo ſolito, quia in primitiva Eccleſia non erant tales judices deputati, igitur & jam ſuperſtitioſe ſuperſunt? Sic arguit olim fuiſſe eumdem Sacerdotem & Epiſcopum *; & olim fuiſſe tantum duos ordines; & ideo ſuperfluos eſſe alios ſuperadditos. Sic igitur culpetur Sanctus Paulus, qui primo conſtituit Eccleſiaſticos judices apud Corinthios, poſtquam non fuerunt. „ Audet (inquiens) aliquis veſtrum, habens negotium adverſum alterum judicari apud iniquos, & non apud Sanctos? „ 1. Cor. 6. Ubi in *Annotationibus* HIERONYMUS. Hinc probatur Chriſtianos tunc judices non fuiſſe, quia iniqui dicuntur. „ Hæc Hieronymus. Idcirco monet judices debere eos eligere, ſi ſic infirmi ſint, ut ſua repetant quoquo modo. „ Sic non eſt inter vos (inquit) ſapiens quiſquam, qui poſſit judicare inter fratrem ſuum & fratrem? „ Ubi in *annotationibus* HIERONYMUS. Erubeſcere debetis, eo quod nemo ſit inter vos tam ſapiens, qui noverit cauſas inter fratres diſcernere, ut neceſſe ſit publice litigare. „ Hæc ille. Ita patet, propter infirmitatem populi duri, & fidei honeſtatem, inſtituiſſe Apoſtolum judices chriſtianos, eos maxime qui ſapienter cuncta diſcernerent, & mentis ſobrietate partes tractantes. Nec hujus moderamen officii fugere debet quis vel Sacerdos vel Pontifex, quamvis cauſarum terrenarum deciſioni, in parte ſaltem, non debeant incumbere: certe non quia ad hæc eſt Sacerdos indignus, ſed magis quia hæc ſunt indigna negotia Sacerdote, ſicut habet lib. 1. *de conſideratione* ad Eugenium BERNARDUS. Mihi tamen non videtur bonus æſtimator „ re-

Exodi 18. 25.

Origenes *To. 2. pag. 59.*

* Iſidorus.

Exodi 18. 18. Deut. 1. 15.

* *Vide ſupra cap. 60. num. 1.*

1. Cor. 6. 1.

Hieronymus *To. 11. pag. 913.*

1. Cor. 6. 5.

Hieronymus *To. 11. pag. 914.*

Bernardus *pag. 1015. Edit. Baſil. an. 1566.*

(*a*) De officio Archidiaconorum alia item habentur apud Gratianum Diſt. 60. cap. *Nullus Epiſcopus*, & duobus ſequentibus. Item Diſt. 23. cap. *Subdiaconus*; & Diſt. 63. *Si in plebibus*. Porro cum Archidiaconus ex ſua inſtitutione miniſter ſit Epiſcopi, miniſteria agebat authoritate ſolum delegata. Quod adhuc ſæc. IX. obſervatum docet Concilium Cabilonen. can. 25.

(*b*) Anno Dom. 398. celebrato, juxta Baronium, quem ſequitur Binius in notis apud Labbeum.

(*c*) Inter majores Clericos recenſentur antiquo jure Subdiaconi. Eorum munus eſt ſacra vaſa deferre, ac Presbyteris & Diaconis miniſtrare. Eis injungitur obligatio horas Canonicas recitandi, & cœlibatum ſervandi a Concil. Turonen. II. Can. 18. & 19. Porro ſicut Presbyteros & Diaconos, ita etiam Subdiaconos Sacris Miſſæ jejunos miniſtrare jubet Can. 10. Concilium Antiſſiodoren. ad finem ſæculi VI. celebratum. Quod utique Diacono & Subdiacono præceptum fuit ob reverentiam tanti Sacrificii, cui miniſtrabant, & ob Communionem, quam prætermittere Miniſtros Sacrificii nefas erat.

(*d*) De Archipresbyteris ſermo eſt in Can. 44. mox laudati Antiſſiodoren. Concilii. Eorum munus erat Canonum obſervantiam curare in Pagis: invigilare vice Epiſcopi tam ſuper Clerum, quam ſuper plebem Chriſtianam: tranſgreſſores Canonum ad Antiſtites deferre: viduas, pupillos, pauperes a Potentum oppreſſionibus tueri: peccatores admonere, docere, corripere.

„ rerum, qui indignum putat Apoſtolis, vel „ Apoſtolicis viris non judicare de talibus, quibus datum eſt judicium in majora. Quid ni „ contemnant judicare de terrenis poſſeſſiunculis hominum, qui in cœleſtibus & angelos „ judicabunt? Ergo in criminibus, non in poſſeſſionibus poteſtas veſtra: quoniam propter „ illa, & non propter has, accepiſtis claves regni cœlorum, prævaricatores utique excluſuri, non poſſeſſores: ut ſciatis (ait) quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata. Quæ nam tibi major „ videtur & dignitas & poteſtas? dimittendi peccata, an prædia dividendi? Sed non „ eſt comparatio. Habent hæc infima & terrena judices ſuos reges & principes terræ. -- „ Et infra. -- Nunc autem quoniam dies mali „ ſunt, ſufficit interim admonitum eſſe, nec „ totum te, nec ſemper dare actioni, ſed conſiderationi aliquid tui, & cordis & temporis „ ſequeſtrare. „ Hæc ille. Quam pulchre, quamque prudenter inſtituit Bernardus Summum Pontificem de debito ſuo & decentia judicandi in cauſis hominum! Reſervans tamen, tamquam proprium Regibus terræ de terræ cauſis: Sacerdoti vero cognoſcere de peccatis: nec jis ſemper intendere, nec in tempore neceſſitatis extremæ ſe ipſos poſſunt eximere. Unde idem Bernardus ibid. cap. x. docens graves cauſas audire Epiſcopum, & inferiores aliis committere, inquit BERNARDUS. Nihil ita abſque labore „ manifeſtam facit veritatem, ut brevis & pura narratio. Ergo illas, quas ad te neceſſe „ erit intrare cauſas (neque enim neceſſe erit „ omnes) diligenter velim, ſed breviter deſcindere aſſueſcas, fruſtratorias & venatorias præcidere dilationes. CAUSA VIDUÆ INTRET AD „ TE, CAUSA PAUPERIS, & ejus qui non habet quod det aliis: alias multas poteris committere terminandas: complures nec dignas „ audientia judicare. „ Hæc ille. Ita ergo terminari oportet cauſas fidelium apud Eccleſiam induſtria Præſulis. Sic ante dotationem Eccleſiæ Calixtus Papa, decimus ſextus ante Silveſtrum, quintodecimus a Beato Petro, ſecundum Auguſtinum *, laſſum ſe queritur in officio judicandi, *Decreto* ſuo II. cap. VI. CALIXTUS. „ Conſultis (inquit) veſtris breviter reſpondemus, quod oppreſſos nimis, & aliis præoccupatos judiciis, litteræ nos invenere veſtræ. „ Hæc ille. Sed quia nec oportet, nec expedit omnes ex ejus ſudore petere exitum, neceſſe erit alios ſubrogare. Hos autem ſi dicant *Auditores*, *Officiales*, vel *Decanos*, aut quolibet nomine congruo, officium pium eſt, nec nomen officit pietati.

Matth. 9. 6.

Epheſ. 5. 16.

Bernardus *pag. 1017. Ed. Baſil. an. 1566.*

* *in Epiſt. ad Gruerſum.*
* Calixtus I. P. *apud Labb. To. 1. pag. 634.*

CAPUT LXIII.

De Paſtoribus ſecundi ordinis, & inſtitutione eorum per Eccleſias locorum.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Secundum authoritatem Auguſtini duæ ſpecies Piſcatorum, ſeu Paſtorum, in Scriptura edocentur.*
2. *Inferiorum Paſtorum electionem ad ſæculares Principes ſpectare, dicebat Wicleffus.*
3. *Sacerdotum, aliorumque Clericorum electio non ad Principes ſæculares, ſed ad Eccleſiaſticos viros ex antiqua Eccleſiæ praxi ſpectare dignoſcitur.*
4. *Si ad laicos principes deferretur Sacerdotum promotio, magnus interdum committeretur error, quia ſcilicet indigni dignis præponerentur.*

1. DIrupiſti Domine vincula Wicleffi, quibus tantum cœtum Sanctorum, a primo Pontifice & deinceps, concluſit in *capitulo* Antichriſti *. Jam uſque ad religioſos perfectos emancipationis tuæ ſtylum authoritate ſacræ veritatis extendimus. Sed adhuc libet de religioſis uſque in librum tertium differre & reſervare ſermonem, ut, ordine miniſtrorum ſervato, de inferioribus & ſecundi ordinis Præpoſitis, quos jam *Paſtores*, *Rectores*, aut eorum nominamus *Vicarios*, quos male jactavit, paulatim corrigantur errores. Hi enim piſcatores ſunt minores, & in communi cum Apoſtolis, & eorum hæredibus Epiſcopis, communi ſorte piſcantur. Unde ne cum ruptis retibus per Wicleffum inaniter operentur, volo ea, ut potero, cum Joanne reficere, ſicut habet lib. *de fide & operibus* cap. XVII. AUGUSTINUS. Mala (inquiens) retia „ cavere debent præcipue piſcatores: ſi tamen „ illa Evangelica ſimilitudine piſcatores Epiſcopi, vel inferioris ordinis Eccleſiarum Præpoſiti intelligendi ſunt, quia dictum eſt: *Venite, faciam vos piſcatores hominum.* Retibus „ enim bonis capi poſſunt piſces & mali & boni: retibus autem malis capi non poſſunt piſces boni: quoniam in bona doctrina & bonus poteſt eſſe qui audit & facit; & malus „ qui audit & non facit. In doctrina autem mala, & qui eam malam putat, quamvis ei non obtemperet, malus eſt; & qui obtemperat, pejor eſt. „ Hæc Auguſtinus. Ecce formæ geminæ piſcatores; & uterque in authoritate verbi Dei, & tradita ipſi poteſtate piſcatur.

Pſal. 115. 16.

* *Vide cap. 54. num. 2.*

Auguſtinus *To. 6. pag. 184.*

Matth. 4. 19.

2. Sed retia ſecundæ poteſtatis Wicleffus diſrupit: primo, in ſua conſtitutione, dicens ſcilicet quod curatores tales providere Eccleſiis, Regibus & Dominis debet incumbere; de peccati reſpectu ad Epiſcopos vel ad Clerum, Tract. ſuo *de officio paſtorali* cap. XXV. WICLEFFUS. Videtur „ (inquit) quibuſdam, quod ad Regem ſpectat „ potiſſime, mediantibus ſuis miniſtris prudentibus, de ſagacis Paſtoris officio providere: „ quia iſtud officium notabiliter ſpectat ad regni regimen. Cui ergo confertur regni gubernaculum, eidem conferri debet ſagax præfectio hujuſmodi Prælatorum. Sicut enim Sacerdotes ſunt quaſi vita ſubditis; ſic ſunt „ quaſi pax & tranquillitas regni quod incolunt, docentes quomodo incolæ debent Regi „ & Superioribus obedire. In virtute autem Regis poſſunt ſpeciales Domini ad iſtud idonei, „ immo propriæ Parochiæ (*a*) de Curato idoneo providere. Nec obeſt, quod ſæculares ſtatuant ſibi talem in Chriſto vicarium: quia „ virtus quæ debet vigere in ipſo, eſt totius „ naturæ compoſitæ. „ Hæc Wicleffus.

Wicleffus

3. Revera ſtupendum eſt, quomodo humana mens poſſet tantumlibet inſanire. Rogo, in omnibus aliis Eccleſiæ Chriſti negotiis, quis tantopere fatigat fideles, remittens eos ſemper ad primitivam Eccleſiam pro exemplo, ad Chriſtum, ſicut ipſe fecit, ad Paulum, & ad Apoſtolos? Et tamen hoc ipſe unum de inſtitutione

(*a*) Idem docent modo Lutherani & Calviniſtæ, atque Kemnitius in Examine Tridentini Concilii, diſputatione de Sacram. altaris, Item Matthias Illyricus, qui in libro ſuo de Electione Epiſcoporum omnia fere collegit argumenta, quæ a Luthero, Brentio, Calvino, & aliis excogitata fuerunt.

ne ſacerdotum ſecundi ordinis inducit, quod nunquam Apoſtoli practizarunt, ſemper diſſuevit facere plebs primitiva fidelium. Ecce Timotheum docuit Apoſtolus Paulus de ordinatione Pontificum, & Sacerdotum: nec remiſit probationes eorum ad *Priſcam* (*a*) vel *Aquilam*, venerabiles ſæculares; non ad Oneſiphorum (*b*) & domum ejus, ubi congregabatur Eccleſia. Vide Epiſtolam Timothei. Cur in tota Græcia non inſtituit Paulus Sergius magnus Proconſul, quem Paulus ibi convertit, Eccleſiarum rectores; ſed Paulus Apoſtolus & Barnabas per ſingulas Eccleſias Lyſtriæ, Lycaoniæ, & Antiochiæ conſtituentes Presbyteros, nunquam Principibus illarum terrarum tanto tempore docuerunt hoc licere? Habes iſtud Act. xviii. Et iterum, Titum reliquit Cretæ Epiſcopum, ut inſtitueret ibi Presbyteros per Civitates, ut in Epiſtola ad Titum habes. Et mirum, quod venerabilibus iſtius terræ viris, aut ſaltem quod *Zenæ* legiſperito (*c*) hoc non competebat officium. Vide ubi in Eccleſia primitiva alii, quam Epiſcopi, Sacerdotes * poterant ordinare locorum (*d*). Poſt Scripturas, ad primum Papam, poſt Apoſtolos accede ad Clementem; & dehinc ad inferiora tempora veniamus. Ipſe * enim docuit inferiores Presbyteros, ex mandato Sancti Petri, nihil abſque permiſſu Epiſcopi in ſua Parochia agere. Unde Clemens in Epiſtola 1. ad Jacobum Jeroſolymorum Epiſcopum, verſus finem, Clemens. Nullum enim presbyterum in „ alicujus Epiſcopi Parochia aliquid agere de„ bere abſque ejus permiſſu docebat: cunctos „ Presbyteros propriis Epiſcopis in omnibus „ abſque mora obedientes, inſtituente Domi„ no, eſſe debere docebat. „ Hæc ille. Loquitur ex perſona Petri. Quod ſi nihil abſque Epiſcopo agere ipſi liceat, quomodo ex inſtitutione laica, Sacramenta ſingula miniſtrabit? Sed & ibi docet ordinare Eccleſias; & laicos non ſe debere immiſcere Clero, ibi parum ante medium Epiſtolæ Clemens. Poſtquam (inquit) docuit Beatus Petrus Eccleſiam eſſe quaſi navem quamdam, cujus „ Dominus Deus eſt, proreta Epiſcopus, nau„ tæ Diaconi, Epibatæ tota multitudo fide„ lium. Mare eſt mundus, ventorum varieta„ tes & turbinum ſunt tentationes, perſecutio„ nes & tribulationes. -- Sequitur. -- Terreni „ vero ſpiritus, qui de torrentibus, vel de con„ vallibus ſpirant, pſeudo prophetarum & ſe„ ductorum ſunt pravæ doctrinæ verba docen„ tium -- Et infra -- Sed ante omnia Epibatæ, „ ideſt, laici, cum quiete & ſilentio in ſuis „ reſideant locis, ne forte per inquietudinem „ & inconditos inutileſque diſcurſus, ſi paſſim „ cœperint vagari, aut ab officio ſuo nautas „ impediant, aut in alterum latus per inquie-

1. Tim. 3. 2.
Tit. 1. 5.
* ſupple Curatos
* Clemens
*Clemens I. P. apud Labb. To. 1. pag. 53. Cbn. Apoſt. 30. Can. Apoſt. 30.
* Clemens apud Labb. To. 1. pag. 87.

A „ tudinem eorum navis preſſa mergatur. „ Hæc ille. Vis mergere navem Eccleſiæ, mi Wicleff, ſi Epiſcopos nautas a ſuo officio impedias, docens laicos principes, non ſolum inutiles, ſed nocivos diſcurſus per Eccleſiam inire Apoſtolorum. Dico tibi: ſecundi Presbyteratus cura contingit Epiſcopis. Unde Anacletus Papa ſucceſſor Clementis, ſecundum Auguſtinum *, Decreto ſuo iii., cap. 1. Anacletus. Sacerdo„ tum (fratres) ordo bipartitus eſt, &, ſicut „ illum Dominus conſtituit, a nullo debet per„ turbari. Scitis autem a Domino Apoſtolos „ eſſe electos & conſtitutos; & poſtea per diver„ ſas Provincias ad prædicandum diſperſos. Cum „ vero meſſis cœpiſſet creſcere, videns paucos „ eſſe operarios, ad eorum adjumentum ſeptua„ ginta eligi præcepit diſcipulos. Epiſcopi ve„ ro Domini Apoſtolorum, Presbyteri autem „ ſeptuaginta diſcipulorum loca tenent. „ Hæc B ille. Ecce diſtantia quanta Epiſcopi a Presbytero, quanta ſcilicet Apoſtoli ab inferiori diſcipulo. Et ecce ſeptuaginta diſcipuli loca Presbyterorum, non, ut tu dicis *, Diaconorum habebant: & in hos duos, ſcilicet Epiſcopos & ſecundi ordinis Sacerdotes, eſt Sacerdotalis ordo partitus. De quibus item ſubdit ibi cap. ii. Anacletus. Epiſcopi non in caſtellis aut mo„ dicis civitatibus debent conſtitui; ſed Pres„ byteri per caſtella & modicas civitates atque „ villas debent ab Epiſcopis ordinari & poni (*e*): „ ſinguli tamen per ſingulos titulos ſuos. Et „ Epiſcopus non ab uno, ſed a pluribus debet C „ Epiſcopis ordinari; & non ad modicam ci„ vitatem, ne vileſcat nomen Epiſcopi; aut „ alicubi, ſed ad honorabilem urbem intitu„ landus, & denominandus eſt. Presbyter vero „ ad qualemcumque locum vel Eccleſiam in „ eo conſtitutam eſt præficiendus, atque in ea „ diebus vitæ ſuæ duraturus. Amplius quam „ iſti duo ordines Sacerdotum, nec nobis a „ Domino collati ſunt, nec Apoſtoli docuerunt. „ Hæc ille. Hic habes Parochias diviſas, & Presbyteros eis inſtituendos per Epiſcopum, non fugaciter, ſed fixe; ita quod durent ibi per vitam. Adhuc tamen non fuerunt Epiſcopi, ut D jactas, *Cæſarei* (*f*). Sed mirum, quod tantum furis contra Epiſcopos Cæſareos, & jam procuras ut fiant Eccleſiis *Cæſarei Sacerdotes*. Et quod plus eſt, erant * a creatione & primæva inſtitutione *Cæſarei* *; & Epiſcopi criminantur *Cæſarei* a poſſeſſione remota (*g*). Item ex Decreto Nicolai Papæ cap. vi. Nicolaus. Ut „ per laicos nullo modo quilibet Clericus aut „ Presbyter obtineat Eccleſiam, nec gratis, nec „ pretio „ (*h*): Hæc ille. Item ex Concilio Laodicenſi *, cito poſt principium, Laodicenſe Concilium. Non eſt permittendum turbis „ electiones eorum facere, qui ſunt ad ſacer„ do-

*Epiſt. ad Generoſum.
* Anacletus apud Labb. pag. 529.
Luc. 10. 2.
* Superius cap. 60. num. 8.
* Anacletus apud Labb. To. 1. pag. 529.
Epiſcopus non in modica civitate conſtituendus
Parochi ad vitam ſunt inſtituendi
* ſupple per Wicleffum
* Subaudi Parochi
g Nicolaus primus Papa.
* an. 320. ſub Silveſtro Concilium Laodicenſe Can. 13. apud Labb. To. 1. pag. 1534.

(*a*) *Priſca*, ſeu *Priſcilla*, mulier fidelis ex Epiſtolis Sancti Pauli notiſſima, quæ interdum cum viro ſuo *Aquila* commemoratur. Ambo conjuges Corinthi verſantes, Apoſtolum illuc venientem hoſpitio diutius exceperunt.

(*b*) Ab Aſia præfatus Oneſiphorus Romam venit, ubi S. Paulo in carcere detento vehementer profuit.

(*c*) Zenas Legiſperitus, Sancti Pauli diſcipulus, quam ad ſe mitti voluit Nicopolim a Tito.

(*d*) Si Scripturam ultra conſulimus, plura adhuc occurrent adverſus hunc errorem teſtimonia. Chriſtus enim Joan. 20. Apoſtolis ait: *Sicut miſit me vivens Pater, & ego mitto vos:* igitur voluit, quod ea ratione ac poteſtate Apoſtoli regerent Eccleſiam, qua ipſe eam rexit eo tempore, quo nobiſcum converſatus eſt. At Chriſtus Apoſtolos primum duodecim, ac deinde diſcipulos ſeptuaginta duos elegit, ſine conſilio, aut ſuffragio ullo multitudinis. Porro liquet ex jure tum divino tum naturali, quod Epiſcopi ſunt Paſtores populi, & populi ſunt oves, Joan. 21. 1. Petri 5. & Act. 21. Ratio autem naturalis apertiſſime docet, ovibus non convenire ut paſcant ac regant, ſed dumtaxat ut paſcantur atque regantur: at eligere Paſtores ſuos inferiores maxime ſpectat ad ſpirituale nutrimentum ac regimen: non ergo populo convenit ſuos paſtores inferiores eligere.

(*e*) Huc ſpectat reſponſum Zachariæ Pontificis Maximi ad Capitula Pippini cap. 15. quo edocemur, quod Curatorum Sacerdotum inſtitutio penes ſolum Epiſcopum eſt, quamvis jure Patronatus etiam a Laicis nominari, & præſentari poſſent. Idque *a Sanctis Patribus*, non moderno jure, *ſtatutum*.

(*f*) Epiſcopi per Wicleffum cœperunt eſſe Cæſarei, non tempore Anacleti I. Papæ, ſed longe poſt in tempore Silveſtri, propter donationem Conſtantini Cæſaris.

(*g*) Scilicet, a temporibus Conſtantini Imperatoris, qui initio ſæculi quarti imperabat.

(*h*) Similia habet Capitulare Theodulphi Epiſcopi Aurelianen. ad Parochiæ ſuæ Sacerdotes, apud Labb. To. 9. pag. 287.

„ dotium provehendi (*a*). „ Hæc ibi. His, & multis eis ſimilibus, poteſt diſcerni, apud quos erat antiquitus ſtatuere Sacerdotes; & non facile mutandum eſſe quod tanta ſancivit antiquitas. Et quid valet quod arguis, quia *iſtud officium Sacerdotis notabiliter ſpectat ad regni regimen; ergo ejus inſtitutio ad Regem ſpectat* A *potiſſime?* Ita ſpectat ad regni regimen officium Angeli principantis & præſidentis Provinciæ, quemadmodum habes in Scripturis de Angelo principe Perſarum; nec tamen ejus inſtitutio ſpectabat ad Regem. Et æqualis ductus Arcæ Domini ſpectabat ad bonum regimen regni Iſrael; non tamen ad ductum Regis, vel Principis: Oſa enim rite percuſſus eſt, cum vellet eam elevare cadentem.

Dan. 10. 13.

2. *Reg.* 6. 6. 7.

4. Et neſcis quot ineptæ promotiones Sacerdotum per Principantes contingunt, ita ut indigni dignis pluries præponuntur, quam digni præferuntur indignis? Unde paſſim dicit noſter B popularis ſuſurro illud Eccleſiaſtes X. *Vidi ſtultum in ſublimitatibus magnis* (*b*). Quod ſic exponit in *Commentario* ſuper Eccleſiaſten HIERONYMUS. Hanc iniquitatem ſe in ſæculo conſpexiſſe commemorat, quod videatur injuſtum judicium Dei eſſe; & ſive per ignorantiam, ſive abſque ejus fieri voluntate, ut vel in mundi poteſtatibus, vel in Eccleſiæ principatu, ſæpe ji, qui divites in ſermone ſunt, atque ſapientes, divites etiam in operibus bonis, ignobiles ſedeant; & imprudens quiſque in Eccleſia teneat principatum. Hoc autem fieri a vultu ejus, qui in ſæculo habeat C poteſtatem, dum * potentes quoſque & doctos viros premat, nec eos in populis apparere permittat. Illos vero, quos ſcit eſſe imprudentes, in Eccleſiis faciat eſſe majores, ut cæci a cæcis ducantur in foveam. In hunc facit ſenſum & illud quod ſequitur: *Vidi ſervos ſuper equos, & Principes quaſi ſervos ambulantes ſuper terram.* Quod ji qui ſervi ſunt vitiorum atque peccati, ſive tam humiles ut ſervi ab hominibus computentur, ſubdita * a diabolo dignitate perflati, vias publicas (*c*), quas vulgo loricas appellant, magis terant; D & nobilis quiſque vel prudens paupertate oppreſſus gradiatur itinere officioque ſervorum. „ Hæc Hieronymus. Ecce quanta querela nobilis viri ſuper iniquis promotionibus Clericorum, a vultu ejus emanantibus, qui in ſæculo habeat poteſtatem: unde & ſimilem poteſtatem in plebem frequenter exercere ſolent *, & ſine Sacerdotali vita vel cura, de Sacerdotali jure lucra ſectari, UT SIT EIS PRIMA MENTIS PROPOSITIO, QUAM SIT PINGUE BENEFICIUM, NON QUAM SANCTUM, QUAM INGENS OFFICIUM. Hos vocat antiquus Gregorius Nazianzenus *canes*, libro IV. qui inſcribitur *de ſemetipſo* de agro reverſo, cito poſt principium, GREGORIUS NAZIANZENUS. Timeo (inquit) hoc quod video, etiam canes affectare officium Paſtorale, quod & mirum videtur, maxime cum nihil in ſemetipſis Paſtoralis præparaverint diſciplinæ, ſed laniare tantum & diſcerpere didicerint & diſſipare alienos labores: quia FACILIUS EST SEMPER perdere quam conſervare. – Et infra. – Sed NON OPTO EX ILLIS PASTORIBUS inveniri, qui lac quidem comedunt & lanis adoperiuntur; & quod craſſum eſt jugulant, & labore conficiunt, vel in pretium vertunt, & dicunt: *Benedictus Dominus, quoniam ditati ſumus*: qui ſe ipſos paſcunt magis quam oves: ſed EX ILLIS OPTO A INVENIRI PASTORIBUS, qui dicunt: *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* (Per ſollicitudinem ſcilicet) qui dicunt: *non quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos.* „ Hæc ille. Apud Paſtores majores igitur debet de ſecundis Paſtoribus ſtatuendis bene accurata vigilare memoria, ut tales aptiores credantur ad curam, qui ſtultiores videntur ad ſæculum, peritiores ad vitam, honeſtiores ad geſtum, modeſtiores ad veniam, paratiores ad gratiam. Quod autem ſint inſtructiores ad docendum, eſt in inferiore Paſtore congruum, certe in ſummo Paſtore neceſſarium, quibus ideo in conſecratione Evan- B gelii liber ſuperponendus eſt capiti.

Eccle. 10. 6.

b Hieronymus To. 3. pag. 470.

* *M.* ut

Matth. 15. 14.

* *M.* ſubita

* *Clerici*

Gregorius Nazianzen. *pag.* 475. *To.* 1. *Orat.* 28.

2. *Cor.* 11.

2. *Cor.* 12.

Qui ſint aptiores ad curam animarum.

Doctrina in inferiori Paſtore congrua, in Epiſcopo neceſſaria.

CAPUT LXIV.

Quod liceat Paſtoribus locorum exigere Decimas per Cenſuras, tamquam res Dominicas, non ſuas; & ad bonum ac meritum Decimantis.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Sacerdotibus qui Eccleſiæ inſerviunt, & miniſtrant, Decimæ debentur ex lege Dei.*
2. C *Circa Decimarum exactionem duo ſunt errores: primus eorum, qui putant omni via ſanctum eſſe Sacerdotibus Decimas repetere, quaſi perſonaliter debitas: ſecundus vero eorum, qui dicunt, nullo coactionis modo a ſubditis exigendas; de quorum numero eſt Wicleffus.*
3. *Sacerdotibus, tametſi pro honeſtate non liceat cum ſibi ſubdita plebe judicio contendere in cauſa propria, licet tamen pro repetendis rebus ipſius Dei, cujuſmodi ſunt Decimæ.*
4. D *Subtrahens Decimas Sacerdotibus Deum inhonorat, fraudat miniſtros ſuis proventibus, damnificatque mundum.*
5. *Authoritate Sacræ Scripturæ oſtenditur Decimas, & miniſtrorum Eccleſiæ proventus, etiam cum cenſuris Eccleſiaſticis debere exigi: diſſolvunturque rationes Wicleffi in oppoſitum.*
6. *Nonnullæ Wicleffi inſtantiæ reſolvuntur.*
7. *Eccleſiarum paſtores Decimas exigant, non ut ſe ſe expleant, non ut ditentur; ſed in fructum & utilitatem eorum, qui Decimas perſolvunt.*

E 1. LEx Domini dicit per os Apoſtoli Pauli: *Qui altari ſervit, de altari vivat.* Et quis unquam ſuo ſtipendio militavit? Ita igitur hac, & aliis legibus, Decimæ debitæ ſunt ſacerdotibus & miniſtris Eccleſiæ. Wicleffus autem omni conatu laborat hanc legem ſolvere, docens populum, ne Rectoribus ſuis quidquam donent, niſi eos juſtos viros eſſe perpendant. Et ſic Sacerdotibus intercludit iter legis, ne quidquam exi-

1. *Cor.* 9. 13.
1. *Cor.* 9. 7.

(*a*) Tam validam Concilii Laodiceni authoritatem enervare ſtuduit Calvinus, dicens, non velle Concilium laudato ſuo Canone turbas ab electione excludi; ſed ſolum conſtitui, ut non ſolæ turbæ eligant, ſine interventu & conſilio ſeniorum. At cum in turbis eligentium ſemper interſint, ac interfuerint ſeniores, nihil prorſus Concilium ſtatuiſſet, ſi colorem ullum haberet Calviniana iſta interpretatio.

(*b*) Ita legit Hieronymus; ſed Vulg. habet: *Vidi poſitum ſtultum in dignitate ſublimi.*

(*c*) Legendum cenſeo: *vias publicas mannis, quos vulgo Luricbos appellant, magis terant.* Mannis, ut docent veteres Horatii Scholiaſtæ, equi ſunt, quos vulgo *Luricbos*, melius *Burdones*, ſive *Buricbos* nominamus.

Wiclefſus

exigant Decimarum in libro ſuo *Paſtorali*, cap. VI. WICLEFFUS. Ex iſtis (inquit) a quibuſdam
„ colligitur, quod Curatus non debet Decimas
„ a ſuis ſubditis per excommunicationem vel
„ cenſuras alias extorquere. Patet per hoc,
„ quod Curatus non debet circa talia cum ſub-
„ dito ſuo contendere: in cujus ſignum Chri-
„ ſtus & ejus Apoſtoli non exigebant ſibi deci-
„ mas, ſed fuerunt de alimento & tegumento
„ debitis contenti (*a*). „ Hæc Wiclefſus. Mirum! Jam Chriſtum & Apoſtolos ſumit in teſtes pro Decimis non petendis. Supra * nec Chriſtum nec Apoſtolos ſequebatur; immo potius contradixit utriſque de ſtatuendis Paſtoribus per ſæculi poteſtates. Sed crede; quamvis in nomine Chriſti prophetare ſe dicat, Chriſtus eum non novit, noſſe ſe negat. Intelligendæ ſunt Decimæ, cum de eis loquimur, non ſemper ſecundum ſuam quotam, ſed magis ſecundum ſubſtantiam, ſicut Paulus utitur termino, cum dicit: *Quis gregem paſcit, & de lacte ejus non comedit?* Ideſt, quis populum paſcit, & de ejus labore ſubſtantiam vitæ non percipit? Et 1. ad Tim. 4. *Qui bene præſunt Presbyteri, duplici honore digni ſunt, maxime qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim Scriptura: non infrœnabis * os bovi trituranti: dignus eſt enim operarius mercede ſua*. Ubi duplex honor eſt: honor ſubjectionis, & honor ſubſidii temporalis, qualiter honorare parentes eſt mandatum Decalogi. Unde in expoſitione HAYMO. Duplicem ho-
„ norem præcipit exhibere Presbytero, in ſalu-
„ tationibus videlicet, ut humilient ſe illi ſub-
„ diti, & in exhibendis donis ſubſidiiſque tem-
„ poralibus. „ Hæc ille. Utrumque ergo honorem dicit Apoſtolus condignum Presbytero, debitum Sacerdoti.

* Cap. præced. num. 2.

1. Cor. 9. 7.

1. Tim. 5. 17.

* Vulg. alligabis

Duplex honor Sacerdotibus debitus

Haymo

2. Sed, ut video, hic circa duo extrema, duo verſantur errores. Primus eſt eorum, qui omni via putant ſanctum eſſe repetere Decimas, quaſi ſibi perſonaliter debitas: & ſecundus eorum, qui nullo coactionis modo dicunt eas a ſubditis exigendas, quemadmodum hic ſuadet Wiclefſus in prænotato capite multis viis; & in *de Eccleſia & membris* cap. IV. ſuſtinet abſolute. WICLEFFUS. Et ſi objiciatur (inquit)
„ quod deficiente tali placito proventibus Cura-
„ torum, multi forent coacti neceſſitatibus de-
„ ficere, vel miſerabiliter mendicare; hic dici-
„ tur, ut ſæpe alias, quod licet mendicare ſit
„ a malo, tamen in caſu licitum eſt, poſito
„ quod abundantius deſit. Unde ſequitur. Et
„ utinam in talem mendicitatem inciderent ſa-
„ cerdotes, antequam pro talibus placitarent. „
Hæc ille; & eſt *Concluſio* ter damnata CXXVI. Quid intendit, niſi hæreſim *Meſſalianorum* (*b*) reſuſcitare jam mortuam? Unde Damaſcenus in libro ſuo *de centum hæreſibus*, hæreſi LXXX. DAMASCENUS. Hoc autem ſtudent, non ut Cleri-
„ corum gradus honorabiles judicantes, qui qui-
„ dem & ipſos Epiſcopos contemnunt, cum
„ voluerint; ſed poteſtatem quamdam & autho-
„ ritatem ſibi ipſis negotiantes. „ Hæc ille.

b Meſſaliani hæretici.

Damaſcenus pag. 895.

3. Mihi quidem videtur error uterque, ſcilicet, ſponte placitare pro Decimis, quaſi ſuis commodis; & iterum, nullo modo cogere Decimantes. Sed medium virtutis eſt rem divinam & ejus honorem in decimatione proſpicere; & ſecundum hoc, cauſam divini cultus etiam apud Judices agere; & omnino cauſam poſtponere perſonalem: nam in cauſa humani commodi perfectio eſt, & Chriſti conſilium, non repetere rem humanam. Matth. V. „ Qui vult
A „ tecum contendere in judicio, & tunicam tuam
„ tollere, dimitte ei & pallium. „ Idcirco Cy-
„ prianus notat iſtum ſeptimum abuſionis gradum lib. *de duodecim abuſionibus*, CYPRIANUS.
„ Qui ergo in * mundo præſenti ex quacum-
„ que cauſa contendit, perſpicue oſtendit,
„ quod illum diligit mundum, quem diligi
„ per Joannem Apoſtolum Spiritus Sancti ſer-
„ mo interdicit, in quo ait: *Nolite diligere*
„ *mundum, neque ea quæ in mundo ſunt*. Mundi
„ enim amor & Dei pariter in uno corde ha-
„ bitare non poſſunt: quemadmodum jidem
„ oculi cœlum & terram pariter nequaquam
„ aſpiciunt. „ Hæc ille. Unde de frequenti con-
B tentione in judicio objurgavit Paulus Corinthios, non tantum quia apud infideles, ſed quod poſt etiam importune vexabant fideles. 1. Cor. VI. *Jam quidem omnino delictum eſt &c.* ubi in *annotationibus* HIERONYMUS. Quod contra præceptum
„ facitis Chriſti, quod judicia habetis inter
„ vos, qui ſemper pacem habere debueritis,
„ & cum rerum temporalium detrimento, cur
„ non magis injuriam accipitis? Cur non ma-
„ gis fraudem patimini? Sed vos injuriam fa-
„ citis & fraudatis, cum illatam, ſecundum E-
„ vangelii præceptum & Domini exemplum, ſu-
C „ ſtinere debeatis, vos e contrario non ſolum
„ non ſuffertis, ſed etiam non facientibus ir-
„ rogatis. „ Hæc Hieronymus, incedens pedetentim cum Apoſtolo. Quod ſi tantum pro omiſſione hujus conſilii criminandus eſt populus, multo amplius tunc Paſtor, & Sacerdos. Etiam hoc eſt, pro quo Chryſoſtomus redarguit Sacerdotes hom. XLI. ſuper Matth. in *Imperf.* CHRYSOSTOMUS. Nunc (inquit) veniamus
„ ad Sacerdotes. Scimus quia juſtitiam ſervare
„ & miſericordiam facere & fidem habere,
„ propter ſuam gloriam mandavit Deus: De-
„ cimas autem offerre propter utilitatem Sa-
D „ cerdotum, ut Sacerdotes quidem in ſpiritua-
„ libus populo obſequantur: populi autem in
„ corporalibus Sacerdotibus ſubminiſtrent. Sa-
„ cerdotes igitur pleni avaritia, ſi quis de po-
„ pulo Decimas non obtuliſſet, ita eum corri-
„ piebant, quaſi magnum crimen feciſſet, quia
„ alicujus minimæ rei Decimam non obtuliſ-
„ ſet. Si quis autem in populo aut peccabat,
„ aut alterum lædebat, aut aliquid tale facie-
„ bat, nemo eum corripere curabat, quaſi nul-
„ lam feciſſet culpam: quoniam in Deum pec-
„ cabant. De ſuo quidem lucro ſollicite age-
„ bant: de gloria autem Dei, & ſalute homi-
E „ num negligebant. „ Hæc ille. Ita dico, non do conſilium, quemquam Sacerdotem cum ſibi ſubjecto pro ſua re non contendere: hoc enim incitat contumaciam plebis, & ignominiam Sacerdotis.

Matth. 5. 40.

* Cyprianus in App. pag. 264. num. 7.

* Al. de

1. Joan. 2. 15.

1. Cor. 6. 7.

* Hieronymus To. 11. pag. 914.

Sacerdotem cum ſuo populo placitare non decet

* Chryſoſtomus To. 2. pag. 695.

Sacerdos litigioſus irritat plebem ſuam ad ſui ignominiam.

4. Sed videamus Dei injurias etiam in ſubtractione temeraria Decimarum. Et probo Sacerdotum actionem in judicio licitam. Primo, quia dehonorat Deum, qui detinet ſic rem ſacram: ſed honor Dei debet ab omnibus chriſtianis, maxime a perfectis viris, vindicari: igi-

Sacerdotes licite poſſunt exigere decimas

(*a*) Ante Wicleffi tempora hoc tradebant *Fraticelli*, ſive Pſeudoapoſtoli, qui inter alios errores, quos refert Joannes Turrecremata lib. 4. p. 37. *Summæ*, docebant non poſſe percipere Decimas eos, qui non vivunt in paupertate, more Apoſtolorum. Poſt Wiclefſum autem, hunc errorem ſequuti ſunt Anabaptiſtæ Trinitarii, qui in libello *de Antitheſibus* edito an. 1568. tertiam Antitheſim faciunt hanc: „ Falſus Chriſtus, ſicut ipſe eſt Deus æternus & di-
„ tiſſimus, ſic dedit ſuis Sacerdotibus decimas & multa bona tem-
„ poralia: Chriſtus autem verus, qui homo temporalis & pauper
„ fuit, pauperes etiam vult miniſtros.

(*b*) *Meſſaliani*, qui & *Euchitæ* dicebantur, Conſtantii Imperatoris temporibus an. Chr. 362. a Dadoe, Sabba, Adelphio, aliiſque pluribus ortum habuere.

Quantum peccent ſubtrahentes decimas

igitur a Curatis debet expeti. Item, quia tale
facinus damnificat totum mundum: ſubtrahuntur enim fructus huic ſæculo per avaritiam retinentium Decimas, ſi non vindicetur Deus *.

* *Hæc prædicabant veteres Eccleſiæ Patres; & affirmat Concilium Francofordien. Can. 25.*

Item grande peccatum eſt non decimare ſimpliciter; ſed Paſtor habet providere gregi, ut
A peccare deſiſtat: igitur per omnia media charitatis, ſi oporteat, habet adire pro correptione peccantis ovis Eccleſiaſticos Patres. Item eſt
cauſa ſubtractionis Dei cultus, qui neceſſario
exercetur per inſtitutos miniſtros; & ſic perire
poſſet ſacrificium a populo, & doctrina fidelium. Sed ne tanta fiat ruina, habet Paſtor incumbens cavere & corripere delinquentem. Horum omnium fundamentum vide in Malachia
Propheta, cap. III. „ Revertimini ad me, &

Malach. 3. 7. &c.

„ revertar ad vos, dicit Dominus exercituum.
„ Et dixiſtis, in quo configimus te? In Deci-
„ mis & in Primitiis, & in penuria vos male-
B „ dicti eſtis, & me vos configitis gens tota.
„ Inferte omnem decimationem * in horreum
„ meum, & ſit cibus in domo mea: & proba-
„ te me ſuper hoc, dicit Dominus, ſi non ape-
„ ruero vobis cataractas cœli, & effudero vobis
„ benedictionem uſque ad abundantiam; & in-
„ crepabo pro vobis devorantem, & non cor-
„ rumpet fructum terræ veſtræ; nec erit ſterilis
„ vinea in agro, dicit Dominus exercituum.
„ Et beatos vos dicent omnes gentes: eritis
„ enim vos terra deſiderabilis. „ Ex quo Scripturæ magno loco patent ea quæ præpoſui: &
primo, quod Deus ſe ipſum dicit confictum,
C ſi decimæ non reddantur, propter penurias miniſtrorum: unde iſta dicebantur, quia cultus
Dei cœpit in templo deficere propter penuriam
Decimarum. Unde Gloſſa ibi habet ſuper hoc
verbum *Configitis:* Tempore Eſdræ tanta fuit

* *Vulg.* decimam

Bona temporalia decimantibus a Deo promiſſa

Gloſſa *ſuper Malach.*

„ fames, ut multi præ penuria filios & filias
„ vendentes, & frumenta ementes, Levitis De-
„ cimas non ſolverent. Quia etiam fruges in hor-
„ rea divites congeſſerant; pro magnitudine pretii
„ decimas non ſolvebant. Unde compulſi mi-
„ niſtri templi fugerunt, unuſquiſque in regio-
„ nem ſuam. Unde dicit Dominus ſe in ſuis
„ afflictum, & non accepiſſe Decimas. „ Hæc
D ibi. Quod autem damnificas mundum, ſi Decimas non reddis, patet ex Scriptura, ubi promittit Deus aperiri cataractas cœli, quæ alias
clauſæ erunt. Unde Auguſtinus in ſermone *
de reddendis Decimis, qui incipit, *Propitio
Chriſto*, AUGUSTINUS. Ecce habes in Scripturis

* 277.

* Auguſtinus *To. 5. in App. pag. 460. num. 2.*
Exodi 30. 12.

„ ſanctis cautionem Domini tui, per quam ti-
„ bi promiſit, quod ſi Decimas dederis, non
„ ſolum abundantiam fructuum recipies, ſed
„ etiam ſanitatem corporis conſequeris. Cum
„ enim, Decimas dando, & terrena & cœleſtia
„ poſſis munera promereri, quare per avari-
„ tiam tuam duplici te benedictione fraudas?
E „ Redime te homo, dum vivis, redime teme-
„ tipſum, dum potes. „ Hæc ille. Ita mihi videtur magnum malum mundo, & grande peccatum ſuppoſito ſubtrahenti, ſi Decimæ non reddantur, quia Deus irritatur, miniſtri fraudantur ſuis proventibus, & totus mundus pejoratur in parte. Quis ergo cum dilectione etiam,
ſi oporteat, terroribus peccatorem non pulſabit?
Quis me, ſi talis fuero, corripiet, niſi juſtus in
miſericordia, juſtus inquam paſtor tuus, de
quo dicitur ad litteram, *Deſudet eleemoſina in
manu tua, donec inveneris juſtum cui des?*

Pſal. 140. 5.

Eccl. 7. 36.

5. Sed recitemus inania ejus motiva. „ Chri-

„ ſtus (inquit) Papa generaliſſimus, tranſiens
„ per Civitatem Samaritanorum habuit ab il-
„ lis tam alimenta quam tegumenta pertinaci-
„ ter negata: & quærentibus tam Jacobo quam
„ Joanne, ſi vellet ignem deſcendere de cœlo,
„ & ipſos reprobos devorare; *neſcitis* (inquit)
„ *cujus ſpiritus eſtis. Filius hominis non venit*
„ *animas hominum perdere, ſed ſalvare.* Et cer-
„ tum eſt, ſi non in hoc loco, nullibi excom-
„ municatio vel perſecutio pro Decimis eſt fun-
„ danda. „ Hæc Wicleffus cap. VI. *de officio Paſtorali:* immo alio loco. Sed noli præterire,
quod hic agatur de Decimis ſecundum ſubſtantiam confuſi victus, non autem ſecundum quotam alicujus partis: & juxta hoc veni
mecum ad ficum, cui maledixit Dominus, quia
non attulit ficus ad ſedandum famem ejus.
Matth. XXI. & Marci XI. Veni mecum ad Scripturam ſacram Act. V. ubi princeps Apoſtolorum Petrus excommunicavit, & verbo extinctos reddidit Ananiam & Saphiram, quia fraudabant pretium oblationis ſuæ ſub voto (*a*).
Annon æque excommunicandus eſt, qui fraudem fecerit? De mandato utique mittam te,
ubi plane Chriſtus docuit diſcipulos pro evangelizandi officio, victus exigere debitum, aut
negantibus interminare vindictam. Luc. IX. „ In

Wicleffus

Luc. 9. 54. 55. & 56.

Matth. 21. 19.
Marci 11. 13.
Act. 5. 5.

Luc. 9. 4. & 5.

„ quamcumque domum intraveritis, ibi ma-
„ nete, & inde ne exeatis. Et quicumque non
„ receperint vos, exeuntes de Civitate illa, etiam
„ pulverem pedum veſtrorum excutite in teſti-
„ monium ſuper illos. „ Et quid eſt hoc, niſi
„ nota vindictæ, & excommunicationis apertæ? Unde *ſuper Lucam* lib. III. cap. IX. BEDA.
„ Pulvis excutitur de pedibus in teſtimonium
„ laboris ſui, quod ingreſſi ſunt Civitatem, &
„ prædicatio Apoſtolica ad illos uſque perve-
„ nerit. – Sequitur. – Qui vero perfidia, vel
„ negligentia, vel etiam ſtudio contemnunt;
„ horum vitanda communio, fugienda ſynago-
„ ga cenſetur. Et excutiendus pedum pulvis,
„ ne geſtis inanibus, & pulveri comparandis,
„ mentis caſtæ veſtigium polluatur. Hæc ille.
His igitur Scripturarum locis, etiam cum afflictione & cenſuris exigi debent Eccleſiæ miniſtrorum proventus. Et Auguſtinum audi, ſi
potes, dicentem, quod Chriſtus hos tacitus exigit in Scripturis, ſuper Pſal. CXLVI. verſu, *Qui
producit in montibus fœnum*. AUGUSTINUS. Chri-

Beda
To. 2. pag. 92.

„ ſtus (inquit) tacitus exigit, & major eſt vox
„ tacentis, qui in Evangelio non tacet. Non
„ enim vere tacet, cum dicit: *Facite vobis ami-*
„ *cos de mammona iniquitatis, ut & ipſi reci-*
„ *piant vos in æterna tabernacula.* Non tacet
„ ipſe: audite vocem ipſius. Nemo enim po-
„ teſt vos exigere, niſi forte exactione opus eſt,
„ ut qui vobis ex Evangelio ſerviunt, petant
„ a vobis. Si ad hoc ventum fuerit, ut petant,
„ videte, ne quod vos a Deo petitis, fruſtra
„ petatis. „ Hæc Auguſtinus. Ecce quod Auguſtinus ſupponit miniſtrum Eccleſiæ poſſe exigere victum, & petere, ſi exactione (inquit)
opus ſit. Et in ſermone prædicto *de reddendis
Decimis*, circa medium, AUGUSTINUS. Deci-

Auguſtinus
To. 4. pag. 1648. num. 27.
Luc. 16. 9.

„ mæ ex debito requiruntur; & qui eas dare no-
„ luerit, res alienas invadit. Et quanti paupe-
„ res in locis ubi habitabat ipſe, illo Decimas
„ non dante, fame mortui fuerint, tantorum
„ homicidiorum reus ante tribunal æterni ju-
„ dicis apparebit: quia rem a Domino paupe-
„ ribus delegatam ſuis uſibus uſurpavit. Qui er-
„ go

* Auguſtinus *To. 5. pag. 461.*
Decimas non dans res invadit alienas

(*a*) Ananias & Saphira voto utrique ſe obſtrinxerant ad ſervandam Apoſtolicam paupertatem, ut plures teſtantur Sancti Patres, præſertim Chryſoſtomus hom. 12. in Acta Apoſt. Hieronymus in Epiſt. ad Demetriadem; Auguſtinus ſerm. 27. de verbis Apoſtoli; & alii.

„ go ſibi aut præmium comparare, aut pecca-
„ torum deſiderat indulgentiam promereri, red-
Aliarum novem partium uſus „ ditis Decimis, etiam de novem partibus ſtu-
„ deat eleemoſinam dare: ita tamen ut quid-
„ quam, excepto victu mediocri & veſtitu ra-
„ tionabili, non luxurioſe reſervetur, ſed in
„ theſauro cœleſti per eleemoſinam pauperum A
„ reponatur. „ Hæc ille. Plane ecce dicit Auguſtinus, quod Decimæ requiruntur ex debito, & qui eas detinet, res detinet alienas. Sed ne favere poſſit detinenti, quod ipſe poſſit eas ſervare in uſus pauperum, & ita excuſandus a crimine, quia non ſuis uſibus ſervat; Auguſtinus hoc excludens, jubet, redditis Decimis, de novem partibus reliquis eleemoſinas diſpenſare. Noli ergo de Decimis, quæ ſunt Dei; ſed ſi vis, de novem partibus, quæ tuæ eſſe videntur, pauperibus impertiri.

1. Reg. 2. 3. 6. Quod arguis de filiis Ophni, nihil movet: quia exigebant portionem indebitam, quod in B noſtris Presbyteris non probamus. Et item de Paulo, quod laboravit *ad Philem.* ut datum ſuum eſſet voluntarium, verum eſt; condonatio ſcilicet reatus ſervilis Oneſimi, & emancipatio ejus ad officium Evangelii: ſed quid hoc ad propoſitum decimandi? Item quia arguis in *de Eccleſia* cap. VI. quod nemo contenderet cum ſuis Parochianis pro Decimis, aut oblationibus obtinendis; primo, quia neſcit, ſi bene miniſtret, unde ſolum ſint ſibi debitæ. Et iterum, quia neſcit an ſit præſcitus, & ſic non membrum Eccleſiæ; & quia talis conten- *ſupra num. 4. tio debet fieri in charitate: idcirco diximus *, C non propter ſuum commodum Paſtores exacturos tales proventus; ſed propter honorem Dei & meritum decimantis, condolendo crimini rapinæ ejus, & injuſtitiæ, ſemper cum paterno zelo reformare conantes flagitium delinquentis; non ad lucrum temporale Paſtoris. Et hoc Paulus fecit, ut dicit Auguſtinus, cum laudaret Philippenſes, non quærens datum eorum, ſed tamen fructum, in ſermone *de Paſtoribus* circa principium. AUGUSTINUS. Ipſe Apoſtolus da-

Auguſtinus To. 5. Serm. 46. de Paſtorib. pag. 227.
„ tum non quærebat; fructuoſas tamen oves
„ ſuas eſſe cupiebat, non ſteriles, ſine lactis
„ ubertate. Itaque cum eſſet quodam tempore D
* M. victus „ in magna indigentia victus * in confeſſione
„ veritatis, miſſum eſt illi a fratribus unde ne-
„ ceſſitati & indigentiæ ejus miniſtraretur. Re-
„ ſpondit autem illis gratias agens, & dixit:
Philip. 4. 14. „ Bene feciſtis communicare neceſſitatibus meis.
„ Ego enim didici in quibus ſum ſufficiens eſ-
ibid. 11. „ ſe: ſcio abundare, novi & penuriam pati:
„ omnia poſſum in eo qui me confortat Chri-
v. 13. „ ſtus. Verumtamen vos bene feciſtis uſibus meis
„ mittere. Sed ut oſtenderet in eo, quod illi
„ bene fecerunt, quid ipſe quæreret, ne inter
„ illos eſſet qui ſe ipſos paſcunt, non oves;
„ non tam ſuæ gaudet ſubventum eſſe neceſſi- E
„ tati, quam illorum gratulabatur fœcundita-
„ ti. Quid ergo ibi quærebat? Non quæro (in-
„ quit) datum, ſed quæro fructum: non ut
„ ego (inquit) explear; ſed ne vos inanes re-
„ maneatis. „ Hæc Auguſtinus.

7. Ita vos Eccleſiarum paſtores cum Paulo quærite fructum offerentium ſubditorum, non datum. Quid eſt *non datum?* Non ut vos expleamini, ut ditemini; ſed ne ipſi inanes remaneant lampades vacuæ & fatuæ. Hoc fecit Paulus, cui cum obtuliſſent fideles, ut juſſerat, de oblatis comedere noluit. Unde Auguſtinus

Auguſtinus To. 4. pag. 1647. num. 16. ſuper Pſal. CXLVI. AUGUSTINUS. Paulus Apo-
„ ſtolus quidem manibus ſuis vivens, ipſum
„ fœnum montium noluit accipere, voluit in-
„ digere; ſi tamen montes dabant fœnum: non
„ enim * quia ille noluit accipere, propterea * M. num quia &c.
„ montes non deberent dare, ut ſteriles rema-
„ nerent. Debetur pluviæ fructus, debetur ſer- Matth. 10. 10.
„ vo cibus, ſicut Dominus ait: *Manducate quæ*
„ *ab ipſis ſunt.* Et ne putarent aliquid de ſuo
„ donare, *dignus eſt enim* (inquit) *operarius*
„ *mercede ſua.* „ Hæc ille. Hæc duxi dicenda propter debitum Paſtorum, quamvis nolentium cibari de oblationibus plebium. Et poſtea dicit Auguſtinus, quod Eccleſiaſtici viri ita quærentes Decimas, vel victum a populo, etſi non propter victum, quærant tamen propter fructum populi & ſuam juſtitiam, & propter ſterilitatem ſuæ glebæ fugandam. Ibidem AUGUSTINUS. Ita- Auguſtinus ibid. num. 17.
„ que fratres, quoniam contingit jam ex iſta
„ occaſione aliquid loqui vobis, maxime quia
„ loquimur, talia nos non quærentes a vobis,
„ & liberi * ideo dicimus. Sed ſi quæreremus, * M. liberius
„ fructum veſtrum quæreremus: & non veſtras
„ opes, ſed veſtram juſtitiam. Tamen admo-
„ neo breviter, ſi vultis non eſſe ſteriles, ut
„ reddatis pro pluvia fœcunditatem: ne da-
„ mnetur poſt ſterilitas veſtra (minatur enim
„ Deus terræ ſterili & ſpinoſæ ignem, ſicut
„ fructuoſæ horreum parat) efficite ut vos ip-
„ ſos exigatis. „ Hæc ille. Igitur non peccant paſtores ſi quærant Decimas; imo peccarent, ſi hoc modo vindictam Dei non declinarent a populo. Dicat ergo Paſtor, qui bonum gregis affectat, & oves pingues in paſcuis ſæculi: Decimate; ſin autem veniam ad vos. Sed quomodo vultis? In verbo manſuetudinis, aut in virga æquitatis? Hanc extenſam video in Decretali Synodo Nicolai, cap. V. NICOLAUS.

Peccant Paſtores non exigentes decimas. 1. Cor. 4.

Nicolaus I. apud Labb. pag. 1563. To. 9.
„ Ut Decimæ (inquit) & primitiæ, oblationes,
„ ſeu vivorum & mortuorum Eccleſiis Dei fi-
„ deliter reddantur, ſcilicet a laicis: & ut in
„ diſpoſitione Epiſcoporum ſint, quas qui re-
„ tinuerint, a Sanctæ Eccleſiæ communione ſe-
„ parentur. „ Hæc ibi.

CAPUT LXV.

Quod Sæculares Decimas dent, & offerant apud Paſtores delinquentes in Eccleſia.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Eleemoſinæ ſunt pauperibus erogandæ, Decimæ vero Paſtoribus ſolvendæ, quamvis utriſque peccatoribus. Etenim quicumque illi ſint, quos Chriſtus ad eas exigendas inſtituit, non eſt ipſe, cui primum debentur, ſuo jure fraudandus.*
2. *Decimæ item in determinata quantitate ſunt ſolvendæ.*

1. LUdificat ergo populum Chriſtianum, cum dicit, eum non exigendum, non requirendum ad Decimas. Ludificat amplius idem Wicleffus, cum dicit, hortatur, & monet, non omnino decimandum, aut offerendum quomodocumque apud injuſtæ vitæ Presbyteros, in libello ſuo *de cura paſtorali*, cap. VIII. „ Fide- Wicleffus
„ les (inquit) ex iſtis eliciunt, quod deficien-
„ te Curato notorie in ſuo officio Paſtorali,
„ licet ſubditis, imo debent, ſubtrahere ab ipſo
„ oblationes & Decimas, & quidquid fuerit oc-
„ caſio ad tale facinus nutriendum. „ Hæc Wicleffus. Et probat ab intento, quod propter defectum doctrinæ, ſecundum Epiſtolam Joannis, 2. Joan. 10. non debet aliquis ſalutari: & ſic ſuſtentans Curatum, dando eleemoſinam, dat contra Chriſtum;

ſtum; & talis conſentit in crimine peccantis per favorem. Hæc ſunt motiva. Utrum iſte conſoletur aliquem in hac doctrina, neſcio, niſi ſui ſimiles. Hoc ſcio: hanc avaritiam ipſe docet univerſaliter in ſingulis gentibus. Eo enim fudamento ipſe utitur, cum docet non dandum pauperibus, niſi quos noverint eſſe juſtos. Hoc ipſo fundamento docet, Chriſtum & ejus Apoſtolos non dediſſe eleemoſinas corporales. Hoc modo ab Epiſcopis & dotatis Collegiis docet rapiendas poſſeſſiones immobiles. Hoc modo docet Dominos Sæculares, ſi non ſint in gratia, eo ipſo cadere ab omni jure in ipſorum dominiis. Erigat omnis pars Eccleſiæ ſuum oculum, & videat an conſoletur eam quis ex omnibus charis Wicleffi; quin dicere poſſit illud Job, *conſolatores mali* * *omnes vos*. Ubi in *annotationibus*, AUGUSTINUS. Malos poteſtis conſolari, quia ipſi vos imitantur, non bonos: „ a nullo enim veſtrum audivi aliquid boni. „ Hæc ille. Sed adeamus Chriſtum thronum gratiæ, ut interimamus hæreſim, cujus contrarium ipſe verbo docuit, facto probavit. Arguis ſecundum Joannem, quod propter minorem defectum, ſcilicet doctrinæ, non debet aliquis ſalutari. Sed Beatiſſimus Dominus noſter Jeſus Chriſtus Judæ jam facto proditori retribuit oſculum, & menſæ ſuæ eum fecit participem. An non Chriſtus tunc ait, *cui intinctum panem porrexero*, ille eſt? *Et cum intinxiſſet panem, dedit Judæ Simoni Scariotis*. Joan. XIII. Adhuc Judas Sacerdos erat, & ſummus Sacerdos, Paſtor populi deſignatus a Chriſto; & Chriſtus ſumma veritas pavit * iſtum Curatum. Aut numquid dedit eleemoſinam contra Chriſtum? Certe Chriſtus hoc ſciens dixit: *Qui manducat panem meum, levabit contra me calcaneum ſuum*. Ecce Chriſtus pavit Judam, ſuſtentavit diabolum traditorem, cibavit non ignotum, ſed cognitum ſemper ante preſcitum. Numquid peccavit? Numquid ſe ut Judas prodidit per conſenſum? Abſit fidelibus tam iniqua doctrina. Chryſoſtomus dicit, Chriſtum docere nos omnes in hoc facto benefacere omnibus malefacientibus nobis, etiamſi ſciamus, eos non convertendos in melius. *Super Joan.* hom. LXX. CHRYSOSTOMUS. *Qui manducat meum panem*, „ & alia quæ ſequuntur, quæ ſatis poterant „ eum a tanto ſcelere retrahere; quaſi diceret: „ Qui apud me nutritus eſt, qui apud me men„ ſam communicavit. Hoc autem dixit, ut nos „ bonum pro malo cunctis reddamus, etſi man„ ſerint inſanabiliter habentes (*a*). „ Hæc Chryſoſtomus. Pondera verbum, *Etſi manſerint inſanabiliter habentes;* ſicut Chriſtus ſcivit Judam inſanabilem. Et in *Morali* ſequente idem CHRYSOSTOMUS. Nihil ita Deum „ lætificat ut non reddere malum pro malo: „ & quid dico malum pro malo? Immo red„ dere contraria. Injunctum quidem eſt no„ bis dare illis beneficia & orationes. Pro„ pterea & Chriſtus eum qui debebat pro„ dere ſe, contrariis his remuneravit, pe„ des lavit, redarguit latenter, parce feriebat, „ curabat, menſam & oſculum tradebat: & „ neque his factus eſt melior. „ Hæc ille. Ecce debemus reddere omnia pro malis bona temporalia, & ſpiritualia beneficia, & orationes, dicit Chryſoſtomus. Quod ſi debes orare pro malo * Paſtore, quod eſt majus; quomodo non paſcere, quod eſt minus; ſicut temporale bonum ſpirituali poſtponitur? Sed non tamen volo, ut paſcas eum contra Chriſtum, ſed pro Chriſto: ſicut Auguſtinus dicit, eleemoſinam tribuendam homini peccatori, prima parte *ſermonum*, *ſerm.* de generalitate eleemoſinarum, qui in- A cipit, *Sunt qui &c.* AUGUSTINUS. *Da miſericordiam, & ne ſuſcipias peccatorem*. Illa enim „ ob hoc dicta ſunt, ne cuiquam peccatori pro„ pterea benefacias, quia peccator, ſed quia „ homo eſt. Itaque utrumque præceptum tene„ bis, non ad vindictam * remiſſus, nec ad „ ſubveniendum. Omnis enim, qui recte arguit „ peccatorem, quid aliud, quam non vult eum „ eſſe peccatorem? Odit ergo in illo, quod & „ odit Deus, ut perimatur quod homo fecit, „ & liberetur quod Deus fecit. Peccatum quip„ pe homo fecit, ipſum autem hominem Deus -- B „ Et infra -- *Benefac humili* propter hoc, quod „ humilis eſt, & *ne dederis impio* propter hoc „ quod impius eſt; quoniam & Altiſſimus odio „ habet peccatores, & impiis reddet vindictam. „ Qui tamen propterea quod non ſolum pecca„ tores & impii, verum etiam homines ſunt, „ *facit oriri ſolem ſuum ſuper bonos & malos*, „ *& pluit ſuper juſtos & injuſtos*. Ita nulli ho„ mini claudenda eſt miſericordia, nulli pecca„ tori impunitas relaxanda. Hinc itaque ma„ xime intelligendum eſt, quod non ſit contem„ nenda eleemoſina, quæ quibuſque pauperibus „ jure humanitatis impenditur: quoniam qui„ dem Dominus ſublevabat indigentiam pau- C „ perum, etiam ex his loculis, quos ex locu„ lis * implebat aliorum. Quod ſi forte dixe„ rit quis: nec illos debiles & mendicos, quos „ Dominus juſſit potius imitari, nec illos, qui„ bus ſolebat de loculis erogare, peccatores „ fuiſſe; ideo non eſſe conſequens, ut propter „ hæc Evangelica teſtimonia etiam peccatores „ a miſericordibus ſuſcipi, vel paſci jubeantur: „ illud attendat, quod jam ſuperius memora„ vi: quia utique peccatores & maxime ſcele„ rati ſunt, qui oderunt, & perſequuntur Ec- D „ cleſiam: de quibus tamen dicitur, *Benefacite* „ *his, qui oderunt vos*. Et hoc ex voluntate * „ Dei Patris adſtruitur, *qui facit ſolem ſuum* „ *oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper ju*„ *ſtos & injuſtos*. Non ergo ſuſcipiamus pec„ catores propterea quod peccatores ſunt; ſed „ tamen eos ipſos quia & homines ſunt, hu„ mana conſideratione tractemus. Perſequamur „ in eis propriam iniquitatem; miſereamur com„ munem conditionem; & ſic *infatigabiles, dum* „ *tempus habemus, bonum operemur ad omnes*, „ *maxime autem ad domeſticos fidei*. „ Hæc Auguſtinus. Hic ergo dejectæ ſunt argutiæ Wiclef- E ſi, quotquot ſcivit unquam contra chriſtianam pietatem obtendere: hic in communi defenſionis ſcutum obtinent. Quotquot de eleemoſinis Chriſti vivunt, ſive majores ſint Presbyteri, ſive Paſtores minuti, ſive religioſi Chriſti pauperes & inopes, ſive dotati; cuncti paſcendi ſunt de miſericordia plebis; ſive ſint peccatores, ſive juſti: & qui eis ſubtraxerit alimoniam, quia ſunt peccatores, tenebitur ad diſtrictum judicium, quia eos, quantum in ſe eſt, occidit: quia ſunt homines, magis quia fideles, magis autem quia ſub voto Chriſti pauperes; magis quia paſtores eorum, permaxime quia ſummi paſtores. Hæc dicta tranſeunt cum argumentis de Decima quoad ſubſtantiam.

2. Jam de Decima quoad Quotam. Scis ne diſtributionem illam, quam Chriſtus, cuncta debi-

Marginal notes (left): *Vide infra lib. 4. cap. 17.* — *Ibid. cap. 40.* — *Vide infra cap. 81.* — *Thren. 1. 2.* — *Job 16. 2.* — * *Vulg.* onerosi — Auguſtinus *To. 1. pag. 640.* — *2. Joan. 10.* — *Matth. 26. 49.* — *Luc. 22. 21.* — *Joan. 13. 26.* — * *Ed. V.* ſuſtentavit — *Joan. 13. 18.* — *Pſal. 40. 10.* — Etiam præſcitis & damnandis benefaciendum — Chryſoſtomus *To. 3. pag. 281. Edit. Pariſien. 1556.* — a — Chryſoſtomus *ibidem* — * *Ut dicit citatus Chryſoſtomus*

Marginal notes (right): * Auguſtinus *To. 6. pag. 301. in Appendice* — *Eccl. 12. 4.* — * *M.* ad judicandum — *Eccl. 12. 6.* — *Matth. 5. 45.* — Peccatoribus ſtipem non negavit Chriſtus — * *M.* operibus — * *M.* exemplo — *Gal. 6. 10.* — 1

(*a*) Ita in Cod. noſtro Vaticano: aliter autem Ed. V. *etiam hic, qui non ſunt corrigibiles*.

Digitized by Google

debita terrena comprehendens, Herodianis (*a*)
Matth. 22. 21. aſſignat Matth. XXII. *Reddite quæ ſunt Cæſaris
Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo?* Scis quæ illa ſint,
Decimæ ad Deum ſpectant. quæ dicit Dei eſſe, & Deo reddenda? Certe Oblationes ibi Decimaſque dixit. Unde in *Commentario* Matth. ſuper hunc locum HIERONYMUS.
Hieronymus To. 7. pag. 177. „ Porro quod ait, *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæ-* A
„ *ſari*, ideſt, nummum, tributum, & pecuniam;
„ *& quæ ſunt Dei Deo:* Decimas, Primitias,
„ & Oblationes ac Victimas ſentiamus, quomo-
„ do & ipſe reddidit tributa pro ſe & Petro;
„ & Deo reddidit quæ Dei ſunt, Patris faciens
„ voluntatem. „ Hæc Hieronymus. Recole tandem, quis Cæſar erat tunc? Tyberius infidelis,
** Cod. Ferrar. tyranni* tyrannus, ſucceſſor & hæres Octaviani *. Qui Sacerdotes, quibus ex parte Dei docuit reddere Decimas? Infideles, avari, in malo pertinaces, ad pietatem indociles, & mortem Domini jugiter meditantes. Quid vis Wicleff? Jubes tu ſubtrahere Decimas Sacerdotibus reis forſan in B moribus, ſed fidis in fide, quas Chriſtus omni cenſura perfidiſſimis juſſit eſſe reddendas? Quis infelicior tali Doctore? Quis repugnantior Jeſu Chriſto? Si Sacerdos dominus eſſet Decimæ, pro cujus amore ſimpliciter redderetur, colo-
Domi nus decimæ Deus eſt rem haberes aliquem. Dico tibi: DOMINUS DECIMÆ DEUS EST; & vult, ut non cui tu vis, ſed cui ipſe deputavit miniſtro diſponas. Pejor forſan Juda non erit, cui tradebant fideles quod Chriſto dabant. Ipſe enim erat fiſcus Chriſti, qualiter omnis Sacerdos jam eſt in Eccleſia.
Auguſtinus To. 4. pag. 1648. num. 17. Dicit enim ſuper Pſalmum CXLVI. AUGUSTI-
„ NUS. Sudet eleemoſina tua quouſque inve-
** Id. eam tradas* „ nias juſtum cui des *. Numquam hoc facie-
„ tis, niſi aliquid de rebus veſtris ſepoſitum
„ habueritis, quod cuique placet pro neceſſita-
„ te rei familiaris, tamquam debitum quaſi fi-
„ ſco reddendum. Si non habet rem publicam
„ ſuam Chriſtus, non habet fiſcum ſuum. Fi-
„ ſcus enim ſcitis quid ſit? Fiſcus ſaccus eſt,
„ unde & *fiſcillæ* & *fiſcinæ* dicuntur. Ne pu-
Fiſcus ſaccus eſt publicus „ tetis quia aliquis Draco eſt fiſcus, quia cum
„ timore auditur exactor fiſci. Fiſcus ſaccus eſt
Joan. 13. 29. „ publicus. Ipſum habebat Dominus hic in ter-
„ ra, quando loculos habebat; & ipſi loculi Ju-
„ dæ erant commiſſi. Judam traditorem patie-
„ batur Dominus & furem, in ipſo oſtendens
„ ubique patientiam ſuam: tamen illi qui con-
„ ferebant, in loculos Domini conferebant. --
„ Sequitur. -- Præcidite ergo aliquid, & depu-
** M. fixum* „ tate aliquid fiſco *, vel ex annuis fructibus,
„ vel ex quotidianis quæſtibus veſtris. Exi-
„ me aliquam partem redditum tuorum. De-
„ cimas vis? Decimas exime; quamquam pa-
Luc. 18. 12. „ rum ſit: dictum eſt enim, quia Phariſæi De-
„ cimas dabant. „ Hæc Auguſtinus. Vide jam Auguſtinum dicere, quod Decimæ ſunt Sacerdotibus tamquam debita fiſco reddendæ. Et Fiſcus, dicit, erat tremendus exactor: & illum fiſcum habebat Chriſtus in terra in loculis Judæ commiſſis. Ita conſulit, ut Fiſco, quem Chriſtus jam commiſit cuſtodiæ Sacerdotum, Decimas ex proventibus annuis impendas. Quando docebat te, ut illa Judæ ſucceſſori, malo ſcilicet paſtori, ſubtrahas? Sed quamvis malus Judas tunc, & malus paſtor nunc; uterque fiſcum Chriſti geſtat, uterque Decimarum Domini legitimus eſt exactor.

CAPUT LXVI.

Ne Subditus temere judicet de vita Paſtoris (*b*).

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Vilis admodum eſſet Sacerdotum conditio, ſi de eorum vita judicium ſpectaret ad plebem, & plura alia ſequerentur mala.*
2. *Subditis attendenda eſt doctrina, non vita Paſtorum.*
3. *Iniquitas Wicleffi oſtenditur, qui cum judicium plebi de ſuis pſeudo-Sacerdotibus prohibeat, eidem tamen concedit judicium de Catholicorum Prælatorum vita.*
4. *Licentioſum conſcientiæ judicium de alterius, præſertim Prælati, vita, ex dictis Sacræ Scripturæ retunditur.*
5. *Sacerdotes non ſunt a populo judicandi, quorum intereſt (etiamſi peccatores ſint) populum judicare.*
6. *Non ſunt a Laicis ſubtrahenda Sacerdotibus debita alimenta, etiamſi peccatores ſint.*
7. *Si non licet fratres noſtros judicare, multo minus licebit judicare majores; immo quod gravi pœna digni habeantur, Scripturæ teſtimoniis comprobatur.*

C 1. EXpeditus eſt populus per Wicleffum, ut poſſit & debeat ſubtrahere eleemoſynas, oblationes, & decimas Paſtori delinquenti in officio. Sed quia poſſet dubitari, cujus judicio cenſebitur deliquiſſe Sacerdos; ne populus ibi moram faceret, unicuique de populo ſuper Paſtore ſuo ratum committit judicium, *de officio Paſtorali*, cap. VIII. „ Non valet hic fictio An- *Wicleffus*
„ tichriſti, quod ſubditus non debet judicare
„ de vita vel officio paſtorali: quia debet ju-
„ dicare, an recta prædicet, & doceat viam ad
„ Patriam. Sed hoc eſt magnum & neceſſarium
„ judicium, quod Antichriſtus non audet in-
„ terdicere præ pudore. Similiter Chriſtus præ-
D „ cipit Joan. X. *Si non facio opera Patris mei*, *Joan. 10. 37.*
„ *nolite mihi credere*. Quæ ergo extollentia * ** al. excellentia*
„ Antichriſti ſupra Chriſtum, quod ſubditi de-
„ bent illi credere in faciendo opera patris ſui
„ Diaboli, quod ſit dignus recipere eleemoſi-
„ nas ſubditorum? „ Hæc Wicleffus. O ergo vile & captivum officium Sacerdotis, in quem omnes rudes populares, & ſceleſti raptores, flagitioſi, mendaces, adulteri, etiam Wicleviſtæ hæretici, præficientur judices in cauſis eorum contra Deum! Et tumultuabitur puer contra ſe- *Iſai. 3. 5.*
nem; & ignobilis contra nobilem, mancipium contra Dominum, degener filius contra patrem.
E Jam abyſſus detractionum, puteus ſcandalorum, jurgia diſſenſionum omnium aperitur, quando libertas omnimoda traditur ſubditis de vita ſui Præpoſiti ferre ſententiam, & auferre ſtipendium. In leviori cauſa de pecuniis accomodatis, vel depoſitis arguebat Apoſtolus populum Corinthiorum, quod non elegiſſent unum ſapientem inter omnes, qui judicaret inter eos:

(*a*) Hoc nomine creduntur appellari Diſcipuli Judæ Gaulonitæ, ſeu Galilæi, qui *in diebus profeſſionis*, nempe *cenſus* ab Auguſto indicti, turbas in Judæa moliebatur. Hic vero Iſraelitas, utpote Dei populum, nulli hominum jugo ſubjectos eſſe docebat. Plures habuit ſectarios, quos alii *Galilæos* appellabant, quod *Gaulon* in ſuperiori Galilæa ſita eſſet: alii *Herodianos*, quod ea urbs Herodi Antipæ pareret. Cum Phariſæis in reliquis conveniebant dogmatibus. Plures alias de Herodianorum origine & erroribus opiniones refert *Auguſtinus Calmet* in Diction. Bibl.

(*b*) Quæ in hoc capite pro Eccleſiæ Paſtoribus dicuntur, ad Reges quoque & ſæculares Dominos ſunt referenda. Etenim non modo ſpiritualibus Paſtoribus, ob vitæ corruptelam, debita Wicleffus ſubtraxit alimenta; ſed Principes quoque ac temporales Dominos, ob quodcumque lethale peccatum, ſtatim ab omni jure Dominii excidere definivit, ut notat in capite præcedenti num. 1. Waldenſis ipſe. Hiſce autem adinventionibus oportuna rebellionis ſubſidia ſibi & ſuis parabat Wicleffus.

1. Cor. 6. 5. „ Ad verecundiam dico: ſic non eſt inter vos
„ ſapiens quiſquam, qui poſſit judicare inter
„ fratrem & fratrem ſuum: ſed frater cum fra-
„ tre judicio contendit? „ Jam ſecundum hanc
hæreſim non cum fratre frater, ſed cum Patre
filius in judicio contendit; non ſolum „ ſed
vincit.

2. Et quid dicis ad Chriſti Evangelium, ju-
Matth. 23. 3. bens ut Chriſtiani Scribis & Phariſæis atten-
dant, qui ſuper cathedram Moyſi ſedent: qui
dicunt, & non faciunt? *Quod dicunt vobis* (in-
quit) *facite; ſecundum opera eorum nolite face-
re;* ergo relinquentes eorum malam vitam, de-
bent honorare doctrinam. Et ſolvitur argumen-
tum, quod feciſti. Subditi debent judicare u-
trum Paſtor fideliter doceat; nullatenus tamen
debent eum per ſe ipſos judicio arguere, quod
male vivat. Unde *ſuper epiſt.* II. ad Tim. ho-
Chryſoſtomus To. 4. pag. 1381. mil. II. CHRYSOSTOMUS. Neſcis quid eſt Sacer-
„ dos? Angelus Dei eſt. Unde enim quæ ſui B
„ ipſius ſunt loquitur? Si contempſeris, non
„ eum contemnis, ſed eum qui inthronizavit
„ eum, ideſt, Deum. Et unde manifeſtum,
„ quod Deus inthronizavit eum? dicit quis.
„ Nunc igitur ſi hanc habeas ſuſpicionem, ſpes
„ tua evacuata eſt: ſi enim nihil agit Deus per
„ eum, neque lavacrum habes, neque myſteriis
„ participas, neque benedictionibus frueris: non
„ ergo chriſtianus. Quid ergo? omnes Deus in-
„ thronizavit, etiam indignos? Omnes qui-
„ dem non inthronizat; per omnes autem
„ eſt Chriſtus idem, etſi ipſi ſint indigni, pro-
„ pterea ut ſalvetur populus. -- Et bene infra. -- C
„ Nam ſi dogma habet perverſum, licet vitæ
„ Angelus ſit, ne obedias; SI VERO RECTE DO-
„ CET, ne attendas vitam, ſed verba. „ Hæc
ille. Ergo ſolvitur ratio, quam feciſti: quia de
Populus de doctrina paſtoris judicet, non de vita. doctrina paſtoris habet populus judicare, non de
ejus vita diſcutere. Quod autem de Chriſto di-
cis, certe torſiſti Scripturas. Chriſtus enim non
Joan. 10. 37. dixit: *Si non fecero opera Patris mei, judicate
me;* ſed *nolite credere*. Quæ ſunt illa opera,
Joan. 15. 24. alibi dicit: *Si opera non feciſſem in eis, quæ
nemo alius fecit, peccatum non haberent*: & hæc
ſunt miracula, de quibus etiam ipſe ſuperius
Joan. 10. 25. dixit, *Opera quæ ego facio in nomine Patris mei,* D
Chryſoſtomus hom. 60. in Joan. To. 3. pag. 345. Edit. Pariſien. *illa teſtimonium perhibent de me*. Ubi Hom. LXI.
CHRYSOSTOMUS. Tolerabiles eorum principes
„ continue ad invicem dixerunt: *non enim poteſt
Joan. 3. 2. „ homo peccator talia ſigna facere, niſi fuerit
„ Deus cum eo*. Et conſiderantes ſigna, quæ fa-
4. 29. „ ciebat, dixerunt: *Nonne hic eſt Chriſtus?* --
„ Sequitur. -- Quia igitur ſimulabant tunc a
„ nudo ſuaderi verbo, qui tot non ſuaſi ſunt
„ operibus, arguit eorum malitiam, dicens:
10. 37. „ Quoniam ſi operibus non creditis, qualiter
„ verbis credetis? „ Hæc ille. Juſſit ergo Chri-
ſtus, ut propter miracula crederent, non ut vi-
tam cum operibus judicarent. Et quod arguis E
extollentiam Antichriſti ſuper Chriſtum, ego
redarguo. Chriſtus enim dixit mulieri adulteræ
Joan. 8. 11. jam convictæ: *nec ego te condemnabo; vade, jam
amplius noli peccare*. Joan. VIII. Chriſtus item
v. 15. dixit: *Ego non judico quemquam*. Quæ ergo ex-
tollentia Antichriſti ſuper Chriſtum, ut tu ju-
dicare præſumas, & condemnare privatim, ubi
Chriſtus judicare noluit in judicio publico jam
convictam? Sed huic ſuperaddis majorem blaſ-
phemiam, dicens, quod ſufficit judicium in fo-
ro conſcientiæ, in *ſpeculo militantis Eccleſiæ*
Wicleffus Joan. 10. 37. cap. VI. „ Chriſtus ex fide dixit Joan. X. *Si non
„ facio opera Patris mei, nolite mihi credere:
„ ſi autem facio, & ſi mihi non vultis credere,
„ operibus credite*. Si autem Chriſtus Deus &
„ homo ex fide reliquit Judæis judicium ex ſuis
„ operibus judicandi, quis eſt iſte Antichriſtus
„ qui non vult ex operibus in malitia tantum
„ patentibus ab hominibus judicari? Non enim
„ requiritur nobis proceſſus in foro cæſareo,
„ ſed proceſſus in foro conſcientiæ, ad ſic, quo-
„ modo Chriſtus exigit, operandum. „ Hæc
A Wicleffus.

3. Contra omnes Catholicos Sacerdotes & cle-
ricos licentiam iſtam donat faciliime judican-
di: ſolis vero prædicatoribus & diſcipulis ſuis
hæreticis proceſſum juris cum omni difficultate
contra eos judicandi dicit eſſe ſervandum, in
opere ſuo Epiſtolari, ſerm. X. „ Non (inquit) Wicleffus
„ debet Prælatus Eccleſiæ credere in iſto cui-
„ cumque pſeudoclerico, vel falſo nugigerulo,
„ ſed veritatem erroris talis Presbyteri ſecun-
„ dum probationem validam expectare: aliter
„ enim ex ſibi dubio incideret in infinitas hæ-
„ reſes Antichriſti, & blaſphemaret extollendo
B „ ſe ſuper Deum, puniendo in caſu ſimplicem
„ presbyterum ante notitiam culpæ ejus: quod
„ indubie Deus non poteſt facere. Probatio au-
„ tem talis criminis prædicantis pateret maxi-
„ me ex teſtimonio Auditorii prudentius evan-
„ gelizationem Presbyteri audientis: poteſt enim
„ pſeudo idiota ex invida & ex cœca ignoran-
„ tia juſtum Presbyterum accuſare. Ideo ſi cœ-
„ cus talis cœcum Prælatum ducat ad irregu-
„ lariter puniendum, ambo in foveam cadent. „ Matth. 15. 14.
Hæc Wicleffus. Videtis, qualis iſte ſit legifer,
quam inutilis, quam inæqualis, quam perſo-
narum acceptor. Nihil facilius permittitur ſub-
C ditis judicare, quam de doctrina Presbyteri:
nihil difficilius, quam de vita, ut jam ſupra * * num. 2.
dixit Chryſoſtomus. Et videtis quam facile per- * Wicleffus
mittit judicium de vita Prælati, de qua quem-
libet ſubditum conſtituit judicem: publicum ve-
tat expectare judicium, forum conſcientiæ di-
cit ſufficere, ſecundum quod omnem poſſit ſubdi-
tus victum tollere Sacerdotis. De doctrina pſeu- Contradictio Wicleffi
dopresbyteri ſoli Prælato ſervat decretum; pro-
bationem exigit validam, forum expetit publi-
cum, ne audiatur quiſquam idiota contra Sa-
cerdotem extraneum, cui ſupra conceſſit per ſe
judicium facere contra patrem proprium, con-
tra paſtorem.

4. Quis ſapiens, & intelliget hæc? In hac Pſal. 106. 43.
autem hæreſi de licentioſo judicio conſcientiæ
fuerunt quidam Corinthii, quibus Paulus ait 1.
Cor. IV. „ Mihi pro minimo eſt, ut a vobis ju- 1. Cor. 4. 3.
„ dicer, aut ab humano die; ſed neque me ip-
„ ſum judico. Qui autem judicat me, Domi-
„ nus eſt. „ Ubi *in annotationibus* HIERONYMUS. * Hieronymus To. 11. pag. 910.
„ Interrogantis vox eſt: ideſt, vos hic jam pu-
„ tatis conſcientias judicare *; *Mihi autem pro* * M. judicari
„ *minimo eſt &c.* Humanum judicium nullius di-
„ co momenti, in quo ſæpe veritas & juſtitia
„ fruſtratur: *diem enim hominis non concupi-* Jerem. 17. 16.
E „ *vi* *, Jeremias ait. „ Hæc ille. Item in Ex- * Vulg. deſideravi.
poſitione HAYMO. Pſeudoapoſtoli ac Philoſo- Haymo
„ phi, & quidam Corinthiorum ſeducti ab il-
„ lis dijudicabant, ſive deridebant Paulum Apo- Pauli ſimplex prædicatio irridebatur
„ ſtolum, eo quod non diſcreparet a prædica-
„ tione Petri, aliorumque Apoſtolorum, ſim-
„ pliciter & ruſtice prædicans. -- Et infra. --
„ Aliter enim prædicat exterius, atque aliter
„ agit interius & in occulto. Sic Apoſtolus non
„ curans de eorum detractionibus & irriſioni-
„ bus, ſciens pro certo, quia NIHIL NOCENT
„ HOMINI aliena verba, quem propria non ma-
„ culat conſcientia, *Mihi* (inquit) *pro mini-
„ mo eſt &c.* Hæc ille. Dicat omnis Paſtor ſuo
ſubdito: „ Quid mihi de judicio in foro con-
„ ſcientiæ tuæ, quam ideo ſcio eſſe erroneam,
„ quia præſumit judicare parentem? An non

erat

„ errat forum conſcientiæ tuæ per te uſurpans
„ in tua cauſa, & te teſte ſolo, judicium; cum
Deut. 19. 15. „ lex divina dicat Deuter. XIX. *Non ſtabit te-*
„ *ſtis unus contra aliquem, quidquid illud pec-*
„ *cati aut facinoris fuerit; ſed in ore duorum*
„ *vel trium teſtium ſtabit omne verbum?* An
„ non errat forum conſcientiæ tuæ, quando
„ tuo arbitrio, cauſa indiſcuſſa, Patri tuo ſpi-
„ rituali ſubtrahis honorem debitum ſui victus,
Deut. 27. 16. „ dicente Domino Deuter. XXVII. *Maledictus ho-*
„ *mo, qui non honorat patrem ſuum, & matrem*
„ *ſuam: & dicet omnis populus, Amen?*

5. An non errat forum conſcientiæ tuæ, quando in ſanctos Sacerdotes tuum intrudis judicium, a quibus te judicari oportet, dicente Domino
Deut. 17. 8. &c. Deuter. XVII. „ Si difficile & ambiguum apud
„ te judicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem
„ & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram &
„ non lepram – Sequitur – Surge & aſcende
„ in locum, quem elegerit Dominus Deus tuus;
„ venieſque ad Sacerdotem Levitici generis, &
„ ad judicem, qui fuerit in illo tempore; quæ-
„ reſque ab eis, qui indicabunt tibi judicii ve-
„ ritatem, & facies quodcumque dixerint tibi.
„ -- Et in poſteriori textu. -- Qui autem ſu-
„ perbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio,
„ qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo,
„ & decreto judicis, morietur homo ille. „
In omnibus his judiciis perverſæ conſcientiæ,
1. Cor. 4. 3. ſimul ut Paulus, judicatus Paſtor dicat: *Mihi pro minimo eſt, ut a vobis judicer, aut ab humano die.* Nec accipimus gloſſam tuam, *ſi fuerint Sacerdotes boni, non perverſi:* quia Scriptura abſolute poſita reſpuit gloſſam tuam. Quod ſi inſiſtas gloſſæ tuæ, peritiores gloſſatores petamus Patres Eccleſiæ. Teleſphorus Papa, ſe-
* Epiſt. ad Generoſum ptimus a B. Petro, ex computo Auguſtini, *
Teleſphorus Decreto ſuo cap. III. TELESPHORUS. Ipſi, qui
apud Labb. „ proprio ore corpus Domini conficiunt, ab
to. 1. pag. 564. „ omnibus ſunt obediendi & metuendi, non
„ dilacerandi aut detrahendi: quia a quibus
„ Domini populus ſe benedici, ſalvari & in-
„ ſtitui cupit, nullatenus debet eos arguere;
„ nec vulgus in eorum accuſationem ſuſcipi.
„ Populus enim ab eis docendus eſt & corri-
„ piendus, non ipſi ab eo, quia *non eſt diſci-*
Luc. 6. 40. „ *pulus ſuper magiſtrum.* Nullo ergo modo Do-
„ mini Pontifices, & reliqui Sacerdotes, quibus
„ Domini commiſſa eſt plebs, rite populum
„ poſſunt corrigere, ſi deceptionis ſe cognove-
„ rint laqueo infeſtari. Unde juſtum eſt omnes
„ in univerſo orbe Doctores legis, ea quæ le-
„ gis ſunt ſapere, & non Sacerdotes Domini
„ labiis ſuis, aut quibuslibet machinationibus
„ maculare. Dum enim ipſos diſponunt, aut
„ cupiunt maculare, potius ſe ipſos maculant
„ & vulnerant. Dei ergo ordinationem accuſat,
„ qua reus conſtituitur, qui Sacerdotes accu-
„ ſat, vel damnari cupit; a quibus ſe omnes
„ fideles cavere debent, quia non ſolum qui
„ faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facienti-
Rom. 1. 32. „ bus, rei ſunt. „ Hæc ille. Item lib. II. *de*
Gregorius Nazianzen. Orat. 40. pag. 658. *Epiphaniis*, poſt medium, GREGORIUS NAZIANZENUS. Cum deinde etiam illud docet quomo-
„ do ſubjectos eſſe oporteat eos qui accedunt
„ ad gratiam, his quibus diſpenſatio miniſte-
„ riorum Dei commiſſa eſt, maxime etiam ſi
„ dignitate aliqua ſibi, vel ſapientia præditi
„ videantur. -- Sequitur. -- Nemo diſſimulet ba-
„ ptiſmum, nemo contemnat, nemo certæ præ-
„ dicatoribus fidei, & diſpenſatoribus gratiæ
„ Dei reſiſtat, atque repugnet; ſed cum omni
*Chryſoſtomus „ veneratione ſe ſubjiciat. „ Hæc ille. Item
To. 2 Edit. ſuper Matth. *in Imperf.* homil. XL. CHRYSOSTO-
Pariſien. MUS. Vos qui ſedetis in Eccleſia quaſi Sacer-

„ dotum judices, & non auditores; aliena di-
„ ſcutientes, & propria non conſiderantes; ju-
„ dicate de Sacerdotibus, ſicut vos omnes au-
„ ditis, & non omnes facitis: quod auditis,
„ ſic Sacerdotes omnes faciunt, ſed non faciunt
„ omnes quod docent. Nam in omnibus ho-
A „ minibus dignitas quidem diverſa eſt, omnium
„ autem natura una eſt. Homines enim ab ini-
„ tio creati ſunt propter ſe; poſtea autem Sa-
„ cerdotes ordinati ſunt propter vos. Propte-
„ rea natura eorum, ipſorum eſt; ordinatio au-
„ tem eorum, veſtra. Unde ſi bene vixerint,
„ lucrum eſt eorum; ſi bene docuerint, veſtrum
„ eſt. Accipite igitur quod veſtrum eſt, & no-
„ lite diſcutere quod alienum eſt. Sicut enim
„ Sacerdotes etiam infideles docent propter fi-
„ deles, melius judicantes propter bonos etiam
„ malos fovere, quam propter malos etiam bo-
„ nos negligere. Sic & vos propter bonos Sa-
B „ cerdotes, etiam malos honorate: nec propter
„ malos Sacerdotes, etiam bonos contemnatis.
„ Melius eſt enim malis injuſta præſtare, quam
„ bonis juſta ſubtrahere. Frequenter enim de
„ malo homine bona doctrina procedit: ecce
„ enim & vilis terra pretioſum aurum produ-
„ cit. Numquid propter vilem terram, pretio-
„ ſum aurum contemnitur? Non: ſed ſic aurum
„ eligitur, & terra relinquitur. Sic vos doctri-
„ nam ſuſcipite, & mores relinquite. „ Hæc
Chryſoſtomus. Jam video Chryſoſtomum reſpondere ſophiſmati Wicleffi, dicentis *de officio paſtorali* cap. VIII. probantis ab intento licitam
C ſubtractionem Decimarum per populum a Presbytero delinquente. WICLEFFUS. Taliter (in- Wicleffus
„ quit) delinquentem notorie ſuſtentans Cu-
„ ratum, dat imprudenter eleemoſinam contra
„ Chriſtum: ſed hoc nemo faceret; ergo nec
„ tali Curato in temporali eleemoſina ſubveni-
„ ret. Item ſimiliter ex fide, quam docet Apo-
„ ſtolus ad Rom. 1. & per leges multiplices, Rom. 1. 32.
„ periculoſum peccatum eſt crimini conſenti-
„ re: ſed ſic faciunt ſubditi, qui taliter Cura-
„ to in temporalibus ſubminiſtrant: igitur ut
„ ſic peccant graviter. „ Hæc Wicleffus.

6. Breviter reſpondet Chryſoſtomus, quod ſi-
D cut Sacerdotes docent infideles propter fideles;
ſic populus propter bonos Sacerdotes debet paſcere & honorare perverſos: quia, ut dicit, melius eſt malis injuſta præſtare, quam bonis juſta ſubtrahere. Nec ideo conſentiet illi in crimine, quia docet Auguſtinus *, quod debet hominem paſcere, quia homo eſt, non quia peccator eſt. Alioquin quis tantus peccator, quis tam criminoſus (inquit) eſſe poſſet, ut Deus eum non paſcat, qui omnes peccatores ſuſtentat & paſcit? Sed hoc argumento rudibili & prophano docet populum ſeditioſe, ne miniſtret vel ſerviat Principi criminoſo, ne debitores ſolvant
E ſtatim debita creditori jam in peccato, quia hoc eſſet præſtare favorem delicto. Hoc idem eſt dicere: ſubtrahat honorem a Sacerdote perverſo. Sed idem Chryſoſtomus *ſuper Joan.* dicit hom. LXXXV. CHRYSOSTOMUS. Nunc non eſt di-

[Margin: Propter bonos Sacerdotes, paſcendi & honorandi ſunt mali. — * ſupra cap. 65. num. 1. — Wicleffus ſub colore ſanctæ vitæ, populum urget contra Principes]

„ cere, *In cathedra Moyſi ſederunt ſacerdotes;* Chryſoſtomus To. 3. pag. 349. Edit. Pariſ. 1554.
„ ſed, *in ea quæ Chriſti:* illius enim ſuſcepe-
„ runt magiſterii doctrinam. Idcirco Paulus ait:
„ *Pro Chriſto legatione fungimur.* Non videtis 2. Cor. 5. 20.
„ in his qui foris ſunt, Principibus univerſis (*a*) a
„ ſe curvantes; & ſæpe genere, vita & pru-
„ dentia potioribus, deteriores præponi? Sed
„ propter eum qui dedit judices, nihil horum
„ excogitant, ſed venerantur ſententiam Regis,
„ etſi quicumque abjectus fuerit qui accepit
„ Principatum. Demum ſi ubi homo inthroni-
„ zaverit, eſt tantus timor: Deo autem inthro-
„ nizan-

(*a*) *Cod. Vat.* Univerſos curvantes & genere meliores exiſtentes ſunt multotiens & vita, & prudentia his qui judicant eos: ſed tamen propter eum &c.

,, te & contemnimus eum qui inthronizatus eſt,
,, & conviciamur, & decem millibus opprobriis la-
,, niamus; & fratres noſtros prohibiti judicare, ad-
,, verſus Sacerdotes linguam exacuimus? Hæc ille.
7. Bene argumentatur Chryſoſtomus a majo-
ri, chriſtianos populares non debere judicare
magiſtros, quia prohibiti ſunt judicare fratres A
Matth. 7. 1.
ſibi pares Matth. VII. *Nolite judicare, & non*
judicabimini. Quem textum cum objicerem *Joan-*
ni Caſtri veteris (a) militari viro, jam reſpon-
* Arundellio.
denti in materia hæreſis coram Thoma * Pri-
mate Cantuariæ; ,, & alibi (inquit) ſcribitur,
Joan. 7. 24.
,, *Juſtum judicium judicate:* & alibi, *Recta ju-*
Pſal. 57. 2.
,, *dicate filii hominum:* ,, non intelligens ubi
Dominus reprimit improborum judicium ma-
lum, & ubi hortatur judicare in bonum: aut
ubi eſt præſumptum judicium, ubi injunctum ad
officium; a quorum duobus licitis longe diſtant
judices Wicleviſtarum præcipites. Super II. Epiſt.
Chryſoſtomus To. 4. pag. 1381.
ad Tim. hom. II. CHRYSOSTOMUS. Si debemus B
,, examinare vitas principantium, ipſi debemus
,, eſſe inthronizatores magiſtrorum; & quæ ſur-
,, ſum ſunt, inferius fient: ſurſum pedes, & in-
1. Cor. 4. 3.
,, ferius caput. Audi Paulum dicentem, *Mihi*
,, *vero minimum eſt ut a vobis judicer, aut ab*
Rom. 14. 10.
,, *humano die*. Et rurſum; *Tu quid judicas fra-*
,, *trem suum?* Si fratrem non oportet judica-
,, re, multo magis Magiſtrum. Si enim hoc
,, injunxerit Deus, bene facis, & peccas non
,, faciens. Si vero contrarium, ne audeas; ne-
,, que quæ ſuper te jacent tentes inferre Sacer-
,, doti: per talium enim facturam inſurrexe-
Num. 16.
,, runt quæ circa Chore, Dathan, & Abyron C
,, &c. ,, Hæc Chryſoſtomus. A quo loco item
exordiens idem Chryſoſtomus lib. III. Dialog.
b Chryſoſtomus To. 5. pag. 439.
Paſtoral. (b) cap. V. CHRYSOSTOMUS. Et quidem
,, Sacerdotes in veteri teſtamento habebant po-
,, teſtatem curandi corporis lepram; immo non
,, curandi, ſed oſtendendi tantum eos, quos
,, conſtabat fuiſſe mundatos; & noſti quantus
,, ibi imminebat labor. At hi non corporis le-
,, pram ſed immunditiam mentium non ex par-
,, te probandi, ſed omnifariam mundandi ob-
,, tinent poteſtatem. Propter quod qui iſtos
,, deſpiciunt magis mihi rei quam Dathan &
,, Abyron videntur, dignique majori ſupplicio D
,, quam illi: qui etſi indebitum honorem uſur-
,, pare voluerunt, tamen magnam habebant
,, myſterii ipſius opinionem, cujus ſe velle fie-
,, ri participes vel temeritate docuerunt. Hi
,, vero quanto huic officio plus honoris acceſ-
,, ſit, & in gloriam promovit ampliſſimam,
,, tanto ex adverſo quam Dathan & Abyron,
,, atque auſu majore delinquunt. Neque enim
,, æquale peccatum eſt indebitum honorem vel-
,, le pervadere, & quod tam magnum eſt au-
,, dere deſpicere, ſed tanto gravius eſt iſtud il-
,, lo, quantum diſtat inter ambitum atque deſ-
,, pectum. ,, Hæc Chryſoſtomus. Item Grego- E
rius Papa Romanus IV. lib. *Paſtoral.* cap. V. GRE-
Gregorius To. 2. parte 3. cap. 4. pag. 19.
GORIUS. Admonendi ſunt ſubditi, ne Præpoſi-
,, torum ſuorum vitam temere judicent, ſi quid
,, eos agere fortaſſe reprehenſibile vident; ne
,, unde recte mala redarguunt, inde per elatio-
* M. impulſum
,, nis pulſum * in profundiora mergantur.
,, Admonendi ſunt, ne cum culpas Præpoſito-
,, rum conſiderant, contra eos audaciores fiant.
,, Sed ſi qua valde ſint eorum prava, ſic apud
,, eos dijudicent, ut tamen divino timore con-
,, ſtricti, ferre ſub eis jugum reverentiæ non

,, recuſent. Quod melius oſtendemus, ſi Da-
1. Reg. 24. 4. &c.
,, vid factum ad medium reducamus. Saul quip-
,, pe perſecutor, cum ad purgandum ventrem
,, ſpeluncam fuiſſet ingreſſus, illuc cum vi-
,, ris ſuis David iverat, qui tam longo tem-
,, pore perſecutionis ejus mala tolerabat.
,, Cumque viri ejus ad feriendum Saul eum
,, accenderent, fregit eos cum reſponſionibus,
,, quia manum in Chriſtum Domini mittere
* M. deberet
,, non auderet *. Qui tamen occulte ſurrexit,
In Saul mali rectores, in David boni ſubditi deſignantur
,, oramque chlamydis ejus abſcidit. Quid enim
,, per Saul, niſi mali Rectores? Quid per Da-
,, vid, niſi boni ſubditi deſignantur? Saul igi-
,, tur ventrem purgare, eſt pravos Præpoſitos
,, conceptam in corde malitiam uſque ad ope-
,, ra miſeri odoris oſtendere, & cogitata apud
,, ſe noxia factis exterioribus exequendo demon-
,, ſtrare. Quem tamen ferire David metuit,
,, quia piæ ſubditorum mentes ab omni peſte
,, obtrectationis abſtinentes, Præpoſitorum vi-
,, tam nullo linguæ gladio percutiunt, etiam
* M. reprehendunt
,, cum de imperfectione reprehenduntur *. Qui
,, etſi quando pro infirmitate abſtinere ſe ſe
,, vix poſſunt, ut extrema quædam exteriora
,, Præpoſitorum mala, ſed tamen humiliter lo-
,, quantur, quaſi oram chlamydis ſilenter in-
,, ſcindunt; quia videlicet dum Prælati digni-
,, tati ſaltem innoxie & latenter derogant, quaſi
,, Regis ſuperpoſitam veſtem fœdant. Sed tan-
,, dem ad ſemetipſos redeunt, ſeque vehemen-
,, tiſſime vel de tenuiſſima verbi laceratione
,, reprehendunt. Unde bene & illic ſcriptum
1. Reg. 24. 6. 2. 9. 7. c. ovos
,, eſt, *Poſt hæc David percuſſit cor ſuum, eo quod*
,, *abſcidiſſet oram chlamydis Saul*. Facta quippe
,, Præpoſitorum oris gladio ferienda non ſunt,
,, etiam cum recte reprehendenda judicantur.
,, Si quando vero contra eos vel in minimis
,, lingua labitur, neceſſe eſt ut per aflictiones
,, pœnitentiæ cor prematur; quatenus ad ſeme-
,, tipſum redeat, & cum præpoſitæ poteſtati de-
,, liquerit, ejus contra ſe judicium, a quo ſibi
,, prælata eſt, perhorreſcat. Nam cum in Præ-
,, poſitos delinquimus, ordinationi ejus, qui
,, nobis eos prætulit, obviamus. Unde Moy-
,, ſes quoque cum contra ſe & Aaron conque-
,, ri populum cognoviſſet, ait: Nos enim quid
Exodi 16. 8.
,, ſumus? nec contra nos eſt murmur veſtrum,
,, ſed contra Dominum. Hæc Gregorius. Patefecit
clariſſime contra Wicleſſum, quod NON JUDICA-
BIT SUBDITUS SACERDOTEM, ut illi neceat; ju-
dicare tamen poteſt, ut illi proficiat. Nec te-
mere judicat, qui malefacta Paſtoris ne ſequa-
tur, præcavet & damnat: temere vero judicat,
qui verbo famam, aut facto ſubſtantiam ejus
amputat, unde vivat. Et idem Gregorius XXV.
Job 34. 30.
Moral. cap. XVI. textu Job, *Qui regnare facit ho-*
Gregorius To. 1. pag. 807. num. 36.
minem hypocritam, GREGORIUS. Quia Rectores
,, habent judicem ſuum, magna cautela ſubdi-
,, torum eſt, non temere vitam judicare regen-
,, tium. Neque enim fruſtra per ſemetipſum
Matth. 21. 12.
,, Dominus æs nummulariorum fudit, & cathe-
,, dras vendentium columbas evertit: nimirum
,, ſignificans, quia per magiſtros quidem vitam
,, judicat plebium; ſed per ſemetipſum facta
,, examinat magiſtrorum. ,, Hæc ille.

C A-

(a) Vulgo *Joannes Oldecaſtell* de quo plura diximus ſupra in Epiſtola Waldenſis ad Martinum V. nuncupatoria num. 9. & in Præfat. Generali num. XI. Hunc citavit Thomas Arundellius Cantuarien. Archiep. ad Conventum Londinen. an. 1408. ut reſponderet in materia hæreſis. Ibi adſuit, ac diſputavit Thomas Waldenſis, utpote in Anglia generalis fidei Inquiſitor.

(b) Lib. 3. *de Sacerdotio*.

CAPUT LXVII.

De Doctoribus ſcholaſticis, & Univerſitatum, & Studiorum fundatione catholica.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Doctoratus Chriſtianorum, eſto quod de Gentilium conſuetudine ſit introductus, non eſt propterea damnandus: non enim eſt a ratione alienum; deque lege Dei manavit.*
2. *Doctoratus gradum & officium ab aliis ſegregatum in Antiochena Eccleſia primum Apoſtoli ad normam legis divinæ inſtituerunt.*
3. *Alexandrina Eccleſia Antiochenam imitata, a tempore Beati Marci Evangeliſtæ inſtituit Magiſtros, & Doctores in literis cum humanis tum divinis eruditos, qui ſcholis publicis præficerentur.*
4. *Sicut modo dantur gradus in ſcholaſtica diſciplina Doctoratus & Baccalaureatus, ita quoque in primitiva Eccleſia factum eſt.*
5. *Docendi munus ab Epiſcopis olim Doctoribus injungebatur, ſicuti modo etiam Univerſitates & Gymnaſia generalia non docent, niſi authoritate Pontificali.*
6. *Debachantur hæretici in Univerſitates, quod videant, illis e medio ſublatis, ſe facilius poſſe ſua prava dogmata docere.*
7. *Ad opus docendi obeundum, neceſſaria eſt diuturna in literis exercitatio.*

* paſtores ſupple — I. HOs * non tam ſequitur, quam comitatur cœtus Doctorum in Eccleſia, qui ſine officio Paſtoris alios inſtruunt, & ex merito laureolam conſequuntur. Unde Paulus ad Epheſ. IV. *Quoſdam autem Paſtores & Doctores ad conſummationem Sanctorum*. Ubi in *annotationibus* HIERONYMUS. Paſtores (inquit) ſunt „ Sacerdotes, Doctores vero omnes qui idonei „ ſunt ad alios inſtituendos. Omnis Paſtor Do„ ctor; non tamen omnis Doctor, Paſtor. „ Hæc ille. Credis ne, quod hi inter cæteros poſſunt a laqueo linguæ iniquæ ſe tueri, & blaſphemantis Wicleffi evadere judicium ultionis? Audi & cum ipſe Doctor fuerit, quomodo gradum ſuum ſalutat Doctor & Magiſter Apoſtata, in Tract. XXIV. *ſuper Matth. c. 4.* WICLEFFUS. Licet in quibuſdam „ Studiis nomen *Doctoris* ſit excellentius, cum ſit „ ritus gentilis, ex multis honoribus & ſtatibus „ aggregatis; tamen in textu Apoſtoli ſumitur „ ſimpliciter pro quocumque fideli, qui nota„ biliter docet fidem catholicam: & ſic dicit „ nomen *Doctoris* meritum & laborem, & in„ terimit ſuperbiam & ſtatus eminentiam quo„ ad mundum. „ Hæc ille. Intelligite, quod damnare intendit omnem Doctoratum catholicum ſcholaſticum per longum exercitium acquiſitum, & a peritis juris * approbatum. Unde ſequitur ibi in cap. V. WICLEFFUS. Breviter, „ omnis ſecta, ſtatus, vel operatio, quam Chri„ ſtus non approbat in ſuo Evangelio, eſt ra„ tionabiliter dimittenda: ideo quoniam Chri„ ſtus non approbat, ſed reprobat gentile *Ma*„ *giſterium* ſupradictum, patet, quod ſicut qua„ tuor ſectæ, quas ſæpe memini, eſt de Eccle„ ſia dimittendum (*a*) „ Hæc ille. Vocat Doctoratum noſtrum ſcholaſticum *gentile magiſterium*, quod Chriſtus, ut dicit, nobis prohibuit, cum diceret: *Nolite vocari Magiſtri*. Et in de

Epheſ. 4. 11.

* Hieronymus To. 11. pag. 1004. Omnis Paſtor eſt Doctor, non econverſo.

Wicleffus

* Cod. Ferrar. viris

Wicleffus

a

Matth. 23. 8. Wicleffus

A „ *ſerm. Dom. in monte* cap. VI. Nota (inquit) „ quod nomen officii multum diſtat a nomine „ graduationis ſcholaſticæ *gentiliter* introdu„ ctæ. „ Hæc Wicleffus. Damnat ergo gradum cum nomine. Qua autem occaſione dicit Doctoratum noſtrum & Magiſterium in ſtudiis adeptum eſſe *gentile* quid *gentiliter* introductum, neſcio, niſi quia magis placuit ipſi maledicere quam benedicere; male interpretari bonum, quam profuturum ferre judicium: forſitan quia ſimilia habebant Gentiles ſtudia Athenis & Romæ, qualia nos habemus cum ſuis ritibus & gradibus Pariſiis (*b*), & Oxoniæ (*c*). Sed per

b c

B hoc damnaret Sanctum Clementem, qui more Gentilium, ubi ipſi ſtatuerant *Archiflamines* *, ibi juſſit inter Chriſtianos *Archiepiſcopos*; & ubi *Flamines*, ibi conſtituit *Epiſcopos* collocari. Et noceret fidei, quod Paulus cum Judæis circumcidit Timotheum: & ſine differentia, more Gentilium, juſſit edere eſcas ita, ſi cum gratiarum actione perciperent. Sed hoc errore circumventi quidam Sanctum ſunt calumniati Gregorium, dicentes, eum Græcam omnino Conſtantinopolitanam ſequi Eccleſiam. GREGORIUS. Cum di„ cerem (inquit) quas conſuetudines ejus * ſe„ quimur? reſpondit quidam *: quia *alleluja* di-

* Vide de his jam dicta cap. 5. num. 4. hujus lib.

Act. 16. 3.

1. Tim. 4. 3.

Gregorius To. 2. pag. 614. Edit. Pariſien. an. 1571.

* Conſtantinopolitana Eccleſiæ

* quidam de Sicilia

C „ ci ad miſſas extra Pentecoſtes tempora faci„ tis: quia Subdiaconos ſpoliatos procedere: „ quia *Kyrie eleyſon* dici: quia orationem Do„ minicam mox poſt Canonem dici ſtatuitis. „ Cui ego reſpondi, quod in nullo eorum a„ liam Eccleſiam ſecuti ſumus. Nam ut *Alle„ luja* hic diceretur, de Jeroſolymorum Eccle„ ſia ex Beati Hieronymi traditione tempore „ Beatæ memoriæ Damaſi Papæ traditur tra„ ctum. -- Concludit finaliter. -- Nam de Con„ ſtantinopolitana Eccleſia quod dicunt, quis „ eam dubitet Sedi Apoſtolicæ eſſe ſubjectam: „ quod & piiſſimus Dominus Imperator, & fra-

D „ ter noſter ejuſdem Civitatis Epiſcopus aſſidue „ profitentur? Tamen ſi quid boni vel ipſa, „ vel altera Eccleſia habet; ego & minores meos, „ quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari „ paratus ſum. STULTUS EST ENIM, QUI in eo ſe „ primum exiſtimat, ut bona quæ viderit di„ ſcere contemnat. „ Hæc ille VII. lib. *Regiſt.* Epiſt. LXIII. *ad Joannem Syracuſanum*. Ita Eccleſia Chriſti negat ſe gentiliter exaltare magiſtros, quamvis jam ſuos exaltet magiſtros ut olim Gentilitas: nec cum ſuo Gregorio dedigna-

E tur imitari minores ſuos in bono; ſicut nec ſapiens Moyſes conſilium gentilis ſoceri ſui Jethro. Immo conſulit Auguſtinus *de Doctrina Chriſtiana*, in talibus ſpoliare Ægyptios, ut ditemus Hebræos; ideſt, mundi philoſophos, ut inſtauremus Eccleſias. Verumtamen ſemper dico, quod falleris: non enim, ut tu putas, imitamur Gentiles: quia graduatio illa Eccleſiaſtici Doctoratus prius fuit in lege Dei ſcripta, quam in gentilitate prophana. Vide Ambroſium

Exodi 18. 24.

Auguſtinus To. 3. lib. 2. cap. 40. pag. 42. num. 60.

Graduatio Scholaſtica prius fuit apud Hebræos, quam Gentiles

(*a*) His concinebant Huſſitæ, de quibus narrat *Joannes Dubravius* lib. 26. de Thaboritarum & Pragenſium Huſſitarum diſſenſionibus, quod ferre nullus poterat, ut ſe quiſquam Artium *Magiſtrum*, aut civilis Canonicique juris *Doctorem* appellaret.

(*b*) Pariſienſis Academiæ initia a temporibus Caroli Magni circa an. Chriſti 800. ducunt nonnulli. Sed non deſunt qui ante ſæculum undecimum, eam non extitiſſe fatentur; & *Geofredum* Pariſien. Epiſcopum, primum illius inſtitutorem agnoſcunt.

(*c*) Oxonienſe Athenæum quod Britanniæ & Orbi celeberrimum ſemper extitit, ab Aluredo Rege initium habuiſſe an. Dom. 886. vel 870. vel 879. communiter traditur. Sed ante conditas Univerſitates, quæ ob perſecutionum, hæreſum, ac bellorum calamitates in Urbibus defecerant, Scholæ erant in Monaſteriis celeberrimæ. De Schola Monaſterii Turonen. tempore S. Martini egregia præbet teſtimonia Severus Sulpitius. Scholæ item Abbatiæ Lirinen. tempore Sancti Honorati fama erat percelebris. Sanctus Columbanus ſcholas in ſuis Monaſteriis inſtituit. Unde illis temporibus adoleſcentes ad Monaſteria ſtudiorum cauſa ab omnibus mittebantur. Monachorum exemplo Scholas in Clero inſtaurare cœperunt Epiſcopi: & exinde etiam Principes ad totius Reipublicæ bonum.

Ambroſius Enar. in Pſal. 118. & lib. de Noe & arca cap. 8.

ſium quomodo dicat Platonem legiſſe libros Jeremiæ, & ibi vidiſſe multa, quæ poſtea docuit. Unde probat, Philoſophos habere de divina lege ſuam peritiam: non autem fidem noſtram a philoſophis quidquam didiciſſe paganis. Ita tempore Moyſi præficiebantur ſeptuaginta ſenes docti & electi in loco ejus complere judicia: quibus alii ſucceſſerunt uſque ad tempora Chriſti; de quibus tunc dixit, *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi:* quam conſuetudinem poſtea non omiſerunt *. Apoſtolis enim diſcrepantibus, ut in Actibus legitur, *ſupervenerunt Sacerdotes & Magiſtratus Templi*. Ubi in expoſitione BEDA. Sacerdotes & Magiſtratus, „ ſive Prætor Templi, ut alia dicit Editio. „ Qui doctores & judices videbantur populi, do„ lebant quod ad audiendos Apoſtolos multi„ tudo conflueret. „ Et idem in libro *Retractation.* Magiſtratus numero ſingulari legen„ dum, quod ex græco facillime claret, ubi „ *Strategos* ſingulariter ſcriptum eſt. Nam græ„ ce Prætor *Strategos*; Magiſtatus autem ſive „ Princeps, *Archon* dicitur. „ Hæc Beda.

Matth. 23. 2.

* *Subaudi* Judæi

Act. 4. 1.

Beda *To. 3. pag. 635.*

To. 6. pag. 19.

2. Sic apud Judæos in lege Dei habebantur ex antiqua conſuetudine doctores, qui & *Magiſtri* dicti ſunt, & ipſi *Scribæ*, & ipſi *Judices*. Ab his igitur, & non a Gentilibus docti Apoſtoli, ſtatuerunt in Antiochena Eccleſia quinque Doctores Act. XIII. „ Erant autem in „ Eccleſia, quæ erat Antiochiæ, Prophetæ & „ Doctores, in quibus Barnabas & Simon, „ qui vocabatur *Niger*, & Lucius Cyrenenſis, „ & Manaen, qui erat Herodis Tetrarchæ col„ lactaneus, & Saulus. Miniſtrantibus autem „ illis Domino, dixit Spiritus Sanctus: Segre„ gate mihi Saulum & Barnabam in opus ad „ quod aſſumpſi eos. „ Ecce hoc opus & officium, in quod ex omnibus Chriſti diſcipulis ſoli ſunt quinque electi. Necdum erant omnes, ſed finaliter duo * ex eis ad Apoſtolatum provecti; ut pateat tunc fuiſſe per ſe Doctoratus officium ab aliis ſegregatum, in quod aſſumpſerunt eos Apoſtoli, quos videbant ingenio acres, vel humana eruditione præſtantes, relinquentes alios ad imbuendos Neophytos Sacramentis, qualiter nunc faciunt paſtores ſecundi ordinis Sacerdotes, ſicut dicit Caſſiodorus in expoſitione *ſuper Cantica*, tractans hunc textum, *Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula: ſi oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis*. CASSIODORUS. Cum cœperint Apoſtoli „ mei prædicare Eccleſiæ de gentibus congre„ gatæ, ſi tales fuerint auditores, qui merito „ perfectionis murus appellari poſſint, dum vi„ delicet vel naturali ingenio præditi, vel phi„ loſophica eruditione præſtantes, quaſi alios „ defendere & munire poſſint, vice muri; *ædi„ ficemus ſuper* hunc talem *murum propugnacu„ la argentea*, ideſt, addamus illis eloquia „ divinarum Scripturarum: nam ut Pſalmiſta „ dicit, *Eloquia Domini eloquia caſta, argentum „ igne examinatum &c.* Si vero tales fuerint „ auditores, qui nequaquam hoſtibus reſiſtere „ poſſint, nec tela contravenientia repellere; „ ſed fuerint velut *oſtium*, ut ſimplicia annun„ tiantes, poſſint ad fidem aliquos in Eccleſiam „ adducere, quales ſunt Sacerdotes minoris gra„ dus, qui baptizando in Eccleſiis, & divinis „ myſteriis initiando homines in Eccleſiam in„ troducunt, *compingamus illud oſtium tabulis „ cedrinis*, ideſt, proponamus eis exempla præ„ cedentium Patrum, qui velut cedri, impu„ tribilia videlicet ligna, immarceſſibilia opera „ habentes, veluti tabulæ ſcientiæ & charitatis „ latitudine diffuſi ſunt. „ Hæc Caſſiodorus.

Act. 13. 1. 2.

* *Paulus & Barnabas*

Cant. 8. 9.

* Caſſiodorus *To. 2. pag. 533.*

Pſal. 11. 7.

3. Ecce habes ex inſtituto Apoſtolorum, ſeorſum *Doctores*, & ſeorſum *Paſtores*. Hujus etiam Antiochenæ * more, Eccleſia Alexandrina habe- A bat Doctores continuos a temporibus Evangeliſtæ Marci, quorum unus fuit *Pantheus*, primo Philoſophus. *De viris illuſtribus* cap. XXXV. HIERONYMUS. Pantheus * Stoicæ Sectæ philoſophus, „ juxta quamdam veterem in Alexandria con„ ſuetudinem, ubi a Marco Evangeliſta ſem„ per Eccleſiaſtici fuere Doctores, tantæ pru„ dentiæ & eruditionis, tam in Scripturis, quam „ in ſæculari litteratura fuit, ut in Indiam quo„ que a legatis gentis ipſius rogatus, a Deme„ trio Epiſcopo mitteretur. – Et infra. – Hu„ jus multi quidem in Sanctam Scripturam ex„ tant Commentarii (*a*); ſed magis viva voce B „ profuit in Eccleſiis. Docuit ſub Severo prin„ cipe, & Antonino cognomento Caracalla. „ Hæc Hieronymus. Ecce a quanto tempore Beati Marci ſemper fuit ibi Doctorum ſucceſſio. Et ne poſſes criminari noſtros gentiliter exaltatos, quia poſt litteras ſæculares ad Sacras doctrinas aſcendunt; *Pantheus* iſte prius erat Philoſophus; & Caſſiodorus jam ſupra dixit, *Philoſophica eruditione præſtantes*, etiam per Apoſtolos ad ſacra eloquia promovendos. De hoc iterum Pantheo ſcribit Euſebius lib. V. *Eccleſiaſt.* hiſt. cap. X. EUSEBIUS. Cum per idem „ tempus ſcholæ Eccleſiaſticæ Doctoris officio C „ præeſſet vir in omni eruditione nobiliſſimus „ Pantheus. Ex quo apud eos conſuetudo an„ tiquitus tradita uſque in hodiernum perma„ net, divinarum Scripturarum Doctores inibi „ ſcholæ Eccleſiaſticæ haberi viros dumtaxat in „ ſcientia & eruditione probatiſſimos. Hujus „ autem officii velut auctor quidam, & Dux, „ vir, de quo ſupra diximus, ſatis illuſtris ha„ bebatur, qui etiam in philoſophis prius qui „ *Stoici* appellantur, nobiliter claruiſſet. – Et „ infra. – Qui nobilem vitam optimo & ad„ mirabili fine concluſit, tam viva voce diſci„ pulos inſtruens, quam etiam librorum mo- D „ numentis, poſteris theſauros ſcientiæ dere„ linquens. „ Hæc Euſebius. Vides ne laudes præclaras hujus Doctoris Panthei, quibus extollunt eum duo tanti Doctores Eccleſiæ, Latinus Hieronymus, & Græcus Euſebius? Et iſte ſcholaſticus Doctor fuit primus, ut reor, in Eccleſia Alexandrina, qui inſtituit ibi Doctores poſt ſe ſcholaſtice regentes, quemadmodum nunc in Univerſitatibus Magiſtri ſeniores ſolent fœcundare Eccleſiam germine novæ prolis. Unde idem Pater Euſebius docet ibi lineam ſucceſſionis ejuſdem, lib. VI. cap. V. exordiens ſeriem a Pantheo, qui apud Alexandriam primus erat E poſt Apoſtolos; ſecundus per ordinem Clemens diſcipulus ejus: tertius adminiſtravit Origenes diſcipulus Clementis: & poſt Origenes reliquit eam Heraclæ: & Heracles Dionyſio, ibid. cap. XXIX. Et demum tempore Theonæ ſucceſſoris illius Dionyſii in Archiepiſcopatu Alexandrino, Achillas ejuſdem Eccleſiæ presbyter ſcholæ magiſterium tenuit, fide, converſatione, moribuſque inſignis, ut patet ibi lib. VII. cap. XXX.

* *ſupple* Eccleſiæ

Hieronymus *To. 2. pag. 861.* * *Veronen.* Pantænus

Panthei Philoſophi laudes.

Euſebius. *pag. 544.*

Pantheus Univerſitatis Alexandrinæ author poſt Apoſtolos

Euſebius *lib. 6. cap. 3. hiſt. pag. 558.*

4. Nec tantum Doctores habebat illa eccleſiaſtica ſchola ſed (ut adhuc habent Studia Chriſtiana) vicemagiſtros vel *Baccalarios* nominatos; qui, dum Doctor majora & peritiora exponat, ipſi apud inferiores diſcipulos in minoribus

Baccalaurei in primitiva Eccleſia Alexandrina

(*a*) Hodie nihil extat; raro etiam invenies, qui ejus operum meminerit.

Euſebius lib. 6. cap. 22. pag. 564.

ribus vices ſuppleant Doctorales. Unde Euſebius de Origene lib. VI. cap. XIV. EUSEBIUS. „ Interea (inquit) cum videret * non ſe ſufficere ad omnia in profundioribus & divinioribus pertractandis, vel in ſanctæ Scripturæ explanationibus diſſerendis; vel etiam in eorum, qui quotidie fidei addebantur, inſtructionibus, vel inſtitutionibus: ex quibus omnibus nec reſpirare quidem ei unius ſaltem horæ tempus daretur, dum ſemper ex aliis in alia vocaretur; ita ut a prima luce uſque ad profundam veſperam nunquam ceſſaret auditorium ejus, accedentibus aliis, aliis vero non diſcedentibus, dum verbi Dei dulcedine colligati ſunt; utilius eſſe ratus eſt ſegregare inſipientium turbas, & uni ex diſcipulis ſuis plene jam & optime inſtructo viro, atque in omnibus virtutibus ſibi probato Heraclæ tradere, participemque officii ſui ac laboris eum aſſumere. Erat enim & in ſermone diſertiſſimus, & in omnibus philoſophicis eruditionibus apprime inſtitutus. Huic ergo tradendi prima elementa inſipientibus delegabat officium: ſibi vero perfectorum inſtitutiones reſervabat. „ Hæc ille. Quid jam ſuperaddidit mos noſter in Studiis huic tam veteranæ traditioni Eccleſiæ? Doctorem habebat illa ſchola * in capite, qui doceret ardua: habebat ſubdoctorem, quem *Bacalarium* appellamus, qui ſecunda pertractabat, virum probatum ſcientia, & in philoſophicis eruditum: non autem a ſemetipſo, nec a quocumque intra ſcholam vel extra, ſed a Doctore commiſſum.

* Origenes

* Alexandrina

Baccalaureorum munus

5. Sed nec a ſe ipſo Doctor ipſe licentiam docendi ſumpſit, ſed injunctam ab Epiſcopo accepit, quemadmodum faciunt jam Studia *, authoritate Pontificali ſibi commiſſa: ut etiam notare non omiſit Euſebius ibi. EUSEBIUS. Igitur (inquiens) Origenes injuncto ſibi a Demetrio Epiſcopo * Magiſterii officio, Grammaticæ ſcholam negligere cœpit, ſe magis verbo Dei conferens. „ Hæc ille. Et ibi * computat meliores diſcipulos Origenis, Plutarchum *, Serenum, Heraclidem, Neophitum, & alium Serenum (a), lib. VI. cap. VI. Quamvis jam Wicleffus ira ſua tabeſcat, habet hic Origenem magiſtrum a Sancto Epiſcopo * inſtitutum. Qui Univerſitates cupit diſſolvere, dicat cauſam. WICLEFFUS. Quia enim Chriſtus (inquit) non ordinavit iſtas Univerſitates, ſive Collegia, manifeſtum videtur, quod iſta, ſicut graduationes in illis, ſunt vana gentilitas introducta; in cujus ſignum, tam collegiati, quam alii graduati, quærunt quæ ſua ſunt (b), charitatis regulas deſerentes: ex quo pullulant invidiæ, comparationes perſonarum & Patriæ, & multa alia ſeminaria patris mendacii. „ Hæc Wicleffus *in ſpeculo militantis Eccleſiæ*, c. XXVI. Si extra Univerſitates mala iſta non creſcerent, cauſa illius poſſet quidquam efficere: ſed utinam ſecta ejus his cauſis abundans, abundantius ſolveretur. Sed per has cauſas laicos & plebejos movet contra fundationes Epiſcoporum, Monachorum, & Fratrum; & UNA SEMPER VOCE CONTRA OMNES vult noſter cucubus cucubare *.

* ſeu Univerſitates

Euſebius lib. 6. hiſt. cap. 3. pag. 558.

* Alexandrino

* cap. 4. lib. 6.

* al. Plutarchulum

* Demetrio

Wicleffus

* al. cucubire

6. Sed etiam longe aliud cogitat quam prætendat *. Vellet enim dogma ſuum peſſimum licenter, & cum optima authoritate volare per loca, nec per Univerſitates uſquequaque turbari; ſed per Presbyteros idiotas, quos ipſe *ſimplices inſpiratos* jactanter extollit, venenum hauſtum vomitu copioſo diffundi. Ita enim prædicto loco * queritur: Quantum ad fructum (inquiens) certum videtur, quod unus idiota, mediante Dei gratia, plus proficit, quam multi graduati in ſcholis, ſive collegiis. — Et infra. — Inſpiratio Sacerdotum ſimplicium tam in notitia, quam in operatione voluntaria, plus prodeſſet capacitati fidelium laicorum, quam omnes dictæ Univerſitates cum ſtudiis adjacentibus, vel privilegiis laicos deprimentibus, hypocritice introductis. „ Hæc Wicleffus ibi. Jam auditis *ſimplices* Sacerdotes dici ſicut ſerpentes, *prudentes* ut columbas, inſpiratos cum uxore Pilati a Dæmonibus, ne Chriſti mors prodeſſet chriſtianis (c), ineruditos, indoctos, niſi in dogmate ejus, ſubito elevatos; ita ut contemptis Univerſitatibus, tamquam ſtudiis gentilibus, gentiliori forma diſcipulos ſuos promoveat, & Doctores repente faciat ſuæ legis, ſi aut ſemel ſua hæreſi balneati, fonte labia proluant caballino (d): aut ſi in ſuo bicipiti (e) ſomniaſſe Parnaſo ſe meminerint, ut ſic repente Poetæ prodirent (f): *Nullis Heliconidaſque, pallidamque Pyrenen* (g) relinquentes; quorum imagines lambunt hederæ ſequaces (h), ipſi ſemipagani.

* E. l. V. oſtendat Wicleffus Univerſitates odit, ut liberius ſui diſſeminentur errores

* cap. 26. ſpec. milit. Eccl. Wicleffus

Matth. 10. 16.

Matth. 27. 19.

Perſius in Prol. I.

7. Hos improbare ſolent Sancti Patres, ut Hieronymus in primo Bibliæ *prologo*, & Auguſtinus de *Doctrina chriſtiana* lib. I. Apoſtoli enim non regulariter miſerunt in opus Evangelii etiam veraciter inſpiratos, nulla longa mora probatos. Unde de inſpiratione Sancti Pauli in triduo ſuæ extaſis nulla Eccleſia dubitat; ſed tamen inter Doctores Doctor exercitandus & probandus duodecim annis permanſit Antiochiæ, priuſquam Apoſtolus factus in opus Apoſtolicæ prædicationis exiret. Unde Beda lib. *Retract. ſuper Act.* increpans librum de Sancta Maria (i), pro eo quod dicat Paulum & Barnabam ſecundo anno poſt Aſcenſionem Apoſtolos, BEDA. Longe (inquit) aliter factum eſt, ideſt, „ non ſecundo poſt aſcenſionem Domini, ſed tertiodecimo eſſe ordinatum Paulum Apoſtolum, omnis qui Beato Lucæ credit, intelligit. „ Hæc ille. Ita ergo eſt Sanctorum Apoſtolorum ſcholæ congruentius, bene exercitatos viros, etiam in ſcholis probatos, ad evangelizandum emittere. Et in hoc non dubium, ſcho-

Hieronymus apud vulgatam

Auguſtinus To. 3. in Prologo

Beda To. 6. cap. 13. pag. 20.

(a) Hi omnes nedum docti, ſed & martyres ex Origenis ſchola prodierunt. Primus fuit Plutarchulus, ſeu Plutarchus, quem cum vidiſſet Populus ad mortem duci, & aſſiſtere ei Origenem, qui hortatu ſuo ad magnanimitatem animum ejus erigebat, velut mortis ejus authorem diſcerpere & interficere Vulgus irruerat, niſi & tunc ope divina e furentium manibus fuiſſet ereptus, ut mox citatus tradit Euſebius.

(b) Forte alludit ad lites ac ſimultates, quibus ipſe Wicleffus diu a Doctoribus Regularium ordinum vexatus fuerat ob male adeptam Præfecturam collegii Cantuarien. quam ſibi debitam jure vindicarunt Regulares, invaſore tandem expulſo, ut fuſius dictum eſt ſupra in Præfat. Generali §. XV. num. 2.

(c) Uxoris Pilati, quam *Proculam* quidam nominant, ſic ſomnium interpretantur Athan. ad Max. lib. 1. Beda, & Anſelmus.

(d) *Fons Caballinus* olim in monte Helicone celebris, qui erupiſſe fertur, dum ſubjectam ibi rupem Pegaſus feriret virgula.

(e) *Bicipitem* Parnaſum vocant Ovidius 2. Metam. 45. & Perſius in Proem. 2. Ideo autem *biceps* Parnaſus, quia mons in Phocide eſt bino vertice elatus.

(f) In Parnaſo *fons Caſtalius* haberi dicebatur, Muſis ſacer, Poetis celeberrimus.

(g) *Helicon* mons in Bœotia juxta Thebas, Apollini & Muſis Sacer. *Pyrene* vero Acrochorinti eſt fons haud affluentes, ſed perſpicuas ſuaviſſimaſque aquas habens. Et *Perſio* concinit *Plautus Aulul.* dicens: *interbibere ſola ſi vino ſcateat, Corinthienſem fontem Pyrenen poteſt*.

(h) Alludit ad morem antiquum Romanorum exponendi circa limina domus ingentium animorum imagines; ut habet Plin. lib. 35. c. 2. 3. Eas interdum proxima lambebat hedera. Per hoc autem quod addit *ipſi ſemipagani*, illidit in faciem Wicleviſtarum, Paganiſmi notam, quam ipſi ſupra contra Catholicos ob Magiſterii uſum male intorquebant.

(i) Librum innuit *de obitu Sanctæ Mariæ* Deiparæ, qui ſub nomine *Melitonis* Epiſcopi Aſiæ olim prodierat, ut dicit ipſe Beda citatus, cap. 8.

ſcholam ſuam Alexandrina traxit Eccleſia ab Eccleſia Antiochena, ubi eam in quinque Doctoribus Apoſtoli inchoabant *: & ita deinceps cætera jam per orbem Studia chriſtiana. Nec enim ex toto damnavit Paulus; immo in rei veritate poteſt dici eum chriſtianas ſcholas probaſſe, formam etiam habentes philoſophorum gentilium, (ſuperſtitione ſaltem ſublata doctrinæ) ubi non eſt dedignatus *in ſchola cujuſdam Tyranni* (*a*), ideſt, magni cujuſdam philoſophi *, quotidie diſputare Epheſi, ab hora quinta uſque ad horam decimam; & hoc per biennium. Act. XIX. Vere enim in hoc arguis magis divinas litteras debere exercitanter & vigilanter agitari per ſtudia *, ſi humanæ litteræ propter caducos honores tot laboribus quæruntur *: & quamvis conſequerentur in ſcholis illis, tum cum ingrederentur, excreſcerent. Unde & Caſſiodorus lib. *divinarum inſtitutionum* in prologo, CASSIODORUS. Cum ſtudia ſæcularium litterarum magno deſiderio fervere cognoſcerem; ita ut multa pars hominum per ipſa ſe mundi prudentiam crederet adipiſci, graviſſimo ſum (fateor) dolore permotus, ne * Scripturis divinis magiſtri publici deeſſent, cum mundani authores celeberrima proculdubio traditione pollerent. Niſus ſum itaque cum Beatiſſimo Agapito urbis Romæ Papa, ut ſicut apud Alexandriam multo tempore fuiſſe traditur inſtitutum, nunc etiam in Niſibi (*b*) civitate Syrorum ab Hebræis ſedulo fertur exponi, collatis expenſis in urbe Romana profeſſos Doctores ſcholæ potius acciperent chriſtianæ, unde & anima ſuſciperet æternam ſalutem, & caſto atque puriſſimo eloquio fidelium lingua comeretur. ,, Hæc ille. Et hoc ſanctum Doctoris eloquium *magiſtros* non vitat dicere in Divinis eloquiis, non etiam profeſſos ſcholæ *Doctores*; quos omni conatu, quibus adhuc caruit Urbs Roma, more Alexandriæ & Syriæ, Doctores ſuſpirabat habere, ad ejuſdem ſaltem Urbis impenſas. Ita quoque ad impenſas Chriſtianiſſimi Regis Francorum Caroli Magni, ſtudium Pariſiis primus inſtauravit (*c*) & docuit Alchuinus Anglicus cum quibuſdam ſociis magni Bedæ diſcipulis, ut docet lib. XXIV. ſui *Speculi hiſtorialis*, c. CLXXIV. VINCENTIUS. Alchuinus (inquit) de Britannia oriundus, Magiſter delicioſus Regis Caroli, ſcientia litterarum hoc tempore præpollet in Gallia. Cujus præcipue magiſterio ipſe Rex artes * didicit liberales. Hic omnium Anglorum poſt Beatum Adelinum (*d*) & venerabilem Bedam, doctiſſimus fuit; & pluribus ingenii libris periculum fecit. Prælatus eſt a *Carolo* * Monaſterio Beati Martini Turonenſis. *Ex Chronicis*. Hoc itaque Monaſterium poſt hoc, ut dictum eſt, donante *Carolo* *, ſuſcepit regendum Alchuinus ſcientia vitaque præclarus: qui & ſapientiæ ſtudium de Roma ad Pariſios tranſtulit (*e*); quod illuc quondam a Græcia tranſlatum fuerat a Romanis. Fueruntque Pariſiis fundatores hujus ſtudii tres monachi Bedæ diſcipuli; Rhabanus, Alchuinus, & Joannes Scotus. ,, (*f*) Hæc Wincentius.

* *Vide ſupra num.* 2.

Apoſtolus Paulus ſcholas probavit, Gentilium forma inſtitutas

Act. 19. 9.

In favorem Catholicarum Scholarum retorquetur argumentum Wicleffi.

* *Subaudi* in Univerſitatibus

* *ſupple* in Scholis Gentilium

Caſſiodorus To. 2. pag. 537.

* *Id.* quod

Vincentius *Bellovacenſis cap.* 163.

* *Ex. Norimbergen.* omnes artes

* *Magno*

* *Magno*

CAPUT LXVIII.

A Quod Scholaſtici in Sacra Theologia & aliis Facultatibus dicuntur *Doctores* licite, & *Magiſtri*.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Magiſtri nomen, quo Doctores in Sacra Theologia decorantur, non repugnat doctrinæ Chriſti.*
2. *Paulus Scholaſticum magiſterium, biennium tenuit.*
3. *Paulus non ſolum Doctor, ſed etiam magiſter eſt appellatus.*
4. *Magiſterium primum & ſummum ſoli Chriſto ſervatur; ſed ſecundum & vicarium aliis conceditur.*
5. *Doctoris nomen multo antiquius competit Sacrarum litterarum profeſſoribus, quam juris vel Civilis, vel Canonici peritis.*
6. *Poteſt aliquis vere eſſe Magiſter & Doctor, quamvis non perfuſus gratia Spiritus Sancti.*
7. *Hac particula* abuſive *Doctores antiqui uſi ſunt quandoque pro* non plene, *ſive* tranſumptive: *qua ratione ſophiſma Wicleffi facile ſolvitur.*
8. *Solus Chriſtus eſt plene Magiſter: alii omnes de plenitudine ejus acceperunt.*
9. *Exponitur ratio, quare Chriſtus vetuit diſcipulos ſuos dici Magiſtros.*

1. UNiverſitatum inſuper Magiſtri & Doctores accuſantur ex nomine, tranſactis culpis ſuis, quas eorum imponit exercitiis, atque conſequenter honoribus, quos meruerunt ex virtute, illo Tract. ſuper cap. XXIII. Matth. cap. V. WICLEFFUS. Chriſtus hic (*g*) prohibuit ſpecialiter Apoſtolis, & ſuis Sacerdotibus gentile magiſterium, ſive ſcholaſticum; licet toleravit, quod perſonæ aliquæ non Sacerdotes, taliter magiſtrentur. Ipſi tamen in hoc peccant graviter, quod contra Chriſti præceptum & duplicem ſtatum perfectum (*h*) inaniter ſunt ſuperbi. — Et ibi in reſponſione ad primum objectum. — Dicunt quidam cum deriſione, quod magiſterium, & multa alia, faciunt multa bona, ſed non tot quot fecit diabolus. ,, Hæc Wicleffus. Et ne caperetur in Evangelio, ubi Chriſtus appellatur communi nomine *Magiſter*; ut a divite juvene, *Magiſter quid faciendo vitam æternam poſſidebo?* Et: *Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege?* Et: *quare cum peccatoribus manducat Magiſter veſter?* Et Chriſtus: *vos vocatis me Magiſter, & Domine; & bene dicitis:* præparat ſibi cautelam, qua exeat, ibi in reſponſione ad ſecundum, WICLEFFUS. Chriſtus ex vi ,, unio-

Wicleffus

Matth. 19. 16.

Matth. 22. 36. *Marci* 2. 16. *Joan.* 13. 13.

Wicleffus

(*a*) Plerique Interpretes *Tyrannum* hunc fuiſſe virum quemdam paganum Pauli amiciſſimum tradunt.

(*b*) Hujuſce ſcholæ Syrorum in Niſibi meminit etiam Junilius Epiſcopus Africanus in Epiſtola, quam præfixit duobus ſuis libris *de partibus divinæ legis* ad Primaſium Epiſcopum.

(*c*) Alii habent *inſtituit*; ſed hiſtoriæ Vincentii plus congruit quod habent MSS. Codd. *inſtauravit*. Non enim ut dicit *Bellovacenſis* citandus, Sapientiæ ſtudia in Pariſienſi urbe primus inſtituit Alchuinus: ſed jam longe antea a Romanis ibi fuerant inſtituta.

(*d*) Adelinus Monachus doctiſſimus, qui ad Sagienſem Epiſcopatum aſſumptus, eam Eccleſiam ab anno Chr. 877. uſque ad an. 910. ſanctiſſime rexit.

(*e*) Nonnulli hæc verba intelligunt de inſtauratione ſtudiorum in Monaſteriis, & in Clero Francorum.

(*f*) Poſt iſtos prodiit Sæculo 13. *Robertus de Sorbona* natione Gallus, divitiis, pietate, ac doctrina ſpectatiſſimus, qui in uſum Theologiæ Magiſtrorum, Collegium Pariſiis condidit anno 1253. quod deinceps ab authore ſuo *Sorbonicum* appellatum eſt: unde vulgo *Sorbona*, ac *Sorbonica* ipſa etiam dicitur Pariſienſis Academia. De Univerſitate Pariſien. fuſam dedit hiſtoriam Bulæus.

(*g*) Matthæi ſcilicet 2. 8. ubi dicit Chriſtus ad diſcipulos ſuos *Vos autem nolite vocari Rabbi; Unus eſt enim Magiſter veſter.*

(*h*) Intellige ſtatum Chriſtianum, & ſtatum Sacerdotalem. Ex quo dignoſcitur quod gradus Scholaſticos in Sacerdotibus, præſertim Regularibus, potiſſimum improbat Wicleffus.

,, unionis hypoſtaticæ habet quamdam excel-
,, lentiam, quæ non poteſt competere alicui al-
,, teri de genere humano. Ideo cum *Magiſter*
,, dicat majoritatem ſcientiæ, non remurmuret
,, catholicus, quod Chriſtus voluit illud nomen
,, ſibi ſingulariter reſervare. Et concedi debet
,, ulterius, quod vocando viatores *Magiſtros* &
,, *Dominos* æquivocamur, ſicut quando dicimus
,, ipſos *bonos*: ſed iſta æquivocatio in propo-
,, ſito per Dominum eſt reſtricta. ,, Hæc Wi-
cleffus. Si ergo in hoc loco Matthæi æquivo-
catio *Magiſtri* eſt reſtricta, ne quiſquam viator
vocetur hoc nomine: ergo nec quiſquam via-
tor poteſt vel æquivoce vocari *Pater*, quia æ-
quali authoritate reſtringitur. Unde Dominus
Matth. 23. 9. ibi, ,, Patrem nolite vocare vobis ſuper terram:
,, unus eſt enim Pater veſter qui in cœlis eſt. ,,
Et graviter peccavit Paulus, extendens æqui-
vocationem, quam Chriſtus reſtrinxit 1. ad
1. Tim. 5. 1. Tim. v. dicens: *Seniorem ne increpaveris, ſed obſecra
ut Patrem*. Sed & gravius peccaretur, ubi viator
vocaretur *Pater*, quaſi *Magiſter*: quia tunc in-
curreret reatum ſimul utriuſque nominis hic
1. Reg. 10. 12. reſtricti; quemadmodum in libris Regum, *Quis
4. Reg. 2. 12.* *eſt Pater eorum?* Et illud Eliſæi ad Eliam, *Pa-
ter mi, Pater mi*: ubi *Pater*, quaſi *Magiſter* di-
citur. Unde *in quæſtionibus hebraicis* ſuper Sa-
muelem, tractans hunc textum, *Reſpondit alter
ad alterum, dicens: & quis eſt Pater eorum?*
* Hieronymus *To. 3. pag. 762. in App.* HIERONYMUS. Ac ſi diceret: & quis major il-
,, lo in dignitate & in ſapientia? Optime enim
,, poteſt inter Prophetas verſari, & Pater eo-
,, rum, ideſt, Magiſter vocari, qui tam doctus
,, & ſapiens eſt. Pater *Magiſter* vocatur: ſicut
,, Eliſeus Eliam Patrem, ideſt, *Magiſtrum* vo-
,, cat: *Pater mi, Pater mi, currus Iſrael & au-
Job 34. 36. ,, *riga ejus*. In lib. Job Heliu Eliphaz *patrem*,
,, ideſt, *magiſtrum* vocat, hoc modo: *Pater mi,
,, probetur Job uſque in finem*. ,, Hæc Hiero-
nymus. Sed ultra hæc, cur non culpabitur Spi-
ritus Sanctus, qui terminum, quem Chriſtus
reſtrinxit, extendit ad perfidos viatores? Act. iv.
Act. 4. 1. *Supervenerunt Sacerdotes & Magiſtratus Templi*.
& Act. vi. *Offerentes eos Magiſtratibus, dixerunt:
Prov. 5. 13. hi omnes &c.* Et Salomon compungitur in Prover-
biis, quod *Magiſtris* non inclinavit aurem ſuam.
Prov. v. Verumtamen quid dicetur ad Timoth.
qui utique Magiſter erat, ut dicit in *Expoſitio-*
Chryſoſtomus *To. 4. pag. 1304.* *ne* primæ ad Tim. homil. v. CHRYSOSTOMUS.
,, Hæc audientes non dedignemur admonitio-
,, nes, Majorum, etſi *magiſtri* ſimus. Timo-
,, theus enim, pro quo dari omnes non ſumus
,, digni, ſuſcipit enunciationes, & docetur; &
,, hoc facit in ordine exiſtens *Magiſtri*. ,, Hæc
ille. Ecce Sanctus Timotheus fuit in ordine *ma-
giſtrali*. Item ſolet per Eccleſiam dici, omnes
Apoſtolos fuiſſe *magiſtros* fidei prædicatæ: & ita
Doctor Ambroſius dicit, (neſcio an in hoc pec-
cavit) lib. III. *de Spiritu Sancto*, cap. XII. AM-
Ambroſius *To. 1. pag. 402. Ed. Pariſ. 1569.* BROSIUS. Adoravit Chriſtum Maria; & ideo
,, prænuncia reſurrectionis ad Apoſtolos deſti-
,, natur -- Sequitur -- Apoſtoli adoraverunt; &
,, ideo, quia detulerunt fidei teſtimonium, ac-
,, ceperunt fidei *magiſterium*. ,, Hæc ille.

2. Ecce quot *Magiſtri*, etiam contra reſtri-
ctionem Chriſti, ut dicis. Sed hoc (inquit)
non eſt *Magiſterium Scholaſticum*, quod hic Chri-
ſtus reſtrinxit*. Sed quoniam hoc Chriſtus re-
ſtrinxit ibi, *Paternitatem* putas quod utique ſcho-
* *Subaudi* reſtrinxit *Act. 19. 9.* laſticam? Verumtamen putaſne cum Paulus ſcho-
las illas tanti Philoſophi regeret per biennium,
quod *ſcholaſticus Magiſter* dici non poſſet; un-
de & Alexandrini Doctores *Magiſtri Scholaſtici*
dicebantur? Non (inquit) quia Paulus noluit
ſe dici *Magiſtrum*. In Tract. prædicto, cap. IV.
WICLEFFUS. Paulus ſignanter vocat ſe vere *Do-
,, ctorem gentium*, non *magiſtrum*: quia licet in
,, quibuſdam Studiis nomen *Doctoris* ſit excel-
,, lentius &c. Hæc Wicleffus.

3. Si ſcriptor ejus non hic erret, mendax
magiſter in Scripturas Sanctas & Sanctum Pau-
lum fecit mendacem. Nam II. ad Tim. I. di- *2. Tim. 1. 10. &c.*
cit: ,, Per Evangelium, in quo poſitus ſum
,, ego prædicator & Apoſtolus & *Magiſter* gen-
,, tium: ob quam cauſam etiam hæc patior,
,, ſed non confundor. Ubi in *annotationibus* * Hieronymus *To. 11. pag. 1056.*
HIERONYMUS. Ad comparationem aliquorum
,, poſſunt dici *Magiſtri*: ad Chriſti vero com-
,, parationem, nemo *Magiſter* eſt verus. ,, Hæc
Hieronymus.

4. Hoc debuiſti de Hieronymo didiciſſe, Ma-
giſterium primum & ſummum ſoli Chriſto ſer-
vatum; ſed Magiſtratum ſecundum & vicarium
cæteris indulgeri, ſecundum quod idem Apo-
ſtolus ad Hebr. v. Etenim cum deberetis *Magi-* *Hebr. 5. 12.*
,, *ſtri* eſſe propter tempus, rurſum indigetis ut
,, vos doceam. ,, Non ergo uſurpabant *Magi-
ſterium*, cum eis eſſet debitum. Et in Epiſt.
ad Pammachium & Oceanum, quæ incipit,
Schedulæ quas miſiſtis, hoc modo dicit ſe ipſum
Magiſtrum decuiſſe eſſe. HIERONYMUS. Jam ca- Hieronymus *To. 1. Epiſt. 84. num. 3. pag. 520.*
,, nis ſpargebam * caput, & *magiſtrum* eſſe **Veron.* ſpargebatur
,, me potius quam diſcipulum decebat: perre-
,, xi tamen Alexandriam, & audivi Didymum.
,, In multis ei gratias ago, quia quod neſcivi
,, didici, quod ſciebam, illo docente, non per-
,, didi. ,, Hæc ille. Scivit ergo Wicleffus ſe fra-
gili fundamento innixum: & idcirco quodam-
modo mitigans acetoſitatem Doctrinæ ſuæ in
de Serm. Dom. in monte, cap. VI. ,, Paulus (in-
,, quit) vocatur ex officio *Doctor gentium*; & Wicleffus
,, ſic nomen *Magiſtri* videtur dignius, quam
,, hoc nomen *Doctor*: quia tamen tam effica-
,, citer docuit ſuos ſubditos, tam verbo quam
,, opere; ideo vocatus eſt a Sancto Spiritu tam
,, *Doctor gentium*, quam *Magiſter*. Accipe er-
,, go cum Spiritu Sancto, pariter cum Paulo
,, rationem hujus nominis, & fies * vocatus * *al.* ſis
,, humiliter & ſecure hoc nomine duplici, ſi-
,, cut & Paulus. ,, Hæc Wicleffus. Magna vis
eſt, arctare nomen exterioris officii per princi-
pia charitatis. Nullus ergo *piſcator* dicatur, niſi
ſimul cum Apoſtolis, juſſu Chriſti, ad dexte-
ram navigii ſemper rete committat: nullus *præ-
ceptor* artis, niſi ſimul ut Chriſtus, fidem in cha- *Joan. 21. 6.*
ritate præcipiat. Sed Hieronymus in jam dicta
Epiſtola Barabbam Judæum (ut fatetur) no-
cturnum habuit præceptorem. Nullus breviter
Scenæfactor (*a*) dicatur in poſterum, nullus
agricola, niſi cum Paulo & Patre cœleſti præ-
dictas artes tractet ad paria. Doctoris officium
eſt informare fideliter: ſed optimus Doctor ſi- Doctor optimus ſimul cum ſcientia influit charitatem
mul cum ſcientia influit charitatem; & hoc ar-
tifex omnis facit ſi vult; imo quantumcumque
vilis vel mechanicus, non tamen nullus eſt ar-
tifex, niſi talis. Hic tamen duos errores intueor
ex multis: * unum ex parte Wicleffi, qui utrum- * *MSS. Codd.* extremales
que nomen, maxime tamen nomen *Magiſtri*,
grandem rem nimis exiſtimat eſſe pro præce-
ptoribus piæ fidei in Scholis docentium: Alte-
rum, quod nomen *Magiſtri* Doctoribus Sacræ Doctoris titulum Theologis negat Wicleffus, & ſolis juris peritis imponit
Theologiæ tantummodo dignatur concedere;

(*a*) Artem *Scenofactoriam*, quæ in tentoriis conficiendis eſt, exercebat S. Paulus pro victu capeſſendo, ne cui gravis eſſet. Act. 18. 3.

non tamen *Doctores* aſſerit quomodolibet appellandos; ſed ſolis juris magiſtris novellis nomen *Doctoris* per hyperbolem imponit. Et primo, ut a ſuis exordiar, non bene gloſſat textum, qui textum, quem cæteris exponeret & laudaret, primus ipſe corrumpit. Numquid plane textus ab eo citatus id dicit? ſcilicet, de Magiſtris cap. *ſuper ſpe-*

Honorius III. Cap. ſuper ſpecula

A *cula*, HONORIUS III. Ab Eccleſiarum Prælatis & „ Capitulis ad Theologicæ profeſſionis ſtudium „ aliqui docibiles deſtinentur: qui cum docti fuerint in Dei Eccleſia, velut ſplendor fulgeant firmamenti; ex quibus poſtmodum copia poſſit „ haberi *Doctorum*. „ Hæc ibi. Dicat gloſſator: quorum copiam optat hic Papa Doctorum? Numquid legum, ex docibilibus per Capitula & ab Eccleſiarum Prælatis ad Theologiæ ſtudium deſtinandis? Quis puer hæc diceret? Sed magis horum Doctorum, de quibus dicit Apo-

Epheſ. 4. 11.

ſtolus *Paſtores & Doctores*: illos, inquam, perſpicaces in philoſophicis, quibus adjicienda ſunt

B eloquia divina, ut fiant fortis murus ad munitionem Eccleſiæ, juxta Caſſiodorum *. Vere ergo contumax gloſſator in ſplendidum textum, qui Doctores nullo modo fore dicit, quos Sacer Papa * optat eſſe *Doctores*. Et ſimiliter ejus gloſſator (*a*) criminatur vocabulum * textus *docibiles*; melius (inquiens) diceretur *dociles*, quia „ homines ſunt dociles, ſcientiæ docibiles. „ Neſcius philoſophus inter actum & potentiam propinquam diſcernere, quia *dociles* ſunt jam actualiter ingenioſi juxta Hieronymum *lib. interpretationis triformis*: *docibiles* autem pius Papa largo diſpenſationis munere cupit deſtinari

* Vide cap. præced. num. 2.

* Honorius III.

a

* Cod. Ferrar. terminum

Qui ſint dociles, & qui docibiles

C ad Scholas, ut ingenium quod eis omnibus innatum non eſt, ſaltem exercitatione majorum accipiant. Neſcius etiam, immo ignarus theologus, quod Joannes dicat in Evangelio, cap. VI. *Eſt ſcriptum in Prophetis, & erunt omnes docibiles Dei*. Forſitan correxiſſet Apoſtolum II. Tim. II. *oportet ſervum Domini eſſe docibilem, patientem?* inutiles vero gloſſatores, qui ſic textum candidum maculant, potius quam ornent.

Joan. 6. 45.

2 Tim. 2. 24.

5. Sed etiam advertat gloſſator iſte, de quanto tempore cœperunt eſſe in legibus *Doctores*: nam jure civili non obſtante, terminus

D *Doctores*, antiquitus communis erat Grammaticis & Poetis, non tantum in Latinis, ſed in Hebraicis etiam ſcholis, dicente lib. I. *ſuper Cantica*, in principio Origene, ORIGENES. Quoniam quidem moris eſt apud Ju„ dæos omnes Scripturas a Doctoribus & ſa„ pientibus tradi pueris ſimul, & eas quas „ *Deuthorenſes* (*b*) appellant: ad ultimum qua„ tuor iſta ſervari * &c. „ Hæc ille. Et tamen qui eas leges legebant, quæ tunc erant famoſæ, non *Doctores* tunc dicti ſunt; immo alto nomine *Juriſconſulti*. Jam autem a nuperrimis

Titulus Doctoris olim Grammaticis & Poetis communis

Origenes To. 2. pag. 309.

b

* Enumerat libros, qui pueris non legebantur

Juris periti quando nomen Doctorum aſſumpſerint

E annis, forſitan vix centum, dicti ſunt etiam (tunc abſtracto a dictis ſanctorum Doctorum Theologorum jure canonico, jam merito ita dicto, quia eſt Canon & regula gerendorum) eſſe Doctores. Et numquid cum eis * nomen Doctoris primo crevit * in terris? Et mentitur Evangelium, quod dicit, Chriſtum inventum in medio Doctorum, quorum nullus erat profeſſor juris Canonici vel civilis, quia Scribæ erant & Phariſæi in cathedra Moyſi veterem legem docentes. Et iterum: erat quidam *legis Doctor tentans eum*. Et ut ſupra * Act. XIII. in Antiochena Eccleſia erant ab Apoſtolis quinque

* peritis juris

* Ed. V. extitit

Luc. 2. 46.

Matth. 23. 3.

Matth. 22. 35.

* Cap. præced. n. 2.

Act. 13. 1.

Doctores ſignati in legibus Sacræ litteræ. Et quid dicet ad Apoſtolum Paulum, qui juxta pedes Gamalielis Divinas litteras addidicit, & poſtmodum a Spiritu Sancto dictus eſt Doctor Eccleſiæ? Et numquid Canones Eccleſiæ, ut nunc diſtinguuntur a Sacris litteris Evangelicis,

Act. 9. 15.

A tunc habebant, cum tunc nondum erant Canonum publici profeſſores? Ac demum Sancti Patres, *Doctores* nuncupati ſunt omnes: Irenæus, Baſilius, Athanaſius, Hilarius, Auguſtinus, Gregorius, Ambroſius, Hieronymus, & Origenes, de quo item dixit in Epiſtola ad Pammachium HIERONYMUS. Non mihi nocebit (inquit) ſi dixe„ ro; Origenes cum in cæteris libris omnes vi„ cerit, in Cantico Canticorum ipſe ſe vicit. „ Nec formidabo ſententiam, quia Doctorem „ illum Eccleſiarum quondam adoleſcentulus „ nominavi. „ Hæc ille. Si ergo Origenes tunc Doctor, & omnes iſti Doctores; in qua facul-

Hieronymus To. 2. Epiſt. 84. pag. 525. num. 7.

B tate Doctores, niſi in Scriptura Sacra? Necdum erat hoc jus Canonicum, cujus ſunt profeſſores moderni, quia & horum Doctorum fragmenta Canones faciunt. Puerilia valde ſunt iſta, & tædet hæc ſcribere, niſi quod his imperitiis ſuis * incautos faſcinant ſapientes. Simul ergo adverſus utrumque errorem dicamus, juxta præallegatum Apoſtolum, præceptores ſcholaſticos rite dici *Doctores*, riteque *Magiſtros*.

* Wicleviſtæ

Epheſ. 4. 11.

6. Et quid Wicleſſus dicit, quemlibet debere accipere a Spiritu Sancto rationem hujus duplicis nominis ſimul, cum & Paulus deinceps humiliter ſit ſic vocatus? Incautus homo Chri-

C ſtum incuſat, qui ad Nicodemum dixit, *Tu es Magiſter in Iſrael, & hæc ignoras?* Ecce Nicodemus vere *Magiſter*, & ab ore veritatis ſic dictus; & tamen adhuc in tenebris venit, necdum accepit a Spiritu Sancto rationem hujus duplicis nominis, quia non efficaciter docuit ſuos verbo & facto *. Et in epiſtola *ad Pammachium & Oceanum* HIERONYMUS. Certe (in„ quit) Apollinaris & Dydimi inter ſe dogma „ contrarium eſt. Rapiat ergo me utraque tur„ ma diverſum altrinſecus, quia *magiſtrum* u„ trumque confiteor. „ Hæc ille. Ecce Hieronymus utrumque confitetur *magiſtrum*, ſcilicet,

Joan. 3. 10.

* Vide ſupra num. 4.

Hieronymus To. 2. Epiſt. 84. num. 3. pag. 520.

D „ tam Apollinarem quam Didymum, quorum primus Apollinariſtarum hæreticorum fuit exordium & Patronus. Sed & argumentum peſſimum ſumpſit de termino, quem non ſenſit, dicens WICLEFFUS. Ideo ſignanter hic dicit Hie„ ronymus, quod homines vocantur iſtis nomi„ nibus abuſive, & per conſequens non eſt uſus „ laudabilis, quod taliter ſint vocati. „ Hæc Wicleſſus prædicto cap. VI. *de ſerm. Dom. in monte*. Sic proponit magiſter ſtolidus diſcipulos ſuos fallere, quos, Univerſitatibus ſpretis, optat Doctores, ſimplices ſcilicet Sacerdotes, ignaros grammaticæ, logicæ contemptores. *Homines vo-*

Wicleſſus

E *cantur* (inquit) *iſtis nominibus abuſive*, Magiſtri ſcilicet & Doctores: *ergo non eſt uſus laudabilis, quod taliter ſint vocati*. Vultis videre, quomodo non intellexit Hieronymum? Audite Hieronymum alibi in fine *Comment.* ſui ſuper Marcum, dubitantem ibi dici cœlos in plurali, cum alibi cœlum ſingulariter dicatur; & ſolvit, HIERONYMUS. Conſiderandum eſt, quod fre„ quenter in Scripturis divinis ſingulari numero „ cœlos dictos invenies, dum legitur, *In prin*„ *cipio creavit Deus cœlum & terram*; cum ta„ men pluraliter dicti cœli legantur & terræ. „ Modus enim iſte locutionis latius patet, ut „ abu-

* Hieronymus To. 11. pag. 833.

Gen. 1. 1.

(*a*) Joannes Purvey gloſſator & interpres Wicleſſi dictus, utpote qui Wicleſſo intime ſemper adhærens, genuinam præ cæteris a Magiſtro ſuo cenſebatur hauſiſſe doctrinam.

(*b*) Sic appellantur libri ad Eſdra Sacro Canoni adjuncti.

„ abuſive ſingularia plurali numero dicamus, „ & pluralia ſingulari. „ Hæc Hieronymus. Ecce quod juxta Scripturas divinas abuſive dicuntur pluralia ſingulariter. Numquid Scripturæ ſic dicunt illaudabiliter? Item idem Hieronymus in *Comment.* ſuper Jeremiam lib. II. tractans hunc textum cap. IX. *Sagitta vulnerans lingua* A *eorum &c.* HIERONYMUS. Crebro (inquit) in „ hoc Propheta abutitur, ut cum ſingula ma„ lorum operum enumerarit, inferat ſe juſte fa„ cere quod facit. „ Hæc Hieronymus. Numquid ergo Sanctus Propheta crebro ſic illaudabiliter dixit? Item idem Hieronymus in Epiſtola ad *Magnum* Senatorem urbis Romæ, HIERONYMUS. Sed & Paulus (inquit) Apoſtolus E„ pimenidis Poetæ abuſus verſiculo eſt, ſcri„ bens ad Titum, *Cretenſes ſemper mendaces*, „ *malæ beſtiæ, ventres pigri.* „ Hæc ille. Quis inſanus Sanctum Paulum diceret *illaudabiliter* ſic dixiſſe? Item idem Hieronymus ſuper Mat- B th. lib. IV. tractans hoc verbum Chriſti in Cruce, *Deus meus, ut quid dereliquiſti me?* HIERONYMUS. Principio (inquit) vigeſimi primi Pſal„ mi abuſus eſt. „ Hæc ille. Vult ne hæreſis iſta ponere maculam in ſpeculo ſine macula, atque dicere, quod Chriſtus illaudabiliter iſta dixit? Item idem Hieronymus in *Comment.* ſuper Iſajam lib. V. tractans hunc textum, *Si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini*, HIERONYMUS. Hujus (inquit) teſtimonii exem„ plo etiam Apoſtolus abuſus eſt, ſcribens ad „ Corinthios de reſurrectione: Si mortui non re„ ſurgunt, manducemus & bibamus, cras enim C „ moriemur. „ Hæc ille. Item vetus Origenes lib. I. ſuper Cantica correcti operis (*a*) per Ruffinum, ORIGENES. Unum enim atque idem eſt „ diligere Deum, & diligere bona. Secundo in „ loco quaſi *abuſivo*, atque inde derivato no„ mine etiam proximum diligere jubemur tan„ quam noſmetipſos. „ Hæc ille.

Jerem. c. 8. Hieronymus To. 4. pag. 906.
Hieronymus Epiſt. 70. To. 1. pag. 424.
Tit. 1. 12.
Matth. 27. 46. Hieronymus To. 7. pag. 235.
Iſai. 22. 14.
Hieronymus To. 7. pag. 215.
1. Cor. 15.
Origenes To. 1. pag. 311.

7. Sine dubio ergo Wicleffus non intellexit, non attigit modum iſtum dicendi antiquorum Doctorum. Sed ſciat orthodoxus, Hieronymum & graves Sanctos Patres hoc intelligere *abuſive* quod *non plene*, aut *imitative* dici, vel quod alias dicimus *tranſumptive*. Unde idem Hiero- D nymus ſic expoſuit ſe ſupra * de nomine Magiſtri comparative ſuſcepti. Et in Commentario ſuper Epiſtolam Pauli ad Gal. lib. I. in principio, HIERONYMUS. Noſcendum (inquit) Ec„ cleſiam dupliciter poſſe dici: & eam quæ „ non habet maculam aut rugam, & vere cor„ pus Chriſti ſit; & eam, quæ in Chriſti nomi„ ne abſque plenis perfectiſque virtutibus con„ gregetur. Quomodo ſapientes bifarie nuncu„ pantur, tam ii qui ſunt plenæ perfectæque „ virtutis, quam illi qui incipiunt, & in pro„ fectu poſiti ſunt. — Et ſequitur. — Juxta „ hunc ſenſum de cæteris quoque virtutibus in- E „ telligendum: quod ſcilicet fortis & prudens, „ pius, caſtus, juſtus, temperans interdum ple„ ne, interdum *abuſive* accipiantur. „ Hæc Hieronymus.

Hæc vox *abuſive*, quomodo interdum a Sanctis Doctoribus accipiatur
* num. 3.
Hieronymus To. 7. pag. 376.

8. Jam vides abuſive ex oppoſito contra *plene*, non contra *laudabiliter* eſſe diſtinctum. Ita ergo pius *plene*, pius *abuſive*; Eccleſia *plene*, Eccleſia *abuſive*; ſapiens *plene*, ſapiens *abuſive*, ideſt non plene; conformans ſe tamen plene perfecto. Ita nullus hic *plene* magiſter eſt; ſed *plene* magiſter & in nullo diminutus eſt Chriſtus. Petrus & Paulus *abuſive* magiſtri; Origenes, Tertullianus, Hilarius, Auguſtinus, Hieronymus, adhuc amplius *abuſive* magiſtri: moderni ſcholaſtici, Doctores omnes & Paſtores Eccleſiæ plus *abuſive*; quanto minus *plene* magiſtri? Solus ergo Chriſtus magiſter, quia ſolus eſt *plene* magiſter; de cujus *plenitudine* nos omnes accepimus: Magiſtri tamen ſunt ab illo *abuſive* magiſtri. Nec hoc quidem derogat pleno & conſummato magiſterio Jeſu Chriſti, quia nec ex arrogantia Chriſto ſummitas reſervatur, cujus appellatio etiam ſine arrogantia hominibus vilis artificii, ut diximus *, diſpenſatur, dicente Auguſtino *ſuper Joan.* Tract. LXI. de Chriſto, cum diceret ſe *Magiſtrum*, AUGUSTINUS. Magiſtrum quidem quod „ ſe eſſe dicit, nemo reprehenderet, etiam qui „ eum nihil aliud eſſe quam hominem crede„ ret: quoniam id profitetur, quod & ipſi ho„ mines in quibuslibet artibus uſque adeo ſine arrogantia profitentur, ut etiam *profeſſores* vocentur. „ Hæc Auguſtinus. Compendioſum verbum & efficax: homines (inquit) in quibuslibet artibus profitentur, quod ſe Chriſtus dixit, ſcilicet *Magiſtrum*, & eſſe ſe *Magiſtros*; & hoc adeo ſine arrogantia, ut qui profitentur, non tantum *Magiſtri*, ſed & *profeſſores* vocentur. Quorſum ergo hypocrita noſter fugit, & liquat infra culicem, dum aliunde glutit camelum: & vitat nomen *Magiſtri*, ſed forbet nomen & toxicum capitalis *hæretici*? WICLEFFUS. Quia (inquit) „ cum periculum & ſuperfluitas ſit in iſto no„ mine, videtur quod iſtud nomen ſit rationa„ biliter fugiendum. „ Hæc Wicleffus cap. VI. jam præfato. Ergo irrationabiliter egit Chriſtus, quod non vitavit nomen rationabiliter fugiendum, & ſuperfluitate plenum & periculis. *Non* (inquis) *potuit maculare Chriſtum, qui fuit Agnus ſine macula.* Ergo ut video, non macula nominis maculat hominem; ſed maculam ſibi fecit de nomine Chriſti pulchro ſuppoſitum maculatum. Et idcirco dixit Auguſtinus, quod ſine omni arrogantia non ſolum *Magiſtros* ſe vocant homines, ſed & Magiſterii *profeſſores*.

Chriſtus plenus magiſter
Joan. 1. 16.
* num. 4.
Auguſtinus To. 3. Tract. 58. pag. 660. num. 3.
Wicleffus

9. Si tamen inſtet, ut dicam quare Chriſtus hic vetuit tantopere diſcipulos dici *Magiſtros*; ſine dubio, ne putarent ſe apud fideles, etiam ſine Chriſto, eſſe ſummos: & amplius, ne ſe putarent poſſe facile apud infideles & hæreticos eſſe Magiſtros. Ecce ratio eſt in promptu de juvene locuplete, qui cum vocaret Chriſtum bonum Magiſtrum, *Magiſter* (inquit) *bone, quid boni faciam, ut habeam * vitam æternam?* Matth. XIX. Chriſtus reſpondit, *Quid me interrogas de bono?* Quem locum tractans lib. IX. *de Trinitate*, HILARIUS. Cum (inquit) „ alibi dixiſſet Chriſtus, *Ne vocemini Magiſtri*, „ *quia magiſter veſter eſt Chriſtus:* ubi cum fi„ de magiſter eſt, adeo laudat, ut & profitea„ tur ſibi hoc nomen: hic vero *boni magiſtri* „ nomen non recognoſcit, ubi nec Dominus „ intellectus eſt eſſe, nec Chriſtus. „ Hæc Hilarius. Ecce apud infidelem & hæreticum Chriſtus non recognoſcit nomen *Magiſtri*. Bene ergo dicit Wicleffus, bene conſulit, ut apud ſe & ſuos nullus fidelis ſcholaſticus recognoſcat nomen *Magiſtri*, quia deeſt vera fides Chriſti in objecto, quæ, ad integrandum reſpectivam rationem Magiſtri, ſupplet primam eſſentiam fundamenti. NON ENIM POTEST IBI FIDELIS vendicare magiſterium, ubi non contingit cum vera fide probare diſcipulum.

Matth. 23. 8.
Matth. 19. 16.
* Ed. V. percipiam.
Hilarius To. 2. pag. 271. num. 18.
Cum Hæreticis Magiſtri nomen non convenit

(*a*) Homiliæ duæ Origenis in Canticum Canticorum a Hieronymo fuerunt in latinum ex græco fideliter verſæ, atque a Ruffino agnitæ. Perperam tamen hoc Origenis opus in homilias diſtributum eſt a Ruffino, cum ſit continens & perpetua explanatio, & pars Tomorum decem, quos in Cantica ſcripſiſſe ipſe teſtatur Origenes.

CAPUT LXIX.

De Collegiis Cathedralibus & Univerſitatibus, quod non ſint caſtra *Caimitica*, nec Fratres *Caimitæ*.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Wicleffus, doctrinam ſequens Meſſalianorum hæreticorum, omnia vult ab Eccleſia exulare Collegia.*
2. *Collegia Cathedralium, vel etiam Univerſitatum, quæ hæreticus radicitus evellere contendit, ex praxi primitivæ Eccleſiæ ſunt introducta.*
3. *Collegiorum hujuſmodi miræ utilitates ex Tertulliano.*
4. *Quam inſulſe colligat Wicleffus Collegia prædicta eſſe* Caimitica, *& profeſſores quatuor Religionum eſſe* Caimitas *appellandos.*
5. *Quod hæreticorum ſectæ cum ipſo Cham Noe filio conferendæ ſunt, teſte Auguſtino.*
6. *Non ſunt propterea damnanda Religioſorum monaſteria, propterea quod in illis plerique ſunt vitioſi.*

1. COllegia ſingula, ſive ſint Cathedrales Eccleſiæ, ſive ſtudentibus deputata, in Univerſitatibus locorum, & ſtudiis, inter quatuor ſectas collocat * exultantes, ſimul cum Meſſalianis hæreticis, quorum eſt hæreſis LXXX. apud Damaſcenum lib. *de Hæreſibus*, DAMASCENUS. „ Aſſeclas (inquit) Eccleſiaſticis quidem non „ immanere congregationibus volunt. „ Hæc ille. Aſſeclæ hi, ſectatores ſui ſunt, ſic apud eos dicti, quia ſicut & Wicleffus collegiatos deſpiciunt; ita ut primum locum habeant abrogabilis ſui Quaternarii, quem dixit *Clerum Cæſareum* nomine generali, lib. ſuo *de cura Paſtorali*, cap. x. WICLEFFUS. Videtur (inquit) ex „ alibi dictis de ſectis, quod iſta Collegia con„ ſtituunt novas ſectas; & tamen dictum eſt, „ quod non ſunt, niſi ſectæ quatuor deteſtan„ dæ. Habent enim Cathedrales Eccleſiæ ſpe„ ciales regulas & Patronos: ſed hic non con„ tendit fidelis circa contentiones tales verba„ les, licet quidam dicant, quod non repugnat „ iſtas ſectas quatuor in partes tales plurimas „ diſpertiri; & tamen non ſunt niſi quatuor. -- „ Sequitur. -- Prima ſecta Cleri Cæſarei in ſe „ continet multa membra. -- Item in Tract. *de* „ *quatuor ſectis*, cap. VIII. Quantum ad Colle„ gia in ſtudiis ſuis generalibus eſt idem judi„ cium: nam per ipſa Patriæ & perſonæ con„ tra charitatis regulas acceptantur; & intrin„ ſecæ invidiæ cum peccatis aliis & perjuriis, „ ac ſimoniis, contra ſtatuta propria cumulan„ tur. Conceditur tamen, quod ex talibus Col„ legiis, ſicut ex ſectis aliis, eveniunt mul„ ta bona; non tamen tot, quot occaſione „ peccati diaboli & primi hominis. Ideo eru„ beſcat fidelis fructum talis commodi allega„ re; ſed inſiſtat fundationi, ſi ſciverit. „ Hæc Wicleffus.

[Margin: * Wicleffus. — Damaſcenus pag. 694. — Wicleffus.]

2. Fundationem exigit Collegiorum, ſicut Papæ & Cardinalium, ſicut Monachorum & Fratrum. Infundabilis arena doctrinæ ſuæ perfidæ, patens ſepulchrum uſque ad inferna deorſum, non ſaturatur fide Chriſti & antiqua devotione fidelium; & idcirco in omni re fideli exigit fundamentum. Quantum novi de Scripturis Sanctis, toto tempore viatoris Chriſti, dum cum ipſo vixerunt Apoſtoli, ſimul cum Magiſtro Chriſto ſteterunt integro numero in una menſa, uno cœtu, & quaſi domicilio indiſtincto.

[Margin: Vide Cap. 33. 54. & 56. hujus lib.]

A Non legitur eos fuiſſe, aut, ſaltem diu, ſeparatim manſiſſe, poſtquam eos Chriſtus primo collegit in unum. Et hic Sanctus chorus jubebatur a Chriſto unum tenere domicilium poſt reſurrectionem continuis quinquaginta diebus, uſque ad Sancti Spiritus miſſionem, *Lucæ* ultimo: *Vos* (inquit) *ſedete in Civitate, quoaduſque induamini virtute ex alto.* Huc etiam Chriſtus ſero ſabbati clauſis januis propter metum Judæorum intravit, *Joan.* XX. Tandem aſcendens Chriſtus, eduxit eos in Olivetum. Aſcenſionis autem Sacramento completo, reverſi ſunt Jeroſolymam, & introeuntes in cœnaculum, aſcen-
B derunt ubi manebant Petrus Joannes & Jacobus, cum reliquo Apoſtolorum cœtu. „ Hi o„ mnes perſeverantes erant unanimiter in ora„ tione cum mulieribus & Maria matre Jeſu, „ & fratribus ejus. *Actuum* 1. Ubi aptiſſimus locus mihi videtur occurrere ad fundanda Collegia in Univerſitatibus, in quibus diſciplinabiles animæ congregentur, ubi expectent donec induantur virtute ex alto, præeunte tamen jugi labore, & cum ſalubri ſtudio, exercitatione continua. Jam Sancti Spiritus ſolemnis adventus, qui etiam diſcipulos in ſuo collegio indiſperſos invenit, ad magis publicum, ſemper tamen cho-
C rum unum ſimul agentes conjunctim admiſit: & ubi prius in una privata domo, jam poſt Sancti Spiritus miſſionem aſſidue convenerunt in Templum. *Lucæ* ultimo: „ Ipſi adorantes „ regreſſi ſunt in Jeruſalem cum gaudio ma„ gno; & erant ſemper in Templo laudantes „ & benedicentes Deum. „ quamvis & ante Pentecoſten Apoſtoli quandoque reperiuntur oraſſe in templo. Ubi pulcherrimum fundamentum ſuum tenent Collegia Cathedralis conventus, quorum ſemper, more Apoſtolorum, eſt apparere in Templo: quod ita diſtinguebatur, & eminebat tunc ſynagogis localibus, ſicut nunc
D Eccleſia Cathedralis multis minutis Eccleſiis. Tertium vero genus erat convenientium Sanctorum fidelium in ipſo Templo, qui cunctis relictis, habebant cor unum & animam unam in Domino, pro quibus in Actibus Apoſtolorum Paulus & Barnabas dextras dederunt, ut pauperum memores eſſent, fundantes plene conventus & collegia religioſorum, ut patebit infra *. Quam torvus ergo noſter hæreticus qui Collegiorum cœtus fundationem avide expetit, cum primitivam Eccleſiam ſemper in Collegiis manſiſſe Scriptura plana denunciet? Unde Priſcilla & Aquila de hujuſmodi congregatis fecerunt Ec-
E cleſiam, de quibus Apoſtolus infra *ad Cor. ultimo*, „ Salutant vos multum in Domino *Aquila* & *Priſcilla* (a) cum domeſtica Eccleſia, „ apud quos hoſpitor: „ ubi in *annotationibus* HIERONYMUS. Domeſticam congregationem fra„ ternitatis, *Eccleſiam* nominavit. „ Hæc ille. Idem quoque & ſimile Collegium fecit de Sanctis *Narciſus* (b) in domo ſua, de quo *ad Roman.* XVI. „ Salutate eos qui ſunt ex Narciſi „ domo, qui ſunt in Domino. „ Ubi in expoſitione HAYMO. Iſte Narciſus, ut in aliis codi„ cibus invenitur, Presbyter erat tunc tempo-
ris

[Margin: Luc. 24. 49. — Joan. 20. 19. — Luc. 24. 50. — Act. 1. 14. — Collegia ſtudioſorum ab Apoſtolis ſimul congregatis normam accipiunt — Act. 2. 1. 2. — Luc. 24. 52. & 53. — Templum Jeroſolymæ, figura Eccleſiarum Cathedralium — Act. 4. 32. — Gal. 2. 9. — * lib. 3. cap. 6. — 1. Cor. 16. 19. — a — Hieronymus To. 11. pag. 950. — b — Rom. 16. 11. — Haymo]

(a) Priſcilla, quæ *Priſca* in Epiſt. ad Rom. dicitur, uxor erat Aquilæ.

(b) Libertus Claudii Imperatoris, ut multi tradunt;

* *portu ceria-ſis.* ris. „ Hæc ille. Ita etiam *Pheben* (*a*) veneranda Matrona in domo ſua Cenchris * collectorum Chriſtianorum fundavit & ſuſtentavit Eccleſiam. *Ad Rom. ultimo:* „ Commendo autem vobis Pheben ſororem noſtram, quæ eſt in miniſterio Eccleſiæ, quæ Cenchris eſt, ut eam ſuſcipiatis in Domino digne ſanctis. „ Ubi in *annotationibus* ANSELMUS. Phebe ditiſſima & nobiliſſima mulier fuit, quæ Eccleſiam in loco Cenchris ſua ſubſtantia ſuſtentabat. „ Hæc ille. Taliter etiam egerunt Stephana matrona, & Fortunatus (*b*) de domibus ſuis 1. *Cor.* XVI. „ Obſecro autem vos fratres: noſtis domum *Stephanæ* & *Fortunati* Achaici, quoniam ſunt primitiæ Achajæ. „ Ubi in expoſitione HAYMO. Stephana nobilis quædam erat matrona, cujus familia facta erat Eccleſia: ſimiliter & domus Fortunati. „ Hæc ille. Plures tales erant in Eccleſia primitiva, qui cum domos paraverant Eccleſias, congregatis fidelibus impleverant; & ſuis opibus ſuſtentabant ibi collectos in Domino: in quo non magnopere recedebant a fundatione Collegii jam admiſſa.

Rom. 16. 1. — * Anſelmus Laudunenſis — 1. *Cor.* 16. 15. — Haymo

3. Hic modus congregandi fideles non defuit uſque ad tempora Tertulliani, quando Pagani, more Wicleffi, Collegia chriſtiana impugnantes, dixerunt, ea eſſe *factiones*, & quaſi contra Rempublicam conſpiratorum nidos. At contra Tertullianus inſudans in ſuo Apologetico capit. XXXIX. quod eſt *de diſciplina chriſtianorum*, TERTULLIANUS. Corpus (inquit) ſumus de conſcientia religionis & diſciplinæ unitate, & ſpei fœdere. Coimus ad cœtum & congregationem, ut ad Deum quaſi manu facta precationibus ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata eſt. Oramus pro Imperatoribus, pro miniſtris eorum & Poteſtatibus, pro ſtatu populi *, pro rerum quiete, pro mora finis. Coimus ad literarum divinarum commemorationem; ſi quid præſentium temporum qualitas aut præmonere cogit, aut recognoſcere. Certe fidem Sanctis vocibus paſcimus, ſpem erigimus, fiduciam figimus, diſciplinam præceptorum nihilominus inculcationibus denſamus. Ibidem etiam fiunt exhortationes, cogitationes, & cenſura divina (*c*). -- Et verſus finem capituli. -- Nihil vilitatis, nihil immodeſtiæ cœtus noſter admittit. Non prius diſcumbitur, quam oratio ad Deum prægustetur. Editur quantum eſurientes capiunt: bibitur, quantum pudicis utile eſt. Ita ſaturantur, ut qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum ſibi eſſe. Ita fabulantur, ut qui ſciant Dominum audire. Poſt aquam manualem (*d*) & lumina, ut quiſque de Scripturis Sanctis, vel de proprio ingenio poteſt, provocatur in medio Deo canere. Hinc probatur quomodo biberit. Æque oratio convivium dirimit. -- Sequitur. -- Hæc coitio chriſtianorum merito ſane illicita, ſi illicitis par; merito damnanda, ſi non diſſimilis damnandis, ſi quis de ea queritur eo titulo quo de factionibus querela eſt. In cujus perniciem aliquando convenimus? Hoc ſumus congregati quod & diſperſi; hoc univerſi quod & ſinguli: neminem lædentes, neminem contriſtantes. CUM BONI, CUM PROBI coeunt, cum pii, cum caſti congregantur, non eſt *factio* dicenda, ſed *Curia*. „ Hæc ille. Hoc modo Auguſtinus ſuo tempore Collegia, Monaſteria, & Xenodochia fieri procuravit, ut in ſermone *de miniſtris Eccleſiæ*, communiter recitat de quodam Leporio Presbytero, AUGUSTINUS. Veſtrum (inquit) ſciunt plurimi, Presbyterum Leporium, quamvis ſæculi natalibus clarum, & apud ſuos honeſtiſſimo loco natum; tamen jam Deo ſervientem, cunctis quæ habebat relictis, inopem ſuſcepi. -- Et bene infra. -- Habebat Xenodochium ædificandum, quod modo videtis ædificatum. Ego illi injunxi, ego juſſi. Obtemperavit mihi libentiſſime; & ſicut videtis operatus eſt: quomodo meo juſſu etiam Baſilicam ad octo Martires fabricavit, de his, quæ Deus per vos donat. Cœpit enim de pecunia, quæ data erat Eccleſiæ propter Xenodochium; & cum cœpiſſet ædificare, ut ſunt religioſi deſiderantes opera ſua in cœlo ſcribi, adjuverunt prout quiſque voluit; & fabricavit. Opus ante oculos habemus: omnis homo quid factum ſit videt. De pecunia, quia non habet, mihi credant, dentem compeſcant ne frangant. Emerat de ipſa pecunia Xenodochii quamdam domum in Carraria, quam ſibi exiſtimabat propter lapides profuturam. Sed lapides ejus domus fabricæ neceſſarii non fuerunt, quoniam aliunde proviſi ſunt. Domus ergo ipſa ſic remanſit: penſionem præſtat; ſed Eccleſiæ, non Presbytero. „ Hæc ille. In longum duximus tractatum iſtum, ut videretur quam laudabile ſit pro fidelibus religioſis & Clericis ædificare collegia, quando Sanctus Presbyter * ex injuncto Auguſtini uſque ad ſui inopiam, ea magnis ſumptibus ædificare non diſtulit. Ibi etiam dicit de ſuo Collegio, cui bene hortatur & laudat etiam quodcumque volunt in commune dari omnium Clericorum. Ibi fundum ad ædificandum monaſterium dedit Eleuſinus (*e*): & ibi narrat quomodo Barnabas Sacerdos & Præpoſitus donavit villam Eccleſiæ.

Calumniæ Paganorum contra collegia Chriſtianorum — Tertullianus *pag.* 31. — * Rigaltius ſæculi — *pag.* 32. — Auguſtinus To. 5. Serm. 356. num. 10. pag. 1388. — * Leporius — pag. 1389. num. 13. — pag. 1390. & 1391. num. 15.

4. Jam obloquatur Wicleffus, jam mordeat: Auguſtinus Sanctus Pontifex & pauper pro Chriſti pauperibus ſatisfacit. Sed Wicleffus dicit, iſta Collegia eſſe *caſtra Caimitica*, ubi jam ſupra *, cap. IX. WICLEFFUS. Si (inquit) hæ duæ ſectæ (*f*), vel collegia iſta ſunt in converſatione a Domino reprobata, quis dubitat, quin ſic nutrire eos non foret eleemoſina, ſed factionis partis contra Chriſtum ſtulta præſumptio? Nam omnes hæ ſectæ, & omnes novitates, quæ non in Chriſto Domino fundatæ ſunt, tentant Chriſtum cum Sathana, cum ſpernunt ordinationem liberam ſectæ ejus; & præeligunt ſervilem ſectam aliam minus bonam: ac ſi nollent gradus, quos Deus ordinat in Sion cœleſtem aſcendere; ſed per elationem Sathanæ ad Templi pinnacula tranſvolare. Quæ ergo eleemoſina eſt ſic ſovere puerulum talem diaboli in *caſtris Caimiticis* contra Chriſtum? „ Hæc Wicleffus. Hic ergo collegia

Wicleffus * *lib. de cura Paſtorali* — *Matth.* 4. 3.

(*a*) Nonnulli cenſent eam fuiſſe Diaconiſſam: quæ Diaconiſſæ olim in Eccleſia ſunt inſtitutæ in ſubſidium mulierum.

(*b*) De Fortunati geſtis nihil habetur, niſi quod ipſi ab Apoſtolo Epiſtola ad Corinthios deferenda commiſſa eſt.

(*c*) Locus inſignis adverſus contemptores excommunicationis Eccleſiaſticæ a Chriſto inſtitutæ, & a primis Apoſtolorum temporibus uſitatæ, ut hic notat *Pamelius*.

(*d*) Aquam ſcilicet, quæ manibus abluendis effundebatur, ad diſcrimen balnearum, quibus veteres ante cœnam utebantur, ut in hunc locum notat *Pamelius*.

(*e*) Vir Auguſtino chariſſimus, ut ex ejus citato liquet ſermone. Idem videtur *Eleuſinus*, quem To. 7. pag. 669. *virum Tribunitium* dicit Auguſtinus, ſicut & in Epiſt. *ad Dulcitium*.

(*f*) Collegia ſcilicet Eccleſiarum Cathedralium, & Collegia Univerſitatum; ſive Eccleſiaſticorum Seminaria, ac juvenum ſtudentium; quæ ideo etiam Wicleffo diſplicebant, quod Religioſorum ſpeciem præſeferant.

legia Cathedralium Eccleſiarum,& Univerſitatum, vocat *caſtra Caimitica*. Alibi autem, quaſi ab habitaculis ſuis habitatores disjungens, Fratres quatuor Ordinum dixerat *Caimitas*. Quare ergo Caimitas in Caſtris Caimiticis non locaſti? In lib. *de Eccleſia & membris*, cap. VIII. WICLEFFUS. Sicut diabolus in Caim contra ſtatum in-„ nocentiæ ædificavit civitatem, ut ſpolia præ-„ data contra charitativam communicationem „ populi tueretur; ſic iſti fratres in domibus „ defenſionum ſuarum, prædas populi, quas „ rapiunt, conſervarunt: unde quatuor ordines „ fratrum in nomine *Caim* figuravit. „ Figurationem iſtam exponunt Wicleviſtæ, ut ipſe author eis imponit, nec ſibi audet aſſumere in IV. *Trial.* cap. XXXIII. WICLEFFUS. Alii (in-„ quit) videntes habenas mendacii ſic laxatas, „ fingunt, quod in *Caim* fuerunt iſtæ ſectæ qua-„ tuor inchoatæ. -- Sequitur. -- Et in teſtimo-„ nium iſtorum, quatuor literæ hujus nominis „ *Caim* inchoant hos quatuor Ordines, ſecun-„ dum ordinem, quo finguntur a Fratribus in-„ cœpiſſe: ita quod C. *Carmelitas* figurat, A *Au-„ guſtinenſes*, *J. Jacobitas* *, M. *Minores*, ſecun-„ dum ordinem temporis, quem mendaciter ſi-„ bi fingunt. „ Hæc Wicleffus. Sicut Wicleffus cum ſuis exiſtimat in literam undecimam (h non computata) Caim terminari vocabulum; ſic bene eadem litera, eodem grammate deceptus eſt uterque calumniator Wicleffus, & inſanus Porphyrius: ille calumnians Chriſtianos in ritibus; Porphyrius in Scripturis. Deriſit enim Porphyrius Evangelium Matthæi, dictitans, vitioſum & falſum eſſe in genealogia per Joachim. Unde in *Comment.* Danielis in principio, HIERONYMUS. Nemo putet eum-„ dem in Danielis principio eſſe *Joachim* *, „ qui in Ezechielis exordio ſcribitur *Joachin*. „ Iſte enim extremam ſyllabam *chim* habet, „ ille *Kim* *. Et ob hujuſmodi cauſam in E-„ vangelio ſecundum Matthæum, una videtur „ deeſſe generatio, quia ſecunda teſſaradecada „ in Joachim * deſinit filium Joſiæ; & tertia „ incipit a Joachin filio Joachim. Quod igno-„ rans Porphyrius, calumniam inſtruit Eccle-„ ſiæ, ſuam oſtendens imperitiam, dum Evan-„ geliſtæ Matthæo (*a*) inurere nititur falſita-„ tem. -- Et in *Comment.* ſuper Matth. lib. I. ſuper eumdem locum * -- „ Sciamus (inquit) „ Jechoniam priorem ipſum eſſe, quem & Joa-„ kim *: ſecundum autem (*b*), ideſt, Joachin, „ propter filium, non patrem: quorum prior „ per *K.* *, *& m*, ſequens per *ch* & *n* ſcribi-„ tur: quod ſcriptorum vitio & longitudine „ temporum apud Græcos Latinoſque confu-„ ſum eſt. „ Hæc Hieronymus. Magnum ne eſt prodigium ut in uno eodemque ſigno uterque hæreſiarcha, & Eccleſiæ calumniator, offenderet? Revera enim Cain in *n* litera duodecima terminatur; non in *m*, ut vult ipſe, qui cum magiſtro ſuo Porphyrio imperitiam ſuam oſtendit. Unde Hieronymus libro ſuo de *Hebraicis quæſtionibus* ſuper Geneſim, in principio, HIERONYMUS. Cain (inquit) acquiſitio, ſive poſſeſſio, „ interpretatur, ideſt, *Kineis*. Unde *Canithi*, „ ideſt, *poſſedi hominem per Deum*. „ Hæc Hieronymus. Cain ergo a *Canithi*, non *Caim*, rectam interpretationem conſequitur. Et ob hoc

Wicleffus

Wicleffus

* Fratres ſcilicet Prædicatores, qui Pariſiis Jacobitæ dicuntur a Templo Sancti Jacobi, cui miniſtrant

Stulta Porphyrii calumnia contra Evangelium Matthæi.

Hieronymus To. 5. pag. 621.

*Veron. Joacim

* Veron. cim

*Veron. Joacim

a

Hieronymus To. 7. pag. 11.

* Matt. 1. 12.

*Veron. Joacim

b

*Ver. per c & m

* Hieronymus To. 3. pag. 320.

a Cain dicti ſunt hæretici *Caiani* (*c*), qui Cain adorant, dicentes, eum fortiſſimæ eſſe virtutis, ſecundum Auguſtinum lib. *de hæreſibus*, cap. XVIII. & Damaſcenum hæreſi XXXVIII. ita ut ſint a Cain *Caiani*; non ut noſter deceptus fingit grammaticus *Caimitæ* a Caim. Iſidorus autem derivationis legem magis attendens, hos *Cainianos* appellat VIII. *Ethimol.* cap. *de hæreſibus*, quod etiam ordo interpretationum prodit: ubi tam ſecundum Hieronymum, quam Remigium *, ſupponitur ad Kain Kaynan; & præponitur eis Caiphas & derivativum ſuum Cainan; cum id conſonantia ſuæ interpretationis doceat unumquemque bonum grammaticum. Iſidorus dicit VII. Ethymol. cap. VI. ISIDORUS, „ Cain *poſſeſſio* interpretatur. Unde Ethymolo-„ giam exprimens Pater ejus ait: *poſſedi homi-„ nem per Deum*. Idem & *lamentatio*, eo quod „ pro interfecto Abel, interfectus ſit. -- Sequi-„ tur. -- Cainan *lamentatio*, vel *poſſeſſio* eorum. „ Sicut enim Cain *poſſeſſio*; ita derivatum no-„ men, quod eſt *Cainan* eſt poſſeſſio eorum. „ Hæc ille. Si ergo grammaticus ille leges ſapiat derivandi, Cain *Cainan* faciet; Caim autem *Caimam*, quod Scripturæ non intelligunt. Nec obviat quod in quibusdam voluminibus ſic ſcribatur: quia ſicut jam dixit Hieronymus, utrumque nomen, in quo hi falluntur hæretici, ſcriptorum vitio, & longitudine temporum apud nos confuſum eſt: hoc tamen debuit utrumque calumniator attendere. Sed ſi fidem ſequeretur hiſtoriæ, Cain non *Caſtra*, ſed *Civitatem* primus extruxit: & erunt omnes cives quarumlibet Civitatum *Cainitæ*, ſi hæreticus bonam facit calumniam. Sed Auguſtinus ſuper Pſalm. LXXXI. dicit, AUGUSTINUS. Cain primam fun-„ daſſe Civitatem carnalem, ubi prius villa „ non erat. Cives autem cœleſtes fundarunt „ Jeruſalem ſpiritualem, ubi prius erat, quam „ etiam fundant omnes filii Sanctæ matris Eccleſiæ.

5. Sed poſt hæc cum non habeat jam quomodo quatuor ordines in Cain nomine figuret, volumus eum & ſectam ſuam non ad *Cain* liberum * Protoplaſti, ſed ad *Cham* maledictum filium Noe, primi nautæ Domini, non authoritate ſimili ejus mendaciis conjungere, ſed veraciſſimi Auguſtini, qui ſic ratione fundatiſſima appellat hæreticos *contra Fauſtum* lib. XII. cap. XXIV. AUGUSTINUS. Quamvis inter ſe diſſentiant „ Judæi ab hæreticis; & ipſi hæretici ab aliis „ una tamen conditione ſervitutis, vel ad ali-„ quam atteſtationem, vel ad aliquam proba-„ tionem utiles ſunt Eccleſiæ. Nam de hære-„ ticis dictum eſt, *Oportet hæreſes eſſe, ut pro-„ bati manifeſti fiant inter vos*. Ite nunc & „ objectate calumnias veteribus literis ſacris: „ hoc agite ſervi *Chamitæ*, quibus viluit nu-„ data caro, ex qua nati eſtis. -- Et poſt pau-„ ca -- Verum hoc agite, ut dixi; irridenter „ prodite, quod nos reverenter honoramus: „ utatur vobis Eccleſia tamquam ſibi ſubditis, „ ut probati manifeſti fiant in ea, „ Hæc Auguſtinus. Ecce jam habetis unde ſitis *Chamitæ*, quia ſervi eſtis Eccleſiæ in probatione fidelium, in irriſione juſtorum, in denudatione & impoſitione criminum. Quid dixiſti ſupra de Univerſitatibus? Quid jam de Collegiis? Quid ubique

c Hæreſis Cajanorum

* Altiſſiodoren.

Iſidorus Pag. 92.

Auguſtinus To. 4. in Pſal. 81. pag. 594.

* Ed. V. filium

Auguſtinus To. 8. pag. 238.

1. Cor. 11. 19.

In quo hæretici proſint Eccleſiæ.

(*a*) M. *dum Evangeliſtæ Matthæi arguere nititur falſitatem*.
(*b*) M. *ſecundum autem, filium, non patrem: quorum &c.*
(*c*) *Cajani*, ſeu *Cainitæ*, hæreticorum genus ſecundo Eccleſiæ ſæculo, qui Cain Abeli prævaluiſſe, quod ille matrem habuiſſet virtutem quamdam potiorem, & dignitate majorem Abelis matre fabulabantur. Eodem Spiritu eos omnes, qui in Scriptura peſſimi deſcribuntur, magnis honoribus colebant, uti inter cæteros, Sodomitas, Core, Dathan, & Abiron; neque Juda proditore omiſſo, a quo Chriſtum hoſtibus traditum dicebant, quod morte ipſius, ſalutem hominibus comparandam noſſet. Omnium Gnoſticorum, aliorumque eorum temporum hæreticorum impudicitias Cainitæ adoptabant. Vide, præter citatos a Waldenſi Patres, Tertullianum de Præſcript. cap. 47. &c.

que de Fratribus? Numquid in omnibus quot
noviſti, imo ſine dubio, plura quam noſti, re-
citaſti; vitia eis imputaſti, peccata detexiſti,
flagitia, ſimoniam, perjuria, ſimultates, rapi-
nas, & cætera infinita? Ita faceret dignus *Cha-
mita*. Denudet, non parcat revelare pudenda
genitiva *. Poteſt ex pudore vitium, quod ineſt, A

* Cod. Ferrar. Germana

dimitti ſervo ſuo; ad correctionem ſuam utatur
Eccleſia: non abnuo, non recedo; dummodo fi-
deles Eccleſiæ filii ſic detrahentibus non aſſiſtant.
De hujuſmodi enim, ne congregationi Eccleſiæ
ſuæ detraherent, in fine libri *de miniſtris Ec-
cleſiæ* ſic præcavet AUGUSTINUS. Nemo la-

Auguſtinus To. 5. Serm. 356. pag. 1391. num. 15.

,, ceret ſervos Dei, quia non expedit laceran-
,, tibus. Servis Dei quidem merces falſis de-
,, tractionibus creſcit; ſed creſcit etiam pœna
,, detrahentium, Nam non ſine cauſa dictum
,, eſt, *Gaudete & exultate, quando detrahunt*

Matth. 5. 12.

,, *de vobis, dicentes falſa, quia merces veſtra*
,, *copioſa eſt in cælis*. Nolumus cum detrimen- B
,, to veſtro magnam habere mercedem. Minus
,, ibi habeamus, & tamen vobiſcum regnemus.,,
Hæc ille.

6. Et idem Auguſtinus in Epiſt. *ad Eccleſiam
Hipponenſem*, inter Epiſtolas CXXXVII. ,, Ecce

Auguſtinus Epiſt. 78. num. 8. pag. 186.

,, docuit nos Deus, ut qui gloriatur, in Do-
,, mino glorietur. NEC OBJICIATIS HÆRETI-

1. Cor. 1. 31.

,, CIS, NISI QUIA NON SUNT CATHOLICI; ne
,, ſimiles eis ſitis, qui non habendo quod in
,, cauſa ſuæ diviſionis defendant, nonniſi homi-
,, num crimina colligere affectant; & ea ipſa
,, plura falſiſſime jactant; ut quia ipſam divi-
,, næ Scripturæ veritatem, qua ubique diffuſa C
,, Chriſti Eccleſia commendatur, & prædicatur,
,, criminari, & obſcurare non poſſunt, homines,
,, per quos prædicatur, adducunt in odium; de
,, quibus & fingere quidquid in mentem vene-
,, rit poſſunt. Vos autem non ita didiciſtis Chri-
,, ſtum: ſi tamen illum audiſtis, & in illo do-
,, cti eſtis. -- Sequitur. -- Quantumlibet enim
,, vigilet diſciplina domus meæ, homo ſum,

47. Diſt. Quantumlibet

,, & inter homines vivo; nec mihi arrogare au-
,, deo, ut domus mea melior ſit quam arca
,, Noe; ubi tamen inter octo homines reprobus

Gen. 9. 27.

,, unus inventus eſt: aut melior ſit, quam do-
,, mus Abrahæ, ubi dictum eſt, *Ejice ancillam* D

Gen. 12. 10.

,, *& filium ejus*: aut melior quam domus Iſaac,
,, cujus de duobus geminis dictum eſt, *Jacob

Gen. 21. 10. Malach. 1. 2. Gen. 49. 4.

,, dilexi, Eſau odio habui*: aut melior ſit quam
,, domus ipſius Jacob, ubi lectum Patris filius
,, inceſtavit: aut melior ſit, quam domus Da-
,, vid, cujus filius cum ſorore concubuit. -- Et

2. Reg. 13. 14.

,, infra -- Aut melior ſit, quam cohabitatio
,, Domini noſtri Jeſu Chriſti, in qua undecim
,, boni perfidum & furem Judam toleraverunt:
,, aut melior ſit poſtremo quam cœlum, unde
,, Angeli ceciderunt. Simpliciter fateor chari-
,, tati veſtræ coram Domino Deo noſtro, qui
,, teſtis eſt ſuper animam meam: EX QUO DEO E
,, SERVIRE CŒPI, quomodo difficile expertus
,, ſum meliores quam qui in monaſteriis pro-
,, fecerunt, ita non ſum expertus pejores, quam
,, qui in monaſteriis ceciderunt. Quapropter ET-
,, SI CONTRISTAMUR DE ALIQUIBUS purgamen-
,, tis, conſolamur tamen de pluribus ornamen-
,, tis. Nolite ergo propter amurcam, qua ocu-
,, li veſtri offunduntur, torcularia deteſtari, un-
,, de apothecæ Dominicæ fructu olei lumino-
,, ſioris implentur. ,, Hæc ille. Sanctum & reli-
gioſum conſilium Auguſtini, ne ideo propha-
nentur monaſteria Monachorum & Fratrum,

aut Collegia Eccleſiarum & ſtudiorum; quam-
vis ab eis multi cadant enormes & vitioſi col-
legæ! Non eſt domus noſtra melior domo ſan-
cti Antiſtitis Auguſtini: nec diu ſervare poſ-
ſumus vinum ſine fæcibus, aut politiſſimum
ferrum ſine rubigine. Sed & tibi dico, mi Wi-
A cleff, deſine ſervos Chriſti lacerare conviciis;
& quamvis cum Porphyrio tuo imprudenter &
perfide capitale commiſeris in alphabeto pec-
catum *, ſaltem in Scripturis Sanctis dediſce

* in nomine Cain

mentiri. Cum Ruffino enim loquor lib. II. *con-
tra Hieronymum*, RUFFINUS. Nam Porphyrius

Ruffinus pag. 368.

,, te docuit de Chriſtianis male loqui: conci-
,, dere virgines, continentes, Diaconos, Pres-
,, byteros, & omnium * prorſus Chriſtianorum

* Veronen. omnem

,, gradum & ordinem libellis editis infamare.
,, -- Sequitur -- Sed quid in longum ſermo
,, producitur? Conviciis ejus etiam & injuriis
,, non reſpondeamus, lacerationibus ejus, ad
B ,, quod opus quotidie ſtylum ſuum Porhyrius
,, exacuit, non obviemus. ,, Hæc ille.

CAPUT LXX.

De Prædicatoribus, quod non uſurpent Evangelium, ſi non mittantur a Deo per hominem.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Hæreſis recitatur Wicleviſtarum, concedentium cuilibet ſine ullo diſcrimine gradus, ſexus, & conditionis, ſineque Prælati facultate, prædicandi munus.*
C 2. *Prædicatores, Apoſtoli, ideſt, miſſi eſſe debent.*
3. *Apoſtolorum quatuor ſunt genera.*
4. *Hæretici a ſe ipſis tantum mittuntur.*
5. *Non omnia opera ſunt efficacia argumenta ad ſuadendum, aliquem immediate eſſe miſſum a Deo, ſed opera miraculorum.*
6. *Si hæretici nos Catholicos infideles accuſant, quod recenti eorum doctrinæ non credimus, cur ipſi novæ doctrinæ non adhibent nova miracula, ut credamus?*

1. ORdo Prædicatorum ideo præponitur ab
Apoſtolo Paſtoribus & Doctoribus or-
D thodoxis, quia dignitas eſt capitalis officii com-
munis utrique. Circa quam primus error Wi-
cleffi eſt, quod contra officii rationem, officii
fræna relaxat. Soli enim Apoſtoli, & Apoſto-
lorum hæredes officium Evangelii practizarent,
quod *Apoſtoli* ideo, ideſt, *miſſi* dicuntur. Sed hæc

Apoſtoli nomen quid ſignificet

hæreſis Evangeliſtas ſuos non doctos, Apoſtolos
nondum miſſos, Paſtores non adductos, Meſ-
ſores non conductos inſtituit, approbat & de-
fendit in opere ſermonum ſuorum Epiſtolarium,
ſerm. LXII. WICLEFFUS. Jam ex ſuggeſtione dia-

Wicleffus

,, boli (inquit) qua diſcipulorum Antichriſti
,, negant Epiſcopi Evangelizationem pauperum
E ,, Sacerdotum, niſi habeant ab eis licentiam &c.
,, -- Et arguit * ſic contra eos -- Sacerdotes

* Ed. V. argumentatur

,, prædicti habent ex ſpeciali dono Dei noti-
,, tiam, & animum evangelizandi; ſed nec li-
,, cet Deo, nec homini impedire eos, ne in
,, hoc impleant verbum Dei, ut currat ſermo
,, Chriſti liberius: ergo non licet Epiſcopis in
,, hoc impedire dictos presbyteros. ,, Hæc Wi-
cleffus. Plures rationes iſtis facit *ſermone* X. Ibi
tamen condeſcendit Epiſcopis recte judicanti-
bus: hic amplius furens, etiam contra Syno-
dum Epiſcoporum, quam vocat *concilium ter-
ræmotus* (a), ſine aliqua exceptione dilatat er-
rorem

(a) Concilium Londinenſe anno 1382. contra Wicleffi hæreſes celebratum, in quo Wicleffo & aſſeclis ſuis prædicatio verbi Dei fuerat interdicta.

rorem, dicens in prædicto *ſerm.* XLIII. „ Nec
a „ obeſt, quod in terræmotu (*a*) determinata
Matth. 20. 16. „ ſit hæreſis per plures ſatrapas: quia cum mul-
„ ti ſint vocati, pauci vero electi, eſt eviden-
„ tius quod proceſſit ex pluribus & fortioribus
„ membris diaboli. „ Hæc Wicleffus. Et ex
hoc concluſio bis damnata XIII. „ Illi qui di- A
„ mittunt prædicare vel audire verbum Dei
„ propter excommunicationem hominum, ſunt
b „ excommunicati (*b*), & in die judicii tradito-
„ res Chriſti habebuntur. „ Hæc Wicleffus. Et
de hac impeditione per Papam etiam habet lib.
Pſal. 2. 1. *de Chriſto & Antichriſto*, cap. VII. Et quia cum
fremunt gentes, populi meditantur inania; ex
hac lata fimbria præceptoris, ſectatores ejus plu-
* *al.* quidam res numero lambunt ſordes. Unus * enim ejus
magnus authoritate, Doctor eximius, nomine
c *Purvey* (*c*) in quodam libro ſuo de *compendiis*
Scripturarum, *paternarum doctrinarum*, & *cano-*
num, partem quamdam facit, ubi ſibi probare B
videtur, Sacerdotes omnes debere prædicare,
quaſi omni homine repugnante: ſimiliter Le-
vitas, Lectores, & ſingulos Clericos, Reges,
Duces, ſingulos Principes, Patresfamilias, & lai-
cos qualeſcumque. Secundo vero capite hujus
Operis, etiam ad fœminas extendit officium,
1. *Cor.* 14. 34. & 35. quas palam excludit Apoſtolus. Intantum au-
Fœminæ in Anglia jus prædicandi Evangelium poſtulant tem per Angliam hæc hæreſis viguit, ut etiam
auſæ ſint in pleriſque majoribus ejuſdem Regni
Conciliis ſine rubore jus ſibi vendicare & po-
Confer cum dictis ſupra cap. 12. & 23. *num.* 3. *hujus libri* ſcere libere prædicandi (*d*). Et adhuc inſtat an-
nus, intra quem Bohemi invaſores hæretici,
id eis in libellis tranſmiſſis ad regna, quaſi pu- C
blicam, & dignam ſibi reſolvi expoſtulaverunt
injuriam. Hoc forſan ſibi inſtantius ambiunt,
quia quorumdam hæreticorum Waldenſium cir-
ca hanc rem, practicam adverterunt: de qui-
bus & contra quos in ſuo *Quatripertito*, cap.
Alanus *de inſulis* I. ſecundi libri ALANUS. Sunt (inquit) quidam
„ hæretici, qui ſe juſtos eſſe fingunt, cum ſint
„ lupi veſte ovina induti; de quibus ait Do-
Matth. 7. 15. „ minus: *Attendite a falſis prophetis &c.* qui
Waldenſes unde dicti „ *Waldenſes* dicuntur a ſuo hæreſiarcha, qui *Wal-*
* *Petrus Wald Lugdunenſis* „ *denſis* * dicebatur: qui ſuo ſpiritu ductus,
„ non a Deo miſſus, novam ſectam invenit,
„ ut ſine alicujus Prælati authoritate, ſine di- D
„ vina inſpiratione, ſine ſcientia, ſine litera-
„ tura, prædicare præſumpſerit: ſine ratione phi-
„ loſophus, ſine juſſione propheta, ſine miſ-
„ ſione Apoſtolus, ſine inſtructione Didaſca-
„ lus: quorum diſcipuli, immo muſcipulæ, jam
„ per diverſas mundi partes ſimplices ſeducunt,
„ a vero avertunt, non ad verum convertunt:
„ qui potius ut ſatient ventrem quam mentem,
„ aliis prædicare præſumunt. Et cum non ve-
„ lint propriis manibus laborare, ut acquirant
„ victum, malunt otioſe vivere, & falſa præ-
„ dicare. „ Hæc ille.

2. Circa hunc locum Apoſtoli Pauli determi- E
Rom. 10. 15. natio eſt notanda, qua breviter & abſolute di-
cit, *quomodo prædicabunt, niſi mittantur?* Ad
Rom. x. Et idcirco omnes prædicatores ſunt *A-*
poſtoli, quaſi *miſſi*; & primi prædicatores Apo-
Iſidorus *pag.* 597. ſtoli ſummi. Unde II. lib. *de Officiis* cap. v.
ISIDORUS. Quid eſt autem nomen Apoſtolorum?
„ Apoſtoli in latina lingua *miſſi* interpretantur,
„ quia ipſos miſit Chriſtus evangelizare ad illu-
„ minationem omnium populorum. „ Hæc ille.

3. Sed ſunt quatuor genera Apoſtolorum, ſe-
cundum Auguſtinum *ad Oroſium*, quæſt. LXV. * Auguſtinus *To.* 6. *pag.* 18. *in App. quæſt.* 64.
AUGUSTINUS. Apoſtolus interpretatur *miſſus*.
„ Apoſtolorum ſunt genera quatuor: a Deo,
„ non per hominem; a Deo per hominem;
„ per hominem tantum; & ex ſe. A Deo miſ-
„ ſus eſt Moyſes. A Deo & per homines, ſi-
„ cut Jeſus Nave. Per hominem tantum, ſicut
„ noſtris temporibus multi favore vulgi in Sa-
„ cerdotium ſubrogati ſunt. Ex ſe autem tan-
„ tum, ſicut ſunt ipſi pſeudoprophetæ. „ Hæc
Auguſtinus. Hanc pene ſententiam ad verba
habet Hieronymus, ſuper Epiſt. ad Galat. in
Commentario, lib. I. in principio, HIERONY- Hieronymus *To.* 7. *pag.* 374.
MUS. Quatuor (inquit) genera Apoſtolorum
„ ſunt. Unum, quod neque ab hominibus,
„ neque per hominem, ſed per Jeſum Chri-
„ ſtum & Deum Patrem eſt miſſum: aliud,
„ quod a Deo quidem, ſed per hominem: ter-
„ tium, quod ab homine, ſed non a Deo: quar-
„ tum, quod neque ab homine neque a Deo,
„ neque per hominem, ſed a ſe ipſo. De pri-
„ mo genere poteſt eſſe Iſaias, & cæteri Pro-
„ phetæ, & Apoſtolus Paulus, qui neque ab
„ homine, neque per hominem, ſed a Deo Pa-
„ tre & Chriſto miſſus eſt. De ſecundo, Jeſus
„ filius Nave, qui a Deo quidem eſt Apoſto-
„ lus conſtitutus, ſed per hominem Moyſen.
„ Tertium genus eſt, cum hominum favore &
„ ſtudio aliquis ordinatur, ut nunc videmus
„ plurimos, non Dei judicio, ſed redempto fa-
„ vore vulgi, in Sacerdotium ſubrogari. Quar-
„ tum eſt pſeudoprophetarum & pſeudo Apo- Pſeudo Apoſtoli qui ſint
„ ſtolorum, de quibus Apoſtolus, *Iſtiuſmodi* (in- 2. *Cor.* 11. 13.
„ quit) *pſeudo apoſtoli, operarii iniquitatis*,
„ *transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti, qui di-*
„ *cunt: hæc dicit Dominus; & Dominus non mi-*
„ *ſit illos.* „ Hæc Hieronymus. Et hos ſequi-
tur Iſidorus lib. II. *de origine officiorum*, cap. v.
ISIDORUS. Quatuor ſunt genera Apoſtolorum: Iſidorus
„ unum a Deo tantum, ut Moyſes: alterum *pag.* 597.
„ & per hominem & Deum, ut Joſue; ter-
„ tium tantum per hominem, ſicut his tem-
„ poribus multi favore populi & Poteſtatum,
„ in Sacerdotium ſubrogantur. Quartum autem
„ genus ex ſe eſt, ſicut pſeudoprophetarum. „
Hæc ille. Concordi ergo profeſſione Doctorum,
Apoſtoli non ſunt, qui miſſi non ſunt. Et om-
nes videntur Apoſtoli qui in Eccleſiaſtica po-
teſtate Apoſtolis magnis legitima procreatione
ſuccedunt.

4. Sed jam declaret Wicleffus ſuos, quos vo-
cat *pauperes Sacerdotes*. Si ſunt Apoſtoli; cujus
generis? Si primi, probet; ſi ſecundi *mittentes*;
ſi tertii, eligentes adducat. Non fatetur quod
quarti; ſed quomodo fideli probas, quod non ex
ſe mittuntur, & ſic ſunt pſeudoapoſtoli? Si ver-
bo tantum utaris pro teſte, quod mittuntur tan-
tum a Deo; hoc ipſo tuo verbo fideles utentur
ad probandum, quod tales mittuntur a ſe ipſis.
Interrogatoria iſta de tuorum Sacerdotum Apo-
ſtolatu incerto, decenter criminari non potes.
quia & ipſis conformiter uſus eſt Auguſtinus de
Apoſtolatu conſimili Manichæi, libro ſuo *contra*
epiſtolam fundamenti, ubi primo omnium de
ejus Apoſtolatu interrogat, cap. III. AUGUSTI- Auguſtinus
NUS. Videamus quid me doceat Manichæus: & *To.* 8. *cap.* 5.
„ potiſſimum illum conſideremus librum, quem *pag.* 153.
„ *fun-*

(*a*) *Terræmotum* per irriſionem appellat Wicleffus Concilium Londinenſe, eo quod tunc terram quati caſu contigerit.

(*b*) Eſt articulus 13. Londini, & Conſtantiæ damnatus.

(*c*) *Joannes Purvey*, de quo ſupra jam diximus, quod apud Wicleviſtas eximius habebatur Wicleffi interpres.

(*d*) Non tanta perturbatio Senatui a Matronis Romanis pro abroganda lege Opia illata fuit, quot iſtæ Anglicæ fœminæ rumores excitarunt & confuſiones pro ſibi arrogato prædicandi munere: nam quoties Regni Comitia habebantur, toties Lollardorum factio hanc fœminis concionandi libertatem Senatus decreto ſtabiliri quam maxime ſollicitabat. Sed ne tale in Religione monſtrum permitteretur, enitentibus Catholicis, nihil a publica Majeſtate pro vel contra ſancitum fuit.

,, *fundamenti epiſtolam* dicitis, ubi totum pene ,, quod creditis, continetur. – Sequitur. – Certe ſic incipit: *Manichæus Apoſtolus Jeſu Chriſti, providentia Dei Patris. Hæc ſunt ſalubria* ,, *verba a vivo perenni fonte*. Jam patienter *, ,, ſi placet, attendite quid quæram. Non credo, iſtum Apoſtolum eſſe Chriſti. Quæſo, ne ,, ſuccenſeatis, & maledicere incipiatis. Noſtis ,, me ſtatuiſſe, nihil a vobis prolatum temere ,, credere. Quæro igitur, qui ſit iſte Manichæus? ,, Reſpondebitis, *Apoſtolus Jeſu Chriſti*. Non ,, credo. Quid jam dicas, aut facias, non habebis. Promittebas enim ſcientiam veritatis; ,, & nunc quod neſcio cogis ut credam. – Et ,, infra cap. IV. – Quod ſi forte Evangelicum* ,, aliquid apertiſſimum de Manichæi Apoſtolatu invenire potueris, infirmabis mihi catholicorum authoritatem, qui jubent, ut tibi ,, non credam: qua infirmata, jam nec Evangelio credere potero, quia per illos illi credideram. Ita nihil apud me valebit, quidquid inde protuleris. ,, Hæc Auguſtinus. Ecce Wicleff: in hoc caſu de vagis Apoſtolis, ſimul omnes fideles conſonant Auguſtino; ſimulque cum eo primo omnium petimus, ut probes Sacerdotes tuos diſcipulos eſſe Chriſti, & non pſeudoapoſtolos. Si dicas, *tantum a Deo ſunt miſſi*; non credo. Quomodo probabis, ſi Evangelium proferas? Jam ſi hoc dicat Evangelium, mentiti ſunt Patres Eccleſiæ, qui jubent ne tibi credam, ſine quibus etiam nec Evangelio credidiſſem. Et iterum AUGUSTINUS. Illi enim credens, non invenio quomodo poſſim etiam tibi ,, credere. Apoſtolorum enim nomina, quæ ibi ,, leguntur, non intra ſe continent nomen Manichæi. In locum autem traditoris Chriſti qui ,, ſucceſſerit, in Actibus Apoſtolorum legimus.*,, Hæc ille, prædicto cap. IV. Nec ibi reperio nomen Wicleffi, vel Hus, vel Sartoris(*a*): qui omnes voce tenus finxerunt * ſe Apoſtolos Jeſu Chriſti. Qui ergo voce tantum probas te a Deo miſſum, ea probatione uteris, qua cuncti Apoſtoli pſeudi convincuntur, cum probant ſe a ſolo Deo miſſos.

* M. cum bona patientia

cap. 5. pag. 154. * M. in Evangelio

Auguſtinus To. 8. pag. 154. cap. 5. Matth. 10. 2.

* Juda ſubrogatum legimus Matthiam

a

* al. jactant

5. Sed forſan dicis, te probatione Chriſti uti, qua apud Judæos probavit ſe Chriſtum, *Si non creditis mihi, operibus credite*. Recte; ſed non operibus converſandi, quæ extrinſecus colorare poſſunt æqualiter ſinceros & fictos, ſublata forma charitatis, quæ ſoli Deo comparet: ſed operibus miracula faciendi, de quibus dixit Chriſtus: *Si opera non feciſſem, quæ nemo alius facit &c.* Hoc modo ſolum declarari poteſt Apoſtolus, qui mittitur a Deo tantum: OPERA ENIM SANCTA FINGUNT OMNES PSEUDOPROPHETÆ, ſecundum illud Pauli Apoſtoli II. ad Cor. XI. *Nam ejuſmodi pſeudoapoſtoli operarii ſunt ſubdoli, transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti*. Ubi in *annotationibus* HIERONYMUS. Dicentes, *hoc dicit Dominus*, cum ipſe non miſerit eos, viſiones a ,, ſuo corde loquuntur. Subdolus eſt, qui aliud

Joan. 10. 38.

Joan. 15. 24.

Apoſtolus a ſolo Deo miſſus quomodo probetur

2. Cor. 11. 13.

* Hieronymus To. 11. pag. 974.

,, fingit, cum aliud agat, & ſub contemplatione Evangelicæ prædicationis contegat rapacitatem. ,, Hæc ille. Igitur, quia Paulus dixit, ſe non ab homine, neque per hominem; ſed a Chriſto tantum conſtitutum Apoſtolum, tollens pſeudo defenſionis umbraculum, docet Apoſtolatus ſui veritatem conſequenter Corinthios, ,, Signa (inquiens) Apoſtolatus mei facta ,, ſunt ſuper vos, in omni patientia, ſignis & ,, prodigiis, & virtutibus. ,, Ubi *in annotationibus* HIERONYMUS. Ego quidem nihil ſum ut ,, homo; ſed Apoſtolatus mei in vobis ſigna ,, monſtravi; hoc eſt, patientiam in moribus, ,, & prodigia in ſignis. ,, Hæc ille. Et ita Joannes Baptiſta, quia immediate a Deo venit, a Deo eſt mirabiliter detectus per ea verba *inter natos mulierum nullus major*. Et quis immediatius, quam Chriſtus a Deo proceſſit? Et ideo in miraculis natus, nutritus, & fotus; & fuit totus in miraculis converſatus, quæ ante eum nullus alius fecit. Ita & Apoſtoli, quia tantum a Deo homine venerunt, idcirco exitum ſuum a Deo per miracula probaverunt (*b*). Unde *de quæſtionibus novi & veteris teſtamenti*, cap. XCIII. in fine, AUGUSTINUS. Semina (inquit) fidei ſunt ,, virtutes per Apoſtolos factæ. Ipſi enim Antiſtites teſtes poſiti ſunt hujus veritatis, qui ,, per ſigna & prodigia non irrationabilem eſſe ,, fidem noſtram teſtarentur. NULLA ENIM MAJOR PROBATIO EST veritatis, quam ipſa virtus. Hæc eſt enim, quæ omnem terrenam ,, philoſophiam accuſat: quia ſemper ſolis verbis ſtuduit, non habens teſtimonium virtutis, quo * ſtabile eſſe, quod verbis aſtructum erat, demonſtraret (*c*). ,, Hæc Auguſtinus. Ecce nulla major probatio veritatis quam ipſa virtus. Terrena philoſophia eſt veſtrum dogma hæreticum: quia non habet teſtimonium virtutis in ſignis, quod aſtruit verbis: quamquam quidam veſtrum attentabant miraculoſum aſcenſum in cœlum: quidam reſurrectionem carnis poſt triduanam combuſtionem & reſolutionem carnis in cineres: & quidam, deficiente miraculo, arte magica (ut fertur) binum vitavit incendium; ſed hæc omnia fruſtra, quæ nullum ſortiebantur effectum (*d*). Unum dico: ſi ſitis a Deo miſſi, probetis miraculis: quod nec Chriſtus, nec Apoſtoli ejus dedignabantur efficere.

Gal. 1. 1.

2. Cor. 12. 12.

* Hieronymus To. 11. pag. 977.

Joan. 1. 6.

b

* Auguſtinus To. 3. in app. pag. 1068.

* M. qua

c

Miracula fruſtra attentarunt hæretici.

d

6. Sed dicitis: *Signa in ſignum ſunt non fidelibus, ſed infidelibus:* Et, *Judæi ſigna petunt* (*e*). Revera eamdem viam & diſtantiam credo eſſe ab Athænis ad Thebas, & a Thebis Athænas; tantumque a fideli diſtare hæreticum, quantum diſtat e contrario ab hæretico fidelis. Omnes enim catholici & fideles Eccleſiæ exiſtimant vos omnes Wicleviſtas infideles & perfidos; & tantum (ut credimus) vos a vera fide putatis diſtare catholicos. Ideo autem & *perfidos Phariſæos*, & *Antichriſtianos*, paſſim catholicos appellatis. Si ergo vos fideles ſitis, nos in-

1. Cor. 1. 22.

e

(*a*) Ita Cod. Vat. Sed Editi habent *Sautre* de quo neque nomen in Wicleviſtica hiſtoria mihi unquam occurriſſe memini. De *Gallielmo* autem *Sartore*, ejuſque ſupplicio loquitur *Waldenſis* To. 2. Doctr. 21.

(*b*) Dicitur Marci ultimo: *Illi vero profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis*.

(*c*) Inſuper lib. *de utilitate credendi* cap. 18. & lib. *contra Epiſt. fundamenti* cap. 4. dicit ſe teneri in Eccleſia vinculis miraculorum. Et Richardus de S. Victore lib. 1. de Trinit. cap. 2. auſus eſt dicere: *Domine ſi error eſt quod credimus, a te decepti ſumus: iſta enim in nobis iis ſignis & prodigiis confirmata ſunt, quæ nonniſi a te fieri potuerunt*.

(*d*) Idem contigit prophetis Baal ex 3. Reg. 18. Idem de Simone Mago refert Egeſippus lib. 3. cap. 2. *de excidio Jeroſol.* Porro de Arianis ſimilia narrat Gregorius Turonen. lib. 2. cap. 3. hiſt. Francorum. Ac ne omnes recenſeamus hæreticos, idem conſtat de Luthero & Calvino. De primo refert Staphylus, quod volens de quadam ſua diſcipula dæmonium ejicere, periculum fuit ne ipſe a dæmone occideretur. De Calvino narrat Bolſecus in ejus vita, cap. 13. quod *Bruleum* quemdam, qui ejus perſuaſionibus mortuum ſe ſimulaverat; dum illum velle erigere & ſuſcitare coram multitudine oſtentat, revera mortuum reperiit. Similia de modernis hæreticis proferunt Cochlæus in Actis Lutheri an. 1523. *Felicianus Ninguarda* in lib. contra Annam Burgenſem; *Lindanus* in Dubitantio; *Alanus copus* lib. 6. Dialogor.

(*e*) Hoc idem dixit Catholicis Joannes Calvinus in Præfat. *Inſtit.* Sed Calvinus, & reliqui Novatores cum non ſint miſſi ab ordinariis Paſtoribus, non poſſunt tuto recipi, niſi ſuam miſſionem & Apoſtolatum divino probent teſtimonio.

infideles; Apoſtolatus veſtri ſigna monſtrate. Non enim fruſtra Chriſtus, prius quam mitteret duodecim Apoſtolos ad prædicandum, dedit eis virtutem & poteſtatem ſuper omnia dæmonia, & ut languores curarent. (Luc. 9. 1.) Unde dicit lib. III. *ſuper Lucam*, cap. XXXIV. BEDA. (Beda To. 2. cap. 33. pag. 93.) Conceſſa primo poteſtate ſignorum, miſit prædi- A care regnum Dei, ut promiſſorum magnitudini atteſtaretur etiam magnitudo factorum; fidemque verbis daret virtus oſtenſa: & nova facerent, qui nova prædicarent. „ Hæc ille. Et Euſebius lib. IV. *Eccleſiaſticæ hiſt.* c. XXIV. EUSEBIUS. (Euſebius lib. 3. cap. 24. pag. 107.) Venerabiles & vere Deo digni Apoſtoli Chriſti, cum eſſent in omni puritate vitæ, & animi virtutibus clari, non magnipendebant ſermonis ornatum: quippe in quibus anima erat divinis ornata virtutibus, ſimul & ſignorum gratia, quæ eis a Domino noſtro Jeſu Chriſto conceſſa fuerat, confidentes, non in ſuaſoriis humanæ ſapientiæ ver- B bis ſummam Dominicæ prædicationis collocabant, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtute, (1. Cor. 2. 4.) per quam mirabilibus conſummatis, & verborum ſuorum fide facta, univerſo orbi regni cœlorum ſcientiam tradiderunt. „ Hæc ille. Et ſecunda parte *homiliar.* hom. IX. GREGORIUS. (Gregorius To. 1. hom. 29. pag. 1571.) Ut enim fides credentium creſceret, miraculis fuerat nutrienda: quia & nos cum arbuſta plantamus, tamdiu eis aquam infundimus, quouſque ea in terra convaluiſſe videamus: at ſi ſemel radicem fixerint, ab irrigando ceſſamus. Hinc eſt enim quod Paulus dicit: (1. Cor. 14. 22.) *Linguæ in ſignum ſunt, non fideli-* C *bus, ſed infidelibus*. „ Hæc ille. Si nos (ut ſoles appellare) ſumus hæretici, ſumus infideles, quia TIBI NOVA PRÆDICANTI NON CREDIMUS, qualia ſcilicet a temporibus Apoſtolorum uſque ad hæc tempora, niſi forſan per quoſdam hæreticos quos Patres noſtri damna- a bant (*a*), nuſquam novimus prædicata vel docta: ſaltem ne perfidi & increduli maneamus, vera fac ſigna, miraculis irriga, & NOVA FACIAS, QUI NOVISSIMA PRÆDICAS. Quid ſic tota die manus veſtras expanditis ad populum non credentem? Quid ſolis verbis novum Evangelium prædicatis, cujus author primus Wiclef- D fus, eſt Evangelicus Doctor veſter? Ecce dicimus: „ Non credimus novam fidem, nec aliam, quam quæ ab Apoſtolorum temporibus uſque ad hæc tempora noſtra duravit: quam Græci bene noverunt, Indi audierunt, cunctaque per orbem ſæcula non mirantur ut novam. „ Ad veſtra verba ſtupent aures quæ pruriunt novitatem. Cunctæ per orbem provinciæ veſtrum dogma ſic ignorant, ut ubi pſeudoapoſtoli venerint, aut librorum dogmata afferant *, (* al. aſtruant) de perfidia veſtra alieni ſubſiſtent. Omnem fidem veterem in libris inveniunt: dogma catholicum per univerſum mundum diſperſum ſine magna E cunctatione periti illius fideles aut credunt, aut b diſcutiunt. Dogma Wicleviſticum (*b*), præcipuus ejus diſcipulus Joannes Hus a *Joanne veteris Caſtri* ſibi demandari ab Anglia in Bohemiam petiit: quod revera in toto famoſiſſimo ſtudio Pragenſi & ſacris Sanctorum libris refertiſſimo, priſcari, & pro antiquo probari non potuit. (Doctrina Trialogi pro antiqua a Pragenſibus non probatur) Scio Chryſoſtomum dicere in *Imperfecto* homil. XL. CHRYSOSTOMUS. (*Chryſoſtomus To. 3. pag. 675.) Antequam notitia Dei in hominibus eſſet, neceſſe erat, ut per ſanctitatem hominum, Dei potentia cognoſceretur. „ Hæc ille. Vos dicitis totum mundum excæcatum hypocriſi Sacerdotum, & a Dei notitia alienum: ergo inſto & exigo, ut per ſanctitatem veſtram, quam tantopere prædicatis, Dei potentia apud vos manifeſtetur mi- A raculis. Si vero a ſolo Deo mitterentur Apoſtoli veſtri, non dubium quin cum omni ratione iſta petantur. Sed tamen adhuc aliud conſulo, ut de cætero pulſum ſpiritus veſtri vagi non omnino putetis inſtinctum; aut miſſionem Dei definite velle putari. Mitti a Deo tantum, & Apoſtolatum veſtrum ab ipſo expectetis per hominem, juxta ſaluberrimum illud inſtitutum Leonis Papæ, & eſt XVI. cap. *Adjicimus*, LEO PAPA. (Leo Papa in Epiſt. ad Maximum Antiochen. Epiſt. 92. To. 1. pag. 311.) Statuimus (inquit) ut præter Domini Sacerdotes nullus audeat prædicare, ſive monachus, ſive laicus ille ſit, qui cujuſcumque ſcientiæ nomine glorietur. „ Hæc ille. *Præ-* B *ter Domini Sacerdotes* vult intelligere conſenſum Epiſcoporum, qui Summi Sacerdotes Dei ſunt, ut ita conſonet decreto Sancti Clementis Epiſt. III. quæ intitulatur *Ad univerſos*, poſt medium, CLEMENS. (Clemens apud Labbeum To. 1. Epiſt. 3. pag. 108. 16. quæſt. 1. cunctis fidelibus.) Cunctis fidelibus, & ſummopere Preſbyteris omnibus ac Diaconibus, & reliquis Clericis attendendum eſt, ut nihil abſque Epiſcopi proprii licentia agant; non utique Miſſas ſine ejus juſſu quiſque Presbyterorum in ſua Parochia agat: non baptizet, nec quidquam abſque ejus permiſſu faciat. „ Hæc ille.

C CAPUT LXXI.

Quod quidam presbyteri impediri rite poſſunt, ne prædicent.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Ex rationabili cauſa poteſt Epiſcopus prohibere alicui Presbytero, ne prædicet; tametſi ſit doctus, & ad docendum aptus.*
2. *Conturbantes Eccleſiam Chriſti, & diſſenſionis ſemina jacientes, ſunt a munere prædicationis repellendi.*
3. *Hæretici ſunt per Eccleſiæ Prælatos ſtatim comprimendi, ne populum ſeducant: neque ſunt leni verbo medendi, ſed ſevera correctione plectendi.* D
4. *Non ſolum incorrigibilibus, ſed quibuſcumque hæreticis, eſt prædicandi facultas auferenda.*
5. *Cauſæ, cur Prælati juſte poſſint alicui prædicationis munus impedire.*
6. *Mos hæreticorum eſt, ut cum male intelligant, maleque doceant, docendi facultatem ſibi uſurpent.*

E 1. CONatur * (* Ed. V. minatur) Wicleffus contra ictum fulminis, probans, ut ſibi videtur, quod nullus de Sacris Antiſtitibus quemquam poſſit impedire Presbyterum ab exercitio prædicandi ſerm. X. *operis Epiſtolaris*, WICLEFFUS. (Wicleffus) Nemo (inquit) tantum blaſphemat in Deum, quod concedat ipſum dare donum aliquod ſine cauſa; ſed dat ſimplicibus Sacerdotibus, etiam ſuper Epiſcopos, notitiam prædicandi; igitur rationalis cauſa ſubeſt. Sed non eſt fingenda cauſa dationis Dei iſtius ſcientiæ, ſi

„ non

(*a*) Omnium veterum hæreticorum, ac gentilium Philoſophorum fabulas recoxit Wicleffus, ut jam ſupra in Epiſt. ad Martinum V. ſcripſit Waldenſis. Sed in quibuſdam veluti potiſſimos Duces ſecutus eſt *Marſilium* Patavinum, & *Jandunum* Peruſienſem, uti teſtatur Gregorius Papa XI. in Epiſt. ad Epiſcopos Cantuarienſem & Londinen. In quibuſdam aliis Albigenſes, Petrobuſianos, Amoreos, Waldenſes, Berengarianos, alioſque talis farinæ magiſtros imitari ſtuduit.

(*b*) Intellige librum *Trialogi* in quo totius Wicleviſticæ hæreſis ſumma continetur.

„ non ut prædicent capaci populo: ergo im„ pediens iſtum finem, quem Chriſtus intendit, Chriſto notorie contradicit; & tunc indubie foret Antichriſtus ſacrilegus. „ Et ſermone XLIII. reſumens hanc ratiunculam, infert pro minori, quod nec licet Deo nec homini impedire eos, ne in hoc impleant verbum Dei, ut currat ſermo Chriſti liberius: ergo non licet Epiſcopis in hoc impedire dictos Presbyteros (a). „ Hæc Wicleffus. Si iſta non ſit alta blaſphemia in Chriſtum Jeſum, quid prodeſt Evangelium? An non dedit Chriſtus Apoſtolis perfectam ſcientiam prædicandi, quando miſit eos prædicare per Judæam? Aliquando tamen, ne ſermo Dei curreret ſecundum Wicleviſticam libertatem, interclusit eis gentes: *in viam* (inquit) *gentium ne abieritis*. Matth. x. Quomodo tu dicis, quod nec licet Deo nec homini impedire ſcientes *? Hieronymus aſſignans cauſam hujus prohibitionis in *Commentario* ſuper Matth. HIERONYMUS. Oportebat (inquit) primum adventum Chriſti nunciare Judæis, ne juſtam haberent excuſationem, dicentes, ſe Dominum ideo rejeciſſe, quia ad Gentes, & ad Samaritanos, Apoſtolos miſerit. „ Hæc ille. Hæc eſt ergo juſta cauſa prohibendi prædicare etiam ſcientes & aptos, ut exquiſitus ordo prædicandi ſervetur in locis. Sanctus Paulus & Timotheus vetiti ſunt a Spiritu Sancto loqui verbum Dei in Aſia; & cum volebant in Bithynia prædicare, non permiſit eos Spiritus Jeſu. Act. XVI. Et numquid tunc Paulus, non acceperat ſcientiam prædicandi? Beda dicens cauſam hujus in expoſitione *ſuper Actus*, BEDA. Qui novit (inquit) corda Deus beneficii gratia Doctorem ab Aſia removit, ne ſi ſanctum canibus daretur, error cordis iniqui de contempta prædicatione judicetur. „ Hæc ille. Ecce aliam cauſam licite prohibendi, ne divinus ſermo curreret in contemptum, non tantum ſi cordis adſit duritjes in populo audituro; ſed etiam ſi, ex parte prædicantis, inevitabilis culpa vel naturæ, vel malitiæ, opem donet contemptui: talem enim etſi homo non ſuſpendat per ſubtractionem potentiæ, quotidie Deus ſuſpendit per ablationem gratiæ; dicente Job cap. XII. *Commutans labium veracium, & doctrinam ſenum auferens*. Ubi in *Moralibus* lib. XI. cap. IX. GREGORIUS. „ Cum Sacerdos non agit bona quæ loquitur, ei etiam ſermo ſubtrahitur, ne loqui audeat, quod non operatur; ſicut per Prophetam dicitur, *Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras juſtitias meas?* „ Hæc ille.

Matth. 10. 5. — * prædicare — Hieronymus To. 7. lib. 1. cap. 10. pag. 57. — Cauſæ prohibendi prædicationem — Act. 16. 6. & 7. — Beda To. 1. pag. 158. — Matth. 7. 6. — Job 12. 20. — Gregorius To. 3. lib. 11. cap. 14. pag. 374. num. 23. — Pſal. 49. 16.

2. Demum, ut ad homines veniamus, conturbantes Eccleſiam, & magna diſſenſionum ſemina jactantes, per Prælatorum curam debent inhiberi ne prædicent. De qualibus dixit Apoſtolus ad Gal. 1. *Sunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt convertere Evangelium Chriſti*. Ac demum de his ſubjungens ſententiam cap. V. *Utinam & abſcindantur* (inquit) *qui vos conturbant:* quod non tam optative, quam executive dixit. Unde in *annotationibus* ſuper illum locum HIERONYMUS. Si putant hoc ſibi prodeſſe, non ſolum circumcidantur, ſed etiam abſcindantur: ſi enim expoliatio membri proficit, multo magis ablatio *. „ Hæc ille. Et hoc pro eo quod dicit in loco prædicto WICLEFFUS. Ubi (inquit) quæſo Chriſtus, aut ejus Apoſtoli, aliquem hæreticum per coactionem cæſaream ſuſpenderunt? -- Et ſubjiciens modum ſuum abſcindendi -- Sed ex Evangelio (inquit) Chriſti, & ejus Apoſtoli, veritas falſi dogmatis debet noſci, & illa nota, debet Epiſcopus in perſona propria conrra ipſum invehere; & in veritate catholica ex teſtimonio Scripturæ populum informare. „ Hæc Wicleffus.

Gal. 1. 5. — * Hieronymus To. 11. pag. 992. — * M. abolitio Wicleffus

3. Quaſi diceret: „ Apoſtolus in leviori cauſa fornicantis cum uxore patris ſui potuit coactivum, quem hic vocat *cæſareum*, exercere rigorem: & Chriſtus juſſit in rebus minoribus moralium ſcandalorum, *ſi manus tua vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum, & projice abs te*. Sed qui matrem ſuam polluta hæreſi inceſtat Eccleſiam, & corpus ejus non igne ſcandali, ſed inextinguibilis hæreſis totum intoxicat; ille leni verbo Pontificis eſt mulcendus. „ Numquid videtur iſte vobis delicatus magiſter, & ad fovendum hæreſes mollis nutritius; Lollardorum præceptor, benevolus tutor, lactens & protector dulciſonus omnium peſſimorum? Sed Apoſtolus Paulus, ut diximus *, conturbantes tales Eccleſiaſtica ſanctione præſcidit; quem adhuc imitari ſolent Patres: quemadmodum Cœleſtinus Papa in Decreto ſuo, cito poſt principium, CŒLESTINUS. Dilectiſſimis (inquit) fratribus, Venerio, Marino, Leontio, Auxionio, Archadio, Sillucio, & cæteris Galliarum Epiſcopis, Cœleſtinus -- Et infra -- Filii noſtri præſentes, Proſper, & Hilarius, quorum circa Deum ſollicitudo laudanda eſt, tantum ajunt neſcio quibus presbyteris illic licere, qui diſſenſionem Eccleſiarum ſunt apud vos proſecuti, ut indiſciplinatas quæſtiones vocantes in medium, pertinaciter eos dicant prædicare adverſantia veritati. Sed veſtræ id dilectioni juſtius imputamus, quando illi ſupra vos habent copiam diſputandi. Legimus ſupra magiſtrum non eſſe diſcipulum, hoc eſt, non extolli debere quemquam ad injuriam Doctorum. Nam & hos ipſos a Domino noſtro Jeſu poſitos novimus ad docendum, cum ſit (docente Apoſtolo) eis locus tertius intra Eccleſiam deputandus. Quid illic ſpei eſt, ubi magiſtris tacentibus, ji loquuntur, qui, ſi ita eſt, eorum diſcipuli non fuerunt? Timeo ne connivere ſit hoc tacere. Timeo ne magis ipſi loquantur, qui permittunt illis taliter loqui. In talibus cauſis non caret ſuſpicione taciturnitas: quia occurreret veritas, ſi falſitas diſpliceret. Merito namque cauſa nos reſpicit, ſi ſilentio faveamus errori. Ergo corripiantur hujuſmodi. Non ſit his liberum habere pro voluntate ſermonem. Deſinat (ſi ita res ſunt) inceſſare novitas vetuſtatem; deſinat Eccleſiarum quietem inquietudo turbare. Conantur ſæpe naufragio mergere, quos intra portum ſtantes, ſtatio facit fida ſecuros. „ Hæc ille. Ecce jam cauſa tertia legitima prohibendi quoſcumque immoderate taliter evangelizantes, ne prædicent: & quod prædicandi authoritas prima & ſumma ſit apud Epiſcopos, per quos etiam, cum oportet, debent inferiores presbyteri prohiberi. Subjungit ibidem circa medium locum, CŒLESTINUS. Sciant ſe, ſi tamen cenſentur presbyteri dignitate, vobis eſſe ſubjectos. Sciant omnes, qui male docent, quod ſibi diſcere magis ac magis competat, quam docere. Nam quid in Eccleſiis vos agitis, ſi illi ſummam teneant præ„ di-

Matth. 18. 8. — * num. 2. — Cœleſtinus I. Epiſt. 1. apud Labb. To. 3. pag. 469. — Matth. 10. 24. — Sermo eſt ad Epiſcopos Galliæ, ut Pelagianos errores diſſimulent — Prædicandi authoritas ſumma apud Epiſcopos — Cœleſtinus ibidem pag. 470.

(a) Ampla hæc prædicandi licentia recentioribus placuit hæreticis: eamque adeo extendit Lutherus in lib. *de Miſſa privata, & unctione Sacerdotum*, ut neque Diabolum ab Evangelico excipiat officio. Ortum habuit hæc hæreſis a Pepuzianis, qui etiam fœminas Evangelizantes audiebant, audiendaſque affirmabant. Vide cap. 73. hujus libri.

„ dicandi? „ Sequitur – Nunc tamen repetentes ſæpius admonemus; vitentur hujuſmodi, „ qui laborant per terras aliud, quam ille noſter juſſit agricola ſeminare. „ Hæc ille. Jam vos alloquitur Wicleviſtas, quos nec parochia una, nec provincia detinet, niſi in Bohemiam, Theutoniam, Portugalliam, antiapoſtolicum ſemen incerta & laborioſa vagatione ſpargatis. Sed quid dicturi ſumus ad planos hæreticos? Nonne Sancti Antiſtites poſſunt eos a prædicatione compeſcere? Scriptura dicit Proverb. XXII. *Ejice deriſorem, & exibit cum eo jurgium:* quod exponens ſuper Proverb. lib. II. BEDA. Ejice „ (inquit) hæreticum, quem corrigere non potes, de Eccleſia; & cum illi libertatem prædicandi abſtuleris, catholicæ paci auxilium „ præſtas. „ Hæc ille.

Prov. 22. 10. Beda To. 4. pag. 943.

4. Sed hoc forſan cum Wicleffo videbitur facere, ut non prius auferat hæretico prædicandi licentiam, quam ipſum incorrigibilem Antiſtes invenerit: ita ut admiſſione ejus in primitiis prædicationis ſuæ non egeat, ſed redargutione levi vel venia, ſi delinquat. Sed an hæc ſit intentio Bedæ, ipſe ſe declarat poſterius lib. III. ſuper Proverb. tractans hunc textum, *Sicut qui mittit lapidem in acervum tritici*, BEDA. Qui inſipienti, ideſt, hæretico, honorem „ docendi confert, non minus delinquit, quam „ qui Deos, ac delubra gentilium, cultu veneratur inani. „ Hæc ille. Breve verbum, ſed cenſura pleniſſimum. Caveant ſibi ſacri Præſules, ne levitate licentiæ coæquentur idolatris. Non dicit, *qui jam hæreticum convictum non corripit;* ſed, *qui hæretico docendi honorem contulerit*. Qui talem admittit, qualis ut ſupra * dixit Cœleſtinus, per latiſſimas patrias circuit, ut hæreſes ſeminet: qui dum hæreſes excitat, quod prædicat non diſcernit; is quaſi idola coleret, ſic delinquit. Bene incedunt ad paria hæreſis, & idolatria; duæ enim ſorores ſunt, & pene æqualis contagii. Duæ certe blaſphemiæ contra Deum.

Prov. 26. 8. Beda To. 4. pag. 508. Hæreticus a prædicatione coercendus. * num. 3. Hæreſis & Idololatria æquiparantur.

5. Habetis hic, Sancti Patres Eccleſiæ, multiformem cauſam impeditionis catholicæ, ne lupi ſæviant, ne vulpes incendant ſegetes fidei orthodoxæ. Poſſunt exemplo Chriſti excipi loca, tempora, conditiones prædicantium, & cauſæ. At Beatus Gregorius in Paſtorali ſuo excipere jubet Sanctos Antiſtites ab officio prædicationis juvenes & imperfectos cap. XLIX. GREGORIUS. Admonendi (inquit) ſunt, ut conſiderent, quod conceptas ſoboles fœminæ ſi priuſquam plene formentur proferunt, nequaquam „ domos, ſed tumulos replent. Hinc eſt, quod „ ipſa veritas quæ repente quos vellet roborare potuiſſet; ut exemplum ſequentibus daret, „ ne imperfecti prædicare præſumerent, poſtquam plene diſcipulos de prædicationis virtute inſtruxit, illico adjunxit: *Vos autem ſedete in civitate, donec induamini virtute ex alto*. „ Hæc ille. Mira res, quod Wicleviſtica præſumptio tam perfectam & ſpiritualiter habilem ſuam ſobolem reputat, quam nec Chriſti veritas inſtruxit, nec ipſam in Civitate, donec ex alto impleatur, expectat. Sed ſubito de catomo * parvulorum ad cathedram, de ſolo ad ſolium, de luto ad literas, de miſeriis in magiſtros creſcunt; & dedignantes eos qui ſubſunt in Eccleſia, etiam ſupra Sacros Epiſcopos vendicant Doctoratum. Ita namque dixit ſupra * author eorum WICLEFFUS. Deus (in„ quit) dat ſimplicibus Sacerdotibus, etiam ſu„ pra Epiſcopos, notitiam prædicandi.

Gregorius To. 2. cap. 25. pag. 76. Juvenes & imperfecti a prædicatione amovendi. Luc. 24. 49. * al. Cathone; ſed videtur legendum Catomo: nam dici ſolet pueros in Catomo levari ut verberentur. * num. 1. Wicleffus

6. Vere enim hic eſt mos omnium hæreſum, quem etiam Sapiens clamat in Proverbiis, Mu„ lier, (inquiens) ſtulta, & clamoſa, plenaque „ illecebris, & nihil omnino ſciens, ſedet in fo„ ribus domus ſuæ ſuper ſellam. „ Prov. IX. Quem locum exponens ſuper Proverbia lib. I. verſus finem, BEDA. Mulier hæc hæreſis eſt, „ contraria (inquit) nimirum ſapientiæ. Sedet

Prov. 9. 13. Beda To. 4. pag. 903.

A „ autem & ipſa in foribus domus ſuæ, ideſt, „ in Doctoribus falſitatis, qui in penetralia „ perfidiæ miſeros fallendo introducunt. Super „ ſellam autem, quia cathedram ſibi prædica„ tionis uſurpat. Hæc eſt cathedra peſtilentiæ, „ in qua beatus vir ſedere detrectat. „ Hæc ille. Ecce mulier fatua, mulier clamoſa, dicens ſe eſſe ſapientem, ſed fatua eſt effecta: ponit ſibi ſellam, ſuper quam ſedeat, quia, ſine aſſignatione Præſulis, cathedram ſibi prædicationis uſurpat. Vere Wicleffus, ſicut una de ſtultis mulieribus locutus es: ſed recte cum illis loqueris, cum quarum moribus conveniſti. Ita

Pſal. 1. 1. Job 2. 10.

B patres tui hæretici, ita matres hæreſes, cathedras ſibi vendicant. Patres dici Eccleſiæ concupiſcunt, quos Patres noſtri Sancti procul abjiciunt; & ne gregem inficiant, nec inter canes gregis computari permittunt, juxta illud Job, *Quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei*. Ubi XX. lib. *Moral.* cap. IX. GREGORIUS. Quis eſt grex ſanctæ Eccleſiæ, niſi „ multitudo fidelium? Vel qui alii hujus gre„ gis canes vocantur, niſi Doctores ſancti, qui „ eorumdem fidelium cuſtodes extiterunt? – Et „ infra – Patres hæreticorum dicimus, quos *hæreſiarchas* vocamus: de quorum perverſa præ-

Job 30. 1. Gregorius To. 1. cap. 6. pag. 642. pag. 643. num. 16.

C „ dicatione, ideſt, locutionis ſemine, ſequen„ tes ſunt populi in errore generati. Sancta er„ go Eccleſia cum canibus gregis ſui hæreti„ corum patres ponere dedignatur: quia inven„ tores errorum dijudicando reſpuit, eoſque in„ ter veros patres numerare contemnit. Qui „ etſi quoſdam viſi ſunt a gentilitatis errore „ revocaſſe, quorumdamque mores ad honeſta „ agenda docuiſſe: pro eo tamen quod de Do„ mino non recta ſenſerunt, eos cum cani„ bus gregis ſui non ponit, quia cum rectis „ prædicatoribus non adſcribit. Liquet enim, „ quod Arius, Photinus, Macedonius, Neſto-

D „ rius, Eutyches, Dioſcorus, Severus, multi„ que his ſimiles *, docendo atque ſuadendo „ conati ſunt patres videri: ſed errores eorum „ Sancta univerſalis Eccleſia diſtricta ſeverita„ te dijudicans, eos inter cuſtodes gregis ſui „ non numerat, quos ejuſdem gregis unitatem „ diſſipantes damnat. „ Hæc Gregorius. Huic collegio damnatorum ſi Amoreos *, ſi Waldenſes, ſi Berengarianos, ſi Wicleviſtas adjungimus, recte authoritate Sanctorum Præſulum, quia Chriſti fidem ſcindunt, quamvis eſſe patres plebis ſubdole cupiunt, a prædicationis ſolio ſeparamus. Ne tamen a fundamento iniquitatis

* Lutherus Calvinus caeterique Novatores * a Gulielmo de S. amore ſic dictos

E iſtorum diſcedamus, ignari certe quidam hæretici veteres hoc ipſum artificium prædicandi liberum præſumpſerunt accipere, quos magnus Pater Hieronymus exponit fundaſſe ſe in illo Apoſtoli ad Philip. I. *Quid enim mihi? dum omnimodo, ſive per occaſionem, ſive per veritatem Chriſtus annuntietur &c.* Sed ibidem refellit eos in *annotationibus ſuis*, dicens idem Pater HIERONYMUS. Hoc loco non eſt accipiendum „ ut quidam putat, prædicationem Chriſti hæ„ reticis ab Apoſtolis eſſe permiſſam, ut quo„ modo volunt, Chriſtum prædicent: ſed illud „ eſt quod dicit illo tempore quo Apoſtolus te„ nebatur in vinculis, extitiſſe qui propter in„ vidiam volentes magis augere preſſuram ten„ tationum Apoſtolo, Chriſtum prædicabant. „ Hæc ille. Hic ergo, quamvis procul, Wicleffus habuit

Philip. 1. 18. * Hieronymus To. 11. pag. 1013.

habuit fundamentum, per quod ſuadere poterat ſuis conlollardis, prædicandi eis contra Chriſtum incumbere liberrimam facultatem.

CAPUT LXXII.

Quod Fratribus catholicis ad prædicandum ad- A miſſis, non propter hoc tolerantur* hæretici.

* Subaudi tolerari debent

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Eſto quod Fratres exercentes officium prædicandi eſſent mercenarii (ut illis imponit Wicleffus) adhuc eſſent tolerandi, ſicuti contra hæretici, cum vere ſint fures & lupi, de Eccleſia ſunt profligandi.*
2. *Hæretici ſuperbi ſe ſuoſque aſſeclas juſtificant, ſummiſque laudibus ſua opera jactitant.*
3. *Veritas catholica ab homine mercenario prædicata, quamvis illi non proſit, iis tamen* B *qui audiunt prodeſſe poteſt.*
4. *Hæretice prædicantes, non ſolum ſunt reprehendendi, ſed ab officio ſuſpendendi.*
5. *Inter mercenarios & optimos Evangeliſtas diſtantia eſt terrenæ mercedis intentio, ſed communicant in eadem fidei regula.*
6. *Inter mercenarium & hæreticum hoc etiam eſt diſcrimen, quod ille veritatem annunciet, hic vero impugnet.*
7. *Hæretici omnes ad prædicandum impietatem ſuam a divitiarum cupiditate & ventris ingluvie impelluntur.*
8. *Hæretici populorum animas quotidie jugulant,* C *pro quibus redimendis Chriſtus ſanguinem ſuum fudit.*
9. *Prælati, priſcorum Patrum exemplo, plebem ab hæreticorum concionibus & conſuetudine ſubducere debent.*

1. FRatres (*a*) nunc conſtanter agant, ne, per invidiam omnis boni, lumen ſuæ claritatis amittant. Satagit, dico vobis, Wicleffus, ut ſi ipſe pellatur a ſummo docentium ordine,
Apoc. 12. 4. tertiam partem ſtellarum veſtrarum ſecum trahat ad inferos in cauda draconis, ſerm. XLIII.
Wicleffus *operis Epiſtolaris*, de Epiſcopis loquens, WI- D CLEFFUS. Fratres (inquit) vendentes ſuas fabu- „ las, & mulcentes ac foventes peccatores & eo- „ rum culpas, ſtatim licentiant ad populo præ- „ dicandum; ſed illos, qui volunt gratis dare „ verbum Evangelii ſine mendicatione, non ſi- „ nunt evangelizare: quod oritur indubie ex in- „ ſtinctu diaboli. „ Hæc Wicleffus. Quid jam
* *al.* ſeniorum oportet inſiſtere laudibus ſermonum*, & laboribus dignis aureola gemina Doctoratus & Martyrii, quos Fratres contra vitia doctrinarum & morum inſtantes hactenus pertulerunt? Necdum curvantur qui portant orbem. Ad rem alacriter pergo, & ad comparationem hæreticam, decla- E rationem catholicam ſine fictione ſuppono. Dicis Sacerdotes tuos ſimplices gratis dare verbum Evangelii: Fratres autem ſpe lucri. Eſto ita ſit de Fratribus (ſed abſit:) igitur ipſi tollendi forent, ut arguis, & Wicleviſtæ diſcipuli tolerandi? Nec tibi credo, nec concedo ſophiſma. Sed dulciſſimum Jeſu Chriſti adeamus ar-
Joan. 10. 11. 12. & 13. bitrium in Evangelio Joan. X. ubi plane diſſolvit litigium, dicens ſe paſtorem bonum; poſt inferens lupum fugiendum, & mercenarium tolerandum. Auguſtinus autem hanc exponens hiſtoriam *de verbis Domini* ſerm. XLIX. AUGUSTINUS. Tres (inquit) perſonas dixit Dominus, „ & debemus illas inveſtigare. In Evangelio, „ Paſtoris, Mercenarii, & Furis, cum legere- „ tur, puto quod animadvertiſtis, deſignavit „ paſtorem, mercenarium & furem. Paſtorem „ dixit animam ſuam ponere pro ovibus, & „ intrare per januam. Furem dixit & latronem „ aſcendere per aliam partem. Mercenarium, „ dixit, lupum, vel etiam furem ſi videat, fu- „ gere, quia non eſt illi cura de ovibus: mer- „ cenarius enim eſt, non eſt paſtor: iſte enim „ intrat per januam, quia paſtor eſt; ille aſcen- „ dit per aliam partem, quia fur eſt. Ille vi- „ dens eos qui volunt tollere oves, timet & „ fugit, quia mercenarius eſt, quia non eſt il- „ li cura de ovibus: mercenarius enim eſt. Si „ invenerimus tres iſtas perſonas, inveniet ſan- „ ctitas veſtra & quos diligatis & quos tolere- „ tis, & quos caveatis. DILIGENDUS EST PA- „ STOR, tolerandus eſt mercenarius, cavendus „ eſt latro. „ Hæc Auguſtinus. Ecce mi Wicleff: jam habes ex Evangelio Jeſu Chriſti tres Evangelizantium ſpecies: Paſtores qui oves diligunt, & veri Evangelii Chriſti pabulum adminiſtrant; & iſti diligendi ſunt. Non tamen ut inter iſtos, tuos numeres Sacerdotes. Sed ſunt mercenarii, quos ſi vis, quia mercedem expectant, exponas pro Fratribus: ego autem latrones, vel lupos, tuos dixerim Sacerdotes: nam quantum ad mercenarios ſubſcribit Auguſtinus ibidem. AUGUSTINUS. Sunt homines in Eccleſia, de quibus „ dicit Apoſtolus, quia ex occaſione evangeli- „ zant, quærentes ab hominibus commoda ſua, „ ſive pecuniaria, ſive honorum, vel laudis hu- „ manæ. Quomodolibet volentes accipere mu- „ nera, Evangelizant; & non tam ſalutem ejus „ quærunt, cui annunciant, quam cumulum * „ ſuum. „ Hæc ille. Jam ecce duxi tibi in manus, Fratres debere ex mercenariis eſſe, ſi verum ſit quod dicis, eos propter ſpem ſtipis verbum vendere prædicationis.

Auguſtinus *To. 5. Serm. 137. pag. 665. num. 5.*
Tres perſonæ ad ovile venientes
Auguſtinus *ibidem*
Philip. 1. 15.
* *M.* commodum

2. Quantum tamen iſti * mercenarii non ſunt, quia non fugiunt lupum venientem, nec latronis minas hæreticas, ſecundum Salvatoris interpretationem præpoſitam, teſtes ſunt omnes Lollardi ſuperſtites, inter quos ſemper fuit, & eſt interminabilis ſtrepitus; ex parte Fratrum in Eccleſia Chriſti glorioſus triumphus. Ideo per hoc patet, quod lupi non ſunt, nec hæretici. Latrones autem aut lupi ſunt inſidiantes hæretici, ſicut erant temporibus ſuis Ariani, Donatiſtæ, Sabelliani, & noſtris temporibus Wicleviſtæ. Unde in prædicto ſerm. verſus finem AUGUSTINUS. Abundant lupi, abundant latro- „ nes. Ipſi ſunt, qui per alteram partem aſcen- „ dunt. Qui ſunt iſti qui aſcendunt? Qui de „ parte Donati volunt depredari oves Chriſti. „ Ipſi per alteram partem aſcendunt, non per „ Chriſtum intrant: quia non ſunt humiles, „ quia ſuperbi ſunt, aſcendunt. Quid eſt aſcen- „ dunt? extolluntur. Unde aſcendunt? per al- „ teram partem: unde de parte dici volunt, „ qui in unitate non ſunt. De altera parte „ ſunt, & de ipſa parte aſcendunt, ideſt, ex- „ tolluntur, & volunt tollere oves. Quomodo „ aſcendunt, videte. Nos (inquiunt) ſanctifi- „ camus, nos facimus juſtos. Ecce quo aſcen- „ derunt. „ Hæc ille. Et nonne hæc ipſa eſt vox Wicleffi? „ Ipſi (inquit) dant gratis ver- „ bum Evangelii: ipſi Sacerdotes mei habent „ ſuper Epiſcopos notitiam prædicandi: ipſos „ nec

* Fratres
Auguſtinus *Serm. 137. pag. 669. num. 12.*
Wicleffus

(*a*) Religioſos intellige Ordinum Mendicantium, quos in ſpretum *Fratres* dictitat Wicleffus; & ut eum preſſius redarguat *Waldenſis*, locutionem ejus retinere non dedignatur.

„ nec Rex, nec Deus poſſunt impedire — Et „ in prædicto ſermone — Credo ex gratia Dei, „ quod nec populus ceſſaret, etiam invito Epiſcopo, verbum Dei audire ſecundum formam „ hanc Evangelicam: nec quod dicti presbyteri, Angeli Chriſti, atque Apoſtoli, propter „ Antichriſti inſtantias timebunt ſerviliter, vel „ ceſſabunt. „ Hæc Wicleffus. Ecce Sacerdotes ejus ſunt Angeli, ſed Sathanæ ſunt; Apoſtoli, ſed Antichriſti. Videte quomodo aſcendit, quomodo ſuperbit, quomodo ſe & ſuos extollit. Lupus ergo eſt cum ſuis, & latro eſt; & quid jam tibi licentiam prædicandi cum Paſtore uſurpas? Dico tibi, nec cum mercenario: quia & ipſe tolerandus eſt: tu autem fugiendus omni modo a populo, & fugandus a Præſule. Non mea eſt, ſed Pauli Apoſtoli plana ſententia, qui de mercenariis dicit: „ Sive occaſione, ſive veritate Chriſtus annuncietur, in hoc gaudeo, „ ſed & gaudebo. „ De latronibus autem: „ Si „ quis vobis Evangelizaverit præter id quod ac- „ cepiſtis, anathema ſit. „

Philip. 1. 18. — *Gal. 1. 9.*

3. Unde, & Auguſtinus de his duobus conjunctim tractans lib. II. *contra Parmenianum*, poſt medium libri, ideſt, cap. 11. AUGUSTINUS. Illos vero (inquit) qui Evangelium an- „ nunciabant non caſte; qui non quidem aliud, „ niſi veritatem, ideſt, Chriſtum; tamen non „ veritate cordis ſui, ſed per occaſionem com- „ modorum ſuorum annunciabant, ſinite (in- „ quit) hos annunciare: & gaudet non utique „ illis, ſed eis, qui per illos ſalvi fiebant, te- „ nens præceptum Chriſti dicentis: Quod di- „ cunt facite; quod autem faciunt, facere nolite: „ dicunt enim & non faciunt. Sic enim Apo- „ ſtolus ad Philippenſes loquitur: Quidam enim „ (inquit) per invidiam & contentionem; qui- „ dam vero & per bonam voluntatem Chri- „ ſtum prædicant; quidam ex charitate, ſcien- „ tes quoniam in defenſionem Evangelii poſi- „ tus ſum; quidam vero per contumaciam „ Chriſtum annunciant *, exiſtimantes tribu- „ lationem ſuſcitari vinculis meis. Quid enim, „ dum omni modo, ſive occaſione, ſive verita- „ te Chriſtus annuncietur? Et in hoc gaudeo, „ ſed & gaudebo. Numquid permitteret eos „ prædicare Chriſtum, cum Evangelii veri- „ tatem non veraci cordis ſui caſtitate præ- „ dicarent? Numquid de talium prædicatio- „ ne gauderet, niſi ſciret, quod illis quidem „ perniciosum eſſet rem caſtam non caſte an- „ nunciare; illis autem ſalubre, qui bona & „ vera per eos audientes, proficerent ad ſalu- „ tem? Nam ubi non eſt Chriſtus, qui veri- „ tas eſt; ſed falſitas prædicatur, & mendacium; „ apertiſſime prohibet prædicare, ad Galatas di- „ cens: ſi quis vobis Evangelizaverit præter id „ quod accepiſtis, anathema ſit. Itemque ad „ Timotheum: ſicut rogavi te (inquit) ut ſu- „ ſtineres Epheſi, cum irem in Macedoniam, „ ut quibuſdam denunciares, ne aliter doce- „ rent, Illos autem invidos, contentioſos, con- „ tumaces, non caſtos, occaſionem quærentes „ faciendæ ſuæ malæ voluntatis, quia ſic eo- „ rum fictionem fugiebat Spiritus Sanctus, ut „ eorum non deſereret miniſterium; quia per „ eos Chriſtus prædicabatur; non ſolum per- „ mittit ut faciant, ſed congaudet quia fa- „ ciunt, „ Hæc Auguſtinus. Vide quam plane Scripturas adducit Apoſtoli, quibus probet, omnes mercenarios permiſiſſe Apoſtolum ad annunciandum Evangelium, & hæreticos prohibere.

Auguſtinus To. 9. cap. 11. pag. 42. num. 14. — *Matth. 23. 3.* — *Philip. 1. 15.* — * *Non caſte addunt Maurini* — *Gal. 1. 9.* — *1. Tim. 1. 3.*

A B C D E

4. Hic igitur habes Sacerdotes prohibitos propter hæreſim; nec tantum improbatos eſſe per Apoſtolum prædicantem; ſed definitive prohibitos & ſuſpenſos per medium Timothei * ad Galatarum Epiſcopos. Quid contra dicis in favorem Sacerdotum tuorum? Serm. x. de quo jam prius, WICLEFFUS. Patet (inquit) ex Evangelio Chri- „ ſti & Apoſtoli ejus, quomodo primum veri- „ tas falſi dogmatis debet noſci, & illa nota, „ debet Epiſcopus in perſona propria contra „ ipſum invehere, & in veritate catholica ex „ teſtimonio Scripturæ populum informare. „ Hæc Wicleffus. Nuſquam dicit hæreticum presbyterum prohibendum, ſed refellendum in prædicatione fienda per Epiſcopum: Apoſtolus vero prohibuit illos per planam ſententiam.

* *al. Timotheum* — *Wicleffus*

5. Semper tamen, (ut diximus) mercenarios cenſuit tolerandos: quia inter ipſos & optimos Evangeliſtas ſola eſt diſtantia terrenæ mercedis intentio: communicant autem in una regula fidei, & utiliſſimo auditoribus vitæ verbo. Ideo Auguſtinus comparat iſtos duos ad Liam, & Zelpham ancillam ejus, lib. XXII. *contra Fauſtum*, poſt medium libri, cap. LV. in principio capitis. AUGUSTINUS. Suſcipit (in- „ quit) Lia de Ancilla ſua filios, amore ha- „ bendæ numeroſioris prolis accenſa. -- Sequi- „ tur * — Ut etiam per hanc conditionem * „ libera illa uxor Jacob laborans filios hæredes „ regni ſuſcipiat; ideo Dominus dicit: quæ „ dicunt facite, quæ autem faciunt, nolite fa- „ cere. Unde in labore vinculorum vita Apo- „ ſtolica, ſive (inquit) occaſione, ſive verita- „ te Chriſtus annuncietur; & in hoc gaudeo, „ ſed & gaudebo; tamquam & ancilla parien- „ te, de prole numeroſiore lætata. „ Hæc ille. Ecce Eccleſia Chriſti ad numeroſiorem prolem gignendam, non ſolum uxoribus liberis, ſed & ancillis, facultatem tribuit prædicandi, unde non potes inceſſere amplius Chriſti Antiſtites, qui ſic libertant Fratres, quos tu dicis *ancillas*: quia hoc ſolum agunt jam in plebibus, quod Apoſtolus Paulus gaudenter fecit in vinculis. Venerabilis inſuper Beda lib. VI. *ſuper Cantica*, tractans hunc textum, *ſexaginta ſunt Reginæ, & octoginta concubinæ*, Reginas, caſtos prædicatores exponit; & Concubinas, mercenarios, vero Salomoni * magnam ſobolem generantes. BEDA. Reginæ (inquit) & Con- „ cubinæ, utræque ad thorum Regis accedunt, „ filios Regi generant; ſed non utræque dia- „ demate regni caput nobilitant. Utræque er- „ go animas, prædicationi veritatis inſtantes, „ ac per verbum fidei, ac fontem lavacri ſa- „ lutaris, ſobolem Regi æterno ſpiritualem ge- „ nerantes inſinuant: ſed nonnulla, imo non „ pauca ſuæ mentis eſt diſtantia. Nam quæ „ reginæ ſunt, illæ ſunt mentes, quæ intuitu „ regni cœleſtis, doctrinæ inſerviunt: Con- „ cubinæ autem illæ, quæ carnalium ſolum- „ modo, ac temporalium commodo volupta- „ tum Chriſtum annunciant, non ſincere. De „ qualibus dicit Apoſtolus: Sive per occaſionem, „ ſive per veritatem Chriſtus annuncietur, & „ in hoc gaudeo, ſed & gaudebo -- Sequitur -- „ Utræque ergo thorum Regis adeunt, ſed non „ utræque illi conregnant: quia quæ doctrinam „ ſuam operibus deſtruunt, & hæ ſe perpetis „ regni inſulis * animæ privant. „ Hæc ille.

Auguſtinus To. 8. pag. 393. — * *pag. 394.* — * *M. conditionalem* — *Matth. 23. 3.* — *Philip. 1. 18.* — *Philip. 1. 18.* — *Cant. 6. 7.* — * *Chriſto* — *Beda To. 4. pag. 1107. lib. 5.* — *Philip. 1. 18.* — * *al. ſolatiis*

6. Ecce uxor & libera: ecce regina & concubina: utræque ad thorum Regis accedunt, ut filios procreent; ſed non utræque ad ſolium regni pertingunt, ut regnent. Vir autem hæreticus, ſicut finetenus a regno, ſic in hac Eccleſia, quia nec vera nec vere pronunciat, a Regis etiam thoro, ne filios procreet, ſeparatur. Noli ergo te & tuos, non dico præferre, ſed nec coæquare quibuſcumque fidelium, etiam non caſte

præ-

prædicantibus: tibi enim per Apoſtolicam regulam facultas ſubtrahitur, quæ illis, quia veritatem non prætereunt, commodatur. Audi quam clare iſtos inter ſe comparat Auguſtinus *ſuper pſalmum* cxv. in principio, AUGUSTINUS. „ De his (inquit) Apoſtolus iterum dicit: *Neque iſti Deo ſerviunt, ſed ſuo ventri;* quos tamen Chriſtum annunciare permittit. Quamvis enim potius ea crederent, quæ ipſi faciebant, ut morerentur: ea tamen prædicabant, quæ ſi alii credentes facerent, ſalvarentur. Non enim aliud annunciabant præter regulam fidei. Eos quippe excludit Apoſtolus, dicens: Si quis vobis annunciaverit præter id quod accepiſtis, anathema ſit. Illi non Chriſtum annunciant, qui annunciant falſitatem: quia Chriſtus veritas eſt. De iſtis autem dicit, quod Chriſtum annuncient; ſed non caſte, ideſt, non animo ſimplici & puro, & fide ſincera, quæ per dilectionem operatur. Terrenis quippe cupiditatibus conſulentes, regnum cœlorum annunciabant, habentes falſitatem in pectore, in lingua veritatem. Sciens itaque Apoſtolus etiam per Judam Evangelizantem credentes eſſe liberatos, iſtos quoque ita permittit: ſive (inquit) occaſione, ſive veritate Chriſtus annuncietur. Veritatem quippe annunciabant, etiamſi non veritate. „ Hæc ille. Jam videre potes, quod te & tui ſimiles, a prædicatione verbi excluſit Apoſtolus, prohibuitque, non permiſit. Permiſit *Occaſionarios*, ſed excluſit *aliter Evangelizantes*. Et quod te pudere poſſet, ſi frontem non haberes attritam, Judas permittitur, te excluſo. Sic enim dixit Auguſtinus: *Sciens Apoſtolus per Judam Evangelizantem credentes eſſe liberatos &c.* Ergo Judas permittitur, te excluſo, quia credentes liberavit: ſicut etiam dicit Auguſtinus de eodem, & de Phariſæis lib. II. *contra Parmenianum*, verſus finem. AUGUSTINUS. *Deus* (inquit *) *hoc per hominem facit*. Sane facit; ſed fecit & per Judam, quem ad Evangelium prædicandum cum cæteris miſit. Fecit & per Phariſæos in eis, qui bona quæ per eos audiebant, ipſi faciebant, cum illi non facerent quæ dicebant. „ Hæc ille. Ergo amplexanda eſt prædicatio Judæ, quando eſt impedienda, quando fugienda prædicatio Wicleffi; & monendus eſt populus, ne ſub tali lupo ad audiendum conveniat: qui ad audiendum mercenarium, vel prodentem Chriſtum cum Juda, nullo jure divino prohibente, concurrit. Sed e contra Wicleffus ſollicitat populum ut contra monita Patrum & Sanctorum Antiſtitum confluant impavide ad ſuorum prædicationem procacium Sacerdotum, ſermone prædicto XLIII. in fine, WICLEFFUS. Fidelis (inquit) populus, cum habeat largas Eccleſias, & verbum Domini non ſit alligatum, non attenderet ad tales præpoſitos Antichriſti, de quibus paulo ante * ille Epiſcopus foret dæmonium meridianum, & directe contrarius Epiſcopo animarum, qui neceſſitaret ſubditos ſuos ad audiendum fabulas Mendicantium * mendoſorum, ad divertendum a prædicatione Evangelii gratis denunciantium catholicam veritatem. „ Hæc Wicleffus.

Auguſtinus To. 4. pag. 1268.
Rom. 16. 18.
Gal. 1. 9.
Joan. 14. 6.
Gal. 5. 6.
Philip. 1. 18.
Potius Judæ quam hæretici audienda prædicatio
Auguſtinus To. 9. num. 32. pag. 47.
* Subaudi Parmenianus
Matth. 10. 14.
Wicleffus
* ſupple prædicationem
* Religioſorum

7. Quomodo gratis Wicleviſtæ denunciant? Quid refert dicere ſpolia, quæ collectarum vice exercent in privatis ſuis conciliabulis, unde Sacerdotes ſuos hæreticos ad prædicandum larga ſtipe conducant? Adhuc ſuperſtes eſt Paſtor quidam grandis localis Eccleſiæ, cui quidam præpoſitus Lollardorum decem librarum (*a*) ſtipendium obtulit, ut in prædicatione ſua per terras uno anno ſudaret. Adhuc de memoria hominum non excidit magnus ille theſaurus publice in ciſta, quaſi fiſco, repoſitus, & collectus Londini; unde cuilibet non Fratri prædicanti Dominica in Cruce Pauli, cathedralis totius Civitatis Eccleſiæ, daretur ſumma quadraginta ſolidorum (*b*), aut viginti ad minimum. Fratres autem qui toto tempore illo, quaſi tota nocte piſcantes, nihil receperunt, quomodo non gratiſſime prædicabant? Sed jam exhauſto theſauro, cum curſus dictorum expiraret prædicantium; nonne congrue taxavit illos, cum prædicaret illic juvenis Carmelita, & diceret: „ Eja, quis noſtrum his tribus annis carius vendidit Evangelium? An fratres, qui alternis vicibus contra omnes locum iſtum tenebant ſine nummo, ſine prandio; an hi, qui ſumentes ſtipendium quadraginta ſolidorum pro ſermone, jam ceſſante theſauro recedunt, & prædicationem pauperem penitus pauperibus derelinquunt, allegantes pro ſe illud juris proverbium, *Mortuo mandatore expirat mandatum?* „ Ecce Domini mei, quam gratis Wicleviſtæ prædicant Evangelium. Et numquid mentitus eſt eis Sanctus presbyter Hieronymus cum diceret, eos omnes pro divitiis & ventris ingluvie & voluptate docere? ſuper Pſal. CXLIII. HIERONYMUS. Boves eorum craſſæ *. Iſraelitici populi tenues ſunt, Ægyptii craſſi ſunt. Videtis enim magiſtros hæreticorum nihil aliud facere, niſi ſtudere divitiis. Divitiis ſtudent, & pauperem Chriſtum contemnunt: „ Hæc ille. Item Gregorius XX. *Moral.* cap. IX. GREGORIUS. Hæretici ſola in verbis ſuis exteriora lucra ſectantur: nec ignorant, quia perverſa adſtruunt; ſed erroris prædicamenta, non deſerunt, dum ſumptus percipere quaſi Doctores volunt. -- Sequitur. -- *Et radix juniperorum erat cibus illorum:* quia dum totis mentis ſuæ ſenſibus avaritiam cogitant, quaſi eo alimento veſcuntur, de quo naſci procul dubio peccatorum ſequentium punitiones * ſolent. „ Hæc Gregorius. Item Hieronymus lib. I. ſuper Jeremiam in Comment. textu, *vade & clama ſermones iſtos contra Aquilonem*, HIERONYMUS. Nulla (inquit) hæreſis, niſi propter gulam, ventremque conſtituitur *, ut ſeducat mulierculas oneratas peccatis, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis pervenientes; de quibus vere dicitur: Qui devorant plebem meam velut eſcam panis. „ Hæc ille.

Wicleviſtæ offerunt ſtipendia ut eorum prædicentur novitates a
Ærarium Londini conflant unde larga ſtipendia ſuis præbeant b
Deficiente ſtipendio, pariter deficiebant Wicleviſtarum Prædicatores
Cupidos Wicleviſtas feſtive redarguit juvenis Carmelita
* Hieronymus To. 7. pag. 374. Pſal. 143.
M. Craſſi
Gregorius pag. 640. num. 21. To. 1.
Job 30. 4.
* M. punctiones
Jerem. 3. 12.
Hieronymus To. 4. pag. 800.
* M. conſtruitur
Pſal. 13. 8.

8. At utinam ſolas eſcas, aut res, aut nummos populi devorarent, & parcerent animabus: non repugnarem: quærentes ſua permitterem: mercenarios etiam validos tolerarem. Sed quis ſine lachrymis ferat, quod tot quotidie hæreſis chriſtianos jugulet, tot mentes occidat? Idem Hieronymus bene dicit, exponens hunc textum XVI. cap. Jeremiæ, *Non ingrediaris domum convivii, neque vadas ad plangendum, neque conſoleris eos &c.* HIERONYMUS. Si autem hoc de lugentibus dicitur, quid fiet de hæreticis, quorum ſermo ſerpit ut cancer; & quotidie proſternunt in Eccleſia funera deceptorum? „ Hæc ille.

Jerem. 16. 5.
Hieronymus To. 4. pag. 952.

9. Hoc ſolum eſt, cur ſancti Antiſtites Chriſti, cum omnes alios prædicatores aut invitant

aut

(*a*) Libra Anglorum ultra ſex Romana ſcuta olim reddebat, uti colligitur ex Dufreſnio in ſuo *Gloſſario*.

(*b*) Solidus Anglorum quadraginta denariis conſtans, fere tres Julios Romanos æquabat, ut ex *Gloſſario* Ducangii aliiſque *de re nummaria* tractantibus colligitur.

aut tolerant, ſolos hæreticos & pernicioſos Wicleviſtas prohibent, & a catholicô grege truces lupos excludunt. Epiſtola CLXVI. ad Donatiſtas AUGUSTINUS. Si non vultis, & impacati eſtis, „ vos potius recedite a plebibus, pro quibus „ Chriſtus ſanguinem ſuum fudit: quas ideo „ vultis veſtras facere, ne ſint Chriſti, quamvis eas ſub ejus nomine poſſidere conemini; „ tamquam ſi ſervus furetur oves de grege Domini ſui, & quæcumque ex illis nata fuerint, „ characterem Domini ſui eis infigat, ne furtum ejus poſſit cognoſci. „ Hæc ille. Quantum autem ad plebes, quas ad audientiam tuam invitas, ſicut ſirena provocans ad abyſſum, Beatus Auguſtinus monet omnino, ne uſquequaque plebs tibi conſentiat, ſerm. XLII. *de pace & charitate* prima parte ſermonum, AUGUSTINUS. Ad Collationis (inquiens) locum nullus „ veſtrum irruat fratres mei. Prorſus ſi fieri „ poteſt, etiam per illum locum tranſitum de„ vitate, ne forte aliquis contentionis & litis „ aditus inveniatur, vel occaſio aliqua præbea„ tur; & inveniat ipſam occaſionem qui quæ„ ſivit ipſam occaſionem. Maxime quoniam „ qui parum Deum timent, aut admonitionem „ noſtram parvipendunt, vel qui præſentia di„ ligunt, debent ſaltem terrenæ poteſtatis ti„ mere ſeveritatem. „ Hæc ille. Ecce quos tu vocitas, Auguſtinus retardat: quos tu colligis, ut in ignem mittas, Auguſtinus diſpergit, tuens Eccleſias. Hunc ſequuntur moderni Chriſti Præſules, qui Wicleviſtas catholice prohibent, & ab eorum audientia plebes ſubducunt, authoritate illa utentes, qua Paulus Apoſtolus Timotheum monuit, ut ab Alexandri ærarii (*a*), qui multum ei reſtitit, conſortio declinaret, Epiſtola ad eumdem II. Cujus ratio habet I. ad Cor. XV. *Corrumpunt bonos mores colloquia mala.* Et idcirco ad Rom. ultimo Apoſtolus hortatur eos ex corde, ut declinent ab illis, qui Chriſto Domino non ſerviunt, ſed ſuo ventri: qui per ſermones dulces ſeducunt corda innocentium, præter doctrinam, quam ipſe impendit. Et Galatas fideles rigide increpat, *faſcinatos* & *inſenſatos* eos appellans, quia libenter auſcultabant hæreticos (*b*). Refert Irenæus lib. III. *contra hæreſes*, talia dixiſſe Polycarpum prædictum. IRENÆUS. Sunt adhuc etiam nunc, qui „ audierunt (ab Epiſcopo ſcilicet Polycarpo) „ quod Joannes diſcipulus Domini apud Epheſum, cum balneas lavandi gratia fuiſſet ingreſſus, & vidiſſet ibi Cherintum, exiliviſſet „ continuo, & diſceſſiſſet non lotus, dicens, „ fugiamus hinc; & * balneæ ipſæ corruant, „ in quibus lavat veritatis inimicus. Idem etiam Polycarpus Marcioni aliquando cum occurriſſet, dicenti ſibi, *Agnoſce nos*, reſpondit: *Agnoſco, agnoſco primogenitum Sathanæ.* „ Tanta tunc Apoſtoli, atque eorum diſcipuli „ in religione cautela utebantur, ut ne verbi „ quidem communionem cum aliquo eorum „ qui a veritate deviaverant habere paterentur, ſecundum illud Pauli, *Hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correptionem* „ *devita.* „ Hæc Irenæus, ut recitat eum Euſebius lib. III. Eccleſiaſticæ hiſt. cap. XIII. Et recitat illud Polycarpi & Marcionis Hieronymus *de illuſtribus viris* cap. XVIII. Conforme quiddam iſtis accidit in Origene, cum jam puer eſſet in annis, ut dicit lib. VI. *Eccleſiaſticæ hiſt.* cap. II. idem EUSEBIUS. Origenes (inquit) dum „ adhuc puer eſſet, & mortuis parentibus, & „ eorum bonis pro Chriſti nomine confiſcatis, „ a quadam fœmina religioſa nutritus eſt: quæ „ etiam ſuſcepit quemdam Paulum Antiochiæ „ ortum, antiquæ hæreſeos famoſiſſimum ſectatorem, cum quo adoleſcentulus Origenes, „ cum neceſſitatem haberet, apud prædictam „ fœminam una degens, documentum jam inde „ a puero fideliſſimæ, & catholicæ ſuæ mentis „ oſtendit. Nam cum ad eum * velut ad magiſtrum & ſummi nominis Doctorem per dies „ ſingulos immenſæ multitudines convenirent; „ non ſolum hæreticorum, verum & ex noſtris „ multorum, pro eo quod eruditionis ei ſumma ab omnibus crederetur; nullo tamen pacto, vel pro honoris gratia, vel etiam pro „ neceſſitate conjunctionis, flecti potuit Origenes cum eo ſaltem in oratione conſiſtere. Ita „ ei a prima ætate Eccleſiaſticæ regulæ obſervantia honorabilis fuit, & hæreticorum ſocietas execrabilis, ſicut ipſe in quodam loco „ ſui operis ait, quia hæreticorum execranda „ doctrina eſt. „ Hæc ille. Hæc facta, & documenta Majorum probant, quomodo Paſtor diligendus eſt, & mercenarius tolerandus; & ſimpliciter ſine ambiguo quomodo a procul execrandus eſt hæreticus, fugiendus eſt latro.

Augustinus To. 2. num. 1. pag. 256. Epiſt. nunc 105.

Augustinus To. 5. Serm. 358. num. 6. pag. 1398.

2. Tim. 4. 15. 1. Cor. 15. 33. Rom. 16. 17. & 18.

Gal. 3. 1.

Irenæus cap. 2. pag. 140. apud Euſebium

* *al.* ne

Euſebius pag. 356.

* *Paulum Antiochenum*

Cum hæretico neque orare conſentit Origenes

CAPUT LXIII.

Contra quemdam Doctorem Wicleviſtam (*c*), quod non licet ſingulis Chriſtianis paſſim prædicare quibuslibet, ſine authoritate Antiſtitis.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Wicleviſta quidam contendit, mulieribus etiam convenire prædicationis officium, ex authoritatibus quibuſdam ab eo male intellectis.*
2. *Hæc fuit etiam hæreſis Pepuzianorum, tantum mulieribus concedentium, ut Sacerdotio quoque apud eos honorarentur; quæ ex verbis Pauli jugulatur.*
3. *Cauſæ duæ aſſignantur, cur minus mulieri permittatur prædicandi officium.*
4. *Quod aliud eſt docere ex officio & authoritate, aliud ex neceſſitate & amicabiliter: aliud in Eccleſia, aliud domi: & quomodo mulieri docere permittatur.*
5. *Prædicare non licet cuivis laico.*
6. *Neque monachi, neque alii presbyteri audeant prædicare, niſi habentes Ordinis poteſtatem ab Epiſcopo mittantur.*
7. *Sacerdotes mittuntur a Chriſto ad prædicandum, ſed mediante homine Prælato: quod quidem Sanctorum exemplo comprobatur.*
8. *Non eſt uſque adeo verum, quod omnes Sacerdotes, abſque ullo temporum diſcrimine, tenentur ex vi Ordinis ad actu prædicandum.*

1. HÆreſis ad modum malæ herbæ, cum creverit, modum neſcit; & niſi ſuccisa ſit, in immenſum ſe porrigit. Hanc igitur

Hæreſis creſcit ad modum malæ herbæ.

(*a*) Hic eſt Alexander faber ærarius, quem Apoſtolus cum Hymenæo Sathanæ tradidit, quod in veritatem blaſphemaſſent.

(*b*) Apoſtoli ſententiam de vitandis hæreticis omnes Orthodoxi Patres inculcare fidelibus ſtuduerunt, præſertim S. Cyprianus *Epiſt.* 3. *ad Cornelium*: Sanctus Athanaſius in *vita S. Antonii*, & Sanctus Leo Papa Serm. 28. *de paſſione Dom.* dicens: *Viperea hæreticorum vitate colloquia: nihil vobis commune ſit cum eis, qui ſolo ſunt nomine Chriſtiani.*

(*c*) *Joannem Purvey*, ut infra num. 1. declarat Waldenſis.

tur vagam & effrœnem licentiam prædicandi ſequentes Wicleviſtæ ſic ampliant, ut nullum Chriſtianum vel ſexum excipiant. Habeo jam præ manibus librum quemdam * tria continentem capitula a quodam diſcipulo Wicleffi, dicto *Purvey* jam carceribus mancipato ſurreptum: ac in primo capitulo probat, omnes Sacerdotes ad prædicandum teneri ſub pœna peccati: in ſecundo, quod Reges & militares viri, & cæteri laici fideles indifferenter poterunt prædicare: in tertio conformiter hoc ipſum, & quod mulieres poſſunt prædicare cum volunt. Gloſſa (inquit) decima ſexta, q. I. cap. *Adjicimus* in verbo *Sacerdotis*, dicit, quod laici & mulieres prædicant de licentia Sacerdotum, ut habetur Diſt. XXIII. cap. *Mulier*. Et non refert quis vel qualis prædicet, ſed quæ prædicet. Adducit Auguſtinum *ſuper Joannem*, dicentem, mulierem Samaritanam prædicantem concivibus ſuis Chriſtum; & Gregorium, dicentem hom. III. „ Qui Chriſti frater & ſoror eſt credendo, Mater efficitur prædicando: & beata Felicitas, quæ credendo extitit ancilla Chriſti, prædicando facta eſt mater Chriſti. „ Et Jeremiæ IV. jubentur mulieres docere lamentum filias ſuas: & Judith inſtruxit Sacerdotes: & Beata virgo docuit Apoſtolos, & edidit Canticum. Sed tandem objicit ſibi illud Apoſtoli: *Docere autem mulieri non permitto &c.* Demum concludit; *quære intellectum & concordiam a peritis*. Certe peritus Gregorius jam quæſitus de tuis ſimilibus, applicat vobis illud Job, *De convallibus iſta rapientes, cum ſingula reperiſſent, ad ea cum clamore currebant*, lib. XX. *Moral.* cap. XIII. GREGORIUS. De convallibus illa rapiunt; „ quia hæc de humilibus dictis Patrum, ſuperbo ſpiritu colligunt: quæ dum pro ſuis partibus inveniſſe gloriantur, ad ea cum clamoribus currunt: quia videlicet omne quod ſentiunt, appetitu laudis ad aures hominum diffamare conantur. -- Et infra. -- Et quidem inventores perverſorum dogmatum contra Sanctam Eccleſiam exorti, fervore jam veritatis extincti ſunt; ſed tamen eorum diſcipuli ea quæ illi docuerunt, tenere ac defendere non deſiſtunt. „ Hæc Gregorius.

*Compendium patrum Scripturarum Doctrinarum & Canonum

Regibus, militibus, laicis, & mulieribus omnibus licentiam prædicandi verbum Dei tribuunt Wiclevitæ.

Joan. 4. 29. — Gregorius *To.* I. *lib.* I. *pag.* 1444. — *Jerem.* 9. 20. — *Judith.* 8. 20. — *Luc.* I. 46. — I. *Tim.* 2. 12. — *Job* 30. 5. — Gregorius *To.* I. *cap.* 21. *pag.* 646. *num.* 22.

2. Sed accedamus ad patres *. An non facilis eſſet tractus iſtius ad hæreſim *Pepuzianorum*, ubi fœminæ licite prædicabant, & paſſim ſibi ſupra viros vendicabant imperium? Lib. *de hæreſibus* cap. XXVII. AUGUSTINUS. *Pepuziani* a loco quodam * nominati ſunt. -- Sequitur. -- „ Tantum dantes mulieribus principatum, ut Sacerdotio quoque apud eos honorentur (*a*). „ Dicunt enim Quintillæ & Priſcillæ in eadem civitate Pepuza Chriſtum in ſpecie fœminæ revelatum. Unde ab hac etiam *Quintillani* nuncupantur. „ Hæc Auguſtinus. Etiam Damaſcenus lib. *Pœnitentiarum*, ideſt, centum hæreſum, hæreſi XLIX. DAMASCENUS. *Pepuziani*, „ qui & Quintillani, quibus conjunguntur Artotyritæ -- Et infra -- Mulieribus aſſignantes dominari, & ſacra miniſtrare (*b*). „ Hæc ille. Hæreſis ergo iſta nimirum ita convaluit, ut in civitate Londinenſi fœminæ ſuper ſellas elevatas congregationi virorum ſtultiſſimæ publice legerent & docerent Scripturas (*c*). Quis autem tunc non memor eſſet illius mœroris noſtri Hieronymi Epiſt. *ad Paulinum* de omnibus divinæ hiſtoriæ libris? HIERONYMUS. Agricolæ, cæmentarii, fabri, metallorum lignorumque cæſores, lanarii quoque & fullones, & cæteri qui variam ſupellectilem, & vilia opuſcula fabricant; abſque Doctore non poſſunt facere & eſſe quod cupiunt. Quod medicorum eſt promittunt medici, *tractantque fabrilia fabri*. Sola Scripturarum eſt ars, quam ſibi omnes paſſim vendicant. *Scribimus indocti doctique poemata paſſim*. Hanc garrula anus, delirus ſenex, hanc ſophiſta verboſus, hanc univerſi præſumunt, lacerant, docent, antequam diſcant. Alii adducto ſupercilio grandia verba trutinantes, inter mulierculas de ſacris literis philoſophantur. Alii diſcunt (proh pudor!) a fœminis, quod viros doceant. „ Hæc ille. Proh pudor! Ecce fœminas docere viros Scripturas divinas. Si tu juſſiſti * quærere a peritis, quid vacillas de Paulo? Nonne ipſe peritus, quem intuliſti, jubentem I. ad Cor. XIV. *Mulieres enim in Eccleſia tacere debent. Non permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe?* Et ſubdit cauſam: *Turpe eſt* (inquit) *mulierem loqui in Eccleſia*. Si adhuc trepidabis in Paulo, exponat eum Hieronymus in *annotationibus* ſuper eumdem locum, HIERONYMUS. „ Contra ordinem (inquit) eſt naturæ, vel legis, ut in conventu virorum fœminæ loquantur. „ Hæc ille. Idem etiam Apoſtolus I. ad Tim. II. „ Docere mulieri non permitto, neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio. „ Et ſubdit cauſam: „ Adam non eſt ſeductus; mulier ſeducta in prævaricatione fuit. „ Quem locum exponens III. *Moral.* cap. IV. ait GREGORIUS. Sanctus vir ſubjectam ſibi mulierem, & non præpoſitam attendit: & recta loqui docuit, quam ſerpens, ut perverſa loqueretur, inſtigavit. Dignum namque erat, ut fluxam mentem virilis cenſura reſtringeret; cum profecto & de ipſo primo lapſu humani generis noſſet, quod docere mulier recta neſciret. Unde & bene per Paulum dicitur, *Docere autem mulieri non permitto*; quia nimirum aliquando cum docuit, a ſapiente æternitatem * ſeparavit. „ Hæc ille.

* Subaudi iſtius erroris — Auguſtinus *To.* 8. *pag.* 10. — * *Pepuza.* — Damaſcenus *To.* I. *pag.* 88. — Hieronymus *To.* I. *Epiſt.* 53. *pag.* 273. *num.* 6. — Horatius *lib.* 2. *Epiſt.* I. — *Ibid.* — * *ſupra num.* I. — I. *Cor.* 14. 34. & 35. — * Hieronymus *To.* II. *pag.* 941. — I. *Tim.* 2. 12. — Gregorius *To.* I. *cap.* 8. *pag.* 78. *num.* 12. — I. *Tim.* 2. 12. — * *Vero. a ſapientia æternitate*

3. Colligas igitur a peritis iſtis duas cauſas inſignes. Prima eſt, generalis turpitudo contra legis ordinem & naturæ. Secunda eſt ineptitudo ejus ad recte docendum, & ad ſeducendum facilitas, quam nec Protoplaſtus in ratione naturalis diſcurſus ſinceriſſimus noverat præcavere. Allicit enim blanda vox & illicit ſpecies muliebris, & tandem in rete verbi dulcis volvitur intellectus. Super dictum locum ad Tim. in expoſitione, HAIMO. Idcirco non permittitur ei docere, quia fragilior eſt ſexu quam vir.

Cauſæ cur mulieres docere non debent

(*a*) In rebus divinis ac ſacris poteſtatem a cæca olim Gentilitate, diabolico prorſus ſuaſu olim fœminis tributam, plura teſtantur Veterum monumenta. Videſis A. Gellium lib. I. *Noct. Att.* cap. 12. & lib. 3. cap. 8. Roſinum *antiq. Rom.* lib. 2. & lib. 3. cap. 3. Poſt Idolorum cultores, emerſerunt hæretici, qui ſuas quoque Presbyteriſſas & Sacerdotiſſas habebant, uti de *Gnoſticis* teſtatur S. Irenæus lib. I. cap. 9. De *Pepuzianis* S. Epiphan. lib. 2. hær. 49. qui ſimile quid narrat de *Collyridianis*. Denique de *Montaniſtis* S. Auguſtinus apud *Chriſtianum Lupum* ad cap. 41. Tertulliani *de Præſcript.*

(*b*) Eamdem in religione turpitudinem invehere conatus eſt Lutherus in lib. *de Captivit. Babylon.* cap. *de Ordine*, & in artic. 23. ex damnatis a Leone X. ac aliis ſuis operibus apud Bellarminum *de Sacram. in genere* lib. 2. cap. 24. Sed addit quod ad vitandam confuſionem, etſi omnes baptizati Sacerdotalem habeant poteſtatem, quia membra ſunt Chriſti; non tamen omnes hac liceat uti poteſtate; ſed illos dumtaxat qui legitime ſunt vocati.

(*c*) Vide dicta jam ſupra cap. 12. & 70. hujus libri. Hæc autem impia fœminarum licentia non a ſolis Lollardorum ſubornationibus vires ſumpſit; ſed & ex Regni Comitiorum connivenTia: nam facultatem Sacra faciendi importune a publica majeſtate petentibus fœminis, nihil unquam ad earum coercendam audaciam ſtatutum fuit. Unde factum eſt, ut majori confidentia novæ undique erumperent Quintillæ atque Priſcillæ; quæ nedum circumornatæ publicas conciones agerent; ſed & Clericali more detonſæ, & ſacris pro mundo muliebri indutæ veſtibus, divinum Salvatoris Sacrificium temerarent.

„ vir. Et cavendum, ne ſicut per ſerpentem „ ſeducta mortem attulit mundo, ita etiam facile ad errorem lapſa, alios ad eumdem errorem pertrahat. „ Hæc ille. Et in *annotationibus* ibidem, ANSELMUS. Si loquitur, ma-„ gis ad luxuriam irritat & irritatur. „ Hæc ille.

Anſelmus *Laudunenſis*

4. Sed quæris concordantias, *qualiter* (inquis) *Judith ſancta docuit Sacerdotes?* Quare non petis, qualiter Debbora judicavit Iſrael certis annis, & dominabatur in viros; niſi forte quantum litera exigit, hoc in vituperium ſuum ſuſtinuit plebs iners & ignava: in figura autem Eccleſiæ, quæ rectura eſſet gentes fortiſſimas? Attamen in hac re neceſſe habet noſter querulus propter æquivocationem divina eloquia & grammaticam perſcrutari. An neſcit, quomodo reus vel actor in judicio aliter docet judicem cauſæ veritatem, aliter magiſter ſuum diſcipulum per auctoritatem, aliter amicus amicum, cum ſibi ipſis detegunt ſecreta ſua viciſſim? An neſcit, quod aliud in neceſſitate permittitur, aliud regulariter per officium conſummatur? Salva navis ſolo Nauclero committitur, quem, Nautis in tempeſtate devictis, adjuvat quiſquis poſſit. JUDITH IN EXTREMO PERICULO SACERDOTIUM docuit; tamen non officio, ſed ſubventionis affectu; quemadmodum Magdalena legitur in primitiva Eccleſia orbata Doctoribus aliquotiens prædicaſſe (*a*). Et Beata Virgo poſt Aſcenſionem docebat Apoſtolos, quando, tamquam amicis fidei, detexit eis Incarnationis ſecreta, quæ novit, & quibus conſcia ſola ipſa remanſit. Nulli tamen illarum licuit hoc per Magiſterium facere, quia contra ordinem ſexuum eſt, viro fœminam quomodolibet eminere, dicente Apoſtolo, *Sed neque dominari in virum*. Unde patet hoc expoſitive adjunctum, quaſi diceret: Fœmina dominaretur in virum, ſi in eum exerceret docendi Magiſterium. Gloſſa interlinearis Anſelmi, ANSELMUS. Hæc ſi dominaretur, facilius ſe-„ duceret. „ Hæc ille. Abſolvitur igitur muliebris ſexus, ne authoritative poſſit docere: ſed omnis doctrina ejus reducitur ad genus amicabilis tractatus. Unde in *annotationibus* ſuis ſuper hunc locum, *Neque dominari in virum*, HIERONYMUS. Neque dominari in virum, ſed „ eſſe in ſilentio. Non ad Magiſterium uſur-„ pandum (*b*), ſed taceant in Eccleſia. „ Hæc ille. Et in Epiſtola *ad Principiam* de vita Marcellæ idem Hieronymus: „ Hoc ſolum dicam, „ quod quidquid in nobis longo fuit ſtudio „ congregatum, & meditatione diuturna, qua-„ ſi in naturam verſum, hoc illa didicit * at-„ que poſſedit; ita ut poſt profectionem no-„ ſtram, ſi de aliquo teſtimonio Scripturarum „ eſſet oborta contentio, ad illam judicem per-„ geretur. Et quia valde prudens erat, & no-„ verat illud, quod appellant philoſophi *Do-„ ce * quod facias*, ſic interrogata reſponde-„ bat, ut etiam ſua, non ſua diceret; ſed vel „ mea, vel alicujuslibet alterius; & in ipſo „ quod docebat, ſe diſcipulam fatebatur. „ Sciebat enim dictum ab Apoſtolo, *Docere „ autem mulieri non permitto*; ne virili ſexui, „ & interdum Sacerdotibus, de ambiguis ſciſci-„ tantibus, facere videretur injuriam. „ Hæc ille. Ecce devota & prudens fœmina ædificare voluit, & uſurpare contempſit: obſervavit ſexui ſuam juſtitiam, ſecundum Apoſtolicam regulam; & ideo cum docuit actu majores, vere fatebatur ſe eſſe diſcipulam, negligens ſe Magiſtram: quapropter non poteſt mulier publice docere. In *annotationibus* ubi ſupra HIERONYMUS. *Docere autem mulieri non permitto*. „ Publice non permittit: nec filium nec fra-„ trem docere debet, niſi privatim. „ Hæc ille. Poteſt tamen (non in Eccleſia) privatim docere, ſaltem filios jam indoctos. In *expoſitione* ſua ibidem HAYMO. In ſuo ſexu permit-„ titur mulier docere in domo ſua, & pueros. „ In Eccleſia hoc prohibetur. „ Hæc ille. Quod autem mulier docere poterit in ſexu ſuo, hoc ideo, quia melius a ſexu ſuo diſcit fœmina caſtitatem congruam, ut teſtatur Hieronymus ſupra 1. ad Cor. XIV. HIERONYMUS. Non „ permittitur eis loqui. Quæritur ergo, quo-„ modo alibi dicat, mulieres docere pruden-„ tiam, & caſtitatem debere: ſed hoc in ſe-„ xu ſuo. Sed & hic deſignat locum ubi ta-„ ceant: alibi eis loqui permiſit. „ Hæc ille. Et in expoſitione ſuper IV. cap. *ad Philip.* HAYMO. *Euchodiam rogo, & Synticen depre-„ cor*. Euchodia & Synticen ſapientes, & re-„ ligioſæ mulieres erant apud Philippenſes, „ quæ & prædicabant & docebant domui ſuæ „ in ſuo ſexu parvulas, & parvulos; non ta-„ men in Eccleſia: quia idem Apoſtolus hoc „ præcepit, ut mulieres in Eccleſia taceant. „ Hæc ille.

Quare fœminæ aliquando dominabantur in populo Iſrael

Magdalena in primitiva Eccleſia legitur prædicaſſe

Maria Virgo Apoſtolos docuit

1. Tim. 2. 12.

Anſelmus *Laudunenſis*

1. Tim. 2. 12.

* Hieronymus *To. 11. pag. 1046.*

Hieronymus *To. 1. Epiſt. 127. pag. 950. num. 7.*

* *Veron.* hoc illa hibavit, hoc didicit

* *Veron.* docere

1. Tim. 2. 12.

* Hieronymus *To. 11. pag. 1046.*

Privatim mulier docere poteſt

Haymo

* Hieronymus *To. 11. pag. 941.*

Haymo *Philip. 4. 2.*

5. Quod ulterius invehit, omnes laicos prædicare poſſe, Reges, milites, & plebeos, quia Rex Ninive fecit predicare jejunium: quia Jezabel fecit prædicare titulum mortis Naboth: quia conſuluit Auguſtinus viros filios ſuos & ſervos docere: nihil eſt quod debeat movere prudentem: occaſiones enim quærit errandi. Alioquin dicat mihi, ſi pædagogus, quia artes informat, ideo prædicat; aut qui vinum venale, aut quis preco per plateas edictum Principis clamitat, ideo prædicat. Dicat pertinentius, utrum dæmonibus libere liceat prædicare, quia & ipſi in laudem Chriſti, quamvis invite, clamabant, *Jeſu fili Dei, quid veniſti ante tempus perdere nos?* Numquid pueris & primævæ ætatis infantibus liceat libere prædicare, quia ipſi clamabant de Chriſto, *Oſanna filio David?* Matth. XXI. Et Chriſtus reſpondit pro eis: *Legitur* (inquit) *quia ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem*. Sciunt Grammatici *prædicare*, ſecundum ſuum analogum, *commemorare* eſſe, vel aliquid eximiæ laudis in alto proferre. Unde in Pſal. *Annunciem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion:* ubi litera Auguſtini habet, *omnes laudationes tuas*. Et ſic prædicabant iſti prædicti etiam leges regias. Et ita licet prædicare Deum, cujuſcumque ſexus quibuslibet Chriſtianis, qualiter prædicavit mulier Samaritana de novo miraculo novam fidem. Et cæcus ſanatus evangelizavit Chriſtum: & ſic vulgares hodie prædicant miracula ad ſepulchra Sanctorum. Secunda parte *homiliar.* homil. IX. GREGORIUS. Fideles qui-„ que, qui vitæ veteris ſæcularia verba dere-„ linquunt, ſancta autem myſteria inſonant, „ Conditoris ſui laudes & potentiam, quantum „ prævalent, narrant; quid aliud faciunt, niſi „ novis

Jonæ 3. 7.

3. Reg. 21. 9.

Marci 1. 24.

Matth. 21. 9.

Pſal. 8. 3.

Prædicare pro commemorare aliquando ſumitur

Pſal. 72. 28.

Joan. 9. 27.

Joan. 4. 27.

Gregorius *To. 1. hom. 29. pag. 1571.*

(*a*) Id forte didicerunt Scriptores aliqui ex Marthæ Sororis hiſtoria, quam ſcriptam ferunt hebraice a Marcella Marthæ ancilla. Sed hæc nunc ut apocrypha rejicitur. Non tamen deſunt in Evangelio certiora Magdalenæ præconia; ibi enim certo conſtat, quod Apoſtolis reſurrectionem Domini ipſa nunciavit, *Marci* 16. 2. 2. & *Luc.* 24. 1. 2. Præterea, quod a Chriſto juſſa eſt ad Apoſtolos referre, ſe jam ad Deum & Patrem ſuum eſſe recipiendum, *Matth.* 28. 25. &c. *Marci* 16. 6. & *Joan.* 20. 15. 17.

(*b*) M. *Ne magiſterium ſibi uſurpando ſuperbiat*.

„ novis linguis loquuntur? „ Hæc ille. Sed quid hæc ad prædicationem illam, quæ conſequitur poteſtatem Eccleſiaſtici Ordinis, ubi exponuntur Scripturæ, fides aperitur, & magiſtrali quadam cenſura ſacra myſteria reſerantur? Hæc nimirum mulieribus non licet propter ſexum, propter magiſterium, & propter officium: viris laicis non licet propter officium. Unde dicit lib. *de quæſtionib.* novi & veteris teſtamenti quæſt. XLV. AUGUSTINUS. Quomodo „ enim poteſt de muliere dici, quod imago „ Dei eſt, quam conſtat Dominio viri ſubje- „ ctam, & nullam authoritatem habere? nec „ docere enim poteſt, nec teſtis eſſe, neque fi- „ dem dicere, neque judicare: quanto magis „ imperare? „ Hæc ille.

* Auguſtinus *To. 3. pag.* 1043.

Hebr. 5. 4.

6. Quantum autem ad viros, ſcio Apoſtolicam legem eſſe præfixam, ne quiſquam ſumat ſibi honorem, niſi vocetur a Deo tamquam Aaron: non tantum ſi ſit laicus, ſed etiam ſi ſit monachus, aut religioſus cujuſvis ſchematis: ſi non habeat Ordinis poteſtatem, nullatenus ambiat prædicatoris honorem. Bene ait *ſuper Cantica*, ſermone LXIV. BERNARDUS. Nec quiſquam „ (inquit) ſibi ſumit honorem, ſed qui voca- „ tur a Deo tamquam Aaron. Item ipſe, *quo-* „ *modo*, ait, *prædicabunt, niſi mittantur?* Et ſci- „ mus monachi officium non docere eſſe, ſed „ lugere. Ex his ſimilibuſque collectis, mihi „ texo rete, & capio vulpem, ne demoliatur „ vineam. Ex his nempe claret, & certum eſt, „ quod publice prædicare nec monacho conve- „ nit, nec novitio expedit, nec non miſſo li- „ cet. Porro contra hæc tria venire, quanta „ conſcientiæ demolitio eſt? Ergo quidquid ta- „ le animo ſuggeratur, ſive ſit illud tua cogi- „ tatio, ſive immiſſio per angelum malum, „ doloſam agnoſce vulpeculam, ideſt, malum „ ſub ſpecie boni. „ Hæc ille. At ne monachos ſimpliciter dixerim, ſi forte jam presbyteri fuerint; certum eſt quod nec eis, nec aliis clericis, aut Sacerdotibus, prædicare licebit, ſi non quod per ſuperiorem poteſtatem mittantur, & admittantur, apparet. At Wicleviſta noſter fortiter invehit. „ Dominus noſter Jeſus Chri- „ ſtus (inquit) miſit Apoſtolos; in quorum lo- „ cum Epiſcopi: miſit diſcipulos; in quorum „ locum presbyteri ſuccedunt, ad prædicandum „ regnum Dei. „ Bene facis, quod illos inducis, & non alios, quam qui miſſi ſunt. Quod affers de Hieronymo, improperante Epiſcopis, quod non permitterent prædicare presbyteros, ſed ſibi avare collegerunt officium, ut habetur Diſt. XCV. *Ecce ergo:* utique catholicum eſt: male enim & inordinate prælati agerent, qui Sacerdotibus aliis prædicandi officium inviderent. At e contrario, male non agunt, ſi quoſdam ineptos impediant, aut ſuſpectos in fide digne ſuſpendant. Male enim & hic & ibi facerent Sacerdotes, ſi vel invitis Epiſcopis, aut non mittentibus, ingererent ſemetipſos, ad prædicandum præcipites; de quibus II. lib. *Paſtoral.* cap. XXV. GREGORIUS. Admonendi ſunt, „ quos a prædicationis officio *, vel imperfe- „ ctio, vel ætas prohibet, & tamen præcipi- „ tatio impellit; ne dum tanti ſibi onus officii „ præcipitatione arrogant, ſibi viam ſubſequentis „ meliorationis abſcindant: & cum accipiunt * „ intempeſtive quod non valent, perdant etiam „ quod implere quandoque tempeſtive potuiſ- „ ſent: atque ſcientiam, quam incongrue co- „ nantur oſtendere, recte oſtendantur amiſiſſe. „ Hæc Gregorius. Nemo tamen exiſtimet, quod in mente habeam inanimare, & dehortari presbyteros; ſed a prædicationis officio prohibere

Bernardus *To. 2. pag. 766. num. 3.*
Rom. 10. 15.
Hieron. cont. Vigilant.
Cant. 2. 15.
Gregorius *To. 2. parte 3. cap. 25. pag. 74.*
* *M. arripiunt*

præcipites. Aut quis det, ut omnis populus, ſi congruum eſſet, nobiſcum prophetet? SCIO, ET VERE DOLEO, tantam meſſem fidelium tam raros habere meſſores: MAXIME AUTEM CONTRA HÆRESES, AD QUAS SPARGENDAS PLURES HABET DIABOLUS PRÆDICATORES, & præcipi-
A tes defenſores, quam habere poteſt orthodoxa fides de omni clero & populo ſtrenuos laudatores. At quis unquam viget fortius, citat verbis, animat ſcriptis, ſtimulat argumentis prædicatores omnes catholicos, ut talenta Domini felicibus augeant incrementis, quam Sanctus Præſul Gregorius? Sed felici diſcretione, quantum dociles provocat, tantum arrogantes, & uſurpantes, cenſura compeſcit.

Diabolus plures habet operarios pro hæreſi tuenda.

7. Sed ſcio quid reſpondeant *. „ Sacerdotes „ omnes ex officio mittuntur a Chriſto: mit- „ tendo namque diſcipulos, ſucceſſores eorum „ miſit, ſicut in diſcipulis ordinavit. „ At
B ego reſpondeo: Jam ſupra * Auguſtinus expoſuit, quoſdam a Chriſto mitti per hominem: & hi miſſionis ſuæ indubium pandunt ſignaculum: quidam a ſolo Chriſto mittuntur, non per hominem, ſicut Paulus; ſed in miraculis & virtutibus, quæ faciunt, miſſionis ſuæ certitudinem nobis produnt. Sic Paulus dixit Corinthiis Apoſtolatus ſui ſigna facta eis in omnibus virtutibus, & prodigiis. Si ergo a ſolo Chriſto vos miſſos eſſe ſufficiat, non negamus, ſi ita ſit. Sed Apoſtolatum veſtrum inſolitum divinæ virtutis exhibitio manifeſtet. Scio Marcum Evangeliſtam non inferiorem noſtris presbyte-
C ris Sacerdotem, aut minus conſcium cœleſtium ſecretorum: & quamvis ab æterno prædeſtinaretur in opus Evangelii, diſtulit tamen, miſſionem diu præſtolans Sancti Petri. Unde Beda in expoſitione primæ Canonicæ Petri, ſuper textum, *Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone collecta, & Marcus filius meus*, BEDA. Marcum „ autem filium meum Evangeliſtam dicit, qui „ ejus in baptiſmate dicitur filius effectus. Un- „ de patet, quod priuſquam Marcum Alexan- „ driam de Roma ad Evangelizandum mitte- „ ret, Epiſtolam hanc antea ſcripſit. Tempo- „ re autem Claudii Principis & Petrus & Mar-
D „ cus Romam venerunt; & ipſe Marcus deſcri- „ pto Romæ Evangelio ſuo, Alexandriam miſ- „ ſus eſt. „ Hæc ille. Item Paulus mittit Timotheum prædicare Corinthiis præ multis aliis, quos ſecum habebat: nec Timotheus miſſionem Pauli prævenit; nec quiſquam alius non miſſus adivit, ne mittentis conculcaretur authoritas, & tolleretur utilitas I. Cor. IV. „ Miſi „ ad vos Timotheum, qui eſt filius meus „ chariſſimus & fidelis in Domino, qui vos „ commonefaciet vias meas, quæ ſunt in Chri- „ ſto. „ Ubi in *annotationibus* HIERONYMUS.
E „ Quanto fidelior cæteris, tanto charior cun- „ ctis. „ Hæc ille. Quomodo autem ipſe erat fidelior cæteris, Auguſtinus exponit *de verbis Domini*, ſerm. XLIX. AUGUSTINUS. Quando ad „ alios uſus quærebat Apoſtolus cujus vias imi- „ tarentur infirmi; Miſi vobis (inquit) Timo- „ theum, qui vos commonere faciat * vias „ meas. Et quid ait? Miſi Paſtorem, qui vos „ commoneret vias meas, ideſt, qui quomodo „ ego ambulo, & ipſe ambulat. Et mittens „ paſtorem, quid ait? Neminem enim habeo „ tam unanimem, qui ſincera affectione pro „ vobis ſollicitus ſit. Nonne cum illo erant „ multi? Sed quid ſequitur? Omnes enim quæ- „ runt ſua, non quæ ſunt Jeſu Chriſti. Et ego „ vobis paſtorem mittere volui: nam multi „ mercenarii ſunt; ſed non oportuerat ut mer- „ cenarius mitteretur. Ad alias res & negotia „ pera-

* *Subaudi* Wicleviſtæ
* *cap. 70. n. 3. & 5.*
2. Cor. 12. 12.
Marcus a S. Petro Alexandriam miſſus
1. Pet. 5. 13.
Beda *To. 2. pag. 181.*
Ad Corinthios mittitur a divo Paulo Timotheus.
1. Cor. 4. 17.
* Hieronymus *To. 11. pag. 912.*
Auguſtinus *To. 5. Serm. 137. pag. 668. num. 11.*
* *M. commonefaciat*
1. Cor. 4. 17.
Philip. 2. 20.
Philip. 2. 21.

* ſupple tu

„ peragenda mittitur mercenarius: ad illas*autem, quas tunc volebat Paulus, Paſtor erat neceſſarius. Et VIX INVENIT UNUM PASTOREM INTER MULTOS MERCENARIOS; quia pauci ſunt paſtores, multi mercenarii. „ Hæc Auguſtinus. Quis neget jam Paulum, eorum, quos mitteret prædicatores aptos ad partes, ſibi ſoli A
ſervaſſe judicium? Voluit mittere Timotheum: ipſe ſolus abſceſſit. Noluit mittere de aliis multis quemquam: nemo ipſorum præſumpſit. Ipſum miſit paſtorem, tamquam populo opportunum; alios ſubtraxit quaſi mercenarios. Sed nemo, invito Paulo, ſubrepit in curam, dicens ſe a Deo miſſum, ut facit pene omnis & ſolus hæreticus; cum tamen ſufferendus eſt mercenarius, & hæreticus fugiendus*.

* Vide cap. 72. num. 1.

8. Sed quia omnes Sacerdotes ad illicitum provocat, de abſtinendo a prædicationis actu conſcientiam magnam facit, dicitque, omnes Sacerdotes vi Ordinis ad Evangelizandum teneri; nec uſquequaque facit differentiam temporis, non attendens quam multi in primitiva Eccleſia de numero credentium populorum presbyteri fuerant; Evangeliſtæ autem quam pauci; ita ut vere impleretur illud Salomonis præſagium de Eccleſia gentilium, Synagoga canente, *Soror noſtra parva eſt, & ubera non habet*: ubi lib. v. *ſuper Cantica*, BEDA, Soror noſtra parva eſt & „ ubera non habet. Prima naſcentis Eccleſiæ „ tempora de gentibus deſignat, quando parva „ adhuc erat numero credentium populorum, „ & ad prædicandum Dei verbum minus idonea remanebat. Lege librum Actuum Apoſtolorum, qui ab Decimo octavo Tiberii Cæſaris, uſque ad quartum Neronis annum pertingit; & invenies ad prædicationem Apoſtolorum plures credidiſſe turbas gentium; nuſquam tamen eas illo toto tempore, per annos circiter duos, triginta prædicaſſe reperies. Parva namque erat adhuc Eccleſia gentium, & necdum ad generandos vel nutriendos per doctrinam Chriſto filios ſufficiebat. „ Hæc ille. Ecce quot annis remanſit Eccleſia gentium ſine prædicatore de ſuo, cum tamen, ut in Actibus Apoſtolorum legitur, ſemper ubi Apoſtoli plebes converterant, ibi Eccleſias & D
Sacerdotes inſtruxerant. Et numquid hi Sacerdotes Apoſtolici toto & tanto tempore durabant percepti Ordinis tranſgreſſores? Sed dicit Beda, quaſi ſatisfaciens *, quod nondum ad generandos Chriſto filios per doctrinam ſuffecit*. RIDICULAM ENIM, ET NON REM ſeriam Eccleſiæ faciunt, qui populo prædicant, quod ipſi non geſtant; de quibus dicit Job in perſona Chriſti, *Nunc infimi * derident me*. Super quod Auguſtinus in lib. *annotationum* ſuper Job, AUGUSTINUS, Nunc me monent juniores * tempore, qui & poſtea nati ſunt in Eccleſia tales, & non proficiunt plurimum. Monent E
„ autem me, dixit, quia per honores Eccleſiaſticos accipiunt poteſtatem prædicandi populo, quæ ipſi non faciunt. „ Hæc ille.

Cant. 8. 8.

Beda To. 4. pag. 1143.

Ex Eccleſia gentium pauci ab initio prædicatores

* Wicleviſtis ſupple
* Subaudi Eccleſia

Job 30. 1.
* vulg. juniores

Auguſtinus To. 3. pag. 653. Job 30. 1.
* M. minores

CAPUT LXXIV.

De Sacerdotio Chriſtiano: qualiter Regibus comparatur (a).

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Qualis honor Regibus ac Sacerdotibus debeatur, exponitur.*
2. *Sacerdotes ſunt Regibus, & quibuſcumque aliis terrenis Principibus dignitate præferendi: quod quidem Clementis, Gregorii Nazianzeni, aliorumque Patrum teſtimonio, ſatis eſt manifeſtum.*

1. QUaſi nubes intra Sanctuarium Chriſti ubi altare diſponitur, & quaſi columbæ liberrima penna volavi paſſim ad feneſtras ſummi Pontificis, cæterorumque Epiſcoporum Sacerdotum, & miniſtrorum altaris, gemens ut turtur, meditans ut columba, & modo * meo reclamans Wicleviſtarum objectibus, latratibus Lollardorum. Jam autem tendenti in populum, religioſis viris in ipſo aditu, juxta Dionyſium in Epiſtola *ad Demophilum* (eo quod de eis ſpatioſe agetur in tertio *) ſub conniventia ſalutatis, occurrit faſtus Regalis in fronte, quem plene non licebat evadere, jubente ſic Apoſtolo, *Deum timete*, *Regem honorificate*. Certe perpendi, quod qui Regem per favorem erigit, aut, ultra ipſi debitum, in abyſſum * deprimit, C
Regem non honorificat. Sed juxta medium (b) virtus eſt, *& honor Regis judicium diligit*. Quid ſi Wicleffus Regem ſuper pinnaculum templi ponat, quemadmodum Sathanas Chriſtum? Status Chriſti non eſt procerior *. Quid ſi alius quiſquam regale ſolium Sacerdotum menſæ ſubjiciat, ubi micas colligat? Non eſt inde dejectior. Quiſquis quos vult elevet *, quos vult ſubigat: ſemper *honor Regis judicium diligit*. Rei veritas eſt, quod quidam, (ut Wicleviſtæ, & Willhelmitæ (c)) Regaliam ita elevant, ut Sacerdotium premant (d): quidam ita Sacerdotium efferunt, ut regnum enervent. Multo honorificentius Reges & Sacerdotes ſe ipſos extollerent, ſi juxta præceptum Apoſtoli, honore invicem prævenirent. CLARIOR SEMPER HONOR EST, quem non ſua, ſed aliena colit ambitio.

2. Impium eſt, quod intendit ſerm. XXXII. *Operis Epiſtolaris* WICLEFFUS. Vecordia, qua ſæculare brachium dimittit poteſtatem, quam „ Deus eis * indidit, & conſequenter perdit „ ſuum ſæculare dominium, eſt timenda. Sui „ ergo Sacerdotes non debent eis dominari, „ ſed ſubjici inſtar Petri. „ Hæc Wicleffus. Verba directa ſunt, & plana; ſed ex obliquo derogant Sacerdoti; ſubjectionem pene univerſalem intendunt, ut ante pluries patuit (e), & patebit

a

Iſai. 60. 8.

Iſai. 38. 14.

* al. more

* Subaudi libro

1. Pet. 2. 17.
Reges nec favore nimis erigendi, nec indebite deprimendi
b

* al. baſſum
Pſal. 98. 4.
Matth. 4. 5.
* al. altior

* al. erigit

c
d

Rom. 12. 10.

Wicleffus

* ſæcularibus

e

(a) In hoc capite inſtituit Author diſſerere de præeminentia, quam, ob juriſdictionem ſpiritualem, habet Sacerdotium Chriſti ſupra Reges ſæculi.

(b) *Medium* inter duo extrema verſatur. Unum extremum eſt omnem præeminentiam temporalem ac poteſtatem a Sacerdotio auferre, quod non verentur moderni hæretici mox citandi: alterum eſt ſummam rerum omnium Sacerdotio tribuere, uti faciunt Auguſtinus Triumphus in *ſumma* de poteſtate Eccleſiæ q. 1. art. 1. Alvarus Pelagius lib. 2. *de planctu Eccleſiæ* cap. 13. & multi Juriſconſulti, ut Oſtienſis in cap. *Quod ſuper his* de voto & voti redemptione: Panormitanus in cap. Novit *de Judiciis*, & alii non pauci. In medio autem horum extremorum eſt ſententia, quam communiter tradunt Orthodoxi Theologi, quod videlicet Summum Sacerdotium habeat ſummam poteſtatem ſpiritualem, & indirecte temporalem, etiam ſummam.

(c) Sectarii Wicleffianæ hæreſis, ita dicti a Willhelmo Hueſo, Wicleffi præceptore.

(d) Wicleviſtis & Willhelmitis adhærent, ut pariter Sacerdotium perimant, moderni hæretici, docentes nullam temporalem præeminentiam aut poteſtatem ex jure divino competere Sacerdotio Chriſtiano. Ita Calvinus lib. 4. Inſtit. cap. 11. §. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14. Petrus martyr in cap. 13. ad Rom. Brentius in Prolegomenis contra Petrum a Soto. Magdeburgenſes autem Cent. 1. lib. 2. cap. 4. col. 435. ponunt inter notas Antichriſti, quod Pontifex duos gladios gerat. Ac deinde Centur. 8. 9. 10. & 11. cap. 10. in vitis Pontificum, de hoc temere illos reprehendunt.

(e) Patuit præſertim ſupra cap. 33. hujus libri; ubi Wicleffus frontoſe aſſerit, Pontificiam authoritatem a poteſtate Cæſarea derivare. Et cap. 34. ubi poteſtatem coactivam in Summo Eccleſiæ Paſtore inficiatur, ac omnem adimit juriſdictionem: item cap. 52. ubi improbat citationes ad Sanctam Sedem: & cap. 65. ubi Laicos de delictis Paſtorum judicare permittit, eoſque Decimarum ſubtractione punire.

a tebit adhuc in ſequentibus, (*a*) Reſtat igitur, ut comparationem ſtatuum faciamus. *Sui* (inquit) *Sacerdotes non debent eis dominari*. Verum eſt, ſed præeſſe; & Principes debent eis tamquam Patribus obedire. Hoc in exordiis non diſſimulabant Eccleſiæ Patres. Unde Clemens Papa *ad Jacobum Jeroſolymorum Epiſcopum*, verſus finem, recitans præcepta Petri Apoſtoli, CLEMENS.

Sacerdotes non debent ſecularibus dominari, ſed præeſſe.

* Clemens apud Labbeum To. 1. Epiſt. 1. pag. 95.

„ Omnes (inquit) principes terræ, & cunctos „ homines eis obedire, (ideſt Epiſcopis) & capita ſubmittere, eorumque adjutores exiſtere „ præcipiebat, ut omnes pariter fideles, & cooperatores legis Dei monſtrarentur, ne de eis „ dicatur, *Confundentur, & erubeſcent omnes qui pugnant adverſum te*. „ Hæc ille. Jam vellem ego quod diceret Sanctus Petrus, *omnes principes terræ & cunctos homines Epiſcopis obedire volo*. Quid dicit WICLEFFUS? Non (inquit) pertinet directe, ſed repugnat iſti fidei „ Scripturæ, quod Papa, Patriarcha, vel aliquis Prælatus Cæſareus ſit major in populo „ quoad mundum. „ Hæc Wicleffus ubi ſupra, „ *ſermon.* XXVIII. Sanctus autem Petrus (juxta Clementem) voluit omnes homines eis obedire, & eis capita ſubmittere. Si iſta non ſit majoritas quoad mundum, dicat quid ſit ſubmittere capita? Quid in omnibus obedire? Si iſta repugnant Sacerdotio, quia palam in mundo & mundanis fiunt, ediſſerant qui ſic dicunt. Vetus quoque Pater Gregorius Nazianzenus libro VI. *de Jeremiæ dictis*, præſente Imperatore

Iſai. 41. 11.

Wicleffus

b (*b*), circa medium, de obedientia Principum ad Sacerdotes Eccleſiæ loquens, dicit, GREGORIUS NAZIANZENUS. Quid (inquit) vos, qui Poteſtatibus præſidetis? Jam enim mihi ad vos ſermo „ convertitur: quia nolumus inæquales quidem videri, ut ſubjectos quidem leges ac diſciplinam „ obedientiæ doceamus, veſtræ vero vel potentiæ „ cedamus, ne utamur ea libertate qua Chriſtus „ nobis uti in Eccleſiis dedit: aut certe illis „ quidem magis conſulere quos monemus; nos „ autem magis deſpicere aut negligere videamur: quorum utique tanto majorem curam „ habere dignum eſt, quanto ad plurium perniciem pertinet, ſi quid erratur a vobis. Et „ rurſum multorum ſaluti vitæque conſulitur, „ in quibus vos juſtitiæ & clementiæ extiteritis cenſores. Quid ergo dicitis? Putatiſne, „ vel patimini, ut verius agam vobiſcum? Suſcipitis ne libertatem verbi? Libenter accipite, quod lex Chriſti Sacerdotali vos no-

Gregorius Nazianzenus

c „ ſtræ ſubjecit poteſtati (*c*), atque iſtis tribunalibus ſubdidit. Dedit enim & nobis poteſtatem: dedit Principatum multo perfectiorem Principatibus veſtris. Aut numquid juſtum id vobis videtur, ſi cedat ſpiritus carni (*d*)? ſi a terrenis cœleſtia ſuperentur, ſi „ Divinis præferantur humana? Sed patienter „ quæſo accipe libertatem noſtram. Scio te ovem eſſe gregis mei a Chriſto mihi ſummo „ Paſtore annumeratam, a Sancto Spiritu con„ ſignatam. Scis te intra ſacra altaria cum veneratione ſubjici manibus Sacerdotis. Scio „ te beatæ Trinitatis cultum, fide quidem tua, „ ſed noſtra prædicatione ſervare. „ Hæc ille. Ecce jam Gregorius alloquebatur Imperatorem * præſentem. Quid credis? quod male vendicavit

* Theodoſium

A ſibi ſupra Regem * mundanam majoritatem? Dixit, ſe velle docere ſubjectos * ſuos diſciplinæ & obedientiæ ſuæ legem; & ſecundum hoc dixit, quod lex Chriſti ſubjecit Poteſtates tales Sacerdotali potentiæ, & tribunalibus illis ſubdebat, jubens eos patienter accipere quod caro ſubdatur ſpiritui, terrena cœleſtibus, humana divinis. Quomodo tu prædicas Regibus, quod eorum Sacerdotes debent eis ſubjici inſtar Petri? Et Gregorius dicit ſe præeminere Imperatori ſicut carni ſpiritus, & humanis cœleſtia. Sed arguit primo Antipresbyter noſter Wicleffus, Sacerdotium debere ſubjici Regaliæ, quia

* Ed. V. gregem mundanum

* al. ſubditos

B dicit Apoſtolus: *ſive Regi tamquam * præcellenti:* quaſi Rex ex hac Scriptura præcellat Sacerdotibus. Si hoc ita eſt, cur dixit prædictus Pater Gregorius ad Cæſarem tunc præſentem: „ Dedit nobis Deus poteſtatem, dedit principatum multo perfectiorem Principatibus veſtris? „ Sed ille diſcipulus, & Apoſtolus Chriſti, qui dixit, *Sive Regi tamquam præcellenti*, poſtea ſubdidit, *Deum timete, Regem honorificate:* omneſque Dei miniſtros cum Deo connumerans, & cum Rege terreno terrenas poteſtates adjungens, ita ut in regula Apoſtolica nullus deſit locus honoris ſingulis impendendus.

1. Pet. 2. 13.

* vulg. quaſi

C Unde ſuper hunc textum 1. Petri, *Sed ſicut ſervi Dei omnes honorate*, BEDA. Monet congruum „ cunctis impendere honorem, juxta imperium „ Domini, dare Cæſari quæ Cæſaris ſunt, & „ Deo reddere quæ Dei ſunt. „ Hæc ille. Sed excellentiam poteſtatis Sacerdotalis ſuper Regiam, manifeſte divinum illud declarat judicium, quando omnes virgæ Tribuum, (etiam Tribus regiæ) aridæ manſerant: ſolius autem Sacerdotalis & Leviticæ Tribus virga florebat. Num. XVII. Ponderat hoc Sacer Ambroſius Epiſtola *ad Vercellen. Eccleſiam*, circa medium, AMBROSIUS. Ideo (inquit) Aaron in Sacerdo-

1. Pet. 2. 16.

Beda To. 2.

Matth. 22. 21.

Excellit poteſtas Sacerdotalis ſuper Regiam

Num. 17. 8.

D „ tem Deus elegit, ut non humana cupiditas „ in eligendo Sacerdote præponderaret, ſed gratia Dei. Non voluntaria oblatio, nec propria „ aſſumptio, ſed cœleſtis vocatio in electione „ hujuſmodi eſſe debet, ut is offerat pro peccatis, qui affici poſſit pro peccatoribus. — „ Et infra. — Ut advertamus, quod in Sacerdotibus divina magis quam humana gratia „ operatur. Una ex multis, quas Moyſes per „ Tribus acceperat & recondiderat, virga Aaron „ fronduit; atque ita divini judicii munus expectandum * in Sacerdote populus advertit,

Ambroſius To. 2. Epiſt. 63. pag. 1033. num. 48.

Numer. 17. 8.

Hebr. 5. 2.

pag. 1035. num. 58.

* Al. ſpectandum

E „ ac deſtitit parem ſibi humano judicio vendicare gratiam, qui ante ſibi parem prærogativam competere arbitrabatur. Virga autem „ illa quid aliud oſtendit, niſi quod nunquam „ Sa-

(*a*) Vide cap. 79. quomodo Wicleffus a judicio Epiſcoporum, in materia fidei, ad terrenum Principem appellari velit. Et lib. 4. cap. 40. quam laxam Principibus ac Dominis ſecularibus præbeat licentiam auferendi bona omnia temporalia ab Eccleſiaſticis, etiam invitis.

(*b*) Theodoſio Magno, in Synodo CL. Patrum, a quibus Conſtantinopolitanum Epiſcopatum abdicare impetravit.

(*c*) Idem docet Hugo de S. Victore infra citandus, cap. 78. num. 5.

(*d*) *Spiritui* præeminentiam Sacerdotalem, *Carni* Cæſaream aſſimilat dignitatem. Optima ſane comparatio, quæ hac in re mirifice quæſtionem elucidat, ac omnem removet difficultatem. Omnibus ſiquidem compertum eſt, quod *Spiritus* præeſt, *Caro* ſubeſt: & quamquam ſpiritus rationalis non ſe miſceat actionibus carnis; immo ſinat eam omnes ſuas exercere actiones, ut in brutis exercet: attamen quando illæ officiunt fini ipſius ſpiritus, tunc ſpiritus carni imperat, eamque, ſi opus eſt, coercet, indicendo jejunia, aliaſque macerationes, etiam cum detrimento aliquo ac debilitate ipſius carnis. Et ſic cogit linguam ne loquatur, oculos ne videant &c. Pari ratione, ſi ad finem ſpiritus obtinendum neceſſaria ſit aliqua carnis operatio, & ipſa etiam mors; ſpiritus imperare poteſt carni, ut ſe ac ſua exponat, quod ſæpe in Martyribus contigit. Ita prorſus Politica poteſtas & Eccleſiaſtica. Illa habet pro fine temporalem pacem; iſta ſalutem æternam. Inveniuntur quandoque ſeparatæ, ut olim tempore Apoſtolorum: quandoque conjunctæ, ut nunc. Cum autem ſint nunc conjunctæ, unum corpus efficiunt; & ideo debent rite eſſe connexæ, ita ut ſit inferior ſuperiori parti ſubjecta. Itaque prima pars ſpiritualis non ſe miſcet temporalibus negotiis, ſed ſinit omnia procedere, ſicut priuſquam eſſent conjunctæ; dummodo non obſint fini ſpirituali, aut ad eum conſequendum non ſint neceſſaria. Si autem tale quid accidat, ſpiritualis poteſtas poteſt, ac debet coercere temporalem omni ratione ac via, quæ ad id legitima videbitur, aut neceſſaria.

„ Sacerdotalis marceſcat gratia, & in ſumma
* M. humilitate „ humanitate * habeat in ſuo munere com-
„ miſſæ ſibi florem poteſtatis? „ Hæc ille. Ecce quod ideo virga Sacerdotalis, aliis marcidis, ſola vireſcebat, & florem geſſit in culmine, quia florem poteſtatis in ſumma humanitate, etiam ſuper Tribum Regiam, commiſſum habet in munere (*a*). Munus eſt hic officium. A
Item in ſuo *Paſtorali* circa principium, idem
* Ambroſius lib. de dignitate Sacerdotali To. 2. in App. pag. 359. AMBROSIUS. Dignum eſt (inquit) ut dignitas
„ Sacerdotalis prius noſcatur a nobis, & ſic de-
„ inde ſervetur a nobis, ut ſententia Pſalmo-
Pſal. 48. 13. „ graphi queat repelli a nobis, *Homo cum in*
„ *honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt ju-*
„ *mentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.*
„ Honor ergo fratres, & ſublimitas Epiſcopa-
„ lis, nullis poteſt comparationibus adæquari.
„ Si Regum fulgori compares & Principum dia-
* M. tamquam Diſt. 96. cap. Duo ſunt, §. Honor „ demati, longe erit inferius, quam * ſi plum-
„ bi metallum ad auri fulgorem compares: B
„ quippe cum videas Regum colla & Princi-
„ pum ſubmitti genibus Sacerdotum; & exo-
„ ſculata eorum dextera, eorum orationibus
„ credant ſe communiri. „ Hæc Ambroſius. Ecce Epiſcopus Regi ſupereminet quantum plumbum vincitur ab auro; non quidem in Eccleſiaſticis negotiis ſolum, ſed ſimpliciter vincit ſtatus ſtatum. Unde lib. III. *Dialogor. Paſtoral.*
Chryſoſtomus To. 1. pag. 382. cap. I. CHRYSOSTOMUS. Si (inquit) mihi aut
„ regendi milites, aut ſumendi regni affuiſſet
„ facultas: atque id ego tali quali tunc ſtudio
„ refugiſſem, conſequentius arrogantiam meam
„ nonnulli criminarentur: immo tunc forte nul- C
„ lius mihi ſuperbiæ vitium, ſtultitiæ vero
„ grandis affuerit. Nunc autem Sacerdotio præ-
„ poſito, quod tanto ſpatio antecellit impe-
„ rium, quanto inter ſe natura animæ & cor-
„ poris differt; audebit aliquis nos pro de-
„ ſpectu ejus arguere? Et quomodo non per-
„ pendit eſſe inconvenientiſſimum, eos qui
„ majora deſpiciunt, ſtultos magis, quam ar-
„ rogantes putare: illos vero, qui ea quæ
„ ſunt omnibus ſæculi Poteſtatibus, ſine ali-
„ qua comparatione majora, vitaverint, aut
„ proterviæ, aut ſuperbiæ maculare crimini-
„ bus? „ Hæc ille Ecce ſimpliciter dicit, Sa- D
cerdotium tanto majus imperio, quanto anima eſt natura corpore potior, & eminet cunctis poteſtatibus ſæculi. Probat hoc per magnitudinem officii ſibi commiſſi in ſequenti
Chryſoſtomus ibid. pag. 383. cap. IV. CHRYSOSTOMUS. Habent quidem &
„ mundi principes vinciendi aliquam poteſta-
„ tem; ſed cui in ſolis corporibus licet. Hoc
„ autem vinculum, quod Sacerdotibus commiſ-
„ ſum eſt, ipſam contingit animam, tranſitque
„ cœlos; ut ea quæ operati fuerint Sacerdotes
„ deorſum, & Deus confirmet in cœlis; ſen-
„ tentiamque ſervorum Dominus ipſe corrobo-
„ ret. Quid ergo reliqui eſt, ſi omnis eis com- E
Joan. 20. 23. „ miſſa eſt poteſtas cœlorum? *Quorumcumque*
„ *enim dimiſeritis peccata, dimittentur; & quo-*
„ *rumcumque tenueritis, tenebuntur.* Quæ poteſt
Joan. 5. 22. „ inveniri major poteſtas? *Omne judicium de-*
„ *dit Pater Filio.* At hoc video a Filio totum
„ Sacerdotibus eſſe commiſſum: ac ſicut jam
„ tranſlati in cœlum, & humanam extenden-
„ tes naturam, atque a noſtris infirmitatibus
„ liberati, in tantum evecti ſunt Principatum.
„ Nam ſi Imperator alicui ſubditorum hono-
„ rem impertiatur hujuſmodi, ut quos volue-
„ rit in vincula contrudat, laxetque quos vo-
„ luerit, dignus invidia, & conſpicuus ab
„ omnibus exiſtimatur; is qui a Deo accepit
„ tanto majorem his quæ diximus poteſtatem,
„ quanto eſt cœlum quam terra pretioſius, &
„ quanto pretioſior anima quam corpus; ita
„ ne modico affectus honore credetur, ut ali-
„ qui etiam ſuſpicentur poſſe hanc arcem ab
„ illis quibus fuerat commiſſa contemni? „
Hæc ille. A poſteriori bene concluditur, Sacerdotium omni imperio & ſæculari principatu ſublimius, ratione cœleſtis officii, & poteſtatis divinæ generaliter Sacerdoti commiſſæ; & hoc quantum cœlum terræ, & anima corpori præferenda. Declarat hoc uberius in Epitaphio Nepotiani *ad Heliodorum* ultra medium Sanctus
Pater HIERONYMUS. *Licet* (inquit) *lachrymari* Hieronymus To. 1. Epiſt. 60.
„ *plebi, Regi honeſte non licet.* Ut Regi, ſic Epi- pag. 340.
„ ſcopo; immo minus Regi quam Epiſcopo (*b*). num. 14. b
„ Ille enim nolentibus præeſt, hic volentibus. Ennius
„ Ille terrore ſubjicit, hic ſervituti dominatur:
„ ille corpora cuſtodit ad mortem, hic animas
„ ſervat ad vitam. „ Hæc Hieronymus. Ecce
fœcunda (*c*) triplicitas, quare Sacerdotium an- c
tecellit imperium. Et quid jam arguis Regem præcellentem? Scio quidem Regem præcellere, ſed ſuis, & in ſuis terrenis incolis, in terræ negotiis: ſed fac ut terra cœlis imperet, fac corpori animam ancillari, & Regi terreno ſubigis Sacerdotem. Et ſi vis intelligere, ipſe idem ſpiritus qui in Petro dixit: *ſive Regi tam-* 1. Pet. 2. 13.
quam præcellenti, & ſubjecit Duces & poteſtates quibus dixit Regem præcellere; ipſe in Jeremia dixit: *Ecce conſtitui te ſuper gentes &* Jerem. 1. 10.
regna; cum & ipſe Jeremias eſſet ex genere Sacerdotum. Et inde ad figuram præpollentiæ Sacerdotii ſuper Regem in ipſo Patriarcha * re- * Juda
giæ Tribus confeſſio plana præceſſit, ut in *teſtamento duodecim Patriarcharum* legitur, ſecundum tranſlationem Lincolnienſis, capitulo ipſo quod aſſignat teſtamento Judæ, LINCOLNIEN- * Lincolnienſis
SIS. Judas (inquit) cum moreretur, congre-
„ gatis filiis, ad eos dixit: Nunc filii diligite
„ Levi, ut permaneatis; & non efferamini ſu-
„ per ipſum, ut non diſpereatis. Mihi enim
„ dedit Dominus regnum, & illi Sacerdotium,
„ & ſubjecit regnum Sacerdotio. Mihi dedit
„ quæ in terra, illi quæ ſunt in cœlis: ut enim
„ ſupereminet cœlum terræ; ita & ſupereminet Dei Sacerdotium regno Dei. „

CAPUT LXXV.

Ad duo argumenta principalium Æmulorum, ne regno ſuccumbat Sacerdotale faſtigium, reſpondetur.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Divus Auguſtinus vult Regem, non Vicarium, ſed imaginem Dei eſſe, quatenus per gladium*

(*a*) Iterum hic innuitur indirecta, quam habet Sacerdotium ad temporalia poteſtas, & quidem ſumma, cum ſupra Reges elevetur. At hæc eſt indirecta, ſcilicet *in munere* ſuo, quod eſt de animarum ſalute ſollicite agere. Hinc Papa, ut Papa, non poteſt ordinarie condere legem civilem, vel confirmare, aut infringere leges Principum ſæcularium: quia non eſt ipſe Princeps Eccleſiæ politicus: attamen poteſt, ſi aliqua lex civilis ſit neceſſaria ad *munus* ſuum, ad ſalutem ſcilicet animarum; & tamen Principes ſæculares nolint eam condere: aut ſi alia ſit noxia animarum ſaluti; & tamen Principes eam nolint abrogare. Quod dixi de legibus, jure potes ad perſonas, & ad reliqua extendere.

(*b*) Martianæus hanc lectionem propugnat: ſed contrariam, *Immo Epiſcopo quam Regi* tradunt Veronenſes Editores, qui notant hanc ex contextu debere eſſe mentem Hieronymi.

(*c*) Cod. Ferrarien. habet *ſecunda*, & forte non incongrue: alia ſiquidem rationum *triplicitas* pro Sacerdotali excellentia ſuperius exponitur, Dei videlicet judicium in virga Aaron, officii nobilitas, ac ſublimitas poteſtatis.

dium quem accepit, humana ſolum miniſtrat.

2. *Sacerdos eſt imago Dei & hominis, divina miniſtrans: quare præſtat Regi, & terreno Principi.*

3. *Quamvis Gregorius Imperatorem appellaverit Dominum ſuum, non propterea Pontificiæ dignitati derogavit.* A

4. *Non ſolum Summo Pontifici, ſed Sacerdotum ordini, cunctorum cœtus fidelium jure optimo cenſetur eſſe ſubjectus.*

5. *Cenſura Ambroſii in Theodoſium Imperatorem, & aliorum quorumdam Sacerdotum in alios Imperatores, aperte declarat Sacerdotalem dignitatem ſuper Reges.*

[* *ſeu probatio*]

1. PErſuaſio * æmulorum prima pro hac parte eſt, quod Epiſcopus eſt Vicarius Chriſti ſecundum humanitatem; Rex autem eſt Dei Vicarius: dignior ergo Vicariatus incumbit Regi, quam Epiſcopo. Et lambunt hoc motivum de ſitula Wicleffi cap. XXXII. *Speculi militantis Eccleſiæ*, ubi WICLEFFUS. Chriſtus (inquit) „ ordinavit ſæculare brachium per potentiam „ coactivam eſſe Deitatis Vicarium, dando ei „ gladium corporalem: & ordinavit Sacerdotium eſſe humanitatis Chriſti Vicarium, patiendo, & ipſum in humilitate & tribulationibus imitando, ut docet Auguſtinus in „ loco multiplici. „ Hæc Wicleffus. Quod de Auguſtino in hac parte legiſſe me memini, vult Regem habere imaginem Dei (non dicit Vicarium) ſicut & Epiſcopum Chriſti. *De quæſtionibus novi & veteris teſtamenti* cap. XIII. AUGUSTINUS. Non neſcivit autem (inquit) „ David divinam eſſe traditionem in officio ordinis Regalis: idcirco Saul in eadem adhuc „ traditione poſitum honorificat, ne Deo injuriam facere videretur, qui his ordinibus honorem decrevit. DEI ENIM IMAGINEM HABET REX, ſicut & Epiſcopus Chriſti. „ Hæc Auguſtinus. Ecce jam habes Regem *imaginem Deitatis;* ſed ut per gladium, quem accepit, Dei ſervis humana miniſtret, ut conſonanter exponit lib. VI. alloquens Imperatorem præſentem GREGORIUS NAZIANZENUS. Brevis quidem mi- D „ hi ad te, ſed liber eſt ſermo. Chriſto conregnas; immo in Chriſti regno quæ ſunt humana diſpenſas. Ab illo tibi in homines vitæ venia, & poteſtas mortis indulta eſt; & „ GLADIUS TIBI DATUS EST, NON TAM UT „ OPERERIS, quam ut commineris: quem utinam velut depoſitum quoddam incruentum „ & impollutum reſtituas commendanti. Imago eſt in te Dei, non ſolum illa, quæ ab „ omnibus habetur in corde; verum & hæc, „ quæ a te etiam manibus miniſtratur. „ Hæc ille. Ecce habes, quod Rex ſit Divinitatis imago, non tantum qualiter omnis homo eſt imago Dei a primordialis creationis effectu, ſed ſpeciali etiam prærogativa poteſtatis acceptæ, & regiæ dignitatis intuitu. Ad quid putas? Ad diſpenſandum humana. Sic ſupra dixit Gregorius: Regnas *regno Chriſti, quæ ſunt humana diſpenſans.*

[Wicleffus]

[* Auguſtinus To. 3. *in App. quæſt.* 35. *pag.* 1027.]

[1. *Reg.* 26. 16.]

[Gregorius *Nazianzenus*]

[Rex imago eſt Deitatis dupliciter]

2. Sacerdos eſt imago Chriſti: & cujus Chriſti? Nonne Dei & hominis? Et quid efficiens? Nonne divina diſpenſans? Pluris ergo eſt, nulli dubium, imago Chriſti Epiſcopus diſpenſans divina, quam Deitatis vicarius vel imago Rex, diſpenſans * humana. Nam ſi ex nuda imagine Deitatis, ſine reſpectu ad effectum operis, Principem anteponis; ergo omnis uxoratus in Chriſto, eſt Epiſcopo præferendus, dicente Apoſtolo 1. ad Cor. XI. *Vir non debet velare caput, quoniam imago & gloria Dei eſt.* Similiter Rex David eſſet ex additione imaginis Chriſti ſe ipſo deterior. Unde Chryſoſtomus homil. 1. operis *Imperfecti*, CHRYSOSTOMUS. De David „ numquid tantum dicere poſſumus, quantum „ Scriptura regnorum? Et idcirco hæc omnia „ prætermittentes, hoc ſolum dicimus, quod „ Chriſti fuit imago. „ Hæc ille. Perpende quod ex communi Regis officio fuit Deitatis imago vicaria; ex ſpeciali figura, fuit imago Chriſti peculiariter deſignata: ergo ex additione prærogativæ ſequentis, fuit ſe ipſo deterior conſtitutus, ſi, ut tu infers *, dignius ſit Deitatis eſſe, B quam Chriſti hominis imaginatum vicarium.

[* *MS. Cod.* compenſans]

[1. *Cor.* 11. 7.]

[* Chryſoſtomus To. 3. *pag.* 4[?]1.]

[David imago Dei & Chriſti]

[* *al.* invehis]

3. Secundo perſuadet eminentiam Regum ex facto Gregorii *, qui ad Imperatorem * ſcribens epiſtolam, ipſum *Dominum ſuum* appellat. Et vere ſe ſatis demonſtrat * inermem, quoniam tam fragile profert argumentum. Nam pius iſte Paſtor, inter omnes hujus almæ Sedis zelator humilitatis egregius, non Imperatori tantum & Regibus, ſed cunctis Chriſtianis, ubi exceſſus culpæ non obſtitit, fuit humilibus ſemper aſſuetus eloquiis, &, ut ita dicam, pene ſui juris oblitus, recolens illud Apoſtoli Petri, *Omnes honorate, fraternitatem diligite*. At quis mira- C tur Papam Gregorium, vocantem Regem Romanum *Dominum ſuum*, vel *noſtrum*, qui primus Pontificum appellavit ſe, comparatione omnium fidelium, *Servum ſervorum?* Sed quia hoc in ſpiritu Chriſti dixerit, nihil ſibi per humilitatis vocabulum debitæ præeminentiæ vel libertatis ademit. Imitabatur enim in hoc Paulum dicentem, *Nam cum ſim ab omnibus liber* (*a*), *omnium ſervum me feci*: quem textum tractans lib. 1. ſuper Epiſtolam ad Rom. in principio ORIGENES. Neque (inquit) per hoc lædetur veritas libertatis in Paulo. Dicit enim „ & ipſe: *Nam cum liber ſim ab omnibus, omnium ſervum me feci*. Servit ergo Chriſto, „ non in ſpiritu ſervitutis, ſed in ſpiritu adoptionis, quia OMNI LIBERTATE NOBILIOR „ eſt ſervitus Chriſti: idque pronunciat, quaſi „ imitator ejus, qui dixerat, *Ecce ego ſum in medio veſtrum, non ſicut diſcumbens, ſed ſicut miniſtrans;* & ejus qui ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens. „ Hæc ille. Profecto nec Beatus Papa Gregorius eminentiæ ſui ſtatus ſuper ſtatum imperialem præjudicavit in aliquo, cum Regem ſibi verbotenus præpoſuit; negotio quoque Eccleſiæ, quod tunc tractabatur (*b*), attento. Quod tunc apte E videbimus, ſi poſteriora ejus facta & ſcripta quæramus. Vide an ſe magiſtrum & Imperatorum & Regum non arbitrabatur, cum poſt privilegia quædam *Senatori* presbytero (*c*), & Abbati Xenodochii Francorum directa, ſub interminatione dignitatis & honoris omni ejus violatori cunclusit. Cui etiam ſententiæ omnes Reges generali definitione conſtrinxit. GREGORIUS. Concedimus (inquit) & firmamus, ſtatuentes, nullum Regum, Antiſtitum, nullum „ quacumque dignitate præditum &c. — Et „ fina-

[* *Papæ Magni*]

[* *Mauritium*]

[* *ſupple* Wicleffus]

[1. *Pet.* 2. 17.]

[Gregorius Papa ſe ſervum ſervorum primus nominat]

[1. *Cor.* 9. 19.]

[a]

[Origenes To. 2. *pag.* 326.]

[*Luc.* 22. 2[?].]

[*Philip.* 2. 7.]

[b]

[c]

[Gregorius *To.* 2. *lib.* 1[?]. *Regiſt. Epiſt.* 8. *pag.* 1222.]

(*a*) *Vulg.* Cum liber eſſem ex omnibus.

(*b*) Agebat tunc Gregorius apud Mauritium Conſtantinum Auguſtum, eum poſtulans & graviter hortans, ut in ordinem redigeret *Joannem* Conſtantinopolitanum Antiſtitem, qui ſe Romano Pontifici præferre auſus fuerat. Non ſolum autem indecens, ſed & importunum in Gregorio fuiſſet, ſi dum pro ſubjectione *Joannis* ſatagebat, ipſe elationis verba oſtentaſſet.

(*c*) In Epiſtola ad eumdem, pro qua recole quæ ſupra diximus cap. 43. num. 5. contra eos, qui ex hac clauſula moti hanc epiſtolam Gregorio abjudicant.

pag. 1113. „ finaliter Sequitur -- Si quis vero Regum, Sacerdotum, Judicum, atque ſæcularium perſonarum hanc conſtitutionis noſtræ paginam agnoſcens, contra eam venire tentaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat; reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. „ Hæc ille. In eodem quoque *Regiſtro*, Epiſt. *ad Gairaldum* * Abbatem Sancti Medardi Sueſſionis, idem GREGORIUS. Si quis (inquit) Regum, Antiſtitum, „ Judicum, vel quarumcumque ſæcularium perſonarum, hujus Apoſtolicæ authoritatis, & „ noſtræ præceptionis decreta violaverit, aut „ contradixerit, aut negligenda duxerit, vel „ fratres inquietaverit, vel conturbaverit, vel „ aliter ordinaverit; cujuſcumque dignitatis „ vel ſublimitatis ſit, honore ſuo privetur &c. „ Hæc Gregorius. Vere ergo non tantum Regum & Imperatorum Dominorum ſuorum; ſed & omnium Chriſti ſervorum Gregorius, omnium prædictorum tam Regum, quam Antiſtitum, & quarumcumque ſæcularium perſonarum honores & ambitus ſuæ ditioni novit eſſe jure ſubdendos.

* Editi Gerardum

* Gregorius To. 2. in App. Epiſt. 4. pag. 1197.

4. Nec tantum ſibi; ſed ſecundum perfectionis ordinem, Sacerdotum ordini cunctorum cœtum fidelium cenſuit eſſe ſubjectum, prout ſe ipſe declarat XIV. lib. *Moral.* cap. XVI. tractans illud Job XIX. *Abſtulit coronam de capite meo*, GREGORIUS. Caput (inquit) fidelium non im„ merito Sacerdotes accepimus *, quia pars „ membrorum Domini prima ſunt. Unde & „ per Prophetam caput & cauda exterminari „ dicitur; ubi videlicet & capitis nomine Sa„ cerdotes, & caudæ appellatione, prophetæ „ reprobi deſignantur. Corona ergo de capite „ aufertur, cum ſupernæ remunerationis præ„ mia etiam ipſi deſerunt, qui in hoc Eccle„ ſiæ corpore præeſſe videbantur. Et plerum„ que ducibus cadentibus, latius ſuccumbit exer„ citus, qui ſequebatur. „ Hæc ille. Ecce Sacerdos Chriſti, caput fidelium, & prima pars membrorum in corpore Chriſti; & Sacerdotes Duces ſunt totius exercitus Chriſtiani. Non eſt credibile ergo, Sacerdotum ordinem Regali Gregorium velle poſtponere, ſed humilitatis ſtudium efficaciter prædicare: quemadmodum Dominus ejus Chriſtus ſecundum perſonam & naturam exceſſit Pilatum, & omne humanum ſuppoſitum: attamen tam Judici, quam tortoribus humiliavit ſemetipſum ad infimam crucis mortem.

Job 19. 9. Gregorius lib.14. cap.35. pag. 451. * M. accipiuntur Yſai. 9. 14.

Sacerdos Caput fidelium, & prima pars membrorum Chriſti

5. Sed & ſi Principatus exceſſum ſuper Sacerdotium arguit eis tam patenter dictum Sancti Gregorii; iterum ſub Sacerdotibus Regem agent & dictum & factum Ambroſii, qui Theodoſium Imperatorem a Divinis excluſit, & uſque poſt publice actam pœnitentiam, excommunicationis ſententia innodavit, pro eo quod in Theſſalonica Civitate ſeptem millia virorum ſine judicio decrevit interimi; quia judices ſui fuiſſent ibidem per ſeductionem occiſi, ut habet *hiſtoria trip.* lib. IX. cap. XXX. CASSIODORUS. „ Neſcis (inquit) Imperator perpetratæ a te ne„ cis quanta ſit magnitudo, neque poſt cauſam „ tanti furoris mens tua molem præſumptionis „ agnoſcit? Sed forte recognitionem peccati „ prohibet poteſtas imperii. Decet tamen ut „ vincat ratio poteſtatem. -- Et infra. -- Re„ cede ergo, recede, ne ſecundo peccato prio„ rem nequitiam augere contendas. Suſcipe „ vinculum, quod omnium Dominus nunc li„ gavit: eſt enim medicina maxima ſanitatis. „ His ſermonibus Imperator obediens (erat enim „ divinis eruditionibus enutritus, & aperte ſciens „ quæ ſunt propria Sacerdotum, quæ Regum) „ gemens & deflens, ad regalia remeavit. „ Hæc ille. Vide jam, ſi non Princeps ſubfuit Sa-
A cerdoti. Tandem poſt octo menſes, appropinquante die natalitio Salvatoris, gemens Imperator, & pudore ſuffuſus, quod ſcurris, mendicis & ſervis aperta eſſent templa, quæ jam mundi Principem excluſerant; miſſo Ruffino milite ad Epiſcopum, & ſine expeditione reverſo, tandem Imperator, *Pergo* (inquit) *& juſtas in facie ſuſcipio contumelias; & Epiſcopus in ſatisfactionem flagitii dabit*. CASSIODORUS. Quo„ niam (inquit) furori tuum judicium commi„ ſiſti: non ratio protulit ſententiam, ſed po„ tius iracundia; ſcribe legem, quæ decreta fu„ roris evacuet, ut a triginta diebus ſententia
B „ necis, atque proſcriptionis in literis tantum„ modo maneat, & judicium rationis expectet. „ Quibus tranſactis diebus, ira videlicet jam „ ceſſante, ratio cauſam judicans, apud ſeme„ tipſam quæ cognoverit ſub veritate diſponat. „ -- Sequitur. -- Hanc admonitionem Impera„ tor animo libenti ſuſcipiens, & optimam eſ„ ſe confidens, legem conſcribi repente præce„ pit, & propriæ manus literis confirmavit. „ Quo facto, vinculum ejus ſolvit Ambroſius. „ Quæ lex hactenus obſervatur. „ Hæc Ambroſius. Ecce quomodo ad decretum Pontificis & Princeps obedit, & lex emanat a Principe. Le-
C ge Euſebium * *in Eccleſiaſtica hiſt.* & Philippus primus Imperator Chriſtianorum per Sacerdotem in Paſcha publice a communione ſuſpenditur: quia confeſſionem peccatorum non fecerat: necdum tamen dotata erat Eccleſia. Lege Hilarium ad Conſtantium Auguſtum, ubi quanta uſus eſt ſeveritate in Principem, tanta videtur authoritate ſurgere ſuper Regem, ut clare pateat * ſe Regis eſſe magiſtrum. De potentia Sacerdotum ſcribit Gregorius XXII. *Moral.* cap. VI. ſuper textum Job, *Cardines quoque maris operiet*, GREGORIUS. Ecce (inquit) lingua
D „ Britanniæ, quæ nihil aliud noverat, quam „ barbarum frendere, jam dudum in divinis lau„ dibus hebræum cœpit Alleluja reſonare. Ec„ ce quondam tumidus, jam ſubſtratus ſancto„ rum pedibus ſervit Oceanus, ejuſque barba„ ros motus, quos terreni Principes edomare „ ferro nequiverant, hos pro divina formidine „ Sacerdotum (a) ora ſimplicibus verbis ligant: „ & qui catervas * pugnantium infidelis ne„ quaquam metuerat, jam nunc fidelis humilium linguas timet. „ Hæc Gregorius. Inter omnes gentes ergo o gens noſtra Britannica, & Principes Anglici, confitemini celſitudinem Sacerdotum, qui ſoli, pluſquam omnes Principes,
E poterant ſub vexillo Chriſti noſtram debellare barbariem, & in univerſo orbe cantare triumphum.

Ambroſius Theodoſium Imperatorem excommunicavit

Caſſiodorus To.1.pag.319.

Caſſiodorus ibidem

Caſſiodorus ibidem

* lib.6.cap.27.

Philippus Chriſtianorum primus Imperator a communione ſuſpenditur

* al. doceat

Job 36. 30. Gregorius lib.27. cap.11. pag. 862.

* al. Catherva

CAPUT LXXVI.

Ad argumentum de regalia Chriſti temporali, reſpondetur.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Tametſi Chriſtus habuiſſet regnum temporale, non fuiſſet præſtantius illud regnum Sacerdotio ejuſdem.*

2. Re-

(a) Auguſtini, & ſociorum monachorum; quos in Britanniam ad fidem Chriſti inſtaurandam Gregorius ipſe tranſmiſerat.

2. *Regnum temporale Judæorum ſub Jechonia excidium accepit; neque amplius Judæorum aliquis vel de jure, vel de facto illud obtinuit.*
3. *Ex Græcorum hiſtoriis declaratur qua ratione Herodes alienigena potitus ſit parte regni Judaici.*
4. *Regnum illud Judæorum terrenum, cum figura fuerit regni æterni & ſpiritualis Chriſti, debuit omnino in adventu ejus ceſſare, quemadmodum & ſacrificia.*
5. *Regnum temporale, quod in Prophetarum Scripturis Meſſiæ promiſſum eſt, non eſt regnum carnale & terrenum; ſed ſpirituale, quo per fidem in cordibus ſuorum regnat.*

Hebr. 7. 17.

1. CHriſtus (inquiunt) Iſraeliticum regnum elegit, ſprevit autem ejus Sacerdotium, ſecundum Apoſtolum ad Hebræos: quia fuit verus hæres regni jure materno; non autem Sacerdos Leviticus, vel Aaroniticus (quamvis carnaliter ex illa Tribu progenitus) ſed ſecundum ordinem Melchiſedech. Jure ergo præelectionis Chriſti præeminet Regnum Sacerdotio. Habuiſſet forſan motivum iſtud colorem ſuum de regno illo (*a*) illi Sacerdotio comparato, ſecundum quoſdam: cum autem Chriſti Sacerdotio comparatur, de neceſſitate ſubſedit. Clerici tamen regales, (*b*), quantum vidi, duo Chriſti regna, vel ſaltem dominia rerum diſtribuunt & ſignant: ex tempore unum, competens ipſi, ut confitentur, jure innocentiæ: alterum peculiare Judæorum, jure ipſi conveniens propinquitatis maternæ; & ſic, ut concludunt, Chriſtus foret Rex, aut Dominus temporalis jure gemino, non de facto. Hujus viæ magnus defenſor eſt Richardus Armachanus, & ſequitur Joannem *Bachonis* oppidi Carmelitam. Hujus viæ, quamvis bene conarer, neſcirem eſſe diſcipulus, niſi ſe fundaret in Scripturarum hiſtoriis, vel veterum Sanctorum Patrum Tractatibus approbatis. Quantum eſt ad regnum Chriſti ſibi debitum jure Matris, nihil poteſt legi certius, quam quod ex libero Dei dono proceſſit, cum a Saul propter peccata foret ſubtractum, & puero David & ſemini ejus ſine meritis ejus indultum; & eo pacto, quo ſi bene procederet, & ejus filii teſtamentum ſervarent impoſitum, regnum caperent ſempiternum: eo quoque filii prævaricatores jure amitterent, ſi delinquerent, Principatum.

Duo Chriſti regna.

Joannem de Bachone *In 4. Sen. q. 1. art. 2. conc. 2. & q. 11. prolog.*

2. Unde quod ex libero dono Dei in David habebat originem, in Jechonia, ipſo Deo, qui donavit, retrahente, regnum accepit excidium. Scriptura jam dicit Jeremiæ XXII. Terra terra, „ audi ſermonem Dei. Hæc dicit Dominus: „ ſcribe virum iſtum ſterilem, qui in diebus „ ſuis non proſperabitur. Nec enim de ſemine „ ejus erit vir qui ſedeat ſuper ſolium David, „ & poteſtatem habeat ultra in Juda. „ Quid mihi arguis de filiabus Salphaat, quibus promiſſum eſt in jus Patris ſuccedere non peccantis? Ideo Beata virgo in jus ejus, qui jam prævaricatus eſt regnum pro ſe & ſemine ſuo, jure filiarum Salphaat debebat accedere. Sic arguere poſſes neſcienti Scripturas. Ego arguo tibi ex ore Domini: Nec erit de ſemine Jechoniæ qui ſedeat ſuper ſolium David, & poteſtatem habeat ultra in Juda „; Sed tam Beata virgo, quam filius ejus Chriſtus, de ſemine ejus * proceſſerant ſecundum carnem: ergo eis non incumbebat de alto jure ſuper ſolium David temporale ſedere. Si me exiſtimes torquere Scripturas, audi Ambroſium lib. III. ſuper Lucam cap. I. AMBROSIUS. Qui Joachim „ in Regnorum libris dicitur, Jechonias a Jeremia eſt nominatus, dicente eo, *Abjectus* „ *eſt Jechonias ut vas, cui non eſt uſus in eo,* „ *propter quod abjectus eſt ipſe & ſemen ejus.* „ *Terra terra, audi verbum Domini: ſcribe virum iſtum abdicatum; quia non exurget ex ſemine ejus ſedens in throno David, princeps adhuc in Juda.* Eo enim regnante, Babylonii Judæam vaſtaverunt, NEQUE POSTEA UNQUAM DE SEMINE EJUS regnum quiſquam in „ Judæa potuit obtinere. „ Hæc Ambroſius. Verbum peremptorium eſt: *Neque poſtea unquam de ſemine ejus regnum quiſquam in Judæa potuit obtinere.* Si de poſſe virium diceret hoc, ſalſum eſſet de Chriſto, qui Dominus fortis eſt, & potens in prælio. Si de poſſe juris, hoc contra te eſt de Chriſto, qui eo ipſo probatur, non poſſe jure ſeminis regnum ſedere paternum.

Jerem. 22. 29. & 30.

Num. 27.

* *ſcilicet Jechoniæ*

Ambroſius *To. 1. pag. 1328. num. 40. 3. Reg. 16. 31. Jerem. 22. 28.*

Pſal. 23. 8.

3. Sed quod dicit Armachanus, ſemper poſt eum Sacerdotes regnaſſe facto, non nomine, numquid non facit contra divinam ſententiam, dicentem, *Neque qui ſedeat, neque qui poteſtatem* (puta Regiam) *habeat ultra in Juda?* Idcirco Ambroſius hoc reſellens, monſtrat quod nec ipſi, nec alii pro Regibus collocati, Regalem poteſtatem ſubibant. AMBROSIUS. Poſtea (inquit) po„ pulus de captivitate dimiſſus, ſub Sacerdotibus „ & Tetrarchis fuit. Unde etiam uſque ad Chri„ ſti generationem manſerunt Tetrarchæ, nec „ ipſi quidem, quantum hiſtoria docet, rega„ lis dignitatem generis reſervantes. Fertur e„ nim ab his, qui ſive argumentis *, ſive ſim„ pliciter docentes tradiderunt nobis, quod Idu„ mæi latrones Aſcalonem urbem Palæſtinæ in„ greſſi, de fano Apollinis, quod vicinum mu„ ris erat, Antipatrum Herodis cujuſdam Hie„ roduli (*c*) filium, inter alios abduxere ca„ ptivum, quem Pater propter paupertatem re„ dimere nequivit. Is igitur imbutus diſcipli„ nis & myſteriis Judæorum, Hyrcano Judææ „ Regi amicitia copulatur, quem pro ſe ad „ Pompejum Hyrcanus legatum direxit: & quia „ legationis fructu potitus eſt, propter eam „ gratiam partem regni affectavit. Occiſo au„ tem Antipatro propter felicitatis invidiam, „ filius ejus poſtea Herodes ſub Antonio Sena„ tus conſulto Judæis regnare præceptus eſt. „ Cujus Herodes filius, & alii Tetrarchæ. Quod „ ideo ex Græcorum hiſtoriis putavimus tran„ ſferendum, ut clareat, Herodem nullo mo„ do affinem generi Judæorum, regnum adul„ terina fraude quæſiſſe. Denique conſcius igno„ bilitatis ſuæ, ne qua poſteris ſuis vel de præ„ ſcripto veteri quæſtio moveretur, Scripturas „ eorum incendit, exiſtimans, quod ſi judicia „ de publico ſuſtuliſſet, nullis aliis teſtimoniis „ clarere poſſet, quin de Patriarcharum vel Pro„ ſelytorum veterum genere demanaret. Sed ut „ pleraque curæ humanæ ſunt, cognitioni hoc „ & indagini veritatis præjudicare non potuit. „ Hunc totum proceſſum fecit Ambroſius, ad probandum veritatem divinæ promiſſionis de ceſſatione plenaria regni Jechoniæ, ſecundum veritatem hiſtoriæ, eſſe completam. Manifeſtat e-

Jerem. 22. 29.

Ambroſius *ibid. pag. 1329.*

* *M. argumentati*

(*a*) Intellige de regno Iſraelitico, comparato ad Sacerdotium Melchiſedechi.

(*b*) *Regales Clericos* eos vocat, qui arbitrantur Chriſtum Sacerdotio præpoſuiſſe regnum, ut inde temporalibus Dominis præeminentiam ſupra Sacerdotium aſſerant.

(*c*) Hieroduli, hoc eſt ſervi, ſeu miniſtri cujuſdam ædis ſacræ, puta cuſtodis, ut interpretantur Codd. Colbertinus & Fuldenſis apud Maurinos.

nim clariſſime, quomodo nullus eorum deinceps
regnum tenuit Judæorum, quoniam & ji qui
regnabant, quamvis ægre, nec tamen erant
Judæis affines, de Tribu maxime regia. Un-
de & Iſmael qui de regio ſemine fuerat, cum
regnare proponeret, ſine fructu diſceſſit. Ha-
4. Reg. 25. bes de eo IV. Reg. ultimo, & in Joſepho. Quod A
Joſephus lib. 20. antiq. c. 11. autem quidam objiciunt de Hyrcano, & Ari-
ſtobulo, qui regnabant, non de Tribu regia,
ſed Sacerdotali exiſtentes, ut autumant; potius
ſentio credendum eſſe ſagaci viro Ambroſio,
quam Joſepho in pluribus vacillanti. Verumta-
men tunc Tribus Regiæ titulus expiravit, &
hic de titulo Levitarum ad regnum plusquam
Beniamitarum, vel Joſephitarum clarum docu-
mentum res exigit. Hoc clare ſcimus ex fide,
quod non ita magnipendebat Deus regnum
terreſtre Judæorum, ut ſervaret, ut faceret ſem-
piternum, maxime ut unico filio & Regi co-
pularet æterno, ſive jure, ſive facto. B

Regnum Iſrael figura regni cœleſtis 4. Sed quia regnum illud & omne jus ejus
figura fuit regni ſpiritualis æterni; idcirco in-
ter cæteras figuras ejuſdem, Panis, puta, Agni,
Similæ, Sacrificiorum, & Sacerdotii, in adven-
tu & proſpectu veritatis perfecte debuit abole-
ri. Senſus iſte eſt Auguſtini in titulo Pſal. LXXI.
Auguſtinus To.4.pag.735. num. 3. AUGUSTINUS. Tales (inquit) erant illæ promiſ-
„ ſiones non perſeveraturæ, per quas tamen fi-
„ gurarentur futuræ promiſſiones perſeveratu-
„ ræ; ut ille omnis decurſus temporalium
„ promiſſionum & figura eſſet, & quædam
„ prophetia futurorum. Itaque cum illud re-
„ gnum deficeret, ubi regnavit David filius C
„ Jeſſe, ideſt, homo quidam, etſi prophe-
„ ta, etſi Sanctus; quia videbat & prævi-
„ debat Chriſtum venturum, de cujus ſemine,
„ etiam ſecundum carnem naſciturus erat: ta-
„ men homo, tamen nondum Chriſtus, tamen
„ nondum rex noſter filius Dei; ſed rex David
„ filius Jeſſe. Quia ergo defecturum erat illud
„ regnum, per quod regnum acceptum lauda-
„ batur tunc Deus a carnalibus; hoc ſolum e-
„ nim pro magno habebant. -- Sequitur -- Hinc
„ ſolum laudabant Deum, nondum intelligen-
„ tes quid in illis figuris præſignaret & pro-
„ mitteret Deus. Deficientibus igitur rebus, D
„ pro quibus laudabat Deum populus carnalis,
„ cui regnavit ille David, *defecerunt hymni Da-*
Pſal. 72. 1. „ *vid*, non filii Dei, ſed *filii Jeſſe*. „ Hæc il-
le. Ecce defecturum erat illud regnum carnale
David filii Jeſſe. Vis dicere, quod non defe-
Wicleffus cit, quouſque veniret ad Chriſtum? Laudares
melius, ſi taceres: ſed jam videamus quid ar-
guis. „ Propheta (inquis) dicit de Chriſto:
Pſal. 71. 1. „ *Deus judicium tuum Regi da, & juſtitiam*
„ *tuam filio Regis*: quod abſurdum eſſet in-
„ telligi de regno Chriſti æterno, quo re-
„ gnat ſuper omnia. Dicunt Doctores hoc eſ-
„ ſe regnum Chriſti, quod dedit ipſi Pater per E
Jerem. 23. 5. „ fidem in Eccleſia: *Et iterum regnabit Rex,*
„ *& ſapiens erit*: quod ſi intelligitur (inquit)
„ de ſpirituali regno, quis fructus? Ergo intel-
„ ligitur de regno temporali Judæorum, cui ju-
„ re Matris ſucceſſit Chriſtus ſecundum carnem. „

Duplex regnum Chriſti æternum 5. Scias Chriſti unum regnum cœleſte & æ-
ternum eſſe jure Patris: aliud autem collatum
ipſi ex tempore, quo debuit regnare ex tempo-
re ſecundum fidem; regno tamen ſempiterno
* intellige Eccleſia futuro *; & de hoc ſecundo eſt alta concordia
Regnum Eccleſiæ omnium regnorum finis Prophetarum. Hoc eſt regnum promiſſum per
Prophetas, figuratum in regnis prioribus *, &
in quod, ſicut in finem congruum, ſingula re-
* ut dictum eſt ſupra num. 4. ſolvuntur. De his duobus habet XX. *de Civ. Dei*,
cap. IX. AUGUSTINUS. Excepto (inquit) illo re-
Auguſtinus To.6.pag.585. „ gno, de quo in fine dicturus eſt: *Venite be-*
„ *nedicti Patris mei, percipite regnum &c.* niſi Matth. 25. 34.
„ aliquo modo alio, longe quidem impari, jam
„ nunc regnarent cum illo Sancti ejus, quibus
„ ait: *Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſum-* Matth. 28. 20.
„ *mationem ſæculi*; profecto non etiam nunc
„ diceretur Eccleſia regnum ejus, regnum cœ-
„ lorum. Nam utique iſto tempore eruditur
„ in regno Dei ſcriba ille qui profert de the- Matth. 13. 52.
„ ſauro ſuo nova & vetera. -- Et infra -- *Mit-*
„ *tet filius hominis angelos ſuos & colligent de re-*
„ *gno ejus omnia ſcandala*. Numquid de regno Matth. 13. 41.
„ illo, ubi nulla ſunt ſcandala? De iſto ergo
„ regno ejus quod eſt hic Eccleſia. „ Hæc Au-
guſtinus. De hoc ergo regno Chriſti debuit Regnum Eccleſiæ medium inter regnum tranſitorium & regnum cœleſte
cavere qui ſic arguit, quod eſt utique medium
inter regnum penitus ſpirituale vel cœleſte, &
regnum tranſitorium temporale Judæorum vel
Gentilium. Spirituale tamen eſt, & veritas in
quam reſolvitur fine tenus Judæorum regnum
carnale, ut probat Auguſtinus longo proceſſu
lib. XVII. *de Civit.* cap. VII. Et ultra, AUGUSTI- Auguſtinus To.7.pag.468. num. 2.
NUS. Populi (inquit) Iſrael perſonam figura-
„ te gerebat homo iſte, (ſcilicet Saul): qui
„ populus regnum fuerat amiſſurus Chriſto Je-
„ ſu Domino noſtro per novum teſtamentum,
„ non carnaliter, ſed ſpiritualiter regnaturo. „
Hæc ille. Quid jam dicis? Auguſtinus dicit:
Chriſto amiſſum fuit regnum Judæorum non
carnaliter, ſed ſpiritualiter regnaturo. Quomo-
do tu dicis *carnaliter?* Iure (inquis) non facto.
Sed quod tu dicis de futuro, *Regnabit Rex car-*
naliter & ſapiens erit, non habet de jure ſine
facto. Quare ergo ejus negativa, *non regnabit*
carnaliter, vel *regnaturus non eſt*, etiam jus in-
cludit ſine facto? Iterum arguis illud Lucæ,
Dabit ei Dominus ſedem David Patris ejus. Mi- Luc. 1. 32.
ror cæcitatem, quia videre non potuit, quod
huic de temporali regno repugnat -- Et ſequi-
tur -- *Regnabit in domo Jacob in æternum, &*
regni ejus non erit finis. Numquid temporale
regnum Judæorum erit æternum? Numquid non
habet finem? aut perfidiam Judæorum defendis,
dicentium nondum ceſſaſſe unctionem, ac per
hoc necdum veniſſe Sanctum Sanctorum? Au-
guſtinus hoc ipſo verbo *æternum*, probat hoc
regnum Chriſto aptari ſecundum literam, non
Sauli, vel Regi cuilibet temporali, ubi jam ſu-
pra capitulo præcedente. AUGUSTINUS. Nunc Auguſtinus To. 7. cap. 6. pag. 467. num. 2.
„ paraverat Dominus regnum tuum in æternum
„ ſuper Iſrael -- Et infra -- Ita non ſic acci-
„ piendum eſt, ac ſi ipſum Saulem Deus in 1. Reg. 13. 13.
„ æternum præparaverit regnaturum; & hoc
„ poſtea ſervare noluerit peccanti. Neque enim
„ peccaturum eum eſſe neſciebat: ſed præpa-
„ raverat regnum ejus; in quo figura regni eſ-
„ ſet æterni. Ideo addidit: *Et nunc regnum*
„ *tuum non ſtabit tibi*. Stetit ergo, & ſtabit
„ quod in illo ſignificatum eſt; ſed non huic
„ ſtabit, quia non in æternum ipſe fuerat re-
„ gnaturus, nec progenies ejus, ut ſaltem per
„ poſteros, altero alteri ſuccedente, videretur
„ impleri quod dictum eſt, *in æternum*. „ Hæc
Auguſtinus. Ecce quod non per poſteros Sau-
lis, altero alteri ſuccedente, potuit impleri de
regno illo temporali Judæorum quod dictum eſt
in æternum. Quod ergo hic addidit Angelus
in æternum, patet eum inter poſteros Saulis ſuc-
ceſſuros in regnum temporale Jacob, non nu-
meraſſe Chriſtum. Idcirco omnes veteres ſan-
cti Patres hoc conſequenter Chriſto negabant.
Unde Baſilius, ut recitat eum ſanctus Thomas
ſuper eumdem locum Lucæ, BASILIUS. Non (in- Baſilius apud S. Th. in Cath. pag. 137.
„ quit) in materiali Sede David Dominus ſe-
„ debit, translato Judaico regno ad Herodem: * S. Th. reſedit
„ ſed ſedem appellat David, in qua reſidet *
„ Domi-

,, Dominus, indiſſolubile regnum. ,, Hæc il-
le. Ecce Doctor cavebat ſignare Chriſto mate-
rialem, ideſt, temporalem ſedem David; ſed
adjungit, indiſſolubile regnum. Et Hilarius ſu-
per *Beati Immaculati*, verſu, *Humiliatus ſum* — Hilarius To. 1. pag. 366. num. 22.
uſquequaque Domine, HILARIUS. Erant cauſæ
,, in eo (ſcilicet in David) plures ſuperbien-
,, di. Præbebat inſolentiæ cauſas nobilitas ex
,, Juda: & in eo primum poteſtas benedictio-
,, nis regiæ inchoata. Manſit enim aliquandiu
,, ex David tribu regiæ poteſtatis familia, ex
,, qua ſecundum carnem Rex æternus emer-
,, ſit. ,, Hæc ille. Ne diceret, *Rex temporalis
emerſit*, & regnum Chriſti tamquam æternum
diſcernens, regnum David dixit *aliquandiu* man-
ſiſſe. Et ſuper eumdem locum Lucæ, BEDA. — Beda To. 2. lib. 1. cap. 1. pag. 56.
,, Accepit (inquit) ſedem David, ut nimirum
,, gentem, cui David quondam & filii ejus tem-
,, poralis regni gubernacula præbuerunt, ipſe
,, perpetuum vocaret ad regnum, quod eis pa-
,, ratum eſt ab origine mundi. *Et regnabit in
,, domo Jacob in æternum, & regni ejus non
,, erit finis*. Et Iſaias ait: *Multiplicabitur ejus* — Iſai. 9. 7.
,, *imperium, & pacis non erit finis. Super ſo-
,, lium David, & ſuper regnum ejus ſedebit, ut
,, confirmet, & corroboret illud in judicio & ju-
,, ſtitia*. Non dixit, in aquiſitione gloriæ, &
,, gazarum terreſtrium; non in victoria gentium
,, plurimarum, urbiumque expugnatione ſuper-
,, barum; ſed in judicio, & juſtitia. Per hoc
,, enim regnum Chriſti, & in ſingulis quibuſ-
,, que fidelibus, & in univerſa per orbem mul-
,, tiplicatur & confirmatur Eccleſia. Domum
,, namque Jacob totam Eccleſiam dicit, quæ
,, vel de bona radice nata; vel, cum Oleaſter
,, eſſet, merito tamen fidei in bonam eſt in-
,, ſerta olivam. ,, Hæc ille. Ecce domus Jacob
non carnalis, ſed Eccleſia. Ecce ſolium David
regnum ejus, ſuper quod Chriſtus ſedet, non
fuit gloria temporalis, vel terreſtris gazæ; ſed
regnum Chriſti in fidelibus, quod in univerſa
per orbem multiplicatur Eccleſia. Ponens re-
gnum Chriſti tranſitorium, regnum amovet
æternum. Et magnus Pater Ambroſius lib. III.
ſuper Lucam, cap. penultimo, AMBROSIUS. Ne — Ambroſius To. 1. pag. 1329. num. 42.
,, nobis poſſit præjudicare, videamus qui veri
,, regaliſque generis dicimus Chriſtum, & per
,, veros & nobiles reges actum Domini genus.
,, Sed ubi adulterina regnum affectavit propa-
,, go, ſucceſſionem nobilitatis ſuæ, non poten-
,, tiæ, ſed generationis ordo ſervavit. Tamen
,, ipſum Regem, ſecundum honorem ſæculi
,, non accepimus Chriſtum. Quomodo ergo di-
,, ctum eſt, *Ex fructu ventris tui ponam ſuper* — Pſal. 131. 11.
,, *ſedem tuam?* Quomodo & Angelus de eo di- — Luc. 1. 32.
,, cit, quod *dabit illi Dominus Deus Sedem Da-
,, vid Patris ejus, & regnabit in domo Jacob in
,, æternum?* Quare regnare promittitur, nec oſten-
,, ditur? Aut quomodo ex ſemine Jechoniæ
,, nullus regnaturus dicitur per Prophetam?
,, Si enim Chriſtus regnavit, ex ſemine autem
,, Jechoniæ Chriſtus eſt, Propheta mentitus eſt,
,, & mentita ſunt oracula. Sed illic futuros ex
,, ſemine Jechoniæ poſteros non negavit; & ideo
,, ex ſemine ejus eſt Chriſtus. Et quod regna-
,, vit Chriſtus, non contra prophetiam eſt: non
,, enim ſæculari honore regnavit, nec in Jecho-
,, niæ ſedibus ſedit; ſed regnavit in ſede Da-
,, vid *. Verum cum ipſe Jechonias David ſe-
,, derit ſedem, quemadmodum ſolvitur quod
,, dictum eſt, quod David ſedem Jechoniæ po-
,, ſteri non ſedebunt, cum eadem ſedes fuiſſe
,, videatur amborum? Itaque & nos ſedem Da-
,, vid fuiſſe negare non poſſumus: non eamdem
,, tamen Regis David ſedem Chriſtus, quam

* *in ſede David ſpirituali, quæ eſt Eccleſia*

,, Jechonias ſedit; immo nec quiſquam alius de
,, genere David ſedem ejus potuit ſedere, quam
,, Chriſtus: quia nec in alio aliquo ſemen ejus
,, eſt in æternum; ſed in Chriſto: ſicut Deus
,, ipſe juravit, dicens, *Semel juravi in ſancto
,, meo, ſi David mentiar, ſemen ejus in æternum* — Pſal. 88. 36.
A ,, *manebit, & ſemen ejus ſicut Sol in conſpectu
,, meo*. Quem igitur dicit hic? Non Salomo-
,, nem utique, non Roboam, non Nathan; ſed
,, illum, de quo ſolum poteſt dicere: *Ponam in
,, mari manum ejus, & in fluminibus dexteram* — Pſal. 88. 26.
,, *ejus. Ipſe invocavit me, Pater meus es tu*.
,, Et, *Ponam in ſæculum ſæculi thronum ejus,
,, & thronum ejus ſicut dies cœli*. Non utique
,, hunc thronum Salomon ſedit, non Roboam,
,, non Jechonias. Vis ſcire, quis ſederit? Is eſt,
,, de quo Angelus dicit ad Mariam: *Ecce con-* — Luc. 1. 31.
,, *cipies in utero & paries filium, & vocabis no-
,, men ejus Jeſum. Hic erit magnus, & filius
B ,, Altiſſimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus
,, ſedem David patris ejus, & regnabit in domo
,, Jacob in æternum, & regni ejus non erit fi-
,, nis*. ,, Hæc Ambroſius. Ecce per quantum
proceſſum difficultatem iſtam agitavit Ambro-
ſius, & ſucceſſionem nobilis generis Chriſti di-
cit *non potentiæ, ſed generationis ordo ſervavit*.
Fuit ergo ſanguinis regii ſecundum carnem; non
tamen potuit regnare ſecundum carnem: nec
Chriſtum regem dixit ſecundum honorem ſæcu-
li. Et allegat cauſam: quia jus illud regnandi
in Jechonia fuit toti ſuo ſemini interemptum:
ac formans objectum tuum de promiſſo illo An-
C gelico, *Dabit ei Dominus Deus ſedem David pa-* — Luc. 1. 31.
tris ejus &c. reſpondet, illud dictum de regno
David ſpirituali in fide credentium: *& ſic* (in-
quit) *non regnavit Salomon, Roboam, vel Nathan*.
Ubi excluſum eſt regnum Chriſti carnale ex utra-
que Tribu, ſecundum utramque genealogiam,
tam per Salomonem Matthæi regalem, quam
per Nathan Lucæ Leviticam. Quare ad ſolutio-
nem dubii, non induxit regnum tuum de jure,
non de facto. Fuiſſet enim propinquius literæ;
quam tamen per totum paſſum inſequitur. Sed
abſolvit omne jus regnandi in Jechonia a Tribu
Juda per ablationem ejus qui tradidit; qualiter
D ablatum eſt toti Tribui Beniamin in Saul, cum
peccavit. Regnum ergo Chriſti (inquit) non
aliud erat, niſi quod Salomon, & omnes poſte-
ri David ſedere non poterant, quia ſedem non
ſedebant æternam. Quam utique concluſionem
ab intento probat Auguſtinus XVII. *de Civ. Dei*,
cap. VIII. & ultra. Quid jactas ultra Evangelii
loca? Non eſt aliquis, qui proderit juri tuo præ-
tenſo. Nam omnes aliquam ſublimiorem ſedem
exprimunt Regis David promiſſam, ſcilicet non
contractam *. Ideo notanter dicunt, *ſuper ſo-*
lium David, & ſuper regnum ejus ſedebit: Et,
Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion — Iſai. 9. 7.
E *montem ſanctum ejus*, aut *in æternum*, aut ali- — Pſalm. 2. 6.
quid magnum adjungunt, quo regnum Chriſti
a temporali regno ſecernant. Unde *Super Miſſus
eſt* homil. IV. BERNARDUS. Quod de ſtirpe Da- — Bernardus To. 2. pag. 33. num. 1.
,, vid originem duxerit Dominus Jeſus, nemo
,, dubitat: quæro autem, quomodo dederit ei
,, Deus ſedem David patris ſui, cum ipſe in
,, Jeruſalem non regnaverit; quinimo turbis eum
,, volentibus conſtituere Regem, non acquieve-
,, rit, ſed & ante faciem proteſtatus Pilati ſit, — Joan. 18. 36.
,, *regnum meum non eſt de hoc mundo*. De-
,, nique quid magnum promittitur ei, qui ſe-
,, dit ſuper Cherubim, quem Propheta vidit — Iſai. 6. 1.
,, ſedentem ſuper ſolium excelſum & elevatum,
,, ſedere in ſede David patris ſui? Sed novi-
,, mus quamdam aliam Jeruſalem, ab ea, quæ
,, nunc eſt, in qua regnavit David, ſignificatam

* *ſupple ſpatio temporis*

„ multo ditiorem. Hanc igitur puto hic fuiſſe „ deſignatam, illo videlicet uſu loquendi, quo „ ſæpe reperis in Scripturis, ſignificans poni „ pro ſignato. Tunc ſane dedit ei Deus ſedem David patris ejus, quando conſtitutus eſt rex ab eo „ ſuper ſion montem Sanctum ejus. Sed hoc „ propheta de quo regno dixerit expreſſiſſe apertius videtur in eo quod non *Sion* poſuit, ſed „ *ſuper Sion*. Nam ideo fortaſſis dictum eſt *ſuper*, quia in *Sion* quidem regnavit David, „ *ſuper Sion* vero regnum eſt ipſius, de quo dictum eſt ad David: *De fructu ventris tui* „ *ponam ſuper ſedem tuam*. De quo & dictum eſt per alium prophetam, *Super ſolium* „ *David*, & *ſuper regnum ejus ſedebit*. Vide „ tu, quod ubique reperis *ſuper* ſedem, *ſuper* „ ſion, *ſuper* regnum, *ſuper* ſolium. Dabit ergo „ Dominus Deus ſedem patris ſui, non typicam, ſed veram; non temporalem, ſed æternam; non terrenam, ſed cœleſtem: quæ idcirco (ut jam dictum eſt) memoratur fuiſſe „ David, quia hæc, in qua temporaliter ſedit, „ æternæ illius gerebat imaginem. *Et regnabit* „ *in domo Jacob in æternum*, & *regni ejus* „ *non erit finis*. Hic quoque ſi domum Jacob „ temporalem intelligimus, quomodo in illa, „ quæ æterna non eſt, in æternum regnaturus „ eſt? Quærenda eſt igitur domus æterna Jacob, „ in qua regnet in æternum, cujus regni non „ erit finis. „ Hæc ille. De dictis Doctorum non facio furtum: cuncta ſcribuntur ad liquidum: & ad omnem literam regnum Chriſti *temporaneum* reprobatur; ſolum approbatur *æternum*. Et quod dixiſti ex ore Prophetæ, *Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper ſion montem ſanctum ejus*, non debere intelligi de Chriſti regno ſpirituali, quod ubique viget plus, quam ſi de Capitolio Jovis fuiſſet (*a*); hoc verbum „ nunquam exiſtimavi Doctoris catholici; nunquam in Scripturis exercitati viri; ſed bene veſani Porphyrii, aut cujuslibet peregrini poetæ. Ego autem dico de Jove & Mercurio, ac de illorum quolibet, quod non ſit Deus noſter ut Dii eorum, ut Jupiter dico, qui in Græcia genitus,

Pſal. 131. 11. — Iſai. 9. 7. — Pſal. 2. 6. — a

Roma Deus erat,
Tarpeja de rupe tonans.

Lucanus lib. 1. de bel. civ.

Sed in arenis Libicis idem aries bicornutus & corniger Ammon (*b*) erat. Vere enim Deus meus * ad regnum Dei natus æternum, in regno non fallaci, ſed falſo; ne ſic corrupto, quin & putrido, gloriam nullam conſequitur, ut ſit ipſe hæres extimus *, poſt quem nullus: peripſema (*c*) regni, perpetuæ cartha ruinæ; cui melius erat cum Juda, quod natus non eſſet homo talis ad regnum. Verumtamen in hoc ipſo non nos ſimplices irriſiſti, ſed Beatum Auſtinum, qui ſic exponit; vel magis totam Eccleſiam. Auguſtinus enim ſuper Joannem, homil. cxv. AUGUSTINUS. Dicit quidem in prophetia de Deo Patre, *Ego autem conſtitutus* „ *ſum rex ab eo ſuper ſion montem ſanctum ejus*: „ Sed ſion illa, & mons ille non ſunt de hoc „ mundo. Quod eſt enim ejus regnum, niſi „ credentes in eum, de quibus dicit: De mun- „ do non eſtis, ſicut ego non ſum de hoc mundo? „ Hæc Auguſtinus. Ecce planam negativam: *Sion* illa, & mons ille, de hoc mundo non ſunt, de cœlo ſunt; non ſunt carnales, ſunt ſpirituales. „ Sed Magi (inquit) dixerunt, Ubi eſt, qui natus eſt rex Judæorum? „ Non dicunt, *rex univerſorum*. Regem ergo A „ carnalem intelligunt Judæorum: quia de rege cœlorum non quærunt. „ O quot glorioſi reges ſecundum carnem præceſſerunt in Judæis, ad quos adorandos, Reges Arabum omnino eis in gloria potiores, non curabant accedere? Sed diſce inſane, diſce in muneribus *, quod non Judæorum regem hominem carnalem tantum quæſierunt itinere, quem Deum intelligebant in thure. Unde lib. II. ſuper Lucam, cap. XVI. AMBROSIUS. Gratiam novi hominis „ requirebant, ſecundum quod Moyſes prophetice poſuit, quia *orietur ſtella ex Jacob*, & „ *exurget homo ex Iſrael*. Et cognoverunt hanc B „ eſſe ſtellam, quæ hominem Deumque ſignificaret * adorandum. Parvulum utique non „ adoraſſent, ſi parvulum tantummodo crediſſent. „ Hæc ille. Cognoverunt ergo ſtellam illam, pluſquam regem Judæorum, ſignare Deum & hominem. Unde & Maximus in ſerm. Epiphaniæ, MAXIMUS. Ecce Chaldæus, „ cui neque fuerat annunciatum de Chriſto, „ neque audierat, vidit ſtellam Chriſti, & eum „ adeſſe cognovit * in ſtella. „ Hæc ille. Chriſtum ergo accerſiverunt Magi, quem in ſtella cognoverant. Sed odioſam Judæis de Chriſto quæſtiunculam reticent, ut de ipſorum rege honoranter videantur inquirere. Et Leo Papa in C ſermone, qui legitur in officio illius feſti, & habet Gregorius homil. x. LEO. Natum regem „ reperiunt, munera detulerunt, & ne ad Herodem redire debeant, in ſomniis admonentur. Nato itaque Domino aurum offeramus. „ Hæc ille. Vide, ſi non hortetur nos Leo adorare Chriſtum æquivoce cultu trium Regum; & ſi ipſi in oblatione auri Chriſtum non intellexerunt omnium rerum regem.

b — * Subaudi Chriſtus — * valde extraneus — c — Matth. 26. 24. — Auguſtinus To. 3. pag. 792. num. 2. — Pſal. 2. 6. — Joan. 17. 16. — Matth. 2. 2. — * ſupple Regum Arabum Magi Chriſtum quæſierunt non tam ut hominem quam ut Deum. — Ambroſius To. 1. pag. 1297. num. 48. — Num. 24. 17. — * M. ſignificat — Maximus in Biblioth. Patr. Lugd. To. 6. hom. 2. pag. 9. — * al. intellexit — Leo Papa

CAPUT LXXVII.

D Chriſtum non fuiſſe Regem temporalem, convincitur ex teſtibus veris.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Ex verbis, quæ Chriſtus dixit coram Pilato, ſcilicet*, Tu dicis quia Rex ſum ego, *non poteſt colligi, quod ipſe fuerit Rex terrenus, vel de facto, vel de jure*.

1. SEd arguit iterum ex verbis Pilati, & falſorum teſtium, quia ipſi conceperunt & objecerunt Chriſto tantum regnum iſtud terre- E num, cum dicerent: *Omnis qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari*. Et, *ergo Rex es tu?* Quod Chriſtus (ut iſti, videtur) affirmans, dicit: *Tu dicis*. O ſapientem virum, qui omne robur dicti ſui in binario illo figit teſte *, convicto primæ veritatis falſario! At quid, impiiſſime, mentiris titulo Pilatino; cum Pilatus falſi ſui judicii convictus & ſibi conſcius ſub regno fidei Chriſtianæ conſcientiam ſuam lavit; dicente Tertulliano in ſuo *Apologetico*, cap. XXI. Quod eſt

Joan. 19. 12. — Joan. 18. 37. — * Pilato ſcilicet, & Judæorum turba — Pilatus quomodo Chriſtianus

(*a*) Arguit adverſarius quod ſicut Jupiter e Capitolio monte quondam tonabat omnium rerum Dominus; ſic etiam Chriſtus temporalem debuit exercere dominatum, quandoquidem a Pſalmiſta dicitur *conſtitutus Rex in monte ſancto*. Sed merito redarguitur; quia impia eſt comparatio Chriſti cum Belial, Dei veri cum lapideo Jove.

(*b*) *Ammon*, vel, ut alii, *Hamon*, dicebatur *Jupiter* qui in arenis Libicis templum habebat. Ibi adorabatur ſub ſpecie arietis cornigeri; ibique erat oraculorum fama percelebris.

(*c*) Alii *peripſima*, ſed non apte adorationem, ſicut *peripſema*, quod latine idem ac *ſcobes*, *ramenta*, & ſimilia, quæ abjiciuntur ut ſordida. Dicebantur etiam peripſema homines aliquo morbo affecti, qui olim in expiatione urbium e loco præcipiti in mare dejiciebantur. Aque huc forte ſpectat quod ſubditur, *perpetua charta ruina*.

Tertullianus pag. 21. eſt de Chriſto & Judæis, TERTULLIANUS. Ea
„ (inquit) omnia ſuper Chriſto Pilatus, & ipſe
„ jam pro conſcientia Chriſtianus, Cæſari tunc
„ Tiberio nuntiavit. „ Hæc ille. Ecce Pilatus
chriſtianus factus, conſcientia mali punctus. Ut
quid ergo ſuper malam conſcientiam, de regno
Chriſti fabricas argumentum? „ Non (inquit)
Joan. 18. 37. „ ſed quia reſpondens Chriſtus, ait: *Tu dicis,*
„ *quia Rex ſum, & ad hoc natus ſum, ut teſti-*
„ *ſtimonium perhibeam veritati.* „ Fefelliſſet eos
Chriſtus, putas, involvens ambiguo, ſi reſpon-
deret eis de regno cœleſti, aut de regno alio
Chriſtus ſæpe in ambiguo locutus ſpirituali? Non ita; ſed fallebantur * a ſpiritu
* *Judæi* erroris ſui. Aut quid putas, hanc culpam tor-
quens in Chriſtum, qui ad hoc venit, ut au-
dientes non audiant, & videntes cæci fiant?
Joan. 9. 39. Aut numquid pepercit dicere diſcipulis, *Laza-*
Joan. 11. 11. *rus dormit*, cum ſciret eos de dormitione non
mortis, ſed ſomni intellecturos quod diceretur?
Matth. 20, 21. Et numquid mater filiorum Zebedæi non erra-
vit in dictis Chriſti de regno, cum poſtularet
filiis ſuis ſiniſtram ejus & dexteram, de regno
temporali intelligens Judæorum, aut ut quidam
volunt, de regno finali? Unde in *Commentario*
Hieronymus To. 7. pag. 155. ſuper cap. XX. Matthæi, HIERONYMUS. Poſtu-
„ lat autem mater filiorum Zebedæi errore mu-
„ liebri, & pietatis affectu, neſciens quid di-
*Veron. peteret „ ceret *. „ Hæc ille. Si non error excuſet er-
rantem, quomodo ſequax erroris ſpontaneus (*a*)
a jurabit in dicendo diſcrimen? Aut ſi de hoc
ſimplici verbo Chriſti vim facias, ut dicis, cur
Joan. 18. 36. quod dicit planius non attendis? *Regnum meum*
(inquit) *non eſt hinc, non eſt de hoc mundo.* Et
quomodo non eſt de hoc mundo, ſi jure ad
ipſum pertineat Patrum carnalium? Unde tex-
Chryſoſtomus To. 3. hom. 82. pag. 1005. tum illum exponens, ait JOANNES CHRYSOSTO-
MUS. Quod formidaverat interim Pilatus, diſ-
„ ſolvit tyrannidis ſuſpicionem. Demum non
„ eſt de hoc mundo regnum ejus; immo val-
„ de. Qualiter igitur ait, *non eſt?* Non quo-
„ niam non tenet & hic, ſed quoniam deſu-
„ per habet Principatum; & non eſt humanus,
„ ſed multo major hoc, & clarior. „ Hæc ille.
Ecce Chriſtus extinxit ſuſpicionem diram Pila-
b ti (*b*), cum diceret, *Regnum meum non eſt hinc*,
ideſt, non eſt humanum; ſed multo majus, &
humano clarius. Reſpondit ergo negative ad
ſuſpicionem Pilati de regno Chriſti temporali.
Et loco prætacto, lib. III. ſuper Lucam, AM-
Ambroſius To. 1. pag. 1330. num. 43. BROSIUS. Si angelo non credis (inquit) ipſi fal-
„ tem Domino crede dicenti, *Tu dicis, quia*
Joan. 18. 37. „ *Rex ſum ego.* Numquid & ipſe mentitus eſt,
* M. regnavit „ quia regnare ſe dixit, qui non regnabat * in
„ terris? Quomodo Scriptura ſolvitur, quæ re-
„ gnare eum dicit, & regnare non adſtruit?
„ In abruptum diſputationis venimus, hæremus
„ in vado, & quodam naufragio veritatis flu-
„ ctuamus. Excitemus ergo Chriſtum: ipſum
Joan. 18. 36. „ interrogemus, ipſe reſpondeat. Interrogemus
„ Scripturas. Invenimus quia regnum Domini
„ non eſt de hoc mundo. Qui dicit non eſſe
„ de hoc mundo regnum ſuum, oſtendit eſſe
„ ſupra mundum. Ita & regnum ejus erat, &
„ non erat. Non erat in ſæculo, ſed ſuper ſæ-
„ culum erat. Erat ergo regnum aliud veri Da-
„ vid, quod ſolus Chriſtus accepit. „ Hæc il-
le. Ecce ſemper inducit regnum Chriſti, in
quo ſucceſſit ipſi David, eſſe regnum illud,
quod ſolus Chriſtus accepit. Non eſt ergo re-
gnum temporale Judæorum, in quo ipſi David
Salomon ſucceſſit, & Reges quamplurimi. Et

nota, quod quia Ambroſius contradictionem
quamdam verbalem invenit de regno Chriſti,
quod ſcilicet regnat, & non regnat; pulſat Chri-
ſtum, ut reſpondeat, ut difficultatem abſolvat:
& ſolam hanc viam accepit evadendi, quod
regnum ejus non erat in ſæculo, ſed ſuper ſæ-
A culum. Mirum, quod Chriſti memoriæ, non
occurrit dicere, quod tu fingis; *immo eſt in ſæ-*
culo de jure, non de facto. Certe Chriſtus do-
cuit Ambroſium titulum ſuum de regno hujus
ſæculi nullum eſſe. Unde utrumque abnegans,
ſupra ſæculum ſolum aſtruit ſe regnare. Theo-
philus * inſuper, ut habet Thomas hoc loco * *Alexandrinus*
Evangelii, THEOPHILUS. Non dicit (inquit) Theophilus
„ *non eſt hic*, ſed *non eſt hinc*: nam regnat *apud Sanctum*
„ in mundo, & utitur illius proviſione, & jux- *Thom. in Cat.*
„ ta votum cuncta diſponit. Non eſt autem ab *aurea pag. 268. col. 4.*
„ infirmis conſtitutum regnum ejus, ſed cœli- * *S. Th.* infi-
„ tus, & ante ſæcula. „ Hæc ille. Ecce nec mis
B iſte Doctor reperit aliud regnum Chriſti in ter-
ris, niſi ſicut regnat ubique cuncta diſponens.
Et ut linearem ejus, ſecundum carnem, ex Re-
gibus tollat juſtitiam, non eſt (inquit) ab in-
firmis conſtitutum regnum ejus, ſed cœlitus.
Idem THEOPHILUS. Quæſito (inquit) per Pila- Theophilus *ibidem*
„ tum, utrum * Chriſtus eſſet Rex, *In hoc* * *S. Th.* ſi
„ (inquit) *natus ſum*, ideſt, *ad hoc* quod Rex
„ ſum. Hoc ipſum, quod a Rege productus
„ ſum, me quoque Regem eſſe teſtatur (*c*). „ c
Hæc ille. Profecto a nullo alio Rege, quam a
Rege cœleſti productus eſt, ſicut jam ante di-
xit *cœlitus & ante ſæcula*. Item Auguſtinus *ſu-*
C *per Joan.* hoc loco, quaſi pleniſſime difficul-
tates omnes ſine difficultate diſcalcians, ait,
AUGUSTINUS. *Nunc autem regnum meum non* Auguſtinus
„ *eſt hinc*: hoc eſt, quod bonus magiſter To. 3. Tract.
„ ſcire nos voluit; ſed prius nobis demon- 115. pag. 791. num. 2.
„ ſtranda fuerat vana hominum de regno
„ ejus opinio, ſive Gentium, ſive Judæo-
„ rum, a quibus id Pilatus audierat; quaſi
„ propterea morte fuiſſet plectendus, quod il-
„ licitum affectaverit regnum; vel quoniam ſo-
„ lent regnaturis invidere regnantes; & videli-
„ cet cavendum erat, ne hujuſmodi regnum,
„ ſive Judæis, ſive Romanis eſſet adverſum. --
D „ Et infra. -- Audite ergo Judæi & gentes: Num. 2.
„ audi circumciſio, audi præputium, audite o-
„ mnia regna terrena: non impedio domina-
„ tionem veſtram in hoc mundo, *Regnum meum*
„ *non eſt de hoc mundo.* Nolite metuere metu
„ vaniſſimo, quo Herodes ille major, cum Chri- Matth. 2. 3.
„ ſtus natus nunciaretur, expavit; & tot infan-
„ tes, ut ad eum mors perveniret, occidit; timen-
„ do, quam iraſcendo crudelior. *Regnum meum*
„ (inquit) *non eſt de hoc mundo.* Quid vultis
„ amplius? Venite ad regnum, quod non eſt
„ de hoc mundo: Venite credendo, & nolite
„ ſævire metuendo. -- Et ſequitur. -- Unde &
E „ hic non ait: *Regnum meum non eſt in hoc*
„ *mundo*; ſed *non eſt de hoc mundo*. Et cum
„ hoc probaret, dicebat: ſi ex hoc mundo
„ eſſet regnum meum, miniſtri mei certa-
„ rent, ut non traderer Judæis. Nunc autem
„ regnum meum non dixit, *non eſt hic*; ſed
„ dixit, *non eſt hinc*. Hic eſt regnum ejus * uſ- * *Eccleſia*
„ que in finem ſæculi, habens intra ſe com-
„ mixta Zizania uſque ad meſſem. Meſſis enim
„ eſt finis ſæculi, quando meſſores venient, Matth. 13. 39.
„ ideſt, Angeli, & colligent de regno ejus o-
„ mnia ſcandala: quod utique non fieret, ſi
„ regnum ejus non eſſet hic. Sed tamen non
„ eſt

(*a*) Editi habent *Vitabit in docendo diſcrimen*: ſed hæc lectio ſenſum implicat, & alienum reddit a Hieronymiano textu, ex quo bene ſequi videtur, quod adverſarius ſpontaneus ſequax erroris non poterit unquam obteſtari diſcrimen inter ſuum errorem, & Matris filiorum Zebedæi.

(*b*) Ed. V. ſuppoſuit *tyrannidis* ex Chryſoſtomo ſuperius citato.

(*c*) S. Thomas, *Hoc enim ipſe quod a Rege productus ſum, me quoque teſtor fore Regem*.

„ eſt *hinc;* quia peregrinatur in mundo. „ Hæc
Auguſtinus. Ecce nec Auguſtinus de regno Chri-
ſti ſecundum nudum jus recolit; ſed ſimplici-
ter dicit non eſſe hinc: & inde jubet audire
omnes gentes de regno, ne timeant de regno
Chriſti, quia illud eſt nullatenus de hoc mun-
do: *Nolite* (inquiens) *timere metu vaniſſimo*, A
quo timebat Herodes. Certe nec latebat Hero-
dem, quod nec tunc regnabat Chriſtus ſecun-
dum actualem juſtitiam. Et Fulgentius Doctor
habet in ſermone *de Epiphania*, qui incipit,
Fulgentius *ſimilia habet Serm. de Epiphan. pag. 117.* *Poſt miraculum*, FULGENTIUS. Stella (inquit)
„ fulgens, & Magus accurrens, Regis eſt nati-
„ vitas patens. Merito expaveſcit Herodes, for-
„ midat ſucceſſorem, quia non intelligit rerum
„ omnium Salvatorem. Simulat, ut adoret:
„ quærit, ut cruciet. Noli terreri o ſæve o vi-
„ lis: quem times? Non eſt regnum ejus de hoc
„ mundo. „ Hæc ille. Ecce omnes concorditer
ſcribunt, non eſſe timendum regnum Chriſti a B
mundi Principibus, quia non eſt de hoc mun-
do regnum ejus. Certe poſſet eſſe juſto timori
nudum jus regnandi: quod quia nullum erat
Chriſto de mundo, aliud regnum expectabant
Magi de cœlo, cujus, (ut dixit Fulgentius)
*ſtella fulgens, & Magus accurrens, Regis eſt na-
tivitas patens*. Cujus Regis? Numquid Judæo-
rum propter nudum jus a regali carne contra-
ctum? Cur ergo præteritorum regum Judæorum
natalibus ſtella nulla refulſit, Magus nullus ac-
currit? Sed hoc ex præcedentibus Scripturis,
& expoſitione Sanctorum, finaliter definimus
Chriſtus non habuit jus ſoli. non habuiſſe Chriſtum *jus ſoli* ad regnum car- C
nale Iſrael, qui *jure poli* regnavit ubique.
Sed cum Deus, in cujus manu jura ſunt Re-
gum, jus illud ſuccedendi in Jechonia ſucci-
dit tanta authoritate; & ea toti poſteritati
ejus hoc abſtulit, quanta jus illud regni ejus
primo Regi conceſſit; ideo nulla alia autho-
ritate ſucceſſionis linearis debuit Chriſtus, aut
aliqua regia ſoboles tractare jus regium, Je-
chonia damnato; niſi dicatur quod poterat Iſbo-
ſeth, & alius de domo Saul, regni tenere faſti-
gium, Saule divinitus reprobato. Hiſtoricus no-
ſter Hieronymus Scripturæ hujus ſic aperit my-
ſtica, & ſic diſſolvit lib. IV. *Commentarii* ſuper D
Jeremiam, reſumpto prius paſſu textus prædicto,
Jerem. 22. 29. *Terra, terra audi ſermonem Domini: hæc dicit
Dominus, ſcribe virum iſtum ſterilem &c.* HIE-
Hieronymus To. 4. pag. 995. RONYMUS. Oritur (inquit) quæſtio, quomodo
„ poſſit ſtare prophetia, nullum de ſtirpe ejus
„ eſſe generatum, qui ſederit ſuper thronum Da-
„ vid, nec princeps fuerit ultra in Juda, cum
„ Dominus & Salvator noſter de hujus natus ſit
„ ſemine, ſuper cujus ortum loquitur Gabriel
Luc. 1. 31. 32. 33. „ ad Mariam: *Ecce concipies in utero, & paries
„ filium, & vocabis nomen ejus Jeſum. Hic erit
„ magnus, & filius Altiſſimi vocabitur; & da-
„ bit illi Dominus Deus ſedem David patris ejus,* E
„ *& regnabit in domo Jacob in æternum, & re-
„ gni ejus non erit finis*. -- Sequitur. -- Reſpon-
„ deamus igitur, quod in diebus Jechoniæ non
„ ſucceſſerit ei vir, qui ſederit ſuper thronum
„ ejus; ſed poſt tempore multo de ſemine ejus
* Veron. ejus „ natus ſit qui ſolium regni * obtinuerit. Po-
„ teſt autem & ſic ſolvi: Non ſedebit quidem
„ ſuper thronum David vir & homo, ſed ſede-
„ bit Deus, regnumque ejus, non terrenum ſci-
„ licet & breve, ſed perpetuum atque cœleſte,
Luc. 1. 32. „ dicente Scriptura: *Regnabit ſuper domum Ja-
„ cob in æternum, & regni ejus non erit finis*.
„ Natus eſt ergo de Joachim Jechonias, de Je-
„ chonia Salathiel, de Salathiel Zorobabel, &
„ per ordinem venitur ad Chriſtum. Sed in
„ diebus Joachim non ſucceſſit ei rex filius,

„ quomodo patri ipſe ſucceſſerat; ſed fuit in
„ captivitate & Salathiel, & Zorobabel; & uſ-
„ que ad Chriſtum nullus regiam obtinuit po-
„ teſtatem. Hoc autem idcirco, quia in He-
„ braico ſcriptum eſt: *in diebus ejus, & tem-*
„ *pore ipſo* *, quo ille fuerit, *non erit vir, qui* * Veron. ſuo
„ *ſedeat ſuper thronum* * *David*. Omnes enim * Veron. ſolium
„ fuerunt captivi, & de ſtirpe David nullus
„ deinceps in terra Juda tenuit Principatum.
„ Unde & Joſephus refert de Sacerdotali gene-
„ re ac tribu Levi, fuiſſe Principes, quibus ſuc-
„ ceſſerit Herodes Antipatris proſelyti filius; &
„ poſtea ſub Veſpaſiano, regnum hujus generis,
„ immo imaginem imperii, penitus fuiſſe de-
„ letam. „ Hæc ille. Ecce quam plane regnum
Chriſti in domo Jacob ſecundum Hieronymum
nullo modo fuit regnum terrenum & breve;
ſed cœleſte, cujus non eſt finis: nec quiſquam
vir & homo ſedit ſuper ſedem David, Jecho-
nia ſucciſo, ſed ſolus Deus. Quomodo ergo tu
dicis, quod Chriſtus ratione & jure hominis?
Solus vero Chriſtus de ſemine Jechoniæ ſedit
ſuper ſedem illam poſt eum, non jure tantum,
ſed jure & facto divino ac cœleſti; neutro vero
modo, titulo vel viri, vel hominis, ideſt, Joſeph,
aut matris virginis, ſive jure, ſive facto. Sed
ſi vero titulo donationis Dei ceſſavit regnum de
domo Saul, quia Dominus tranſtulit illud; &
eo jure regnavit David, & domus ejus uſque
ad Jechoniam eo jure privatum; ſic etiam eo
jure titulus hujus *ſoli* ceſſavit ibidem, ut ſolus
rex cœleſtis pleno jure *poli* regnaret ibidem. Ve-
re enim terreni principes, qui etiam de genere
Iſrael regnaverunt *, non regnabant titulo hu- * poſt Jechoniam, *ſupple*
jus *ſoli*, ſed ſolo titulo liberæ donationis Do-
minorum captivantium; Babyloniorum primo,
& poſtea Romanorum. Alioquin autem Chri-
ſtus veniſſet in propria ſecundum naturam hu-
manam, nec quidquam hujus regni ipſi fuerat
alienum: quod potenter expugnat Gregorius ho-
milia VII. primæ partis Evangeliorum. GRE- Gregorius
GORIUS. Chriſtus (ſupple) non in parentum To. 1. hom. 8. pag. 1461.
„ domo, ſed in via naſcitur: ut profecto oſten-
„ deret, quia per humanitatem quam aſſum-
„ pſerat, quaſi in alieno naſcebatur. Alienum vi-
„ delicet, non ſecundum poteſtatem dico, ſed
„ ſecundum noſtram naturam: nam de poteſta-
„ te ejus ſcriptum eſt, *In propria venit &c.* In Joan. 1. 11.
„ natura etenim ſua ante tempora natus eſt;
„ per naturam noſtram venit ex tempore. Qui
„ ergo æternus permanens temporaliter * appa- * M. temporalis
„ ruit, alienum eſt ubi deſcendit. „ Hæc Gre-
gorius. Hoc non ſolum contra regnum Chriſti
temporale facit, judaico ſuo jure; ſed etiam
contra regnum ejus, aut dominium hujus mun-
di, jure innocentiæ. Dicit namque Gregorius,
quod *in alienum venit*, non ſecundum poteſta-
tem divinam, ſed ſecundum naturam aſſum-
ptam: *quia* (inquit) *æternus permanens, tempo-
raliter apparuit, alienum eſt ubi deſcendit*. Jure
ergo nativitatis ex tempore, nihil niſi *alienum*
invenit in orbe: nihil ergo proprium naturæ
aſſumptæ, jure innocentiæ. Alioquin etiam Bea-
ta Virgo Domina talis eſſet, æquali innocentiæ
jure, ſi verum ſit, quod FAMOSA PARS ECCLE- Beatæ Mariæ immaculata Conceptio
SIÆ EXTRA ORIGINALE PECCATUM CONCEPTIO-
NEM EJUS & laudat & prædicat. Et ſic Chri-
ſtus non infirmitatem, ſed dominationis pote-
ſtatem contraxiſſet ex Virgine. Et injurioſe tunc
in miraculoſa converſione vini, non *infirmita-
tis*, ut Auguſtinus exponit, ſed *dominationis* Joan. 2. 4.
Matrem velut incognitam repellebat; & poſt, Joan. 19. 26.
humana jam patiens, injurioſe cognovit. Et
blaſphemat etiam Wicleffus ibi, dicens, ma-
trem Chriſti mendicaſſe vinum in convivio,
Tra-

Tractatu *de tertio vinculo amoris*, cap. VIII. cum mendicitas talis vocalis ſit contra ſtatum innocentiæ, ſecundum eum IV. *Trialogi*, cap. XXIX. Inania ſunt iſta, quia non magis contraxit Chriſtianus, ratione originalis juſtitiæ, univerſale rerum dominium, quam immortalitatem, impaſſibilitatem, vel ſimilia: prius enim iſta traxiſſet, quia prius inſunt. Iſta enim ſunt bona conjuncta ſuppoſito; cætera vero ſunt extrinſeca & remota. Latitudinem hujus Tractatus non ambulo, ſciens Fratres & Doctores *Rogerium* (*a*) & *Thomam* in ſuo *Trialogo*, laborioſa circa hanc rem ſtraviſſe veſtigia, maxime circa genealogiam Chriſti ſudantes, per quam jus regnandi ipſi detruncant in regno illo miſerrimo, & jam finem ultimum accepturo, ne poſſent Judæi blaſphemi in Chriſtum ſugillare, quod perdiderit regnum ſuum, quod tot iniqui Reges ei tranſmiſerunt in integrum. Verumtamen quidam viri graves ſcandalum timent futurum in fide Chriſtianorum & ſecta, ſi ad Judæos hoc verbum volaverit, qui periti ſunt in genealogiis ſuis ſecundum Tribus ſuas, dum hoc poſſent palam improbare, quod nos temere confitemur. Maxime quia linea iſta deſcenſiva, quamvis directe tendat in Chriſtum, poteſt tamen fieri, quod ſit lateralis ad regni hæredem: alias quæritur, ubi ſit Iſmael, qui de ſanguine regio legitur, & aptus ad regnum, poſtquam occiderat Godoliam?

Periculoſa eſt opinio de Chriſti regno temporali

4. Reg. 25. 25.

CAPUT LXXVIII.

Quod poteſtas & regalis authoritas ſit immediate a Deo donata.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Sententia Cardinalis Adami, Gullielmi Ochami, & Wicleffi error in hac quæſtione.*
2. *Regia poteſtas prima ſui origine a Deo eſt, & non a Sacerdote.*
3. *Quamquam miniſterio Epiſcoporum Regibus imponantur coronæ, & inſignia conferantur, non eſt propterea dicendum Regiam illam dignitatem ortum habere a Sacerdote.*
4. *Reges fuerunt ante Sacerdotes ad regnum provecti.*
5. *Eccleſia reducenda eſt in Monadem, nempe in Chriſtum. At extra Chriſtum duæ ſunt poteſtates diſtinctæ, Sacerdotalis & Regia: quarum una ab altera non pendet; utraque tamen a Chriſto.*
6. *Dicentes, quod radix poteſtatis terrenæ intantum dependet a Papa, ut ex commiſſione ejus executio derivetur in principem, & errante principe poteſt ſummus Sacerdos negotium illud temporale adminiſtrare, decipiuntur.*
7. *Regia poteſtas cedit Sacerdotali ubi de rebus divinis agitur: Sacerdotalis vero cedit Regiæ in negotiis terrenis.*

1. NEc ſic tamen poteſtatem regalem ſolet mater Eccleſia Sacerdotali poſtponere, ut ſit ab illa ſecundum originem, & de ſe nulla; ſed poſt eam ſecunda: qualiter tamen a quibuſdam conceptus eſt Doctor Adam Cardinalis * dicere in *Dialogo Regis & Epiſcopi*, ubi omnino regiam poteſtatem a Papali derivare conatur, ſecundum eſſe & exercitium, etiam in particularibus omnibus politiæ civilis; & ſolis reſervat legibus executivam potentiam, ad Summi imperium Sacerdotis. E contrario dualitatem * iſtam conatur *Wicleffus* abrumpere, vim faciens poteſtati Papali; & *Willelmus Ocham* legiferum præponens humanum (*b*): quem ſequitur ut canis dominum aberrantem Wicleffus in ſerm. XXVIII. *Operis Epiſtolaris*, ubi detrahit quantum valet Decretali capitulo *Solita* de majoritate & obedientia; & aufert duo Luminaria, quæ condidit Deus mundo: majus in poteſtate Sacerdotali, ut præſit ſpiritualibus ratione diei, quam ipſe dicit competere Papæ ſuo *abſcondito*, viro Apoſtolico, pauperrimo, humillimo, & Deo ſervientiſſimo *: quem quia nunquam demonſtrare ſcivit, haud dubium quod Sol * non ſit, ſed in tenebris manet, & lucem hujus mundi non videt. Lunam vero poteſtatem regiam Decretalis textus obſervat. Magiſtris autem Eccleſiæ paſſus Decretalis capituli magis placet, ut ſint duæ Poteſtates primæ; & neutra ab altera ſecundum originem; & hæc illi ſubjecta ſecundum perfectionis ſimplicis dignitatem: utraque tamen major altera, ſibi comparata in ſuo exercitio poteſtatis, ubi intervenit ratio debitæ ſervitutis. Utrumque prædictum montis abruptum vitat * Doctor ille Pariſienſis * & Frater * in libello *geminæ poteſtatis*: & cum Decretali ſe continens, mediam viam tenet, Boethii ſapientis uſus conſilio in *de duabus naturis & una perſona Chriſti*, verſus finem. BOETHIUS. Media (inquit) eſt inter duas hæreſes „ veritas; ſicut virtutes quoque medium te- „ nent. Omnis enim virtus in medio rerum „ decore locata conſiſtit: ſi quid enim vel ultra, vel citra quam oportuerit, fiat, a virtute diſceditur. Medietatem igitur virtus tenet. „ Hæc ille.

* De Adamo Cardinali vide in Præfat. Generali §. 5.

* in Sacerdotali ac regia poteſtate

b

Gen. 1. 16.

* Vide ſupra cap. 51.

* Sacerdotalis nempe poteſtas

* Gullielmus Ocham

* Ordinis Minor.

* al. intrat

Boethius pag. 154.

Veritas media inter hæreſes

2. Dicendum ergo, quod regia poteſtas, prima origine ſua, a Deo ſit, (*c*) quamquam quidam dicunt primo regiam poteſtatem uſurpaſſe tyrannos, ut fecit Nembroth, & alii; & demum in Saul (*d*), & Julio * Romano, poteſtas erat tyrannica. Hoc autem ſcio, Cain primo civitatem ædificaſſe; nec tamen ideo omnis civitas maledicta: & prima jecit ſeminaria bellandi; nec tamen ideo omne bellum illicitum. Sciendum poſtremo, quod regia poteſtas cum ſit ſumma illius ordinis, eſt in perfectum bonum terrenum ordinata politicum. Unde *de naturis*, cap. III. lib. XVI. RHABANUS. Regiæ vir- „ tutes præcipuæ duæ ſunt, juſtitia & pietas. „ Plus autem in Regibus laudatur pietas: nam „ juſtitia per ſe ſevera eſt. Reges autem ob „ hanc cauſam apud Græcos *Baſilei* vocantur, „ quia tamquam baſes populum ſuſtinent. Un- „ de & coronas habent: quanto enim quiſque „ magis præponitur, tanto amplius pondere la- „ borum gravatur. *Tyranni* græce iidem lati- „ ne & *Reges*. Nam apud veteres inter Regem „ & tyrannum nulla diſcretio fuit; ut, *Pars mi-* „ *hi*

c

d

* Cæſare ſupple

Regia poteſtas in bonum politicum ordinatur

Rhabanus To. 1. lib. 16. de univerſo cap. 3. pag. 212.

Olim Reges dicebantur græce Tyranni

(*a*) Rogerium puto Dymmock Ordinis Prædicatorum, natione Anglum: & Thomam Palmerium pariter Anglum ex eadem Dominicana familia. Eos circa annum Chr. 400. claruiſſe ſcribit in ſuo *Apparatu Sacro* Antonius Poſſevinus.

(*b*) Gullielmus Ocham in ſuo *Opere nonaginta dierum*, plura adverſus Pontificiam dignitatem commentus eſt, ut Joanni XXII. cui infenſiſſimus erat moleſtias augeret. At ex iis quæ paulo infra ſubdit Waldenſis, videtur ſtylum ſuum aliquantulum temperaſſe, & infra æquitatis limites ſe continuiſſe, altero edito libello *de gemina poteſtate*, Pontificia ſcilicet, ac Imperiali. Hujus libelli meminit in ſuo *Apparatu* Antonius Poſſevinus.

(*c*) Id probatur ex multis Scripturæ locis, præſertim ex 1. Reg. cap. 10. 5. 24. & cap. 24. 5. 7. Item Jobi cap. 34. 3. & Dan. 4. 8.

(*d*) Tyrannice regnavit Saul, poſtquam reprobatus a Deo fuit, & non ante.

Virgilius Æneid. 7. „ *hi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni*. Fortes enim Reges tyranni vocabantur: nam tyro, fortis. De qualibus loquitur Dominus, dicens: *Per me Reges regnant, & tyranni per me tenent terram*. (Prov. 8. 15.) Jam poſtea in uſum accidit, tyrannos vocari peſſimos atque improbos Reges, luxurioſæ dominationis cupiditatem & crudeliſſimam dominationem in populis exercentes. „ Hæc ille. Habetis hic quomodo inſtituti ſunt Reges *Baſilei*, quaſi deberent eſſe ab inſtitutione ſua baſes coronatæ; & *tyranni*, ſicut olim, a *viribus* dicebantur, non ab impetu furioſæ libidinis. Et quoniam *omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens a patre luminum*, (Jacobi 1. 17.) quis dicet, hoc non eſſe immediatum donum divinum? Habet enim VI. libro * verſus finem GREGORIUS NAZIANZENUS: (* Vide cap. 74. n. 2. & cap. 71. num. 1. Gregorius Nazianzenus) „ Chriſto conregnas; immo in Chriſti regno quæ ſunt humana diſpenſas. Ab illo tibi in homines vitæ venia, & poteſtas mortis indulta eſt: & gladius tibi datus eſt, non tam ut opereris, quam ut commineris: quem utinam velut depoſitum incruentum & impollutum reſtituas commendanti. „ Hæc ille. Ecce a Chriſto data eſt Regi poteſtas in homines: a Chriſto Regi in hominem committitur vitæ venia: ab ipſo poteſtas mortis indulta eſt, ſecundum illud Apoſtoli, in *vindictam malefactorum, laudem vero bonorum*. (1. Pet. 2. 14.) Ab ipſo quoque datus eſt Regi gladius; & ita a Chriſto conſtitutus eſt in Chriſti regno vicarius, ut humana diſpenſet: ſicut Papa ad diſpenſanda cœleſtia.

3. Et quamquam miniſterio Epiſcoporum ſolemnitates adhibentur Regibus, unctionis, jurisjurandi fidei, & coronæ; non tamen habet regia illa dignitas ortum a Sacerdotio, quamquam per miniſterium Sacerdotis hoc habet a Deo. Sicut nec Epiſcopus quiſquam habet ordinationis ortum a præſide *, aut Sacramentum Euchariſtiæ a Sacerdote quolibet celebrante: ab homine enim eſt ſolemnitatis miniſterium: Deus vero ſolus largitur officium. (* eum conſecrante) Ecce ad hoc propoſitum eſt quod Chryſoſtomus ſcribit de unctione Samuelis in David Regem, ſuper Pſal. XLIV. hom. 1. CHRYSOSTOMUS. (Chryſoſtomus. To. 3. pag. 837.) Iſte (inquit) parvulus cum eſſet, maturum virtutis poſſidebat animum. Venit ergo Sanctus Samuel ad Jeſſe conſtituere regem: non multitudine vallatus militum, nec ambitione ſuperba adveniens; ſed cornu in quo habebat Sanctum Oleum habens in manu; dicitque ei: Miſit me Dominus ad te, ut ex filiis tuis conſtituam Regem (1. Reg. 16.) -- Sequitur -- Habeo (inquit) unum filium parvum, & contemptibilem, & paſcit oves: tu autem regem requiris? O pater! parvulum & paſtorem dicis: homo tales deſpicit, ſed Deus coronat. -- Et bene infra. -- Venit David de paſcuis, & ungitur juſſione Domini oleo benedictionis, miniſterio quidem hominis, ſed Dei nutu. Quod ſuperpoſuit capiti ejus cornu Chriſmatis omni diademate & purpura potius eſt: & perrexit habens regnum. „ Hæc ille. Palam dicit, Deum coronaſſe Regem, quem homo deſpexit: & ungitur miniſterio quidem hominis, ſed Dei nutu.

4. Ita quidem eſt, & per hoc evidens, quod a Sacerdote non habet rex originem: vel iterato concludimus, quod Sacerdotium initium habet a Duce, quia Moyſes unxit Aaron, Levit. VIII. (Levit. 8. 12.) Nec tamen hoc verum eſt, quod authumat Doctor Adam *, ideo regnum Cain defeciſſe, quia ſine Sacerdote regnavit. (* Cardinalis. Regnum Cain non defecit, quod a Sacerdote datum non fuerit.) Secus tamen ſenſit Auguſtinus, ubi eum inducit. Sed cur ergo Ducatus Moyſi non defecit, qui ante Sacerdotium Aaron regnavit in plebe? Et quid de regibus gentium dicit, quorum regna hactenus perſeverant? Sed Tertullianus ideo dicit in *Apologetico*, cap. XXVI. TERTULLIANUS: (Tertullianus pag. 25.) Silveſtris Roma ante regnavit, quam tantum ambitum Capitolii extrueret. Regnaverunt & Babylonii ante Pontifices, & Medi ante quindecim viros, Egyptii ante Salios, & Aſſyrii ante Lupercos, & Amazones ante virgines veſtales. Poſtremo ſi Romanæ religiones regna præſtant, nunquam retro Judæa regnaſſet, deſpectrix communium iſtarum Divinitatum. Cujus & Deum victimis, & templum donis, & gentem fœderibus aliquandiu Romani honoraſtis, nunquam dominaturi ejus, ſi non deliquiſſet ultimo in Chriſtum (a). „ Hæc ille. Ecce ante Pontifices & Sacerdotes, & cujuslibet ſuperſtitionis miniſtros, fuerunt hæc regna, nec perierunt. Fuit regnum Judææ cum Sacerdotibus veris, & periit. Idcirco poſtea concludit, ſummam regnandi potentiam obtinuiſſe Imperatores a Deo: (Reges poteſtatem habent a Deo.) cui ſoli ſe noverint in poteſtate illi ſecundos. cap. XXX. TERTULLIANUS. (Tertullianus pag. 27.) Nos (inquit) pro ſalute Imperatorum Deum invocamus æternum, Deum verum & Deum vivum, quem ipſi Imperatores propitium ſibi præter cæteros malunt. Sciunt quis illis dederit imperium: ſciunt quia (b) homines, quis & animam. Sentiunt enim, Deum eſſe ſolum, in cujus ſolius poteſtate ſunt, a quo ſunt ſecundi, poſtquem primi, ante omnes & ſuper omnes Deos (c). Qui utique vivunt, & mortuis anteſtant: recogitant quo uſque imperii ſui vires valeant: & ita Deum intelligunt, adverſus quem valere non poſſunt, per eum ſe valere cognoſcunt -- Sequitur de Imperatore -- Illius enim ipſe eſt, cujus & cœlum eſt, & omnis creatura. Inde eſt Imperator, unde & homo, antequam Imperator: inde poteſtas illi, unde & ſpiritus. „ Hæc ille. Ecce *inde Imperator, unde & homo, antequam Imperator*. Et unde homo antequam Imperator, niſi a Deo? Quamvis a Deo per Sacerdotem * Chriſtianus homo; (* Subaudi baptizantem) tamen nec homo, nec Chriſtianus homo niſi a Deo. Ita nec Imperator, nec Chriſtianus Imperator, niſi a Deo; quamvis per Pontificem fidelis ſit Imperator a Chriſto. Et inde poteſtas illi unde & ſpiritus: & numquid ſpiritus illi a Pontifice? Tertullianus intendit quod non, ſed a Deo. Profecto ergo nec poteſtas illi a Sacerdotio provenit, a cujus dono animam non accepit. Curre per omnia exempla utriuſque eminentiæ, & videbis Solem Luna præſtantiorem; ſed tamen poteſtatem humectandi, quæ Lunæ innaſcitur, vel in eſſe, vel in fieri, Sol ei nullatenus mutuatur. Anima eſt nobilior corpore: eſſe tamen corpus, ante animam habuit; & opera ſenſuum per ſe exequitur, quæ ſpiritus immediate & per ſe exercere non poſſet. Et aurum eſt plumbo melius; plumbo tamen nec præſtat eſſe nec fieri. Ita excellentior & naturalis quædam eſt magiſtra Principatus terreſtris eminentia Epiſcopalis, ſed poteſtatis regiæ primum initium in ipſo rege a Deo, & ab ipſius authoritate, emanat in ſubditas (Poteſtas a Rege communicatur in inferiores.)

(a) Idem confirmat Tertullianus in lib. *ad Scapulam*.
(b) Vide in hunc Tertulliani locum Notas Sigeberti Havercampi.
(c) Noſtri Doctrinalis Ed. V. addit *homines*: ſed hanc additionem non habent MSS. Codices, neque noviſſima Tertulliani Editio, in qua ſubditur: *Quidni? cum ſuper omnes homines*, qui utique &c.

ditas poteſtates. Unde *de quæſtionibus novi & veteris teſtam.* q. CCX. AUGUSTINUS. Sicut (inquit) terreni Imperatoris authoritas currit per omnes, ut in omnibus ejus ſit reverentia; ita Deus inſtituit, ut ab ipſo rege Dei authoritas incipiat, & currat per cunctos. Quamvis frequenter mundus hoc non intelligat, & alii ſe ſubjiciat in poteſtate poſitus quam debet: tamen inſtitutio eſt, ut unus ſit, qui timeatur. Ubi ergo hæc inſtitutio non eſt, ibi cathedra peſtilentiæ reperitur. Nuſquam enim unius Dei authoritas abjicitur *, niſi apud eos, qui multorum Deorum prædicant metum & reverentiam. Hi ſunt qui in cathedra peſtilentiæ ſedent. „ Hæc Auguſtinus. Ecce ab ipſo rege incipit authoritas, & currit per cunctos executores civilis juſtitiæ; & hoc inſtituit Deus. Non ergo inſtituit Deus, ut inciperet a ſummo Sacerdote, & ſola executio poteſtatis manaret in principem.

* Auguſtinus To. 3. *in App.* pag. 1003. *quæſt.* 110.

Pſal. 1. 1.

* *M.* abnuitur

A

5. Et quod arguunt quidam, Eccleſiam reducendam in Monadem, verum eſt in Chriſto, qui ſolus in ore tenet, in geminæ poteſtatis ſuæ ſignum, gladium bis acutum. Cæterum ſub Chriſto Sacerdos & Rex impermixtas continent poteſtates. Unde 11. lib. *de Sacram.* parte 11. cap. IV. HUGO. Illa (inquit) poteſtas *ſæcularis* dicitur, iſta *ſpiritualis* nominatur. In utraque poteſtate diverſi ſunt gradus & ordines poteſtatum; ſub uno tamen utrinque capite diſtributi, & quaſi ab uno principio deducti, & ad unum relati. Terrena poteſtas caput Regem, ſpiritualis poteſtas caput habet ſummum Pontificem. Ad poteſtatem Regis pertinent quæ terrena ſunt, & ad terrenam vitam facta omnia. Ad poteſtatem ſummi Pontificis pertinent quæ ſpiritualia ſunt, & vitæ ſpirituali attributa univerſa. Quantum autem vita ſpiritualis dignior eſt quam terrena, & ſpiritus quam corpus; tantum ſpiritualis poteſtas terrenam, ſive ſæcularem poteſtatem honore ac dignitate præcedit (*a*). Nam ſpiritualis poteſtas terrenam poteſtatem & inſtituere * habet ut ſit, & judicare habet, ſi bona non fuerit. Ipſa vero a Deo primum inſtituta eſt; & cum deviat, a ſolo Deo judicari poteſt, ſicut ſcriptum eſt, *ſpiritualis dijudicat omnia, & ipſe a nemine judicatur.* „ Hæc ille.

Apoc. 1. 16.

Hugo To.3.pag.277.

a

* *al.* inſtruere

1. *Cor.* 2. 15.

B

C

D

6. Ecce duæ poteſtates, & duo capita poteſtatum. Ex hac autem particula occaſionaliter delinquunt quidam*, dicentes, quod radix poteſtatis terrenæ intantum dependet a Papa, ut ex commiſſione ejus executio derivetur in principem; & principe deviante, poteſt ſummus Sacerdos temporale illud adminiſtrare negotium: quia dicit *, quod *ſpiritualis poteſtas terrenam poteſtatem habet inſtituere ut ſit &c.* Sed in præſumptione delinquunt: quia & conjuges habet Sacerdos inſtituere ut ſint, per ſolemnitatem Sacramenti; & judicare, ſi boni non fuerint: non tamen adminiſtrare conjugale negotium, ſi delinquant: nec poteſtas conjugalis ſecundum authoritatem capitis a Sacerdote dependet, ſed a Deo; immo nec ab aliqua poteſtate citra Chriſtum, illa inquam, de qua dicit Apoſtolus 1. ad Cor. VII. *Mulier poteſtatem ſui corporis non habet, ſed vir. Similiter autem & vir poteſtatem ſui corporis non habet, ſed mulier.* Similiter nec terrena poteſtas, poteſtas regia, quæ ſub annulo fidei deſponſatur ad regnum, in quemquam authoritative reducitur ſupra regem, citra Chriſtum; & tamen ſummus Sacerdos habet de illa judicare, ſi recta ſit: judicare, inquam, non præjudicare; ſicut ſe ipſum declarat ibi cap. VII. idem HUGO. Sicut (inquit) ſpiritualis ſiquidem poteſtas non ideo præſidet, ut terrenæ in ſuo jure præjudicium faciat; ſic ipſa terrena poteſtas quod ſpirituali debetur, nunquam ſine culpa uſurpat. „ Hæc ille. Propter hoc, ſupradixi * poteſtates illas in talibus *impermixtas.*

* *Vide ſupra num.* 1.

* *Hugo*

E

1. *Cor.* 7. 4.

Sacerdotium poteſt judicare Regiam poteſtatem, non præjudicare. Hugo *To.*3.*pag.*277.

* *num.* 5.

7. Si vero petitur, in quibus ſibi cedunt eventibus; reſpondetur: ubi de peccatis, & de divinis offenſis agitur, maxime contra Eccleſiæ & fidei diſciplinam, regalis poteſtas Sacerdoti ſuccumbit. Qualiter Felix Papa (*b*) Diſt. x. FELIX. Certum eſt (inquit) rebus veſtris hoc eſſe ſalutare, ut cum de cauſis Dei (*c*) agitur, juxta ipſius conſtitutionem, regiam voluntatem Sacerdotibus Chriſti ſtudeatis ſubdere, non præferre: & ſacroſancta per eorum Præſules potius diſcere, quam docere: Eccleſiaſticam formam ſequi, non huic humanitus ſequenda jura præfigere: neque ejus ſanctionibus velle dominari, cui (*d*) Deus voluit clementiæ tuæ piæ devotionis colla ſubmittere; ne dum menſura cœleſtis diſpenſationis exceditur, eatur in contumeliam diſponentis. „ Hæc ille. Ubi vero terrenum aliquod emolumentum locum retinet, neceſſe eſt, (juxta Decretale capitulum) ut poſſidens * poteſtatis terrenæ legibus ſibi congruis ſe ſubmittat (*e*). Propter hoc ubi ſupra, cap. VI. HUGO. Poteſtas (inquit) terrena pertinet ad vitam terrenam. Et omnia quæ ad terrenam ſpectant vitam, ſubjecta ſunt terrenæ poteſtati. „ Hæc ille. Item in expoſitione illius, de 1. Canonica Petri, *Regem honorificate*, BEDA. Monet (inquit) congruum cunctis impendere honorem, & juxta imperium Domini, Cæſari quæ Cæſaris ſunt, & Deo reddere quæ Dei ſunt. „ Hæc ille. Et in *Regiſtro*, lib. 11. Epiſt. LXI. * ad Mauritium Auguſtum, GREGORIUS. Ad hoc (inquit) poteſtas ſuper omnes homines Dominorum meorum pietati cœlitus data eſt, ut qui bona appetunt, adjuventur; ut cœlorum via largius pateat, ut terreſtre regnum cœleſti regno famuletur. „ Hæc ille. Ecce dicit, poteſtatem regiam cœlitus dari Principibus, & hoc ſuper omnes homines quantum ad ea, quæ ſunt juris regii; cum tali tamen moderamine, ut terreſtre regnum cœleſti regno famuletur. Ideo diſcrete de his dixit libr. V. *Epiſtolarum*, Epiſt. LXXVII. (*f*) AMBROSIUS. Quid ergo? Non humiliter a nobis reſponſum eſt? Si tributum petit, non negamus. Agri Eccleſiæ ſolvant tributum. Si agros Eccleſiæ deſiderat Imperator, poteſtatem habet vendicandorum. Nemo noſtrum intervenit. Poteſt pauperibus collatio populi redundare. Non faciant de agris invidiam: tollat eos, ſi libitum eſt Imperatori: non dono, ſed non denego. Aurum quærunt & argentum? poſſum dicere: argentum & aurum non quæro. – Et infra verſus finem – „ Sol-

b Felix *apud Gratianum D.* 10. *cap. certum eſt, pag.* 41.

c

d

* *al.* præſidens

e Hugo *ibidem*

1. *Pet.* 2. 17. Beda *To.*2.*pag.*177. *Matth.* 22. 21.

* *Cod. Vat.* 66. Gregorius *To.* 2. *lib.* 3. *Regiſt. Epiſt.* 65. *pag.* 676.

*

f Ambroſius *To.*2.*pag.*872. *num.* 33.

Matth. 22. 21.

(*a*) Conferenda eſt hæc Hugonis ſententia cum jis quæ ſupra dixit Gregorius Nazianzenus cap. 74. num. 2. Utrobique enim Sacerdotium Regio dicitur præeminere faſtigio.

(*b*) In Decreto Editionis Romanæ an. Dom. 1582. notatur Felix *tertius* ex Cod. Veronen.

(*c*) *Cauſæ Dei* ſunt Cauſæ Eccleſiaſticæ, illæ videlicet, quæ non pendent ex legibus civilibus, ſed ex Evangelio, aut Canonibus Conciliorum, & Pontificum: quales ſunt controverſiæ de Sacramentis, de fide, & aliæ id genus.

(*d*) Editio Romana *cujus*, ſcilicet *Eccleſiæ*.

(*e*) Clerici legibus debent ſubmitti civilibus; ſed delinquentes contra eas leges, non debent a ſæculari, ſed ab Eccleſiaſtica poteſtate puniri.

(*f*) In Orat. contra Auxent. de tradendis Baſilicis, in fine.

„ Solvimus quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ „ ſunt Dei Deo. Tributum Cæſaris eſt? non „ negatur. Eccleſia Dei eſt? non debet utique „ Cæſari addici, quia jus Cæſaris non poteſt eſ- „ ſe Dei templum. Quod cum honorificentia „ Imperatorum dictum nemo poteſt negare. „ QUID HONORIFICENTIUS, QUAM UT IMPE- „ RATOR Eccleſiæ filius eſſe dicatur? Quod „ cum dicitur, ſine peccato dicitur, cum gra- „ tia dicitur. IMPERATOR ENIM INTRA EC- „ CLESIAM, non ſupra Eccleſiam eſt. Bonus „ enim Imperator quærit auxilium Eccleſiæ, „ non refutat. „ Hæc ille. Ecce agri Eccleſiæ, quantum ad tributum, de jure Imperatoris erant, quia illi forſan hoc pacto dabantur. Mixti ergo juris ſunt: jure poſſeſſionis, Eccleſiæ; jure tributi, Cæſaris: quos ideo non plene donat Ambroſius, ſed non denegat vendicanti. Eccleſia Dei tantum eſt; ſic omnis Eccleſiaſtica perſona. Sed hoc dicimus, quod poteſtas Regis tantum eſt ipſi immediate a Deo largita; quemadmodum corpus inferius eſt anima, non tamen ab anima, ſed a Deo tantum. Hoc tamen iterum verum eſt: ſicut ſine anima corpus eſt inane cadaver, & mortuum; ita SINE MINISTERIO SACRORUM Antiſtitum, terrena poteſtas eſt regnum putridum & extinctum.

Imperator eſt infra Eccleſiam non ſupra Eccleſiam.

CAPUT LXXIX.

Quod non licet in materia fidei vel Eccleſiæ appellare terrenum principem poſt judicium Epiſcoporum.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Hæreticorum omnium mos eſt judices ſuos ſubterfugere.*
2. *Hæretici, Chriſti ſtabulum refugientes, nimirum Eccleſiam, apte lupis ab Ambroſio comparantur.*
3. *Si in cauſa plana, & ad mores ſpectante, Epiſcopi, non autem Laici principis adeundum eſt judicium, multo magis id faciendum eſt in materia hæreſis.*
4. *Non licet ab Epiſcopo ad laicum judicem appellare.*

1. CUm autem fidelem regem in Divinis & cœleſtibus cauſis Chriſtus ſubdat Antiſtiti, quod jus patitur, ab Epiſcopo, maxime in cauſa Eccleſiæ, ad Principem appellare? Certe nullum. Hoc autem genus fugæ contra fas Wicleffus propoſuit, nec profecit, in *opere* ſuo *Epiſtolari* ſerm. XXVII. WICLEFFUS. Cum (inquit) Papa explicat multos caſus, in quibus „ excommunicatus debet excommunicationem „ pro ſuo perpetuo tolerare: & hi ſecundum „ legem, quam in regnum noſtrum induxe- „ rant, debent poſt quadraginta dies pro tali „ excommunicatione detrudi in carcerem; ma- „ nifeſte ſequitur, quod Rex & regnum noſtrum „ facti ſunt in caſu tortores pauperum, quia „ faciunt ſicut debent. Mota eſt autem propter „ ſalvationem regni, & extinctionem nequitiæ „ Antichriſti, quædam Evangelica medicina, „ quod liceat cuicumque collegio regni noſtri „ ab excommunicatione tali cujuſcumque Sa- „ cerdotis regni noſtri, ad regem & ejus con- „ ſilium appellare (*a*). -- Et facit argumenta, „ primo. -- Non dubium, quin ad regem & „ militiam ejus pertinet in tali caſu cognoſce- „ re, quia pertinet ad eos conſenſum talem „ nefarium præcavere: ergo pertinet ad eos, „ cum poſſunt, corrigere, & ne ex omiſſione „ damnentur, errori hujuſmodi contraire. „ Hæc Wicleffus. Apte ſubſequitur præcedentium patrum ſuorum veſtigia, qui ſemper judices ſuos conabantur effugere, a quibus doctrinam catholicam, & pœnam dignam ſceleri debuerant ſuſtinere. Hoc modo Maximus quidam de Galliæ partibus ſubterfugit judicium Papæ Bonifacii, & tribunali ſubjici petiit Judicum terrenorum, cum de hæreſi Manichæorum accuſaretur in Synodo, ut in Decretis legitur Romanorum Pontificum, Decreto ejuſdem Papæ. BONIFACIUS Epiſcopus, Patroclo, Remigio, Maximo, „ Hilario, Severo, Valerio, Juliano, Caſtorio, „ Leontio, Conſtantino, Joanni, Montano, „ Marino, Mauricio, & cæteris per Gallias E- „ piſcopis, & ſeptem provincias conſtitutis. „ Valentinæ nos civitatis clerici adierunt, pro- „ ponentes per libellum crimina, quæ Maxi- „ mum, teſte tota provincia, aſſerunt commi- „ ſiſſe: delegata totiens cognitione, illum con- „ ſtituta ſemper fugiſſe judicia: nec confiſum „ conſcientia, feſtinaſſe, ut ſi eſſet innocens, „ examinatis omnibus purgaretur. -- Sequitur. -- „ Nullus dubitat, quia ita judicium nocens „ ſubterfugit, quomodo ut abſolvatur, qui eſt in- „ nocens quærit. Sed aſtuta cavillatio eorum, „ qui verſutis agendum credunt eſſe conſiliis, „ nunquam innocentiæ nomen accipiet. CONFITETUR ENIM DE OMNIBUS quiſquis ſe ſubterfugere judicium dilationibus putat. -- Et „ infra. -- Cum hoc etiam ejus accuſatores aſ- „ ſerunt, de quorum intentionibus & moribus „ ſit ſecurum, Maximum tanto magis damnan- „ da committere, quanto tardius ſperat ſe con- „ ſtituto judicio præſentari. Quem Manichæo- „ rum involutum caligine arguunt, turpi ſecta „ olim, ita ne eum poſſet abluere, animum „ ſordidaſſe, in probationem objectæ rei geſta „ ſynodalia proferentes; & commiſſis involutum „ undique flagitiis, nullum eum ſanitatis ha- „ buiſſe reſpectum: quem furore ſuo, & inſa- „ na temeritate ad ſæcularium quoque judicum „ ſubditum quæſtioni, quod in vili quoque per- „ ſona turpiſſimum eſt, objiciunt perveniſſe. „ Hæc ille. Sic practicus noſter Wicleffus, ne coram Chriſti miniſtris, qui pravitatem ejus intelligunt, judicetur; Regem, aut judicem ejus poſtulat cum *Maximo* Eccleſiæ refuga: & illuc rite appellandum dicit ab Eccleſia. Sed bene dixit Bonifacius, quod *confitetur ſe reum de omnibus quiſquis ſe ſubterfugere judicium dilationibus putat*, ſicut & Lucanus in Cæſare dixit:

Wicleffus

Lex Anglicana pro excommunicatis.

* Valentiæ Civitatis Epiſcopus

Bonifacius I. apud Labbeum To. 3. pag. 436.

> Arma ferenti
> Omnia dat, qui juſta negat.

Lucanus

2. Sed in hac fuga eorum, ne ad Chriſti ſtabulum veniant, ubi ſanentur, lupos eſſe eos Ambroſius meditatur, lib. VII. *ſuper Luc.* cap. III. AMBROSIUS. Nonne (inquit) lupis iſtis „ hæretici comparandi ſunt, qui inſidiantur O- „ vilibus Chriſti? Fremunt circa caulas noctur- „ no magis tempore quam diurno? Semper enim „ perfidis nox eſt, qui lucem Chriſti ſæpe ne- „ buloſis interpretationibus obducere, & quan- „ tum

Ambroſius To. 2. pag. 1721.

(*a*) Per hæc Wicleffus ſæculari judicio cauſas & perſonas ſubjecit Eccleſiaſticas: quod facere poſtea non ſunt veriti Petrus Martyr in cap. 13. ad Rom. Joannes Brentius in Prolegomenis, & Philippus Melancton in Locis, cap. de Magiſtratu. Parciori ſtylo ſe continet Joannes Calvinus lib. 4. Inſtit. cap. 11. §. 15. ſcribens quod Clerici omnes (præterquam in cauſis Eccleſiaſticis) ſubjici debeat legibus & tribunalibus Magiſtratuum Laicorum.

„ tum in ipſis eſt, ſuſcare conantur. Verſantur „ ergo circa caulas; ſtabula tamen Chriſti intrare non audent: & ideo non ſanantur, quia „ in ſtabulum ſuum non vult Chriſtus eos in- Luc. 10. 14. „ ducere, in quo curatus eſt ille, qui de Jeruſalem deſcendens incidit in latrones: quem „ vulneribus alligatis, infuſo oleo & vino, imponens in jumentum ſuum Samaritanus ille „ duxit in ſtabulum, & ſanandum ſtabulario „ dereliquit. Non accipiunt ergo medicinam, „ qui medicum non requirunt: ſi enim requirerent, non derogarent. „ Hæc ille. Sic deſcribit Ambroſius hæreticos eſſe lupos hac una conditione lupina, quia nunquam intrant ſtabulum Eccleſiaſtici fori, ut ſanentur a vulnere, nec volunt accipere medicinam: ſi enim medicum requirerent, non derogarent. Certe ſi non fugerent, erogarent. Sed ad quem fugiunt? Ad Regem, inquiunt. A quo? Ab Epiſcopo, vel Epiſcoporum conſilio; a Patribus ad filium, a ſenibus ad ſuam prolem, a ſole ad lunam, de excelſo cœlo ad baſſum ſolium. Idcirco Sanctus Pater Gregorius non permiſit *Maximum* arreptorem Salonitanæ Eccleſiæ, Imperatoris expectare tribunal (*a*), ſciens eum non immiſcere ſe negotiis Sacerdotum, lib. v. *Regiſtri*, Epiſt. xxv. ad eumdem. GREGORIUS. Quod vero (inquit) „ indicas Sereniſſimos Dominos, ut illic debeat „ eſſe cognitio præcepiſſe; nos quidem nullas „ eorum de hac re alias, niſi ut ad nos venire debeas, juſſiones accepimus. Sed etſi forſitan pro Reipublicæ ſuæ utilitate, quæ divina „ ſibi largitate conceſſa eſt, multa cogitantibus, „ & in diverſis ſollicitudinibus occupatis ſuggeſtum, & eorum eſt juſſio per obreptionem „ elicita; poſtquam & nobis, & omnibus notum eſt, piiſſimos Dominos diſciplinam diligere, ordines ſervare, Canones venerari, & „ in cauſis Sacerdotalibus ſe non miſcere: inſtanter exequimur, quod & illorum juvat animam atque Rempublicam, & ad quod nos „ terribilis tremendique judicis reſpectus impellit. „ Hæc ille.

Gregorius To. 2. lib. 6. Regiſt. Epiſt. 25. pag. 811.

3. Ecce non detulit Gregorius Imperatoriæ ſententiæ, cum tamen cauſa plana quodammodo de invaſione Epiſcopalis Eccleſiæ, potuit laico cito patere. Quid nunc dicemus in materia hæreſis, ubi alta cognoſcendæ veritatis, & rimandi ſecreti divini expectatur induſtria? Ubi jam eſt, quod *ſpiritualis dijudicat omnia*, cum ipſi huic obſiſtunt, quibus dicit Apoſtolus: *Sic ſtulti eſtis, ut cum ſpiritu cœperitis, nunc carne conſummemini*: poſt ſpiritualem judicem, carnalem expectantes interpretem? Sanctus Ambroſius contra Valentinianum Auguſtum viriliter inſtitit ne fieret, lib. v. Epiſtolarum, Epiſt. xxxii.* AMBROSIUS. Dalmatius Tribunus, & Notarius, „ mandato, ut allegavit, Clementiæ tuæ convenit me, poſtulans ut & ipſe judices legerem, ſicut elegiſſet Auxentius: nec tamen expreſſit eorum nomina, qui fuerant poſtulati; „ ſed & id addidit, quod in conſiſtorio eſſet „ futura certatio, arbitro judicio pietatis tuæ. „ Reſpondeo (inquit) ut arbitror competenter. „ Nec quiſquam contumacem judicare me debet, cum hoc aſſeram, quod Auguſtæ memoriæ pater tuus non ſolum ſermone reſpondit, „ ſed etiam legibus ſuis ſanxit, in fidei cauſa „ vel eccleſiaſtici alicujus ordinis, eum judicare debere, qui nec munere impar ſit, nec jure diſſimilis. Hæc enim verba reſcripti ſunt;

1. Cor. 2. 15. Gal. 3. 3.

* Cod. Ferrar. 76. Ambroſius To. 2. Epiſt. 21. pag. 860.

(*a*) Huc pertinet *Milevitani* Concilii Can. 23. & *Matiſconenſis* octavus, quibus graviter puniuntur Clerici, qui cauſam Eccleſiaſticam ad judicium deferunt Imperatoris.

„ hoc eſt, Sacerdotes de Sacerdotibus voluit judicare: quoniam etiamſi alias quoque argueretur Epiſcopus, & morum eſſet examinanda „ cauſa, etiam hanc voluit ad Epiſcopale judicium pertinere. Quis igitur contumaciter reſpondit Clementiæ tuæ? Ille qui te Patri eſſe „ ſimilem deſiderat, an qui vult eſſe diſſimilem? Niſi forte vilis quibuſdam tanti Imperatoris exiſtimatur ſententia, cujus & fides & „ confeſſionis ſententia comprobata eſt. „ Hæc ille. Hic notandum exiſtimo, quod Ambroſius ſignat conveniens, quod ſi morum ſacerdotalium eſſet examinanda cauſa, ad Epiſcopale, non Regale, debuit pertinere judicium. Unde Alexander Papa jam ſextus a Beato Petro, cap. 11. ſui Decreti in fine, ALEXANDER. Pejus malum eſ„ ſe non exiſtimo, quam Chriſtianos ſuis invidere Sacerdotibus: novit enim Dominus qui „ ſunt ejus. Non poteſt autem humano condemnari examine, quem ſuo Deus reſervavit judicio (*b*). Si omnia namque in hoc ſæculo „ vindicata eſſent, locum divina judicia non „ haberent. „ Hæc ille. Ita eſt: ſi omnia facta & decreta ſanctorum Antiſtitum examinanda in terrenis judiciis forent, locum ullum divina Sacerdotum judicia non haberent. Et IDEM EXISTIMO EPISCOPALEM ſententiam coram terrena poteſtate reducere, & regale decretum coram Oppidano præſide retractare. Quantum vero ad cognitionem cauſæ in materia fidei, quam dicis licitam & neceſſariam Regibus, aut eorum deputatis judicibus, Ambroſius ipſe reſpondet quod ad Valentinianum Cæſarem proponebat Epiſtola prædicta LXXV. AMBROSIUS. Quando audiſti, clementiſſime Pater, in cauſa fidei laicos de Epiſcopo judicaſſe? Ita ergo quadam „ adulatione curvamur, ut ſacerdotalis juris ſimus immemores: & quod Deus donavit mihi, hoc ipſe aliis putem eſſe credendum? Si „ docendus eſt Epiſcopus a laico, quid ſequetur? Laicus ergo diſputet, & Epiſcopus audiat: Epiſcopus diſcat a laico. Aut certe ſi „ vel Scripturarum ſeriem divinarum, vel vetera tempora retractemus, quis eſt qui non „ abnuat in cauſa fidei? In cauſa autem fidei „ Epiſcopos ſolere de Imperatoribus chriſtianis, „ non Imperatores de Epiſcopis judicare? „ Hæc ille.

Alexander I. apud Labbeum To. 1. pag. 547.

Ambroſius To. 2. Epiſt. 21. pag. 860.

4. Ecce plane reſponſum eſt, viam tuam de appellando ab Epiſcoporum ſententiis ad judicium Regis, eſſe viam non bonam, quam ambulant ipſi, qui ſpiritum ſequuntur erroris. Aut quid acturus eſt judex terrenus? *Qui de terra eſt, de terra loquitur: qui de cœlo venit, ſuper omnes eſt.* Ipſe ergo judex terrenus, purgaturus & dijudicaturus eſt cauſam, utrum juſta eſt, an injuſta? ipſe probabit ſententiam Sacerdotis? ſi juſta, firmabit eam, caſſabit injuſtam? Et docendus erit Epiſcopus a laico diſputante? Quis niſi ſubverſor omnis ordinis talem traderet politiam? Quis hæc de ſacra Scriptura, de fide, de miniſtris paſſim violandis, audire non horret: quæ ſine deriſione de vilibus artificiis hominum ſentire non licet? Quis de artificum peritia, ut latomorum fabrorum, cultorum terræ, imo vel ſartorum, vel ſutorum ſubtilitatibus, niſi conſultis eorum majoribus, & longa mora in ipſa arte magiſtris probatis, poteſt credibilem ferre ſententiam? Sed in fide orthodoxa, & Chriſti Sacerdotibus, paſſim ſibi ſinguli * vendicant Magiſtratum.

Joan. 3. 41.

* ſupple hæretici

(*b*) Ita quoque Conſtantinus Imperator ad Patres Nicœnos. Vide coll. Hadriani 54.

CAPUT LXXX.

Reſpondetur ad argumentum Wicleffi, quod Paulus appellavit ad Cæſarem.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Paulus non appellavit ad Cæſarem a Sacerdotis Chriſtiani judicio; immo multos pſeudoſacerdotes ſuſtinuit, qui eum vexabant.*
2. *Ubi extrema neceſſitas adeſt, & Paſtoris deſperata eſt ad ſuccurrendum facultas, tunc quærendus eſt judex extraordinarius, qui Eccleſiam tueatur.*
3. *Hæretici, quamvis ſæpe ad judicem laicum appellent; ubi tamen contra eos ſententia fertur, ſtatim ab ejuſdem judicio recedunt.*
4. *Epiſcopo exiſtente hæretico, ad Papam confugiendum eſt; quo corrupto, ad generale Concilium.*
5. *Eccleſia Dinæ comparatur, cujus injuriam ulciſci tenentur Simeon & Levi, ideſt, Regia & Sacerdotalis poteſtas.*
6. *Conſtantinus Imperator, cum invitus in cauſa fidei judicium ſuſcepiſſet, veniam petiit.*

1. SEd addit Wicleffus in prædicto ſerm. XXVIII. *Operis Epiſtolaris:* „ Sanctus Paulus diu „ poſt converſionem ſuam, in cauſa fidei, pro „ defenſione ſui corporis, & utilitate Eccleſiæ, „ appellavit ad Cæſarem; non appellavit ad Papam Petrum, licet fuerit ipſi propinquior: „ nec ad ſummos Epiſcopos Legis veteris, ſed „ ad Regem Romanum; licet reputatus tunc „ fuerit infidelis -- Sequitur -- Quæ ergo ratio „ diverſitatis fingi poterit, quod non liceat fidelibus Anglicis appellare ad Regem fidelem „ (*a*) per tutelam miniſtrorum ſuorum (*b*), non „ paganorum, in cauſa tam irrationabili per „ Epiſcopos adinventa? „ Hæc Wicleffus. Magna diverſitatis ratio, quanta eſt cauſæ Sancti Pauli a Wicleffo ſacrilego hæretico. Nam ratio tua ſic procedit: ut quia ſic defendendus erat Sanctus Paulus magiſter & patronus Eccleſiæ, idcirco ſic omnis hæreticus tuendus, capitalis hoſtis fidei orthodoxæ. *Qualiter iſtud probas?* inquis. Quia Sanctus Paulus in Concilio Apoſtolorum verus fuit Doctor per Eccleſiam approbatus: Wicleffus in plena Chriſti Eccleſia per concordem ſententiam Sanctorum Præſulum Doctorum & Clericorum orbis (*c*) hæreticus ter damnatus. Sed dicis: *Appellavit ad Cæſarem Paulus.* Verum eſt; ſed a Cæſaris judice deputato. *Non* (inquis) *tantum; ſed etiam a Sacerdotibus.* Poteſt eſſe; ſed a Sacerdotibus veteris legis (*d*), non Chriſti Eccleſiæ. Sed proba mihi, quod unquam a Sacerdotibus legis Chriſti appellavit ad Cæſarem, quamvis multos pſeudo ſuſtinuit, qui, ultra omnia mala ejus, dolores ejus augebant, etiam dum teneretur in vinculis; ita ut callide augerent prædicationem fidei per ſe & ſuos, ut magis graſſaretur in eum ira Neronis. Unde lib. IV. *de laudibus Pauli* circa medium, CHRYSOSTOMUS. Cum hunc ipſum Beatum Paulum Romæ quidam perſequerentur, aliquando hoc ipſum dogma inquietius prædicabant: „ cupientes enim Neronem illum impugnatorem Pauli in ejus odium commovere, miram „ quemdam artem lædendi ſuſceperunt; & illi „ Evangelicæ prædicationis officium, ut magis „ ſcilicet fidei ſermone fervente, & diſcipulorum creſcente numero, in immenſum igneſceret furor tyranni, & fera adhuc majora „ colligeret incrementa feritatis. Et hoc ipſe „ ad Philip. Paulus ſcribens, ait: *Scire autem* „ *vos volo, fratres, quoniam quæ circa me fiunt,* „ *magis ad profectum venerunt Evangelii; ita* „ *ut plures ex fratribus confidentes vinculis meis* „ *abundantius auderent ſine timore verbum Dei lo-* „ *qui: quidam quidem per invidiam & contentionem;* „ *quidam etiam per bonam voluntatem Chriſtum* „ *prædicantes: quidam autem ex contentione Chri-* „ *ſtum annunciant, non ſincere, exiſtimantes preſſuram ſe ſuſcitare vinculis meis.* „ Hæc Chryſoſtomus. Quam mira nocendi facultas, ut Chriſtum prædicantes tyrannum accenderent contra Paulum! Nec ſic tantum; ſed calumniam Judæorum aſſumpſerant, quod Apoſtolus contra jura Cæſaris prædicaret Chriſtum regem. Ibidem poſt, CHRYSOSTOMUS. Contra veritatis partem „ non ſolum malitia obloquentium inimicorum, verum etiam ignorantia dimicavit. Regem autem (*e*), ajebant, prædicavit Chriſtum; non enim noverant ejus cœleſte regnum „ terribile illud, & abſque ullo termino glorioſum; & quaſi tyrannidem novam inferentibus per calumniam repugnabant. „ Hæc ille. Ecce regnum Chriſti decepti impugnabant pſeudo clerici, intelligentes regnum Chriſti temporale, cum non haberet regnum niſi æternum, contra inſtantiam Armachani, quam facit de intentionibus Judæorum accuſantium Chriſtum regem. Sed & ſuper omnia mala mundi infeſtabant Paulum mala quæ intulerant ipſi pſeudo. Unde infra CHRYSOSTOMUS. Verumtamen „ undique invidiæ igne ſuccenſo: a domibus, „ ab urbibus, ab agris, a ſolitudine, a terra, „ a mari, a gentibus, a vinculis, a Principibus, a Regibus, a Regum miniſtris: cum „ omnes ſe ad crudelitatem mutuo cohortarentur, & omnibus feris immanius, ſæviuſque „ conſurgerent: Beatus tamen Paulus in tantos ignes inſiliens, atque in medio talium „ conſiſtens luporum, quamquam omnium ictus „ exciperet, non modo tamen obrutus ipſe non „ eſt, ſed typos in omnem partem tranſtulit „ veritatis. Et hæc, & alia quoque prælia non „ minus ſæva memorabo; ut illud, quod adverſum pſeudoapoſtolos gerebatur; quodque „ eum ſuper omnia alia torquebat, domeſticorum dolus, ruina nutantium. Multi enim ex „ fidelium numero abibant. Sed & contra iſta „ prævaluit. „ Ecce ſuper omnia mala Judæorum accuſantium, aut Acta Feſti judicis; præ cunctis vinculis, aut Regibus, torturam augebant Apoſtoli Pauli pſeudo clericorum, & pſeudoapoſtolorum fraudes domeſticæ, & inventiones doloſæ. Et quoniam quidam eorum Sacerdotes erant & Epiſcopi (quia Apoſtoli) quamvis pſeudo; tamen ab iſtis non appellavit Paulus ad Cæſarem: quia quamvis hæretici, tamen fuerant Chriſtiani. Ubi ergo crediſti fundaſſe appellationes hæreticas a ſententiis Eccleſiæ Præſulum? Fefellit te malitia. Fundaſti tantum appellationes licitas a Clero aut Sacerdotio infideli. Super ſententiis autem Epiſcoporum fidelium,

Wicleffus. Act. 25. 10. Act. 25. 25. & 26. Philip. 1. 12. Quomodo falſi Fratres Paulum infeſtarent. Chryſoſtomus To. 3. pag. 698. Philip. 1. 12. Chryſoſtomus To. 3. pag. 698. Chryſoſtomus To. 3. pag. 699.

(*a*) Huc ſpectat articulus duodecimus a Concilio Conſtantien. damnatus, *Prælatus excommunicans Clericum, qui appellavit ad Regem, vel ad Concilium Regni, eo ipſo traditor eſt Regis & Regni.*

(*b*) Per hæc verba impietatem forte ſuam tegere intendit, qua ſuæ hæreſeos patrocinium apud Lanchaſtriæ Ducem, tunc in Britannico Regno omnia pro arbitrio adminiſtrantem, adeo ſtudioſe quæritabat Wicleffus.

(*c*) Generali Conſtantienſi Synodo an. 1415.

(*d*) Sacerdotes Judæorum inſidiabantur Paulo, ut eum interficerent. Act. 25. 2.

(*e*) Chryſoſtomi Editio Pariſien. an. 1556. *alterum ajebant Chriſtum.*

lium, etiam (quod abundanter dico) quamvis hæreticorum, judex laicus docere non valet, dicente ſupra * Ambroſio, *inauditum in cauſa fidei laicos de Epiſcopo judicaſſe*. Ut tamen ad punctum hujus veritatis accedam, non ignoro quin frequenter terreni reges in cauſis fidei cognoverint, & dijudicarint Epiſcopos; ſed urgente ad hoc concurſu partis hæreticæ (*a*), quæ ſemper ſolet quantum poteſt, fugere tribunal Eccleſiæ, ut ibi quærat * patronos ſuæ perfidiæ, quos poſſet, quia inſcii ſunt, cæcare de facili. Neceſſitavit etiam illuc Orthodoxos accedere impotentia Eccleſiæ ad prævalendum infideli ſententiæ. Invaleſcebat enim tunc ad tantum ſecta hæretica.

** cap. præced. num. 4.*

Quare a judicibus Eccleſiaſticis fugiant hæretici

** al. inveniant*

2. Ubi ergo iſta duo concurrunt in communitate Eccleſiæ, ſcilicet extrema, & non ulterius differenda neceſſitas, & ordinarii paſtoris aut præſidis ad ſuccurrendum deſperata facultas, quærendus eſt extraordinarius Pater, priusquam Chriſti Domini fabrica diſſolvatur. Sic refert Auguſtinus Donatiſtas contra Cæcilianum (*b*) catholicum appellaſſe Cæſarem Conſtantinum, & ob ſtrictam neceſſitatem, etiam illuc conveniſſe Epiſcopos orthodoxos. Epiſt. LXXXV. ad Glorium, Eleuſium, Felicemque grammaticum AUGUSTINUS. Si geſta (inquit) Proconſularia (*c*) diſplicent, Eccleſiaſticis cedite. Omnia vobis ordine recitata ſunt. An forte non debuit Romanæ Eccleſiæ Melchiades Epiſcopus cum collegis tranſmarinis Epiſcopis illud ſibi uſurpare judicium, quod ab Afris ſeptuaginta (*d*), ubi primas Tigiſitanus præſedit, fuerat terminatum? Quid, quod nec ipſe uſurpavit? Rogatus quippe Imperator, judices miſit Epiſcopos, qui cum eo ſederent, & de tota illa cauſa, quod juſtum videretur, ſtatuerent. Hoc probamus & Donatiſtarum precibus & verbis ipſius Imperatoris. „ Hæc ille.

Auguſtinus *To. 2. Epiſt. 43. pag. 94. num. 14.*

3. Sed tamen iidem hæretici, qui Imperatorem appellabant, Imperiale contempſerunt edictum, cum decerneret contra eos. Unde ibidem verſus finem AUGUSTINUS. Judicium Epiſcoporum ad Imperatorem appellatur: judex eligitur Imperator: judicans contemnitur Imperator. Quæ tunc acta ſunt legiſtis; quæ nunc agantur, videtis. „ Hæc ille. Intelligite totum factum. Donatiſtæ hæretici primo ad Imperatorem currebant, ut ipſe in cauſa fidei judicaret. Imperator rogatus, judices quoſdam deputavit Epiſcopos, quia cauſa erat Eccleſiæ. Deputavit enim ad audiendam cauſam Melchiadem Papam (*e*) cum collegis ſuis Romæ *: quo decernente pro Cæciliano catholico, iterum appellant hæretici Donatiſtæ Cæſarem conſtantinum: quo recte item judicante contra eos, quemadmodum fecit Melchiades, ab Imperatoris provocabant edicto. Et quærit Auguſtinus, cujus eſt culpa? an viri catholici, qui non petiit Imperatorem in judicem pro ſe rectiſſime judicantem: an hæretici Donatiſtæ, qui Imperatorem provocavit in judicem; cujus tamen contempſit edictum? Ibi in ſecunda parte Epiſtolæ AUGUSTINUS. Arbitrum „ (inquit) & judicem cauſæ traditionis & ſchiſmatis illi eum (puta Imperatorem Conſtantinum) fecerant; qui ad eum etiam preces miſerant: ad quem poſtea provocaverunt; & tamen judicio ejus acquieſcere noluerunt. Itaque ſi culpandus eſt *, quem judex terrenus abſolvit, cum ipſe ſibi hoc non popoſciſſet; quanto magis culpandi ſunt, qui terrenum regem ſuæ cauſæ judicem eſſe voluerunt? Si autem criminis non eſt provocari ad Imperatorem; non eſt criminis audiri ab Imperatore: ergo nec ab illo, cui cauſam delegavit Imperator. „ Hæc Auguſtinus. Videant jam terreni principes, qua mentis conſtantia hæretici eos appellent: & ſciant firmiter, quod æquali facilitate ſua ſpernent judicia, (ſi ut debeant, judicent contra eos) qua etiam Eccleſiæ Epiſcoporum contempſerunt edicta. NON ENIM AD EOS APPELLANT, UT RECTUM SUMANT judicium; ſed vel ut ſubterfugium quærant, aut eos ex aliqua parte corrumpant. Ideo Auguſtinus hic non purgavit eos, qui cauſam Eccleſiæ ad Imperatoris ſententiam compulerunt, ſed excuſavit eos ibi, qui liberi facti, liberi receſſerunt. *Si culpandus eſt* (inquit) *quem terrenus Judex abſolvit; quanto magis qui terrenum regem ſuæ cauſæ judicem eſſe voluerunt?* Ex quo conjicio, quod SINE CULPA GRANDI AUT UNIUS, AUT UTRIUSQUE PARTIS contendentium, non poteſt cauſa Eccleſiæ, maxime in materia fidei, devolvi ad Regem, vel Principatum terrenum. Irruptio eſt enim recti ordinis, & per tranſverſam lineam Eccleſiaſticæ & Divinæ ſubverſio poteſtatis.

Auguſtinus *ibid. pag. 97. num. 25.*

** In Concilio celebrato an. Ch. 313.*

Auguſtinus *ibid. pag. 94. num. 13.*

** Cæcilianus*

Hæretici non judicium apud laicos quærunt, ſed ſubterfugium

Culpa grandis eſt cauſam fidei ad judicem laicum pertrahere

4. Sed quæris: *Quid, ſi Antiſtes Eccleſiæ ſit hæreticus?* Locus eſt, ut ad Papam confugias. *Sed quid, ſi Papa ſit corruptus, ut Liberius?* Adhuc ad generale Concilium omnium Epiſcoporum appelles. Unde in prædicta Epiſtola, AUGUSTINUS. Ecce (inquit) putemus illos Epiſcopos, qui Romæ judicarunt *, non bonos judices fuiſſe; reſtabat ad plenarium Eccleſiæ univerſæ provocare concilium, ubi etiam cum ipſis judicibus cauſa poſſet agitari: ut ſi male judicaſſe convicti eſſent, eorum ſententiæ ſolverentur. Quod utrum fecerint, probent. Nos enim non eſſe factum facile probamus, ex eo quod totus orbis non eis communicat: aut ſi factum eſt, etiam ibi ſunt victi; quod ipſa eorum ſeparatio manifeſtat. „ Hæc Auguſtinus. RECTUS ERGO ORDO PETENDI JUDICES ſervandus eſt, nec currendum facile ad tranſverſum. OMNIS TAMEN APPELLATIO IN MATERIA HÆRESIS debet eſſe deſerta: quia cauſam tam prophanam pudet habere patronum. Si tamen judex famoſus ſit ſuſpectus de hæreſi, non dico apud hæreticos, ſed apud graves, multos, & peritos fidei orthodoxæ cultores, una cum culpa judicis debet cau-

Auguſtinus *To. 2. Epiſt. 43. pag. 97. num. 19.*

** Sub Melchiade Papa in Concilio Romano an. 313.*

In cauſa hæreſis nulla toleranda eſt appellatio

(*a*) Puta Donatiſtarum, & ſchiſmaticorum Eulalii contra Bonifacium an. 418. de quibus infra Waldenſis.

(*b*) Cæcilianum Epiſcopum Carthaginenſem abſentem damnaverat Donatiſtarum factio anno 311. falſo accuſatum, quod fuiſſet a Traditoribus, iis nimirum qui Scripturas Sacras in perſecutione prodidiſſent, ordinatus; quodque Diaconus cum eſſet, victum afferri Martyribus in cuſtodia conſtitutis prohibuiſſet. Hanc damnationem improbavit, ut par erat, Melchiades Papa; ſed nihilominus contra Cæcilianum ſtantes Donatiſtæ, diuturnas huic controverſiæ moras dederunt, appellantes ab Eccleſiaſtico ad Cæſareum Tribunal: a quo etiam damnati, contra Cæſarem, æque ac contra Deum, pertinaces durarunt.

(*c*) Geſta in cauſa præfata ab Æliano Proconſule, an. 314.

(*d*) Septuaginta Epiſcopis de factione Donatiſtarum.

(*e*) Non vicaria poteſtate, aut velut Imperatoris Delegatus hanc audivit cauſam Melchiades Papa, ſed proprio jure, ut ſummus controverſiarum Eccleſiaſticarum Judex; quidquid econtra clament nonnulli ex Calviniano grege Theologaſtri. Nam Imperator Conſtantinus, uti fidem facit Optatus Milevitanus lib. 1. *adverſus Parmenianum*, cum a Donatiſtis rogaretur, immo urgeretur, palam profeſſus eſt, ſe in cauſa Eccleſiaſtica judicem eſſe non poſſe: *Petitis a me* (inquit) *in ſæculo judicium, cum ego ipſe judicium Chriſti expectem*. Et Donato ad ipſum a Concilio Romano appellanti reſpondit: *O rabida furoris audacia! ſicut in cauſis Gentilium fieri ſolet, appellationem interpoſuerunt*. Et hujuſce controverſiæ judicium poſt Arelatenſis Concilii ſententiam non ſuſcepit, niſi cum execratione Donatiſtarum audaciæ, *a ſanctis Antiſtitibus veniam poſtea petituras*, quod iis de rebus judicaſſet, ut habetur ex Auguſtini Epiſt. 162. Porro Melchiades præter deſignatos a Conſtantino, alios aſſumpſit Epiſcopos, qui ſecum aſſiderent: quos tamen ſecum adſciſcere non potuiſſet, ſi non jure ordinario, ſed delegato hanc cauſam cognoviſſet. Vide inferius num. 6.

cauſa fidei vel apud ſuperiorem Epiſcopum, vel apud univerſale Concilium terminari. Ita igitur nulla debet via, Eccleſiæ cauſa ad Principatum terrenum evolvi. Poteſt tamen ad celerem finem pacis habendum (*a*), cum illuc utriuſque partis aſſenſu, vel unius permiſſu, pervenerit, inculpabiliter judicari: quemadmodum A cauſa Ariana & Eccleſiaſtica coram *Probo* (*b*) Conſtantii Cæſaris judice delegato: ibique devicti ſunt Photinus, Sabellius, & Arius eodem judicio, ut plane monſtratur in Actis Athanaſii. Non tamen fuiſſet coram eo judice commendandus proceſſus, ſi non propter impotentiam Eccleſiæ ſic obtinere pacem coegiſſet alta neceſſitas.

5. Mihi enim videtur Eccleſiæ politia, ſive laicalis, vel cleri, una virgo, quaſi Dina filia Jacob, Chriſti Jeſu Patris cœleſtis; quæ ſi quandoque juſtas metas ſit egreſſa, per libidinoſum principem continget eam eſſe pollutam. Ubi in B *Iſagogis* ſuis ISIDORUS. Dina quippe ut mulie-„ res videat extraneæ religionis egreditur, quan-„ do unaquæque mens ſua ſtudia negligens, „ actioneſque alienas curans, extra habitum, „ atque extra ordinem proprium evagatur. „ Hæc ille. Vere enim nihil citius extra ſtatum debitæ politiæ communitatem pulſat, quam ubi princeps ejus impune & irrevocate laſcivit. Ipſe enim virginem ſuam violenter corrumpit. Sed habet virgo duos fratres Simonem & Levi, Sacerdotalem ſcilicet & Principalem potentiam. Ubi vero Principalis, aut Militaris poteſtas tepuerit, ſaltem modo ſuo, frater Levi ſorori ſuc- C currat; maxime ubi ab incolis terræ vel regni fuerit accerſitus. Si etiam intra Sacerdotalem cœtum extremus languor Eccleſiam occupat, terrenus Princeps poteſtatis ſuæ brachium, ſaltem ut ipſi Sacerdotes eum docebunt, decenter exponat. NOLO TAMEN UT PRINCEPS AUT REX TERRENUS potentiam ſuam, vel legum ſuarum vires ſuper Chriſti Sacerdotio jactanter, (maxime neceſſitatis tempore) commemoret *, ut dicat: *Talis Rex Romanum Papam depoſuit:* quia dicit in *Chronica* veteri ſub anno Dom. CCCCXX. SIGEBERTUS. Bonifacius Romanæ Eccleſiæ præ-„ ſidet. Contra hunc Bonifacium ordinato Eula- D „ lio, & pro ipſo Bonifacio diſſidente Eccleſia; „ juſſu Honorii Auguſti Urbe egrediuntur; & „ ſic reprobato Eulalio juſſu Auguſti, Bonifa-„ cius, quia prior ordinatus fuerat, Sedi Apo-„ ſtolicæ reſtituitur. „ Hæc ille. Item idem dicit de Symmacho per Theodoricum Regem inducto, reprobato Laurentio, ſub anno Domini CCCCXCII. „ Symmachus Romanæ Eccleſiæ „ præſidet, ordinato contra eum per contentio-„ nem Laurentio: quæ res grave diſſidium Ec-„ cleſiæ diu uſque ad ipſa protraxit homicidia, „ donec tandem hanc altercationem compreſſit „ Theodorici regis, quamvis Ariani, potentia, E „ hoc æquitatis judicio obtinente, ut Symma-„ chus Papa eſſet, quia prior ordinatus fuerat, „ eique pars maxima faveret. „ Hæc ille. Sic e contrario poſſet dicere Papa, quod Conſtantino quodam Græcorum rege per Adrianum Papam ejecto, (*c*) conſtitutus eſt Carolus *. Sic Innocentius III. Othonem IV. depoſuit (*d*). Zacharias Papa *Childericum* regem Francorum tamquam inſufficientem deſtituit, & *Pippinum* patrem *Caroli* ſublimavit (*e*). Item Innocentius IV. adminiſtrationem regni Portugalliæ Comiti Balovienſi, vivente Rege, commiſit *. Utraque enim poteſtas debet alteri viciſſim ſuccurrere (*f*), non quidem ut utens poteſtate, ſed fraternitatis acceſſu; quemadmodum Sapiens ait Proverb. XVIII. *Frater qui adjuvatur a fratre, quaſi civitas firma.* Et Eccleſiaſtici XL. *Fratres in adjutorium in tempore tribulationis, & ſuper eos miſericordia liberabit:* & ita alterutrum uterque frater, ſive Simeon, ſive Levi, ideſt, Sacerdotalis, vel militaris poteſtas ad ereptionem Dinæ de manu corruptoris vi *charitatis*, etſi non *authoritatis*, aſſurget, dicens, quia *ſoror noſtra parva eſt*, ideſt, impotens, *& ubera non habet:* quid faciemus ſorori noſtræ? Hoc etiam attento, ne princeps rex terrenus in Eccleſiam quoquomodo poteſtatem ſine magna reverentia, & exhibitione humilitatis, etiam tempore neceſſitatis, exerceat; ne unde temere incenſum offerat cum Ozia, inde diſpliceat Deo, cui promiſit obſequium.

6. Ita Conſtantinus mitis princeps, quando invitus ad judicandum in cauſa fidei ſe poſuit medium, quia tum poſt ſacros Epiſcopos neceſſario judicaſſet, petiit veniam, prout notat in præfata Epiſtola *ad Glorium & Eleuſium*, AUGUSTINUS. Judices (inquit) Eccleſiaſticos tantæ „ authoritatis Epiſcopos, quorum judicio & Cæ-„ ciliani innocentia, & eorum, (ſcilicet Dona-„ tiſtarum) improbitas declarata eſt, non apud „ alios Collegas, ſed apud Imperatorem accu-„ ſare auſi ſunt, quod male judicarent. Dedit „ ille aliud Arelatenſe judicium, aliorum ſci-„ licet Epiſcoporum; non quia jam neceſſe „ erat, ſed eorum perverſitatibus cedens, & „ omni modo cupiens tantam impudentiam co-„ hibere. Neque enim auſus eſt Chriſtianus Im-„ perator ſic eorum tumultuoſas & fallaces que-„ relas ſuſcipere, ut de judicio Epiſcoporum, „ qui Romæ ſederant, ipſe judicaret; ſed alios, „ ut dixi, Epiſcopos dedit; a quibus tamen il-„ li ad ipſum rurſum Imperatorem provocare „ maluerunt. Qua in re quemadmodum illos „ deteſtetur, audiſtis. Atque utinam ſaltem ipſius „ judicio inſaniſſimis animoſitatibus ſuis finem „ poſuiſſent; atque ut eis ipſe ceſſit, ut de iſta „ cauſa poſt Epiſcopos judicaret, a ſanctis An-„ tiſtitibus poſtea veniam petiturus; dum tamen „ illi quid ulterius dicerent, non haberent, ſi „ ejus ſententiæ non obtemperarent, ad quem „ ipſi provocaverunt; ſic & illi aliquando ce-„ derent veritati. „ Hæc Auguſtinus. Recitat etiam hoc idem epiſt. ad Donatiſtas, quæ ſtatim ſequitur ibi. *Sed quia Conſtantinus non eſt auſus de cauſa Epiſcopi judicare &c.* Et item Epiſt. ad Januarium Epiſcopum Donatiſtarum, quæ eſt CXVIII. *. Et Epiſt. ad Vincentium, quæ eſt XLVIII. *. Non fruſtra ergo hic interpoſuit Auguſtinus, quod Imperator veniam petiturus poſt Antiſtites judicaret; & hoc magna, importuna, & impudenti appellatione Donatiſtarum, qui jam poſt primam Epiſcoporum ſententiam contra eos ad ſecundam; poſt ſecun-

Marginalia: a; b; *Gen.* 34. 2.; Iſidorus *comment. in Gen. pag.* 439.; * *Card. Ferrar. diſputet*; Sigebertus *in Chron.*; c; * *Carolus Magnus*; d; e; * *an. circiter* 1245.; f; Et charitate, non ex auctoritate debet laica poteſtas Sacerdotio ſuccurrere.; *Prov.* 18. 19.; *Eccl.* 40. 40.; *Cant.* 8. 8.; 2. *Paral.* 26. 16.; Auguſtinus *To.* 2. *Epiſt.* 43. *pag.* 97. *num.* 20.; *Epiſt.* 44.; * *nunc* 88.; * *nunc* 93.

(*a*) Quando ex impotentia Eccleſiæ ea nequit obtineri, ut infra limitat Waldenſis ipſe.

(*b*) De hoc Arianorum judicio vide ſupra in Præfat. gen. §. 5. ubi de Athanaſio.

(*c*) Quæ hic narrantur facta perſcrutari non vacat. Hoc tantum dicimus, quod Papa non poteſt utcumque ſubditos ab obedientia erga ſuos Principes abſolvere; ſed in caſu dumtaxat quo Princeps per tyrannidem ſubditos provocaret ad hæreſim, aut ad alia manifeſta facinora contra Deum. Tunc Papa pro ſuo munere, quod eſt ſalutem omnium animarum curare, ut diximus cap. 74. num. 2. rite a Sacramento fidelitatis abſolveret ſubditos, ſeu potius declararet abſolutos: cum abſolutio in eo caſu nedum ſit ab authoritate Pontificia, ſed potius a jure gentium & divino.

(*d*) Anno circiter 1211. ſubditos a fidelitatis Sacramento abſolvens.

(*e*) Anno 752. Sic in ſtirpe Merovingica ceſſaſſe dicitur Regnum Francorum. De hac Pippini ſubrogatione in regno Francorum legeſis Nat. Alex. ſæc. VIII. Diſſert. 2.

(*f*) Confer cum ſupradictis cap. 74. num. 2. & cap. 78. num. 7.

cundam, ad tertiam Imperatoris; poſtque illam nec definitioni Regis, ad quem importuniſſime appellabant, cedere voluerunt. Quid eis credent Domini terreni, ut omnino appellantibus pro eis hæreticis, contra Deum & Canonicas veritates dijudicent? Proculdubio quod, falſo adjecto colore, ab eorum etiam cenſura recedent, A non hoc tantum Donatiſtarum exemplum nos admonet; ſed Arius ipſe omnium hæreticorum princeps idem jam egerat, appellans ad Imperatorem Conſtantium in cauſa fidei contra Athanaſium. Quibus cum judex *Probus* authoritate legativa daretur, auditis jam per triduum partibus; tandem ſentiens Arius ſe omni neceſſitate convictum, Athanaſio cœpit objicere, quod judicem magica arte feciſſet inſanum.

* Athanaſius pag. 829.

Unde in III. lib. *altercationum Athanaſii*, iſta ſunt verba Arii: Arius. Nulli dubium (inquit) eſt, quin magicis artibus Athanaſius novit judicum pervertere ſenſus, ut rectæ fi- B dei tramitem erga eos, qui eam religioſius ſectantur & colunt, tenere non poſſint. Et idcirco, quod in examine culminis tui explicare non valeo, Principis judicio reſervabo, ubi veritatis indago præpollet, & magicæ artes (*a*) non violant; ubi veræ fidei obſervantiam prævalere poſſe credendum eſt.„

a

Probus apud Athanaſium

Hæc ille. Judex autem Probus viſa verſuta calliditate hæretici, & obſtinata mente ad veritatem inflexa, interlocutionis ſuæ verba ſubmiſit, eidem dicens judex Probus. Imperitorum & „ nimis de ſcientia præſumentium eſt pravitati potius ſtudium dare, quam veritati pa- C tientiam commodare, cum id aſſertoribus fidei conveniat, veritatem potius ſequi, quam erroris, vel falſitatis compede præpediri. Horum igitur mos eſt, qui, cum ſuæ perfidiæ cauſam ad finem uſque venire conſpexerint, metuentes ne cunctis hominibus ſua perfidia innoteſcat, ad potioris ſe conferre præſentiam: ignorantes quoniam & illic veritati victoria attribuitur, ubi potentiæ liberalis ſententia promulgatur. Fruſtra igitur Arius videtur de noſtro judicio ad Principis appellare præſentiam, cum in conflictu certami- D nis, nihil adverſum ſe ſenſerit pravitatis: qui ſuam ignaviam quibuslibet modis obtegere cupiens, ad Principis niſus eſt conferre ſententiam.„ Hæc ibi.

CAPUT LXXXI.

Contra hæreſim Wicleffi, docentem, nullum vere ſæculariter dominari, dum eſt in mortali peccato.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Hæretica Wicleffi concluſio, quod nulli in peccato exiſtenti jus dominandi permittitur, evertitur.*
2. *Homini, quamvis in peccato mortali conſtituto, non ſunt vitæ neceſſaria deneganda, ut dicit hæreticus.*

1. Sententia ejus de humano dominio ſæculari ſeditioni videtur annexa, qua ponit, & ſuſtinet, nullum poſſe cenſeri Dominum ſæcularem vere, ſine gratia gratum faciente, in lib. ſuo *de Dominio civili*, cap. II. & deinceps. Unde eſt *Concluſio* ter damnata CXCIV. Wicleffus. Omnis homo in peccato mortali caret „ quocumque dominio & uſu licito honoris *, „ etiam boni de genere ſuo. -- Et *de civili* „ *Dominio* cap. XIX. Civilis Dominus exceden- A „ do leges Dei facit contra ſe, perdendo dominium, & obligando ſe perpetuo carceri; „ eoque ipſo eſt excommunicatus; & ſicut exulans, omni dominio prius habito privaretur.-- „ Et *Concluſione* ter damnata CXCIII. Sicut Rex, „ Princeps, vel Dominus, tempore quo eſt in „ mortali peccato, non ſortitur nomen ſui officii, niſi nominetenus, & ſatis æquivoce: „ ſic nec Papa, Epiſcopus, vel Sacerdos, dum „ lapſus fuerit in mortale (*b*). Et *Concluſione* CLXXV. -- Ad verum ſæculare dominium „ requiritur vera juſtitia dominantis, ſic quod „ nullus exiſtens in peccato mortali eſt Do- B „ minus alicujus rei.„ Hæc Wicleffus. Hic igitur inveſtigandum eſſet, an velit civile dominium omnino requirere gratiam gratum facientem, pro nudo & ſimplici fundamento. Videtur tamen quod non, ex eo quod dicit in *opere Epiſtolari* ſerm. LIX. „ Cum (inquit) civile dominium dicat ut ſic proprietatem poſſeſſionis ultra ſtatum innocentiæ, & includat neceſſario peccatum veniale, patet, quod „ non potuit Chriſto competere (*c*).„ Hæc Wicleffus. Combinemus * iſta. Nullus ſtatus neceſſario juſtus, ſecundum gratiam gratum facientem, includit de neceſſitate peccatum; ſed C ſtatus civilis & ſæcularis dominii neceſſario eſt gratus Deo, gratia gratum faciente; ergo non includit peccatum. Item: nihil neceſſario includens peccatum, eſt neceſſario Deo gratum; ſed civile dominium per te neceſſario includit peccatum; non eſt ergo neceſſario Deo gratum. Patet major utriuſque proſyllogiſmi, ſecundum illud Apoſtoli, *Quæ convenientia lucis ad tenebras, aut Dei ad Belial?* Et idcirco lux nullibi exigit * tenebras, nec vita mortem, nec amaritudo dulcedinem, nec beatitudo miſeriam. Quomodo ergo ſtatus gratioſus exigit & includit omnino peccatum? Scio vitam noſtram pro D incolatu præſenti non poſſe * eſſe ſine peccato; nec actum meritorium conjugalis amplexus ſine delectatione nociva: ſed ſciunt periti theologi aliud ſine peccato non eſſe, & aliud rem peccatum includere. Medicans ſine dolore non ſanat infirmum: itinerans non ſine laſſitudine membrorum perficit iter ſuum: miles non ſine periculo tendit in bellum. Sed quis miles, ut bene pugnet, intendit ſibi periculum? Quis iter agens exigit laſſos artus, ut ambulet? Aut quis medicans in ratione ſua medicandi includit dolorem, & vexationem infirmi? Sed quomodo etiam ad hoc convenit *Concluſio* CXCVIII. E „ Deus non approbat quemquam dominari civiliter, vel civiliter judicare?„ -- Et idcirco ſerm. prædicto * dicit, quod Chriſtus in die finalis judicii patenter & univerſaliter judicabit: nunquam autem judicabit, vel potuit civiliter judicare; cum e contrario dicat in *de Dominio civili* cap. XIX. „ Ne credat aliquis, quod lex „ civilis, quæ occaſione peccati eſt humanitus „ inſtituta, non ſit a Deo principaliter ordinata, quia * aliter non poterit eſſe juſta, niſi „ civiliter adinvenientes & ordinantes legem „ hujuſ-

Wicleffus

* al. oper...

b

Wicleffus

c

* Ed. V. continuemus

2. Cor. 6. 14.

* al. requirit.

Vita præſens ſine peccato eſſe non poteſt

* deeſt in Vat.

Wicleffus

* 59.

* al. quod

(*a*) *Exemplar Pariſienſe*: Et magicas artes ob veræ fidei obſervantiam prævalere non poſſe credendum eſt.

(*b*) Eſt articulus quintodecimus ex damnatis a Synodo Conſtantienſi.

(*c*) Loquitur de facto, non de jure: nam Chriſtum fuiſſe *jure* Dominum & Regem temporalem aſſerunt Wicleviſtæ ſupra cap. 76. & 77.

,, hujuſmodi, forent organa Dei principaliter ,, ordinantis. ,, Has contrarietates magiſtri ſui aliquis peritus ſcholæ ejus diſcipulus tollat & ſolvat, & melius ut totum amputet elaboret. Argumentum autem ejus maximum in hac poſitione eſt hoc in 11. cap. *de civili Dominio:* ,, Quia Deus (inquit) non præſtat alicui dum A ,, eſt in peccato mortali aliquod bonum ſuum: ,, ergo nullus exiſtens in peccato mortali ha- ,, bet pro tunc juſte ſimpliciter aliquod bonum ,, Dei. ,, Hoc autem reſpondendo ſuſtinet, dicens (& eſt concluſio ter damnata CLXXII.) ,, Nos non debemus præſtare vel donare ali- ,, quid peccatori, dum cognoſcimus ipſum eſſe ,, talem: quia ſic foveremus proditorem Do- ,, mini noſtri. (*a*) ,, Hæc Wicleffus.

2. Quam perfida ſit iſta poſitio, & aſſumptio ejus prophana, nullus pene tam ſimplex eſt, qui non conſiderat. Quot paſcit Deus gentiles in orbe, quot hæreticos, quot impios chriſtianos; ita ut Job dicat: *Abundant tabernacula prædonum, & audacter provocant Deum, cum ipſe dederit omnia in manibus eorum?* Job. XII. (*Job 12. 6.*) Et hac cæca ratiuncula ſua frequenter militat contra Prælatos & Presbyteros, ut ſupra * deductum eſt; (* *Vide cap. 64. 65. & 66.*) & hortatur populos, ne quidquam eis exhibeant honoris aut temporalis ſubſidii, quamdiu reputent quod ſint a probis moribus alieni. Hoc quoque currente principio, vetat dari pauperibus quidquam boni, niſi noverint eleemoſinantes rectitudinem ſtatus eorum, ne forte (inquit) ſint præſciti. Planiſſime contra proceſſum Evangelii & exemplum Chriſti, & C cœtus Apoſtolici. Sed quid putas intendit, niſi præcludere ſubſidium vitæ temporalis ab iis omnibus, qui Wicleviſtica ſorde nolunt involvi (*b*)? Hoc faciunt quantum audent, niſi forſan raro propter fraudem aliud facere moliuntur. Hæc erat publica ſchola Manichæorum, ut dicit Auguſtinus lib. XX. *contra Fauſtum*, ipſum alloquens cap. XVI. in principio. (Manichæi eleemoſinas orthodoxis pauperibus vetabant) AUGUSTINUS. (Auguſtinus *To. 8. pag. 344.*) ,, Mentem tuam aram feciſti; ſed vide cujus. ,, Ex ipſis enim artibus & diſciplinis tuis ap- ,, paret, quibus eam imbutam eſſe dixiſti. Il- ,, læ artes & diſciplinæ vetant porrigi panem ,, homini mendicanti, ut in ara veſtra cum ſa- D ,, crificio crudelitatis ardeatis: talem aram Do- ,, mino deſtruente, qui ex lege commemorat ,, quali odore delectatur Deus, dicens: *Miſericordiam magis volo, quam ſacrificium*. (*Oſee 6. 6. Matth. 12. 7.*) Ubi ,, autem Dominus hoc commendaverit attendi- ,, te, cum ſcilicet tranſiret per ſegetem, & eſu- ,, rientes diſcipuli ejus vellerent ſpicas; (*Matth. 12. 1.*) quod ,, homicidium vos eſſe dicitis. ,, Hæc Auguſtinus. Et idem *contra Adimantum* diſcipulum Manichæi cap. XVII. circa medium. (Auguſtinus *To. 8. pag. 138. num. 4.*) ,, Diſplicet ,, (inquit) iſtis miniſtris *, (* *M. miſeris*) quod Deus popu- ,, lo ſuo interficiendos tradidit inimicos; & ipſi ,, panem mendicanti dari prohibent, non ini- E ,, mico, ſed ſupplici. ,, Hæc ille. Ecce qualiter ,, ipſi Wicleviſtarum patroni prohibent panem dari mendicanti, ſaltem catholico, ſpiritus ſui crudelitate ſuccenſi, a procul ducentes hanc injuriandi licentiam orthodoxis de ſecta execrabili Judæorum, qui hoc docentur, & arctantur ſervare ad literam in fabuloſo ſuo Talmud, (Similiter Judæi jubent damnificare Chriſtianos) ſecundum allegationes indoctas illius libri in *Jeſſuor*, quod eſt volumen ſecundum; *Maccekora*, ideſt, primo libro; *Parakin agoſel*, ideſt, Diſtinctione tali; ,, *Rana* *, (* *forte legendum* Rab) ideſt, magiſter, ,, fecit præconizari: Iſraelitam qui ſcit jus *goy*, ,, ideſt, *Chriſtiani*; & fert pro eo teſtimonium: ,, *excommunicamus eum, quia trahit pecuniam* ,, *per teſtimonium unius*. ,, & *Peraki illiminoz* ideſt, Diſtinctione XVIII. Equus ſenex bene po- ,, teſt vendi *goy*, (ideſt, Chriſtiano) in bel- ,, lo, quia hoc non eſt niſi ad malum illius: ,, & qui vendit aliquid aliter *goy*, debet eum ,, damnificare centuplum, quam valeat; alias ,, Judæus punietur. Si vendidit parvum aliter, ,, & non damnificavit eum, ſolvet decies pre- ,, tium; ſi magnum, centies. ,, Quid per hoc intendit, niſi damnum inferas chriſtiano; *obſis quantum potes, non proſis, quia inimicus tuus eſt?* Contra hæc omnia documenta crudelia in fidem Chriſtianam per Sanctum Paulum aſſurgo, qui omnes iſtos Judæos & Manichæos, & Wicleviſtas, quaſi in faciem cædens, *ſcriptum eſt* (inquit) *mihi vindictam & ego retribuam, dicit Dominus. Si eſurierit inimicus tuus, ciba* B *illum: ſi ſitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput ejus*. (*Rom. 12. 19. Deut. 32. 35. Prov. 25. 21.*) Ubi in *annotationibus* HIERONYMUS. (* Hieronymus *To. 11. pag. 888.*) Noli (inquit) ne- ,, gare illi quod Dominus nulli negat, quam- ,, vis ſit blaſphemus & impius: hoc enim fa- ,, ciens &c. ut cum ſibi carbones intellexerit ,, per ſuam indebitam miſericordiam congre- ,, gari, excutiat eos, hoc eſt, convertatur, & ,, diligat te, quem habuerat aliquando pero- ,, ſum. ,, Hæc ille. Ecce jam docuit diſcipulos Chriſti fideles, quomodo etiam inimicos fi- ,, dei, & per hoc Chriſti, cibarent. Et alibi quoque docet mulierem fidelem, ne ab infideli viro diſcederet, ſed ſubſit & miniſtret. (*1. Cor. 7. 13.*) Quid jam valet argutia verboſi Wicleffi? Sic ergo præſtabimus & fovebimus proditorem Dei noſtri in Chriſti charitate? Concedo. Sic dicit Hieronymus: *Deus nulli negat etiam blaſphemo & impio*. Et numquid ipſe cibat inimicos ſuos contra ſe ipſum? Certe non, ſed contra ipſos: eis enim gratitudo Domini & ſervorum ejus obeſſe poteſt ad pœnam: Deo autem grato, & humilibus ſervis ejus creſcet ad gloriam: (Beneficia Dei quomodo peccatoribus noxia) quia NEC IDEO PECCATOREM PASCUNT, UT AMPLIUS PECCET, ſed magis, ut gratia Domini victus, a delicto quieſcat. Et nonne Dominus Jeſus Chriſtus hoc docuit, & facto peragit nunc in præſens? Auguſtinus enim Tract. *de Oratione Dominica*, qui incipit *Beatiſſimus Apoſtolus*, AUGUSTINUS. (Auguſtinus *To. 5. ſerm. 56. pag. 326. num. 10.*) Iſtum (inquit) panem chariſſi- ,, mi, quo venter impletur, quo caro quotidie ,, reficitur, videtis Deum dare non ſolum lau- ,, datoribus ſuis, ſed & blaſphemantibus: *qui* ,, *facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos*, ,, *& pluit ſuper juſtos & injuſtos*. (*Matth. 5. 45.*) Laudas? pa- ,, ſcit te: blaſphemas? paſcit te. Ut pœniten- ,, tiam agas, expectat te; ſed ſi non te muta- ,, veris, damnat te. Quia ergo panem i- ,, ſtum accipiunt a Deo boni & mali, putas ,, non eſt aliquis alter panis? ,, Hæc Auguſtinus. Ecce Deus paſcit pane temporali laudantem & blaſphemantem, juſtum & injuſtum; accipiunt iſtum panem boni & mali. Qua igitur fronte dicit hæreticus, quod non paſcit Deus inimicos ſuos, ipſe maxime qui novit ſuos uſque in finem, exiſtimans inique, quod eſſet Deus ſui ſimilis; (*Pſal. 49. 21.*) cum forte, ſi Deus illi ſimilis eſſet, non tam diuturnos ejus ſuſtuliſſet errores? Et quot cognovimus Reges & Principes, qui inimicis ſuis, & forſan Chriſti capitalibus, non tantum parcunt, ſed etiam ad victum honeſte ſubſerviunt, & humanitatis ſtudio obſequuntur? Peper-

(*a*) Hæc bene conveniunt cum articulis 16. & 18. quos improbavit & diris devovit Magna Synodus Conſtantienſis.

(*b*) Sic Wicleffus optans exterminari Fratres Mendicantes, quos ſuis hæreſibus adeo ſentiebat infenſos atque moleſtos, viam ſibi paravit ad ſubtrahendum eis omnes eleemoſinas: unde eos prorſus deficere neceſſe eſſet. Sed vide infra lib. 4. cap. 3. & deinceps.

1. Reg. 25. 33. * Nabal Joan. 13. 26.

Pepercit David inimico & reprobo *: & Chriſtus Judam cibavit, & manum degenerem approbat in catino. Et nonne Judas præſcitus erat, Judas reprobus, traditor inhumanus? Quæſo, dicat hæreticus, cur non repulit eum Chriſtus, non ſeparavit, non diſtulit, ne forte præſcitus eſſet, cui intinctam buccellam porrexerat? Sed A ideo Chriſtus in Paulo ipſum fideliter laudat, qui tribuit in ſimplicitate, ad Rom. XII. ubi in *annotationibus* Hieronymus. Omnibus ſimpliciter largiatur, cunctos credens bonos, & indigere qui petunt. „ Hæc ille.

Rom. 12. 8.

* Hieronymus pag. 886. To. 11.

C A P U T LXXXII.

Qualiter Deus dedit & donat extremis peccatoribus mundi dominia.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Falſa Wicleffi doctrina recitatur.*
2. *Exemplo Chaldæorum, Perſarum, & aliorum, facile oſtenditur, Deum regna & imperia flagitioſis etiam hominibus conferre.*
3. *Quod diſtinctio inter* dare & donare, *quam hæreticus afferre ſatagit, nulla eſt.*

1. ITerum ad hujus poſitionis revertamur arbuſtulum, ut ſciamus quam ſit ſeditioſa, & ſubjectum populum contra principes ſuos C provocans ad contemptum. Id quam facile poteſt noſcere qui perpendit eum dicere, quod Rex, aut quilibet Dominus ſæcularis per peccatum mortale ſtatim perdit jus ad principatum, vel regnum; nec eſt Rex, vel Princeps, vel Dominus cujuſcumque; nec quiſquam debet eis honorem, tributum, vel commodum, ne ſuſtentare debeat Chriſti Domini proditorem: ſed charitas & gratia gratum faciens, immo virtus præcellens, erit ratio certa plebi ad præferendum talem Regi ſuo in Dominum, ſive Regem. Unde eſt *Concluſio* ter damnata CLXXVIII. D

Wicleffus

„ Virtus præcellens in Rege præcipua cauſa eſt „ regnandi civiliter: ipſa enim per ſe ſufficit „ ad regnandum Evangelice; & eſt ſufficiens „ ad hoc cum approbatione populi ad regnan„ dum civiliter. „ Hæc Wicleffus. Intelligas eum ſic, quod ſi Rex præſens peccator ſit, vel inferior in virtute, eo inconſulto & invito, poteſt populus alium, quem in virtute reputat præcellentem, conſtituere ſibi Regem, ut regnet civiliter; & ſic intruſus probabit partem ſuam hoc modo: quia *virtus præcellens in Rege eſt præcipua cauſa regnandi civiliter: ipſa enim per ſe ſufficit ad regnandum evangelice; & eſt ſufficiens ad hoc cum approbatione populi*. Sed E hoc ſpurium vitulamen protulit truncus ille præciſus*, quod verum dominium ſæculare non ſtat in aliquo ſine gratia gratum faciente, quia Deus nulli dat bonum ſuum contra ſe ipſum, aut ei qui ingratus eſt; & per hoc ineptus eſſet ſuus præſtarius. Mirari autem impudentiam iſtius hominis poteſt quiſquam, (& authoris ejus in hac ſchola Richardi *) qui videt & intelligit, non dico profundum, ſed planitiem Scripturarum.

* ſeu refutatus jam ſupra cap. praced.

* Armachani

2. Ecce Nabuchodonoſor Rex erat idololatra, cui Deus ſupra fidelem populum ſuum Iſrael, quamvis peccantem, dedit poteſtatem & regnum. Jerem. XXVII. „ Ego feci hominem, & „ terram, & jumenta, quæ ſunt ſuper faciem „ univerſæ terræ, in fortitudine mea magna, „ & in brachio meo extento: & dedi eam ei, „ qui placuit oculis meis: & nunc itaque ego „ dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis ſervi mei. Inſuper „ & beſtias agri dedi ei, ut ſerviant illi. Et „ ſervient ei omnes gentes, & filio ejus, & filio filii ejus, donec veniat tempus terræ ejus, „ & ipſius; & ſervient ei gentes multæ, & re„ ges magni. „ Ecce Deus præfecit iſtum, & filium, & nepotem ejus, ſuper gentes & regna, & ſubjecit ipſi Reges & terras. Ac ne diceres, Deum hoc permiſſive feciſſe, manifeſte ſcribitur: *Ego dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor*, & addit, *ſervi mei*, & *beſtias agri dedi ei*. Sed uberiore jure nullus poteſt aliquid poſſidere, quam ex dato Dei: ergo juſtiſ- B ſime regnabant iſti idololatræ ſuper terram. Item Cyro adhuc tunc idololatræ conformiter dedit Dominus regna terræ, dicens Iſai. XLV. „ Hæc „ dicit Dominus Chriſto meo Cyro, cujus ap„ prehendi dexteram, ut ſubjiciam ante faciem „ ejus gentes, & dorſa regum vertam. — Et „ ſequitur — Et dabo tibi theſauros abſcondi„ tos, & arcana ſecretorum. „ Utrobique, ne diceretur Deum prædixiſſe ſolam uſurpationem tyrannicam iſtorum regum ex permiſſione ſua, addidit Dominus Deus: *Dabo tibi*, *Dedi eis*, in ſignum juſtitiæ regni ſui. Ubi in *Comment.* lib. XII. Hieronymus. Hujus dexteram appre„ hendit & tenuit, ut nullus fortitudini ejus „ valeret reſiſtere. Legamus ex Xenophontis octa„ vo libro Cyri majoris hyſtoriam, & prophe„ tiam Iſaiæ cernemus completam. Quæ enim „ civitas non illi patuit? Quis regum terga il„ li non ſubjecit? Qui muri prius inexpugna„ biles non illius obſidione ſubverſi ſunt? „ Hæc ille. Concludamus ergo, quod non ſolis juſtis dat Deus orbis regna, ita ut mortaliter delinquentes, ſtatim regnandi jus perdant; ſed authore Deo, etiam flagitioſiſſimi peccatores, ſecundum altitudinem divinæ providentiæ, juſte dominantur, & regnant. Juſte, inquam, juſtitia Dei volentis, non hominis demerentis*: alioquin dicet adverſarius quod ſe authore poteſt homo regnare, Deo non dante dominium; & incurret hæreſim Nembrothitarum (*a*) quam exponit Joſephus, & habet Gloſſa 1. Paralip. in principio, ſuper textum, *Iſte cœpit eſſe potens in terra*. Josephus. Fecit homines „ elatos ad injuriam Dei, ut ad ejus contem„ ptum veniret filius Cham filii Noe. Qui cum „ eſſet cæteris audacior, & manu fortiſſimus, „ ſuadebat hominibus, ut non Deo ſuam fe„ licitatem, ſed propriæ virtuti aſcriberent. „ Sicque homines a Dei timore revocabat, ut „ ſpem in propria virtute ponerent. A Deo pu„ tabant interminari diluvium, ideoque turrem „ ædificare ſuadebant, quam aqua ſuperaſcen„ dere non poſſet. Multitudo autem prompta „ erat, ut obediret Nembroth, grave putans „ ſervitium obſequi Deo. „ Hæc ibi. Vere enim intricatus, & languens Deo affectus, cito poſſet per iſtam poſitionem involvi; ut ſi dici poſſet talem peccatorem ſine dono Dei poſſe regna tenere, & adipiſci lata dominia: ergo vel a ſe, vel a ſua virtute cum Nembrothitis; vel a Diis perfidis, cum ſuperſtitioſis Romanis; vel facto ſe poſſe regnare putaret, Deo non curante hæc terrena negotia, ut dicebant

Jerem. 27. 5. 6. &c.

Reges idololatræ juſtiſſime regnabant

Iſai. 45. 1.

Hieronymus To. 4. pag. 532.

Etiam Principes flagitioſi juſte regnant

* Ed. V. peccantis

a 1. Paralip. 1. 10.

Joſephus antiquit. lib. 1. pag. 19.

(*a*) A Nembroth filio Chus, qui primus in alios imperium occupavit, cum antea omnes æquo jure viverent; & primam Monarchiam in Babylone conſtituit. Eutychius Patriarcha Alexandrinus addit, quod Nembroth fuit author Religionis Magorum, & cultorum ignis.

cebant Epicurei: qualiter quidam ſeducti illud
Pſal. 113. 16. canunt & applicant, *Cœlum cœli Domino, terram*
autem dedit filiis hominum. Sed orthodoxus Au-
guſtinus hos omnes præcavens errores, dicit v.
Auguſtinus To. 7. pag. 138. *de Civ. Dei*, cap. XXI. AUGUSTINUS. Non tri-
„ buamus dandi regni vel imperii poteſtatem,
„ niſi Deo vero, qui dat felicitatem regni cœ-
„ lorum ſolis piis; regnum vero terrenum piis
„ & impiis, ſicut ei placet, cui nihil injuſte
„ placet. Quamvis enim aliquid dixerimus,
„ quod apertum nobis eſſe voluit; tamen mul-
„ tum eſt ad nos, & valde ſuperat vires no-
„ ſtras, hominum occulta diſcutere, & liquido
„ examine merita dijudicare regnorum. Ille er-
„ go vere unus Deus, qui nec judicio, nec adju-
„ torio deſerit genus humanum. Quando vo-
„ luit, & quantum voluit Romanis regnum de-
„ dit: qui dedit Aſſyriis, vel etiam Perſis, à
„ quibus ſolos Deos coli, unum bonum, & al-
„ terum malum, continent literæ iſtorum: ut
„ taceam de populo hebræo, de quo jam dixi,
„ quantum ſatis viſum eſt, qui præter unum
„ Deum non coluit, etiam quando regnavit. „
Hæc Auguſtinus. Ecce non diſſimulat Auguſti-
nus dicere ſolum Deum verum dare imperii
poteſtatem cui placet, Romanis & Perſis, Ido-
lolatris & Judæis, unum Deum colentibus, piis
& impiis regnum terrenum. Sed Wicleffus præ-
vidit errorem ſuum nimis eſſe patentem: nam
cum arguit, Deum non dare quidquam pec-
catori, argumento utique quod ipſe reputat eſ-
ſe pium, ſentit ſibi vim facere quod Deus dat
alicui homini corpus, aut animam in ſui exor-
dio, etſi naſcatur in originali mortali pecca-
to; quod ſi non fieret, nec puniri poſſet pro
peccato homo, cujus propriæ non eſſent par-
tes; & Academici fierent homines, qui neſci-
rent corpus proprium, nec animam propriam.

3. Idcirco nitens evadere cum datis ad eſſe
proprium & eſſe commune (quæ nec ipſe ſa-
Wicleffus pit) tandem finaliter dicit, quod *dare* eſt ge-
„ nus quoddam ad omnem traditionem ad bo-
„ num gratiæ. *Donatio* autem dicit gratuitam
„ donationem: & hoc ſecundo modo, qui eſt
„ *donatio*, Deus non dat aliquid, niſi juſtis;
„ dicens, ideo notaſſe Scripturam, quod Deus
Matth. 5. 45. „ *pluit* ſuper juſtos & injuſtos; & ſolem *facit*
„ *oriri* ſuper bonos & malos: non autem dicit,
„ quod aliquid *donat*. „ Hæc Wicleffus cap. 11.
de dominio divino. Quaſi Scriptura mentiretur,
Pſal. 135. 25. cum diceret in Pſal. *Qui dat eſcam omni carni,*
Jac. 1. 5. *confitemini Deo cœli*. Et Jacobi 1. *Qui dat omni-*
bus affluenter. Non dicit, *ſolis juſtis*, Et Scri-
Jerem. 5. 25. ptura Scripturam exponens dicit Jerem. v. Re-
„ ceſſerunt & abierunt retrorſum: & non dixe-
„ runt in corde ſuo: Metuamus Dominum Deum
„ noſtrum, qui dat nobis pluviam tempora-
„ neam & ſerotinam in tempore ſuo: pleni-
„ tudinem annuæ meſſis cuſtodientem nobis. „
Ecce Deus *dedit* pluviam, non *pluit* tantum po-
pulo duri cordis. Et nonniſi puerilis diſcordia
eſt inter Deum *pluere*, & *pluviam dare*. Sed
* Ed. V. certe equidem * peccat noſter grammaticus, dicens
donare, per hoc quaſi ſpecie differre à *dare*,
quod neceſſario donum eſt gratuitum: nec enim
in hoc negotio grammaticæ huic novellæ cre-
demus. Hieronymus v. lib. *interpretationis tri-*
* Hieronymus Donatio, unde dicta *formis*, HIERONYMUS. *Dona* (inquit) honores
„ & munera: & *donatio* ideo nuncupatur, quia
„ jure & uſu tranſit in alterum; nec inde ali-
„ quid in jure donatoris relinquitur; & *donatio*
„ eſt cujuslibet rei tranſactio. „ Hæc Hierony-
mus. Dictam autem dicit *donationem*, quaſi *do-*
ni actionem: & de *dare* dicit, *da*, *dona*, aut
A *concede*. Et VI. *Etymolog.* cap. XIX. ISIDORUS. Iſidorus pag. 81.
„ Dona proprie Dei dicuntur, munera homi-
„ num. „ Hæc ille. Non ergo habetur ab iſtis
ubi donum gratuitum Dei donum ſit; ſed aut
cujuſcumque rei tranſactio eſt, aut ſolius Dei
dicitur. Et ſic Auguſtinus dicit, iſta regna præ-
dicta, fuiſſe Dei dona. Dicto autem loco *de*
Civ. Dei, lib. v. AUGUSTINUS. Qui (inquit) Auguſtinus To. 7. pag. 138.
„ Perſis dedit ſegetes ſine cultu Deæ Segetiæ;
„ qui alia dona terrarum ſine cultu tot Deo-
„ rum, quot iſti colunt rebus ſingulis ſingu-
„ los; vel etiam rebus ſingulis plures præpoſue-
„ runt; ipſe etiam regnum dedit ſine cultu eorum,
B „ per quorum cultum ſe iſti regnaſſe credide-
„ runt. Sic etiam hominibus, qui imperium
„ dedit Mario (*a*), ipſe etiam dedit Cajo Cæ- a
„ ſari; qui Auguſto, ipſe & Neroni; qui Veſ-
„ paſianis, vel Patri vel filio, ſuaviſſimis Im-
„ peratoribus, ipſe & Domitiano crudeliſſimo:
„ & ne per ſingulos ire neceſſe ſit, qui Con-
„ ſtantino chriſtiano, ipſe apoſtatæ Juliano;
„ cujus egregiam indolem decepit amore do-
„ minandi ſacrilega & deteſtanda curioſitas. „
Hæc ille. Ecce Deus dedit Perſis ſegetes ſine
Dea Segetia (*b*), & alia dona terrarum ſine cul- b
tu Deorum. Et notat, Deum eadem dona de-
C diſſe hominibus bonis & peſſimis pari forma.
Item Deus dedit idem donum imperii Mario
Reipublicæ ſtudioſo, & Julio Cæſari tyranno.
Item & Conſtantino Chriſtiano, & apoſtatæ Ju-
liano. Si forſan grammaticæ tuæ Auguſtinus
jam fuiſſet cautus, dixiſſet iſtis bonis gratuitum
regnum *donaſſe*, & *dediſſe* impiis tranſcendenter.
Sed & Apoſtolus Paulus cum diceret 1. ad Cor.
2. 12. *Ut ſciamus quæ a Deo donata ſunt nobis; quæ &* 1. Cor. 2. 12.
loquimur, intellexit multa eſſe donata peccatoribus
& ingratis, qui neſcirent ſibi à Deo illa donari.
Gloſſa Anſelmi ibidem. ANSELMUS. Multa ha- Anſelmus
„ bent dona ſpiritus Dei, & neſciendo a quo Laudunenſis
D „ habeant, impia vanitate jactantur. NEMO
„ DONIS DEI BEATUS, qui danti eſt ingratus. „
Hæc ille. Nec ergo veri * grammatici, nec * al. meri
veri theologi fuit donum Dei ad datum ſtrin-
xiſſe gratuitum, quod exigit eo ipſo in Dona-
tario gratiam facientem gratum. Ideo idem Au-
guſtinus *ſuper Pſal.* LXVI. AUGUSTINUS. Alia ſunt Auguſtinus
„ (inquit) dona, quæ dat Deus & inimicis To. 4. pag. 656. num. 3.
„ ſuis, alia quæ non ſervat niſi amicis ſuis. Quæ
„ ſunt dona, quæ dat inimicis ſuis? ea quæ
„ nunc numeravi. Non enim ſoli boni plenas
„ habent domos rebus neceſſariis; aut ſoli bo-
„ ni ſalvi facti ſunt, vel ab ægritudine con-
E „ valeſcunt: aut ſoli boni filios habent, ſoli
„ boni pecuniam, ſoli boni cætera bona apta
„ huic vitæ temporali, atque tranſeunti. Ha-
„ bent hæc & mali, & aliquando deſunt bo-
„ nis; ſed deſunt & malis, & plerumque illis
„ magis quam iſtis; aliquando illis potius quam
„ iſtis abundant. Permixta temporalia iſta Deus
„ eſſe voluit, quia ſi ſolis bonis ea daret, pu-
„ tarent & mali propter hæc colendum Deum.
„ Rurſus ſi ea ſolis malis daret, timerent boni
„ infir-

(*a*) Binos conjungit, alterum bonum, alterum malum: crudelis Marius, clementiſſimus Cajus Cæſar: optimus princeps Auguſtus, peſſimus Nero.

(*b*) A ſegetibus Deam Segetiam nominabant veteres, quod terræ fructibus eam præeſſe putarent. De qua lib. 4. *De Civ. Dei* cap. 8. Auguſtinus, Sata (inquit) frumenta, quamdiu ſub terra eſſent, præpoſitam voluerunt habere Deam *Sejam*. Quum vero jam eſſent ſuper terram, & ſegetem facerent, Deam *Segetiam*. Frumentis vero collectis atque conditis, ut tuto ſervarentur, Deam *Tutilinam* præpoſuerunt.

„ infirmi converti, ne iſta illis forte deeſſent. „ Hæc Auguſtinus. Hic plane dicit Auguſtinus, Deum dare hæc dona rerum temporalium inimicis ſuis, convaleſcentiæ, filiorum, & hujuſmodi, æque ut amicis; plerumque etiam abundantius. Ibique confractum eſt argumentum Wicleffi potiſſimum, quod Deus nullum bonum dat inimicis ſuis, appretians illa vilia temporalia tranſitoria pariter cum eis optimis, quæ ſolis reſervat amicis. Non ita (inquit Auguſtinus) ſed *permixta ſunt iſta & bonis & malis, ut Deus voluit:* & facit argumentum, ad quod per te opto reſponſum: „ Si ſolis bonis iſta „ daret, putabunt mali propter hæc colendum „ Deum: non propter hæc autem eſt Deus co„ lendus; ergo non ſolis bonis iſta dat Deus. „ Item idem Auguſtinus id recitat poſtea quod prædixit. AUGUSTINUS. Propterea, dilectiſſimi, „ ut dicere cœperam, ſi ſolis bonis darentur „ iſta, omnes propter hæc accipienda vellent „ converti ad Deum. Rurſus, ſi malis ſolis „ darentur, timerent infirmi, ne cum conver„ terentur, amitterent quod ſoli mali haberent. „ Permixtim data ſunt & bonis & malis. „ Hæc Auguſtinus. Si *permixtim* data ſunt, non ergo differenter iſtis *data* ſunt, illis *donata*. Item ſi ſolis bonis præ * copia gratiæ & charitatis dat Deus bona temporalia; ergo viris abundantioris charitatis & gratiæ abundantius daret temporalia: cujus oppoſitum experimur, & Scripturæ proclamant. *Ideo ſuper Pſal.* LXXXV. idem AUGUSTINUS. Quid ſi quod vis habere, „ non vult ipſe ut habeas, ut ſe tibi det? Im„ pedimenta removet, ut intret ad te. Bona „ cogitate, & conſiderate fratres, quæ dat Deus „ peccatoribus; & hinc intelligite quid ſervet „ ſervis ſuis. Peccatoribus blaſphemantibus quo„ tidie dat cœlum & terram, dat fontes, fru„ ctus, ſalutem, filios, copiam, ubertatem: om„ nia bona hæc non dat Deus, niſi qui talia „ peccatoribus dat. Quid eum putas ſervare fide„ libus ſuis? Hoc ne de eo ſentiendum eſt, quia „ qui talia malis dat, nihil ſervat bonis? immo „ ſervat non terram, ſed cœlum. Vilius forte „ aliquid dico, dum dico cœlum; ſed ſeipſum, „ qui fecit cœlum & terram. „ Hæc Auguſtinus. Dat ergo Deus hic temporalia malis, ſicut bonis; nec reſervat iſta ſolis bonis, ut tu arguis; immo ſic nihil reſervat bonis citra cœlum, aut ſe ipſum, ut plerumque cætera removeat, ut ipſe donetur.

Auguſtinus ibidem

* *al.* pro

Auguſtinus *To.4.pag.613.*

Deus non dat juſtis bona terræ ut eis conferat bona cœleſtia

CAPUT LXXXIII.

Quod titulus juſti Sæcularis Dominii non regulariter reſpicit voluntatem Dei beneplacitam, ſed Dei providentiam.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Argumentum Wicleffi, quo inferre nititur, principem exiſtentem in peccato mortali ſpoliari jure dominii, quam futile ſit, ex verbo Dei oſtenditur.*
2. *Propter peccatum mortale nec Sacerdos, nec Princeps amittit vel ordinem, vel dignitatem.*
3. *Secundum voluntatem beneplaciti Deus vult bonis bona, malis vero mala: ſecundum vero ejus providentiam, non ſolum permittit, ſed interdum vult malis bona.*
4. *Hominibus malis non ſolum humana, ſed etiam divina a Deo donantur, & quare.*
5. *Vetus error eſt, quod Deus in hoc mundo det bonis tantum bona, malis tantum mala: ſæpe enim ſecus agit.*

1. DE juſtitia tituli, quam a diebus patrum noſtrorum certam credidimus, Wicleffus ſuos redigit ad incertum per hoc medium: quod A cum Dominus temporalis peccat mortaliter, eo quod contravenit primæ juſtitiæ, eo ipſo Deus ſpoliat eum omni jure ad dominium ejus; nec habet de cætero, niſi ad abuſum. Unde *de dominio civili* cap. VI. „ Deus limitans omni ſa„ mulo ſuo continuum ſervitium, conſtituit „ utrobique uſus limites, abuſum penitus in„ terdicens: ideo non dubium, quin eo ipſo „ quo abutitur poteſtate, injuſte occupat bona „ Dei, ſine licentia ad hoc data; & per con„ ſequens Omnipotens eo ipſo ſpoliat ipſum „ jure ſuo: quia aliter indubie oporteret, quod „ Deus authorizet abuſum, quem injuſtus con- B „ tinuat, quidquid facit. „ Hæc Wicleffus. Si bene argumenteris, & hoc probari poterit, quod Cæſar Tiberius fuit injuſtus injuſtitia fidei & morum; & tamen uſum poteſtatis ejus Dominus confirmavit, hortans etiam homines reddere Cæſari, quæ Cæſaris erant. Quoniam ergo Deus hoc dicens, non ſpoliavit eum jure ſuo, ſed magis inſtituit, Deus tunc authorizavit abuſum. Item Pilatus abutebatur poteſtate judicis, ſubvertens rectum judicium in favorem Judæorum: & tamen Chriſtus non eo ipſo ſpoliavit eum poteſtate judicis; ſed declaravit poteſtatem ipſi a Deo conceſſam, dicens: *Non haberes* C *poteſtatem in me ullam, niſi tibi datum eſſet deſuper*. Ergo per te oportet dicere, quod Deus authorizavit abuſum. Item & Apoſtoli tunc authorizaſſent abuſum, cum hortabantur reddere illis principibus infidelibus obedientiam, honorem, aut tributum: *Servi ſubditi eſtote in omni timore Dominis, non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis*. 1. Pet. II. Et, *Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui honorem honorem*. Ad Rom. XIII. Et Auguſtinus de *quæſtionibus* novi & veteris teſtamenti quæſt. XXXV. AUGUSTINUS. Dei imaginem habet Rex, ſicut Epiſcopus Chriſti. D „ Quamdiu ergo in ea traditione eſt, honoran„ dus eſt; ſi non propter ſe, vel propter ordi„ nem. Unde Apoſtolus: *Omnibus* (inquit) *po„ teſtatibus ſublimioribus ſubditi eſtote. Non eſt „ poteſtas, niſi a Deo: quæ autem ſunt a Deo, „ ordinata ſunt*. Hinc eſt unde gentilem, in „ poteſtate tamen poſitum, honorificamus, li„ cet ipſe indignus ſit, qui Dei ordinem tenens „ gratias agit diabolo. Poteſtas enim exigit, „ quia meretur honorem. Nam ideo Pharaoni „ futuræ famis ſomnium revelatum eſt. Et Na„ buchodonoſor aliis ſecum aſtantibus ſolus fi„ lium Dei vidit in camino ignis: non utique E „ merito ſuo, qui in idolo ſe adorari voluit, „ ſed merito ordinis regalis. „ Hæc Auguſtinus. Multo ſincerior Doctor Auguſtinus quam Wicleffus. In una perſona Regis perſonam diſtinguit ab ordine, & meritum a merito. Si fuerit peccator in perſona, meretur privari Dei bonis; ſed quia eſt Rex ex officio, meretur habere Dei bona, etiam valida, ut honores excelſos ab homine; & a Deo viſiones, & ſomnia.

Wicleffus

Matth. 22. 21.

Joan. 19. 11.

1. *Pet.* 2. 18.

Rom. 13. 7.

* Auguſtinus *To.* 3. *in App. pag.* 1037.

Rom. 13. 1.

Gen. 4. 26.

Dan. 3. 92.

In Rege ſecernenda dignitas a perſona

2. Non ergo propter malum meritum perſonæ privatur eo ipſo & ſpoliatur omni jure ordinis, quem econtra Deus inſtaurat. Hoc autem inexpugnabiliter probat textus Apocalip. XX. ubi Dominus ad Angelum, ideſt, Epiſcopum Epheſinæ Eccleſiæ, quæ ibi *Candelabrum* allegorice

Apoc. 2. 1.

rice nominatur; „ Habeo (inquit) aliquid adverſum te, quod charitatem tuam primam reliquiſti. Memor eſto itaque unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac: ſin autem, veniam tibi cito, & movebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris. „ Ubi in explanatione *ad Anatholium*, HIERONYMUS. Niſi fiat (inquit) minatus eſt movere candelabrum de loco ſuo, ideſt, ſpargere plebem. „ Hæc ille. Tanta vindicta non fuit infligenda pro modico veniali; creditur ergo, Epiſcopum iſtum perpetraſſe mortale: non tamen eo ipſo ſpoliavit eum Deus jure præpoſituræ; ſed minatur venire in poſterum ad amovendum & tollendum illi Eccleſiam, in qua adhuc habebat proprietatem, dicente Deo, candelabrum *tuum:* quod autem ſuum erat apud Deum, proprietatis jure non caruit. Non ergo eo ipſo, quo quis cecidit in abuſum per peccatum, ſpoliat eum Deus jure ſuo; ſcilicet, nec ſacerdotem ſuo ſacerdotio, nec regem aut principem temporalem ſuo dominio. Hoc videtur ſentire magnus Iſidorus in Epiſtola ſua *ad Beatum Maſſionum* * Epiſcopum de eadem Scriptura Apocalypſis Joannis. ISIDORUS. Joannes (inquit) Evangeliſta Angelo Epheſi Eccleſiæ inter cætera ſimile quiddam ſcripſit: *Memor eſto, unde cecideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac:* alioquin veniam tibi, & movebo candelabrum tuum de loco ejus. In Angelo Eccleſiæ præpoſitum utique Sacerdotem oſtendit, juxta Malachiam, qui dicit: *labia Sacerdotis cuſtodiunt ſapientiam, & legem exquirunt de ore ejus, quia angelus Domini eſt.* Præpoſitus ergo lapſus in vitium per Evangeliſtam monetur, ut memor ſit unde ceciderit, & pœnitentiam agat, & priora faciat opera, ut non moveatur candelabrum ejus. Nam candelabrum Angeli, Sacerdotalis doctrina, vel honor poteſtatis, quem geſtat, intelligitur. -- Et infra -- Candelabrum, ſive lucerna Sacerdotis, (quæ intelliguntur chariſmata honoris) tunc penitus juxta Joannem extinguitur, ideſt, movetur, quando poſt delicti caſum neglecta pœnitentia, admiſſa ſcelera non deflentur. Non enim dixit Evangeliſta: *Eo quod cecidiſti, movebo candelabrum tuum*; ſed: *ſi non pœnitentiam egeris, movebo candelabrum tuum.* Ergo quemque præpoſitum peccantem, ſi prævenerit pœnitentia delicti, utique ſequitur & præparatio meriti. „ Hæc ille. Ecce non quia cecidit, fuit amovendum candelabrum, ideſt, honor poteſtatis Eccleſiæ: ſed ſi pœnitentiam non egerit, & ſignum nobis obdurationis dederit in peccato; tunc juſtum eſt, ut a poteſtate nudetur, divino ſimul, & humano decreto. Non ergo ſtatim ut cecidit amotus fuit, ſi jam reſtavit amovendus. Valde amicum eſt hæreticis tale generale principium amphibologicum, ambidextrum: qui contravenit primæ juſtitiæ perdit omne jus, & omnem ſequentem juſtitiam: qui eſt extra charitatem perdit omne terrenum, quod a ſola divina voluntate ipſi incumbit, & hujuſmodi.

* Hieronymus

* Nunc inſcribitur ad Maſſanum

Iſidorus pag. 352.

Malach. 2. 7.

pag. 353.

3. In Deo enim eſt prima rectitudo voluntatis, ſecundum quam bene vult bonis, & malis male. Eſt etiam in Deo providentia, ſecundum quam, propter occultas, notas tamen ſibi cauſas, bene vult malis, & male pœnaliter vere bonis. Quod ſi objicias, me ponere in Deo plures voluntates; nondum dixi, ſed unius voluntatis diverſos effectus, ſicut unus radius reſolvit nivem, & indurat argillam. Verumtamen Propheta non eſt veritus dicere: *Mirabilia opera Domini, exquiſita in omnes voluntates ejus.* Quem locum tractans in *Enchiridio*, cap. c. AUGUSTINUS. Hæc ſunt (inquit) magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates ejus; & tam ſapienter exquiſita, ut cum angelica & humana creatura peccaſſet, ideſt, non quod ille, ſed quod voluit ipſa feciſſet, etiam per eamdem creaturæ voluntatem, qua factum eſt quod Creator noluit, impleret ipſe quod voluit; bene utens & malis tamquam ſumme bonus, ad eorum damnationem, quos juſte prædeſtinavit ad pœnam; & ad eorum ſalutem, quos benigne prædeſtinavit ad gratiam. Quantum enim ad ipſos attinet, quod Deus noluit fecerunt: quantum vero ad omnipotentiam Dei, nullo modo id efficere valuerunt. Hoc quippe ipſo, quod contra voluntatem fecerunt ejus, de ipſis facta eſt voluntas ejus. Propterea namque *magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates ejus*, ut miro & ineffabili modo non fiat præter ejus voluntatem, quod etiam contra ejus fit voluntatem. Quia non fieret ſi non ſineret: nec utique nolens ſinit, ſed volens: nec ſineret bonus fieri male, niſi omnipotens etiam de malo facere poſſet bene. „ Hæc Auguſtinus. Ex hoc proceſſu potes elicere voluntatem divinam, qua omnia vult ordinate tractari, & per hoc nihil a quocumque injuſte fieri; ſic nec ab injuſto. Eadem tamen providente voluntate ab injuſtis etiam injuſte plurima committuntur in ejuſdem voluntatis obſequium. QUI ERGO VOLUNTATI DEI obviant vivendo, ſæpe conveniunt in regendo: & per hoc, quod primæ voluntati Dei male vivendo diſplicent, etiam eidem voluntati ſic providenti, & ſic jubenti conſentiunt; unde regendi titulum non amittunt. Providente ergo, nec ſolum Deo ſinente, quandoque mali ſublimantur honoribus, & temporalibus fulciuntur; interdum in eorum bonum, ut eorum converſationis exemplo, Dei benignitas latius prædicetur: quemadmodum Cyro conceſſit regnum, ut de idololatra fieret cultor Dei verus, qualiter factum eſt, ſecundum Hieronymum in *Commentario* Iſajæ, lib. XII. HIERONYMUS. Ad ipſum (inquit) Cyrum Deus apoſtropham facit: Dedi tibi theſauros, & abſconditas opes cunctarum urbium, ut qui prius colebas idola, beneficiis unum ſentires Deum, præſertim cum ſcias, multo ante quam naſcereris, tuum nomen eſſe prædictum. Quod quidem & Joſephus in XII. Judaicæ antiquitatis volumine refert, legiſſe Cyrum ab Iſaja diſerto * vaticinatum nomine: & idcirco Judæos, quaſi Dei familiares plurimum dilexiſſe. -- Sequitur. -- Tu autem non cognoviſti me, ideſt, ſimulachra coluiſti, non Deum. Accinxi te fortitudine; multarum gentium feci eſſe victorem, & non cognoviſti auxiliatorem tuum. „ Hæc ille. Quis jam poteſt dicere, quod Deus ſpoliavit iſtum Cyrum omni jure regnandi, quem textus (dicit Hieronymus) exponit a dato Dei ſublimatum & ditatum, & accinctum fortitudine, & divino fultum auxilio ad regnandum & poſſidendum tot gentes & divitias, etiam dum non cognoſceret auxiliatorem ſuum; ſed eum e contra offenderet cultibus idolorum?

Pſal. 110. 2.

Auguſtinus To. 6. pag. 234.

1. Sent. Diſt. 47. cap. 1.

Quare a Deo mali ſublimantur ad regimen

Iſai. 45. 13. Hieronymus To. 4. pag. 532.

* Veron. de ſe certo

4. Quandoque etiam malis concedit Deus & donat dominia propter bonum humanæ Reipublicæ, qualiter providentia Dei inſigniter Cæſari conceſſit Auguſto ad Nativitatis ſuæ dedicanda primordia, ut luculenter declarat Oro-

ſius

Oroſius lib. 6. hiſt. in Biblioth. Patr. To. 15. pag. 207.

ſius *de Ormeſta mundi*, lib. VI. in fine, OROSIUS. Tunc igitur natus eſt Chriſtus, Romano „ cenſui ſtatim aſcriptus ut natus eſt. Hæc eſt „ prima illa clariſſimaque profeſſio, quæ Cæſarem omnium principem, Romanoſque rerum „ Dominos ſingillatim cunctorum hominum edita „ adſcriptione ſignavit: in qua ſe & ipſe, qui „ cunctos homines fecit, inveniri hominem, adſcribique inter homines voluit; quod penitus „ nunquam ab orbe condito, atque ab exordio „ generis humani in hoc mundo, ne Babylonio quidem, vel Macedonico, ut non dicam „ minori cuiquam regno, conceſſum fuit. Nec „ dubium, quin omnium cognitioni, fidei, inſpectionique pateat, quod Dominus noſter Jeſus „ Chriſtus hanc Urbem nutu ſuo auctam defenſamque in hunc rerum apicem provexit, cujus potiſſime voluit eſſe, cum venit, dicendus civis, atque Romani cenſus profeſſione „ Romanus. Quamobrem quia ad id temporis perventum eſt, quo & Dominus Chriſtus „ hunc primum mundum adventu ſuo illuſtravit, regnumque Cæſari tranquilliſſimum dedit „ &c. „ Hæc Oroſius.

Ex Chriſti natalitio auctum Romanum dominium

Ecce quam pulchre probat Oroſius ex Chriſti natalitio auctum eſſe Romanum dominium: nec hoc tantum permittente Chriſto, cum dicat regnum ſe tranquilliſſimum dediſſe Cæſari, & inſcripſiſſe ſe civem Romanum, ſtatim ut natus eſt: qua etiam profeſſione ſignatus eſt Cæſar omnium princeps; & Romanos eſſe dominos omnium hominum. Non ergo uſurarios, latrones, & raptores, ut dicis tu: nec Chriſtus eo ipſo eos ſpoliavit dominandi jure, quos dominio ſuo in facto ad dominandum ipſe provexit. Et v. *de Civ. Dei*, cap. XXIV. AUGUSTINUS.

Auguſtinus To. 7. cap. 19. pag. 136.

Etiam talibus (malis) „ dominandi poteſtas non datur, niſi ſummi „ Dei providentia, quando res humanas ju- „ dicat talibus Dominis dignas. Aperta de hac „ re vox divina eſt, loquente Dei ſapientia: „ *Per me reges regnant, & tyranni per me tenent terram*. Sed ne tyranni non peſſimi at- „ que improbi reges, ſed veteri nomine *fortes* „ dicti exiſtimentur; unde ait Virgilius,

Prov. 8. 15.

Virgilius Æneid. 7.

Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni:

Job 34. 30.

„ apertiſſime alio loco de Deo dictum eſt: *Qui* „ *regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi*. Quamobrem, quamvis ut potui, „ ſatis expoſuerim, qua cauſa Deus unus verus „ & juſtus, Romanos ſecundum quamdam formam terrenæ Civitatis bonos adjuverit ad „ tanti imperii gloriam conſequendam; poteſt „ tamen alia cauſa eſſe latentior, propter di- „ verſa merita generis humani, Deo magis nota, quam nobis. „ Hæc ille. Si ergo divina providentia, dominandi poteſtas datur malis, & auget Deus eis dominium & provehit; quid datur eis? An dominium, an proprietas? Et tunc erunt veri & juſti Domini titulo divinæ juſtitiæ. An dat* eis ſolum uſum? Sed uſus ille, ſecundum ſuum poſitivum, eſt bonum aliquod temporale: ergo Deus dans nudum uſum, dat bonum temporale peccanti. Si vero uſus ille penitus nullum bonum ſit, ſed omnino bonorum abuſus, & vitium; Deus ergo concedit eis abuſum, & provehit & auget eorum abuſum; quod impium eſt dicere. Certe ergo nimis ſpatioſa tradit iſte principia, comparans ſemper humanæ juſtitiæ titulum ad divinum arbitrium. Non habet tyrannus, aut intruſus abſolutam regni juſtitiam, quamvis a juſto Deo acceperit poteſtatem regnandi, propter cauſam latentem, tantummodo Deo notam. Unde ſuper illud ad Rom. XIII. *Quæ ſunt, a Deo ordinata ſunt*, HIERONYMUS. Si de ſæ- „ culi poteſtatibus dicere videatur, non ideo „ erunt juſtæ, etiamſi exordium a Deo acceperunt. Secundum deſiderium uniuſcujuſque dan- „ tur. Nam dicit Salomon: *Quoniam data eſt* „ *vobis poteſtas a Deo; ſed cum eſſetis miniſtri illius regni, non recte judicaſtis*. „ Hæc ille in *annotationibus*.

** Subaudi Providentia*

Rom. 13. 1.
** Hieronymus To. 11.*
Sap. 6. 4. 5

Immo & humanæ juſtitiæ titulus, quem tu floccipendis tantopere, habet ex Dei nutu in iſtiuſmodi magnum locum. Unde in Epiſtola *ad Vincentium*, AUGUSTINUS. Quam- „ vis res quæcumque terrena a quocumque non re- „ cte poſſit poſſideri, niſi jure divino, quo cuncta „ juſtorum ſunt; vel jure humano, quod in „ poteſtate Regum terræ eſt: ideoque res *ve-* „ *ſtras* falſo appellatis, quas nec juſti poſſide- „ tis; & ſecundum leges terrenorum regum „ amittere juſſi eſtis. „ Hæc Auguſtinus.

Auguſtinus To. 2. Epiſt. 93. pag. 251. num. 50.

Ad hanc ergo ſummam omnis noſtra contentio de rebus terrenis habet devolvi, ut ſi quis dominium occupat; aut illud habet jure divino tantum, quia juſtus eſt, & ſic neceſſario eſt in gratia: aut jure humano civili; & ſic non exigit verum dominium gratiam gratum facientem. Alioqui tamen titulus peccatoris, eſt titulus ex divina providentia, quamvis injuſtus, in tyranni perſona, prout probat Bernardus *de poteſtate diaboli* contra hæreſes ejus; & Auguſtinus *de natura boni* cap. XXXII. quia nocentium poteſtas non eſt niſi a Deo: & Origenes ſuper Epiſt. ad Rom. lib. IV. textu, *Omnis anima poteſtatibus ſubjaceat*. Et Ambroſius *de incarnatione verbi*, cito poſt principium, AMBROSIUS. Converſio „ noſtra a Deo eſt; & dominantur nobis in ſæ- „ culo peccatores: peccator enim dominatur „ in ſæculo, juſtus in Dei regno. „ Hæc ille.

Ambroſius To. 1. pag. 425 Edit. Pariſ. 1569.

Bona diſcretio cœli a terra; ut in eo culmine dignitatis cœlum ſit, ut nonniſi a juſtis poſſit haberi: terra longe vilioris pretii, etiam quandoque donetur injuſtis. Plane ergo injuſtus æſtimator divinarum rerum iſte, qui gradus illarum & pretia non diſtinguit; & ita ſenſus humanos ludificat, ut nullus homo vivens, abſque revelatione divina, hoc ipſum poſſit ſcire quid habeat: ſicut nec ſcit, *utrum amore, an odio dignus ſit*.

Eccl. 9. 1.

5. Vetus erat hic error; ſed per novum hæreticum caput extulit redivivum, occaſionem erroris ſui ſumens ex illo Ecclef. II. „ Homini „ bono in conſpectu ſuo dedit Deus ſapientiam „ & ſcientiam & intelligentiam: peccatori au- „ tem dedit afflictionem & curam ſuperfluam, „ ut addat & congreget, & tradat ei, qui pla- „ cuerit Deo. „ Brevi deinceps utens ſylogiſmo, *Ergo bona bonis, & malis mala tantum dat Deus*. Unde in expoſitione ſuper Eccleſiaſten, tractans hunc locum, HUGO. Conſide- „ rate, quanta eſt perverſitas iſta. Mentita eſt „ iniquitas ſibi. Et de ſe mentita eſt iniquitas, „ & de Deo mentita eſt; & tamen nonniſi ſibi „ mentita eſt. Dixit iniquitas: bona bonis, & „ mala malis. Et ubi eſt, *miſericordia & veritas obviaverunt ſibi?* Ubi eſt, *Univerſæ viæ* „ *Domini miſericordia & veritas?* Ubi eſt, *Homines & jumenta ſalvabis Domine?* Ubi eſt „ denique quod veritas ipſa & miſericordia di- „ cit, *Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter* „ *cœleſtis miſericors eſt: qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper juſtos* „ *& injuſtos?* Si bonis tantum bona data ſunt, „ quid

Eccl. 2. 26.
Hugo To. 2. hom. 12. pag. 61.
Pſal. 26. 12.
Pſal. 84. 11.
Pſal. 24. 10.
Pſal. 35. 7.
Matth. 5. 45.

,, quid eſt quod dicit Scriptura de bonis: *vaſa*
Eccl. 27. 6. ,, *figuli probat fornax, & homines juſtos caminus*
2. Tim. 3. 12. ,, *tribulationis:* Et *omnes qui pie volunt vivere*
Hebr. 11. 37. ,, *in Chriſto, neceſſe eſt ut perſecutionem patian-*
,, *tur: Circuierunt in melotis, in pellibus capri-*
,, *nis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus*
,, *non erat mundus, in fame & ſiti, in frigore* A
,, *& nuditate?* Itaque mentita eſt iniquitas de
,, Deo, cum dixit, quod tantum bonis bona,
,, & malis tantum mala dat Deus. Nam & bo-
,, nis bona dat, & malis mala: dat & bonis
,, mala, & malis bona. Bonis enim & bona dat
,, ut foveantur; & mala dat ut exerceantur: &
,, malis mala dat ut caſtigentur; & bona dat,
,, ut ad pietatem provocentur. Itaque mentita
,, eſt iniquitas de Deo, cum dixit: bona bonis,
,, & malis mala dat Deus. Verum autem di-
,, xiſſet, ſi de veris bonis, & de veris malis
,, dixiſſet, quod non dat niſi bonis vera bona,
,, & vera mala nonniſi malis. ,, Hæc Hugo.

Jam levet caput Wicleffus, attollat oculos ſemiluſcos, ſi velit magiſtrum agnoſcere hujus ſui erroris, qui iniquitas eſt: nec tantum, ſed mendax iniquitas. Sic utinam quoties veterem libet reparare perfidiam, confiteri nominaliter cogèretur authorem.

ADMONITIO
IN SUBSEQUENTEM
LIBRUM TERTIUM.

Corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia, jam ſuperiori libro Waldenſis *deſcripſit in ſuo viſibili* Capite, *nempe in Summo Pontifice; & in nobilioribus membris, ſcilicet in Epiſcopis, cæteriſque Clericis, qui ſunt Chriſtianæ plebis Paſtores, atque Doctores. Nunc jam de illis agit Eccleſiæ membris, quæ ſi dignitate non præeminent, certe ſanctitate antecellunt: de* Religioſis, *videlicet, qui Evangelica Chriſti ſequentes conſilia, vitæ genus arctioris ac ſublimioris inſtituunt, quam aut lex divina vel humana præſcribat, aut etiam multorum mortalium patiatur infirmitas. Nec ſtatim quis opinetur, quod monachus Scriptor Monaſtices cauſam hoc loco affectaverit: nullus quippe vel parum in Eccleſiaſticis rebus edoctus ignorat, hanc plus univerſæ Eccleſiæ cauſam eſſe, quam Monachorum. Siquidem Hæretici dum hoc impenſe curant, ut convitiis ac portentoſis mendaciis Monachos in Vulgi odium trahant, non eo certe ſpectant, ut Ordines ſolum hominum religioſorum disjiciant, Monaſticenque de medio tollant; ſed ut Eccleſiam totam hac ratione perturbent, lædant, eamque (ſi fieri poſſit) a fundamentis evertant. Norunt quippe callidiſſimi raptores & hoſtes, quod arduum ipſis eſſet negotium vineam Domini diripere, niſi prius Operarios Religioſos occiderent; nimiſque temerarium de victoria præſumere, niſi prius perfectioris ac robuſtioris Chriſtianæ militiæ Duces, & commilitones, ſaltem dolo fugarent.*

Quamobrem vix hæreticorum unum ab initio reperire eſt, qui primo in monachos arma ſua non converteret. Circumcelliones, ut refert Auguſtinus in Pſal. 132. ne vel Monachi *nomen patienter audiebant. Ariani tanto furore in eos debachabantur, ut ipſas etiam diſertiſſimas ſolitudines, locaque maxima impervia & recondita penetrarent, ut monachos quærerent, raperent, occiderentque; ſicut nos docet de quodam Lucio (de quo To. 2. recurret ſermo) lib. 2. hiſt. cap. 3. Ruffinus. De Valente Imperatore pariter Ariano narrat Hieronymus in Chronico, uſque adeo illum odiſſe monachos, ut lege lata monachos omnes aut arma ſumere, militeſque fieri, aut fuſtibus cædi mactarique præceperit. Quod certe omnium ſequentium temporum experimento poſſem oſtendere; præſertim ſi Conſtantini Copronymi, & veterum Iconomachorum in ſanctos Monachos aut improbe dicta, aut crudeliter facta commemorarem. Sed ne longius, quam par eſt, abeat oratio, jam expedit ut in noſtro Wicleffo ſtylum contineam. Is, qui omnium veterum hæreticorum deliria revocavit in orbem, eorum pariter adverſus Monaſticen odium excitavit, palam docens, fuiſſe monachos a Diabolo in Eccleſiam introductos; graviter peccaſſe Religionum Inſtitutores; immo gehennæ cruciatibus in æternum addictos Auguſtinum, Benedictum, Bernardum, niſi pœnituerint quod Monachi fuerunt, aut Monachorum Patres, ſicuti habetur in poſtremis articulis, quos Generale Concilium apud Conſtantiam reprobavit. Hinc ſparſim per mortiferos libros ſuos in id ſumme adlaborat, ut tria apud vulgares perſuadeat, non fuiſſe ſcilicet Religioſos legitime in Eccleſiam introductos; nulla ſuper cæteros ſæculares perfectione eminere; ac demum damnabiles fore eorum ritus, atque obſervantias.*

Contra hæc tria tam improba aſſerta tribus articulis pugnat in hoc libro Waldenſis, *agens in primo de fundatione* Religioſorum *in pervetuſtis temporibus Legis naturalis & ſcriptæ, ac demum in temporibus Apoſtolorum: hinc de eorum antiqua propagatione per Aſiam, Africam, & Europam. In ſecundo articulo probat religioſæ perfectionis eminentiam; vota quoque monaſtica diſerte vindicat; præſertim exemplo Davidis, Beatæ Virginis, & Apoſtolorum; ac tandem ſingillatim de paupertate, obedientia, & caſtitate, mira eruditione pertractat. Succedit articulus tertius, quo per duo capitula peculiares Religioſorum veſtes, & ritus, valde laudabiles eſſe demonſtrat. In reliquis quatuor capitulis reſpondet per modum ſupplementi ad nonnullas oppoſitiones Wicleffi, quoad ea quæ in ſuperioribus articulis jam diſſeruit.*

Jam vero notandum, quod omnia, quæ in libro iſto habentur, ad certam horæ menſuram recitabat Waldenſis *Oxonii coram magna Religioſorum, nec non Clericorum, & aliorum Doctorum concione. Id nos edocent quæ præmittit initio libri in ſolemni ac humili proteſtatione ſua, dicens:* Non intendens hic aliquid ponere, quod etiam erroribus det viam, aut Auditorii hujus poſſet offendere pietatem: quod ſi ſecus fecero, Apoſtolicæ Sedis correctioni humiliter me ſubmitto, & vices ejus gerenti Domino Cancellario. *Idem colligitur ex cap. 8. num. 1. ubi in fine de Wicleviſtis hæc ait:* Conabor, quantum hora patietur, mentitos eſſe probare. *Hinc eſt, quod major in hoc libro orationis venuſtas, majus ſententiarum pondus conſpicitur. Hinc quoque eſt, quod plura interſerit ad improbandos & corrigendos cum Religioſorum tum Clericorum corruptos ea ætate mores.*

Plura

Plura hic addere jam non expedit, niſi Religionum Aſcetas, eorumque Oſores (ſi qui infra Catholicam cernuntur Eccleſiam) brevi ſententia admonere. Si quæ nos Clauſtrorum incolæ dura & iniqua ab externis patimur, jam diſcamus in hoc libro quanta nos pati deceat poſt noſtrorum afflictionem Majorum. Non diſpliceat contemptus, qui a nobis arcet ſuperbiam: non odium malorum, quod noſtra bona commendat: non perſecutio filiorum hominum, quæ nos probat filios Dei: idque unice curemus, ne ob converſationem nimis a primæva degenerem ab illis inſultemur, atque vexemur. Sed maxime caveant quotquot adverſus clauſtrales viros prave affecti ſunt, ne dum religioſos cœtus longe cupiunt exulare, ſimul quoque abeat religio Chriſti: quia fugatis Operariis tota fit ſterilis vinea; & contemptus ac odium contra religioſos viros, ut teſtatur in de Schiſmate Anglicano *Nicolaus Sanderus*, initium fuit deperditæ in Anglia Religionis.

LIBER TERTIUS

QUI EST

De Religioſis perfectis (a) in lege Chriſti.

PROLOGUS.

SYNOPSIS PROLOGI

Lamentationem recitat perfectæ Chriſti Religionis ob diras perſecutiones, quibus jam diu ab impiis ea miſere quatitur: & ſimul conſolatur eam exemplo Sanctæ Matris Eccleſiæ, quæ ſæpe ab ipſo ſui exordio vexata, de victis ſemper hoſtibus lætata eſt.

Pſal. 128. 1. 2. 1. SÆPE *expugnaverunt me a juventute mea, dicat nunc Iſrael: ſæpe expugnaverunt me a juventute mea: etenim non potuerunt mihi*. Lachrymoſa proles matris Eccleſiæ, quia ad Deum non ſine difficultate pergit per gratiam, a quo ſemel ſua ſponte retroceſſit per culpam; quanto magis anhelat ad ardua, tanto ſibi prodigalius ſuccedunt adverſa: & undique cum petat iter ad patriam, æmuli charitatis, religionis tyranni, incentores proterviæ, carnifices innocentiæ, ſuaſores culpæ, gratiæ repreſſores, ſanctitatis tortores, lanianiſtæ profeſſorum, fautores apoſtatarum, & omnis clauſtralis pietatis oppreſſores * ultronei, infamiis urgent, cachinnis & ſibilis inſultant, improperiis agitant, &, modo quo poſſunt, contemplationis noſtræ pennas viſco argumentoſæ intricationis includunt. Et pene eo fit apud religioſos hodiernos, ut ſanctum deſiderium æternorum, blaſphemis ſuadelis pertinacium Lollardorum, aut perire cogatur; aut, ſi conſtans eſt animus, deſervere, habentium in ore dictum illud fraudulenti Triphonis & ſuorum ſatellitum *, poſtquam dolo concluſit & occidit principem Judæorum *: *Non habent principem adjuvantem: nunc ergo expugnemus eos, & tollamus de hominibus memoriam eorum*. I. Machab. XII. Sed ſic dicentes * Gyezitæ (b) ſunt, carnales inimicos objicientes, perſecutores allegantes Eccleſiæ, quos vel in præſenti obtinent, vel habita oportunitate futuros expectant. Sed clauſtralis Eliſæus grandi fide contemplatur Deum Deorum in Sion, & firma mente prophetans, *Plures* (inquit) *nobiſcum ſunt, quam cum illis*. IV. Reg. VI. Sic enim inter quotidiana ſuſpiria Religionis perfectæ profeſſor matrem Religionem voce querula interpellat: „Cur tantæ perfectionis obſervantia jam arguitur ſuperſtitioſa, contra Chriſti legem inventa: & quantum ad vulgarem Chriſtianam religionem addit, tantum eſſe ſuperfluam; contemnendam pro votis, & ſubridendam pro ritibus: & quaſi a ſenibus & teneris, magnis & parvis, hæretica lingua ſtrepente vindictam (ac ſi peccatrix eſſet) vindictam ſentit in nationibus, & increpationes in populis? Statim occurret mater religio, inferens lamentum illud univerſalis Eccleſiæ, *Sæpe* (inquiens) *expugnaverunt me a juventute mea, dicat nunc Iſrael*. Nunc admirantur Eccleſiæ filii, & religionis cultores perſecutionem ſuam: dicat ergo nunc Iſrael triſti proli fortunam ſuam, quoniam *ſæpe expugnaverunt me a juventute mea*. Dicat hoc Iſrael univerſalis Eccleſia, quæ nunquam ſe ſenſit ab hæreticorum perſecutionibus liberam. Dicat hoc Iſrael Eccleſia particularis Religionis Chriſti privatæ, quæ jure materno contraxit hæreditarie morbum iſtum. Quid cogitatis vana, *& cogitationes aſcendunt in corda veſtra?* O filii mei, qui vos inculpant, qui veſtræ detrahunt ſocietati, tamquam prophanæ, nonne famoſi ſunt hæretici, elati, propediem caſuri, aut alioqui peccatores extremi? Putaſtis ne in hac perſecutionis nocte phantaſma eſſe Chriſtum, quem oculis ſanctæ converſationis cernebatis in clauſtro?

Pſal. 149. 7. — Luc. 24. 38.

* Cod. Vat. prædones. — 1. Mach. 12. 54. — * al. clientum — * Jonathan ſupple — * Religioſi — 4. Reg. 6. 15. — 4. Reg. 6. 16.

2. Credite mihi: non eſt hoc inſidiandi malum novum in terra; quinimo tortores iſti, qui vos tantum ad præſens moleſte ferunt, *ſæpe expugnaverunt me*; & ne ætati deferrent, etiam *a juventute mea*. Temporibus Eliſæi, quemdam de filiis prophetarum ad Jehu miſſum, ut ungeret eum in regem, Principes conſedentes uno ore vocabant *inſanum: Quid venit inſanus iſte* (inquiunt) habentes in conſuetudine, ſecundum Doctorem de Lyra, vocare *inſanos* filios prophetarum, quia propter religionis cultum contemptibiles apparebant. Sic etiam Eliſæo aſcendenti in Bethel ad viſitandum cuneum prophetarum, pueri quidam exeuntes de civitate (ut a Parentibus docebantur) improperabant ei, dicentes: *Aſcende calve, aſcende calve*. 3. Et

A tempore Eliſæi deſpecti erant religionis cultores — 4. Reg. 2. 23.

(a) Quare *perfecti* dicantur religioſi Clauſtrales, habes infra cap. 2. hujus libri, num. 3.

(b) *Giezitæ* a *Giezi* Eliſæi miniſtro, qui multitudinem hoſtium Syrorum Domino ſuo pavens & gemens nunciavit.

3. Et ſi ad recentiora tempora Evangelicæ perfectionis accurrimus, nonne, rogo, ad modum Pharaonis, religioſos damnant, nuncupantes eos *deſides*, *pigros*; & non tantum eſſe devotionis, quantum *otii ſectatores* (*a*), prout conqueritur notabiliter devotus Origenes hom. III. ſuper Exodum; & ponitur in communi Gloſſa A ſuper hunc textum, *Quare ſollicitaſtis populum?*

Exodi 5. 4. Origenes To. 1. hom. 3. pag. 40.

ORIGENES. Dum cum Pharaone eſt populus, „ & lutum, & laterem operatur, & in plateis „ occupatur; non ſe putat perverſe, ſed recte „ incedere. Si vero dicat populus: *volo ire* „ *viam trium dierum*, *& ſervire Domino*, ſtatim perverti dicit populum per Moyſen, & „ Aaron. Hodie quoque, ſi Moyſes & Aaron, „ ideſt, Propheticus, & Sacerdotalis ſermo animam ſollicitet ad ſervitium Dei exire de ſæculo, renunciare omnibus quæ poſſidet, attendere legi, & verbo Dei; ſtatim audies „ unanimes & amicos Pharaonis, dicentes: B „ *Ecce quomodo ſeducuntur homines, pervertuntur adoleſcentes, ne laborent, ne militent, ne aliquid agant quod proſit. Quid eſt ſervire Domino? Laborare nolunt: otii occaſiones quærunt*. „ Hæc erant tunc Pharaonis verba: hæc & nunc loquuntur amici ejus (*b*). Hæc Origenes. Verum eſt; & nec ad hæc uſque tempora omittunt hæc loqui. Vir tamen conſtans, & religionis amator, ſemper in corde ſuo fixe meditatur, quod Sapiens dicit Eccleſ. 1.

Eccli 1. 18.

Religioſitas cuſtodiet & juſtificabit cor: jucunditatem atque gaudium dabit. Secundum gloſſam, *jucunditatem in præſenti, & gaudium in futuro*. Et ſic per hunc, & illi ſimiles verificat mater religio, repetens quod dixit prius, addendo quod eſt occaſio gaudii, *Sæpe expugnaverunt me a juventute mea; etenim non potuerunt mihi*. Expugnavit, ideſt, oppugnavit Jovinianus nuptos præferens virginibus. Expugnavit Vigilantius, divites eleemoſinarios anteponens ſponte pauperibus. Expugnat & noſter Wicleffus, cujus fabulæ jam vulgares noſtros ad contemptum religionis inclinant. Sed non deſperat Iſrael noſtra mater, quia ſub hac forma inquit: Sæpe expugnaverunt me a juventute mea: etenim non potuerunt mihi. Et unde hoc? Quia hæreſum expugnationes ſemper opprimit potenter ſapientia, quæ eſſentialiter religioni conjuncta eſt, ad modum loquendi Lactantii *Divinarum Inſtitution.* lib. IV. cap. IV.

Lactantius pag. 57.

LACTANTIUS. Non poteſt (inquit) religio a ſapientia „ ſeparari; ſed nec ſapientia a religione ſecerni, quia idem Deus eſt, qui & diligi, & „ intelligi debet, quod eſt ſapientiæ; & honorari, quod eſt religionis. „ Hæc ille. Ut tamen appareat, qualiter religio falſarios veritatis opprimit in vera ſapientia, expugnationes hoſtiles exiſtimo revolvendas, ut hinc inde adverſariorum inſidias & munimenta religionis in judicium protrahamus: quod ut competentius exequamur, moveatur hoc dubium.

QUÆSTIO AUTHORIS.

Proponit dubium de Religione perfectorum, an ea ſit divinis legibus inſtituta, an tranſcendat vulgi meritum, etiam quatenus variis diſtincta ſignis & ritibus a religione Chriſtianorum communi. Simul exponit quid intelligat pro Religione perfecta: *ac demum, recitatis contra eamdem Wicleffi erroribus, gradum ſibi facit ad catholicam præmiſſi dubii reſolutionem.*

1. UTrum *perfectorum religio, probata ſacris legibus, tranſcendat vulgi meritum, diſtincta ſignis & ritibus?* Quod quæſtio includat falſum aſſertive, tribus ſuadent mediis * æmuli honeſtatis. Perfectricem autem religionem appello, ad quam remittatur perficiendus exercitatus in mandatis, juxta illud Chriſti ad juvenem divitem, qui jam implevit mandata, B *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia &c.* Sic etiam ſecundum Dionyſium in Eccleſiaſtica Hierarchia cap. VI. appellantur, ubi dividit unam Hierarchiam Eccleſiæ in eos qui extra ſunt perficiendos, & perfectos: perfectos nuncupans *Therapeutas*, ideſt, ſacros Religioſos. Et ſic ego voco hic perfectionis religionem, omnem profeſſionem rite factam conſilio Chriſti, & tranſcendentem de tanto religionem Chriſti vulgarem. Et de hac ſolum intendo nunc loqui, non deſcendendo ad aliam in ſpecie.

** Vide infra num. 2.*

Matth. 19. 21.

Quæ vere vocetur Religio

2. Primum æmulorum argumentum, eſt hoc: Nulla religio approbatur ſacris Dei legibus, C niſi religio fundata a Chriſto optimo patrono, vel ſaltem ab ipſo permiſſa, voluntate beneplaciti; ſed nulla religio fuit ab ipſo fundata, niſi una, quæ eſt religio vulgaris chriſtiana: ergo talis perfectrix religio, quæ dicitur iſtam tranſcendere, vel ab ipſa differre, non eſt religio ſacris legibus approbata. Conſequentia eſt bona, ut patet; & major eſt immediata: at minorem non probant; cum tamen ſit falſiſſima. Fundamentum ipſius rationis eſt litera Wicleffi in libello Dialogi, qui inſcribitur *Speculum militantis Eccleſiæ*, cap. XIV. ubi ſic argumentatur * WICLEFFUS. Fides docet, quo- D „ niam Chriſtus eſt Deus, & non poteſt in eo „ eſſe culpa, nec in ſermone, nec in ordina- „ tione, ſicut dicitur in Evangelio Joannis. „ Ex hoc colligunt fideles: ex quo Chriſtus „ non ordinavit, niſi unam ſectam, & vellet „ eam habere tres partes (*c*); iſte Dominus vo- „ luit nullam aliam addi, quia aliter fuiſſet de- „ fectus in ordinatione iſtius Domini: quia a- „ lias ipſemet ordinaſſet omnes iſtas ſectas, & „ omnes iſtos ordines; vel ſaltem reliquiſſet in „ lege ſua, quo tempore vellet eos intrare. -- „ Et ſequitur. -- Utinam hæc omnes novita- „ tes, quæ non ſunt fundatæ in lege Dei pu- E „ ra, eſſent relictæ; & tunc humana ſollicitu- „ do, quæ nunc diſpergitur circa tales truſas *, „ eſſet collecta ad vivendum ſecundum ordinatio- „ nem, quam Chriſtus ordinavit: & tunc non „ latitarent homines in Abbatiis, confidentes „ in ſolatiis ſæculi. „ Hæc Wicleffus ibi. Ex quibus patet, religionem quamlibet particularem, citra illam popularem, fundamento deſtitui legis Chriſti, ſecundum ipſum *.

Primum argumentum hæreticorum, contra religionem perfectorum

Wicleffus errat ** Cod. Ferrar.*

Joan. 1. 47.

** ſeu nænias*

** Subaudi Wicleffum*

3. Se-

(*a*) Non aliter, niſi pejus, obloquuti ſunt contra Religionum cultores Lutherus, Calvinus, aliique hæretici, ut paulo inferius notatur.

(*b*) Inter hoſce amicos Pharaonis ſe produnt recentiores hæretici, ut Lutherus, qui in cap. 7. 1. ad Cor. religioſum ſtatum dicit *inutilem*, *Ethnicum*, *terrenum*, *ſæcularem*, *luteum*: Calvinus, qui lib. 4. Inſtit. cap. 13. Monaſteria vocat *Lupanaria*, vota monaſtica *retia Sathanæ*, Monachos omnes *Sophiſtas cucullatos*, & *Diabolo conſecratos*: Philippus Melancton in Apolog. pro Confeſſione Auguſtana, dicens, vota ac opera Monachorum *obſervationes fatuas*, *ſimulationes hypocriticas*, *traditiones phariſaicas ac Mahumeticas eſſe*. Et ne ſingulos recenſeamus, Magdeburgenſes Centuriatores, qui in 10. cap. 4. Cent. in hæc verba ſermonem claudunt: *Quis non hæc hominum monſtra execratur, ut inimicos humanæ ſocietatis, & contra totam ſecundam tabulam delinquentes?*

(*c*) *Clericos* videlicet, *milites* & *operarios*, ut habetur ſupra cap. 12. libri 2.

Secundum argumentum

3. **Secundo, ſic argumentatur** Wicleffus. „ **Nulla talis perfectionis religio, eſt amplioris** perfectionis, quam ſit religio Chriſti vulgaris; ſed majoritas meriti correſpondet majoritati perfectionis in illo, quod ſit medium ſubſtantiale ſic merendi: ergo nulla talis perfectrix religio tranſcendit vulgi meritum. „ A Et ſic quæſtio præſupponit * falſum. Fundamentum iſtius proterviæ eſt littera Wicleffi in barbarizatione cujuſdam Evangelii Dominicæ xi. poſt Trinitatem. „ Communis Chriſti ſecta: eſt optima, quam homo poteſt habere quoniam Chriſtus omnipotens, & omni; ſapiens, & omnivolens ſic ordinavit ſectam decentem pro quolibet homine; & recte, ſicut erant tres tales ſectæ * in Chriſti temporibus; ſic jam ſunt Monachi, Canonici, & Fratres: & diviſio in iſtas tres dicit diviſionem in voluntatibus hominum. -- Et infra verſus finem. -- Iſti novi ordines ſunt pejores ſecta B Chriſti, quæ eſt levior, liberior, & perfectior omni alia ſecta, quam homo habet eligere: & ideo eſt criminoſus error eligere tales ſectas, cum ordo Chriſti melius occuparet ad plenum. „ Hæc Wicleffus. Ex quo dicto ſatis patet, quod fundamentum habeant dicentes religionem particularem Chriſti deteriorem eſſe religione communi.

* *MSS. Codd. quæſtio erit falſa propter quæſitum*

* *Clerici milites & operarii, ut habes ſupra Wicleffus cap. 12. lib. 2.*

Tertium argumentum

4. Wicleffi tertia ſuadela eſt: Omnis religio onuſta talibus ſignis & ritibus, quibus jam gravatur particularis religio, quam appellamus *perfectricem*, eſt ex ipſis indiſpoſita ad beatitudinem. Sed nulla eſt privata religio C ab omnibus talibus ſignis libera, quin ſignum habeat diſtinctivum a quacumque non tali, in colore veſtis, ſciſſura, vel forma, quantum ad extra; & in ſignis obſervantialibus, ſcilicet, genuflexionibus, proſtrationibus, depreſſionibus vultus, ſilentiis, inclinationibus, & talibus multis. -- Et infra. Ergo omnis religio particularis, ex ipſis ſignis & ritibus eſt fœda, & inepta fundari ſacris legibus. „ Quod eſt contra ſuppoſitum quæſtionis ſecundum. Major hujus paralogiſmi declaratur fundamentaliter ex illo Wicleffi, libello *de Papa*, cap. v. „ Sic (inquit) vellet ſequi, D quod ſectæ noviter inventæ evacuarentur ab Eccleſia, ſicut non venient ad gloriam: quia omnes iſtæ ſectæ habent humana ſigna; & illa ſigna, ſi forent plene deſtructa, iſtæ ſectæ tunc eſſent deſtructæ, ſicut dicunt homines, qui conjunguntur eis; ſed non eſt ita de ſecta Chriſti. „ -- Et in *de ſpeculo militantis Eccleſiæ* cap. xiv. verſus finem. -- „ Si ſit aliqua blaſphema hæreſis, hæc apparet una jam dicenda, quia hæc eſt conjectura **diabolica ad poſtponendum legem Chriſti per talia phantaſmata & ſigna, quæ ſæpe ſunt mendacia contra primariam veritatem: &** E **ideo Chriſtus dicit in Evangelio, quod generatio adultera, talia ſigna quærit. „ Hæc Wicleffus ibi. Iſta ecce ſunt motiva, quæ faciunt irreligioſi viri, fidei & religionis adverſarii, qui jam in dies peregrinantur in terras, deferentes literas proditoris Aman, ſcilicet Wicleffi, ſignatas ſigillo Regis, ideſt, Scripturis Regis æterni; ſed ſurtive & proditorie uſurpatis. Hæc iniquus propinat ad omnes catholicos (maxime ſimplices) habitantes in terra, ad perniciem ſancti populi Iſrael, & religionis interitum. Sed ſubveniet Regina Eſther, & mater omnis religionis mater Eccleſia, quam non veretur opprimere Rege præſente, & ipſa orante pro nobis. Veteribus literis, quas emiſit, novæ ſupervenient: & Aman ipſe cadens in laqueum, quem tetendit, infelici ſuſpendio exitii pœnas dabit. Ne tamen literæ noſtræ, quas (me indigno miniſtro) committet ad partes mater Eccleſia, ſuſpicionis alicujus trahant infamiam, patentes erunt, & coram Reverentiis veſtris perlegentur ſtylo diſtin-** A **cto. Et quidem literæ diſtinctæ erunt per tres diſtinctos articulos, juxta tria motiva propoſitæ quæſtionis. In quorum primo de fundatione Perfectorum in lege Chriſti pertractabitur. In ſecundo de eminentia perfectionis Evangelicæ Chriſti peculiaris ſuper religionem vulgi. In tertio vero de ſignis & ritibus congruentibus religioſis perfectis.**

Marth. 12. 39.

Heſter 3. 12.

Heſt. 7. 8.

PROTESTATIO AUTHORIS.

Intentionem declarat ſuam, qua nihil in fide mi- B *nus rectum, aut in moribus minus pium molitur. Quod ut certius ſuadeat, ſanctæ Apoſtolicæ Sedi cuncta a ſe dicenda ſubmittit. Deinde ſibi ignoſci poſtulat, ſi quid forte contra hæreticos nimis aſperum proferat.*

1. **F**Orſitan tamen hæc faciens, patebo morſibus detractorum; ſed tamen Opus non prætermittam incœptum, quamvis vitare non poſſim, quod etiam Chriſtus non vitavit: quia proteſtor me mente caſta tentaſſe præſens Opuſculum, non intendens hic aliquid ponere, quod etiam erroribus dare viam, fidei obicem, C aut Auditorii hujus poſſet offendere pietatem: quod ſi ſecus fecero, Apoſtolicæ Sedis correctioni humiliter me ſubmitto, & vices ejus gerenti Domino Cancellario *, ut ſaluberrima circumcluſus authoritate Eccleſiæ, ſeu victor, ſive victus, hæream in ſemitis veritatis.

Tractatum hunc coram præclaro Auditorio recitat

* *Academiæ Oxonienſis*

2. Sed & quantum ad mores ſpectat, proteſtationem eamdem facio, quam egregius olim fecerat Auguſtinus, dum cum Manichæis diſputaret in *de utilitate credendi*, fere in principio, Augustinus. Scit (inquit) Deus, cui nota ſunt „ arcana conſcientiæ meæ, nihil me in hoc ſermone malitioſe agere; ſed ut æſtimo accipiendum eſſe, D veri probandi cauſa; cui uni rei vivere jam ſtatuimus diu & incredibili ſollicitudine, ne mihi errare vobiſcum facillimum fuerit. „ Proteſtor iterum cum Auguſtino ibidem ſtatim in principio, Augustinus. „ Quia rogavi Deum, & ſpero ita fore, ſi mihi bene conſcius ſum, quia ad hunc ſtylum pio & officioſo animo, non vani nominis appetitione, ac nugatoriæ oſtentationis acceſſi. „ Hæc ille. Nec authumo me ſuſpectum futurum eſſe de vani nominis appetitu, aut interni rancoris, aut malitiæ, niſi forſan elatio incaſtigati vultus, aut verba rigida hæc dipin- E gant. Sed rogo, Domini mei, ſi hæc eveniant, recolite quid corde profiteor, & veniam date ſignis: & ſi forſan interdum me contingat aliquid durius loqui, & a ſolita exorbitare clementia præceptoris *, indulgete, rogo, fragilitati dicentis, & audacitati fideli. Non enim poſſum catholicum virum, & protervum hæreticum alloqui pari corde. Nec tamen propter hoc debet eloquentia talis, contumelia reputari, ſecundum quod Beatus Auguſtinus olim dicebat in conſimili caſu, in Epiſt. *ad Proculejanum*, inter Epiſtolas cxlvii. Augustinus. Audivi „ (inquit) de memorato fratre noſtro * te fuiſſe conqueſtum, quod neſcio quid contumelioſe tibi reſponderit: quod quæſo te ne illam contumeliam deputes, quam certum mihi eſt non de ſuperbo animo proceſſiſſe. No-

Auguſtinus *To. 8. cap. 2. pag. 47.*

* Auguſtinus *To. 8. pag. 45.*

* *Chriſti*

Auguſtinus *To. 2. Epiſt. 33. num. 3. pag. 62.*

* *Evodio*

„ vi enim fratrem meum: ſed ſi quid in diſputando pro fide ſua, & charitate Eccleſiæ dixerit forte ferventius, quod tua gravitas nollet audire, non illa contumacia, ſed fiducia nominanda eſt. „ Et infra „ Quamquam etiamſi frater Evodius aliquantum pro ſuæ communionis defenſione turbatior, aliquid elatius animo commotiore dixiſſet, ætati hominis, & neceſſitati cauſæ oporteret te ignoſcere. „ Hæc Auguſtinus. Ergo cum cauſa mea in præſenti cauſæ iſtorum ſit ſimilis, juſtum exiſtimo, ut omnium noſtrum excuſatio ſit communis. Qua proteſtatione præmiſſa, adeundum eſt principale negotium, cujus prima particula, ut dictum eſt ſupra*, erit de fundatione Religionis in ſtatu naturæ. Exordiamur ergo, ſic ſumentes fundamentum noſtri Operis ab omnino primo fundamento peculiaris Religionis.

pag. 63.

* in quæſt. Auctoris num. 4. in fine

ARTICULUS PRIMUS,

qui eſt,

DE FUNDATIONE RELIGIONIS PERFECTORUM IN LEGE CHRISTI.

CAPUT I.

De fundatione Religionis Perfectorum naturali inſtinctu in ſtatu naturæ.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Perfectorum Religio tempore legis naturæ ex Sancto Seth tertio Adami filio initium ſumpſit.*
2. *Duo ſunt peculiaris religionis principia: unum poſitivum, alterum prohibitivum.*
3. *Quæ proportio erat in primis illis temporibus religioſorum ad communiter viventes, eadem eſt nunc religioſorum noſtrorum ad vulgares.*
4. *Quod etiam natura ipſa videtur homines ad Religionem exſtimulare, cum plerique Philoſophi perfectorum religioſorum typum geſſerint.*

1. GRaves quidam viri, & catholicæ veritatis præcipui tractatores, dicunt Perfectorum religionem ex Sancto Seth Patriarcha, tertio filio Protoplaſti, ſumpſiſſe principium, eo quod de illo ſcribatur Gen. IV. *Iſte cœpit invocare nomen Domini; & deprecari Deum*, ſecundum Gloſſam. Et hoc non ſimplici cultu vulgi, quia abel prius colebat Deum, & deprecabatur eum acceptabiliter. Aliquem ergo ſpecialem cultum invenit, qui prius non exercebatur a Patribus, eo quod tam notanter dicit Scriptura: *Iſte cœpit invocare nomen Domini*, ideſt, *colere & deprecari*. Quia ſicut dixit Andreas*, & cum eo Doctor de Lyra ſuper eumdem locum, Filius ejus Enos inſtructus a Patre ſuo*, tunc ſingulariter juſto, tantum profecit in divino cultu, quod adinvenit quædam verba devota ad deprecandum Deum, quæ eſt eminentior pars religionis peculiaris.

Gen. 4. 26.

Gen. 4. 4.

E

* Intellige Cæſtrenſis

* ſupple Seth

Eminentior pars religionis eſt oratio

2. Duo enim ſunt principia religionis peculiaris. Horum unum aliquid ponit, quia eſt quid poſitivum, quod eſt contemplatio divinorum. Alterum eſt principium prohibitivum, quod Dionyſius vocat in *Eccleſiaſtica Hierarchia* abrenunciationem omnibus diviſibilibus, ideſt, omnibus tranſitoriis, ſicut dicetur poſt. Et iſtud ſecundum principium continet eſſentialiter tria vota in omni religioſo perfecto moderno, ſcilicet, obedientiam, quæ removet contumaciam a vo-

Tria religioſorum vota continet renunciatio omnium rerum mundi & carnis

A luntate: paupertatem, quæ tollit cupiditatem ab extrinſeca facultate; & continentiam, quæ tollit laſciviam naſcituram in carne. Quæ quamvis ſint jam eſſentialiter requiſitæ in omni religione perfecta; non ſic tamen antiquitus, dum religio infans erat: ſed alii quædam, alii unum, alii univerſa ſervabant (a), magnis de cauſis: Religioſi tamen dicebantur omnes, quia ſingulariter præ aliis ſuis concivibus, vel voto medio, vel aliquo æquivalenti, divino cultui ſe dederant. Unde de filiis Seth dicit Doctor de Lyra ubi ſupra*, quod quia erant continentes & religioſi, ideo tarde incœperunt generare:

Gen. 4. 26. * num. 1.

B ſed filii Cain mali erant & luxurioſi. Ex quo apparet, quod filii Seth, quia fuerunt religioſi, habebant affectum continendi, ſi tempus permitteret; ſanctius tamen omiſerunt, quam ſi ſervaſſent: ſicut Sanctus Auguſtinus dicit, nuptias Abrahæ comparabiles celibatui Joannis, *de bono conjugali*, cap. XXI. Notanter etiam de hac familia Seth dicit gloſſa in fine V. cap. *Filii Seth religioſi intelliguntur filii Dei*. Et iterum cap. VI. ſuper illud, *videntes filii Dei filios hominum*, dicit gloſſa interlinearis: *Filii Dei, ideſt, filii Seth religioſi*. Quæ dicta ſatis poſſunt convincere, ipſos fuiſſe religioſos peculiares tunc

Nuptiæ Abrahæ comparatæ celibatui

Gen. 6. 2.

C temporis, ſaltem in comparatione ad vulgo bene viventes in eodem ſtatu, puta ad Abel Patriarcham, & alios, ſicut expreſſe diſputat Auguſtinus XV. *de Civ.* cap. XVIII. ubi ſic AUGUSTINUS. Numquid Abel (inquit) non ſperavit „ invocare nomen Dei, cujus ſacrificium Deo „ tam acceptum eſſe commemoratur? Numquid „ ipſe Seth ſolus (b) cœpit invocare nomen Domi„ ni Dei, de quo dictum eſt, *ſuſcitavit enim* „ *mihi Deus ſemen pro Abel?* Cur ergo huic pro„ prie tribuitur, quod piorum omnium intel„ ligitur eſſe commune, niſi quia oportebat in „ eo qui de patre generationum in meliorem

Auguſtinus To. 7. pag. 400

Gen. 4. 25.

D „ partem, hoc eſt, ſupernæ civitatis ſeparata„ rum, primus commemoratur exortus, præfi„ gurari hominem, ideſt, hominum ſocietatem, „ quæ non ſecundum hominem in re terrenæ „ felicitatis, ſed ſecundum Deum vivit in ſpe „ felicitatis æternæ? „ Hæc Auguſtinus.

3. Sic autem vivere erat præcipue religioſorum perfectorum (quamquam debet eſſe omnium in religione vulgari Chriſti) qui, comparati ad homines illius temporis, tam erant religioſi ſupra illos communiter tunc viventes, quam jam ſunt religioſi noſtri perfecti ſupra vulgares noſtros. Unde nec civitates cum eis tunc colebant, aut

E domos habitabant cum eis, ſed ſingulariter & ſeorſim vel in ſilvis manſerunt, vel in agris disjuncti a vulgo viventibus, quamvis bonis, tam ſocietate ritus, quam manſionis aut victus, ſolitarie decantantes Deo, figurantes, & primitiæ exiſtentes religionis peculiaris hodiernæ*. Unde Beda libro unico ſuper Geneſim, tractans hunc textum, *ædificavit Cain civitatem*, BEDA. „ Neque enim (inquit) Abel, ſive Seth, qui „ pro eo natus eſt, civitatem, ſive domos ædi„ ficaſſe leguntur: quia nimirum eos deſigna„ bant; immo eorum erant primitiæ, qui ſuo „ gaudent cantare Creatori, quod *incola* * *ego* „ *ſum*.

Manſiones ſegregatæ religioſorum in lege naturæ

* Cod. Fav. modernæ

Gen. 4. 17. Beda

Pſal. 38. 13. * vulg. advena

(a) Recte dicit *ſervabant* non *vovebant*: quia noſtra etiam ætate aliquæ Religiones, quæ infinitam jamdiu exceſſerunt, ſolam vovent obedientiam; ſed non ſolam obſervant, cum & paupertatem & caſtitatem laudabiliter ſimul profiteantur.

(b) *M.* Numquid ipſe Seth non ſperavit invocare nomen Domini Dei, de quo &c.

„ *ſum apud te*, *& peregrinus*, *ſicut omnes patres*
„ *mei:* quibus aperte convenit hoc, quod præ-
„ miſimus Domini promiſſum. Deus ego & non
„ homo in medio tui ſanctus: quia cum a mun-
„ dano conſortio civitatis ſe reddant extraneos,
„ eo inhabitatione ſui Conditoris exiſtunt dignio-
„ res. „ Hæc ille. Ubi per ultima verba ſua A
ſatis patefacit ſe de quibus loquebatur, quam-
vis generaliter, in principio, *cum a mundanæ ci-*
vitatis conſortio ſe reddant extraneos, *eo inhabita-*
tione &c. Hoc autem non facit vulgus chriſtia-
num: non enim ſe ſeparat a mundanæ civitatis
conſortio, ſed a peccatis ejus ſolum; ſi tamen
boni ſunt: religioſi autem peculiares ſe ſeparant
tam a vivendi modo, quam ejus conſortio rea-
li, & locali diſtantia: & iſtorum cœtum non
ſolum figurabant, ſed eorum etiam *primitiæ* erant
prædicti veteres Patriarchæ, ſecundum Bedam.
Manſerunt autem filii Seth in eodem cum ſan-
cto Patriarcha ſuo religionis ſanctæ propoſito B
extra civitates, relicto vulgo ſæculi: Et ſecun-
dum Magiſtrum hiſtoriarum *, incolentes quem-
dam montem paradiſo confinem. Et demum
ſucceſſit eis Enoch, ſextus a Seth, ſeptimus ab
Adam, qui ſingulari religione ſuffultus, etiam
inter fratres, & propoſiti ſui pares, nomen me-
ruit ſpeciale; ita ut de eo diceret Scriptura:
Ambulavit Enoch cum Deo, *& non apparuit ul-*
tra, *quia tulit eum Deus*. *Ambulavit*, ideſt, to-
ta mentis intentione ferebatur in Deum, Reli-
gioſos noſtros figurans, & patronus eorum exi-
ſtens. Unde Beda ſuper Gen. lib. 1. tractans
hunc textum, *Ambulavit Enoch cum Deo &c.* C
BEDA. Ambulavit Enoch cum Deo, qui dici-
„ tur *dedicatio trecentis annis:* quia nimirum
„ vitam & converſationem expreſſit, immo ipſe
„ egit, eorum, qui in fide Dominicæ paſſionis
„ gaudium perpetuæ ſalutis expectant, abne-
„ gantes ſe ipſos, tollenteſque crucem ſuam
„ quotidie: qualiter agunt religioſi viri; & ſe-
„ quentes Dominum, quod eſt aliis verbis di-
„ cere, ambulaſſe cum Deo, & ad paradiſum
„ tendiſſe. „ Hæc Beda. Videte, quam plane
imputat Beda Patri Sancto Enoch, Paradiſi jam
incolæ, patronatum religionis perfectæ: a cujus
tamen fundamento clamat Wicleſſius, omnes ſa- D
cras vacare Scripturas. Sed ſpatiemur interea,
relinquentes, non deſerentes campum Scripturæ.

* Petrum Comeſtorem

Gen. 5. 24.

Enoch religioſorum author
Gen. 5. 24.

Beda To. 4.

4. Et quia fundamentum religionis peculia-
ris quærimus in natura, profeſſores legum ejus
Philoſophos adeamus, quos cum videmus loco
ſummi culminis, ad quod unquam potuit eos
promovere ratio naturalis, quamdam ſimilitu-
dinem attigiſſe religionis perfectæ; adducamus
eos non tamquam Patres, quos imitemur; ſed
tamquam teſtes naturæ, quibus adverſarius con-
fundatur, quemadmodum ſimili forma ducit eos
in confutationem Joviniani hæretici: quorum pri-
mus Antiſthenes, ut refert Hieronymus lib. II. con- E
tra Jovinianum, cap. VII. HIERONYMUS. Cum
„ docuiſſet glorioſe Rethoricam audiſſetque So-
„ cratem (*a*), dixiſſe fertur ad diſcipulos ſuos:
„ *Abite*, *& magiſtrum quærite: ego enim repe-*
„ *ri*. Statimque venditis quæ habebat, & pu-
„ blice diſtributis, nihil ſibi plus quam pallio-
„ lum reſervavit. Paupertatiſque & laboris ejus
„ Xenophon teſtis eſt in Sympoſio, & innume-
„ rabiles libri ejus; quorum alios philoſophico,
„ alios rethorico genere ſcripſit. Hujus Dio-
„ genes ille famoſiſſimus ſectator fuit, poten-

Hieronymus To. 2. pag. 344. num. 14.

a

Antiſthenes & Diogenes profeſſores paupertatis

„ tior rege Alexandro, & naturæ humanæ vi-
„ ctor. Nam cum Antiſthenes neminem diſci-
„ pulorum reciperet, & perſeverantem Dioge-
„ nem removere non poſſet, clava minatus eſt,
„ ut abiret. Cui ille ſubjiciens caput, dixit b
„ (*b*): Nullus tam durus baculus eſt, qui me
„ a tuo poſſit obſequio ſeparare. Refert etiam
„ Satyrus (*c*), qui illuſtrium virorum ſcribit hi- c
„ ſtorias, quod Diogenes pallio duplici uſus ſit
„ propter frigus: peram pro cellario habuerit:
„ clavam ob corpuſculi fragilitatem, & in præ-
„ ſentem horam poſcens a quolibet, & acci-
„ piens cibum. Habitabat autem in portarum
„ veſtibulis, & in porticibus civitatum. „ Hæc
& multa alia recitat ibi Hieronymus de rigo-
re vitæ ejus. Superius autem cap. IV. dicit de
Pithagoricis, quod frequentiam hominum de-
clinantes, in ſolitudine & deſertis locis habi-
tare aſſueverunt. Platonici quoque & Stoici in
templorum locis & porticibus verſabantur, ut
admoniti auguſtioris habitaculi ſanctitate, nihil
aliud, quam de virtutibus cogitarent. Poſtea
etiam cap. VI. inducit Hieronymus Chæremo-
nem ſtoicum, virum eloquentiſſimum, nar-
rantem de vita antiquorum Ægypti Sacerdo-
tum, qui omnibus mundi negotiis, curiſque
poſtpoſitis, ſemper in templo fuerunt; & re-
rum naturas & cauſas, ac rationes ſyderum
„ contemplati ſunt. „ Nunquam mulieribus ſe
„ miſcuerunt; nunquam cognatos & propinquos,
„ ne liberos quidem viderunt; & ex eo tem-
„ pore, quo cæpiſſent divino cultui deſervire,
„ carnibus & vino ſemper abſtinuerunt: pane
„ raro vaſcebantur, ne onerarent ſtomachum:
„ & quando comedebant tunſum * pariter hyſ-
„ ſopum ſumebant in cibo. Cubile eis de fo-
„ liis palmarum, quas *bayas* vocant, contex-
„ tum erat. Scabellum acclive, * & ex par-
„ te obliquum in terra pro pulvillo capiti
„ ſupponebant. Bidui triduique inediam ſuſti-
„ nentes, & humores corporis qui naſcuntur
„ ex otio, & ex manſione unius loci nimia,
„ victus caſtigatione ſiccabant. „ Hæc Hiero-
nymus ſparſim in locis ſignatis. Ecce quot re-
ligionis inſignia: quot propoſita vitæ rigidæ,
quam religioſi noſtri perfecti conantur potius
habere, quam habent. Quid eis defuit niſi ſola
fides Chriſti, ut eſſent jam vocati *Monachi*, vel
fratres eximii, aut alio nomine religioſi propo-
ſiti chriſtiani? Numquid ſuperflua fuit in eis
aliqua ſcintilla naturæ, quæ ad tam excellens
ſanctitatis ſtudium vehere potuit iſtos viros per
ſolum exercitium naturale virtutum moralium,
ad quod, excepta fide, vix jam poteſt movere
religioſos noſtros Chriſti Evangelium? Minime,
ut opinor. Sed ego volo, ut attendant iſti con-
temptores paupertatis Chriſti, qui non tam
Scripturis aut rationibus, quam rixis *, aut ver-
beribus, religionem aliam Chriſto imponunt,
quam unquam ediderit: quatenus ſi Chriſto
non credant, vel diſcipulis ejus, ſaltem imi-
tentur Paganos, parce viventes, & ſegregatim
a populo: quia ſic reſpondere pugnis, ubi de-
ficiunt argumenta, mos fuit patrum iſtorum
Lollardorum, ſcilicet Jovinianiſtarum, ut con-
queritur de eis *contra Jovinianum* lib. III. cap.
VII. beatiſſimus HIERONYMUS. Unius (inquit)
„ philoſophi, (ideſt Diogenis) exemplum po-
„ ſui, ut formoſuli veſtri, & troſſuli (*d*), d
„ quorum verba in pugnis ſunt, & ſyllogiſmi

Pythagorici ſolitudinem incolebant. Platonici & Stoici in templorum veſtibulis aſſidue morabantur.

Hieronymus To. 2. pag. 343. num. 13.

Sacerdotes Egyptii ſe mulieribus non commiſcebant

* Veron. tuſum

* Veron. accline

* MSS. Codd. guerris

Hieronymus To. 2. pag. 345. num. 14.

(*a*) Addit Victorius ex antiquis exemplaribus, *de paupertate diſputantem*. Vide Ciceronem diſſerentem de Antiſthene lib. 3. *de Oratore*.

(*b*) *M.* Cui ille ſubjeciſſe dicitur caput, atque dixiſſe: Nullus &c.

(*c*) Satyrum hunc, doctum virum, & græcum hiſtoricum laudat Hieronymus in prologo libri *de viris illuſtribus*.

(*d*) Veronenſes ſubſtituunt *toroſuli*; non improbantes tamen *troſſuli*, quod idem ſignificat, videlicet, *bene habiti*, *& muſculorum toris prævalidi*.

„ in calcibus: qui paupertatem Apoſtolorum, „ & crucis duritiam, aut neſciunt, aut contemnunt, mirentur * ſaltem Gentilium parcitatem. „ Hæc ille. Parcitas autem illa Gentilium, ſi foret plus ſuperſtitioſa, quam religioſa, nulli Chriſtiano foret imitanda. Videtur ergo religionem illam eorum in omnibus, A addita ſola fide, fuiſſe etiam tunc temporis virtuoſam, & a vero Chriſtiano digne ſectandam.

* Urzanen. imitentur

C A P U T II.

De fundatione religionis perfectorum inſtinctu naturæ, tempore Legis ſcriptæ.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Filii Jonadab Rechabitæ figuræ fuerunt perfectorum religioſorum.*
2. *Commendantur Evangelicæ perfectionis cultores, ſi, ad exemplum filiorum Jonadab, aliquid addant legi Dei.*
3. *Filii Jonadab parebant ſponte Parenti ſuo, ſicut nunc Religioſi Prælato, poſt voluntarium votum.*
4. *Satisfit quærenti, cur exempla Ethnicorum hic afferantur.*

1. UT tamen ad Scripturas redeamus, triumphante jam Chriſto ex parte religioſorum perfectorum per vitas Gentilium de ſuperſtitioſo Lollardo, mittimur interſigno Patris noſtri Chriſti ad familiam Jonadab filii Rechab, de quibus legitur in Scriptura, quod vivebant communiter, a vino abſtinentes, poſſeſſiones, ſaltem immobilium, abdicantes, & obtemperantes ſine murmure mandatis Patrum. In quibus tribus myſtice continentur tria vota Religioſorum hodiernorum. Iſtorum Rechabitarum genealogia recitatur. 1. Paralip. 11. de cognatione Cariathiarim. De quorum etiam communi converſatione ſic dicit ibi textus: *Cognationes quoque ſcribarum, habitantium in Jabes, canentes atque reſonantes, & in tabernaculis commorantes. Hi ſunt Cynæi* (a) (ideſt, de patre *Cynæo*) *qui venerunt de calore patris domus Rechab*. In quo textu deſcribuntur obſervantiæ religionis eorum: primo, quantum ad communem victum, & obedientiam, quam exhibebant uno capiti, ſcilicet *Jabes* peritiſſimo viro, extra affinitatem linearem eorum, quia ipſe fuit abnepos Jethro per Chus; Rechabitæ vero filii Jethro per Arael, vel Hobab (quod idem eſt) cognati Moyſi, ſecundum Rhabanum. Iſti tamen Jabes ſemper aſſiſtebant, degentes, & converſantes in divinis legibus, & devotis pſalmis. Unde Gloſſa ſuper prædictum caput* 11. GLOSSA. Tradunt Hebræi, Jabes fuiſſe doctorem legis peritiſſimum, in cujus conſpectu ſedebant filii *Cynæi*, qui ab Hobab cognati Moyſi. Scribæ ergo canentes atque reſonantes, qui aſſidue in legis Dei locutione verſabantur &c. Hæc Gloſſa. Et ex hac collocutione legis Dei, & aſſidua converſatione in divinis laudibus, ſtudioſa contemplatio divinorum apparet: quod eſt etiam potiſſimum quid in Religione moderna. Quod autem manſerunt in tabernaculis, non in domibus, exemplum fuit maximæ paupertatis. Horum virorum ſincera religio approbata fuit, & collaudata multipliciter ore Dei. Unde Jeremiæ xxxv. præcepto Domini inducta fuit integra familia, & tota ſecta eorum in gazophylacium Templi: & propinavit eis fidus Jeremias calices vino plenos, dicens: *Bibite vinum*: qui reſponderunt: *Non bibemus vinum: nam Jonadab filius Rechab pater noſter præcepit nobis dicens: non bibetis vinum uſque in ſempiternum*. Et ſubjunguntur reliquæ cæremoniæ: *Domum non ædificabitis, ſementem non ſeretis*. GLOSSA. Tamquam cogi„ tantes de craſtino. *Vineas non plantabitis,* „ *ut vivatis multis diebus*. Gloſſa: in conver„ ſatione ſanctæ vitæ. — Et ſequitur. — *Obe*„ *diemus ergo voci Jonadab patris noſtri*. Hæc „ textus ibidem. Et ex hoc reſumpſit Domi„ nus occaſionem objurgandi filios Iſrael, di„ cens: Prævaluerunt ſermones Jonadab filii „ Rechab, quos præcepit filiis ſuis, ut non B „ biberent vinum uſque in ſempiternum: Ego „ autem mane conſurgens locutus ſum ad vos, „ & non obediſtis mihi (b). „ Et iterum convertens ſe ad filios Rechab, & confirmans religionem eorum pro perpetuo, concludendo dicit: „ Pro eo quod obediſtis præceptis Jona„ dab Patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia man„ data ejus, & feciſtis univerſa quæ præcepit „ vobis; propterea hæc dicit Dominus exerci„ tuum Deus Iſrael: Non deficiet vir de ſtir„ pe Jonadab filii Rechab ſtans in conſpectu „ meo cunctis diebus. „ Hæc textus ibi in fine capitis. Quid jam diceret Wicleffus noſter C ad iſtud genus hominum ſanctorum, ſi tractaret materiam? Fiat, rogo, argumentum eis *, quod fecit nobis, quia pariter convenit utriſque. Deus ſapiens eſt, cujus providentia culpa caret. Concedunt Cynæi, concedimus & nos. Talis religio ſingularis de humana conſtitutione proceſſit, non divina. Dicant Cynæi, nos dicemus poſtmodum loco noſtro. Rechabitæ reſpondeant pre ſe ipſis. Nos reperiemus per Scripturas Dominum ſtatuiſſe Religionem ad obſervandum conſilia: ubi autem fundavit Dominus Religionem iſtam Rechabitarum virorum gentilium, non inveniemus. E contrario immo D habemus ex voce Domini, conferentis ſemper fundationem Religionis eorum, & neceſſitatem obſervandi eamdem, ad Patrem iſtorum Rechab, vel Jonadab: *Prævaluerunt* (inquit) *verba Jonadab Patris veſtri*. Et iterum: *pro eo quod obediſtis præcepto Jonadab patris veſtri*. Non dicit *Dei*. Sed quare ad legem Dei non venerant vivere communi Religione Judæorum, tradita eis digito Dei, dimittentes ſingularem Religionem patris ſui? Rogo, dicat aliquis: fuit ne culpa aliqua in lege Dei, quæ iſtam omiſit ſtatuere? Numquid inſipientior fuit Deus Jonadab, quia talem non condidit Religionem, qualem Jona- E dab? Non: quia ipſam condidit Jonadab juxta legem Dei: ideo, quod condidit homo, confirmavit Deus. Homo incœpit, Deus perfecit, dicens: *Pro eo quod obediſtis præcepto Jonadab patris veſtri, non deficiet vir de ſtirpe Jonadab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus*. Multo gratior Deus, quam Wicleffus: nam juxta Wicleffum fuiſſet hæc ſententia: *Pro eo quod obediſtis præcepto Jonadab patris veſtri, addendo aliquid legi meæ, peribitis, & deſtruentur novitates veſtræ*. Sed pereat ipſe cum novitatibus ſuis.

2. Nos autem cultores Evangelicæ perfectio- ... mnis

Margin notes: 1. Paralip. 2. 55. — a — Figura religioſorum in Cynæis & Rechabitis — Genealogia Cynæorum & Rechabitarum — * Paralip. — Jerem. 35. 4. 5. 6. &c. — Rechabitæ abſtinentes a vino — Jerem. 35. 14. — b — v. 18. — * Subaudi Rechabitis & Cynæis — Religio Rechabitarum a Domino confirmata — Jerem. 35. 19.

(a) *Cynæi* dicti quoque ſunt *Rechabitæ*. Non erant Iſraelitæ, ſed a tempore Moyſis cum Iſraelitis conjuncti; amicitiæ quidem, ſed non judaicæ religionis fœdere, ut doctiſſime oſtendit Waldenſis infra cap. 5. num. 4.

(b) MSS. *Codd.* Prævaluerunt verba illius Gentilis ſuper filios ſuos, ut non biberent vinum uſque in ſempiternum. Ego autem mane conſurgens locutus ſum vobis in perſona propria; miſi etiam vobis ſervos meos diluculo; nec tamen obediſtis mihi.

nis imitemur Sanctos Patres, & addendo aliquid legi Dei, & mandatis Chriſti, cum Cynæis æſtimemus meritum, non delictum: ipſi enim hoc fecerunt in figuram noſtri, teſte Rhabano ſuper prædictum textum Jeremiæ, dicente per hunc modum: RHABANUS. Myſtice

Rhabanus To. 4. cap. 35. pag. 97. & in Gloſſa.

„ Rechabitæ ſignant eos, qui deſiderio perfe- A
„ ctionis tranſcendunt mandata legis. Juſti enim,
„ quibus non eſt lex poſita, ſic probantur non
„ eſſe ſub lege, ſi juſtitias legis ſcilicet, non
„ ſolum implere, verum etiam ſuperare con-
„ tendunt, ut debitis voluntaria addant. Hinc (Gen. 14. 22.)
„ Abraham quæ jure ſibi victoriæ debebantur,
„ Rege ipſo, cujus ſpolia retulerat, ſuppliciter
„ offerente, noluit accipere. Hinc David per- (1. Reg. 1. 19.)
„ ſequentes interfectos deflevit. Hinc Elias (*a*)
„ & Jeremias Virgines permanſerunt. Hinc fi-
„ lii Jonadab, propter obedientiam patri exhi-
„ bitam, a Domino laudantur; & futura eis (Jerem. 35. 19.)
„ bona promittuntur. Qui offerre decimas poſ- B
„ ſeſſionum non contenti, ſed & ipſas poſſeſ-
„ ſiones reſpuentes, ſuas animas Deo obtule-
„ runt. Scire ergo debemus, a quibus legale
„ mandatum non exigitur: ſed ſermo ſonat
„ Evangelicus, *Si vis perfectus eſſe, vade &* (Matth. 19. 21.)
„ *vende omnia quæ habes &c.* -- Et infra -- Non
„ magnum eſt, ſi abſtinemus ab illicitis; ſed
„ ſi a licitis, propter reverentiam ejus, qui ea
„ nobis propter infirmitatem noſtram permiſit.
„ Non enim præcipiendum generaliter erat,
„ quod ab omnibus capi non poterat: qui enim
„ magni ſunt, perfectione virtutum poſſunt co-
„ ronari. „ Hæc Rhabanus. Hic ergo commen- C

dat Rhabanus Religioſos viros, ex eo quod aliquid addunt mandatis legis, contra Wicleſſum, dicentem, eſſe blaſphemam hæreſim aliquid addere legi Dei.

3. Commendat ergo Rechabitas propter obedientiam, quam patri præſtabant ſponte, non ex debito, ne diceret eos aliquis debuiſſe obedire mandatis paternis, ſub pœna mortis indictæ Deuter. XXI. (Deut. 21. 21.) Nam ipſe enumerat illos hic inter eos, qui debitis voluntaria addunt, potiſſimum quum obedire patri in talibus voluntariis nulla lex Chriſti cogebat. Commendat eos non in decimas dando pro poſſeſſionibus, D ad quod tenerentur ex lege: ſed in relinquendo poſſeſſiones ex actu & affectu; quod fuerat ſupra legem: & ſic evidenter apparet laus Religionis eorum utrinque.

4. Quod ſi quærat aliquis, cur hominis gentilis Religionem induco in evidentiam Religionis Chriſtianæ modernæ, cum Chriſtiani gentilibus, non gentiles Chriſtianis, vivendi normam præſtarent? Indubie duo movent: ut promiſſa perficiam, & fundamentum perfectæ Religionis inveniam in ſtatu naturæ. Hi enim omnes *Cynæi* gentiles erant de genere Aran, E ſcilicet Jethro, cognati Moyſi, qui gentilis erat ſecundum originem, & Sacerdos Madian. Aliud etiam movet, ut inducatur vita gentilium in modernæ Religionis ſtimulum, aut exemplum; ſicut dicit Beatus Gregorius de Job, qui utique gentilis erat, lib. I. *Moral.* GREGORIUS. Ad

Gregorius To. 1. pag. 5.

„ confutandam impudentiam noſtram (inquit)
„ gentilis homo ad exemplum reducitur; ut
„ quia obedire homo legi ſub lege poſitus de-
„ ſpicit, ejus ſaltem comparatione evigilet,
„ qui ſine lege legaliter vixit -- Et infra -- Ex
„ vita gentilium arguitur vita ſub lege poſito-
„ rum; atque ex actione ſæcularium confundi-
„ tur actio Religioſorum. „ Hæc Gregorius primo lib. cap. VI. Hortamur ergo Religioſos noſtros ad hoc affectuoſe complendum amore Chriſti pro nobis incarnati, quod ipſi gentiles ſponte & abſque tranſgreſſione complebant amore patris ſui. Et erubeſcat Wicleſſus ſcandalizare Religioſos obſervantes conſilia, de quibus non tacet lex Chriſti, ſed ſuadet; cum audiat rudem gentilem cum ſua ſtirpe laudatum, quia aliquid obſervari in Religione ſuaſit, quod lex non expreſſit. Sed etſi fecerit*, legem ſuper hoc conſulere prætermiſit.

* *ſeu*, lex expreſſerit

CAPUT III.

De applicatione modernorum Religioſorum ad veteres, quia utrobique additur legi Dei (*b*).

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Calumnia hæreticorum adverſus Religionis cultores adducitur.*
2. *Maxima cum ſit affinitas Religionis* Rechabitarum *ad noſtram* perfectorum, *ſi licuit illis ſuperaddere legi ſcriptæ, licet & nobis ſuperaddere legi Evangelicæ, quamvis non contrafacere.*
3. *Quam nos Catholici appellamus* Religionem vulgi, *Wicleſſus appellat* Religionem Chriſti: *& quam nos dicimus* Religionem perfectorum, *ipſe dicit* Religionem quatuor novarum ſectarum.

1. SED forſan dicit aliquis formoſulus* de Religione illa, cujus Wicleſſus eſt Patronus: Nihil ad vos de Rachabitis, vel Eliſaicis: quia ipſi degebant in ſolitudine abſque domibus; vos Fratres in altis ædificiis: ipſi abſtinuerunt a vino & pinguibus; Monachi & Canonici incraſſati pinguibus & dulcibus farciuntur ad ſummum. Quinimo falſo recitaſti magiſtrum*, qui inter religionem perfectam & vulgarem nuſquam comparat; nunquam utitur illis terminis per opera ſua, ſive moralia, ſive ſcholaſtica. „

* *locutionem imitatur Hieronymi ſupra cap. 1.*

* *hiſtoriarum, Petrum Comeſtorem*

2. Immo ad nos eſt de religione Rechabitarum & etiam Eliſeitarum, quia ad minus abſtinentia eorum a vino, & manſio in ſolitudine ſequeſtratim a conſortio hominum, confirmatio eſt profeſſionis anachoreticæ chriſtianæ; de qua tam profeſſione, quam converſatione multi ſunt, tam Fratres, quam Monachi, viri perfecti. Et tunc arguo: ſi eis licuit religionem illam ſuperaddere tunc religioni Judæorum, digito Dei ſcriptæ; cur jam non licet legi ejuſdem Domini ſuperaddere? Probavit Deus additionem eorum tunc, immo laudavit; credes ne eum mutatum eſſe, quod non laudabit & nunc? Scio enim quod Auguſtinus dicit, licitum eſſe ſupplere & addere legi Chriſti Evangelicæ: non autem licet citra facere. Hoc enim dicit palam Tract. XCVIII. *ſuper Joannem* AUGUSTINUS. Prorſus (inquit) admonitio beatiſſimi Apoſtoli de veſtris cordibus non recedat, *Si quis vobis Evangelizaverit præter quod accepiſtis, anathema ſit.* Non ait *pluſquam accepiſtis*, ſed *præter quod accepiſtis:* nam ſi illud diceret, ſibi ipſi præjudicaret, qui cupiebat venire ad Theſſalonicenſes, ut ſuppleret quæ eorum fidei deſuerunt. Sed qui ſupplet, quod minus erat addit, non quod inerat tollit: qui autem præ-

„ ter

Auguſtinus To. 3. pag. 741. num. 7. Gal. 1. 8.

Quomodo liceat aliquid addere legi Chriſti

(*a*) Eliæ virginitatem teſtantur Ambroſius de Virginib. Hieronymus lib. 1. cont. Jovinian. Ephræm lib. 1. Paræn. aliique Patres. Idem teſtatur Hieronymus de Jeremia in Præfatione ad eumdem.

(*b*) Ea, quæ in hoc capite probat Waldenſis, evidenter confirmat infra cap. 30. per totum, & cap. 31.

„ tergreditur fidei regulam, non accedit in via, „ ſed recedit de via. „ Hæc Auguſtinus. Quod ſi liceat Anachoritis noſtris rigorem ſolitudinis & abſtinentiæ ſuperaddere legi Chriſti, quemadmodum licebat tunc illis *: ergo aliqua religio perfectorum eſt meritoria, quamquam aliquid ſuperaddat religioni Chriſti vulgari; quod eſt intentum, quoad comparationem, quam imputo ipſi inter Chriſti religionem vulgarem & perfectam.

* Rechabitis

A

3. Notandum, quod Religionem perfectorum uniformiter attendamus, quamvis difformiter vocabula baptizemus; & ſic etiam Religionem Chriſti vulgarem. Nam religio, quam ego nuncupo *perfectorum*, ſicut Chriſtus nuncupavit in Evangelio (*a*), & Dionyſius in Eccleſiaſtica Hierarchia *, ipſe nuncupat odioſo nomine *novam ſectam quadripartitam*, ſcilicet Cæſareorum Clericorum (puta Epiſcoporum) Monachorum, Canonicorum Regularium, & Fratrum quatuor Ordinum; ſicut ipſemet utitur termino in Tractatu ſuo *de officio paſtorali* cap. XVII. & *de ſpeculo militantis Eccleſiæ* cap. XIV. Religionem vero popularem vocat favorabili nomine *Religionem Chriſti*; ita quod excludat Religionem perfectorum, nullam aliam Chriſti vocans Religionem, niſi in qua homo habeat liberas habenas vagandi per orbem, tranſmutandi habitum, cæremonias, ritus, & loca variandi quandolibet, ſicut plane habetur ex textu ejus cujuſdam *homiliæ* Dominica XII. poſt Trinitatem. Idem lib. *de Diabolo & membris ejus*, cap. II. Item Tractatu *de Dominis & ſervis*, ſtatim poſt principium: & *de ſpeculo militantis Eccleſiæ*, c. XIV. & XV. per proceſſum. Ubi ergo ipſe nuncupat *Religionem Chriſti*, non appropriate utitur termino, cum omnis Religio in charitate fundata, ſit Religio Chriſti, non illa cum præciſione, quam ipſe * ſervavit in ſe: quia illa fuit cæteris omnibus arctior, per quam etiam tenebatur ſubire mortem æquivalentem humanæ ſpeciei, & illa nulli alteri a Chriſto fuit communicata, cum multis aliis. Sed cum laxiſſimam Religionem volebat appellare, recte dixiſſet Religionem *popularem*, vel *vulgarem*, quia illa inter omnes eſt laxiſſima. Non poſſunt igitur omnes formoſuli ejus facere, quin hoc intendat ipſe per *Religionem* ſuam *Chriſti*, quod ego per *Religionem liberi vulgi*, Et iterum per Religionem quatuor novarum ſectarum, quod ego per Religionem *perfectorum*. Non ergo erubeſcant de terminis ſui præceptoris, quamdiu concertemus in rebus; voces enim ſunt ſignificativæ ad placitum; & potiſſimum apud eos.

a

* cap. 6.

B

C

* Chriſtus

Perfectio propria Chriſto nulli fuit communicata

D

CAPUT IV.

De fundatione Religionis perfectorum tempore Legis ſcriptæ (*b*) per ſubjectos Legi.

b

E

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Hebræorum Synagogam Deus Religioſis decoravit: primuſque inter eos fuit Samuel.*
2. *Hebræi illi Religioſi varios conventus habebant.*
3. *Tametſi Religionis vocabulum non ſit uſque adeo antiquum, res tamen antiquiſſima eſt: Religioniſque vocabulum Scripturæ non contradicit.*
4. *Monachorum Religioſorumque Conventus (authore Hieronymo) inſtitutores habuit & anteſignanos Eliam, Eliſæum, filioſque Prophetarum.*

1. NE igitur tantæ charitatis & devotionis obſervantiam glorioſam infamia gentilitatis & populi beſtialis extingueret, & ex infamia paganorum, inter quos, non dubium, Religio naſcebatur, tanti decoris offuſcaretur intentio, placuit divinæ ſapientiæ, ut quæ de Ur Chaldæorum populum novit ſibi peculiarem elicere *, etiam de gremio gentilitatis, Religionis munus voluit ſolvere; & electæ ſuæ Religioni Judaicæ gentis adjungens, Synagogam Religione ditavit, & Religionem fecit authenticam in laudibus Synagogæ. Adamantina enim Religio Judaicæ gentis, cunctis tunc prælata ritibus, populorum omnes ad ſe ipſam ſectas traxit famulas honeſtatis, ſecundum illud Eſther VIII. *Judæis nova lux oriri viſa eſt.* -- Et ſequitur -- *Intantum ut plures alterius gentis, & ſectæ, eorum & religioni & cæremoniis jungerentur.* Primo tamen inter Judæos Samuelem prophetam religioſum comperimus fuiſſe clauſtralem. Unde cum primo unxiſſet Saul in Regem Iſrael, remiſit eum ad urbem, & dixit: „ Cum ingreſſus fueris urbem, ibi obviam habebis gregem prophetarum deſcendentium de „ excelſo, & ante eos pſalterium & tympa- „ num, & tybiam & cytharam, ipſoſque pro- „ phetantes; & inſiliet in te ſpiritus Domini. „ 1. Reg. X. Ubi MAGISTER HISTORIARUM & DOCTOR DE LYRA. Hic nota (inquit Magiſter) „ quia Samuel primus inſtituit Conventus Re- „ ligioſorum jugiter pſallentium Domino: & di- „ cebatur Conventus eorum *Cuneus* quaſi *con- „ veneus* (*c*). Et dicebantur prophetare, ideſt, „ jugiter Deum laudare: & forte quandoque „ aliqui ex eis prophetabant. „ Hæc magiſter hiſtoriarum.

* Ed. V. eliſcere

Eſth. 8. 16.

Samuel inter religioſos veteris legis

1. Reg. 10. 5.

Magiſter hiſt. & Lyranus

c

Prophetare, ideſt, Deum laudare

2. Manſiones autem (ſive conventus) iſtorum prophetarum variæ erant. Quidam enim habebant Conventum in Galgala ſicut hic *. Alii morabantur in Najoth in Ramatha, ubi nuncii Saul miſſi ad perſequendum David prophetabant; & ipſe *, cum illuc venerat. 1. Rg. XIX. Et alia loca colebant, ubi Religioni vacabant tunc dicti prophetæ in circuitu terræ ſanctæ.

* 1. Reg. 10. 5.

1. Reg. 19. 20. 21. & 24.

* Subaudi Saul

3. Subridet hic adverſarius noſter, opponens nobis levitatem mentis, quod tam modica occaſione data Scripturæ, Religionem tam noviter inventam, tam veterem facimus; potiſſimum cum nec hæc Scriptura, nec quævis alia *Religioſos* eos vocet: in quibus tamen Religionem noſtram fundare conamur. Sed fundamentum Religionis, quod ex Samuele accepimus, non minus eſt ſanum, quamquam ipſos prophetas Scriptura, non *Monachos*, ſive *Religioſos* vocat. Nam nullibi per Scripturam habebitur, quod in Deo ex natura ejus ſint tres perſonæ,

& non

(*a*) Si vis *perfectus* eſſe, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus &c. Matth. 19. 21. Dicitur autem Religio *perfectorum* ea perfectione, quæ in charitate conſiſtit, & quæ in religione, qua de loquimur, excellenter & potiſſimum viget. Verum quidem quod etiam apud vulgares Chriſtianos poteſt & debet fervere divinæ charitatis flamma: ſed ea ob carnalia delectamenta, ac terrenas illecebras, aut ſæculi curas, aut occaſionum diſtractiones, apud illos aut ægre inducitur, aut parvo intervallo ſervatur, aut facile nimis extinguitur. Non ſic in religione perfecta, ubi ejus cultores cum per tria vota omnibus abrenunciaverint carnis & mundi corruptelis, expeditiores ſunt ut facilius ac diutius charitate in Deum ferveant, & Deo ipſo indivulſe conjungantur, eo vinculo quod jure ab Apoſtolo Coloſſ. 3. *Vinculum* dicitur *perfectionis*.

(*b*) Quæ in hoc cap. 4. & ſequenti cap. 6. egregie a *Waldenſi* differuntur, valide perſtringunt hæreticos recentiores, qui ante ſæculum quartum ullam negant extitiſſe religionem: primoſque volunt Monaſticæ vitæ authores fuiſſe Antonium, Macharium, & ſimiles. Ita docent Magdeburgenſes Cent. 4. cap. 6. pag. 464. *cœpit* (inquiunt) *hoc ſæculo* (quarto) *primum Monaſtices &c.* idemque ſæpius, uſque ad faſtidium repetunt. Vide infra cap. 7. num. 3.

(*c*) Alii *Conneus*, ducto forte verbo a *Connatus*, quod a ſimul *nare* ſeu *natare* deducitur.

& non tres eſſentiæ; iſta tamen veritas eſt catholica, & oppoſitum contradictorium ejus eſt hæreſis. Ideo dicit vii. *de Trinit.* cap. iv. Augustinus. Propterea licuit loquendi & diſputandi neceſſitate tres perſonas dicere ; non quia Scriptura dicit, ſed quia Scriptura non contradicit. „ Hæc Auguſtinus. Conſimiliter dicit Eccleſia Religioſos perfectos a Sancto Samuele initium ſumpſiſſe tempore Legis ; & fuiſſe tunc illos in parte, quod Monachi, ſive Fratres, jam ſunt ex toto; non quia Scriptura hoc dicit, ſed quia Scriptura non contradicit; non contradicit, inquam, appellatione nominis, ſed dicit rem ſignatam ex nomine. Unde quantumcumque vocabulum *Religioſi* ſit novum, hoc realitati religionis non derogat, quæ appellationem ſuam diu ſatis præceſſit, teſte beato Auguſtino *ſuper Joan.* homil. xcvii. verſus finem. Augustinus. Audite (inquit) Apoſtolum talia prævidentem & ea vitanda ſalubriter admonentem; *prophanas* (inquit) *verborum novitates devita*. Non ait tamen *verborum novitates*, ſed addidit *prophanas*. Sunt etenim doctrinæ Religionis congruentes verborum novitates, ſicut ipſum nomen *chriſtianorum*, quando dici cœperat, ſicut ſcriptum eſt. In Antiochia enim primum poſt aſcenſionem Domini appellati ſunt diſcipuli *chriſtiani*, ſicut legitur in Actibus Apoſtolorum. Et Xenodochia & *Monaſteria* poſt ſunt appellata novis nominibus; res tamen ipſæ & ante nomina ſua erant; & Religionis veritate firmantur, qua etiam contra improbos defenduntur. „ Hæc Auguſtinus. Videtis hic juxta beatum Auguſtinum & *Monaſteria*, Religioſa loca, diu præceſſiſſe ſecundum rem ſua vocabula. Et iterum idem Auguſtinus ſuper *Pſalmus* cxxxii. reſpondens Donatiſtis & Manichæis hæreticis ridentibus Monachos noſtros, & ſciſcitantibus ab eis ubi nomen *Monachi* ſit repertum in Scriptura, Augustinus. Interim illud videat Sanctitas veſtra : qui nobis dicunt, oſtendite ubi ſcriptum ſit nomen *Monachorum*, oſtendant nobis, ubi ſcriptum eſt nomen *Agoniſticorum*. Sic eos (inquiunt) appellamus, propter *agonem*. -- Et infra. -- Tamen quia certant, dicitis *Agnoſticos*; & invenistis unde appellatis, quia dixit Apoſtolus, *Bonum certamen certavi*. Quare ergo & nos non appellemus *Monachos*, cum dicat pſalmus: *Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum? Monos* enim unus dicitur; & non unus quomodocumque: nam & in turba unus eſt; ſed unus (*a*) cum multis poteſt dici; *monos* non poteſt, niſi unus ſolus: *monos* enim unus ſolus eſt. Qui ergo ſic vivunt in unum, ut unum hominem faciant, ut ſit illis vere quod ſcriptum eſt, una anima & unum cor; multa corpora ſed non multæ animæ; multa corpora, ſed non multa corda; recte dicitur *monos*, ideſt, unus ſolus. „ Hæc & multa alia ad idem Auguſtinus ibidem. Repatriet ergo illud inſidioſum motivum; *non tunc vocati ſunt religioſi: ergo non erant*. Firmatur enim religio veritate rei, deficiente quandoque vocabulo competente, qua ſatis competenter contra improbos defenſatur.

Auguſtinus To. 8. cap. 5. pag. 859. num. 8.

Auguſtinus To. 3. pag. 738. num. 4.

2. Tim. 2. 16.

Act. 11. 26.

Religiones fuerunt antequam vocarentur religiones

Auguſtinus To. 4. pag. 1487. num. 6.

1. Tim. 4. 7.

Pſalm. 132. 1.

Monachus non unus cum multis, ſed unus ſolus

a

Act. 4. 32.

4. Verumtamen Beatus Hieronymus audacter appellat eos *Monachos* in Epiſtola ſua ad *Ruſticum* de inſtitutione Monachorum, dicens Hieronymus. Filii (inquit) prophetarum, quos *Monachos* legimus in veteri teſtamento, ædificabant ſibi caſulas juxta fluenta Jordanis; & turbis urbium derelictis, polenta & herba agreſti victitabant: „ Hæc ille. Iſti autem Monachi, ſeu filii prophetarum, a tempore Samuelis non ceſſabant uſque ad adventum Eliæ Teſbithæ, in cujus temporibus, ſuadente Achab

Hieronymus To. 1. Epiſt. 125. pag. 930. num. 7.

4. Reg. 6. 2.

A omnem populum ad cultum idolorum, pene periit tota Religio prophetarum, & inclinavit omnis populus cervices ſuas ritibus idolorum, intantum quod exclamaret Elias coram omni multitudine, *Ego* (inquiens) *remanſi propheta Domini ſolus:* Prophetæ autem Baal quadringenti & quinquaginta; & prophetæ lucorum quadringenti ſunt viri. Ideo zelans multiplicare Religionem prophetarum ſanctorum, ſollicite huic rei operam dedit; Eliſæum primo inſtituens, & pallio ſuo induens; & demum alios poſt eum magno numero providens ab intento, ut ſanctæ Religionis ſucceſſio ſemper ſtaret, ſecundum

Regnante Achab pene omnino defecit religio prophetarum

3. Reg. 19. 10.

B quod Sapiens Eliam alloquens dixit: *Prophetas facis ſucceſſores poſt te, qui raptus es in turbine ignis*. Eccleſiaſtici xlviii. Primus* quidem ſtatuit eos multos, & poſt eum Eliſæus in monte Carmelo: qui ad tantum numerum devenerunt, ut ſpatioſum illud deſertum non poſſet eis ſufficere. Unde venientes ad Eliſæum præceptorem ſuum, dixerunt: „ Ecce locus, in quo habitamus coram te, anguſtus eſt nobis. Eamus uſque ad Jordanem, & tollamus ſinguli de ſylva materias ſingulas, ut ædificemus ibi locum nobis ad habitandum. Qui dixit, ite. „ iv. Reg. vi. Et ſic tandem multi manſerunt ibi-

Eccl. 48. 8.

* Elias

4. Reg. 6. 32.

C dem juxta littus Jordanis: quidam autem manſerunt in Carmelo: quidam in monte Ephraim. Multi etiam in ſuburbiis Civitatum regulares tractabant obſervantias; maxime autem in Galgala, quem locum frequentabat Samuel. In Bethel quoque multi manſerunt, in Jeruſalem, in Sarephta, in Samaria, & Jericho Civitatibus, ut proceſſive patet iii. Reg. & iv. Et manſit hæc Religio prophetarum continuo uſque in adventum Chriſti: & deinceps facti ſunt principes Religioſæ militiæ chriſtianæ. Quod luculenter declarat beatus Hieronymus in Epiſt. *ad Paulinum* exhortatoria, dicens, Hieronymus. Habet

Religioſi veteris legis uſque ad adventum Chriſti perdurarunt.

D unumquodque propoſitum principes ſuos, Romani duces imitentur Camillos, Fabricios, Regulos, Scipiones. Philoſophi proponant ſibi Pythagoram, Socratem, Platonem, Ariſtotelem. Poetæ æmulentur Homerum, Virgilium, Menandrum, Terentium. Hiſtorici Thucydidem, Saluſtium, Herodotum, & Livium. Oratores Lyſiam, Graccos, Demoſthenem, Tullium. Et ut ad noſtra veniamus, Epiſcopi & Presbyteri habeant ad exemplum Apoſtolos, & Apoſtolicos viros; quorum honorem poſſidentes, habere nitantur & meritum. Nos autem habeamus propoſiti noſtri

Hieronymus To. 1. Epiſt. 58. pag. 320. num. 5.

E Principes Paulos, Antonios, Julianos, Hilariones, & Macharios. Et ut ad authoritatem Scripturarum redeam, noster princeps est Elias: præpositus noster Eliſæus: noſtri duces filii prophetarum, qui habitabant in agris & in ſolitudine, & faciebant ſibi tabernacula prope fluenta Jordanis. -- Et in confirmationem præcedentium capitulorum noſtrorum ſubdit; -- De his ſunt & illi filii Rechab, qui vinum & ſiceram non bibebant, qui morabantur in tentoriis: qui Dei voce per Jeremiam laudantur, & promittitur eis, quod non deficiat de ſtirpe eorum vir ſtans coram Domino. Hoc reor & „ ſe-

Jerem. 35.

(*a*) M. ſcribunt *uno*, non tamen improbant *unus* prout in quinque MSS. haberi dicunt.

Pſal. 70. 1. „ ſeptuageſimi pſalmi titulum ſignificare, *Filiorum Jonadab, & eorum, qui primi in captivitatem ducti ſunt*. „ Hæc Hieronymus. Sufficiat ergo Religioſis fidelibus tales habere patronos, & ſancti propoſiti fundatores, ut plane ſe monſtret ſanctarum Scripturarum ignarum quicumque ſic errat, ut dicat eos non eſſe jure fundatos. Unde ſecundum Hieronymum, ſicut Epiſcopi habent ſuos duces Apoſtolos; ita nos ſacros filios prophetarum, & familiam Rechab, qui vinum & ſiceram non biberunt. Et iterum, quare iſti non viderunt, quomodo in hymno trium puerorum, poſt omnium creaturarum memoriam, recolit Religioſos illius temporis, ſpecialiter exhortans eos ut benedicant? *Dan. 3. 90.* *Benedicite* (inquit) *Religioſi omnes Domino Deo Deorum: laudate & confitemini ei, quia in omnia ſæcula miſericordia ejus*. Quos bene hortabatur in fine hymni, ut per hoc quod præpoſuit Sacerdotes & Iſrael, ideſt populum, & Ananiam, Azariam, & Miſaelem, & deinde ſubjunxit Religioſos, daretur intelligi tales quoſdam ſanctos fuiſſe, alios a Sacerdotibus templi, & a vita, & a converſatione populi ſegregatos: qui quamvis ab antiquo fuerint inſtituti, nunquam tamen fuerunt uſque ad Eliam publice & regulariter congregati, qualiter ab Hieronymo ſupra dictum eſt. Et cum eo lib. 11. *de Officiis*, cap. xv. ISIDORUS. Unde autem (inquit) „ ad Monachos ſtudium defluxerit paupertatis; „ vel quis hujus converſationis extitit author, „ cujus iſti habitum imitantur, videamus. Quantum, inquam, attinet ad authoritatem veterum Scripturarum, hujus propoſiti principes „ Elias, & diſcipulus ejus Eliſæus fuerunt, ſive filii prophetarum, qui habitabant in ſolitudine, urbibuſque relictis faciebant ſibi caſulas prope fluenta Jordanis. Hujus etiam „ propoſiti in Evangelio Joannes Baptiſta author extitit, qui eremum ſolus incoluit, locuſtis tantum & agreſti melle nutritus. Jam „ deinde progeniti ſunt converſationis hujus „ nobiliſſimi principes Paulus, Antonius, Hilarion, Macharius, cæterique Patres, quorum exemplis per univerſum mundum adolevit ſancta inſtitutio monachorum. „ Hæc ille.

Religioſi jam antea inſtituti, primo ſub Elia fuerunt regulariter congregati.

Iſidorus pag. 602.

Jerem. 35.

Matth. 3.

CAPUT V.

Quod Jetræi Religioſi gentiles erant, & non Judæi.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Judæi non permiſerunt gentiles ſecum manere, qui gentilitiis ritibus ſerviebant: at eos permiſerunt, qui verum Deum colebant.*
2. *Rechabitarum Religio, Religionem monachalem Prophetarum ſub Samuele præceſſit, & ab ea diſtincta erat: utraque tamen Deo grata.*
3. *Refertur opinio Nicolai de Lyra, dicentis quod Rechabitæ fuerunt Proſelyti Judæorum.*
4. *Rechabitæ non fuerunt hebræi, neque juxta ritus hebraicos vixerunt.*

1. SED de Jetræis dubitari poſſet, utrum eſſent ejuſdem profeſſionis cum cæteris filiis prophetarum. Quod videtur per Hieronymum, cum dicit *: *De his ſunt & filii Rechab*, ideſt, *de numero iſtorum*. Etiam Judæi non permiſerunt gentilium nationes commanere ſecum, niſi forent proſelyti. Reſpondetur: hoc verum eſt de Gentilibus, qui paganis ritibus ſerviebant: Rechabitæ vero Religioſe de Deo ſenſerunt, quamvis de Judæis non eſſent: quemadmodum de Job, qui utique erat gentilis. Quam quidem Religionem a ſeniore patre ſuo Jetro cognato Moyſi perceperunt, qui multum ſapiens, & vir Religioſus erat. Unde Origenes ſuper illud exodi XVIII. *Eſto tu populo in his quæ ad Deum pertinent*; ORIGENES. Ipſe Jetro cum Iſraelita non fuiſſet, inter viros unum Deum colentes Religioſeque ſapientes habendus eſt; ſicut & Job. „ Hæc ille. Quamquam Jonadab poſt multa tempora hanc Religionem parentum omnibus filiis ſuis, & cunctæ poſteritati ſub obedientia magna commiſit, & Religioni Patrum eos aſtrinxit, ut patet Jerem. XXXV.

** ſupra, cap. præced. num. 4.*

Exodi 18. 19.

Origenes To. 1. hom. 11. pag. 108.

Jerem. 35. 6.

2. Propter quam primam traditionem ex Jetro, multi famoſi confirmant Religionem Rechabitarum præceſſiſſe Religionem prophetarum ſub Samuele: quod non potuit eſſe, ſi oriretur primo ex Jonadab, qui fuit tempore Jehu, & aſcendit cum eo currum in poſteriori tempore Eliſæi. IV. Reg. X. Nec eſt veriſimile, quod Jonadab tunc inchoaſſet Religionem ſuæ familiæ ſeorſum a filiis prophetarum, potiſſimum ſi ejuſdem cultus eſſet, cum in nulla notabili cæremonia diſſenſerit monachatus illorum. Permiſſi ſunt tamen Judæis commanere, a tempore quo Saul eduxit eos de Amalech, jubens ut abirent, ne involveret eos cum Amalech. I. Reg. XV. Et demum poſt irruptionem Chaldaici exercitus, Jeroſolymam intrare compulſi ſunt, ut patet Jerem. XXXV. Et tunc poſt ſolitudinis libertatem, in urbe, quaſi in carcere ſunt recluſi, ſicut dicit Hieronymus *ad Paulinum*. His ergo ductus rationibus, & authenticis Patrum dictis, Religionem Rechabitarum vetuſtiorem dixi, & omnino ſeparatam a monachatu Prophetarum, cum primi gentiles remanſerint, ſecundi ſub lege Moſaica profecerint. Utraque tamen religio probata erat, & Deo accepta: & Patres facti ſunt & Patroni Religionis perfectorum futura temporibus legis Chriſti, quod ſolum intendebat Hieronymus, cum diceret *: *De his ſunt illi filii Rechab*, ideſt, de noſtris principibus, & modernæ Religionis noſtræ fundatoribus approbatis. Et ſic Joannes quadrageſimus quartus Epiſcopus Jeroſolomytanus, in libro ſuo *de inſtitutione primorum monachorum*, lib. IV. cap. VIII. De quo etiam Joanne tangitur in *Eccleſiaſtica hiſtoria* Euſebii (*a*) lib. XI. cap. II. & fulſit temporibus Honorii & Archadii Imperatorum; vocat eos *monachos*, dicens, JOANNES. Monachi (inquit) „ Rechabitæ, quamvis eſſent in Jeruſalem recluſi, dum exercitus Chaldaicus Jeruſalem „ & cæteram terram Judam devaſtavit; ipſi „ tamen non fuerunt cum reliquo populo Judæorum in Babylonem tranſlati, ſed in terra promiſſionis derelicti, ſicut & monachi „ Carmelitæ prædicti: quoniam Nabuzardan „ princeps exercitus Regis Nabuchodonoſor, „ dum prædictam captivitatem Judæorum in „ Babyloniam transferret, hos monachos Recha-

4. Reg. 10. 15.

1. Reg. 15. 6.

Jerem. 35. 11.

** cap. præced. num. 4.*

Joannes Jeroſolomytanus in Biblioth. Patrum Pariſien. To. 9. pag. 647.

(*a*) Euſebianæ Hiſt. lib. 3. cap. 5. recenſetur quidem Joannes qui fuit Jeroſolymorum Epiſcopus: non autem Joannes XLIV. quem nimis diu præceſſit Euſebius, ut de illo ſcribere potuerit. Tempora quoque Archadii & Honorii, qui ineunte ſæculo quinto imperabant, minime cum Cæſarien. Euſebio conveniunt, qui initio ſæculi quarti in Eccleſia claruit. Vel ergo hic interpoſitus eſt textus; vel ab ipſo Authore ob nominis ſimilitudinem, poſterior Joannes cum primo confuſus eſt: quod peritiſſimis etiam viris non raro evenit.

„ chabitas cum Jeremia propheta liberos abire conceſſit. „ Hæc ille.

3. Sed contra hoc videtur, quod omnes Jetræi, a primo Jetro & deinceps, fiebant Proſelyti, & fideles Hebræorum: tum quia Jetro ſimul ſacrificavit cum Moyſe ſocero ſuo Deo vero, Exodi XVIII. tum quia cum aliis filiis Juda ſimul profecti ſunt, & commanſerunt eis deinceps, poſtquam aſcenderunt de Jericho civitate palmarum; ut patet Judicum I. Ideo Doctor de Lyra Exodi XVIII. Numer. X. Judicum I. Reg. XV. & I. Paralip. II. dicit, omnes Jetræos per Rechab fuiſſe fideles, & proſelytos a tempore illius Sacrificii facti (a), Exodi XVIII.

Exod. 18. 12. — *Jud. 1. 16.*

4. Sed ſalva reverentia Doctoris *, credo oppoſitum fuiſſe verum, multis de cauſis. Primo, quia poſt illud ſacrificium dedit ipſe conſilium Moyſi de ſubſtituendis judicibus; & illo tempore fuit ipſe gentilis, ſicut plane dicit Origenes, & ponitur in gloſſa ibidem *: & dicit ipſum non fuiſſe Iſraelitam: ſed tamen erat unum Deum colens, & religioſe ſapiens, ſicut Job. Job autem ſemper erat gentilis. Item I. Reg. XV. manſit tota illa familia cum Amalech, qui fuerunt gentiles: quod non feciſſent, omittentes manere cum Iſraelitis, ſi fuiſſent Iſraelitæ. Item ibidem in textu, Saul pepercit eis, quia pater eorum Jetro benigne tractavit cum Moyſe; ſed melior cauſa fuiſſet, quia eſſent de fide Hebræorum, ſi ſic fuiſſent. Non ergo fuerunt de ritibus Hebræorum, ſed bene familiares & accepti eis, & unum Deum colentes; & tales tunc fuerunt accepti Deo, quamvis non circumciſi, ſicut Job & alii multi. Unde XVIII. *de Civ. Dei*, cap. XLVII. AUGUSTINUS. Nec ipſos Judæos (inquit) exiſtimo audere contendere, neminem pertinuiſſe ad Deum, præter Iſraelitas, ex quo propago Iſrael eſſe cœpit, reprobato ejus fratre majore. Populus revera, qui proprie Dei populus diceretur, nullus alius fuit: homines autem quoſdam ad veros Iſraelitas ſupernæ cives patriæ pertinentes etiam in aliis gentibus fuiſſe negare non poſſunt: quia ſi negant, facillime convincuntur de ſancto & mirabili viro Job, qui nec indigena, nec proſelytus, ideſt, advena populi Iſrael fuit, ſed ex gente Idumæa genus ducens, ibi ortus, ibidem mortuus eſt. „ Hæc ille. Et innuit ibidem Auguſtinus hanc differentiam legis Chriſti a lege Moyſi: qui ad hanc non veniunt, ideſt, ad legem Chriſti, indubitanter pereunt: multi vero, non venientes ad legem Judæorum, fuerunt electi, ſi ſecundum Deum vixerunt & naturæ principia, ſicut boni morales philoſophi, & ſancti Patres. Quod ergo Doctor movetur per Sacrificium commune Jetro & Moyſi uni Deo, non moveret quemquam: quia ſic Melchiſedech & Noe, & cæteri Patres de ſtatu naturæ ſacrificabant uni Deo. Movet me autem, quod Jetræi & Cynæi, (qui idem ſunt) manſerunt cum Amalecitis uſque ad tempora Saul, relinquentes manere cum Iſrael, dicentes quod cognati erant Amalech, ſecundum gloſſam interlinearem. Verum eſt; & ſic cognati erant Iſrael per Moyſen, quia Moyſes erat ſocer Jetro, Exodi XVIII. Contentor ergo, ſine præjudicio melioris decreti, dicere Jetræos per Rechab & Jonadab manſiſſe gentiles, in ſtatu quoque naturæ Deo placentes, & religioſe ſapientes, quod ſatis eſt ad præſens.

* *Nicolai de Lyra* — * *Exod. 18. 21.* — *1. Reg. 15. 12.* — Auguſtinus To. 7. pag. 530. — Differentia inter legem Chriſti, & legem Moyſi — *Exodi 18. 5.*

CAPUT VI.

De fundatione Religionis perfectorum in primitiva Eccleſia Jeſu Chriſti.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Lex Chriſti, cum omnium aliarum legum perfectionem contineat, non eſt mirum, ſi ſtatim in principio naſcentis Eccleſiæ perfectorum Religionem inſtituit.*
2. *Perfectorum & Cœnobitarum religio in Apoſtolis primum incœpit, quorum tempore multi ſub voto eam profitebantur.*
3. *Perfectorum religio non repugnat legi Chriſti.*
4. *Monachorum religio diſtincta a vulgari Chriſti Religione, ex doctrina habetur Apoſtoli.*

1. SED quia legi Chriſti perfectæ nihil deeſſe potuit, quoniam perfectionem contulit in quocumque ſtatu, ſtatum etiam monachorum & Religionem perfectorum approbare decrevit in primordio naſcentis Eccleſiæ, juxta illud Apoſtoli Pauli ad primævos credentes gentis hebræorum: *Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum; contemplantes ne quis deſit gratiæ Dei.* Ad Hebr. XII. Non eſt enim minima gratiarum contemplari beneficia divina. Ne ergo gratia contemplationis deeſſet Eccleſiæ, contemplativos viros, quos Sancti Spiritus incenſio prius inſtituit, ipſa ſupplevit, & perpetuitatis munus, quod ipſi ex ore Dei promiſſum ſub corruptibili lege filiis Jonadab non accepit, futuræ proximæ fidei Chriſti æterna ſucceſſione percepit. Sic enim probat Apoſtolus ad Hebræos VII. æternum Sacerdotium ſecundum ordinem Melchiſedech ſolum impletum in Chriſto. Chriſtus enim circulus eſt perfectus, in quo rota legis olim colliſa, perfectionis integritatem accepit. Non tamen fuiſſet rota illa, juxta Ezechielis viſionem, tanta admiratione digna, niſi fuiſſet impreſſa *rota in medio rotæ*, in medio ſcilicet Religionis Chriſti publicæ, inſerta religio vitæ perfectæ. Nam veterana Patrum religio, tam Rechabitarum, quam Prophetarum in ſolis tabernaculis colebat ſolitudinem, in ſignum peregrinationis ſuæ, & inſtitutionis nondum firmatæ, juxta illud Apoſtoli: *Juxta fidem defuncti ſunt omnes iſti non acceptis repromiſſionibus* (ſuæ perpetuitatis ſupple) *ſed a longe eas aſpicientes, & ſalutantes, & confitentes, quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram.* Ad Hebr. XI. Nec mirum: extra rotam enim erant.

Hebr. 12. 14. — *Hebr. 7. 15.* — Lex in Chriſto perfectionem accepit — *Ezech. 1. 16.* — Antiqui Patres cur ſolitudinem ſub tabernaculis incolebant — *Hebr. 11. 13.*

2. Sed cum intra rotam militiæ Chriſtianæ veniſſet, primo in templo incœpit, non in agro, religio perfectorum, ubi ſub Apoſtolis vitam agebant ſinceram, accedentes ad fidem; ſicut & Apoſtoli ipſi in unum convenerunt cœnaculum, juxta mandatum Domini Lucæ ultimo, Petrus & Joannes, Jacobus & Andreas, & cæteri Apoſtoli. Et hi omnes, (ſecundum Scripturam Act. I.) erant perſeverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Jeſu, & fratribus ejus, cum cætera hominum turba ſimul fere centum viginti. „ Conformiter poſt Sancti Spiritus miſſionem, qui recenter baptizati ſunt (illo ſcilicet die *) circiter tria millia cum cæteris ante baptiza-

Luc. 24. 49. — *Act. 1. 14.* — * *Pentecoſtes*

(a) A Jetro ſimul cum cognato ſuo Moyſe; de quo Exodi 18. 12.

* [illegible]nle in eod. loco. Act. 2. 42. & 45.

tis erant pariter *: *& habebant omnia communia: poſſeſſiones & ſubſtantias vendebant, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat: quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo*, Gloſſa, *ut Apoſtoli*, *& frangentes circa domum panem, ſumebant cum exultatione & ſimplicitate cordis, laudantes Deum, habentes gratiam ad omnem plebem*. Act, 11. Ecce plane vita futurorum hæc religio perfectorum. Nec vereor dicere, quod tunc ipſi fuerant quod Religioſi perfecti jam eſſe cenſentur: a quibus Religioſi fideles omnem formam ſumpſerunt regularis doctrinæ: quod plane ſentit mecum egregius Iſidorus lib. 11. *de officiis*, cap. XV. ISIDORUS. Primum (inquit) monachorum genus eſt „ *Cœnobitarum*, ideſt, in commune viventium, „ more Sanctorum illorum, qui temporibus „ Apoſtolorum Jeroſolymis vendita ac diſtribu„ta omni ſua ſubſtantia indigentibus, habita„bant in ſancta communione vitæ, non di„centes aliquid proprium; ſed erant illis om„nia communia, & cor unum in Deum. Ho„rum igitur inſtitutione, monaſteria ſumpſe„re principia. „ Hæc Iſidorus. Et Bernardus libro ſuo *de amore* bene ultra medium, dicens *de vita Clauſtrali*, BERNARDUS. Veniamus (in„quit) ad eam, quam dicit Apoſtolus ſocie„tatem ſpiritus, & laudem diſciplinæ; ad bo„num illud & jucundum fraternæ cohabita„tionis in unum. LAUS HUJUS DISCIPLINÆ AB „ APOSTOLIS ſumpſit exordium, qui ſicut a „ Domino didicerant, vel a Spiritu Sancto, „ cujus virtute nuper fuerant induti ex alto, „ modum convivendi ſic ſibi inſtituerunt, ut „ eſſet multitudinis cor unum & anima una; „ & eſſent unanimiter ſemper in templo. Hanc „ Apoſtolicæ inſtitutionis formam quidam æmu„lantes, non habent domos vel diverticula, „ niſi domum Dei, domum orationis. Omnia „ quæcumque faciunt, in nomine Domini fa„ciunt, ſimul habitantes, uno ordine, una le„ge viventes, nec habentes proprium: nec ip„ſa corpora ſua, nec voluntates in poteſtate „ ſua habentes. Simul dormiunt, ſimul ſur„gunt; ſimul orant, ſimul pſallunt, ſimul le„gunt, ſimul * eſt & immobile propoſitum il„lorum obedire præpoſitis ſuis, & ſubjacere „ illis. „ Hæc Bernardus. Hæc eſt ecce clauſtralis religio, quæ non a ſemetipſa, ſed a Sanctis Apoſtolis, & ſanctis fidelibus contemporaneis ejus, ſumpſit patrocinium. Unde forſan non omnes iſta tunc temporis facientes, Religioſi Clauſtrales erant; ſed omnes habentes iſta ſub voto, & ex toto ſacrificantes ſe Deo, & voluntates, & corpora, quales multos tunc fuiſſe non eſt dubium. Unde Ananias & Saphira renunciationem bonorum ſuorum fecerunt ſub voto, ſicut dicit Hieronymus Epiſt. *ad Demetriadem* virginem, quæ incipit: *Inter omnes*. HIERONYMUS. Ananias & Saphira diſpenſato„res timidi, immo corde duplici, & ideo con„demnati: quia poſt votum obtulerunt quaſi „ ſua, & non ejus, cui ſemel ea voverant; „ partemque ſibi jam alienæ ſubſtantiæ reſer„varunt, metuentes famem, quam vera fides „ non timet (*a*). „ Hæc Hieronymus. Sed fideles alii non minori fervore dedicaverunt bona ſua Deo, quam iſti proditores, quamvis votum uniuſcujuſque Scriptura æqualiter taceat. Videtur ergo magnam partem tunc converſorum fuiſſe ejuſdem Religionis in actu: maxime autem illos centum viginti, qui ſimul manſerunt in uno loco, orantes continue in templo, die ac nocte; audeo dicere, fuiſſe Religioſos peculiares, etiam voto Religionis conſtrictos. Unde Auguſtinus ſuper Pſal. CXXXII. lucide hoc probat, ponderans hoc, quod dixit Propheta: *Ecce quam bonum, & quam jucundum, habitare fratres in unum*. AUGUSTINUS. „ Iſta (inquit) verba pſalmi *, iſte dulcis „ ſonus, iſta ſuavis melodia, tam in cantico, „ quam in intellectu, etiam monaſteria pepe„rit. Ad hunc ſonum excitati ſunt fratres, „ qui habitare in unum cupierunt. Iſte verſus „ fuit tuba ipſorum, qui ſonuit per omnem „ orbem terrarum; & qui diviſi erant, congre„gati ſunt. -- Et infra -- Et unde illi quin„genti, qui Dominum poſt reſurrectionem vi„derunt, quos commemorat Apoſtolus Paulus? „ Unde illi centum viginti, qui ſimul erant in „ uno loco poſt reſurrectionem Domini, & „ aſcenſionem in cœlum: quibus in uno loco „ conſtitutis ſupervenit Spiritus Sanctus miſſus „ de cœlo in die Pentecoſtes; ſic miſſus, ſicut „ promiſſus? Omnes inde erant; & ipſi primo „ habitaverunt in unum, qui omnia quæ ha„buerunt vendiderunt, rerumque ſuarum pre„tia ad pedes Apoſtolorum poſuerunt, ſicut „ in Actis Apoſtolorum legitur: & diſtribue„batur unicuique prout opus erat; & nemo „ dicebat aliquid proprium, ſed erant illis omnia „ communia. Et quid eſt in unum? erat (in„quit) illis anima una & cor unum. Ergo ipſi „ primi audierunt, *Ecce quam bonum &c.* pri„mi audierunt; ſed non ſoli audierunt. Non „ enim uſque ad illos tantum iſta dilectio, & „ unitas fratrum venit: venit enim & ad po„ſteros iſta charitas & exultatio: & votum Deo „ voverunt. Voverunt enim & ipſi aliquid Deo, „ ut dictum eſt, *Vovete & reddite Domino Deo* „ *veſtro*. *Melius eſt autem non vovere, quam* „ *vovere & non reddere*. Sed debet eſſe impi„ger animus, ut & voveat & reddat; ne cum „ ſe minus idoneum putat ad reddendum, pi„ger ſit ad vovendum. Plane numquam red„deret, ſi de ſuo ſe putaverit redditurum. „ Ex voce ergo hujus pſalmi appellati ſunt & „ monachi. „ Hæc Auguſtinus ibidem. Videte quam plane Auguſtinus fundat Eccleſiam monachorum in pſalmis: Monachos quoque illos fuiſſe, & ibi incœpiſſe in templo, ubi fuerunt ſimul, quod in Actibus legitur; & quod vitam illam voverunt. Unde non mirum ſi cogimur omnes concedere ibi eos Religionis Sanctæ cœpiſſe chriſtiana primordia: quod talis & forſan eadem fuit Eccleſia primorum credentium, qualis jam eſt, vel eſſe affectat Eccleſia Religioſorum clauſtralium: & hoc palam dicit lib. ſuo *de illuſtribus viris*. cap. XX. Beatus HIERONYMUS. Talem (inquit) apparet pri„mam in Chriſtum credentium fuiſſe Eccle„ſiam, quales nunc monachi eſſe nituntur & „ cupiunt, ut nihil cujuſquam ſit proprium, „ nullus inter eos dives, nullus pauper: patri„monia egentibus dividantur; orationi vace„tur & pſalmis, doctrinæ quoque & conti„nentiæ, quales & Lucas refert, primum Je„roſolymæ fuiſſe credentes. „ Hæc ille.

3. Surgat jam contra iſtos blaſphemus Wicleffus: increpet eos, dicens: „ Quare omnia „ veſtra vendidiſtis? Cur omnia pro Chriſto „ dediſtis? cur orationibus & pſalmis in tem-

plo

Marginalia (left column): Religioſi primitivæ Eccleſiæ ſequuntur moderni. — Iſidorus pag. 602. — Act. 2. 4. — * Bernardus To. 5. cap. 9. pag. 253. num. 24. — Philip. 2. 1. — Pſal. 132. 1. — Act. 4. 6. — * M. fixum — Religioſi ſub voto in primitiva Eccleſia. — Hieronymus To. 1. Epiſt. 130. pag. 984. num. 24. — Ananias & Saphira voto paupertatis adſtricti.

Marginalia (right column): Act. 2. 46. — Pſal. 132. 1. — Auguſtinus To. 4. pag. 1484. — * M. pſalterii — 1. Cor. 15. 6. — Act. 1. 15. — Act. 2. 1. — Act. 4. 34. — Act. 2. 45. — Pſal. 75. 12. — Eccl. 5. 4. — Religio clauſtralium cœpit in templo Jeroſolymæ. Act. 2. 46. — Hieronymus To. 2. cap. 11. pag. 133. — Act. 2. 44. &c.

(*a*) Hæc, & quæ ſequuntur ex Auguſtino & Hieronymo caute ſatis diſſimulant Magdeburgenſes, ut illud ſine mendacii ſuſpicione lato ore proferre valeant, quod habent Cent. 12. lib. 2. cap. 6. pag. 506. *Neque veſtigium monachi tunc erat* (temporibus ſcilicet Apoſtolorum).

„ plo aſſidue commorantes, tempus inſumitis? „ Tranſcendunt iſta legem Chriſti vulgarem: „ unde ſine iſtis ſalvabitur gens ſecura. Non li- „ cet addere Religioni a Chriſto ſtatutæ. „ Et vel ſic primos fideles condemnet, & Apoſtolos iſta probantes; vel taceat; vel reprobandum ſe ſciat, quod iſta depravat in Religioſis præſentibus. Ab iſtis enim communis vita Clauſtralis fidelium, quos ſequentes Patres *Cœnobitas* appellant, exemplum ſumit, & formam vivendi, dicente lib. VII. *Ethimolog.* cap. XIII. de Monachis Iſidoro, ISIDORUS. Cœnobitæ ſunt, „ quos nos in commune viventes poſſumus „ appellare: Cœnobium enim plurimorum eſt. „ Anachoritæ ſunt, qui poſt cœnobialem vi- „ tam deſerta petunt. — Et ſubdit: — Sed Ana- „ choritæ Eliam, atque Joannem Baptiſtam, „ quia ſolitarie vixerunt; Cœnobitæ Apoſtolos „ imitantur. „ Hæc Iſidorus. Cœnobitæ ergo Religioſi noſtri communiter viventes nihil addunt culpabiliter Religioni Chriſti vulgari ex vi ſtatus: quia in his additis plane imitantur Apoſtolos, & primos credentes: de quibus etiam tunc vel multi, vel major pars, Religioſi erant, & aſtricti regulis Religionis perfectæ, & diſtinctæ a Religione Chriſti vulgari.

Iſidorus *pag.* 100. Cœnobitæ unde dicti.

4. Et ne foret contentio de nomine, immo & Monachi appellati ab Apoſtolis, & nomine gaudentes Religionis diſtinctæ a cæteris Chriſti vulgaribus, dicente beato Dionyſio in *de Eccleſiaſtica Hierarchia* cap. VII. loquendo de Religioſis illius temporis, DIONYSIUS. Divini no- „ ſtri Duces (ſcilicet Paulus magiſter ejus, & cæ- „ teri Apoſtoli, quibus ipſe fuit immediatus) no- „ minibus ſanctis ipſos dignati ſunt: alii qui- „ dem *Therapeutas*, ideſt, *famulos* (dicitur enim „ a *Therapeuto*, quod eſt *curo*, vel *famulor*) alii „ autem *Monachos* ipſos nominantes, ex Dei „ puto ſervitio & famulatu, & indiviſibili & „ ſingulari vita, ut quæ viventes indiviſibiliter „ ſanctis convolutionibus, ad Deiformem uni- „ tatem, & amabilem Deo perfectionem pro- „ moveat; quod & perfectivam ipſis donavit „ gratiam ſancta legiſlatio, & quadam ipſos „ dignata eſt ſanctificativa invocatione. „ Hæc Dionyſius in plano textu, ex translatione Vercellenſis. Ecce quam plane dicit Dionyſius de Religioſis, quomodo propter ſuam ſingularem converſationem, & indiviſibilem, ideſt, voto firmatam, quam ideo non licebat relinquere, divini Duces ſui, ideſt Apoſtoli, dignati ſunt eos appellare ſacris nominibus *Therapeutas*, *famulos*, vel MONACHOS: & quod ſancta legiſlatio, ideſt, Scriptura ſacra, donavit eis quamdam perfectionis ſingularis gratiam ſpecialem, propter unitatem Deiformem, & Deo amabilem, quam ſervabant, ſimul manendo in una congregatione. Iſti tamen Religioſi multum inopes erant; & cum omnibus ſuis renunciaſſent, & nihil haberent unde viverent; Apoſtoli tamen nec eos permiſerunt ab orationibus ceſſare, nec templi frequentiam deſerere; ſed ipſi, circujentes per Eccleſias, collectas fecerunt, & eis non per intervenientes nuncios, ſed in perſonis propriis attulerunt ad ſubſidium vitæ eorum; ſicut plane docet Hieronymus ad Edibiam viduam *de duodecim quæſtionibus*, in ſolutione quæſtionis primæ. HIERONYMUS. Sic ergo A- „ poſtoli non ſolum inſtituerunt perfectos Re- „ ligioſos, ſed inſtitutis notabile vocabulum

Nomen Monachi ab Apoſtolis.

Dionyſius *cap.* 6. *pag.* 49.

Vide Sozomenum lib. 2. *cap.* 18. *& Photium Cod.* 104. 105.

Hieronymus *To.* 1. *Epiſt.* 120. *pag.* 815.

Thom. Wald. Tom. I.

„ addiderunt; inſtitutis, & ſacro nomine no- „ minatis, in Religionis ſuſceptæ fomentum „ providebant ſtipendia puræ vitæ. „

CAPUT VII.

Quis Apoſtolorum vel Diſcipulorum inſtituerit Religioſos perfectos in Eccleſia primitiva.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Apoſtoli virgines conſecrarunt, earumque conventus inſtituerunt.*
2. *Divus Marcus Evangeliſta Alexandriæ Ægypti monaſteria inſtituit Religioſorum utriuſque ſexus: de quibus mira quædam teſtatur Philo.*
3. *Inſanit Wicleffus, dicendo quod per plura Eccleſiæ ſæcula non extiterunt Religioſi.*

1. SEd quis Apoſtolorum in particulari inſtituerit Religioſos, qui quotidie morabantur in templo Jeroſolymis, non recolo me legiſſe. Sed ſufficiat viro fideli Apoſtolos hoc feciſſe, vel communi aſſenſu omnium, vel magnæ partis. Unde & in prologo libri *de inſtitutis Monachorum* JOANNES CASSIANUS. Nequa- „ quam (inquit) credas rationabilius quem- „ piam vel perfectius novellam conſtitutionem „ in occiduis Galliarum partibus reperire po- „ tuiſſe, quam illa inſtituta, in quibus ab ex- „ ordio prædicationis Apoſtolicæ, a Sanctis Pa- „ tribus, & ſpiritualibus fundata Monaſteria ad „ nos uſque perdurant. „ Hæc ille. Et ut particulares inſtitutiones Apoſtolorum nominatim adducamus in fidem omnium præmiſſorum, commemoremus Sanctum Matthæum Evangeliſtam, qui legitur conſecraſſe Sanctam Euphemiam (*a*) Virginem, & præfeciſſe illam pluſquam ducentis Virginibus. Commemoremus & Sanctum Paulum Doctorem gentium, qui etiam inſtituit Sanctam Theclam (*b*), (in Monacham ſupple): dicit enim Beatus Ambroſius in lib. *de Sancta Virginitate*, lib. II. alloquens quamdam Virginem, AMBROSIUS. Sancta Maria (in- „ quit) diſciplinam vitæ informet: Thecla do- „ ceat immolari. — Et ſequitur bene poſt. — „ Dicet aliquis: cur exemplum tuliſti Mariæ, „ quaſi reperiri queat quæ Matrem Domini „ poſſit imitari? Cur etiam Theclæ, quam gen- „ tium doctor inſtituit? Da hujuſmodi Docto- „ rem, ſi diſcipulam requiris. „ Hæc ille ibi. Ubi ſatis aperit beatam Theclam conſecratam eſſe a Beato Paulo; immo ſic tradunt Doctores beatum Paulum multas fœminas conſecraſſe, de quibus meminit 1. Cor. XI. cum diceret: *omnis mulier orans, aut prophetans non velato capite deturpat caput ſuum*. Gloſſa *vel prophetans*, ideſt, *legens prophetias in Eccleſia*. Quorum neutrum potuit vulgaris fœmina facere, dicente Apoſtolo 1. Tim. II. *Docere autem mulierem non permitto*. GLOSSA. Hoc Apoſtolus dicit, ut do- „ cendi officium ſolis viris adveniat. „ Capiunt ergo famoſi Doctores mulieres *prophetantes*, ideſt, legentes prophetias, fuiſſe religioſas, & a beato Paulo inſtitutas in Eccleſia, qualiter fuerat Sancta Thecla.

Caſſianus *in Biblioth. Patr. Lugdun. pag.* 18.

S. Matthæus Euphemiam virginem conſecravit. a

b S. Paulus Theclam inſtituit.

Ambroſius *To.* 1. *pag.* 89. *Edit. Pariſien.* 1569.

1. *Cor.* 11. 5. Fœminæ religioſæ in primitiva Eccleſia.

1. *Tim.* 2. 12.

2. Et ne nimis quam oportet immoremur, ad beatum Marcum Evangeliſtam properemus, qui in Alexandria civitate Ægypti Conventus

Zz 2 Reli-

(*a*) Alio nomine *Iphigeniam* eam paſſim vocant hiſtorici Scriptores. Quod illa fuerit Æthiopum Regis filia; atque a Sancto Matthæo Apoſtolo in Æthiopiæ partibus Chriſtum prædicante, divinis imbuta myſteriis, Deo ſacrata aliiſque præfecta Virginibus, habetur ex Martyrologio Rom. 21. Septembr. ex vetere quodam Abdia, ex Sancto Antonino, aliiſque apud Joannem Baptiſtam Lezzanam ad an. Chr. 45.

(*b*) *Thecla* fœmina Iconienſis a B. Paulo Apoſtolo ad fidem & virginitatis propoſitum converſa eſt an. Chr. 47.

Religioſorum inſtituit mirabilis multitudinis utriuſque ſexus, viros ſcilicet & mulieres, ſeorſum poſitos, & regularibus ſubdidit diſciplinis, vocans eos ſingulari nomine *Cultores* & *Cultrices*. Et ne putaretur vulgaris fabula futuris temporibus, deſcripſit eos antiquus Doctor Philo, qui tempore Claudii Imperatoris Romæ fuit, A & Sanctum Petrum Apoſtolum vidit, & fruebatur ejus alloquio; qui & magnus poſtmodum fuit Doctor Eccleſiæ, & ſcripſit vigintiquinque volumina, ſicut ſuper his omnibus teſtatur egregius Doctor & antiquus Euſebius in *Eccleſiaſtica hiſtoria*, lib. II. cap. XVII. XVIII. XIX. dicens eum ſcripſiſſe de modo vivendi Religioſorum Sancti Marci unum volumen egregium: & recitat Euſebius textum Philonis (*a*) in nudis verbis, dicens in hunc modum: EUSEBIUS. Quod „ primo omnium renuncient facultatibus ſuis, „ qui ſe ad hujuſmodi philoſophiam dederint; „ & bonis ſuis, quibus intereſt cedant. Tum „ deinde quod omnem vitæ ſollicitudinem procul abjiciant; & extra urbem egreſſi, in hortulis, vel exiguis quibuſdam agellulis degant, „ refugientes imparis propoſiti conſortia, & vitæ diſſimilis contubernia, ſcientes, impedimento eſſe hæc volentibus arduum iter virtutis incedere. -- Et infra. -- Eſt autem in „ ſingulis locis conſecrata orationi domus, quæ „ appellatur *Semnon*, vel *Monaſterium*. *Semnon* autem in noſtra lingua ſignificare poteſt „ honeſtorum Conventiculum, in quo Sacerdotes honeſtæ & caſtæ vitæ myſteria celebrabant; nihil illuc prorſus, quod ad cibum potumque pertinet inferentes, vel ad reliqua „ humani corporis miniſteria; ſed legis tantum libros, & volumina prophetarum, hymnos quoque in Deum, cæteraque his ſimilia; in quorum diſciplinis atque exercitiis inſtituti, ad perfectam beatamque vitam ſtudiis jugibus convaleſcunt. „ Attendantur jam ſingulæ obſervantiæ * iſtorum, utrum religionis perfectæ non erant indicia. Primo, renunciabant, dicit *, ante ingreſſum omnibus facultatibus, & cedebant ſimpliciter bonis ſuis. Secundo, omnem depoſuerunt ſollicitudinem temporalis vitæ. Tertio, ſecreta loca fovebant in hortis vel agris, ſeparantes ſe a vulgo. Quarto, Oratorium habebant commune, ubi Miſſas audirent, & orarent. Quinto, nihil præter libros inferre licebat in monaſterium: qui utique eſſent libri Scripturæ ſacræ, vel hymnorum devotorum. Et ſexto, quod omnibus aliis amotis, jugiter ſtudebant. Et ſubdit adhuc infra EUSEBIUS. Itaque non ſolum ſubtilius intelligunt hymnos veterum, ſed ipſi faciunt novos in Deum, eoſque omnibus metris, & ſonitus honeſta ſatis & ſuavi compage modulantes. -- Et ſtatim poſt. -- Continentiam „ vero velut fundamentum quoddam jacientes, „ primo in animo collocant, & demum reliquas ſuper hoc pergunt ædificare virtutes. „ Cibum potumque nullus eorum capit ante Solis occaſum, videlicet, tempus lucis „ cum Philoſophiæ ſtudiis, curam vero corporis cum nocte ſociantes. Nonnulli etiam „ niſi poſt triduum in communionem veniunt „ cibi, quos ſcilicet edacior ſtudiorum fames „ perurget. Jam vero hi, qui in eruditionibus ſapientiæ, & in profundiore intelligentia ſacrorum voluminum converſantur, tamquam copioſis dapibus inhiantes, expleri nequeunt, & contuendo acrius inflammantur; „ ita ut nec quarto, jam nec quinto, ſed ſexto demum die non tam deſideratum quam „ neceſſarium corporibus indulgeant cibum. „ Cum viris, quos dicimus, ſunt & fœminæ, in „ quibus jam grandævæ ſunt virgines, integritatem caſti corporis, non neceſſitate aliqua, „ ſed devotione ſervantes, dum ſapientiæ ſtudiis ſemet geſtiunt, non ſolum animo, ſed & „ corpore conſecrare: indignum ducentes libidini mancipare vas ad capiendam ſapientiam „ præparatum; & edere mortalem partum eas, „ a quibus divini verbi concubitus ſacroſanctus & immortalis expetitur. „ Videte iterum in iſto paſſu, Patres mei, quot ſanctas cæremonias, B & non ſolum religioſis, ſed & audientibus univerſis res imitabiles quoquomodo: ſed audeo dicere, non attingibiles a modernis: primo, ſubtilem intellectum eorum in omnibus hymnis veterum Patrum jam factis, & in faciendis novis ſecundum omne genus metri compage dulciſona. Secundo, de continentia corporali, quam ex omni parte ſervabant intactam, ut eſſet tutum fundamentum futurarum virtutum. Tertio, de damnatione caſtrimargiæ & laſcivientis gulæ, quia ſol nunquam vidit eos ſolviſſe jejunium. Medii autem & perfectiores eorum ſe vix die tertia refecerunt. Quidam vero C ſummi viri, jam perfecte rapti concupiſcentia ſtudii, vix ſexto die panis ſuſceperunt alimentum. Quarto autem, notavit Philo grandævas virgines præ dulcedine ſtudii ſacroſancti perpetuo continentes. Et adhuc plura ſubdit EUSEBIUS. Seorſum quidem viri, ſeorſum etiam in „ eiſdem locis fœminæ congregantur; & ut vigilias, ſicut apud nos fieri moris eſt, peragant, & maxime diebus illis cum paſſionis „ Dominicæ ſolemnitas celebratur, cum jejuniis pernoctare & lectionibus ſanctis auditum „ præbere conſuevimus; & ut unus ex omnibus conſurgens in medio, honeſtis pſalmum D „ modulis concinat, utque præcinenti ei unum „ verſiculum omnis multitudo reſpondeat. „ Hæc Philo in libro ſuo *de vita cultorum Sancti Marci*, quem ipſe intitulavit *de vita theorica*, ut recitat eum Euſebius ubi jam ſupra. Ecce quantos religionis ſinceræ cultores, & quam fervidos * profeſſores in diebus antiquis de fundatione Sanctiſſimi Evangeliſtæ Marci. Horum concedat Deus nos eſſe ſequaces fideles, a quibus credo deficere ſingulos jam viventes: ſaltem ſi qui eos apprehenderunt, audeo dicere, ſancti ſunt.

3. Erubeſcat jam Wicleffus inſanus, quod dixerit E in libello ſuo *de ſpeculo militantis Eccleſiæ*, cap. XV. nullum iſtorum novorum Ordinum, excludendo ſolum communem Chriſti religionem vulgarem, manſiſſe in Eccleſia Dei mille annis & quatuor centum. *Non per multos centenos annos* (*b*) (inquit). Nam non fuerunt multi centeni anni poſt Aſcenſionem Chriſti, antequam beatus Marcus fundavit religionem iſtam præcelſam. Sed recolo, Feſtum dixiſſe beato Paulo Act.

Religioſi dicti olim Cultores.

Euſebius pag. 488. Religioſi a Divo Marco inſtituti.

* Ed. V. obſervationes * Philo

Euſebius pag. 489. ex Philone

Euſebius pag. 490. ex Philone

* al. fœcundos

(*a*) Magdeburgenſes Cent. I. lib. 2. cap. 3. pag. 18. fatentur Philonem hæc ſcripſiſſe; non tamen de *Chriſtianis* locutum fuiſſe, ſed de *Eſſenis*, qui erant ex quadam Judæorum ſecta, omnino noſtris religionibus conformi. Miſere ergo deceptus fuit Epiphanius qui Philonem de *Chriſtianis* locutum dicit hæreſi 29. ubi de hoc libro Philonis agens, hæc habet: *Monaſteria ipſorum non de aliis narravit, quam de Chriſtianis*. Deceptus quoque fuit Hieronymus *de viris illuſtrib.* in Philone, ubi poſtquam docuit Philonem de Chriſtianis eſſe locutum, ſubjungit: *Ex quo apparet talem primam Chriſto credentium fuiſſe Eccleſiam, quales nunc monachi eſſe nituntur*. Similiter item decepti Beda in Prologo ad Evang. S. Marci, Sozomenus lib. I. cap. 12. Nicephorus lib. 2. cap. 15. & alii.

(*b*) Dicebat Wicleffus Religioſos ordines per multa Eccleſiæ ſecula non extitiſſe. Hoc aliquantulum temperant Magdeburgenſes, dicendo, eos per tria ſæcula ignotos in Eccleſia fuiſſe. Vide ſupra cap. 4. in *a*.

Act. 26. 24. Act. XXVI. *Paule inſanis : multæ literæ te ad inſaniam convertunt* . Ego autem ad Wicleffum, qui de Pauli ſchola non eſt, ſermonem convertens, dicam: „ Inſanis Wicleff, & inſa„ niæ tuæ illiteratum te faciunt: quia æſtimo, „ quod non inſaniſſes, ſi ad has literas forſitan in„ tendiſſes. „ Nam ſi furore nimio non expugnaſſes Eccleſiam religioſorum, vidiſſes plane non eſſe novam adinventionem religionis perfectæ, nec multis centenis annis ſecutam eſſe Aſcenſionem Chriſti, nec authoritatem ejus eſſe perminimam, quam tantus Doctor Philo, contemporaneus Petri Apoſtoli, ſacris ſuis ſtudiis compulit in volumen. Ob quam utique cauſam vere beatus Hieronymus lib. ſuo *de illuſtribus viris* commemorat eum inter Doctores Eccleſiæ, dicens HIERONYMUS. Philo judæus, natione Ale„ xandrinus, de genere Sacerdotum, idcirco a „ nobis inter ſcriptores Eccleſiaſticos ponitur, „ quia librum de prima Marci Evangeliſtæ apud „ Alexandriam ſcribens Eccleſia, in noſtrorum „ laude verſatus eſt; non ſolum eos ibi, ſed in „ multis quoque provinciis eſſe commemorans: „ & habitacula eorum dicens *Monaſteria*. „ Hæc ille. Quod ergo fronte cœca tam audacter Wicleffus noſter in ſacram fundationem perfectæ religionis irrupit, videtis ignorantiam hoc facere, quæ dedit erroribus quidem cauſam, non tamen veniam ſic erranti: quia in materia hæreſis habet locum illud commune, quod ignorantia (*a*) juris non excuſat, immo neque facti.

Hieronymus To. 2. cap. 11. pag. 833.

CAPUT VIII.

De multiplicatione religioſorum perfectorum per partes Aſiæ.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Non fuit contentus cæleſtis Paterfamilias ſemina jeciſſe religionis perfectorum, ſed illam ad omnes mundi partes transferre voluit.*
2. *In primordiis Eccleſiæ Chriſti, in una Ægypti eremo pluſquam quinque millia monachorum commanſiſſe dicuntur.*
3. *Horum monachorum vitam ſummis laudibus effert Divus Chryſoſtomus: ritus vero & inſtituta diligentiſſime explicat Hieronymus.*
4. *Religioſi moderni, etſi a veteribus in converſatione diſpares, non ideo tollendi.*

1. PRudens & vigilans Paterfamilias, & ſator agri militantis Eccleſiæ, non contentus eſt, quod ſemina jecerit religionis incentiva pulverulentis cordibus hominum infirmorum, nisi etiam ejuſdem ſancti propoſiti fructum capiat centuplum. Noluit ſub una mundi gleba ſanctæ religionis occultare propaginem, cujus opimam quantitatem orbis totus non caperet. Unde ideo reor dictum in Ezechiele, *Quocumque ibant animalia, ambulabant pariter & rotæ juxta ea*. In ſupra dictis * capitulis dixi, rotam eſſe in medio rotæ, ſcilicet, religionem Chriſti perfectam in medio religionis vulgaris univerſalis Eccleſiæ. Sed rotæ iſtæ ſemper cum animalibus ambulant, quia ad quaſcumque mundi partes, Evangeliſtarum vocibus, Chriſti leges perſonant, illic & religio Chriſti vulgaris, & religio perfectorum abſque omni divortio ſedes captant. Nuſquam enim per univerſum orbem invenies terræ ſolum, plagam, aut provinciam

Matth. 13. 8. *Ezech. 1. 19.* ** cap. 6. num. 2.* *Ubicumque reſonat Evangelium Chriſti, ibi religio perfectorum eſt.*

Chriſti fide refertam, quo etiam non commiſit Spiritus Sanctus. perfectæ religionis Eccleſiam ſacroſanctam. Quid autem me tantum movet jam ad laudem religionis perfectæ, ſi debeam exprimere, hoc ſolum eſt quod movet me, quod utique movebat Apoſtolum Paulum ad laudan-
A dum ſe ipſum, cum Corinthiis ſcriberet Epiſtolam ſecundam. Unde ſecundum Haymonem ſuper illum textum Apoſtoli II. ad Cor. XI. *Utinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ*, HAYMO. Venerunt quidam pſeudoapoſtoli poſt „ diſceſſum Apoſtoli Pauli, dicentes, eum non „ eſſe a Deo miſſum, quia non fuerat a Chri„ ſto vocatus ante ejus aſcenſionem, nec ab eo „ edoctus: inſuper & contraria prædicare præ„ dicationi aliorum Apoſtolorum, quos *Magnos* „ vocabant *Apoſtolos*: averteruntque plurimos „ ab amore Apoſtoli, quos ad amorem ſui tra„ xerunt, dicentes, ſe a *Magnis Apoſtolis* miſ-
B „ ſos Petro, Andrea, cæteriſque Apoſtolis. Er„ go volens * iterum ab amore illorum Corin„ thios ſeparare, & ad ſui amorem revocare, „ qui fidem Chriſti prius in illorum cordibus „ infixerat, laudabat ſe coactis verbis, ſed non „ corde, neque ſenſu, quia ſciebat ſe nihil pro„ ficere propter humanam laudem, niſi tantum „ ut illi ab ejus prædicatione non recederent. „ Hæc ille. Conformiter quia modo tam * clare concepi Wicleviſtas noſtros valde pſeudoapoſtolos jam per omnem Angliæ ambitum ſcandalis & hæreſibus inceſſanter lacerare, & detrahere religioni perfectorum, & dicere eos non a
C Deo miſſos, quia nec erant a Chriſto ante ejus aſcenſionem inſtituti. Inſuper dicunt, nos contraria prædicare prædicationi Apoſtolorum; & ſic avertunt plurimos ab amore noſtri, potiſſimum Laicos, tam literatos, quam vulgares; & ad amorem ſui fœdum & fœtidum trahunt, dicentes, ſe ipſos a Chriſto, & ab Apoſtolis miſſos: cogor in laudem Sanctiſſimæ Religionis aſſurgere, & parcens propriis, Sanctorum Apoſtolorum & orthodoxorum Patrum publicis dictis & ſcriptis conabor, quantum hora patietur, mentitos eſſe probare.

2. Cor. 11. 1. *Haymo* ** Paulus* ** Cod. Vat. tarde* *Calumniæ Wicleviſtarum adverſus religioſos.* *Ad horæ menſuram hæc recitat.*

2. In ſupra poſitis * enim, ut potui, perfectæ Re-
D ligionis ſtatum probatiſſimum ad Apoſtolos uſque perduxi. Poſt quos velut indiſſolubilis Sponſæ * amica, & agni * ſponſa, quocumque per omnem terram ſonus eorum exiret, illuc invitata perrexit, * & terram totam ſpecioſe depinxit floribus honeſtatis. Præcipue autem per loca deſerta & vaſta Ægypti, ubi primitivis diebus in una Eremo commanſiſſe dicuntur pluſquam quinque millia monachorum, ſecundum Hieronymum Epiſtola *ad Euſtochium*: quam quidem multitudinem gaudenter admirans Sanctus Joannes Chryſoſtomus *opere ſuo perfecto* ſuper Matthæum hom. VIII. in morali, dicit CHRYSOSTOMUS.
E „ Non ita eſt fulgidum cœlum vario ſtellarum „ choro, ut Eremus Egypti, tabernacula un„ dique nobis monachorum demonſtrans — Et „ infra — Neque enim cum * jejunant & vi„ gilant, vacare poſt diem dignum ducunt, „ ſed noctes quidem ſacris hymnis & vigiliis, „ dies autem in orationibus, & manuum ope„ rationibus conſumunt, Apoſtolicum imitan„ tes zelum. „ Hæc ille.

** Cap. præced.* ** Eccleſiæ* ** Chriſti* ** vide num. præced.* *Pluſquam quinque millia monachorum in una Ægypti eremo.* *Chryſoſtomus To. 3. pag. 56.* ** al. quia*

3. Et iterum inferens eos *ſuper Joannem* homil. LXXVIII. cauſam receſſus eorum de mundo exponit, exercitia eorum commendat, & optat ſibi ipſi converſationem eamdem inter eos, dicens: *Nihil eſt ita malum ut ſolitudo, & inac-*

(*a*) Intelligenda eſt ignorantia vincibilis, & culpabilis; & quidem ignorantia facti juri affinis.

& inacceſſibilitas. „ Loquitur autem de his,
qui amicitias hominum negligunt, nec aliquos
adeunt gratia communicationis; quorum pra-
xim condemnans dicit CHRYSOSTOMUS. Nihil
„ eſt ita malum ut ſolitudo & inacceſſibilitas.
„ Sed quid ergo faciant monachi, ait aliquis,
„ & qui vertices montium aſſumpſerunt? (ſup-
„ ple, ad inhabitandum): Vere (inquit) ſed
„ nec illi ſine amicis ſunt; ſed eos qui in fo-
„ ro ſunt tumultus fugerunt. Multos autem
„ habent unanimes, & certiſſime ſibi invicem
„ colligatos. Et ut hoc dirigant *, ideſt, di-
„ recte concinnent, receſſerunt (ſupple, de mun-
„ do.) Quia enim rerum alteratio multas fa-
„ cit lites, propterea è medio ſecedentes, amo-
„ rem colunt cum certitudine multa. Quid er-
„ go etſi quis ſolus fuerit? (ſupple, ſicut mona-
„ chus) & ille mille amicos habet. Nam ego
„ quidem vellem, ſi poſſibile eſſet, converſari
„ vobiſcum, invicemque videre (ſupple, in
„ monachatu.) Manent tamen amicitiæ in
„ nobis: NON ENIM LOCUS FACIT AMICOS.
„ Multos denique habent admirantes iſti mo-
„ nachi: neque enim admirarentur (illos ſci-
„ licet) niſi diligerent. Et IPSI RURSUS PRO
„ UNIVERSO ORANT ORBE TERRARUM, quod
„ magnæ dilectionis eſt argumentum. Propte-
„ rea & in miniſteriis & Miſſarum celebratio-
„ nibus amplectuntur ad invicem, ideſt, cha-
„ ritative orant pro ſe invicem, ut qui multi
„ ſumus, ideſt diſcordes, fiamus unum. Et in
„ ſecretis communes faciunt orationes, obſe-
„ crantes pro ægrotantibus, pro fructibus or-
„ bis terrarum, ideſt, terræ & maris. „ Hæc
Chryſoſtomus ibi de ſanctis monachis. Vide-
tis jam in quanta veneratione habebat Religio-
ſos viros tam ſanctus & tam ſeveræ continen-
tiæ vir Sanctus Joannes Chryſoſtomus; cui ni-
mirum ob nimiam ſeveritatem vitæ Eccleſiaſti-
cæ potiſſimum poterit applicari quod ait Poe-
ta de Catone magno, lib. 11. de bello Mar-
tis;

Chryſoſtomus *To. 5. hom. 77. pag. 992.*

* *al.* aſſequantur

Chryſoſtomi elogium

Lucanus

> Orbi pater eſt orbique maritus:
> Juſtitiæ cultor, rigidi ſervator honeſti,
> In commune bonum.

Hic religioſos perfectos ſui temporis multos &
plurimos amicos habere dixit: bene fugiſſe tu-
multus fori probavit: converſari cum eis ex
omni conatu animæ concupivit: omnes eos ad-
miratione venerabili habitos prædicat; & de-
mum ſanctiſſimam charitatem eorum exponit,
qua ſe per mutuas orationes juvant, & toti ſæ-
culo præſtant opem. Quis, niſi ſuſpectus in fi-
de Chriſti, detrahat talibus, præcipue uſque
ad fundamentum ſtatus, quos tam egregie com-
mendat tantus Doctor, & tam ſeverus Epiſco-
pus? Dicat monachis Wicleffus quod vult, &
inimicos eos probet Angelis Dei, quia ultra
Chriſti inſtituta novum ordinem profitentur:
dicat nullum eos in admiratione habere; nullum
eſſe qui eos diligat: & preces eorum invalidas: &
ipſos peccatores diffamet extremos: dum tamen
ſecuri ſimus, quod id idem, ſine omni diver-
ſitate ex parte rei, damnat præceps hæreticus,
quod probatus Deo, & Eccleſiæ ejus, laudat
Chryſoſtomus. Et ne in tanto ſtrepitu videa-
tur egregius Pater ſolus incedere, ſanctum &
utique rigidum Patrem Hieronymum ducamus
in teſtem. In Epiſtola enim, quam *ad Sanctam
Euſtochium* direxit virginem conſecratam, & fi-
liam ſanctæ Paulæ, omnem prædictorum mo-
nachorum vitam lucide declarans, ait HIERO-
NYMUS. Veniamus (inquit) ad eos, qui plu-
„ res ſunt, & in commune habitant, ideſt,
„ quos vocari *Cœnobitas* dixi. Prima apud eos
„ confœderatio eſt, obedire majoribus, & quid-
A „ quid juſſerint, facere. Diviſi ſunt per Decu-
„ rias, atque Centurias; ita ut novem homi-
„ nibus decimus præſit; & rurſum decem Præ-
„ poſitos ſub ſe centeſimus habeat. Manent ſe-
„ paratim ſejunctis cellulis. Uſque ad horam
„ nonam, ut inſtitutum eſt, nemo pergit ad
„ alium, exceptis his Decanis, quos diximus,
„ ut, ſi cogitationibus forte quis fluctuat, illius
„ conſoletur alloquiis. Poſt horam nonam in
„ commune concurritur, pſalmi reſonant, Scri-
„ pturæ ex more recitantur. Et completis ora-
„ tionibus, cunctiſque reſidentibus, medius,
„ quem *Patrem* vocant, incipit diſputare. Quo
B „ loquente, tantum ſilentium fit, ut nemo alium
„ reſpicere, nemo audeat excreare. DICENTIS
„ LAUS IN FLETU eſt audientium. Tacitæ vol-
„ vuntur per ora lachrymæ, & nec in ſingultus
„ quidem erumpit dolor. Cum vero de regno
„ Chriſti, & futura beatitudine, & de gloria
„ cœperit annunciare futura, videas cunctos
„ moderato ſuſpirio, & oculis in cœlum leva-
„ tis, intra ſe dicere: *Quis dabit mihi pennas*
„ *ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam?* Poſt
„ hæc concilium ſolvitur, & unaquæque Decu-
„ ria cum ſuo parente pergit ad menſas: qui-
„ bus per ſingulas hebdomadas viciſſim mini-
C „ ſtrant. Nullus in cibo ſtrepitus eſt: nemo
„ comedens loquitur. Vivitur pane, legumini-
„ bus, & oleribus, quæ ſolo ſale condiuntur.
„ Vinum tantum ſenes accipiunt, quibus cum
„ parvulis ſæpe fit prandium, ut aliorum feſſa
„ ſuſtentetur ætas, aliorum non frangatur in-
„ cipiens. Dehinc conſurgunt pariter, & hy-
„ mno dicto ad præſepia redeunt: ibi uſque ad
„ veſperam cum ſuis unuſquiſque loquitur, &
„ dicit: *vidiſtis illum & illum? Quanta in ip-*
„ *ſo ſit gratia? Quantum ſilentium? Quam mo-*
„ *deratus inceſſus?* Si infirmum viderint, con-
„ ſolantur; ſi in Dei amore ferventem, cohor-
D „ tantur ad ſtudium. Et quia nocte extra ora-
„ tiones publicas in ſuo cubili unuſquiſque vi-
„ gilat, circumeunt cellas ſingulorum (*a*), &
„ aure appoſita quid faciant diligenter explo-
„ rant. Quem tardiorem deprehenderint non
„ increpant, ſed diſſimulant quod norunt:
„ eum ſæpius viſitant, & prius incipientes,
„ provocant magis orare quam cogunt. Opus
„ diei ſtatutum eſt, quod Decano redditum
„ fertur ad Œconomum, qui & ipſe per ſin-
„ gulos menſes Patri omnium cum magno red-
„ dit tremore rationem. A quo etiam cibi cum
„ facti fuerint, prægustantur. Et quia non li-
E „ cet cuiquam dicere: *tunicam, & ſagum, tex-*
„ *taque junctis ſtrata non habeo;* ille ita uni-
„ verſa moderatur, ut quod poſtulet ne-
„ mo dehabeat. Si vero quis cœperit ægro-
„ tare, transfertur ad exhedram lautiorem *,
„ & TANTO SENUM MINISTERIO CONFOVE-
„ TUR, ut nec delicias urbium, nec matris
„ quærat affectum. Dominicis diebus orationi
„ tantum, & lectionibus vacant; quod quidem
„ etiam omni tempore completis opuſculis fa-
„ ciunt. Quotidie aliquid de Scripturis diſci-
„ tur. Jejunium totius anni æquale eſt, exce-
„ pta Quadrageſima, in qua ſola conceditur
„ reſtrictius vivere. A Paſcha uſque ad Pente-
„ coſten

Hieronymus *To. 1. Epiſt. 22. pag. 117. num. 35.*

Antiquorum Cœnobitarum deſcribitur converſatio.

Pſal. 54. 7.

a

* *al.* latiorem

(*a*) Hinc in Occidentis etiam Monaſteriis *Circuitores* inſtituti, de quibus in *Decretis* ſuis Lanfrancus.

„ coſten cœna mutatur in prandium; quo & „ traditioni Eccleſiaſticæ fatisfaciant, & ventrem cibo non onerent duplicato. „ Hæc Hieronymus ibidem de inſtitutione regulari veterum monachorum degentium in Ægypto.

4. Subſibilat forſan aliquis hic, & calumniatur Religioſos noſtros modernos non eſſe talis regiminis: & fateor, credo quod verum dicit, qui ſic dicit. De qua re dolendi causam haberet pietas chriſtiana, potius quam ridendi. Qui ergo christiani sumus, defleamus uniformiter Religionis patula vulnera, quod Sanctorum eſt: non fauciemus penitus ejus vitalia, quod hæreticorum eſt (*a*): quibus a patre ſuo ſolum datum eſt ut evellant, & deſtruant. Sed & Prophetæ Domini dictum eſt primo, *evellas & deſtruas*; & demum jungitur, *ædifices & plantes*. Signum eſt, quod non vult ultimate diſſolvi fabricam, cujus imperat reparationem. Meminerint omnes fideles Domini, ægritudinem Religionis inſtantis non eſſe *onus deſerti maris* (*b*), quod non reparabatur; ſed *onus Ægypti*, in cujus partibus olim ſancta florebat religio, cum ad ingreſſum Domini *ſuper nubem levem*, & fidem tunc teneram incarnationis perfectæ, cuncta ejus ſimulachra movebantur, & idola peccatorum. Et quamquam jam ſua fatuitate tradatur *in manus Dominorum crudelium*, finaliter tamen, quod & experturum me ſpero, *revertentur* Ægyptii *ad Dominum, & placabitur eis, & ſanabit eos*. Iſajæ xix.

Veterum monachorum a modernis diſparitas dolenda. — *Jerem. 1. 10.* — *Iſai. 21. 1.* — *Iſai. 19. 1.* — *v. 4.* — *Iſai. 19. 22.*

CAPUT IX.

Quomodo religio Perfectorum diffundebatur per partes Africæ.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Divus Auguſtinus dum religioſos in Ægypto degentes commendans invehitur in Manichæos, Wicleffum reprehendit, inſectantem conviciis modernos religioſos.*
2. *Non excuſantur hæretici, ſi propter abuſus, qui in religioſos irrepſerunt, damnent religionem quoad ſubſtantiam.*

1. Sed ut repetamus intentum, ab iſtis ſanctis viris religio ſacra profluxit ad partes vicinas Africæ, quæ eſt Ægypto bene contermina, ſecundum Iſidorum xiv. Etymolog. & hoc ad meridiem: de quorum vita & laude, ut potiori credamus, inferamus Auguſtinum *de moribus Eccleſiæ catholicæ* lib. 1. cap. xxxi. ubi Manichæos convincens in laudabili converſatione prædictorum virorum, Augustinus. Quis (inquit) neſcit, ſumme continentium hominum „ chriſtianorum multitudinem per totum orbem „ in dies magis magiſque diffundi, & in Oriente maxime, atque in Ægypto; quod vos nullo modo poteſt latere? — Et infra — Quis ergo non illos miretur & prædicet, qui contemptis, atque deſertis mundi hujus illecebris, in communem vitam * ſanctiſſimam congregati, ſimul ætatem agunt, viventes in orationibus, in lectionibus, in diſputationibus; „ nulla ſuperbia tumidi; ſed modeſti, verecundi, pacati, concordiſſimam vitam & intentiſſimam in Deum, gratiſſimum munus ipſi offerunt, a quo iſta poſſe meruerunt? Nemo „ quidquam poſſidet proprium &c. „ Hæc ille. Omnia concorditer deſcribit cum Hieronymo, ita ut exiſtimari poſſet idem textus. Et in fine concludit, fœminas duxiſſe ibidem eamdem vitæ normam, cæteque ſequi viros. Augustinus. Quæ in habitaculis ſegregatis, ac remotæ a viris quam longiſſime decet, pia tantum illis charitate junguntur, ac imitatione „ virtutis. Ad quas juvenum nullus acceſſus eſt, „ neque ipſorum probatiſſimorum ſenum, niſi „ uſque ad veſtibulum. — Et demum ſubdit — „ Hos mores, hanc vitam, hunc ordinem, hoc „ inſtitutum ſi laudare velim, neque ſcio, neque digne valeo. — Et ſubdit — Hæc Manichæi reprehendite, ſi poteſtis. „ Hæc Auguſtinus ibidem. Heu! quod Auguſtino videbatur Manichæum non poſſe, Wicleffus non omiſit; immo & fecit (*c*). Non opinabatur Auguſtinus ad tantam dementiam poſſe pertingere Manichæum, ad quam omnes ſcimus noſtrum Wicleffum perveniſſe. Non mirum ergo, quod mihi de opinando tam inſperata concluditur, ſicut concluditur Auguſtino (*d*).

Auguſtinus To. 1. pag. 710. — ** M. vitam caſtiſſimam ſanctiſſimamque &c.* — *Auguſtinus To. 1. pag. 711.* — *Veteres Sanctimoniales in Africa*

2. Nec excuſationem ejus hic quiſquam obtendat, quod hoc ſolum in religione accuſat quod eſt vitii, non virtutis (*e*): quia plane omnem religionem perfectam, ſecundum totam ejus ſubſtantiam criminatur & blaſphemat: & quidquid religioni Chriſti vulgari quiſpiam addiderit. *Una tantum* (inquit) *eſt Chriſti Religio; nec has novas ſectas invenit, aut nominat eas*. Si vitia tantum, et legi Christi difformia in religione damnaret, multos graves Religioſos comites inveniret: & fateor, conſentirem ego, juvarem quod poſſem, etiam forſan ſi non poſſem: quia hoc eſt tollere Religionis abuſum, non ſanctiſſimum inſtitutum. Sed & mali religioſi temporibus Auguſtini non defuerunt Eccleſiæ, quos Manichæi ipſi objecerunt in faciem: & ſubdit Augustinus. Nunc „ vos illud admoneo, ut aliquando Eccleſiæ „ catholicæ maledicere deſinatis, vituperando „ mores hominum, quos & ipſa condemnat, „ & quos quotidie tamquam malos filios corrigere ſtudet. „ Abſit enim, ut ſacra religio faciat malis velamen *ad excuſandas excuſationes in peccatis*. Et iterum, abſit, ut ipſa, quæ ſacra, quæ juſta, quæ ſanctiſſima eſt, culpæ reatum ferat eorum, quos, cum omnia fecerit, detinet obſtinatos. Et iterum protervi quidam adſtruunt Religioſos prædictos, quos tam celebriter prædicant prædicti viri ſancti (*f*) fuiſſe Eremitas & cultores ſolitudinis, quibus ſi moderni, habitantes civitates & villas, comparentur, videbuntur longe alterius ſectæ, & quaſi profeſſores æquivoci. Sed quia de majoritate perfectionis habitantium civitates & nemora non jam eſt propoſiti diſputare, ſufficiat probatum habere, etiam Religioſos viros, civitates

In religionibus vitium tollendum non inſtitutum — *Auguſtinus To. 1. cap. 34. pag. 713.* — *Pſal. 140. 4.*

(*a*) Id facere non verentur Philippus Melancton in Apolog. pro art. 27. confeſſionis Auguſtanæ, & Calvinus lib. 4. Inſtit. cap. 13. §. 10. dicentes, fuiſſe quidem apud veteres profeſſionem monachatus, ſed monachos qui nunc extant, nihil cum illis habere commune; & ideo vere dici poſſe monachatum, qualis nunc eſt, eſſe rem prorſus novam.

(*b*) Seu *Babylonis*: quia ut explicat Hieronymus ex hebraica litera, juxta *Babylonem* a parte auſtrali magnum erat deſertum; vel quia *Babylon*, ob incolarum multitudinem, mari comparatur, mox futura eremus magna.

(*c*) Ed. V. *Manichæum vituperare non poſſe, Wicleffus vituperare non omiſit; immo vituperavit*. Sed noſtram lectionem exhibent concorditer MSS. exemplaria.

(*d*) Dicit ſibi accidiſſe quod Auguſtino accidit: ſicut enim Auguſtinus audivit Manichæum exprobrantem religioſis, quod ab eo fieri poſſe non arbitrabatur: ita ipſe Waldenſis audivit, & ſic debuit credere Wicleffum Religioſis infenſum, quod prius vix poſſe eſſe cenſebat.

(*e*) Eamdem affectant excuſationem Philippus Melancton & Calvinus, ut notatum eſt jam ſupra, capite præced. num. 4.

(*f*) Euſebius, Chryſoſtomus, Hieronymus cap. 7. & 8. & Auguſtinus ſuperius in hoc capite.

* al. eſſe tes colentes, fore * multum perfectos; nec ex ſtatu, quem prætendunt, extraneos legi Chriſti.

CAPUT X.

De multiplicatione Religioſorum perfectorum ad partes Europæ.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Tempore Auguſtini, præter Religioſos in Eremis commorantes, erant & Mediolani & Romæ Religioſi diverſantes, ſeparati a vulgari hominum conſuetudine.*
2. *Divus Auguſtinus Religioſorum Monaſterium juxta Sanctorum Apoſtolorum regulam inſtituit; nec propterea damnatus eſt.*
3. *Quamquam priſci Religioſi, quoad quoſdam ritus & peculiares cæremonias, & inter ſe, & a Religioſis noſtræ ætatis diſſentiant; in ſubſtantia tamen Religionis conveniunt.*

1. PEculiaris ergo Religionis inſtitutio, quamquam in Ægypto per deſerta ſuccrevit, & forſan in Africa, & cæteris partibus Orientis; & hoc propter ferocitatem gentis ſemibarbaræ, & cauſas alias congruentes: in Europa tamen formoſius per civitates, & villas, & oppida, aut loca jis vicina florere ſolebat; & hoc ab initio: nec ideo fuit ſic viventium ſtatus a Religionis laudibus alienus, prout affirmat beatus Auguſtinus ubi jam ſupra *, c. XXXII. ubi poſt laudatos Religioſos ſolitudinem colentes, laudavit etiam non modicum vitam clericalem, quam ducunt Epiſcopi, & Sacerdotes morantes in urbibus neceſſitate plebis. Tunc demum brevem comparationem faciens AUGUSTINUS. Hi agunt (inquit) ubi vivere diſcitur „ (ſcilicet Prælati) illi vero ubi vivitur, (ſcilicet „ Religioſi). „ Ideſt, Prælati plebis habitant ubi ab eis populus diſcat vivere: Religioſi eremitæ habitant, ubi jam ſancte vivunt homines. Et ſubdit ad propoſitum AUGUSTINUS. Nec ideo „ tamen laudabile Chriſtianorum genus contemſerim, eorum ſcilicet, qui in civitatibus degunt, a vulgari vita remotiſſimi. Vidi ego ſanctorum diverſorium Mediolani, „ non paucorum hominum, quibus unus preſbyter præerat, vir optimus & devotiſſimus *. „ Romæ etiam plura cognovi, in quibus ſinguli gravitate atque prudentia, & divina „ ſcientia præpollentes, cæteris ſecum habitantibus præſunt, chriſtiana charitate, ſanctitate, & libertate viventibus. Nec ipſi quidem „ cuiquam oneroſi ſunt, ſed orientis more, & „ Pauli Apoſtoli authoritate, manibus ſuis ſe „ tranſigunt. Jejunia etiam prorſus incredibilia multos exercere didici, non quotidie ſemel ſub noctem reficiendo corpus, ſed continuum triduum, vel amplius ſæpiſſime ſine cibo ac potu ducere. Nec hoc tamen in „ viris tantum, ſed in fœminis etiam: quibus „ item multis viduis & virginibus ſimul habitantibus, & lana ac tela victum quæritantibus, præſunt ſingulæ graviſſimæ, ac probatiſſimæ. „ Et alia multa ſcribit ibi Auguſtinus de ſanctiſſima Religioſorum converſatione prædictorum; ſed ea ad vitandam prolixitatem omitto. Et tunc in fine ſubjungit AUGUSTINUS. „ Iſtis, Manichæi, ſi poteſtis, obſiſtite: iſtos „ ſine mendacio, ſi audetis, & cum contumelia nominate (jam apparet mihi, alloquitur „ Wicleviſtas). Iſtorum jejuniis veſtra jejunia, „ caſtitati caſtitatem, veſtitum veſtitui, epulas „ epulis, modeſtiam modeſtiæ, charitatem de„ nique charitati, præceptis præcepta conſerte; „ & videbitis quid inter oſtentationem & ſinceritatem, inter viam rectam & errorem, inter fidem & fallaciam, inter robur & timorem, inter beatitudinem & miſeriam, inter „ unitatem & conſciſſionem, poſtremo quid in-A „ ter ſuperſtitionis ſirenas & portum Religionis interſit. „ Hæc Auguſtinus ibidem, ſcilicet *de moribus Eccleſiæ*. Videtis jam quam ſancte ſenſit Auguſtinus de Romanis Religioſis habitantibus civitatem: quam diligenter opponit eos hæreticis, & confundit ex diverſitate ſanctitatis objectæ, ſciens quod oppoſita juxta ſe poſita fortius eluceſcunt. Multitudo tamen minor, ſaltem tunc temporis, erat in Europa, quam fuerat in Africa, vel Aſia; quod convinci poteſt ex Ambroſio, dicente lib. *de virginitate* verſus medium, AMBROSIUS. Pauciores hic „ prodire homines, quam Alexandriæ vel Afri-B „ cæ virgines conſecratas. „

Cap. præced. — Auguſtinus To. 1. pag. 711. — Auguſtinus To. 1. cap. 33. pag. 711. — Religioſi habitantes in urbibus. — * M. doctiſſimus — Auguſtinus To. 1. cap. 34. pag. 713. — Multitudo religioſorum minor olim in Europa, quam in aliis regionibus. — Ambroſius To. 3. cap. 7. pag. 274.

2. Nec mirum: ſic enim providit propitius Deus, ut inter populos iniquiores major multitudo ſanctorum excreſcat, qua terreantur a ſolitis vitiis, & ad virtutes provocentur inſolitas. Unde & ſancti viri & præcipui Doctores Eccleſiæ, videntes poſtmodum in diverſis mundi climatibus vitia pullulare, & chriſtianæ profeſſionis torpeſcere ſanctitatem; ibi monaſteria ſtatuerunt, ubi ſentes inhoneſtæ vitæ denſius ſuccreverunt: quod in ſpeciali fecerat egregius Auguſtinus, ut refert de eo Poſſidonius contemporaneus & diſcipulus ejus; & poſtea C Calamenſis Epiſcopus, in hiſtoria ejuſdem, dicens de eo, POSSIDONIUS. Effectus presbyter, „ Monaſterium intra Eccleſiam mox inſtituit, „ & cum Dei ſervis vivere cœpit ſecundum regulam ſub Sanctis Apoſtolis conſtitutam, „ maxime ut nemo quidquam proprium in illa „ ſocietate haberet; ſed eis eſſent omnia communia, & diſtribueretur unicuique prout opus „ erat. Quod jam ipſe prior fecerat, cum de „ tranſmarinis partibus ad ſua remeaſſet. „ Hæc ibi. Quid ergo dicit Wicleffus ad Auguſtinum? Numquid damnabiliter peccavit Auguſtinus, quia ſic ſtatuit Religionem clauſtra-D lem, qui etiam ſimul cum aliis manſit in clauſtro? *Immo* dicit Wicleffus in Evangelio Dominicæ XI. poſt Trinitatem; *ſed finaliter pœnituit;* ſicut dicit in *Dialogo Fratrum* cap. V. Sed hujus oppoſitum conſtat Eccleſiæ: quia ſicut dicit prædictus Poſſidonius in fine hiſtoriæ, loquens de Auguſtino, quid fecit in exitu, POSSIDONIUS. Clerum (inquit) ſufficientiſſimum, & „ Monaſteria virorum ac fœminarum continentium cum ſuis præpoſitis plena dimiſit Eccleſiæ, „ Ideſt, commiſit & commendavit. Non ergo pœnituit Auguſtinum fundaſſe Religionem clauſtralem, etiam in fine vitæ. Et E tunc argumentor ex fundamento Wicleffi: Auguſtinus inſtituit Religionem clauſtralem; & hoc culpabiliter, & contra legem Chriſti. Hoc eſt verum per Wicleffum: ergo ſi non pœnituit finaliter, jam Auguſtinus eſt damnatus: ſed conſtat, quod non pœnituit etiam finaliter; ergo Auguſtinus eſt damnatus. Ecce quo adduxit iſte perfidus Sanctiſſimum Auguſtinum: ecce ubi collocavit ſanctiſſimum profeſſorem. Quis hoc poſſet audire quod dicit? Sed retorqueamus conſequentiam nos, & faciamus ei catholicum argumentum. Sanctus Auguſtinus juxta legem Chriſti fundavit meritorie Religionem perfectorum, quam tu blaſphemas; ergo ſi te non pœnituerit blaſphemiæ, damnatus es: ſed nunquam te pœnituit, ut referunt qui de exitu tuo loquuntur; ergo damnatus es. Saltem ſi arguatur

Religioſi propagati ad propugandam Chriſtianorum ſanctitatem. — Poſſidonius in vita S. Auguſtini. — Poſſidonius in fine vitæ Sancti Auguſtini.

tur per immediata, potius tota Eccleſia Dei ſentit ſalvatum eſſe catholicum Auguſtinum, quam Wicleffum impœnitentem hæreticum. Sic ergo ortum & incrementum perfectæ religionis per tres orbis plagas prædicti ſancti & graves viri laudabiliter approbabant, & probabiliter commendabant, Chryſoſtomus ſcilicet, & Hie- A ronymus per Aſiam: Auguſtinus & Ambroſius per Africam & Europam.

3. Et quamvis iſti Religioſi peculiares, quos induxi a primævo tempore legis gratiæ, uſque ad tempora noſtra, nobis in omni ſubſtantiali profeſſione ſint conformes; prædictis tamen Sanctis Patribus de tempore legis naturæ, & Moſaicæ, in multis videntur eſſe diſſimiles, eo quod quidam paupertatem iſtam tenentes uxoribus utebantur: quidam uxoribus utentes, & paupertatem tenentes, & degentes ſub obedientia, vino abrenunciabant & domibus; quod nos omittimus, & cæteri omiſerunt; & cætera ta- B lia, quæ nec tunc ſine cauſa fiebant, nec jam ſine cauſa dimittimus: nihil ad nos, quantum ad præſens ſpectat, quia peſſime valet ratio: „ Peculiariter Religioſi primis temporibus vinum non bibebant, nec domos habitabant; „ ergo moderni non ſunt Religioſi, vel illi „ non erant. „ Item nec hæc valet ratio: „ Chriſtus vi Religionis ſuæ ſuſtinuit mortem „ crucis: moderni vulgares hoc non faciunt vi „ Religionis ſuæ; ergo vel ipſi non ſunt de religione Chriſti, vel Chriſtus de religione non „ erat. „ Ideo dicendum eſt, quod ritus variant religionem particularem, ſed non communem*: C nam Auguſtinus xv. *de Civ.* & Euſebius I. *Eccleſ. hiſt.* cap. II. probant religionem Eccleſiæ Chriſti incœpiſſe ab Abel, & ſic deſcendiſſe per Patres: & tunc aliis ritibus utebantur Patres veteres, & aliis utimur nos. Sicut ergo variatis ritibus religionis Chriſti communis per varias mundi ætates, eadem non minus manſit in ſubſtantia; ſic variatis ritibus religionis peculiaris, religio eadem remanet in ſubſtantia. Sed hoc ergo ſatis eſt probaſſe, ſcilicet, a primævo tempore fuiſſe Religionem quamdam peculiarem ſegregatam a vulgo, ſicut arctioris profeſſionis, ita longe meriti altioris, lauda- D tam a Deo, probatam a ſancto vulgo, exercitatam a ſanctiſſimis Patribus, profeſſam a prophetis, continuatam ab Apoſtolis, inſtitutam ſub Evangeliſtis; ex cujus fonte demum rivi religionis ejuſdem inundabant alluvione ſinceriſſima per tres orbis partes, Aſiam, Europam, & Africam, ſanctiſſimis atteſtantibus ſine omni chronographo Doctoribus ſupradictis. Et plana quidem hæc facientes, ſperamus quod de cætero ſive catholico ſive hæretico ſciſcitanti de fundatione fontali religionis peculiaris, quæ jam nutu Dei late currit in orbe, omne rationabile dubium amputavimus: quia ſi protervia non E ſit in cauſa, ex prædictis ſatis apparuerunt fontes aquarum noſtrarum, & patenter revelata ſunt fundamenta perfectæ vitæ, ſegregatæ a vulgo, per tres partes orbis terrarum. Et omnes religiones Chriſti privatæ comparent uſque ad ipſos fontes primævos earumdem aquarum, quarum etſi toti mundo laterent origines, non minus eſſent ipſæ perfectæ: quia totius Ægypti fœcunditati Nilus non minus erat utilis, quamvis ex quo fonte ſcaturiret, uſque ad adventum Chriſti ſemper latebat Ægyptios, ſicut ex Lucano patet (a) lib. x.

* *in evidentia non in ſubſtantia*

Pſal. 17. 16.

EPILOGUS PRIMI ARTICULI.

Cuncta recenſet quæ de Religionis perfectæ fundatione, cum in veteri, tum in nova lege diſſeruit: & hinc Wicleffum perſtringit, quod mendaciis aſſuetus Inſtitutores religionum temere irrideat, vocando eos Religioſarchas, *qui Evangelicam Chriſti perfectionem nequaquam attigerint.*

1. SIc ergo fundamentum religionis perfectæ oſtenſum ſatis perſpicue eſt, primo in Seth, Enos, & Enoch primis fidei patriarchis, ex verbis Scripturæ & veterum expoſitorum ejus, ſcilicet Auguſtini & Bedæ, cum aliis; & demum ex Cynæis filiis Rechab, cum expoſitione eximii Rhabani, & famoſa traditione Eccleſiæ; & hoc pro ſtatu naturæ. Deinceps in Elia, Eliſæo, & cæteris filiis prophetarum, ſucceſſive ſe invicem conſequentibus, uſque ad adventum perfectionis Evangelicæ, cum expoſitionibus literaliſſimorum virorum Hieronymi & Auguſtini; & hoc pro ſtatu legis Moſaicæ. Tertio, in primis fidelibus Jeroſolymorum, qui voto abdicabant omnem temporalium proprietatem, continue degentes in templo, pro quibus Apoſtoli fecerunt collectas in plebe, ſecundum expoſitionem literalem Hieronymi, Iſidori, Bernardi, & veteris Dionyſii. Deinceps in Paulo, qui velavit Theclam, ſecundum Ambroſium; in Euphemia, quam velavit beatus Matthæus Evangeliſta; & in cultoribus ſancti Marci, quos idem Evangeliſta conſtituit Antiochiæ, ſecundum quod de eis ſcribit Doctor Philo contemporaneus ſancti Petri, & recitat Euſebius in *hiſt. Eccleſ.* & Hieronymus *de viris illuſtribus*; & hæc pro primævo tempore legis gratiæ. Quarto, de dilatatione eorum per tres mundi plagas principales, Aſiam, Africam, & Europam; & de laudabili converſatione eorum in iiſdem, ſecundum Chryſoſtomum, Hieronymum, Auguſtinum, & Poſſidonium diſcipulum ejus, & ſibi contemporaneum.

2. Hæc prædicta, quamvis pauca, ſi vidiſſet, non totiens dixiſſet inſipiens Wicleffus, religionem perfectorum deſtitui fundamento legis Dei; potiſſimum cum id nuſquam probet, ſed mille locis falſiloquii ſui præſupponat veluti per ſe notum. Si quos ergo habeat fautores, amatores, aut ſtudioſos ſectatores ſuorum dogmatum perverſorum, quotiens hoc planum falſum in ſuis libris invenerint, totiens abradant, ne cæteri fideles, cum ad ea loca pervenerint, toties æſtiment eum fuiſſe mentitum; & per hoc in aliis dictis ſuis, ubi apparenter dicit verum, probabiliter eum habeant in ſua aſſertione ſuſpectum. DIFFICILE ENIM DATUR fides aſſueto mendaciis. Unde non contumelioſus habebor, dicendo per conſcientiam meam: Si fiat rectus calculus dictorum ejus, pluries dicit falſum quam verum. An non aſſuevit os ſuum mendaciis, quando tam audacter deriſit Sanctos, qui religiones perfectorum induxerunt, Sanctos, inquam, inter alios, Evangeliſtam Marcum, & Paulum Apoſtolum deridendo, vocabulo *religioſarchas* eos appellans? II. parte ſermonum, ſerm. XLV. WICLEFFUS. *Religioſarchæ* noſtri (inquit) ad Chri„ ſtum in conſtituendo ſuos ordines non poſſunt „ attingere. „ Hæc ille. Magnus Pater Philo hoc dicit eſſe mendacium in libro ſuo prædicto *de vita theorica*, quem ideo Euſebius ſupputat cap. XVIII. libri primi *Eccleſiaſt. hiſtor.* appellaſſe

Wicleffus pluries dixit falſum quam verum.

Wicleffus

(a) De Nilo vulgatiſſimi ibi habentur verſus illi
Arcanum natura caput non prodidit ulli:
Nec licuit populis parvum te Nile videre.

laſſe prædiſtos religioſos *Cultores;* vel ſic inveniſſe primitus appellatos, quia ſecundum Evangelium Chriſti, ante chriſtiani nominis publicationem vivebant. EUSEBIUS. Primo (inquit)

Euſebius pag. 423.

„ omnium viros ipſe *Cultores* & fœminas cum „ ipſis ait *Cultrices* appellari. Cauſam vero hujus vocabuli, vel ex eo ductam, quod nuper „ convenientium ad ſe animas tamquam rudes „ & agreſtes excolerent, vel erga Dei cultum „ pura & integra conſcientia perdurarent: quod „ nomen ſive ipſe poſuit primitus, ex ipſorum „ actibus rationem colligens; ſive in initiis ita „ appellabantur qui ſecundum Evangelium vivebant, antequam *Chriſtianorum* appellatio „ per omnem locum diffunderetur, nihil intereſt; dummodo ex ipſis rebus nomen ad quos „ pertineat comperiatur. „ Hæc ille.

A

3. Elige tu de prædictis; & vide, an Marcus in inſtitutione prædictæ religionis ad Chriſti Evangelium non attigit, dummodo dicat Chriſtus: *Qui non colligit mecum diſpergit:* Et, *Sine me nihil poteſtis facere*. Quod ſi iſtos *religioſarchas* non audis, qui veniunt in nomine Domini, quid dices, ſi alius veniens in nomine ſuo ſic dixerit? Forſan tunc credes? Ecce Fauſtus amicus tuus validus Manichæus, religionem virginum approbans, dicit de Paulo Apoſtolo, FAUSTUS. Iconio (inquit) Theclam, oppignoratam „ jam thalamo, in amorem ſermone ſuo perpetuæ virginitatis accendit. Quid & de magiſtro ipſo dicemus, ac ſanctimoniæ totius „ authore Jeſu, & hujus ipſius profeſſionis puellarum cœlico * ſponſo? „ Hæc ibi ſecundum Auguſtinum lib. xxx. An non tunc Paulus in profeſſione puellarum attigit magiſtrum noſtrum Chriſtum?

B

Matth. 12. 30. Joan. 15. 5.

Fauſtus apud Auguſt. To. 8. cap. 4. pag. 446.

* M. cælibe

C

ARTICULUS SECUNDUS.

Qui eſt

DE EMINENTIA PERFECTIONIS EVANGELICÆ RELIGIONIS CHRISTI SUPRA RELIGIONEM EJUS VULGAREM.

CAPUT XI.

De perfectione Religionis Chriſti perfectæ ſupra Religionem ejus vulgarem.

SYNOPSIS CAPITIS.

D

1. *Religioſi figurati fuerunt in lapidibus illis perfectis, ex quibus primum ædificata eſt domus Dei: alii vero fideles in lapidibus illis dolatis.*
2. *Dicentes Religionem perfectorum non eſſe præferendam in perfectione Religioni communi, tripartiti ſunt.*
3. *Ex tribus votis facile eſt colligere, Religioſos in eminentiori ſtatu perfectionis eſſe, quam laici.*
4. *Quod in quacumque lege Religioſi peculiares perfectiores ſunt jis, qui ſunt de communi Religione, ex Beda colligitur.*

E

1. FUndamento ergo Religionis Chriſti peculiaris ſic undequaque monſtrato, tam ſecundum profundum ſuum in remotiſſima illa lege naturæ, quam ſecundum altum in eminentiſſima lege gratiæ; quam etiam ſecundum latum

Apoc. 21. 16.

ſuum, quod ad modum populi ſatis erat anguſtum tempore legis ſcriptæ; ſupereſt ut murorum v. 17.
ejus proceritatem diſponamus, & ſpeciem. Nam in Apocalypſi Joannis, Civitas illa tranſparens *murum magnum & altum* habuiſſe deſcribitur. v. 12.
Cum plures muri eſſent, unus inter alios notatur *magnus & altus:* quia cum multi ſunt ſtatus in Eccleſia Chriſti, unus notanter eſt *murus magnus & altus*, compactus ex perfectis viris, cæmento profeſſionis junctis *, numeratis in Chriſti peculio regulari, ut ſic impleretur figura illius primi templi. Domus autem, cum ædificaretur, *de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata eſt*. III. Reg. VI. Lapides dolati ſunt fideles in Religione Chriſti vulgari, quos ictus tentationum, & ſæcularium actionum quatiunt, turbant, & pellunt; & ſi vita ſana inter hæc non amittitur, quotidiani tamen luctus fricant; & magno labore puſilla charitas, quam poſſident, poſſidetur, cum non vitantur, propter eam ſervandam, collegia peccatorum. Lapides autem perfecti, ſunt perfecti Religioſi, & profeſſores ſpontanei de peculio Chriſti, quos malleus regularis obſervantiæ, libera quadam neceſſitate diſtendit, eorum quotidiana vitia reſecat, ſpeciem devotionis honeſtat, auget continue meritum, & poſſeſſam perficit & ampliat charitatem. Qui idcirco præ aliis fidelibus arcem perfectionis occupant, eo quod charitatem ſemper intendunt, & intenſam extendunt, extenſam communiunt votis, & regularibus diſciplinis.

* al. unitis

3. Reg. 6. 7.

Sæcularium vita malis obnoxia

Religioſorum inſtitutio quantum proſit.

2. Sed dilapidator domus Eccleſiæ, ut citius domum Chriſti ſubruat, murum hunc & arcem ejus perfectionis declinat; & dicit ſine verecundia qualicumque, Religionem Chriſti peculiarem, virorum ſcilicet perfectorum, non eſſe majoris perfectionis, quam ſit communiter in fide Chriſti viventium religio popularis. Et ſic dicentes, trifariam dividuntur. Dicunt quidam non ſimpliciter, quod non ſit majoris perfectionis *intenſive*, ſcilicet, altioris gradus in bonitate morali; ſed bene *extenſive*, quod eſt pluries bona, propter additionem plurium bonorum ad mandata Decalogi. Dicunt alii religionem vulgarem eſſe quacumque religione peculiari ſimpliciter meliorem, & eſſentialiter perfectiorem; ſicut ens tranſcendens, propter eſſentialem continentiam ſubſtratæ ſpeciei, eſt ſimpliciter perfectius qualibet illarum. Sed & tertius dicit, religionem Chriſti vulgarem eſſe perfectiſſimam, & omnem religionem peculiarem eſſe prophanam; & Patronos earum religionum, & ſingulos earum profeſſores eſſe damnatos, aut damnabiles, quos facti pœnitentia non redemit (*a*). a
Primi iſtorum mitius errant: ſecundi inſipientius: & tertios jam ſubvertit hæreſis capitalis *. * Vide infra, cap. 13. num. 2.
Quoniam autem in præſenti de comparatione loqui intendimus perfectionis vulgaris Chriſti religionis & perfectæ, prius videndum erit de perfectione, quid ſit de proprietate vocabuli. Omittam tamen dignitatem illam extremalem v. Metaph. cap. *de perfecto*, ubi Philoſophus ſolum dicit illud eſſe perfectum in unoquoque genere, cui nulla deficit dignitas illius generis, nulla extra ipſum perfectio: nec minus inerit de perfectione, quam alteri cuicumque, eo quod nullum tale citra Deum poſſumus reperire; cum tamen aliud intendebat Chriſtus, cum diceret: *Eſtote perfecti, ſicut Pater veſter cœleſtis perfectus eſt*. Matth. 5. 48.

Tres errores contra perfectionem religionis Clauſtralis.

Ariſtotelica perfecti definitio rejicitur.

3. Ad altiorem fidei metaphiſicum me conver-

(*a*) Eſt Wicleffi articulus 44. ex damnatis a Conſtantien. Synodo: *Auguſtinus, Benedictus, & Bernardus damnati ſunt de hoc quod habuerunt poſſeſſiones, & inſtituerunt, & intraverunt Religiones*. Vide etiam artic. 22. ejuſdem Wicleffi.

verto, egregium Auguſtinum, qui in libro ſuo *de perfectione juſtitiæ* docet in quibus conſiſtit realiter perfectio militiæ chriſtianæ; & vocat eam, de qua jam loquimur, *perfectionem curſus* in comparatione ad *perfectionem quietis* in patria. Unde cap. XVIII. dicit eam præcipue in tribus illis Evangelicis regulis contineri, ſcilicet eleemoſina, oratione, & jejunio. A

Auguſtinus *To. 10. cap. 8. pag. 174.*

AUGUSTINUS. Nunc (inquit) ipſius curſus rectitudine & perfectione tendamus, caſtigando corpus noſtrum &c. – Et infra. Unde Dominus in Evangelio cum dixiſſet: *Nolite facere juſtitiam veſtram coram hominibus, ut videamini ab eis;* ne iſtum curſum noſtrum fine humanæ gloriæ metiremur, non eſt in expoſitione juſtitiæ ipſius niſi tria Chriſtus executus, jejunium, eleemoſinas, & orationes: jejunio ſcilicet univerſam corporis caſtigationem ſignificans; eleemoſina omnem benevolentiam, vel beneficentiam, vel dandi, vel ignoſcendi; & oratione inſinuans omnes regulas ſancti deſiderii." Hæc Auguſtinus. B

Matth. 6. 1.

Jejunium, eleemoſina, & oratio quid ſignificent.

Secundum iſtam ergo expoſitionem Sancti Auguſtini, magna perfectio Evangelica eſt in caſtitate regularium profeſſorum, quæ ad jejunium reduci debet, cum ſit magna corporis caſtigatio, & inter omnes maxima. Magna iterum perfectio in ſpontanea paupertate, quæ reducitur ad eleemoſinam: quia ſi ſit beneficus qui pauca dat egeno, beneficentior erit qui omnia ſua dederit pro amore Chriſti: quod manifeſte pâtet ex decreto Chriſti de vidua, quam dantem duo minuta tantum, judicavit dediſſe plus omnibus. C Magna demum perfectio in obedientia profeſſorum, quæ ad orationem reducitur, ſecundum rectam regulam Auguſtini, cum ſit ſuprema regula ſancti deſiderii. Perfectio ergo militiæ chriſtianæ eſt ſecundum tres prædictas notas Evangelicas. Et ſi quandoque contingenter reperiri poterit in religione populi, eminentius tamen, & certius in religione peculiari, quæ in his tribus ſemper conſiſtit indiviſibiliter. Ideo charitas profeſſorum talium eſt major quam ſit in fidelibus religionis vulgaris, qui iſta tria prædicta aut nunquam ſimul obſervant, aut raro. D Dicit enim ubi jam ſupra, cap. XX. AUGUSTINUS. Charitas autem, quæ his tribus major eſt, non auferetur, ſed augebitur." Augmentatio enim charitatis eſt ejus intenſio, cum in mole magnis non idem ſit majus eſſe quod melius: ergo major eſt charitas intenſive, ſcilicet, perfectio religioſorum perfectorum, quam religioſorum de populo.

Caſtitas ad jejunium reduci poteſt.

Paupertas ad eleemoſinam.

Luc. 21. 3.

Obedientia ad orationem.

Major charitas in religioſis, quam in ſæcularibus.

Auguſtinus *To. 10. cap. 8. pag. 174.*

4. Hoc inſuper plane docet Venerabilis Beda de omnibus religioſis in quolibet ſtatu mundi, dicens, quandoque eſſe parietes templi perfectos viros; vulgares autem tabulata cedrina in templo militantis Eccleſiæ: quandoque dicit, vulgares fuiſſe lapideos parietes porticus; E & perfectos ejuſdem temporis fuiſſe tabulata cedrina ejuſdem, ſecundum congruentiam & temporis & converſationis eorum, ut dicit Beda, exponens hunc textum III. Reg. VI. *Omnia cedrinis tabulis veſtiebantur;* & ponitur in gloſſa communi. BEDA. Hoc (inquit) dicendum, quia fuerunt in lege, & ante ſcriptam legem plurimi, qui legaliter Domino deſervirent, non occidentes, non fornicantes, non falſum teſtimonium dicentes, non furtum facientes, honorantes patrem & matrem, & diligentes proximos, ſicut ſemetipſos. Hi ad parietes porticus lapideos pertinebant. Fuerunt alii perfectiores, qui relictis mundi negotiis, aſſumpta cruce, Dominum ſequebantur; *ludibria & verbera experti, inſuper & vincula & carceres:* hi, qui ante manifeſta tempora Evangelii vitam duxerunt Evangelicam, quid niſi ante ingreſſum templi quaſi tabulata cedrina in porticu fulgebant? quos quia idem regnum cœleſte communiter, quamvis in diſcretis manſionibus, recipit, quaſi porticus templi poſt lapidem, cedrinumque intrinſecus auro cooperta eſt." Hæc de vulgaribus dixit & perfectis, qui præceſſerunt legem Moyſi, & ſub lege fuerunt: Jam autem deſcendens ad legem gratiæ Chriſti, dicit BEDA. Nunc quoque ſunt plures, qui legalibus contenti præceptis, ſibi ſufficere credunt, ſi ad vitam venire mereantur. Sunt alii, qui ad perfectionem nitentes, omnia ſua vendunt, & ſequuntur Dominum dicentem: *Vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos &c.* Hi ad parietes templi de albo lapide ſactos; illi ad cedrinas pertinentes tabulas, præmia perpetuæ lucis a Domino, quaſi auri laminas, quibus decorentur, expectant." Hæc Beda. Hic ecce Doctor determinavit vitam vulgarium & perfectorum ſecundum tres leges, naturæ ſcilicet, ſcriptæ legis, & gratiæ, & diſtantiam ſic viventium; & neutram criminans pro quocumque tempore, præponit perfectos (eos ſcilicet, qui legalibus præceptis vitam ſuperaddebant auſteram, juxta Chriſti conſilia) vulgaribus, qui ſibi ſatis exiſtimant vitam ducere ſine culpa damnabili. Unde generaliter concludere poſſum, quod pro omni ſtatu, uſque in ſtatum præſentem, religioſi peculiares perfectiores erant bene viventibus vita populi: quod ſatis eſt contra eos, qui primum & tertium errorem tenent *.

3. Reg. 6. 18.

Beda *To. 8. pag. 19. de templo Salomonis.*

Hebr. 11. 36.

Beda *ibidem.*

Matth. 19. 28.

* *Cod. Vat.* contra primum & tertium errorem tenentes.

CAPUT XII.

Quod Religioſus perfectus, eſt eo fortior, quo magis votum paupertatis tenetur implere.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Peculiarem Religionem perfectiorem eſſe communi vita Chriſtiana, exemplo juvenis illius Evangelici oſtenditur.*
2. *Paupertas voluntaria non eſt opus indiſpoſiti imperfectique hominis, ut dicit Wicleffus, ſed perfectiſſimi.*
3. *Voluntaria paupertas eſt virtus moralis, quam Chriſtus Dominus per ſermones dixit, per opera oſtendit, per diſcipulos docuit.*

1. AD probationem autem hujus veritatis in ſpeciali de Religioſis perfectis tempore legis Chriſti, primo ab ipſo Evangelio ſumamus exordium, & fiat argumentum ſub hac forma: Vita illa, ad quam quis remittitur, ut fiat perfectus, eſt ſimpliciter perfectior vita, a qua mittitur, ſuppoſito, quod ſit bona moraliter: ſed a vita communis Religionis Chriſti mittitur quis, ut fiat perfectus, ad vitam Religionis Chriſti peculiaris; & tamen prima eſt vita moraliter bona: ergo ſecunda eſt perfectior. Iſta conſequentia eſt legalis, quia de jure Evangelii non poteſt eſſe tranſlatio, niſi ad ſimpliciter melius & perfectius, ſecundum illud: *Nemo mittens manum ſuam ad aratrum &c.* & per illud patet major & minor, juxta illud Matth. XIX. ad juvenem jam ſatis perfectum in præceptis, *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, & ſequere me.* Ergo tunc juvenis ille, qui innocenter ſatis vixit ſecundum Religionem Chriſti communem, mittebatur ad Religionem perfectiorem Chriſti peculiarem, cum dicitur; *Si vis per-*

Luc. 9. 62.

Matth. 19. 21.

perfectus eſſe, vade &c. Unde & Beda exponens prædictum textum Evangelii, dicit de adoleſcente illo, BEDA. Non eſt putandus ille de „ ſua vita mentitus eſſe; ſed ſimpliciter ut vi„ xit, confeſſus eſt. Diligit enim eos Chriſtus, „ qui mandata legis cuſtodiunt; & quod ma„ jus eſt, his qui volunt perfecti eſſe adjungit, A „ dicens, *Si vis perfectus eſſe, vade &c.* Hæc Beda. Perpendite hic primo, quomodo adoleſcens ille non trahebatur de vita criminoſa extranea legi Chriſti ad vitam Chriſti vulgarem; ſed a vita Chriſti vulgari (in qua etiam dilexit eum Chriſtus: unde dicit Marcus, quod Chriſtus *ut intuitus eſt eum, dilexit* (a) *eum*) ad vitam Chriſti peculiarem. Et perpendite ſecundo, qualiter vita vulgaris dicitur Deo dilecta: *Diligit* (inquit *) *eos Chriſtus, qui mandata legis cuſtodiunt*. Sed vita Religioſorum dicitur eſſe perfectior: *ſed quod majus eſt, his qui volunt eſſe perfecti, adjungit dicens, ſi vis eſſe* B *perfectus, vade & vende &c.* Tunc ergo vita Religioſorum eſt majoris perfectionis, quam vita Chriſti vulgaris.

Beda *To.2.pag.124.*

Matth. 19. 21.

Marci 10. 21. a

* Beda *ſupple*

2. Ad hoc argumentum reſpondet Wicleffus in barbarizatione Evangelii Fer. IV. ſextæ hebdomadæ poſt Trinit., quod „ juvenis iſte fuit „ indiſpoſitus, propter avaritiam cordis ſui; nec „ potuiſſet aliter ſalvari, niſi abrenunciatione „ omnium bonorum: ideo ipſi mandavit Deus „ hanc curam in ſpeciali. Nec per hoc debent „ aliqui attentare profeſſionem hujus conſilii, „ niſi male diſpoſiti. „ Unde ſignum eſt imperfectionis, ſecundum eum, pluſquam perfe- C ctionis, & diſpoſitionis perverſæ, cum hoc aliquis profitetur. Periculoſa valde gloſſa eſt hæc, & magnificum firmamentum hæreſis Vigilantii, qui dixit, melius eſſe, & ſimpliciter perfectius aliqua retinere ſecundum formam communis chriſtianæ militiæ in uſus pauperum, quam ſemel omnia largiri propter Chriſtum, ut recitat beatus Hieronymus Epiſt. LXX. quæ eſt *contra blaſphemias Vigilantii*. Et videamus jam, quomodo primi ſui erroris ſtultitiam, hæreſis additione firmavit. Qui fuerunt primi profeſſores hujus conſilii ſub hac forma Evangelica? Nonne diſcipuli Chriſti? Nonne Apoſtoli, qui D non prius in ſacri diſciplinatus collegio numerantur, quam iſtud conſilium altiſſimo voto*, & omni cordis deſiderio profeſſi ſunt? Et hoc dicit XVII. *de Civ. Dei* cap. V. AUGUSTINUS. „ Dixerant potentes illi: Ecce nos reliquimus „ omnia, & ſecuti ſumus te: hoc votum po„ tentiſſimi voverant. „ Ecce quod Auguſtinus dicit, Apoſtolos fuiſſe *potentiſſimos*, cum hæc voverent. Cur ergo dicit Wicleffus, nullum debere hoc vovere, niſi ſit *indiſpoſitus* ad bene utendum rebus in hoc ſæculo? *Infirmiſſimi* tunc fuiſſent certe, non *potentiſſimi*. Sed attende Scripturas. Nonne Petrus & Andreas ad unam E Chriſti vocem, *relictis retibus & navi, ſecuti ſunt eum?* Nonne ad ejuſdem vocationem Jacobus Zebedæi, & Joannes frater, relictis retibus & patre naturali, ſecuti ſunt eum? Nonne ſic Matthæus, & breviter omnes Apoſtoli? Et numquid non hæc doctrina Chriſti ad eoſdem, dicens: „ Nolite poſſidere aurum, neque ar„ gentum, neque pecuniam in zonis veſtris; „ non peram in via, neque duas tunicas, ne„ que calceamenta, neque virgam? „ Matth. X. Numquid hoc fecerunt Apoſtoli, quia fuerunt imperfecti, & tanto imperfectiores aliis,

Profeſſio paupertatis ad malum ſignum trahitur a Wicleffo.

Hieronymus *lib. cont. Vigilantium*, To.2. *pag.* 400. *num.* 15.

* *Vide cap.* 6. *num.* 2.

Auguſtinus *To.* 7. *Matth.* 19. 27.

Matth. 4. 20.

Matth. 4. 22. *Matth.* 9. 9. *Matth.* 10. 9.

qui hoc non voverunt, quanto fuerunt pejus diſpoſiti ad vivendum cum poſſeſſione divitiarum, quam cæteri vulgares, qui hanc paupertatem non voverunt? Hieronymus dicit lib. I. *contra Jovinianum*, hoc fuiſſe magnæ perfectionis & fortitudinis in Apoſtolis: in vulgaribus autem e contrario magnæ infirmitatis indicium. Unde de inſtitutione Eccleſiæ quoad vulgares dicit HIERONYMUS. Quia rudis ex gentibus „ conſtituebatur Eccleſia, leviora nuper cre„ dentibus dat præcepta, ne territi ferre non „ poſſent. -- Et infra -- Apoſtoli & ſeniores a „ Jeroſolymis literas mittunt, & quaſi parvu„ lis atque infantibus lac potum dant, non „ ſolidum cibum; nec præcipiunt de continen„ tia, nec de virginitate ſignificant, nec ad je„ junia provocant, nec illud dicunt, quod ad „ Apoſtolos in Evangelio dicitur: *Neque habeant* „ *duas tunicas, nec peram, nec æs in zonis:* aut „ certe illud: *Si vis perfectus eſſe, vende omnia* „ *ſua, & da pauperibus; & veni, & ſequere* „ *me*. „ Hæc Hieronymus ibidem. cap. XXIII. Ecce tunc, quod hoc mandatum transfertur ad perfectos, & differtur infirmis, propter indiſpoſitionem illorum ad tolerandum tantam perfectionem, quemadmodum & continentia & caſtitas ſecundum Hieronymum. Hoc falſum eſt ergo, quod nulli datur conſilium de relinquendo omnia, niſi infirmis; & his, quibus damnum inferrent ſpirituale, ſi poſſiderentur, divitiæ. Et Chryſoſtomus ſuper Epiſtolam Pauli ad Hebr. hom. XIX. redarguens hæreticos temporis ſui, dicentes, voluntariam paupertatem eſſe cauſam multorum malorum, dicit, CHRYSOSTOMUS. „ Nullus cauſetur inopiam ut decem millium „ malorum cauſam, ne contradicat Chriſto, „ qui perfectitudinem hanc ait eſſe virtutis, „ dicens: Si vis perfectus eſſe &c. Hoc enim „ & per ſermones ipſe dixit, & per opera „ oſtendit, & per diſcipulos edocuit. „ Hæc Chryſoſtomus.

Hieronymus *To.2.pag.290. num.* 34.

Matth. 10. 10. *Matth.* 19. 20.

Chryſoſtomus *To.4. hom.18. pag.* 146.

4. Ecce qualiter probat Sanctus Doctor, Chriſtum dixiſſe renunciationem bonorum, & paupertatem voluntariam, eſſe perfectionem & virtutem: nam eſt ſpecies continentiæ in genere temperantiæ. Cur autem non eſſet moralis virtus continentia ab exterioribus rebus, quibus contingat male uti, ſicut & continentia a venereis, quæ dicitur caſtitas; nondum ego video cauſam. Et ulterius notetur in ſuperiori dicto Chryſoſtomi, quod hanc perfectionem paupertatis prædictæ, ſcilicet renunciationem omnium bonorum exteriorum, Chriſtus Salvator noſter per ſermones dixit, & per opera oſtendit, & per diſcipulos edocuit. Ergo Chriſtus in perſona ſua obſervavit facto iſtam renunciationem: ſed hæreticum eſt dicere, quod Chriſtus potuit damnificari ſpiritualiter, ſcilicet ex habitione talium rerum ſæcularium: ergo expoſitio illa eſt hæretica, quod Chriſtus nulli hoc conſilium dedit de renunciando, niſi ei, qui foret ſpiritualiter damnificatus ex eis bonis, ſi teneret. Et illa tamen eſt expoſitio Wicleffi ubi ſupra *. Iterum confundit Hieronymus iſtam expoſitionem in Epiſt. ad Demetriadem Virginem, quæ incipit, *Inter omnes materias*, & eſt Epiſtola LXXXVII. ſic alloquens ſanctiſſimam fœminam, HIERONYMUS. Superfluum reor te monere con„ tra avaritiam, cum generis tui ſit & habe„ re & calcare divitias; & Apoſtolus doceat, „ avaritiam eſſe idolorum cultum, Dominus„ que

* *num.* 2.

Hieronymus *To.* 1. *Epiſt.* 130. *pag.* 983. *num.* 24. *Epheſ.* 4. 26.

(a) Certe Chriſtus non dilexiſſet hunc juvenem, ſi ad Chriſtum mentiendo acceſſiſſet, ut a Wicleffo edoctus exponit Calvinus lib. 4. Inſtit. cap. 13. §. 13.

Matth. 19. 16. 21. „ que reſpondeat ſiſcitanti, *Magiſter bone, quid*
„ *boni faciens, vitam æternam poſſidebo? Si vis*,
„ ait, *eſſe perfectus, vade, & vende omnia quæ*
„ *habes, & da pauperibus, & veni, & ſequere*
„ *me*. Apoſtolici faſtigii eſt, perfectæque vir-
„ tutis vendere omnia, & pauperibus diſtribue-
„ re; & ſic levem & expeditum cum Chriſto
„ ad cœleſtia evolare. Nobis, immo tibi, dili-
„ gens credita eſt diſpenſatio, quamquam in
„ hoc omni ætati, omnique perſonæ, libertas
„ arbitrii derelicta ſit. *Si vis eſſe perfectus*.
„ Non cogo, non impero, ſed propono pal-
„ mam, oſtendo præmium: tuum eſt eligere,
„ ſi volueris in agone atque certamine corona-
„ ri. Et conſideremus, quam ſapienter ſapien-
„ tia locuta ſit, *vende quæ habes*. Cui iſta præ-
„ cipiuntur? Nempe illi, cui dictum eſt, *ſi vis*
„ *perfectus eſſe, &c*. Non partem bonorum tuo-
„ rum vende; ſed *omnia*. „ Hæc Hieronymus.
Ecce qualiter Beatus Hieronymus ſuaſit Sanctæ
Virgini relinquere omnia, & dare pauperibus.
Et tamen dicit, quod exiſtimet ſuperfluum eſſe
monere illam contra avaritiam. Ergo tunc cui
non nocent poſſeſſiones per avaritiam, juſte ſua-
debatur renunciationis conſilium. Secundo dicit
Hieronymus, renunciationem iſtam Evangeli-
cam eſſe perfectam virtutem, & faſtigium Apo-
ſtolicum: ſed erroneum eſſet dicere, Apoſtolo-
rum ſtatum non fuiſſe perfectiorem, quam ſit
ſtatus minimi Chriſtiani, nec illos fuiſſe per-
Status relinquentium omnia, perfectior eſt ſtatu vulgarium. fectioris vitæ intenſive; ergo error eſt dicere,
ſtatum relinquentium omnia ſecundum formam
Apoſtolicam, non eſſe perfectiorem ſtatu vul-
garium Chriſtianorum. Tertio dicit Hierony-
mus, diſpenſativam iſtam renunciationem bo-
norum relictam eſſe ad liberum arbitrium omnis
ætatis & perſonæ: ergo eſt conſilium generali-
ter congruens omni ætati & omni perſonæ,
quantum eſt ex lege Evangelii, & non ſpecia-
lis cura ſoli ipſi dicta, qui alias damnabiliter
viveret, ſi bona illa ſervaret. Falſam ergo cu-
piditatem imputavit expoſitor iſte peregrinus
Marci 10. 20. adoleſcenti Evangelico, qui profeſſus eſt coram
Chriſto ſe ſingula ſervaſſe præcepta a juventu-
te ſua. Et Beda ſuper Marcum, ut allegatur
* num. 1. ſupra *, dicit iſtum non fuiſſe mentitum. Fal-
ſam quoque interpretationem textus Evangeli-
ci poſuit, dicens, perfectionis votum conveni-
re infirmis, non perfectis, directe contra ſen-
*num. 2. & 3. ſum Evangelii, ut probant quos induxi ſupra *,
Auguſtinus. & Hieronymus. Stat ergo argumen-
tum Evangelicæ paupertatis in ſuo robore, hæ-
retico non obſtante.

CAPUT XIII.

Quod religioſus perfectus, eſt ex vi religionis quam ſpondet, & ſervat, perfectior religioſo vulgari.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Profitentibus peculiarem religionem promittitur nobilius præmium, quam iis, qui ſunt de communi religione: quare conſequens eſt alios eſſe altioris gradus in merito.*
2. *Sedes, ſuper quas ſedebunt voluntariæ paupertatis profeſſores, vulgares fideles ſunt: unde fit, ut abſque dubio eis ſint perfectiores.*
3. *Eſto quod religio vulgi eſſet communis omnibus aliis religionibus, non propterea ſequeretur illam continere omnem perfectionem cujuslibet religionis peculiaris.*
4. *Et quamvis contineret, non adhuc eſſet illa perfectior.*
5. *Ex tribus colligit Dionyſius religioſos perfectos eſſe aliis fidelibus perfectiores.*

1. SEcundo ſic proceditur: Altior gradus in
præmio exigit altiorem gradum in meri-
to; & correſpondet ei ſecundum congruentiam
A legis gratiæ: ſed relinquentibus omnia in effe-
ctu, ſecundum formam Evangelii, promittitur a
Chriſto gradus altior in præmio ultimato, quam
non relinquentibus; ergo relinquere omnia pro-
pter Chriſtum, & ſequi eum in effectu, ſicut
religioſi, eſt altioris gradus in merito, quam ejus
oppoſitum, quod eſt vulgaris religionis chriſtia-
norum. Iſta conſequentia eſt formalis, & ma-
jor eſt evidens ex Dei juſtitia diſtributiva, &
illa ſerie Evangelii, *In domo Patris mei manſio-* Joan. 14. 2.
nes multæ ſunt. Et pro veritate majoris & mino-
ris conjunctim, eſt proceſſus Evangelicus de re-
ſponſo Chriſti ad Petrum Matth. XIX. & Luc. Matth. 19. 27. Luc. 18. 22.
B XVIII. Ecce nos reliquimus (inquit) omnia,
„ & ſecuti ſumus te; quid ergo erit nobis? Et
„ Jeſus ait: Amen dico vobis, quod vos qui
„ ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit
„ filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebi-
„ tis & vos ſuper ſedes duodecim, judicantes
„ duodecim tribus Iſrael. „ Copula jam diligen-
ter meritum & præmium correſpondens, relin-
quentes & ſequentes: ſedebunt ſuper ſedes non
ſolum Apoſtoli relinquentes & ſequentes, ſed
omnes hoc facientes ſub forma qua fecerunt A-
poſtoli. Unde Auguſtinus in *de pœnitentia*, cir-
ca medium, AUGUSTINUS. In hoc numero ju- Auguſtinus To. 5. Serm. 351. pag. 1358.
C „ dicantium omnes intelliguntur, qui propter
„ Evangelium ſua omnia dimiſerunt, & ſecuti
„ ſunt Dominum. „ Hæc ille.

2. Omnes ergo ſic relinquentes & ſic ſequen-
tes ſedebunt ſuper ſedes. Super quas ſedes? Num-
quid groſſa ſcamna, ærea, aurea, aut argentea,
ſunt ibi paranda Beatis, ſuper quæ ſedeant?
Non: ſed vulgares fideles erunt ſedes eorum,
inferiores quidem gradu præmii, quia non erant
meritis coæquales. Unde ſuper Matth. opere *Im-*
perfecto, hom. XXXIII. ſuper eumdem textum,
CHRYSOSTOMUS. Omnes (inquit) chriſtiani, *Chryſoſtomus To. 3. pag. 642.
„ ſunt quidem duodecim ſedes Apoſtolorum.
D „ Et nonne omnis ſedens eſt eminentior, al-
„ tior, & perfectior ſede ſua? Et inde non di-
„ citur in textu, ſedebunt ſedes vel in ſedibus,
„ ſed *ſuper ſedes*. „ Ergo tunc ex ore Chriſti
omnes religioſi peculiares, qui ſecundum Evan-
gelicam formam omnia relinquunt pro Chriſto,
& ſequuntur eum, perfectiores ſunt gradibus me-
ritorum, quibus etiam aptantur ſedes altiores
in gradibus præmiorum, quam quicumque pro-
feſſores religionis Chriſti vulgaris, qui ſolum
aſtricti remanent legibus mandatorum. Confir-
mat hoc argumentum meum, in terminis quaſi,
Venerabilis Beda lib. V. ſuper Geneſim, expo- Gen. 6. 21.
E nens hunc textum Domini ad Noe, *Tolle ergo*
*tecum ex omnibus eſcis, quæ manducari * poſſunt*, * Vulg. mandi
& comportabis apud te, & erunt tam tibi quam
illis in eſcam. BEDA. Eccleſiam ſuam Dominus Beda ſimilia habet ſuper Cantica pag. 749.
„ (inquit) multifaria vitæ ſpiritualis alimonia
„ implevit; ut & turbas fidelium generalibus
„ mandatorum ſuorum inſtitutis ad perceptio-
„ nem invitaret cœleſtium præmiorum; & per-
„ fectiores quoſque, cum arctioris obſervantiæ
„ diſciplinis ad altiora ejuſdem regni dona vo-
„ caret. „ Hæc ille. Ecce qualiter aptat Beda
præmia in meritis turbis fidelium propter ge-
neralem obſervantiam mandatorum. Proponit
Dominus (inquit) perceptionem cœleſtis regni
generaliter; ſed perfectiores propter obſervan-
tiam arctioris diſciplinæ vocat ad altiora dona
ejuſdem regni; ergo tunc profeſſores arctioris
diſci-

diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſunt profeſſoribus perfectiores mandatorum in genere. Et non tantum *extenſive* perfectiores, ſed ſunt *intenſive* perfectiores, & altioris gradus in latitudine meritorum, quia vocat eos Dominus ad altiorem gradum præmii. Et ſic reprobatur hic in terminis tertius error (*a*) (qui & hæreſis (*b*) eſt), ponens A arctiorem obſervantiam chriſtianam eſſe damnabilem, & laxiorem eſſe meritis altiorem.

Religioſi ſunt intenſive perfectiores ſæcularibus.

3. Nec ſecundus error tranſit intactus, qui ſimpliciter ponit, religionem Chriſti vulgarem, eſſe perfectiorem eſſentialiter, eo quod eſſentialiter continet omnem perfectionem incluſam, & per conſequens omnem perfectionem religionis ſtrictioris. Et hoc primo: quia concipientes religionem vulgi, & popularis profeſſionis, eſſe communem ſpecifice, vel generice, cæteris omnibus religionibus, non vere concipiunt. Immo religio vulgi eſt quædam particularis religio, ſicut alia quæque. Et iterum, quia procedit ex B falſo fundamento in naturalibus, peccat in moralibus. Commune enim eſſentialiter eſt deterius minus communi, ſaltem ſi illud minus ſit commune generice vel ſpecifice. Contra (inquit), oppoſitum experimur in Deo, ubi eſſentia eſt perfectionis ſimpliciter, non ſic perſona. Verum eſt: ſed illa beata eſſentia eſt maxime determinata, nullo modo confuſa: omnis eſſentia communis creata, eſt indeterminata & confuſa; ideo longa inter eas diſtantia.

Commune eſſentialiter, deterius eſt minus communi.

4. Et ut repetamus intentum, nulla virtus moralis habet judicari perfectior penes contenta, ſed penes conjunctionem ad primum ſim- C pliciter: poteſt enim eſſe, quod unum genus minus perfectum contineat plures ſpecies, quam genus perfectius, ſicut ſecundum Iſidorum XVI. *Etymologiar.* genus topazii continet tantum duas ſpecies: genus autem petræ ruralis habet ſpecies quadraginta. Et unde ergo eſt topazius melior ſilice? Certe ratione differentiæ ejus, vel alicujus æquivalenter componentis intrinſece, virtute cujus magis accedit ad perfectionem primi. Sicut ergo non propter continentiam eſſentialem tantum, ſed magis continentiam eſſentialem & formalem ſimul, maxime autem ſecundum continentiam virtualem, habet attendi per- D fectio cujuſque ſive naturæ, ſive moris; ſic religio Chriſti peculiaris eſt eſſentialiter perfectior religione ejus vulgari, potiſſimum cum, propter gradus ſuos perfectionales, perfectius & certius reducit profeſſores ejus in ſummum ſimpliciter.

Iſidorus *cap. 7. pag. 335.*

5. Et hæc eſt ratio magni Dionyſii ad hoc idem in *de Eccleſiaſtica Hierarchia* cap. VI. ubi ſic dicit, DIONYSIUS. Eorum, qui perficiuntur „ univerſorum altior eſt ordo Monachorum; „ ſanctus ornatus, omni quidem mundatione „ emundatus per totalem virtutem & perfe„ ctam propriarum operationum caſtitatem. E „ Omnis autem ſanctæ operationis, quam eſt „ fas illi contemplari intellectuali contempla„ tione, & communione, particeps factus eſt, „ & Hierarcharum perfectivis virtutibus tradi„ tur; & divinis ipſorum illuminationibus & „ hierarchicis traditionibus edoctus, inſpectans „ ſanctarum perfectionum, quæ ad ipſum per„ tinent, ſanctificationes, & ſancta ipſorum „ ſcientia proportionabiliter ad perfectiſſimam „ perfectionem ſurſum actus. „ Hæc Dionyſius. Vult hic Dionyſius dicere, ordinem monachorum, ideſt religioſorum peculiarium, eſſe altiorem & perfectiorem omnium eorum, qui perfici debent, ſcilicet, cæterorum fidelium medii ordinis, de quibus tractat ante; & hoc ex tribus concludit: Primo, ex perfecta munditia, quam conſequuntur ex propriarum operationum perfecta caſtitate, ideſt, ex abſtinentia eis proprie competente, ex ſua ipſorum votorum commiſſione. Secundo, ex contemplatione, ideſt, imitatione ſanctorum Epiſcoporum, & doctrinæ Eccleſiaſticæ in ſpeciali. Et tertio ex conſcientia formata in eis, per quam aguntur ſurſum, & ſurgunt raptim in Deum. Hæc tria multum diſtant a medio ordine ſacri vulgi; & ideo reddunt eis perfectiores Religioſos perfectos. Et certum eſt, quod propter hoc idem nominat beatus Dionyſius appropriato nomine, quaſi per quamdam antonomaſiam, religioſorum cœtum *ordinem perfectorum*, & ſubjicit eis religionem Chriſti vulgarem in medio ordine ejuſdem Hierarchiæ. Unde modus ponendi, & ordo libri convincit adverſarios, omni humana voce ſepulta.

Dionyſius *pag. 59.*

CAPUT XIV.

Probatur quod Religio perfectorum eſt non ſolum extenſive, ſed intenſive perfectior Religione vulgari.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Si peculiaris Religio perfectorum eſt extenſive perfectior communi Religione vulgi, erit etiam intenſive.*
2. *Adverſariorum proponitur oppoſitio.*
3. *Etſi Religio peculiaris ratione alicujus individui non ſemper tendat in finem ſuum, tamen ratione ſui ſemper tendit.*
4. *Inſtantia adverſariorum adducitur.*
5. *Reſpondetur Inſtantiæ.*
6. *Antiqui Eccleſiæ Doctores dum agunt de perfectione Religioſorum peculiarium, potius de ea tractant ſecundum intenſionem gradualem, quam ſecundum extenſionem numeralem.*

1. TErtio autem ſic proceditur, & directe contra opinionem primam *, ponentem Chriſti Religionem peculiarem eſſe religione vulgari non *intenſive*, ſed *extenſive* tantum perfectiorem, ideſt, pluries perfectam: quia ſemper in productione qualitatis intenſibilis & remiſſibilis, additio, vel plurificatio per ſe cauſantium illam qualitatem, facit abundare qualitatem intenſive; ſicut additio denarii ad denarium, non ſolum facit extenſive majorem cumulum, ſed facit etiam poſſeſſorem intenſive magis divitem. Sed religio proprie ſumpta, eſt forma intenſibilis & remiſſibilis, quia eſt eſſentialiter charitas, ſicut patebit poſtea *; ergo additio virtutis perfectionalis ad virtutem cauſabit in forma reſultante intenſiorem gradum. Patet conſequentia & major ex illo Evangelico, *Omni habenti dabitur, & abundabit*: quod dictum eſt ſolum de abundantione virtutum *, quod habenti virtutem primam, ſcilicet charitatem, dabuntur ei & aliæ, & abundabit in gradu meriti, non numero ſolum. Unde ſi lux in opaco ſit per ſe cauſa albi, ubi ergo eſt major lux in opaco, ibi erit major albedo, non extenſive, ſed intenſive tantum. Item ſit color illu-

* *Vide ſupra cap. 11. num. 2.*

* *Vide infra cap. 18. num. 2.*

Matth. 13. 12.
* *Vulg.* qui habet dabitur ei. Habenti charitatem aliæ dabuntur virtutes.

(*a*) Videſis ſupra cap. 11. num. 1. ubi tres errores contra perfectionem religionis clauſtralium recenſet Waldenſis.

(*b*) Hæreſis damnata a Generali Conſtantien. Synodo in articulo 44. Wicleffi.

illuminatus proportionabiliter diſtans; translatum per medium competens ad potentiam, aptat * & cauſat viſionem, non extenſive, ſed intenſive tantum. Conformiter additio combuſtibilium cauſat majorem ignem extenſive, ſed majorem calorem intenſive: ergo conformiter additio virtutum moralium, quæ ſunt focalia metaphorica, ſecundum ordinem charitatis, faciet charitatis ardorem habitualem intenſive majorem. Non enim erit additio focalium, ideſt virtutum, ſecundum ordinem, quem exigit flamma charitatis, ſine majoratione flammæ charitatis. Sed IN CHARITATE HOC EST MAJUS ESSE QUOD MELIUS, quia extenſionem non recipit: ergo additio virtutum in religione facit religionem illam intenſive perfectiorem, non extenſive tantum.

* *Cod. Vat.* aptam

In charitate illud eſt majus quod melius.

2. Reſpondet aliquis hic: Finis religionis eſt charitas: ſi ergo Religio ſemper traheretur in finem ſuum, poſſet eſſe intenſive perfectior: cum autem non ſemper ducatur in finem, ad quem ordinatur, ſcilicet, in charitatem, incertum eſt de religione peculiari, utrum ſit perfectior religione vulgari, nec ne.

3. Contra: Exercitatio ſcientialis eſt ſimpliciter melior & perfectior exercitatione militari vel fabrili: quia propter perfectiorem finem, ſcilicet, propter robur & valetudinem animæ: militaris autem propter robur corporis; & tamen contingit exercitationem ſcientialem quandoque fieri propter finem alium; ſed hoc ſecundum individuum, non ſecundum ſpeciem. Conſimiliter etſi exercitatio religionis non ſemper ſit propter finem debitum, peccatum eſt in individuo, non in ſpecie. Ideo non minus eſt ſimpliciter perfectior religione vulgari.

4. Sed forſan dicitur, quod religionis forma eſt aggregata; vel ſi ſit per ſe una, non tamen eſt in tertia ſpecie qualitatis, ſed in prima, ſicut omnis virtus moralis: & per conſequens non eſt forma intenſibilis & remiſſibilis, niſi forſan improprie, ſecundum fortiorem impreſſionem, vel radicationem in ſubjecto.

5. Contra: Adhuc etiam illo modo eſt forma religionis perfectior intenſive, quam ſit religio vulgi: quia per tria vota alligatur profeſſor ejus ad obſervationem charitatis. Fortius ergo imprimitur vel radicatur in anima peculiariter profitentis; & per conſequens modo illo redditur forma intenſior.

Religioſus per tria vota alligatur ad obſervationem charitatis.

6. Et in rei veritate, hoc ſenſerunt antiquiſſimi Doctores, loquentes in materia *, ut patere poteſt per terminos, quibus utuntur: quia omnes Doctores, cum comparant religionem perfectorum ad religionem vulgi, exprimunt conceptus ſuos per terminos ſonantes eminentiam, vel majoritatem gradualem, & non pluralitatem, vel majoritatem numeralem. Unde, ut in præcedentibus * tactum erat, Beda dicit Religioſos peculiares, in comparatione ad vulgares, eſſe *perfectiores*, & *ad perfectionem nitentes*. Hieronymus dicit *, eorum profeſſionem virtutem perfectam, immo *faſtigium* Apoſtolicum. Beda iterum dicit, eos eſſe *perfectiores*: vulgum autem *turbas* nominat. Et vetus Dionyſius dicit *, eos eſſe univerſis altiores, quos *Monachos* nuncupat, vel *Therapeutas*. Eſſe autem numeroſius, vel mole majus, non ideo eſt altius univerſis, perfectius, vel ſummum faſtigium tenens; immo iſta vocabu-

* *Subaudi* religionis

* *Vide cap.* 11. *num.* 4. *cap.* 12. *n.* 1. *& cap.* 13. *num.* 2.

* *cap.* 12. *num.* 3.

* *cap.* 6. *num.* 4.

la gradum altum exprimunt, non quantitatem molis, vel numeri. Ergo perfecti Religioſi non excedunt ſola perfectione numerali perfectionem chriſtiani vulgi, ſed magis perfectione graduali, quod intendimus. Et his omnibus aſtipulatur quod determinative dicit egregius
A Auguſtinus cap. XXXI. lib. 1. *de moribus Eccleſiæ catholicæ*, loquens de Religione ſanctiſſimorum Eremitarum, colentium interiora loca ſolitudinum, & removentium ſe ab aſpectibus hominum. AUGUSTINUS. Nihil (inquit) de his lo-„ quar: videntur enim nonnullis res humanas, „ pluſquam oporteret, deſeruiſſe, non intelli-„ gentibus quantum nobis eorum animus in „ orationibus proſit, & vita ad exemplum, quo-„ rum corpora videre non ſinimur. Nam hoc „ tam excellens faſtigium ſanctitatis cui non „ ſua ſponte mirandum & honorandum vide-„ tur, oratione noſtra videri qui poteſt? „ Hæc
B Auguſtinus. Vide quomodo vocat hic Auguſtinus vitam iſtam perfectam *excellens faſtigium ſanctitatis*. Omnes iſti termini formam ſonant ſpiritualiter * magnam, non pluraliter perfectam: ſanctitas enim forma ſimplex eſt una, cujus faſtigium gradum altum dicit, non numerum perfectionum. Sed & excellentia faſtigii ad culmen mittit, quod in ſpiritualibus formis in indiviſibili ſolet conſiſtere. Intendit ergo Auguſtinus hic dicere, vitam iſtam peculiaris perfectionis tenere culmen, & excellentem gradum in latitudine religionis chriſtianæ; & eſſe vulgari *meliorem* ſimpliciter, non tantum *plurio-*
C *rem*, ut dicit opinio (*a*). Unde & Cæſarius admonitione XXVIII. CÆSARIUS. Videte (in-„ quit) vocationem veſtram, fratres chariſſimi. „ VENIRE AD EREMUM, SUMMA PERFECTIO „ EST: non perfecte vivere in Eremo, ſumma „ damnatio eſt. „ Sed quomodocumque ſit de iſta excellentia; error ille tertius *, (qui & hæreſis Wicleviſtica), confunditur undequaque expreſſis verbis: quia quam dicit ipſe eſſe ſimpliciter prophanam & peſſimam, Auguſtinus & alii tollunt ad ſydera. Et diſcernite quomodo jam increpat hic Auguſtinus * quoſdam detrahentes ſanctiſſimis Eremitis. „Ipſi enim (ſcili-
D „ cet Eremitæ) videntur nonnullis res humanas, pluſquam oporteret, deſeruiſſe, non in-„ telligentibus (inquit) quantum nobis eorum „ animus in orationibus proſit, & vita ad ex-„ emplum. „ Nonne Wicleffus eſt unus ex illis, quibus ſic videtur? Nam de nobis habitantibus inter homines videtur ipſi hoc, ſicut dixit ſupra (*b*) in ſecundo argumento: *Ordo* (inquit) *Chriſti melius & ad ſatis occuparet hominis appetitum*. Sed ſicut eſt unus ex his, quibus videtur Religioſos in additionibus ſuis ſuperfluere; ita eſt unus de non intelligentibus quantum in oratione proſit toti mundo animus ſic
E profeſſi, & vita provocet ad exemplum: vita autem deterior non proficit ad exemplum (*c*); eſt ergo multo perfectior imitatrice vita vulgari.

Auguſtinus *To.* 1. *pag.* 710. *num.* 66.

* *Editi* ſingulariter

a

Cæſarius *Arelaten. hom.* 31. *in Biblist. PP. Lugdun. To.* 8. *pag.* 85?.

* *Vide ſupra cap.* 11. *n.* 2.

* *mox citatus*

b

c

C A-

(*a*) Innuit errorem primum quem contra Religionis perfectionem recenſuit ſupra cap. 11. num. 2. Waldenſis.

(*b*) In quæſtione, quam in limine hujus libri proponit Waldenſis num. 3.

(*c*) Hæc omnia confer cum ſupradictis contra cœtus Religioſorum a recentioribus hæreticis Luthero, Calvino, Melanctone, & Magdeburgenſibus, in Prologo hujus libri num. 3.

CAPUT XV.

Quod utraque Religio eſt magnæ perfectionis, tam vulgaris, quam perfecta; ſed ſecunda perfectior per tres rationes famoſas.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Sicut altare eſt magis ſacrum quam ſit columna, vel alia pars templi:*
2. *Sicut leo eſt fortior intenſive ſuo catulo:*
3. *Sicut Hierarchicus ordo eſt ſimpliciter perfectior populo ſibi ſubjecto; ita peculiaris religio eſt perfectior religione populi.*

1. JAm ſatisfaciamus ruditati ſimplicium, & cum ipſo populo populariter incedamus. Quantum eſt altare magis ſacrum qualibet area, vel columna, vel inferiori parte templi, tanto vita religionum peculiarium eſt vita vulgari perfectior: ſed altare eſt *ſimpliciter* ſanctius vulgari parte templi, & non *pluries* ſanctius, ideſt, extenſive tantum: ergo *ſimpliciter*, & non *extenſive* tantum, eſt vita clauſtralis perfectior vita vulgari. Patet conſequentia, cum ſit formalis; et pro declaratione majoris, & minoris ſimul, eſt Haymo lib. III. ſuper Apoc. ſuper hunc textum, *Metire templum & altare*. HAYMO. Templum Dei (inquit) ipſa „ eſt Eccleſia, cui Apoſtolus dicit: *Templum* „ *Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos*. Altare in tem„plo eminentiores ſignant in Eccleſia fideles, „ ideſt, virgines continentes, & ſæculo renun„ciantes. Sicut enim in templo altare eſt; ita „ vita Religioſorum in plebe conſiſtens; in qua „ ſanctæ compunctionis permanet ignis. -- Et „ infra. -- Dicitur itaque omni ordini prædi„catorum; *Surge ad potiora opera, metire tem„plum Dei, & altare, & adorantes in eo*, hoc „ eſt, unicuique profeſſioni & ordini, ſecundum „ ſuam dignitatem & locum, annuncia verbum „ Dei. Et v. gr. virginibus dicito: *Beati eſtis*, „ *qui reſpuiſtis nuptiale conſortium*, & *inde ha„bebitis ſocietatem angelorum*. Dicito ergo ſæ„culo renunciantibus: *Beati eſtis, qui Evangeli„ci præcepti non immemores, cuncta terrena pro „ Chriſto reliquiſtis, ſequentes eum, a quo the„ſaurum in cælo indeficientem percipietis*. „ Hæc ille. Ergo jam ex hoc dicto perfectior portio in Eccleſia Dei eſt vita Religioſorum, tranſcendens vitam vulgarium, ſicut altare eſt melior portio templi, & ſanctitate tranſcendens.

Apoc. 11. 1. Haymo

2. Cor. 6. 16.

2. Præterea, vita profeſſorum peculiarium tantum tranſcendit in perfectione vitam popularium profeſſorum, quantum Leo tranſcendit catulum ſuum in viribus: ſed leo eſt catulo ſuo fortior, non ſolum extenſive, ſed etiam intenſive; ergo religio peculiaris eſt ſimpliciter perfectior religione populari, non ſolum extenſive, ſed intenſive. Conſequentia patet, & minor de ſe: & pro veritate majoris eſt Origenes, tractans hunc textum Numer. XXIII. *Ecce populus ut * catulus leonis exurget, ſicut leo exultabit*. ORIGENES. Videtur (inquit) deſcribere hic confi„dentiam populi in Chriſto credentis, & li„bertatem quam habet in fide, & exultatio„nem, quam gerit in ſpe. Comparatur enim „ catulo leonis, cum tendit ad perfectionem „ lætus & velox: leoni vero, cum jam obtinet „ quæ perfecta ſunt. Sicut enim leo & catulus „ leonis nullum animal timent, & cuncta ſunt „ ei ſubjecta; ita perfectus chriſtianus, qui tol„lit crucem ſuam, & ſequitur Chriſtum, di„cens: *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mun„do*, deſpicit omnia quæ in mundo ſunt, imi„tans eum, qui leo de tribu Juda, & catulus „ leonis dicitur. „ Hæc Origenes ibidem, & ponitur in gloſſa communi. Ubi tollentes cruces ſuas, & abrenunciantes ſæculi rebus dicit eſſe perfectos: cæteros autem fideles dicit ad perfectionem tendentes.

Num. 23. 24. * Vulg. ut leæna

Origenes To. 1. hom. 16. pag. 267.

Gal. 6. 14.

Apoc. 5. 5. Gen. 49. 9.

A

3. Præterea perfecti religioſi, & profeſſores clauſtrales ſunt priores populo in perfectione, & populus eis ſubjungitur, ſecundum Hierarchicum ordinem militantis Eccleſiæ: ergo ſimpliciter ſunt perfectiores vulgo. Conſequentia eſt optima, & in probationem antecedentis accedat illud *contra Fauſtum* lib. V. in fine, ideſt cap. IX. in principio capitis: AUGUSTINUS. „ Quam multi in noſtra communione veraciter „ faciunt illa ſublimia * præcepta Evangelica, „ de quorum ſpecie fallitis imperitos? Quam „ multi homines utriuſque ſexus ab omni con„cubitu puri & integri? quam multi experti, „ & poſtea continentes? Quam multi rerum „ ſuarum diſtributores, & relictores? Quam „ multi jejuniis vel crebris, vel quotidianis, „ vel etiam incredibiliter continuatis, corpus „ ſervituti ſubjicientes? Quam multæ fraternæ „ congregationes, nihil habentes proprium, ſed „ omnia communia; & hæc nonniſi ad victum „ & tegumentum neceſſaria: unam animam & „ cor unum in Deum, charitatis igne conflan„tes? Atque in his omnibus profeſſionibus, „ quam multi fallaces & perditi deprehendun„tur: quam multi etiam latent? -- Et ſequi„tur. -- In quorum ſocietate quaſi diſpares ap„parent; ſed tamen eadem charitate copulan„tur. -- Et infra -- His ſubjunguntur, ſecun„dum abundantes divitias miſericordiæ Dei, „ etiam illi, quibus dicitur: *Nolite fraudare ad „ invicem, niſi ex conſenſu ad tempus, ut va„cetis orationi. Hoc autem dico ſecundum ve„niam, non ſecundum imperium*. -- Et infra -- „ Neque enim illi ſoli, qui, ut ſint perfecti, „ vendunt, vel dimittunt omnia ſua & ſequun„tur Dominum, pertinent ad regnum cœlo„rum; ſed huic militiæ chriſtianæ propter quod„dam quaſi commercium charitatis, ſubjungi„tur etiam quædam ſtipendiaria multitudo, „ cui dicetur in fine: *Eſurivi, & dediſtis mihi „ manducare*. „ Hæc Auguſtinus. Ecce quod, ſecundum Auguſtinum, quamvis perfecti religioſi dimittentes omnia & ſequentes Dominum, ex hoc ipſo perfecti ſint, & cæteris prælati in chriſtiana militia: ipſi tamen ſoli ad regnum cœlorum non pertinent; ſed ipſis ſubjungitur religio popularis, quam vocat hic *ſtipendiariam multitudinem*, ſalvantem ſe, & peccata ſua redimentem ex mammona iniquitatis per opera pietatis. Uterque ergo ſtatus felix & bonus, ſed primus ſecundo multo felicior.

Auguſtinus To. 8. pag. 200.

* M. illa ſublimiora.

1. Cor. 7. 5.

Matth. 25. 35.

CAPUT XVI.

Quibus differentiis diſtent omnes Religiones; & de diſpoſitione earumdem, & latitudine.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quomodo, ſecundum Auguſtinum, ſeptem ſunt gradus interioris hominis, quaſi ſeptem ætates.*
2. *Tametſi Chriſtus in Evangelio chriſtianam vitam in tres gradus conſtituerit; non tamen excluſit, ut plures eſſe non poſſint.*
3. *Virginitas, paupertas, & aliæ virtutes in monaſterio ſervatæ, perfectiores ſunt iiſdem in ſæculo ſervatis.*

4. *Quis*

4. *Quis ordo ſit in latitudine chriſtianæ religionis, aperte exponitur.*

5. *Oppoſitio Wicleffi adducitur, & refellitur.*

1. QUia prædicta clare ſatis convincunt varietates religionum, peculiaris, & populi; & eminentiam perfectionis, qua etiam religio perfectorum tranſcendit religionem vulgi, non tantum in numero perfectionum, ſed etiam ſecundum gradum intenſionum bonitatis & meriti: ad evidentiam majorem dictorum, ſupereſt ut varietatem iſtam declaremus ſatisfactorie, tam ad logicam, quam ad metaphyſicam earum, cenſura rationis, & teſtificatione moralis Scripturæ, cum rata expoſitione Doctorum. Pro quo notandum, quod regula moralis virtutis, ſive modus vivendi in ſuo communi, ſtat in quadam latitudine, & gradualiter variatur, ſecundum majus bonum, & minus bonum, vel ſecundum formam laxiorem, & ſtrictiorem in conſequendo charitatem. Unde Auguſtinus in *de vera religione*, cap. XXVIII. aſſignat ei ſeptem gradus, quaſi ſeptem ætates interioris hominis, dicens: AUGUSTINUS. Nonnulli vitam „ iſtam neceſſario ab illo incipiunt, ſed renaſcuntur interius, & cæteras ejus partes ſuo „ robore ſpirituali, & incrementis ſapientiæ „ corrumpunt & necant, (ſcilicet, mortalitatem „ peccati) & in cœleſtes leges, donec poſt viſibilem mortem totum inſtaurent *, aſtringunt. Ille dicitur novus homo & interior „ & cœleſtis, habens proportione, non annis, „ ſed provectibus, diſtinctas quaſdam ſpirituales ætates ſuas. Primam in uberibus utilis „ hiſtoriæ, quæ nutrit exemplis. Secundam jam „ obliviſcentem humana, & ad divina tendentem, in qua non authoritatis humanæ continetur ſinu, ſed ad ſummam incommutabilem legem paſſibus rationis innititur. Tertiam jam fidentiorem, & carnalem appetitum „ rationis robore maritantem, gaudentemque „ intrinſecus in quadam dulcedine conjugali, „ cum anima menti copulatur, & velamento „ pudoris obnubilatur, ut jam recte vivere non „ cogatur: ſed etſi omnes concedant, peccare „ non libeat. Quartam jam idipſum multo firmius, ordinatiuſque facientem, & emigrantem in virum perfectum, atque aptum, & „ idoneum omnibus perſecutionibus, & mundi „ hujus tempeſtatibus ac fluctibus ſuſtinendis, „ atque frangendis. Quintam pacatam, atque „ omni ex parte tranquillam, viventemque in „ opibus & abundantia incommutabilis regni „ ſummæ atque ineffabilis ſapientiæ. Sextam „ omnimodæ mutationis in æternam vitam, „ & uſque ad totam oblivionem vitæ temporalis tranſeuntem perfecta forma. Septima „ quies æterna eſt, & nullis ætatibus diſtinguenda, beatitudo perpetua. „ Hæc Auguſtinus. Iſta tamen latitudo potius munit actiones & paſſiones in gradibus charitatis, ſub ratione cujuſdam ſpiritualis tranſitus alterationis humanæ mentis, quam ipſos gradus vitæ meritoriæ. Et ſecundum iſtam latitudinem tantum aſſignant ipſi perfectionem humanæ vitæ majorem vel minorem, qui religionem perfectorum dicunt eſſe pluries bonam, & non intenſive, & ſimpliciter eſſe meliorem, ſecundum gradum intenſiorem charitatis: quia tota illa latitudo poſſet compleri in vita vulgari, ſicut in religione perfecta.

Auguſtinus To. 1. cap. 26. pag. 764. num. 49.

* *M. inſtauretur*

Gradus ad perfectionem.

2. Sed Chriſtus aſſignat latitudinem vitæ Chriſtianæ, in qua omnis gradus correſpondet ſtatui, de quo nullus poteſt licite retrocedere, ſed ſemper in anteriora tendere. Unde Matth. XIII. de ſeminibus cadentibus in bonam terram dicit, quod dabant fructum, aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud trigeſimum. Fructum centeſimum exponunt Doctores communiter virginitatem, ſexageſimum continentiam conjugalem *. In hac ergo latitudine vita vulgaris eſt gradus infimus, vita vidualiter continentium eſt gradus altior intenſive. Summus autem gradus hujus latitudinis eſt continentia virginalis; ſi tamen virginitas illa ſit profeſſa. Hic tamen intelligendum, quod Chriſtus aſſignando latitudinem iſtam cum ſuis gradibus intenſivis, non adſtrinxit nos præciſe ad iſtum numerum graduum, ſed inſtar iſtorum, quos dedit, voluit nos interponere plures tales, ſicut bene deducit Auguſtinus in *de Sancta virginitate* verſus finem dicens: AUGUSTINUS. Sive virginalis vita in fructu centeno (*a*) ſit, in ſexageno vidualis, in triceno autem conjugalis &c. -- Et infra -- Sive, quod probabilius mihi videtur, quoniam divinæ gratiæ „ multa ſunt munera, & eſt aliud alio majus „ ac melius: unde dicit Apoſtolus: *Imitamini autem dona meliora;* intelligendum eſt plura „ eſſe, quam ut in tres differentias diſtribui poſſint. Primum ne continentiam vidualem aut „ in nullo fructu conſtituamus, aut ad conjugalis pudicitiæ meritum deponamus, aut „ virginali gloriæ coæquemus; aut coronam „ martyrii vel in habitu animi, etiamſi deſit „ tentationis examen, vel in ipſa paſſionis experientia conſtitutam, cuilibet illarum trium „ caſtitati ſine ullo incremento fertilitatis accedere exiſtimemus. „ Hæc ille. Attendite jam quomodo dicat Auguſtinus munera divinæ gratiæ, per quæ diverſos ſtatus ſectamur, eſſe multa: & ne forent confuſa ſecundum gradus intenſivos, ea diſtinguit, dicens: Aliud eſſe majus alio, ac melius. Majus dicit propter eminentiam dignitatis, & melius propter intenſionem gradus; & probat per Apoſtolum dicentem: *Imitamini dona meliora.* Sed ad numerum iſtorum tunc deſcendit graduum, dicens, poſſe eſſe plures quam tres; & hoc triplici ratione: primo, quia alioquin continentia vidualis ſine omni fructu, & ſtatu permanebit; aut erit in ſtatu virginali, quod eſſet nimis; aut in ſtatu nuptiali, quod eſſet minus; vel ſi hæc tria maneant in ſuis gradibus, tunc martyrium non addet ad perfectionem; ergo tunc ad minus, ſecundum Auguſtinum, erunt quatuor ſtatus gradualiter diſtincti, ſcilicet, gradus martyrii, virginitatis, viduitatis, & pudicitiæ conjugalis. Secundam rationem addit, dicens AUGUSTINUS. „ Deinde ubi ponimus, quod multi, ac multæ, ita cuſtodiunt continentiam virginalem, „ ut tamen non faciant quod Dominus ait: *Si* „ *vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ* „ *habes, & da pauperibus, & veni, & ſequere me*; nec audent eorum cohabitationi ſociari, ex quibus nemo dicit aliquid proprium, ſed ſunt eis omnia communia? Nihil „ ne putamus fructificationis accedere virginibus Dei, cum hoc faciunt? Multa ergo dona Dei, & alia aliis clariora; ac ſuperiora „ ſingulis ſingula.

Matth. 13. 8.

Continentia in ſeminibus Evangelicis figurata.

* *Vide infra num. 4.*

Virginitas profeſſa cæteris præſtat.

Auguſtinus To. 6. cap. 45. pag. 364. num. 46.

a Matth. 13. 8.

1. Cor. 12. 31.

1. Cor. 12. 31.

Auguſtinus ibidem.

Matth. 19. 21.

Act. 2. 44. & 4. 32.

3. Ecce quod Auguſtinus in hoc argumento dividit perfectionem & ſtatum virginalem in

(*a*) Hanc ſententiam refert Hieronymus lib. 1. contra Jovinian. & in Matth. 13. centeſimum fructum Virginibus, ſexageſimum viduis, & caſtis conjugibus trigeſimum deputans.

duos gradus, ſcilicet, in ſtatum virginalem laxum, & ſtatum virginalem monaſterialem: & virginitatem monaſterialem dicit addere perfectionem ſupra virginitatem profeſſam in mundo, & eſſe altioris gradus. Propter quod concludit ſuper idem verbum dicens: *Multa ergo dona Dei, & alia aliis clariora, ac ſuperiora ſingulis ſingula.* Sed ſuperioritas & clarioritas dicunt *intenſionem*, non *numerum*: ergo obſervantia * virtutis in monaſterio eſt majoris perfectionis intenſive, quam obſervantia ejuſdem in ſæculo; quod eſt contra opinionem (a) primam, quæ ponit, profeſſionem Religionis non eſſe *intenſive* & ſimpliciter perfectiorem vita vulgari, ſed eſſe *pluries* bonam. Hic autem dicit Auguſtinus *ſimpliciter* virginitatem monaſterialem eſſe meliorem, & addere fructum charitatis ad virginitatem profeſſam extra clauſtrum: *Nihil ne putamus fructificationis accedere* (inquit) *cum hæc faciunt?* Et qua ratione Auguſtini, virginitas monaſterialis eſt ſæculari perfectior, ea etiam ratione paupertas, & omnis cæremonia eſt perfectioris gradus in clauſtro, quam ſi hoc idem ſervetur in mundo; qualiter dicit inter cætera de paupertate Religionis peculiaris Hieronymus in Epiſt. *contra blaſphemias Vigilantii*; & incipit, *Multa in orbe monſtra* (b), ubi loquitur de Vigilantio. HIERONYMUS. Quod autem aſſerit, „ melius eos facere, qui utuntur rebus ſuis, „ & paulatim fructus poſſeſſionum pauperibus „ dividunt, quam illos, qui poſſeſſionibus ve„ nundatis ſemel omnia largiantur; non a me „ ei, ſed a Domino reſpondebitur: *Si vis eſſe* „ *perfectus, vade & vende omnia quæ habes,* „ *& veni, & ſequere me.* Ad eum loquitur, „ qui vult eſſe perfectus. — Et ſequitur — Iſte, „ quem tu laudas, ſecundus, aut tertius gra„ dus eſt, quem & nos recipimus, dummodo „ ſciamus prima ſecundis & tertiis præferenda: „ nec a ſuo ſtudio monachi deterrendi ſunt. „ Hæc Hieronymus. Sic ergo ſunt gradus perfectionales in paupertate, ſicut in caſtitate; & ſic de obedientia & aliis. Tertiam rationem aſſignat Auguſtinus ad probandum plures gradus charitatis, quam tres: quia ſcilicet Dominus hoc voluit; & quamquam non expreſſit *plures*; plurificationem tamen illorum reliquit intelligentibus. Unde dicit AUGUSTINUS. Do„ minum arbitror tres voluiſſe fructificationis „ commemorare differentias, & cæteras intelli„ gentibus reliquiſſe. Nam & alius Evangeli„ ſta ſolum commemoravit centuplum: num„ quid ideo putandus eſt alia duo improbaſſe, „ vel ignoraſſe; ac non potius intelligenda re„ liquiſſe? „ Hæc Auguſtinus ibidem, ſcilicet, *de ſancta virginitate*, verſus finem.

Virginitas clauſtralis perfectior virginitate in mundo profeſſa.

* al. obſervatio

Paupertas clauſtralis perfectior paupertate extra clauſtrum profeſſa.

b Hieronymus To. 2. pag. 400. num. 15.

Matth. 19. 21.

Auguſtinus. *ibidem*.

Matth. 13. 8.

4. Conſtituamus ergo latitudinem perfectionalem omnium religionum, ponendo ſummam Religionem poſſibilem, Religionem Chriſti hypoſtaticam, quam ſervavit in perſona ſua, & nulli alteri eſt communicabilis puræ creaturæ. Deinde ſubjiciamus ei Religionem Martyrum, ſive in actu exteriori, ſive in profeſſione, & in habitu prompti animi conſiſtentem, ſecundum Auguſtinum ubi ſupra *; & hæc erat religio peculiaris Apoſtolorum, & communicata deinceps Religioni Epiſcoporum. EST ENIM PROFESSIO EPISCOPALIS ponere vitam temporalem pro grege, cum oportet. Demum ſubjiciamus iſti Religionem monaſterialem, quæ uno eodemque gradu collocatur cum virginitate ejus, ſecundum Auguſtinum. Hinc & Doctor ille vetus Heſichius ſuper illum textum Levit. XXVII. *Pro maſculo dabuntur quinque ſicli, pro fœmina tres*: & ponitur in gloſſa, dicit: HESICHIUS. Tres fructus reddit bona ter„ ra: centenarium, ideſt, virginem eſſe, vel „ mundo abrenunciare: ſexagenarium, vidua„ lem continentiam: & tricenarium, ideſt, „ caſti conjugii converſationem. „ Hæc ille. Deinde Religionem profitentium perfectionem virginitatis, paupertatis, & cæterarum talium in ſæculo. Demum ponamus Religionem continentiæ vidualis. Et inter illa debet collocari religio Sacerdotum: neſcio tamen pro firmo ubi. Unde in Sacerdotio eſt gradus duplex, ſcilicet, dignitatis, & ſtatus. Quantum ad gradum dignitatis, collocatur ſuper omnes, juxta Hierarchas, ſcilicet Epiſcopos, ſecundum Dionyſium. Quantum ad gradualitatem ſtatus, inter continentes. Ubicumque tamen eſt, in Religione vulgi non eſt, ſed longe eminentior eſt. Et collocemus in baſi Religionem pudicitiæ conjugalis, quæ eſt laxiſſima. Et jam fecimus latitudinem juxta ordinem Auguſtini. Et illa vulgaris eſt infima, quia vovet præciſe neceſſaria ſaluti, juxta illud edictum de generali Concilio Apoſtolorum, & ſeniorum Eccleſiæ ad vulgares fideles Antiochiæ, Syriæ, & Ciliciæ: „ Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis, nihil ul„ tra imponere vobis oneris, quam hæc *neceſ-* „ *ſaria*, ut abſtineatis vos ab immolatis ſimu„ lachrorum, ſanguine, ſuffocato, & fornicatio„ ne. Act. XV. ubi cum nihil aliud imponitur eis, niſi quod eſt neceſſarium ad ſalutem, videntur eſſe in ultimo gradu ſignabili Religionis Chriſtianæ: ſicut ille gradus eſt minimus in latitudine albedinis, qui eſt neceſſarius ad eſſe albedinis, ita quod ſi albedo debeat eſſe, in minori ſalvari non poſſit. Sic enim vulgaris Chriſtianus non neceſſario ſalvatur in aliquo gradu intenſiori, quia in quolibet minus intenſo quam eſt ille gradus intenſior, poteſt ſalvari. Omnis ergo religio perfectior, eſt religio ſupererogationis, non neceſſitatis: iſta autem eſt neceſſitatis, quia in Religione inferiori non poteſt ſalvari religio baptiſmalis, ſive religio communis chriſtiana, quæ eſt eſſentia omnium Religionum diſtinctarum gradibus ſupradictis: quemadmodum eſſentia albedinis eſt communis omnibus albis gradualiter diſtinctis in illa latitudine.

Religio Chriſti hypoſtatica.

Religio Martyrum in quo conſiſtat.

* num. 2.

Profeſſio Epiſcopalis eſt ponere vitam pro grege.

Luc. 18. 6.

Heſichius in Biblioth. PP. To. 12. pag. 150.

In Sacerdotio gradus duplex.

Religio vulgaris omnium infima.

Act. 15. 28. & 29.

5. At dicet aliquis: ergo cum gradualis diſpoſitio nihil addat ſimpliciter ſuper ejus eſſentiam, adhuc habetur intentum, quod religio perfecta non eſt vulgari perfectior ſimpliciter. Sed inter ſic dicentem, & me, non eſt niſi diſtantia logicalis. Verumtamen niſi logica mea procedat, religio Chriſti perſonalis non dicetur ſimpliciter perfectior Religione mea: quod reputo horrorem eſſe auditui. Sed falſe ergo imaginatur Wicleffus, cum dicit, *Religionem Chriſti communem*, intelligens illam appropriate Religionem Chriſti vulgarem, ſcilicet, quam de neceſſitate obſervat populus; immo diſtinguitur ab illa, ſicut eſſentia a modo ſuo intrinſeco; & ſicut albedo ab hac albedine remiſſi gradus, puta ut duo.

CA-

(a) Opinionem hanc recenſet Waldenſis ſupra cap. 22. num. 2.

(b) Sic nunc incipit, non Epiſtola, ſed liber Hieronymi contra Vigilantium.

CAPUT XVII.

Deſcriptio Religionis communis, & multiformis Religionis particularis in ea contentæ.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Aliquot dubia, quæ contra antedicta ſuboriri poſſent, diſſolvuntur.*
2. *Religio Chriſti communis quid ſit, explicatur.*
3. *Non eſt eadem formaliter religio Chriſti communis cum Religione ejuſdem vulgari, ſed hæc ſub illa continetur, tanquam ſpecies ſub genere analogo.*
4. *Votum ſolemne, quod cadit in conſtitutionem Religionis Chriſti communis, eſt votum fidei Chriſtianæ præſtitum in baptiſmo. Contrahitur autem hoc votum commune in Religionibus peculiaribus.*
5. *Retrocedens a voto emiſſo eſt Apoſtata: non autem aſcendens a priore voto ad gradum perfectiorem: Quare Religioſi dum ad Epiſcopatum aſcendunt, non efficiuntur Apoſtatæ.*
6. *Religio popularis, cur neceſſaria dicatur.*
7. *Gradus Religionum, ſuperiori capite poſiti, denuo numerantur.*
8. *Argumentum Wicleffi contra dotationem Cleri adducitur, ac diluitur.*

1. INſtat forſan aliquis verboſus ſophiſta de Religione Wicleffi, dicens: *Tunc ſequitur, quod populus Chriſtianus non eſt de Religione Chriſti.* Dico quod ſic, de Religione poſſeſſiva, ideſt, de Religione, quam Chriſtus authorizavit & inſtituit; ſed non de Religione Chriſti perſonali, quam ipſe ſibimet appropriavit: imo in illa Religione non habet aliquem participem. Sed numquid religio vulgaris eſt religio Epiſcoporum, & cæterorum perfectorum? Dico quod non. Contra: *Religio vulgi eſt religio Chriſti communis; & religio perfectorum etiam eſt religio Chriſti communis**: *ergo religio Epiſcopalis eſt religio vulgaris.* Argumentum non valet; ſicut non ſequitur: Albedo ut duo eſt albedo communis: ergo albedo ut duo eſt albedo ut decem. Sicut enim eſſentia albedinis eſt communis ad album ut duo, & album ut decem: & quælibet illarum per eſſentiam, & neutra adæquate; ita religio Chriſti communis eſt omnis religio gradualis per eſſentiam, & nulla illarum adæquate. Sed contra hoc arguitur * alio modo: „ Quia religio populi Chriſtiani eſt ſub nomine Chriſti obſervatio præceptorum; ſed omnis religio gradualis tenetur ad obſervantiam * præceptorum: ergo religio Chriſti popularis eſt adæquate & appropriate religio communis chriſtiana. „ Nego iſtam conſequentiam, propter inſufficientiam majoris: ſed addatur, quod religio vulgaris eſt ſub Chriſti nomine generalis & laxa obſervantia * mandatorum, quia in obſervatione mandatorum omnes Religiones conveniunt*. Sed per generalem & laxam obſervantiam diſtinguuntur vulgares, ſecundum Bedam, a perfectis, qui ſtricta forma obſervant mandata.

* *Dicitur communis quia poteſt a quolibet participari.*

* *al.* objicitur

* *al.* obſervationem

* *al.* obſervatio

* *Ed. V.* conſentiunt.

2. Sed tunc quæritur: *Forſan deſcriptio religionis Chriſti communis, eſt in ſe diſtincta formaliter a religione Chriſti vulgari, & omni religione intrinſeca?* Dico cum proteſtatione, quod non intendo deffinire terminos: immo ſatis erat mihi quoquomodo competenter deſcribere. Dico ſine præjudicio ſententiæ ſanioris, quod religio Chriſti, illa ſcilicet, quæ eſt communis omnibus aliis, *eſt cohibitoria regula charitatis, cum ſolemnis voti emiſſione profeſſa, vel æquivalenter.* Et notemus terminos: eſt enim *regula charitatis*, quia illa eſt tota vitæ chriſtianæ ſubſtantia, ſecundum Paulum 1. Cor. XIII.
A & beatum Jacobum in Epiſt. Et eſt regula *cohibitoria*, ad differentiam vitæ Angelicæ inter quos * eſt regula charitatis pleniſſimæ: ſed illa non eſt *cohibitoria*, quia nulla eſt ibi rebellio actualis, nec aptitudinalis; ideo nec inter eos eſt religio, niſi forte tranſumpta. Unde Auguſtinus *de vera religione* cap. LIV. dicit, quod *religio* a *religando* dicitur. Et illa regula debet eſſe *profeſſa emiſſione voti ſolemnis:* quia aliter quot eſſent actus vel ritus vitæ, tot eſſent religiones diſtinctæ; & ſic alterius religionis eſſet nuptus, & expectans nuptias: alterius
B peregrinans ſub voto, & alterius orans domi: immo tot eſſent in Eccleſia ſectæ Chriſti, quot perſonæ, quod falſum eſt. Sed omnis varia profeſſio in manu Prælati in facie Eccleſiæ variat religionem. Et additur *æquivalenter* ſub disjunctione, propter Chriſtum, qui nunquam vovit, ſicut nec habuit fidem vel ſpem; & hoc propter imperfectionem incluſam in eis. Quid autem dicitur eſſe illud, quod æquivalet voto? Dico, quod eſt divinus inſtinctus immobilitans affectum tendentem in Deum. Et talis profeſſor fuit Elias: talis etiam erat Joannes Bapti-
C ſta: qui quamvis non vovebant vocaliter aliquam regulam charitatis, habebant tamen Dei inſtinctum immobilitantem eorum affectus converſos in Deum. Et ille * æquivalet voto, quia tota ratio voti eſt immobilitare affectum ex ſe pronum perverti. Talem etiam inſtinctum habebat Chriſtus ex ſpeciali illapſu Deitatis unitæ loco voti, ſicut & claram viſionem loco fidei, & immediatam intuitionem loco ſpei. Qui ergo arguunt illicitum eſſe vovere, quia Chriſtus non vovit; arguant etiam illicitum eſ-
D ſe fideliter credere, quia Chriſtus fidem non habuit.

1. Cor. 13.

Jac. 1.

Angeli fortes

Auguſtinus ... Religio a religando dicta.

Voto quid æquivalet.

* *inſtinctus*

3. Non eſt ergo idem dicere, religio Chriſti communis, & religio Chriſti vulgaris: quia tunc quilibet profeſſus religione perfecta eſſet religioſus vulgariter; & ſic Epiſcopus eſſet popularis: immo tam perfectæ religionis eſſet Judas, ſicut Chriſtus ipſe: & religio ſtricta, eſſet religio laxa laxitate oppoſita illi ſtrictitati; quod eſt oppoſitum in adjecto: quæ omnia ſunt abſurda. Dicitur ergo ſicut prius, quod religio Chriſti communis eſt eſſentia cujuſlibet religionis gradualis, ſive particularis, & æque indifferens ad religionem vulgarem, ſicut ad Epi-
E ſcopalem, vel quamcumque perfectam. Nec magis eſt religio vulgaris religio Chriſti communis, quam religio Chriſti peculiaris: immo magis eſt religio perfectorum religio Chriſti communis, quam religio vulgaris: quia magis habet de eſſentia ejus, eo quod eſt ſub gradu perfectiori. Sed per additionem differentiarum competentium contrahitur religio Chriſti communis ad eas: v. gr. Religio vulgaris eſt generalis & laxa regula charitatis, voti ſolemnis emiſſione profeſſa, vel æquivalenter: Religio Chriſti perfecta eſt ſpecialis & ſtricta regula charitatis, voti ſolemnis emiſſione profeſſa, vel æquivalenter. Et hæc ſecunda iterum contrahitur per differentias ſingularum religionum perfectarum: & ſic religio Epiſcopalis eſt ſtricta regula charitatis offerendæ vitæ pro grege, voti ſolemnis emiſſione profeſſa, vel æquivalenter, & ſic de cæteris.

* *Vide infra cap. 28. n. 3.*

4. Si tamen dubitetur, quid eſt ſolemne vo-

tum, quod cadit in conſtitutionem religionis Chriſti communis, ſecundum quod concipitur in ſuo communi? Dico, quod votum fidei chriſtianæ præſtitum in baptiſmo, quo profitemur credere nos in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum; & hoc quantum ad intellectum, & in ordine ad ſecundum votum, quo abrenuntiamus diabolo & pompis ejus, quantum ad voluntatem. Primum tamen votum quandoque præcedit ſecundum, quia forſan in ſe, vel in ſuo æquivalenti, ſcilicet inſtinctu, poteſt diu præcedere baptiſmum fluminis, ſicut dicit & probat beatus Auguſtinus lib. IV. *contra Donatiſtas* in fine. Dicitur tamen eſſe *votum baptiſmale* (a), quia nunquam præſtatur niſi in ordine ad baptiſmum, & eſt æqualis ambitus cum eo. Quid eſt autem votum cadens in conſtitutionem religionis alicujus particularis, puta vulgaris, vel peculiaris? Dico, quod eſt abrenunciatio diabolo facta, & pompis ejus, quæ facta generaliter, ſicut in baptiſmo fit ex inſtitutione Chriſti ſecundum Ambroſium *de Myſteriis*, tunc ponit in religione vulgari; ſi vero fiat ſtrictiori forma, ſcilicet, ut abrenuncietur diabolo in omni proprietate temporalis dominii, vel carnalis contagii, ſicut fit in religionibus perfectorum (& Dionyſius in Eccleſiaſtica Hierarchia, cap. VI. vocat illam *abrenunciationem omnibus diviſibilibus*) ſic votum factum reponit in religione perfecta.

Auguſtinus To. 9. pag. 140 a

Ambroſius To. 2. pag. 326.

5. Et ſicut retrocedens ab effectu primi voti, ſcilicet, fidei baptiſmalis, eſt Apoſtata fidei: ſic retrocedens a ſecundo voto, ſcilicet, abrenunciatione diaboli in generali, eſt Apoſtata de religione vulgari. Et ſic retrocedens a renunciatione facta in ſpeciali divitiis & concupiſcentiis, eſt Apoſtata a religione perfecta. Notanter dico *retrocedens:* quia quamvis tendat ab una religione in aliam, puta a vulgari ad perfectam, & a minus perfecta ad magis perfectam, non propter hoc apoſtatat, immo magis proficit *: ſed ſi a magis perfecta tendat ad minus perfectam, vel ad imperfectiorem peculiariter oppoſitam, tunc apoſtatat, & *retrocedit*: quia tunc ponit manum ad aratrum, & reſpicit retro. Et per hoc ſolvitur malignatio detrahentium religioſis, quando in Epiſcopos aſſumuntur, dicentium, eos tunc apoſtatare: quod falſum eſt, cum hoc non ſit retroceſſio, ſed tendentia in anteriora, ſecundum Apoſtolum, ideſt, tranſlatio de religione minus perfecta ad magis perfectam; alioquin nullus poſſet tranſire de religione populari ad religionem Epiſcopalem, neque mediate, neque immediate.

* Cod. Ferrar. perficitur

Luc. 9. 62.

Religioſi non apoſtatant ſi ad Epiſcopatum ſint aſſumpti.

6. Nec aliquis exiſtimet, religionem popularem pro tanto fore neceſſariam, & religionem neceſſitatis, quia neceſſario fundat alias, & præſupponitur illis: quia ſatis frequenter contingit, aliquem eſſe de religione Chriſti communi, cum hoc quod nunquam fuit de religione ejus vulgari: ſicut ſi aliquis in baptiſmo profiteretur religionem peculiarem; vel ante, ſicut Apoſtoli, qui fuerunt fideles, & Joannes Baptiſta, & Beata virgo: & tamen nunquam fuerunt populariter religioſi, ſed perfecti religioſi ab initio: ſic etiam Chriſtus ipſe. Unde ex Scripturis liquet nobis, quod religio perfectorum multo tempore præceſſit religionem vulgarem: ſicut pateret calculanti tempus inter prædicationem Chriſti, & ſectam fidelium in partibus Alexandriæ, & Ciliciæ. Sed ideo dicitur *religio neceſſitatis*, quia vovet tantum neceſſaria, & religio Chriſti communis non poteſt ſalvari in minori: ſicut dicitur victus neceſſarius illud, unde vivitur, & vita non poſſet ſine periculo ſalvari in notanter minori.

Religio perfectorum diu præceſſit religionem vulgi.

7. Hoc ergo modo diſponitur latitudo religionis chriſtianæ, ut varietur per gradus permanſive intenſos & remiſſos, cujus ſummum gradum tenet religio perſonalis Chriſti: infra illam eſt religio Epiſcopalis in gradu martyrum: infra illam virginitas monaſterialis: adhuc ſub illa virginitas ſæcularis; demum continentia vidualis; & in infimo gradu totius latitudinis, eſt conjugalis continentia, quæ eſt religio popularis. Hæc eſt forma ponendi beati Auguſtini in *de bono virginali*, in qua ſemper religio inferior eſt laxior & populoſior: ſuperior autem ſtrictior, & multitudo ejus paucior, proceſſive ſemper tendendo verſus ſummum gradum totius religionis chriſtianæ, quæ continet unum ſuppoſitum tantum, ſcilicet Chriſtum. Et hæc eſt doctrina magni Origenis hom. XXI. ſuper lib. *Numer.* & ponitur in communi gloſſa Numer. XXVI. in fine, ubi curioſe enucleat illum textum Domini ad Moyſen: *Dividetur terra juxta numerum vocabulorum in poſſeſſiones ſuas. Pluribus majorem partem dabis, & paucioribus minorem*, dicens ORIGENES. Terræ hujus „ diviſio & hæreditas formam cœleſtis hæreditatis tenet, quæ ſanctis dividitur. Sunt ibi „ plures, ſunt ibi pauci beatiores. In arca Noe, „ ubi menſura cœlitus datur, in inferioribus „ trecentorum cubitorum ponitur longitudo, „ & quinquaginta latitudo: ſummitas vero unius „ cubiti ſpatio conſummatur. In inferioribus „ enim beſtiæ erant & pecudes; in ſuperioribus aves. In ſummis vero homo rationalis. „ Ipſe vertex in unum cubitum colligitur: omnia enim ad monadem rediguntur. Pone „ omnem humani generis numerum: elige fideles; pauciores erunt, quam infideles. Elige de fidelibus meliores; pauciores reperies. „ Ex ipſis etiam elige perfectiores; pauciores „ erunt: & quanto eligendo ad altiora proceſſeris, tanto pauciores invenies, donec tandem „ veniatur ad unum aliquem, qui fideliter dicat, quod plus omnibus laboravit: Qui hoc „ modo plures ſunt, plus terræ, & hæreditatis „ accipiunt. Pauci autem exiguum, quia plus „ habent in Domino. Alii nihil omnino terrenæ hæreditatis accipiunt, qui digni ſunt „ Sacerdotes eſſe, & miniſtri Dei. Horum ex „ integro ipſe Dominus hæreditas eſt. Ipſi tamen propter jumenta ſua accipiunt aliquid „ terræ; ſed illius, quæ urbibus contigua eſt. „ Hæc ille. Notentur per ordinem dicta Doctoris in hoc proceſſu. Summarie enim intendit hic probare, quod latitudo Chriſti fidelium religionis ſic diſponitur quoad latitudinem, & ſtrictitudinem graduum & numerum locatorum in illis gradibus, ad modum cœleſtis Hierarchiæ; ubi quanto eſt altior gradus beatitudinis, tanto pauciores in illo gradu locantur: ita quod in inferiori gradu, vel ordine, plures beati ſint, quam in aliquo ordine ſuperiori; & ſic ſucceſſive quouſque perveniatur ad gradum ſummum beatitudinis, in quo tenetur unus Deus. Sic conformiter in Eccleſia militante, in inferiori gradu perfectionis plurimi ſunt; in ſuperiori pauciores, & adhuc in ſuperiori pauciores. Vide infra cap. 30. num. 5.

Auguſtinus To. 6.

Num. 21. 53. & 54.

Origenes To. 1. pag. 338.

Omnia ad unitatem ordinantur.

Pauciores fideles, quam infideles.

1. Cor. 15. 10.

(a) Doctrina hæc contra Lutheranos etiam militat & Calviniſtas, qui nihil poſſe voveri licite docent, niſi quod jure divino præcipitur.

In ſuperiori gradu perfectionis pauci ſunt.

ciores, quouſque perveniatur ad ſummum gradum perfectionis, qui retinet unum tantum, ſcilicet Chriſtum. Et ponit exemplum de arca Noe, quæ in inferioribus latiſſima erat, & plurimi ibi tenebantur: procedendo verſus ſuperius; ſemper erat ſtrictior, & ſtrictior: & ſemper quælibet manſio ſuperior pauciores continuit, A quouſque perveniretur ad ſummum, quod conſummabatur in cubito. Sic ergo intendit Doctor hic diſtinguere totam religionem Chriſti viantem in multos gradus; & quanto ſemper in vita eſt ſtrictior, tanto terrenæ poſſeſſionis pauperior; & per eum quanto eſt perfectior, tanto eſt ſummo propinquior, & pauciores continet profeſſores. Elige (inquit) fideles; pauciores erunt, quam infideles. Elige ex ipſis meliores; pauciores erunt: & ſic proceſſive quouſque perveniatur ad unum ſolum, ſcilicet Chriſtum, qui fideliter dicit; *Plus omnibus laboravi*. Et conſimilem moralitatem de arca Noe; & ad conſimilem finem habet beatus Gregorius ſecunda parte homiliar. hom. xxx. Sed hæc in confirmatione latitudinis noſtræ dicta ſufficiant.

1. Cor. 15. 10.

Gregorius To. 1. hom. 38. pag. 1638.

8. Lateraliter tamen notavi in prædicto verbo Origenis reſponſum ad aliud dictum ejuſdem Origenis ſuper librum *Joſue*, ubi dicit, quod Sacerdotes Dei ſortem hæreditatis non capiunt in populo Dei, ſed eorum portio Dominus eſt: ſacerdotes autem Pharaonis poſſeſſiones accipiunt. Et concludunt Wicleviſtæ: „ Ergo Sacerdotes moderni, dotationem admittentes, & prædia, ſunt Sacerdotes Pharaonici, „ & Clerici Cæſarei: non autem ſunt Clerici „ Domini Dei. „ Sed iſti cœci non vident, nec attendunt verbum Origenis non poſſe intelligi de pura privatione terrenæ facultatis, cum Sacerdotes Dei haberent villas complures, puta urbes refugii. Ideo ubi ipſi volunt, Origenes exponit ſe ipſum ubi jam ſupra, dicens, quod *etiam ipſi Sacerdotes propter jumenta ſua accipiunt aliquid terræ, ſed illius, quæ urbibus contigua eſt*. Sic Presbyteri noſtri majores, propter neceſſitates ſuas proprias, & etiam jumentorum, ideſt, pauperum Chriſti fidelium, accipiunt aliquid terræ, & poſſeſſionis ſæcularis; *ſed illius, quæ urbibus contigua eſt*, ideſt, quæ jam conjuncta eſt Eccleſiis ſuis. Ex Eccleſiæ enim dedicatis maxime congruit Dominicum vivere Sacerdotem. Et jam evacuatum eſt ſophiſma Wicleviſticum contra catholicos jam dotatos.

Joſue 13. 4.

Wicleviſtarum oppoſitio contra dotem Clericorum.

CAPUT XVIII.

Quod minoris perfectionis eſt obſervationes clauſtrales ducere in ſæculo, quam illas eaſdem tractare in Clauſtro.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Ad modum rebellium contra Moyſen, inſurgunt hæretici contra Religioſos, ut eos a ſanctitatis faſtigio dejiciant.*
2. *Actus bonus, ex quibus circumſtantiis ſit conſiderandus.*
3. *Cum ex voto actus morales recipiant intenſionem, conſequitur ut religioſus, qui ſe voto intra Monaſterium obſtrinxerit, ſanctior eo ſit, qui vel non vovit, vel in ſæculo vovit.*
4. *Authoris declaratur intentio, qua nihil ſæcularium ſanctitati derogare præſumit.*

1. Murmurant hic quidam *Abyronitæ* famoſi, ſeditionem commoventes populi contra Chriſti peculium, & religionem perfectorum, ne in aliquo perfectorum ſtatus eminere debeat ſtatui populari; dicuntque cum Chore & ejus clientibus: *Sufficit nobis: totus populus ſanctus eſt, & in ipſis eſt Dominus: cur ergo elevamini ſuper populum?* „ Nonne (inquiunt) in habitu ſæculari, in medio quoque mundi aliquis popularis ſe continere poteſt, ut Frater; orare ut Monachus; depauB perari, ut Frater; diſtribuere ut Epiſcopus; humiliter obedire, ut humilis quiſque Clauſtralis? Demus tales multos vulgares, quid obviat, iſtos in ſanctitate, in perfectione non poſſe parificari perfectis? Quo dato, neſcitur quam ſanctitatem addat ſtatus veſter, ſi ſanctitas æqualiter in utroque ſervetur. Cur ergo fruſtra elevamini ſuper populum? ſufficit nobis, quia totus populus ſanctus eſt: totus baptizatus eſt: totus in una Chriſti religione contentus. „ Sed hi contra Moyſen & Aaron occurrunt, contra perfectos Chriſti Pontifices, contra primos Eccleſiæ Sacerdotes, conC tra religioſos quoſque clauſtrales. Reſpondeat ergo eis Moyſes, & dicat: *Mane notum faciet Deus, qui ad ſe pertineant, & ſanctos applicabit ſibi*. „ Videbimus, quid in hac re ſancti Patres ſenſerunt, quibus nota fecit Dominus myſteria ſuæ legis: qui & mane ſurrexerant, & cito poſt ejus aſcenſionem, quando primo Sol juſtitiæ in cœli cœpit clareſcere firmamento, ejus Eccleſiam digne docuerunt in terris: & ſanctos quoque & perfectos *applicabimus* ei, ideſt, quantum illi in perfectione appropinquant, clare dicemus. „

Num. 16. 3.

Num. 16. 5.

2. Verum quantum percipimus ex Scripturis, D non ſolus actus bonus pro inſtanti quo elicitur, præcipue reputatur apud Deum, ſed quæritur potius a qua, vel quanta charitatis radice proceſſit: quanta ſit duratura conſtantia, quanta vi ipſum parturivit affectus, & quo fervoris cultu pertingat in Deum: quæ enumerata non magis cauſant in actu decorem circumſtantiæ, quam ad intenſionem faciunt & bonitatem ſubſtantiæ.

3. Actus autem bonus de genere non poteſt eſſe tam fortis, tam conſtans, nec tantæ charitatis intenſive, quantæ foret ſi jam ex voto procederet, (a) quod actum fortificat, actumE que conſuetudinarium & conſtantem facit, & ipſum actum, genitum ex utero voluntatis, Domino Deo dedicat prolem cum parente. Ideo egregius Origenes dicit, non eſſe hominem ſanctum, quamvis devote viventem, ni ſe ſe abrenunciationis voto ſeparaverit a medio mundi hujus, tractans hunc textum hom. xi. ſuper

(a) Hujus rei teſtes ſunt veteres Patres qui frequenter ſub voto Deo famulabantur. Jacob in Meſopotamiam proficiſcens decimam bonorum ſuorum omnium in Bethel Deo offerendam vovit; Gen. 28. 22. Leges quam plurimas, quibus vota, eorumque executio dirigerentur, Moyſes tulit. Jephte filiam devovit, &, uti creditur, immolavit. Judic. 11. 30. Nazaræorum conſecratio peculiare quoddam fuit voti genus. Sic in novo teſtamento Maria Virgo Deipara Virginitatem voto promiſerat, cum Angelo reſponderit: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Sanctus Paulus Nazaræatus voto ſe obſtrinxerat, cum Cenchris, Jeroſolymam petiturus, ſolvit. Act. 18. 18. Jeroſolymam veniens, Jacobo Apoſtolo, cæteriſque fratribus authoribus, quatuor chriſtianis judaizantibus, eodem voto adſtrictis, additus, ſe Templo ſiſtens, eos pecuniis in eorum purificatione ſolvendis, partim ſua impenſa levavit. Act. 21. 18. Idem Timotheum hortatur ut juvenes viduas evitet: eæ enim (inquit) *cum luxuriatæ fuerint in Chriſto* (molliter Eccleſiæ impenſis viventes) *nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt*. 1. Tim. 5. 11. Omnibus denique ſæculis innumeri prope Chriſtifideles ſolemnibus privatiſque promiſſionibus ad Evangelica conſilia, caſtitatis præcipue, ſervanda ſeſe adſtrinxerunt.

Lev. 11. 44.

per Levit. *Sancti eſtote, quoniam ego Sanctus ſum.*

Origenes. *To. 1. pag. 80.*

Unde quis dicatur Sanctus

ORIGENES. Natus eſt mihi (inquit) primogenitus bos, non mihi licet occupare eum ad opus commune: eſt enim Domino conſecratus; & ideo dicitur *Sanctus*. Intelligimus ergo ex hoc muto animali, quomodo lex quod ſanctum vult eſſe, nulli alii id deſervire jubet, niſi Domino ſoli — Et infra — Quod ſi intellexiſti quomodo vel anima, vel vas, vel veſtimentum, *Sanctum* appellatur, conſequenter intellige, quod his obſervationibus, & legibus, etiam homo *Sanctus* appelletur. Si quis enim devoverit ſeipſum Deo: ſi quis nullis ſe negotiis ſæcularibus implicaverit, ut ei placeat, cui ſe probavit; ſi quis ſeparatus eſt, & ſegregatus a reliquis hominibus carnaliter viventibus, & mundanis negotiis obligatis; non quærens ea quæ ſuper terram, ſed quæ in cœlis ſunt: iſte merito *Sanctus* appellatur. Donec enim permixtus eſt turbis, & in multitudine fluctuantium volutatur, nec vacat ſoli Deo ſegregatus a vulgo; non poteſt eſſe *Sanctus* — Et ſequitur — Hoc eſt enim, quod tibi dicitur: Separa te, non ſolum ab omni homine, ſed & a fratre inquiete ambulante, & non ſecundum traditiones Apoſtolicas. Separamini etenim qui portatis vaſa Domini. Separa te a terrenis actibus: ſepara te a concupiſcentia mundi. Cum ergo ſeparaveris te ab his hominibus, devove te Deo, tamquam primogenitum vitulum. Eſto ſemotus & ſegregatus, & uſibus tantum Sacerdotalibus, tamquam primogenitum animal, mancipatus. Segrega te, & ſecerne te, tamquam phialae ſanctæ, & ſancta thuribula, ſolius templi uſibus, & Dei miniſterio vacans. Eſto ſemotus & ſegregatus intra templum Dei, tamquam ſancta indumenta Pontificis. „ Hæc Doctor Origenes.

2. Tim. 2. 4.

Sanctitas in ſolitudine.

2. Theſſ. 3. 11.

Videtis jam quanta cenſura ponderat Origenes, ſi quis velit ſanctus eſſe, ut totum ſe voveat Domino: quia ſicut res ſancta non aliis applicari uſibus potuit, quam divinis: quod ſi potuit, ſancta non erat, quia ſcilicet ſub voto Deo dicata non erat: ita dicit, homo ſanctus non poteſt eſſe, niſi ſe totum voveat Deo, ſeparet ſe a ſæculo, ſegreget ſe a vulgo, ſemotuſque & ſegregatus intra templum Dei contineat ſemetipſum. *Donec* (inquit) *permixtus eſt turbis, & non vacat ſoli Deo ſegregatus a vulgo, non poteſt eſſe ſanctus:* ergo ipſa clauſtralis continentia, facta ſub voto abrenunciationis ſolemnis a mundo, auget meritum intenſive, & eſt ſanctior, quam ſimilis continentia ſine voto ſervata per aliquem degentem in ſæculo.

4. Non omnino deprimo ſanctitatem vulgi; non omnino ſine ſanctitate, & ſanctitatis expertes eos cerno, qui adhuc remanent & converſatione & actu ſub habitu ſæculari, cum multotiens ante dixerim oppoſitum. Abſit a me tantus, & tam impudicus error, & a ſanctiſſimo Origene. Non enim fideliter agerem, ſi tantum extollerem religionem peculiarem, & ſanctum vulgum ſine reputatione deprimerem. Sed vulgarem ſine voto ſancte agentem, *Sanctum* dico, & perfectum virum: hoc idem ſub voto agentem, prædico ſanctiorem: hoc intendo ego, intendit & Origenes. Qui enim a vulgo ſe ſeparat, & devovet ſe ſe Deo, hic Sanctus eſt, dicit Doctor *, ideſt per antonomaſiam, & legaliter ſanctus ſine macula, ſine mundi contagione, aut conſcientiæ pollutione ſanctus: hoc enim interpretatio Sancti indicat. Dicitur enim *Sanctus*, quaſi *ſine terra*, ideſt, affectione terrena. Taliter ſanctus non poteſt eſſe vulgaris, in medio carnalium vitam agens, dicit Origenes. Qui autem tales ſanctos affirmat æquales A poſſe eſſe cum eis, qui extra ſæculum vitam agunt, doceat novellos diſcipulos logicam aut grammaticam in medio clamoſi fori, ubi vox nulla ſcientiarum auditur, ſed hinnitus equorum, grunnitus porcorum, garritus avium, & pecudum eſt balatus: ubi de prætio quæritur rerum venalium, lites moventur, jurgia concertantur: ubi perjuriorum frequentia, pugnarum inſtantia, & ex omni latere murmurum queſtus eſt, & vocum tonat exordinata confuſio. Quis vero ſcholarem ſuum inter iſta doceat, ut faciat perfectum philoſophum? Non (inquit) ſed ſeorſum magis docendus eſt, ubi non ſenB ſibus diſtrahetur. Profecto & non eſt major doctrina intellectus, quam affectus: ergo ſi intellectus rudis perfici non poteſt in ſcientialibus, niſi ſeorſum extra ſtrepitum clamoſæ plebis, ubi etiam eſt communicatio tradendæ facultatis: nec affectus regulariter perfici debet in moralibus, niſi ſeorſum extra ſæculum ducatur a turbis, & inter illos agat vitam, qui ejuſdem laboris experti ſunt ſcholares. Poteſt autem eſſe aliquando, ut quiſquam ita ſanctus efficiatur, privilegio & dono peculiari Dei *: ſed ne hoc traheretur in regulam, Chriſtus Apoſtolos ſuos dilectos regulas perfectionis noluit C edocere; quouſque ſeorſum a turbis duxiſſet eos *in montem*. Sic ergo regulariter verum eſt, eos citius ſanctitate inſpirari, qui in monaſteriis vitam agunt ſeorſum a ſæculo; tardius autem, vel nunquam eos, qui morantur in medio hujus mundi. SALTEM QUI SIC SANCTUS eſt, & a ſæculo non eſt ſeparatus, magnus eſt. Non talis erat ſanctus Pater Elias: non talis ſucceſſor ejus Eliſæus, quem tactu chlamydis ab aratro vocavit ad Eremum. Nec talis erat Joannes Baptiſta; quo tamen inter natos mulierum nemo ſurrexit major: qui ſub annis teneris petivit *antra deſerti, ne levi ſaltem ma-* D *culare vitam famine poſſet*. Et quamvis talis nobis detur e vulgo, adhuc tam ſanctus non eſt, ſi ſine voto faciat, quam alius qui agit ſub voto, propter dedicationem factam Deo, & conſecrationem voluntatis, quæ ſimpliciter intendit bonitatem actus. In cujus evidentiam dicit Auguſtinus, non eſſe laudabilem virginitatem, niſi ſub voto Deo conſecratam. AUGUSTINUS. Ita (inquit) fit, ut virgo naſcatur „ etiam de ſtupro: ſacra autem virgo nec de „ conjugio. Nec nos in virginibus hoc prædi„ camus, quod virgines ſunt: ſed quod Deo di„ catæ pia continentia virgines. „ Hæc AuguE ſtinus *de ſancta virginitate*, bene poſt medium. Ecce quam plane dicit Auguſtinus, virginitatem non eſſe laudabilem, niſi illam Deo conſecratam, & voto firmatam. Non tamen dicit non laudabilem ſimpliciter, ſed non multum prædicandam, in comparatione virginitatis ſub voto, vel etiam virginitatis monaſterialis. Et idem Auguſtinus ſuper illud Pſalmi, *Ecce quam bonum, & quam jucundum*, dicit, quod primi credentes voverunt religionem peculiarem: & ideo invitat nos, ut ſimus impigri ad vovendum, & reddendum vota. Vide illic textum ejus (a).

** Origenes*

Sanctus quaſi ſine terra.

Clamoſi fori deſcriptio.

* *Cod. Ferrar.* dono divinitatis.

Matth. 5. 1.

Citius obtinetur Sanctitas in Clauſtro quam in ſæculo.

3. Reg. 19. 19.

Matth. 11. 11.

Paulus Diac. in hym. ejus feſti.

Auguſtinus *To 6. cap. 10. pag. 345.*

Virgines ideo laudatæ, quia Deo dicatæ.

Pſal. 132. 1.

CA

(a) Textum Auguſtini jam ad extenſum recitavit Waldenſis ſupra cap. 6. hujus libri.

CAPUT XIX.

Quod ratione voti excedit Clauſtralis vulgarem, quamvis ſint aliter pares in factis.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quamvis aliquis in ſæculo vivens, ſanctior ſit aliquo religioſo in Monaſterio, degente ſub voto; non tamen laici ſtatus perfectior eſt ſtatu religioſi.*
2. *Laicus aliqua vovens, ſacrificium facit: Religioſus cum per votum obedientiæ omnia, etiam voluntatem propriam, voveat, facit holocauſtum: unde fit, quod religioſus laico perfectior eſt.*
3. *Voluntaria paupertas eſt unum genus martyrii, & intrinſecum holocauſtum.*

1. NEc obſtat præcedentibus populare illud argumentum: „ Multi ſæculares laudabilius vivunt, quam plures clauſtrales; ergo „ vita clauſtralium non eſt eis multum prælata. „ Non eſt bona conſequentia: quia ſic multi Pagani abſtinent a vitiis, quæ magna multitudo Chriſtianorum non horret: ergo vita chriſtiana non debet præferri ritibus Paganorum? Male excogitata * ſequela. Hoc enim argumento multi Cathecumeni in vetuſtiori Eccleſia prætulerunt ſectam ſuam mere baptizatis: ſed refellit eos Auguſtinus *ſuper Joan.* Tract. XIII. dicens: AUGUSTINUS. Multi contempturi erant „ baptiſmum, eo quod jam majore gratia præditi viderentur, quam viderent aliquos fideles: v. g. jam continenter vivens cathecumenus, contemneret conjugatum, & diceret ſe „ meliorem, quam ille ſit fidelis. Ille cathecumenus poſſet dicere in corde ſuo: Quid „ mihi opus eſt baptiſmum accipere, ut hoc „ habeam quod & ille, quo jam melior ſum? „ Ne ergo cervix iſta præcipitaret quoſdam, „ de meritis juſtitiæ plurimum elatos, baptizari voluit Dominus a ſervo, tamquam alloquens filios capitales: Quid vos extollitis? „ Quid erigitis, quia habetis ille prudentiam, „ ille doctrinam, ille caſtitatem, ille fortitudinem, patientiam? Numquid tantum habere „ poteſtis, quantum ego qui dedi? Et tamen „ ego baptizatus ſum a ſervo. „ Hæc Auguſtinus ibidem. Conformiter, multi ſæculares gratius converſantur in mundo, quam multi religioſi vivunt in clauſtro; & poſſet aliquis talis dicere in corde ſuo: *Quid eſt mihi opus clauſtrum reputare perfectum, & intrare religionem, ut hoc habeam, quod & ille Frater, aut Monachus, quo & ego jam melior ſum?* Sed ut cervix (ideſt ſuperbia) iſta præcipitetur meritorum, MULTOS CERNERE POSSUNT EIS MELIORES OLIM CLAUSTRUM INGRESSOS, ET MULTOS ADHUC CLAUSTRUM obſervantes, quorum merita admirationi haberent, ſi cernere prævalerent. Quæ etſi ex omni parte converſationis forent æqualia; in ipſa tamen vovendi radice forent imparia. Quoniam etſi ſæcularis quiſquis hoc agat ſupererogando quod clauſtralis agit, ſed non ſub voti ardore, qualiter religioſus agit: in hoc ipſo clauſtralis meriti paſſu præcedit. Unde obedientiæ votum in religione commiſſum, quod generaliter devovet omnem vitam, omnem ſenſum, omnem actum poſſibilem taliter profitentis juxta ſuperioris arbitrium, eum in omni actu ſuo præfert cuicumque de ſæculo, quamvis forſan multa horum agat ſua ſponte, quæ profeſſor talis non juxta ſuum, ſed juxta ſui Prælati, pia tamen, agit devotione decretum.

* Cod. Vat. penſa.

Auguſtinus To. 3. pag. 393. num. 6.

Matth. 3. 13.

A 2. Unde beatus Gregorius ideo dicit ſic peculiariter voventem & viventem facere Deo *ſacrificium;* generaliter autem omnia voventem, qualiter agit religioſus per votum obedientiæ, dicit facere Deo *holocauſtum:* & primo omnium deſcribit terminos, & ſecernit GREGORIUS. Hoc „ (inquit) inter ſacrificium & holocauſtum di- „ ſtat, quod omne holocauſtum ſacrificium eſt, „ ſed non omne ſacrificium holocauſtum. In „ ſacrificio etenim pars pecudis, in holocauſto „ vero totum pecus offerri conſueverat. Unde „ & *holocauſtum* latina lingua *totum incenſum* „ dicitur. Penſemus ergo quid eſt ſacrificium, B „ quid holocauſtum. Cum enim quis ſuum „ aliquid Deo vovit, & aliquid non vovit, ſacrificium eſt. Cum vero omne quod habet, „ omne quod vivit, omne quod ſapit, Omnipotenti Deo voverit, holocauſtum eſt. Nam „ ſunt quidam hic, qui adhuc mente in mundo retinentur; ſed tamen ex poſſeſſis rebus „ ſubſidia egentibus miniſtrant, oppreſſos defendere feſtinant. Iſti in bonis quæ faciunt, ſacrificium offerunt: quia aliquid de actione „ ſua Deo immolant, & aliquid ſibimetipſis reſervant. Et ſunt quidam hic, qui nihil ſibimetipſis reſervant, ſed ſenſum, linguam, vi- C „ tam, atque ſubſtantiam, quam acceperunt, „ Omnipotenti Deo immolant: quid iſti, niſi „ holocauſtum Domino offerunt? Immo magis „ holocauſtum fiunt. — Et tunc infra concludit. — Quamvis ergo, ſicut dictum eſt, ſacrificium ſit etiam holocauſtum; majus tamen & holocauſtum, quam ſacrificium: quia „ mente, quæ hujus mundi dilectione non premitur, totum in Omnipotentis Dei ſacrificio „ incenditur, quod habetur. „ Hæc ille hom. XII. *ſuper Ezechielem* *. Ecce quod Gregorius ponderat opus mentis, ſcilicet voluntatis, pluſquam actus exteriores. Sæcularis in mundo degens, D etſi cuncta opera exteriora agat in ſæculo, & ſub voto, quæ alius peculiaris profeſſor agit in Monaſterio, adhuc non æquatur ei in merito, quia mentem non vovit, ideſt, voluntatem ſuam, qua adhuc detinetur in ſæculo. Clauſtralis autem & mentem ſuam & voluntatem vovit, ſupponens illam, per votum obedientiæ, liberæ juſſioni Prælati: ideo ipſe facit holocauſtum Deo, totum vovens, totum incendens quod eſt, vel eſſe poteſt: quia „ mente (inquit) quæ hujus „ mundi dilectione non premitur, totum in „ omnipotentis Dei ſacrificio incenditur quod „ habetur „ (a). Sæcularis autem, qui adhuc E mente & propoſito in ſæculo retinetur, quidquid agat, quidquid voveat, ſolum ſacrificium facit: quia aliquid de actione ſua Deo immolat, & aliquid ſibimetipſi reſervat. Quod ſi ad formam Evangelicam in hac materia perfectionis Evangelicæ recurratur; cujus converſio magis placuit Chriſto noſtro? An Petri, qui omnia reliquit ſub voto (b), an Nicodemi, qui quamquam Chriſti fidelis erat, actu tamen & voluntate detinebatur in ſæculo? Nonne Petri? Converſatio Mariæ, quæ toto affectu nitebatur in Deum,

Gregorius To. 1. pag. 1305. Holocauſti & Sacrificii differentia.

* Maurini longe diverſum textum ediderunt.

a

b Deo gratior converſio Petri, quam Nicodemi: converſatio Mariæ, quam Marthæ.

(a) Sic temperari, ſeu potius corrigi poſſunt propoſitiones *Matthæi Grabon* O. P. in Saxonia, qui cum hæreticos quoſdam dictos *Fratres vitæ communis*, ſub nulla regula profeſſos impugnaret, in plurimos ipſe errores lapſus eſt. Inter alios unus eſt, quod *nullus extra veras religiones poteſt ſine peccato mortali facere abdicationem temporalium*. Item, *quod aliquis ſit voluntarie pauper propter Chriſtum in ſæculo manens;* includit *contradictionem*. Errores iſti cum pluribus aliis a Martino V. in Concilio Conſtantien. damnati ſunt: eoſque hic indirecte refellere videtur Thomas Waldenſis.

(b) Vide ſupra cap. 6. hujus libri, & infra cap. 22. num. 6.

Deum, numquid non a Chriſto præponderatur converſationi ſororis ejus Marthæ, quæ ſollicitudinem rei familiaris, & proprietatem poſſidendi poſt ſuſceptam fidem non diſtulit? Vidua laudata eſt, quæ totum obtulit quod habebat, & judicata plus omnibus obtuliſſe: ubi non perpenſa eſt oblatæ rei quantitas, ſed offerentis affectio. Et ideo Auguſtinus invitat ad hujuſmodi votum, ubi totum vovemus ad modum prædictum de holocauſto, ſuper illud Pſalmi LXIV. *Tibi reddetur votum in Jeruſalem*. AUGUSTINUS. Reddam (inquit) votum meum. Quod votum? Quaſi holocauſtum. Holocauſtum enim tunc dicitur, ubi totum conſumitur; *Holon* enim, *totum* dicitur, *cauſtis* incenſio. Holocauſtum, totum incenſum. Arripiat ergo nos ignis divinus in Jeruſalem. Incipiamus ardere charitate donec totum mortale conſummatur, & quod contra nos fuerit, erit in ſacrificium Deo. „ Hæc ille ubi ſupra. Ergo ubi totus affectus ſub obedientiæ voto Deo offertur, quidquid ratione hujus voti, Prælato jubente, agitur, conſimili facto ſæcularis viri, qui non ſic vovit, indubie prærogatur. Quod utique declarat notabiliter venerabilis Anſelmus lib. *de ſimilitudinib.* ſimilitudine LXXXIV. ſub metaphora duarum arborum cum fructibus ſuis; dicens: ANSELMUS. Servitium monachi Deo eſt magis acceptum, quam hominis ſæcularis. Ipſi enim ſunt homines duo, qui ſub Deo velut arbores quaſdam habent ſe ipſos. Ipſi quoque utrique apti ſunt ad ferendum fructum operis boni. At qui non eodem modo diligunt Deum, nec ei pariter operando deſerviunt. Sæcularis enim, quia minus eum diligit, cum tantum beneoperandi animum habuerit, boni operis offert Deo quantum vult. Monachus vero eum plus diligit, in tantum ut ad eum accedens, totum ei offerat ſemetipſum, factis ac verbis ſic alloquens eum: Domine (inquit) meæ hactenus poteſtatis eram, quodque mihi libebat bonum malumve faciebam. Verum, quia tuus omnino eſſe debeo, tibique ſoli bona tantum opera fructificare, me totum tuæ poteſtati trado: quod ut melius facere valeam, me uni ex Eccleſiæ tuæ Prælatis ſubdam; qui me cuſtodiens, ea tantum opera doceat agere, quæ tibi noverit magis placere: ſed & ego pro modulo meo meipſum cuſtodire ſtudebo. Cujus ergo munus Deo eſt acceptabilius? An illius, qui illi offert quædam ex operibus ſuis, plurima vero ſubtrahit: an illius, qui nihil ſubtrahit? Imo illius magis, qui dat ei ſe ipſum cum cunctis operibus ſuis. „ Hæc ille. Ecce quod Anſelmus, quaſi ponderans prædictum textum de oblatione totius & partis, ſecundum Gregorium, concludit eminentiam perfectionis in actu Monachi multum abundare, magis quam poterit in actu cujuslibet popularis. Et non ſolum habet hanc prærogativam votum obedientiæ, ſcilicet, totum commutare, quod ſub eo agitur, in genus meriti altioris, quam ſi exerceretur non ſub eo: ſed etiam votum voluntariæ paupertatis habet eamdem efficaciam reſpectu paſſionum militantium ſub uno vexillo, ut ſunt nuditas, fames, ægritudo, ſitis, intemperatum frigus, improperia dedignantium pauperes, injuriarum tolerantia, & cætera infinita; quæ homini pauperi contingunt ratione inopiæ, & propter oppoſitam cauſam a divitibus relegantur. Quæ omnia in eo, qui paupertatem voluntariam vovit, longe ſunt meriti majoris, etiamſi quandoque reluctante fragilitate, non libenter toleremus: quæ omnia in ſuo principio non minus libenter, quam libere vovebamus.

Luc. 21. 2. & 3.

Pſal. 64. 2.
Auguſtinus *To. 4. pag. 631. num. 4.*

* *M.* quando totum ignis abſumit.

* Anſelmus *pag. 350. Edit. Lugdun. 1630.*

Paupertas ſub voto, altioris meriti quam ſoluta.

9. Unde ſecundum Joannem Chryſoſtomum voluntaria paupertas eſt unum genus martyrii, & intrinſecum holocauſtum, quo mentes noſtras per abdicationem rerum dulcium torqueamus; & omnia mala, quæ nobis, ratione ejus, eveniunt, cedant ad meritum. Dicit enim *Moral.* XI. ſuper Epiſt. Pauli ad Hebræos CHRYSOSTOMUS. Sunt ſacrificia, quæ vere holocauſtomata ſunt, ut ſanctorum martyrum corpora. Illic & anima & corpus offeruntur: illa enim olfactum magnum bonæ odorationis habent. Potes & tu, ſi volueris, tale ſacrificium offerre; quod utique comburendo corpus, ſed alio igne potes: igne ſcilicet inopiæ voluntariæ, qui eſt ignis magnæ tribulationis. Cum enim liceret in deliciis, & multis impenſis eſſe, eligis laborioſam & duram vitam, nonne tunc *holocauſton* fis, ideſt, *holocauſtum* mortificativum corporis, corpus crucifigens, & accipiens martyrii hujus coronam? Quod enim illic gladius operatur, hic deſiderium facit. Ne te comburat, neque detineat pecuniarum amor; ſed comburatur, & extinguatur deſiderium hoc incompetens igne ſpiritus, & incidatur cultro gratiæ. „ Hæc ille. Ecce dicit Chryſoſtomus in profeſſore voluntariæ paupertatis hoc agere ſanctum deſiderium; ideſt, votum habituatum in voluntate, quod gladius materialis operatur in carne. Ille facit martyrem Chriſti corporaliter in publico, hic ſpiritualiter in occulto. Et iterum: ſicut ſine gladio, vel æquivalente, non poſſet eſſe martyr Chriſti publicus; ita abſente voto & deſiderio paupertatis, quamvis paupertate ſua torqueatur, non erit tamen martyr privatus. Videtis ergo, quomodo ratione voti intenditur meritum profitentis; quod deductum eſt primo generaliter per Origenem *: deinde in ſpeciali de caſtitate per Auguſtinum *: in ſpeciali quoque de obedientia per Gregorium, & Anſelmum *: & demum tertio in ſpeciali de voluntaria paupertate per Chryſoſtomum *, virum beatum. Ex quibus non minus diffuſe quam plene; nec plene magis quam plane tractatis, patet primo injuſtitia dicti quorumdam, aſſerentium, votum non intendere meritum in actu meritorio. Et ſecundo quaſi conſequenter ex hoc, quod vir ſæcularis, eumdem actum exercens in ſubſtantia cum viro profeſſo, æquatur ei in merito. Utrumque enim hæc præcedentia plane refellunt.

Martyrii genus eſt paupertas.

* Chryſoſtomus *To. 4. pag. 118.*

Paupertas quæ non eſt ſub voto non facit martyrem.

* *Cap. præced. num. 3.*
* *Cap. præced. num. 4. & ſuperius num. 1.*
* *ſupra num. 2.*

CAPUT XX.

Quod votum promiſſionis, & ſponſionis, & fidei factæ, ſit fundatum in illo Pſalmi, *Vovete & reddite Domino Deo veſtro*: & in illo Evangelii, *Sunt Eunuchi, qui ſe ipſos caſtraverunt propter regnum cœlorum: qui poteſt capere capiat*; contra Armachanum.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quæ Richardus Armachanus dicat contra votum.*
2. *Votum includit promiſſionem ex ejus definitione; & hujuſmodi obligat voventem ad reddendum.*
3. *Verba illa,* Vovete & reddite *&c. ſunt intelligenda non de voto, deſiderii, ſed promiſſionis: quod quidem reddere tenentur voventes, ſub pœna apoſtaſiæ.*
4. *Quædam ſunt, quæ ſinguli vovere non tenen-*

nentur: at ubi ea voverint, tenentur reddere. Quædam autem ſunt, quæ ſinguli Chriſtiani & vovent & vovere tenentur,

5. *Votum in corde celebratum obligat, etſi non ſit ore prolatum.*

1\. Pet. 5. 8. 1. SED quia adverſarius noſter diabolus, tamquam leo rugiens, circuit ſemper, quærens quem devoret; adhuc contra ſanctitatem voti negotiatur, ut poteſt. Et quia contra tam aperta & plana fundamenta catholica, quia plana ſunt, militare non profuit; ideo per
* Armachanum quemdam clientem ſuum * notam æquivocationis invenit, ſub cujus velo grammatico protectus, ut putat, dum caput tantum abſcondit, ut totum corpus operis pateat, quod eſt veriſimile anteponit; ſed quod ſequitur nimis horrendum eſt omni fideli, & celari non poteſt. Duobus
Armachanus lib. de pauperie modis, inquit RICHARDUS ARMACHANUS, Duobus modis ſumitur votum apud grammaticos. Eſt votum pro deſiderio, & eſt votum pro ſponſione, vel promiſſo. Primo modo divina lex vota ſuadet & acceptat; & ſic vo-
Gen. 28. 20. vit Jacob, quod ſolveret decimas, Geneſ. XXVIII. Et ſic ſunt vota juſtorum placabilia: Prov. V. & Numer. VI. XV. & XVIII. capitulis. Et in pſalmo dicitur: *Vovete & red-*
Pſal. 75. 12. *dite Domino Deo veſtro omnes qui in circuitu ejus affertis munera.* Ubi quia vota aſcribit omnibus afferentibus munera Domino Deo ſuo, patenter elucet, quod non de voto promiſſionis hoc dicit, cum non omnes offerentes offerre promittant, licet offerre deſi-
a derent „. Iſte diſſuadere vota non veretur (*a*).
Matth. 5. 37. „ Docemur (inquit) ut ſermo noſter ſit *eſt eſt, non non*: cur non pariter quoad voluntates vel affectus ſic ſancte docemur, *ſit voluntas veſtra ſive affectus, eſt eſt, non non?* „ Addit autem, quod votum nihil adjuvat, neque cumulat ad perfectionem: ideo non ſolum Dominus noſter, ſed nec Spiritus, (qui omnem Apoſtolos do-
Joan. 16. 13. cuit veritatem) votum paupertatis, & alia vota ſimilia conſiliorum atque mandatorum, docere obſervare ipſos Apoſtolos non omiſiſſet, ſi ea judicaſſet eis fore ad perfectionem vitæ utilia, aut neceſſaria ad ſalutem. Et ad Auguſtinum XVII. *de Civit.* de Apoſtolis voventibus potiſſimum paupertatem, *Hoc* (inquit) *dixit de voto pro deſiderio.* Et quando Dominus ait in
Matth. 19. 12. Matth. *Qui poteſt capere capiat:* hoc verbum *capere* (inquit) *votum in ſenſu ſuo non habet. Litera* (inquit) *votum tale*, (ſcilicet promiſſionis) *non ſonat.* Hæc ille in libello *de pauperie*, lib. VI. cap. antepenultimo, penultimo, & ultimo.

2\. Sed quia magiſter iſte tantum poſuit fundamentum ſuum grammaticam, certe clarus il-
* Hieronymus le grammaticus beatus Hieronymus in lib. *interpretationum*, vel *hermeniarum*, in muto latinæ eloquentiæ vocabulo votum, dicit ſimpliciter, *votum eſſe voluntate promiſſum.* Et in vocabulo *vovet*, ideſt, *promittit*, inquit. Nihil amplius dicit ipſe de eis, nihil aliter. Et ſcio etiam Grammaticos ſuos definire votum non ſine promiſſione vel ſponſione, concorditer cum Magiſtro in Quarto. *Votum* (inquiunt) *eſt te-* Magiſt. Sent. in 4. Diſt. 38.
A *ſtificatio quædam ſpontaneæ promiſſionis*, quæ Deo de his, quæ Dei ſunt propria (*b*), fieri debet. Ideo magis credendum eſt, ad claram faciendam notitiam de conceptu termini, eos poſuiſſe ſub disjuncto, votum eſſe *deſiderium*, vel *promiſſum*, quam ad æquivocationem aliquam exprimendam vocabuli, quam nec Hieronymus ſcivit, nec ipſi deſcribunt. Suppono tamen, quod illud ſit votum promiſſionis, quod obligat voventem ad reddendum: in quo etiam vovens fidem facit (*c*); & ideo damnationem habet, ſi illam irritam fecerit. Quod ſi vovens non perficiat, cum voverit, retro reſpicit, & Voti definitio. b Votum obligat voventem ad reddendum. c 1. Tim. 5. 11.
B ſimilia; quæ Sancti Doctores votis attribuunt: Luc. 9. 62.
quæ votum promiſſionis a voto deſiderii diſtinguunt, ſecundum iſtum magiſtrum *. *Armachanum

3\. Deinde autem tranſeamus, & ſecundum iſtud videamus, quotiens in hoc paſſu prædicto iſte læſerit veritatem. „ Dominus (inquit) „ nec Spiritus Sanctus docuit Apoſtolos votum „ promiſſionis. Et illud Pſalmi, *Vovete, & reddite &c.* intelligitur non de voto promiſſionis, ſed deſiderii, cum non omnes offerentes offerre promittant. „ Quod jam dicit, ſi contradicam, multi forſan mihi non credent, ut illi credant. Sed quid, ſi inferam Auguſti-
C num, ut mihi credant, illi non credant? Certe beatus Auguſtinus, exponens illum verſiculum ſuper Pſal. LXXV. *Vovete & reddite Domi-* Pſal. 75. 12.
no Deo veſtro, docet omnes communiter quid debeamus vovere. „ Credere in illum, ſperare ab Auguſtinus To. 4. pag. 801.
„ illo vitam æternam, bene vivere ſecundum „ communem modum: eſt enim quidam modus communis omnibus furtum non facere; „ non nubere caſtimoniali præcipitur: adulterium non facere omnibus præcipitur. Non „ amare vinolentiam, qua ingurgitatur anima, „ & corrumpit in ſe templum Dei, omnibus „ æqualiter præcipitur. Non hominem occide-
D „ re, non odiſſe fratrem, non adverſus aliquem „ tenere perniciem, omnibus in commune præcipitur. Hoc omnes totum vovere debemus. „ Sunt etiam propria vota ſingulorum. Alius „ vovet Deo caſtitatem conjugalem, ut præter uxorem ſuam non noverit aliam. Alii „ etiam vovent, etſi experti jam tale conjugium, nihil tale concupiſcere, aut ſuſtinere; „ & ipſi voverunt aliquid majus quam illi. „ Alii virginitatem ipſam ab ineunte ætate vovent, ut nihil tale vel experiantur, quale illi experti reliquerunt; & iſti voverunt plurimum. Alii voverunt, domum ſuam eſſe ho-
E „ ſpitalem omnibus ſanctis advenientibus: magnum voverunt votum. Alius vovet relinquere omnia ſua diſtributa pauperibus, & ire

(*a*) Cum Chriſtus Dominus converſaretur in terris, Phariſæi inanibus cavillationibus ſuis, & male ſanis interpretationibus leges de votis fœde corrumperant. Nil mirum ſi poſt Chriſti aſcenſionem phariſaica in hæreticis adhuc extollatur impietas. Ante Armachanum Dulcinus Novarienſis, Sepulchranæ Sectæ propagator, auſus eſt dicere meliorem eſſe eorum vitam, qui votis non adſtringuntur. Poſt Armachanum alii Phariſæi apparuerunt, Lutherus videlicet, & Calvinus, dicentes, vota ad colendum Deum non poſſe fieri, niſi de rebus præceptis; atque unum eſſe commune omnium fidelium votum, promiſſionem illam in baptiſmo a ſingulis factam: vota idcirco monaſtica eſſe irrita, & omnino ſolvenda; quippe quæ de rebus ſunt, quas Deus nuſquam præcepit. Hæc docent Lutherus in lib. *de votis monaſticis*, & Calvinus lib. 4. *Inſtit.* cap. 13.

(*b*) Deo proprium eſt quod perfectum eſt: unde nunc communiter definitur votum: *promiſſio facta Deo de meliore bono.*

(*c*) Ad hoc facit quod apud Hebræos in uſu erat *anathema* quo frequenter ſignificabatur res Sacra Deo devota & conſecrata, nunquam in communes prophanoſve uſus convertenda; immo nec ullo pretio vel ritu redimenda, ut patet *Levit.* 27. 28. Hinc non raro homines ſe devovebant, ſin minus ea eſſent facturi quæ Deo promiſerant. De his eſt exemplum in Actibus 23. 12. 40. illorum, qui ſe ipſos devoverunt, ut abſtinerent ab omni cibo potuque, donec Sancto Paulo necem intuliſſent. Eſſeni quoque, ut refert Joſephus *de Bello* lib. 2. c. 12. diris ſacramentis ſe ipſos adigebant ad ſuarum obſervantiam regularum; ex quibus ſi aliqui delinquerent, continuo ex aliorum cœtu expulſi, fame ut plurimum enecabantur. Denique Sanctus Paulus ad Rom. 9. 3. optavit anathema eſſe pro fratribus; ideſt, adeo Fratrum ſuorum ſaluti ſe ſe impenderat, ut optaret potius mori, quam illos ſinere a Jeſu Chriſto, qui eſt via vitæ, in viam mortis abire. Celebre etiam erat apud Judæos *Corban*, munus videlicet Deo oblatum, quod in alios uſus convertere nefas erat.

„ in communem vitam, in ſocietatem ſancto-„ rum: magnum vovit votum. *Vovete & red-„ dite Domino Deo veſtro.* „ Hæc ille. Jam infert Auguſtinus, quomodo omnes iſti voventes tenentur reddere quod voverunt ſub pœna peccati, apoſtaſiæ ſcilicet, & reſpiciendi retro. Subjungit enim ſine mora AUGUSTINUS. Quiſ- „ quis quod vovere voluerit voveat; illud at-„ tendat, ut quod voveat reddat. Unuſquiſque „ Deo quod vovet, ſi reſpicit retrorſum, ma-„ lum eſt. Neſcio quæ caſtimonialis nubere vo-„ luit. Quid voluit? Quod & virgo quælibet. „ Quid voluit? Quod & mater ipſius. Aliquid „ mali voluit? Mali plane. Quare? Quia jam „ voverat Domino Deo ſuo. Quid enim dixit „ de talibus Paulus Apoſtolus? Cum dicat, vi-„ duas adoleſcentulas nubere, ſi velint; ſed ta-„ men ait quodam loco: *Beatior erit, ſi ſic* „ *permanſerit ſecundum meum conſilium*. O-„ ſtendit beatiorem, ſi ſic permanſerit; non „ tamen damnandam, ſi nubere voluerit. Quid „ autem ait de quibuſdam, quæ voverunt, & „ non reddiderunt? *Habentes* (inquit) *damnatio-„ nem, quia primam fidem irritam fecerunt*; vo-„ verunt & non reddiderunt. Nemo ergo poſi-„ tus in Monaſterio Frater dicat, *Recedo de* „ *Monaſterio: neque enim ſoli qui ſunt in* „ *Monaſterio perventuri ſunt ad regna cœlo-„ rum, & illi qui ibi non ſunt ad Deum non* „ *pertinent*. Reſpondetur illi: Sed illi non vo-„ verunt, tu voviſti, tu retro reſpexiſti. Me-„ mentote uxoris Loth. Liberata eſt a Sodo-„ mis, & in via poſita retrorſum reſpexit. Ubi „ reſpexit, ibi remanſit. Facta eſt autem ſta-„ tua Salis, ut illius contemplatione condian-„ tur homines. — Et ſequitur — *Vovete & red-„ dite Domino Deo veſtro*: quia illa uxor Loth „ ad omnes pertinet. Maritata mulier voluit „ facere adulterium, de loco ſuo quo venerat „ retro reſpexit. Vidua, quæ ſic remanere vo-„ verat, voluit nubere. Hoc voluit quod licuit „ ei quæ nupſit; ſed illi non licuit, quæ * re-„ tro reſpexit. „ Hæc ille. Quid omnia iſta vota prætendunt juxta mentem Auguſtini? Nonne vota promiſſoria, fidem Deo dantia, & hoc vel illud ſpondentia, quod ad Deum pertinet? Nullum adhuc votum intulit, niſi de quo recedere non licebat ei qui vovit. At nonne votum viri Monaſterialis, votum promiſſionis eſt, & profeſſionis? Nonne tale eſt votum virginis, aut viduæ, quæ, ſi nupſerint, damnationem habent, quia primam fidem irritam fecerunt, ut dicit Auguſtinus? Et ubi fidem fecerunt, ſi non aliquid promiſerunt? Retracta ſingillatim omnia vota, quæ jam exemplariter induxerit Auguſtinus, ſi non per fidem incluſam habeant promiſſionem vel Deo, vel homini, vel utrique. Quare ergo dixit iſte *, non intelligendum votum in illo verſiculo de voto *promiſſionis*, ſed de voto *deſiderii*, vel gratuitæ voluntatis?

Auguſtinus To. 4. pag. 802. num. 16.
1. Tim. 5. 14.
1. Cor. 7. 40.
1. Tim. 5. 12.
Luc. 17. 32.
Gen. 19. 26.
Pſal. 75. 12.
* M. quia de loco ſuo retro &c.
* Armachanus

4. *Quia non omnes, qui attulerunt munera* (inquit) *promiſerunt*. Sed ideo Auguſtinus non ſimpliciter omnes dicit hortari ad vovendum in hac lege; ſed omnes qui vovere volunt, hortatur ut reddant: „ Quiſquis quod vovere „ voluerit (inquit) voveat; ſed attendat, ut quod „ voverit, reddat. „ Et hunc ſenſum Auguſtini accipit Gilbertus in expoſitione ejuſdem loci. Et iterum: Aliqua ſunt, quæ omnes vovent, & vovere tenentur, omnes dico chriſtiani, *qui in circuitu ejus offerunt munera*: & hoc voto *promiſſionis*, & *ſponſionis* ſolemnis, ſcilicet, credere in Deum, ſperare in Deo. Et iterum aliqua negativa, ſcilicet, furtum non facere, non mœchari, & ſimilia, quæ retulit ſupra * Auguſtinus, eſſe vota omnibus communia. Prima autem affirmativa vota facimus in baptiſmo, quando quæritur a nobis, ſi credimus in Deum &c. Reſpondemus, *credimus*: Secunda vero negativa, etiam in baptiſmo, quando quæritur ſi abrenunciamus ſathanæ &c. Et promittunt pro nobis Patrini noſtri, deponentes fidejuſſoriam cautionem, dicendo, *abrenunciamus*: quam omnes aſſerunt, fidem eſſe baptiſmalem, & inde nominatos eſſe *fideles*. Auguſtinus in *de Parvulorum baptiſmo*, AUGUSTINUS. Parvuli, *fideles* recte vocantur, qui fidem „ per verba geſtantium quodammodo confiten-„ tur, & per eorumdem verba diabolo etiam „ vovendo abrenunciant: & hoc fit in Sacra-„ mento divinæ gratiæ, quam dedit Deus Ec-„ cleſiæ. „ Hæc Auguſtinus. Et hæc fides, eſt quædam formalis profeſſio. Unde *de Officiis* lib. II. cap. XXIV. ISIDORUS. Parvuli alio profitente ba-„ ptizantur, quia adhuc loqui, vel credere ne-„ ſciunt: ſicut etiam ægri, muti, & ſurdi, „ quorum vice alius profitetur, ut pro eis re-„ ſpondeat, dum baptizantur. „ Hæc Iſidorus. Et hæc etiam fides, eſt formalis ſponſio baptizati. Unde *ad Neophytos* AUGUSTINUS. Præmiſ-„ ſa * (inquit) certiſſima cautione, quod vos „ abrenunciare omnibus pompis diaboli & ope-„ ribus ejus, & omni fornicationi diabolicæ „ ſpondidiſtis, deſcendiſtis in fontem ſacrum. „ Hæc ille. Ex quibus patet continue, quod iſta vota, quæ ſecundum Auguſtinum ſupra *, ſunt vota communia omnibus chriſtianis, quæ etiam ſunt vota baptiſmalia, ipſa ſunt profeſſionis, & ſponſionis certiſſimæ, quæ jubet nos Pſalmiſta vovere & reddere Domino Deo noſtro: & non ſunt vota tantum liberi deſiderii, & gratuitæ voluntatis, ſicut infundabiliter ſomniat Armachanus. Aſpiciamus latius, ubi Auguſtinus vel inducit, vel tractat illum verſiculum, & ſemper videbimus eum de hujuſmodi voto loqui. Unde Auguſtinus in hoc loco expoſitionis Pſalterii, in fine expoſitionis verſiculi ejuſdem, AUGUSTINUS. Quid (inquit) dixerit ibi Pſalmiſta, „ attende. Non dixit, *nolite vovere*, ſed *vove-„ te & reddite*. Quia audiſti, *reddite*, non vis „ vovere? Ergo vovere volebas & non reddere? „ Immo utrumque fac. Unum fit ex profeſſione „ tua, alterum ex adjutorio Dei perficietur. „ Hæc ille. Ecce, *unum fit ex profeſſione tua*; ſcilicet, *vovere*; ergo invitat ad votum profeſſionis, & non ſolius deſiderii; & alterum ex Dei adjutorio perficitur, ſcilicet *reddere*; quaſi diceret: Iſta neceſſario ſe inferunt, ſcilicet, vovere & reddere: quia relativa ſunt. Certe non ſic vovere voto deſiderii: quia *deſiderare & reddere* non ſunt correlativa: non enim omnis qui deſiderat, tenetur reddere, ſed omnis qui promittit. Ex ipſo ergo verbo *reddere*, poſſet ſenſatus vir intelligere, quod Pſalmiſta concepit ibi votum promiſſionis, eo quod unum relativum infert alterum ſuum correlativum naturali conſequentia; non autem diſparatum; ſicut Ariſtoteles dicit, quod non ſequitur: *Manus; ergo hominis*: ſed bene ſequitur; *ergo rei manuatæ*. Et iterum idem Auguſtinus *de fide ad Petrum* cap. IV. in fine: AUGUSTINUS. Tunc enim unuſquiſque regnum cœ-„ lorum, quod ſanctis promittitur, poſſidebit, „ ſi obliviſcens quæ retro ſunt, & in anteriora „ ſe extendens, ſecundum quod in Pſalmo di-„ citur, *Vovete & reddite Domino Deo veſtro*, „ quod ſcit eſſe licitum, & ad profectum me-„ lioris vitæ pertinere cognoſcit, libenter vo-„ veat, & celeriter reddat. „ Ecce quod ſtatim ubi præpoſuit quod libenter voveat, ne ex levitate vovendi, peccandi traheretur occaſio, ſtatim

Gilbertus Pictavienſis Epiſcopus
Pſal. 75. 12.
* num. 3.
Fideles unde dicantur.
Auguſtinus To. 10. pag. 35. De conſecr. Diſt. 4.
Iſidorus pag. 613. De conſecr. Diſt. 4.
* Auguſtinus To. 6. in App. pag. 289.
* M. emiſſa
* num. 3.
Pſal. 75. 12.
Auguſtinus To. 4. pag. 803. num. 16.
Ariſtoteles in Pred. cap. de relativis.
* Auguſtinus To. 6. in app. pag. 28. num. 46.
Pſal. 75. 12.

tim ſubjungit, *& celeriter reddat*. Certe ex voto deſiderii non eſſet tanta reddendi neceſſitas. Unde Auguſtinus etiam *de bono virginali* circa medium, parumper & quaſi tranſitorie tangens eumdem verſiculum, ſic alloquitur virgines profeſſatas: [Auguſtinus To. 6. cap. 30. pag. 355. num. 29. & 30.] AUGUSTINUS. Præſumite, (inquit) fi- A ,, dite, roboramini, permanete qui vovetis Do- ,, mino Deo veſtro vota perpetuæ continentiæ, ,, non propter præſens ſæculum, ſed propter [Matth. 19. 12.] ,, regnum cœlorum. Vos etiam, qui nondum ,, voviſtis, qui poteſtis capere, capite. Perſe- [1. Cor. 9. 24.] ,, veranter currite, ut comprehendatis. Tollite ,, hoſtias quiſque ſuas, & introite in atria Do- [Pſal. 95. 8.] ,, mini, non ex neceſſitate, poteſtatem habentes ,, veſtræ voluntatis. ,, Hæc ille. Ubi ſatis patet, quod de voto loquitur promiſſo & profeſſo, cum ſic alloquitur; quaſi diſtinguens voventes a non voventibus; hortans voventes, ut in votis maneant, & non voventes ut voveant: non tamen eos ſic neceſſitat, ſicut illos qui vo- B verunt; ſed qui capere poſſunt, invitat ut capiant. Ubi in verbo *capere* intelligit Auguſtinus votum, quod iſte magiſter * [* Armachanus] dicit ſe non intelligere: *Vos* (inquit) *qui nondum voviſtis, qui poteſtis vovere & reddere, vovete*. Et hoc idem intelligitur in verbo *caſtrare*, quod etiam in eodem loco Chriſtus inſeruit, dicens Matth. XIX. [Matth. 19. 12.] ,, Sunt (inquit) Eunuchi, qui ſe ipſos caſtra- ,, verunt propter regnum cœlorum. Qui poteſt ,, capere, capiat. ,, Quod tangens Auguſtinus lib. *de fide ad Petrum*, cap. IV. in fine, dicit [* Auguſtinus To. 6. in app. pag. 28. num. 46.] AUGUSTINUS. Cæterum quiſquis Deo ſe ipſum ,, caſtraverit propter regnum cœlorum, & in G ,, corde ſuo continentiam Deo voverit, non ,, ſolum ſi mortifero fornicationis crimine ma- ,, culetur; verum etiam ſi aut vir uxorem ac- ,, cipere, aut mulier nubere voluerit, ſecundum ,, Apoſtoli ſententiam, damnationem habebit, [1. Tim. 5. 12.] ,, quia primam fidem irritam fecit. Sicut ergo ,, ſecundum Apoſtoli ſententiam dignum eſt, ut [1. Cor. 7. 3.] ,, uxori vir debitum reddat, ſimiliter & uxor ,, viro; ita ſecundum Apoſtoli ejuſdem dictum, [v. 37.] ,, *qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſ-* ,, *ſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ volunta-* ,, *tis*, & voverit continentiam Deo, debet eam ,, uſque in finem tota mentis ſollicitudine cuſto- D ,, dire, ne damnationem habeat, ſi primam fi- ,, dem irritam fecerit. ,, Hæc Auguſtinus. Ergo ſi iſte magiſter * [* Armachanus] neſcivit in verbo *capere* intelligere votum, intelligat ſaltem in verbo *caſtrare*; & diſcat ex ore Domini fundari planiſſime ſacra vota, etiam vota promittentia, & ſpondentia fidem Deo. Sic enim plane hic loquitur Auguſtinus: ,, Quiſquis (inquit) in corde ſuo ,, continentiam Deo voverit, & nubere volue- ,, rit, damnationem habebit, quia primam fi- ,, dem irritam fecit. ,, Quam fidem, niſi illam, quam voto ſpopondit?

5. Intellige etiam hic unum aliud: quod vo- E tum obligat in corde celebratum, etſi non ſit ore prolatum. Sic enim dicit hic Auguſtinus: [1. Cor. 7. 37.] ,, Quiſquis Deo ſe ipſum caſtraverit, & *in corde* ,, *ſuo* continentiam Deo voverit &c. ,, Et ite- ,, rum: ,, Qui ſtatuit in corde ſuo firmus &c. Et tale votum appellat Gregorius *votum in propoſito*, lib. *Paſtoral.* Parte III. cap. XXVIII. dicens in hunc modum: [Gregorius To. 2. cap. 27. pag. 81.] GREGORIUS. *Melius eſt* ,, *nubere, quam uri*. Sine culpa ſcilicet ad con- [1. Cor. 7. 9.] ,, jugium veniunt; ſi tamen necdum meliora ,, devoverunt. Nam quiſquis bonum majus ſu- ,, bire propoſuit, bonum minus, quod licuit, ,, illicitum fecit. Scriptum quippe eſt: *Nemo* [Luc. 9. 62.] ,, *mittens manum ſuam ad aratrum, & retro-* ,, *ſpiciens* * [* M. reſpiciens retro], *aptus eſt regno cœlorum*. Qui ergo ,, fortiori ſtudio intenderat, retroſpicere con- ,, vincitur, ſi, relictis bonis amplioribus, ad ,, minima retorqueatur. ,, Hæc Gregorius. Ubi per verbum *propoſuit*, & per verbum *intenderat*, patet quod de voto mentali intelligit.

CAPUT XXI.

Quod vovere promiſſive auget meritum, & intendit perfectionem actus; ita ut ſit perfectior & meritorior actus ſub voto, quam ſine voto, contra eumdem Armachanum.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Dicere actum moralem non creſcere in perfectione ex additione voti, prout dicit Armachanus, eſt doctrina baptiſmo chriſtianorum infeſta, omni Religioni contraria, ſancto conjugio noxia, Divinæ majeſtati, ac clementiæ derogans.*
2. *Qualis homo ſit ante votum, qualiſque poſt illius emiſſionem, pulcherrime declaratur ex Auguſtino.*
3. *Domino Deo noſtro minus placet laxa, quam per votum ligata libertas.*
4. *Confirmatio voti ſecuritatem facit: quare vovendum eſt, & votum reddendum. Primum fit ex profeſſione noſtra, ſecundum vero ex miſeratione divina.*
5. *Si quod vovendum eſt ex profeſſione noſtra, (ut vult Auguſtinus) etiam reddendum eſt: ergo votum, quod nos obſtringit, de quo ſæpe loquuntur Sancti, non eſt votum deſiderii, ſed promiſſionis.*

1. AD contemptum vero religionis, quæ ſemper fundatur, & originatur ex voto, prædictus magiſter * [* Armachanus] vota diffamat, quaſi contraria legi Dei, probans hoc comparabiliter ad jurare. Quod ſicut jurare eſt vetitum, ita eſſet vovere dimiſſum: ARMACHANUS. Doce- ,, mur (inquit) ut ſermo noſter ſit, *eſt eſt*, [Matth. 5. 37.] ,, *non non, quod amplius eſt, a malo eſt*. Cur ,, non pariter quoad voluntates * [* Propter hæc Armachanus a Fratribus Minoribus Armachæ accuſatus fuit apud Summum Pontificem, & Avenionem accitus.], vel affectus, ,, ſic ſancte docemur: ſit voluntas veſtra, ſive D ,, affectus, *eſt eſt, non non?* ,, Et ideo ſubjungit, quod actus non creſcit in perfectione, vel ratione meriti, ex additione voti. O ergo: cur omnis profeſſio regularis non ſine votis perficitur? Quid ſic ſuperſtitioſe vovetis monachi in ipſo * [* al. Chriſti] religionis ingreſſu? Cur Fratres? Cur ſacræ Virgines? Quare non ſancte docemini, ut voluntas veſtra ſit, *eſt eſt, non non*; potiſſimum cum ex voto nihil vobis accreſcat meriti? Quid inſuper oportet fidem præſtare maritum conjugi, quando tractant ſponſalia * [* Editi Matrimonia.]? Quid iterum conjux marito? Quare non ſine fide media, ſolo conſenſu fit celebritas Sacramenti? Cur omnes E chriſtiani baptiſmum non percipitis, niſi prius multipliciter voveatis? Si non eſtis meliores ex voto, cur vultis vos exponere voti ſolutionis periculo? Ac ſi Deus jam ad illum crudelitatis gradum pervenerit, ut cum velit punire peccatorem, non velit præmiare merentem. Si votum ſolvatur, vovens amplius peccat, eo quod vovit: ſi votum teneatur, nullo plus remunerabitur, eo quod vovit. Non eſt ille miſericors Deus jam ſuperſtes, qui velocior ſolebat eſſe ad præmiandum bonum, quam ad puniendum commiſſum? Non audiamus iſtum ſic dicentem. Scitis, quod eſt doctrina baptiſmo chriſtianorum infeſta, omni religioni contraria, ſancto conjugio noxia; & hinc divinæ juſtitiæ, hinc ejus clementiæ derogans manifeſte.

2. Sed audiamus potius, quid in Epiſt. *ad*

Armentarium, & Paulinam, quæ eſt inter Epiſtolas XLV. fundatiſſime & catholice docuit Auguſtinus, alloquens eorum alterum, qui jam votum emiſerat: AUGUSTINUS, Quia (inquit) „ jam te obſtrinxiſti, aliud tibi facere non licet. Priuſquam eſſes voti reus, liberum fuit, „ quo eſſes inferior; quamvis non eſſet gratulabunda (a) libertas, qua fit, ut non debeatur „ quod cum lucro redditur. Nunc vero quia „ tenetur apud Deum ſponſio tua, non te ad „ magnam juſtitiam invito, ſed a magna iniquitate deterreo. Non enim talis eris, ſi non „ feceris quod jam voviſti, qualis manſiſſes, „ ſi nihil tale voviſſes. Minor tunc eſſes, non „ pejor. Modo autem tanto (quod abſit) miſerior, ſi fidem Deo fregeris; quanto beatior, ſi Deo perſolveris. „ Hæc Auguſtinus. Perpende quid dicat. Habet omne verbum pondus ſuum. *Priuſquam eſſes voti reus, liberum fuit* (inquit) *quo eſſes inferior*. Et iterum: *Minor tunc eſſes, non pejor*. Quod ſi tunc minor, ergo nunc major: ſi tunc inferior, ergo nunc merito altior. Ubi eſt jam qui dicit, quod ex voto nullus eſt melior? Auguſtinus dicit, quod eſt melior & major; quia ſine voto minor. Et ut gradum intenſionis aſſignaret ex merito ſic voventis accreſcere, terminum inferioritatis inducit, qui dicit gradum rei; ut daret intelligi, non pluriſicari bonum opus ſolum ad cumulum, (ſicut quidam ſupra (b) dixerunt) ſed intendi magis ad meritum. Et quod loquatur ibi de voto promiſſionis & ſponſionis, ex ſe ipſo apparet: *Tenetur* (inquit) *apud Deum ſponſio tua*, & quia jam voviſti, *jam te obſtrinxiſti: aliud tibi facere non licet*. Et inſuper docet, libertatem illam ante votum, quam iſte magiſter prædicat, non eſſe *gratulabundam*. *Non eſt* (inquit) *gratulabunda libertas, qua fit, ut non debeatur, quod cum lucro redditur*; intelligens, quod votum inde facit lucrum, unde trahit debitum: & ideo non eſt gratulabunda libertas, niſi quæ tale debitum lucri facit.

Auguſtinus To. 2. Epiſt. 127. pag. 276. num. 8.

3. Forſan magis ipſi placet animus diſſolutus; ſed audeo dicere, quod Domino Deo minus laxa placet, quam ligata libertas. Gratior eſt ſibi ipſi avis libera; Domino ſuo gratior vimine camerata. Et equus effrœnis non facit aptum inceſſum; emiſſarii enim ſunt equi tales in Scriptura, & magis deſerto apti, quam hominibus. Tales ſunt homines liberi, de quibus loquitur Propheta: *Equi emiſſarii facti ſunt*, amatores in fœminas, Jerem. V. Et ideo equorum frœna nos in ore mittimus ad conſentiendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus, Jacobi IV. Frœnum enim non tam ligat, quam decorat caballum. Et vere ſecundum Beatum Auguſtinum *de libero arbitrio*, libertas noſtra, equus eſt Dei gratiæ. Sic ergo religioſi animi votum factum eſt frœnum ejus, quo non ſolum Deo ligatur, ſed decoratur ex eo, & fit ex eo gratum Deo jumentum. Erit enim quod ſuper frœnum equi eſt ſanctum Domino, Zachar. ultimo. Et inſuper magis clare exponam quod concipio. Quæ natura eſt liberior? Angelorum, an hominum? Nonne Angelorum? Et tamen ſic ligati ſunt munere confirmationis altiſſimæ, ut nec ad momentum a facie ſummi Principis avertere viſum poſſint: *Angeli enim eorum in cœlis ſemper vident faciem Patris mei, qui in cœlis eſt*. Huic ergo ligamento confirmationis Angelicæ in Hierarchia cœleſti correſpondet ſacramentum voti in Hierarchia terreſtri. Et ſicut cœleſtes ſpiritus habent, ex munere confirmationis, beatitudinis neceſſitatem & magnum ſuæ libertatis honorem; ita modo ſuo habent homines, ex voti emiſſione, & merendi neceſſitatem, & confirmationem quamdam in bono, & cum hoc, augmentum decoris in libero arbitrio.

Jerem. 5, 8. Jacobi 3. 3. Auguſtinus To. 10. p. 718. Zach. 14. 20. Matth. 18. 10.

4. Confirmatio ergo voti ſecuritatem quamdam facit. Ideo ipſam Pſalmiſta conſulit: *Quærite Dominum, & confirmamini: quærite faciem ejus ſemper*; ideſt, ut ſemper quæratis ſine tædio, quærite eum & confirmamini. Et propter hoc etiam beatus Auguſtinus ſæpe invitat ad vovendum. Unde ſuper prædictum verſiculum Pſalmi LXXV. AUGUSTINUS. *Vovete* (inquit) *& reddite Domino Deo veſtro*. Quiſquis quod poteſt voveat & reddat. Ne voveatis, & non „ reddatis; ſed quiſque quod poteſt voveat, & „ reddat. Non ſitis pigri ad vovendum: non „ enim viribus veſtris implebitis: deficietis, ſi „ de vobis præſumitis. Si autem de illo, cui „ vovetis, ſecuri reddetis. „ Hæc ille. Idem Auguſtinus in fine dicit: „ Non ſitis pigri qui „ poteſtis, quibus aſpirat Deus apprehendere „ gradus meliores: quia non ideo iſta loquimur, ut non voveatis; ſed ut voveatis, & „ reddatis. *Vovete & reddite Domino Deo veſtro*. Jam quia iſta tractavimus, volebas vovere, & modo non vis vovere. Sed quid dixerit tibi pſalmus attende. Non dixit: *nolite vovere*; ſed *vovete & reddite*. Quia audiſti *reddite*, non vis vovere? Ergo vovere „ volebas, & non reddere? Immo utrumque „ fac: unum ſit ex profeſſione tua; alterum ex „ adjutorio Dei perficietur. Aſpice cum qui te „ ducit, & non reſpicies retro, unde te ducit*. „ Qui te ducit ante te ambulat. Unde te ducit*, poſt te eſt. Ama ducentem, ne te damnet retro reſpicientem. *Vovete & reddite Domino Deo veſtro*. „ Hæc Auguſtinus. Hic videtis quam male per omnia ſibi conveniunt lux & tenebræ, ſæcularis Richardus & religioſiſſimus Auguſtinus. *Non ſitis pigri ad vovendum* dicit Sanctus*. *Sit affectus veſter eſt eſt, non non, ſine voto*, dicit Richardus: *Nihil accreſcit voventibus ad meritum*, dicit iſte: *Vobis qui vovere poteſtis, aſpirat Deus apprehendere gradus meliores*, dicit ſanctus ille*. Vere ſufficiſſet facere ſine voto, ſi votum in ſe non intenderet meritum voventis; & inde apprehendere gradum meliorem. Et quid eſt dicere gradum meliorem? Vere non plurius bonum (ut ita dicam) ſed melius & intenſius. Gradus enim melior intenſionem facit, non pluritatem.

Pſal. 104. 4. Pſal. 104. 4. Auguſtinus To. 4. pag. 801. num. 16. pag. 801. * M. educit. * M. educit * Auguſtinus * Auguſtinus

5. Et attende ſemper, quod hoc dicit de voto ſponſionis (c). Unde dicit: *Unum ſit ex profeſſione tua*. Et iterum: *ama ducentem, & non te damnabit retro reſpicientem*; cum tamen votum nudi deſiderii ad damnationem non obliget non reddentem. Et iterum idem ſuper Pſal. CXXXV. inferens eumdem verſiculum: „ Vovete „ (inquit) & reddite Domino Deo veſtro. Melius eſt autem non vovere, quam vovere & „ non reddere. Sed debet eſſe impiger animus, „ ut voveat & reddat; ne cum ſe minus idoneum putat ad reddendum, piger ſit ad vovendum. Plane nunquam reddet, ſi de ſuo „ ſe putaverit redditurum. „ Hæc ille. Ubi per pondus reddendi, & quod infert melius eſſe non

Auguſtinus To. 4. ibidem.

(a) M. *Gratulanda*. Ed. V. *Gratabunda*, ſed juxta textum Waldenſis paulo infra ſequentem, ſubſtitui *gratulabunda*.
(b) Cap. 21. num. 2, & refelluntur cap. 25. & 26.

(c) Iterum præcludit effugium Armachano, qui Scripturæ & Patrum authoritatem eludebat, dicendo quod intelligi debent de voto deſiderii, non de voto promiſſionis. Vide cap. præcedenti in principio.

non vovere, quam vovere, & non reddere, patet continue quod hoc dicit de voto promiſſionis, quod ſolum neceſſitatem reddendi habet: quia liquet omnibus, quod non melius eſt bonum Deo non deſiderare, quam deſiderare & non facere: quia adhuc melius eſt bonum Deo deſiderare, quam nec deſiderare, nec facere. Hoc ergo votum promiſſionis eſt, cui nos allicit Auguſtinus: quod niſi reddatur, peccatum habet; quod ſi reddatur, intendit meritum & honorem. Eſt hoc, inquam, quod virginitatem corporalem, ſpiritualem facit, & ſine quo laudem non habet, ſicut docet Auguſtinus in lib. *de bono virginali*, cito poſt principium. AUGUSTINUS. Nulla carnis fœcunditas ſanctæ virginitati etiam carnis comparari poteſt. Neque enim & ipſa, quia virginitas eſt, ſed quia Deo dicata eſt, honoratur: quæ licet in carne ſervatur, ſpiritus tamen Religione ac devotione ſervatur. Ac per hoc ſpiritalis eſt etiam virginitas corporis; quam vovet & ſervat conſcientia pietatis -- Et ſequitur -- Quanto magis, quantoque honoratius in animi bonis illa continentia numeranda eſt, quaſi integritas carnis, quæ ipſi Creatori animæ & corporis vovetur, conſecratur, ſervatur? „ Hæc Auguſtinus. Ubi per hoc quod primo dicit *vovetur*, & tunc addit, *conſecratur*, patet quod de voto ſponſionis intelligat, quod in conſecrationibus virginum (a) ſolenniter in Eccleſia ſolet emitti, & nunc ſicut tunc. Unde ibidem ſtatim poſt ſubjungit: AUGUSTINUS. Hoc genus virginum nulla corporis fœcunditas protulit: Si harum quæritur mater, eſt Eccleſia. Non parit virgines ſacras, niſi virgo ſacra. „ Hæc ille.

Auguſtinus To. 6. pag. 344. cap. 8.

Auguſtinus To. 6. pag. 345. num. 11. cap. 12.

CAPUT XXII.

Quod Jacob, David, Apoſtoli, & Beata Virgo, voverunt promiſſive ex conſuetudine fidelium primitivæ Eccleſiæ, contra eumdem Richardum Armachanum.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Non ex verbis, ſed ex intentione voventis, oritur obligatio reddendi.*
2. *Votum Jacob fuit promiſſionis: ſimiliter vota Patrum veteris legis publice peracta, quæ non nudum deſiderium, ſed fidem, pactum, ſponſionemque complectebantur.*
3. *Cum ex Scripturis Sanctis apertiſſime demonſtretur, aliud eſſe votum, aliud ſponte oblatum, ſequitur, votum in propria ſignificatione acceptum promiſſionem includere.*
4. *Beata Virgo & Sanctus Joſeph continentiam ſolemnem devoverunt ore tenus: quam profeſſionis formulam poſtea Eccleſia obſervavit.*
5. *Prævaricatores voti perpetuæ continentiæ ab Apoſtolo & Sanctis damnantur.*
6. *Apoſtoli Chriſti voverunt in ſuſceptione baptiſmi.*
7. *Apoſtoli voto promiſſionis paupertatem ſunt profeſſi.*

1. ADdit iterum iſte magiſter *, quod vota ſancta non improbat. Sic enim dixit, quod Jacob votum vovit Domino, Gen. xxviii. Et dicit Sapiens, quod *vota juſtorum* ſunt *placabilia:* ſed hæc de voto deſiderii non autem voto promiſſionis, aut ſponſionis. Et hoc muſſitando dicit, quod verbum promiſſionis, vel ſponſionis, in Scripturarum illarum locis ipſe non reperit, renovans in hoc ipſo legem illam repudiatam ab olim, quod inter contrahentes obligatio nulla ſuccedit, niſi verba *promitto* vel *ſpondeo* vocaliter inferantur (b). Viris vero catholicis, & ſcripturarum Sanctarum peritis magis placet lex illa correcta, quod ex ſenſu verborum obligatio voti promiſſorii naſcitur, etſi non proponatur in ſuis terminis verbum *promitto* vel *ſpondeo*. Quamvis etiam ratio magiſtri * non valeat, *Eſt votum deſiderii, ergo non promiſſi*, cum omne licitum votum promiſſi ſit votum deſiderii.

** Armachanus* — *Gen. 28. 20.* — *Prov. 15. 8.* — *Lex de contrahentibus repudiata.* — *b* — ** Armachani*

2. Quantum vero ad Jacob, ſenſus textus manifeſte convincit eſſe votum ſolemnis & certi promiſſi. Unde textus habet: „ Votum vovit, dicens: ſi fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via, per quam ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum; reverſuſque fuero proſpere ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum; & lapis iſte quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei. Cunctorumque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. „ Quis tam imperitus grammaticus, ut non ſtatim perpendat, quod Jacob hic promiſit Deo decimas, & colere eum cultu latriæ, ſi ſervaverit eum Deus in via, & revocaverit cum ſalute? An non ipſe magiſter * quereretur ſe læſum a ſocio, ſic dicente: *Dabis decem, ſi ſcripſero*; & poſt ſcriptum, decem non ſumpſerit? Et qua vi, niſi ratione promiſſi facti jam irriti? Quare ſic Deus non potuiſſet queri de Jacob, ſi non impleſſet quod dixit? Et unde hoc, niſi ratione irritati promiſſi? Et ratio ſtatim eſt in foribus plana & certa, quod, juxta iſtum magiſtrum, Jacob revocatus cum ſalute & habens Deum ſibi propitium in via, non tenetur, propter iſta prædicta, decimare, vel cultum ei exhibere divinum: quia nullum in eis illi fecit promiſſum. Sciamus ergo, omnes ſanctos veteres, ſamoſe, & publice, quaſi nunquam feciſſe votum, niſi votum promiſſi, quod fidem includit & pactum. Ideo etiam oblationes Patrum talia vota erant, & non vota nudi deſiderii, ut autumat iſte *Richardus* *. Sic enim totus Iſrael, voto ſe obligans Domino, ait: „ Si tradideris populum iſtum in manum meam, delebo urbes ejus: exaudivitque Dominus preces Iſrael, & tradidit Chananæum. „ Num. xxi. Et iterum: Lætatus eſt populus, cum vota ſponte promitterent. „ Paralip. xxix. & frequenter alibi.

Gen. 28. 20. — ** Armachanus* — *Qualiter veteres Patres vovere ſolebant.* — ** Armachanus* — *Num. 21. 2. 3.* — *1. Paralip. 29. 9.*

3. Ideo non ſufficienter expoſuit ſe, cum diceret: *Vota erant, quia oblata;* cum oblationes ſecundum hoc diſtinguerentur in lege, quod quædam erant ſpontanea, quædam ſub voto factæ. Unde Numer. xv. „ Cum ingreſſi fueritis ter-

Num. 15. 2. 3.

(a) De Virginum profeſſione & conſecratione videſis Librum primum *Capitularium* cap. 101. ubi de hoc Eccleſiaſtica vetus diſciplina recolitur, ne ſcilicet virgo ante annum vigeſimum quintum ætatis ſuæ conſecretur, quamquam velum profeſſionis anno ætatis duodecimo poſſet ſuſcipere, uti conſtat ex Canone 24. Triburienſis Concilii; immo in Orientali Eccleſia legitime profitebatur virgo anno ætatis decimo, ex diſciplina a Canonibus Trullanis invecta.

(b) Quos Juriſtas hic tangat Waldenſis, mihi non liquet. Certum autem apud omnes nunc eſt, quod ad gignendam in contractibus obligationem, non requiruntur determinata verba, ſed ea quæcumque ſufficiunt, quibus conſenſus valeat enunciari; immo ſufficiunt nutus, aliaque ſigna, præſertim in mutis.

„ terram habitationis veſtræ. -- Et ſequitur -- „ Vota ſolventes, vel ſponte offerentes munera. -- Et iterum -- Quando de bobus feceris „ holocauſtum, ut impleas votum, vel pacificas victimas. -- Et Levit. VII. -- Si voto, „ vel ſponte quiſquam obtulerit hoſtiam, eadem „ ſimiliter edetur die. „ Ubi plane patet, vota fuiſſe voluntarie oblationes Deo promiſſas: & ſponte oblata illa, quæ ſine voto, deſideranter tamen, Deo erant exhibita. Unde ubi in prædicto textu Numer. dicitur: *Totus Iſrael voto ſe Deo obligans*, alia litera habet, *anathematizavit eum**, *& Civitates ejus*: ubi AUGUSTINUS. Eſt *anathematizare* * quod vulgo dicitur *devotare*. „ Origo autem hujus verbi eſt in græca lingua „ ab his rebus, quæ votæ, & perſolutæ, ideſt, „ promiſſæ & redditæ, ſurſum ponebantur in „ templis. „ Hæc Auguſtinus in *quæſtionib. ſuper lib. Numeror.* cap. XXXIV. Ergo juxta derivationem originalem vocabuli, votum includit promiſſionem; & non eſt votum aliud, niſi abuſive. Et mirum eſt, quod Doctor iſte * tantam de vovendo facit conſcientiam, quaſi æquiparando votum perjurio; *& non eſt arctior paupertas, neque perfectior per hoc quod cumulatur voto* (inquit) *vel præſtito juramento*. Sed quidquid dixerit iſte Doctor, ego ſcio, ſanctum David juraſſe, & ſtatuiſſe cuſtodire judicia juſtitiæ Dei. Et iterum: non ſolum juravit Domino, ſed etiam *votum vovit Deo Jacob*; ideſt, ex motu voluntatis promiſit, ſecundum Clementem * in gloſſa ibi, quod ſi introiret in tabernaculum domus ejus, ipſe adoraret in loco, ubi ſteterunt pedes Domini, ſcilicet, ad Propitiatorium, quod dicebatur tunc ſcabellum pedum ejus. Et tamen nec cuſtoditio judiciorum fuit ex juramento Prophetæ arctior, ſed nec adoratio loci pedum ſincerior ex voto, quod emiſit?

v. 8.
Lev. 7. 16.
Oblationes a votis diſtinctæ.
Num. 21. 2.
* *Vide ſupra cap. 20.*
Auguſtinus To. 3. quæſt. 41. pag. 546.
* *M. anathemare*
* *Armachanus*
Pſal. 118. 106.
Pſal. 131. 2.
* *Alexandrinum*
Pſal. 131. 5. 7.

A B C

4. Sed deſcendamus ad noſtros, quos lex gratiæ ab authore ſuo Chriſto primos expreſſit in Eccleſia, propter hoc, quod ille dixit, quod nec Chriſtus, nec Spiritus Sanctus „ qui omnem docuit veritatem, vota paupertatis, „ & alia vota conſiliorum, atque mandatorum, docere Apoſtolos, & alios non omiſiſſet, ſi judicaſſet ea ad perfectionem vitæ utilia. „ Primo igitur docebimus, quod Beata virgo vovit Deo perennem continentiam. Auguſtinus enim *de bono virginali*, in principio dicit: AUGUSTINUS. Materna propinquitas nihil Mariæ profuiſſet, niſi felicius Chriſtum corde, quam carne geſtaſſet. Ipſa quoque virginitas ejus ideo gratior „ & acceptior, quia non eam conceptus Chriſtus viro violaturo quam conſervaret ipſe præripuit; ſed priuſquam conciperetur jam Deo „ dicatam, de qua naſceretur, elegit. Hoc indicant verba, quæ ſibi fœtum annuncianti „ Angelo, Maria reddidit: *Quomodo* (inquit) „ *fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Quod „ profecto non diceret, niſi Deo Virginem ſe „ ante voviſſet. Sed quia hoc Iſraelitarum mores adhuc recuſabant, deſponſata eſt viro juſto non violenter ablaturo, ſed potius contra violentias cuſtodituro, quod ipſa jam voverat. -- Et ſequitur. -- Virginitatem jam „ Deo dicavit, cum adhuc quod eſſet conceptura neſciret. „ Hæc Auguſtinus.

D E

Auguſtinus To. 6. pag. 342. num. 3.
Luc. 1. 34.

5. Et ne votum iſtud intelligeretur non illo ſanctiſſimo modo vovendi *promiſſive*, ſed *abuſive*, modo nudi deſiderii; ideo aliquando uſus eſt Auguſtinus verbo *dicavit* in eodem ſenſu, ut ſi uterque terminus ſubvertatur, nimia videatur injuria. Et tamen ne ipſum vovendi vocabulum in hac æquivocatione lateret per adulterantes verbum Dei, decretum Eccleſiæ docet iſtud votum Virginis fuiſſe, non ſolum promiſſum, ſed prius corde, ac demum ore profeſſum; immo ab utroque conjuge Joſeph & Maria initum affectu concordi. Unde XXVII. q. II. cap. *Matrimonium*, ſub ejuſdem Auguſtini authoritate, DECRETUM. Sicut Auguſtinus ait „ (inquit) beata Maria propoſuit, ſe obſervaturam votum virginitatis in corde; ſed ipſum „ non expreſſit ore (*a*). Subjecit ſe divinæ diſpoſitioni, dum propoſuit ſe perſeveraturam virginem, niſi Deus aliter ei revelaret (*b*). „ Committens ergo virginitatem ſuam divinæ „ diſpoſitioni, conſenſit in carnalem copulam „ (*c*), non illam appetendo, ſed divinæ inſpirationi in utroque obediendo. Poſtea vero filium genuit quem corde conceperat; virginitatiſque votum ſimul cum viro labiis expreſſit, & uterque in virginitate permanſit. „ Et tunc ad verum conjugium individuam dicens pertinere vitæ conſuetudinem, tandem ſubinfert DECRETUM. Ad individuam „ itaque conſuetudinem pertinet, abſque legitimi viri conſenſu orationi aliquando non „ poſſe vacare, nec continentiam profiteri. „ Quia ergo iſte conſenſus fuit inter eos; patet iſtos fuiſſe conjuges (*d*). „ Hæc Decretum. Ubi patet, tam Mariam, quam Joſeph, ſanctam continentiam, etiam oretenus, fuiſſe profeſſos, ſecundum quam formam poſtea inolevit in primitivis Eccleſiæ continentiam debere voveri, & prævaricatores ejus damnatos ab Apoſtolo. Unde de talibus loquens I. ad Tim. V. „ Cum in deliciis egerint, in Chriſto nubere „ volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. „ Ubi AUGUSTINUS. Etſi non nubendo, tamen volendo: non „ quia ipſæ nuptiæ damnandæ judicantur; ſed „ damnatur propoſiti fraus; damnatur fracta „ voti fides: damnatur non ſuſceptio a bono „ inferiore, ſed ruina a bono ſuperiore. Poſtremo damnantur tales, non quia conjugalem fidem poſterius inierunt, ſed quia continentiæ primam fidem irritam fecerunt. „ Hæc Auguſtinus *de bono viduitatis*. Vide jam ſi non fuit tunc in tempore Apoſtolorum magni boni & grandis perfectionis vovere fideliter, & promittere ſacram continentiam. Hieronymus etiam habet ſuper eumdem locum Scripturæ in *annotationibus* ſuis: HIERONYMUS. „ Primam fidem irritam fecerunt, quia ſe viduas permanſuras promiſerunt. Hæc regula, „ non ſolum in viduis, ſed in virginibus etiam „ atque continentibus ſervatur *. „ Hæc Hieronymus. Et iterum *de adulterinis conjugiis*, circa medium, AUGUSTINUS. Apoſtolus inquit „ de quibuſdam, qui continentiam voverunt, „ & poſtea nubere volunt, quod eis antequam „ voviſſent, bene licebat, *Habentes* (inquit) „ *damnationem, quoniam primam fidem irritam* „ *fecerunt*. „ Hæc Auguſtinus. Ex quibus omnibus,

Gratianus To. 2. par. 1489. cap. ſuſficiat.
a
b
c
Beata Virgo Maria & B. Joſeph votum continentiæ emiſerunt.
Gratianus ibidem.
d
1. Tim. 5. 11.
Auguſtinus To. 6. par. 375. cap. 9. num. 12.
* Hieronymus *To. 11. pag. 1031.*
* *Verum intelligenda eſt.*
Auguſtinus *To. 6. pag. 402. num. 30.*
1. Tim. 5. 12.

(*a*) Expreſſio oris multum quidem operatur in voto, ſed quoad Deum non eſt neceſſaria: æque enim apud Scrutatorem cordium obligat votum tacitum, & ſolo corde prolatum.

(*b*) Addit Gloſſa: *vel lex prohiberet, vel parentes cogerent*. Ex hoc autem innoteſcit, quod Deipara licite potuit Matrimonium contrahere, etiam poſt virginitatis votum, quia votum fuit ſub conditione: immo etſi votum fuerit abſolutum, authoritatem certe divinam vovens in vovendo non excluſit; & majoris authoritas in votis ſemper excepta intelligitur, ut patet Extra *de jurejur*, cap. *Venientes*.

(*c*) Conſenſit indirecte per hoc quod conjugio ex revelatione conſenſerat.

(*d*) Sanctus Joſeph ſe conjugem Mariæ probavit & dominum per hoc quod voto Mariæ conſenſum præbuit.

nibus patet, quod conſuetudinarie ſolebant continentes, tempore Apoſtolorum, vota promiſſionis emittere. Et quantæ perfectionis & pretii hoc erat apud Apoſtolos, cujus violationem nonniſi pœna damnationis ulciſcendam putabant? Quis iſtos docuit tale votum? Numquid ſine Chriſto hoc magnum didicit Mater ejus? Numquid ſine Spiritu Sancto cæteri continentes vovebant, aut violatores ejus ſine cauſa ſic damnaverunt Apoſtoli? [* Armachanus] Judicet jam Richardus *. Non facile credo, quod tantum bonum Apoſtoli ſine Spiritu Sancto docuiſſent Eccleſiam.

6. Quantum ad Apoſtolos ipſos magiſtros Eccleſiæ, an voviſſent promiſſa fide, forſan timerem aſſerere, niſi beatus Auguſtinus ſcripſiſſet olim eos omnes baptizatos baptiſmo Chriſti, qui nec ab origine ſine promiſſione * & voto fidei celebrari ſolebat. [* al. profeſſione] Unde in Epiſtola *ad Vincentium Victorem* ait Augustinus. [Auguſtinus To. 2. Similia habet Epiſt. 265. ad Seleucianam.] Si eos, de „ quibus ſcriptum eſt, utrum fuerint baptiza- „ ti, ſive non, ſine baptiſmo de hac vita re- „ ceſſiſſe contendimus, ipſi calumniamur Apo- „ ſtolis, qui, præter Apoſtolum Paulum, quan- „ do baptizati fuerint, ignoramus. Sed ipſos „ baptizatos eſſe per hoc nobis innoteſcere po- „ tuit, quod beato Petro Apoſtolo Dominus ait: „ *Qui lotus eſt, non indiget niſi ut pedes lavet.* „ [Joan. 13. 10.] Hæc Auguſtinus.

7. Sed inſultat irregularis Regularibus de voto paupertatis, quod fecerunt Apoſtoli, dicentes; *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te:* [Matth. 19. 27.] quod *potentiſſime* voverant ſecundum Auguninum XVII. de Civit. Dei: *Sed hoc* (inquit *) [* Armachanus] *votum erat deſiderii, non ſponſionis*: Quantum ex textu percipi poteſt, votum erat certi promiſſi, æque ſicut deſiderii. Proba deſiderium tuum; & nos probabimus promiſſum. Hoc ſcio, quod Apoſtoli, ſine fidei fractæ diſpendio, ad priſtinas opes reverti non poterant: ergo fidem aliquando fecerant de hac paupertate ſervanda. Scio etiam, quod Hieronymus lib. 1. *contra Jovinianum* dicit, Apoſtolos in eiſdem verbis perpetuam voviſſe continentiam, [Apoſtoli perpetuam voverunt continentiam. Matth. 19. 29.] eo quod Dominus reſpondens eis, diceret: *Amen dico vobis, quod quicumque reliquerit domum, aut agrum, aut uxorem &c.* Sed ergo, quare non perpetuam paupertatem in jiſdem verbis, quam ipſa verba ſonant expreſſius? Miror etiam, quod primos fideles Eccleſiæ Apoſtoli docuerunt vovere paupertatem, quam ipſi vovere nolebant. Audite ante omnia quid dixerit ſuper Pſal. CXXXII. Augustinus. [Auguſtinus To. 4. pag. 1484.] Unde (inquit) Apoſtoli filii Pro- „ phetarum, filii excuſſorum? Unde illi quin- „ genti, qui Dominum poſt reſurrectionem vi- [1. Cor. 15. 6.] „ derunt, quos commemorat Apoſtolus Paulus? „ Unde illi centum viginti, qui ſimul erant in „ uno loco poſt reſurrectionem Domini, & aſcen- [Act. 1. 15. Act. 2. 1. &c.] „ ſionem in cœlum; quibus in uno loco con- „ ſtitutis ſupervenit Spiritus Sanctus die Pen- „ tecoſtes miſſus de cœlo; ſic miſſus, ſicut pro- „ miſſus? Omnes inde erant; & ipſi primo ha- „ bitaverunt in unum, qui omnia quæ habue- „ runt, vendiderunt, rerumque ſuarum pretia „ ad pedes Apoſtolorum poſuerunt, ſicut in A- „ ctibus Apoſtolorum legitur: & diſtribuebatur [Act. 4. 34.] „ unicuique prout opus erat, & nemo dicebat „ aliquid proprium, ſed erant illis omnia com- „ munia. Et quidem *in unum*. Et *erat illis cor* „ *unum, & anima una in Deum*. Ergo quando „ prius audierunt, *Ecce quam bonum, & quam* [Pſal. 132. 1.] „ *jucundum habitare fratres unum*; primi audie- „ runt, ſed non ſoli audierunt. Non enim uſ- „ que ad illos tantum iſta dilectio & unitas „ fratrum venit. Venit enim & ad poſteros iſta „ charitas & exultatio; & votum Deo voverunt. „ Voverunt & ipſi enim aliquid Deo, ut di- „ ctum eſt, *Vovete & reddite Domino Deo ve-* [Pſal. 75. 12.] „ *ſtro*. Melius eſt autem non vovere, quam „ vovere, & non reddere. -- Et ſequitur. -- [Eccl. 5. 4.] „ Ex voce hujus pſalmi appellati ſunt & *Mo-* „ *nachi*. Quis modo de iſto nomine inſultet Ca- „ tholicis? „ Hæc ille. Nonne vides jam plane, quod omnes, tam Apoſtoli, quam alii infiniti credentes primo voverunt votum paupertatis, & votum illud, quod melius eſt non vovere, quam vovere & non reddere; quod ad votum deſiderii omnino eſt impertinens? Votum illud dico, quod Auguſtinus, quaſi aſſignans in ſpecie, veniſſe dicit ad poſteros, immo ad monachos: *Ex voce hujus Pſalmi* (inquit) *appellati ſunt monachi*. Non te fallat ergo deinceps æquivocatio voti circa Apoſtolos & primo credentes, quando univocari eos audieris ad religioſos modernos. Sed & hæc reſponſorie dicta ſint ad diſputationem tuam: aut reſponde alias tibi ipſi.

CAPUT XXIII.

De fundatione voti obedientiæ, & de excellentia ejus inter vota.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Tria vota in Scriptura Joannis figurantur.*
2. *Quæ Wicleffus contra votum obedientiæ dixerit.*
3. *Votum obedientiæ religioſorum, quod habet fundamentum in verbo Dei, non eſt votum nudi deſiderii; ſed ſponſionis, & præſtiti ſacramenti; non ſuper illicitis tantum, ſed etiam ſuper abſtinentia a licitis: & eſt de re aliqua intrinſecus animæ inhærente.*
4. *Votum obedientiæ omnibus aliis votis præſtare, aperte demonſtratur.*
5. *De obedientiæ laudibus, ex Gregorio.*
6. *Apoſtrophe ad Wicleffum, & reſponſio ad illius maledicta.*
7. *Familiare eſt hæreticis, a Protohæretico Angelo inſtructis, inobedientiam ſuadere.*

1. TRia ſunt, quæ teſtimonium dant de Deo in hoc mundo, ſecundum Joannem in ſua Canonica: [1. Joan. 5. 8.] *Spiritus*, in quem eſt caro hominis tranſmutata per votum continentiæ: & *aqua* ſæcularis concupiſcentiæ facta tranquilla ſub voto paupertatis Apoſtolicæ; & pro his ſatis militatum eſt in prædictis, ubi ſemper exemplariter inducuntur. Reſtat ergo, ut jam *ſanguis* teſtimonium det Deo, qui amicus eſt totius naturæ, & eſt ipſa ſedes animæ, [Sanguis ſedes animæ.] obedientia ſcilicet, quæ vicinior eſt homini, & menti intimior, intantum ut ſit ſedes regia voluntatis. Nam paupertatis votum reſpicit res exteriores: continentia corpus, ſed obedientia voluntatem, ut dicetur inferius.

2. Hæreſis enim, quæ Sanctam obedientiam blaſphemavit, mihi de fundatione & laude ejus, ſicut & de cæteris, ſcribendi quidem dedit materiam, veritas vero præſtat audaciam. Unde in libello ſuo damnato, quem intitulavit *Purgatorium ſectæ Chriſti*, de Religioſis in communi: Wicleffus. [Wicleffus] Quia (inquiunt) in „ his tribus conſiſtit perfectio ſui Ordinis: in paupertate, caſtitate, & obedientia. Sed extra illos „ ordines quælibet congregatio, etiam ſæcula- „ rium, in duobus primis poterit iſtis Ordinibus „ coæquari: ideo reſtat illis, quod in ſua obe- „ dien-

„ dientia charitas ſingulariter conſervetur. Un-
„ de tantum magnificant obedientiam, quam fa-
„ ciunt Præpoſito ſui ordinis, quod dicunt ip-
„ ſam excellere omne opus meritorium, quod
„ ſæculares poſſunt facere. Ideo neceſſe eſt, ip-
„ ſos in beatitudine, non ſolum miſceri cum
„ beatis ordinibus, ſed ſituari ſupra omnes il- A
„ los ordines cum Maria. Et quia deficit illis
„ fundatio iſtius obedientiæ, ſicut & fundatio
„ iſtorum ordinum, ideo fingunt & ſomniant
„ miraculum de vitis Patrum, quod unus vir-
„ tute iſtius obedientiæ rigavit quotidie ligna
„ pure putrida, & poſtmodum floruerunt (a).
„ Ideo fingunt ſibi principium, quod virtute
„ obedientiæ faciendæ tali præpoſito, dimitten-
„ da eſt prædicatio verbi Dei, & quodcumque
„ opus meritorium, quod exprimitur in Scri-
„ ptura. Et ſic inventa eſt una obedientia per
„ hos novos ordines, quod quidquid Chriſtus
„ per ſuos fideles præceperit, non eſt tam me- B
„ ritoria obedientia faciendum, ſicut faciendum
„ eſt opus irrationabile & ſtultum, quod dia-
„ bolus illis mandat. Conſtat quidem ex fide
Joan. 6. 65. „ Scripturæ, Joan. VI. quod Prælatus de poſ-
„ ſibili eſt præſcitus: & quod probabiliter ſæ-
„ pe evenit, eſt unus diabolus, ſicut Judas. „
Hæc Wicleffus ibi. Et aliquid huc pertinens
habet in ſecundo Tract. de ſerm. Dom. cap.
XIII. & III. *Trialogi*, & locis aliis infinitis.
In his ergo, quæ jam illata ſunt ex hæreſiar-
cha Wicleffo, puto ponderandum permaxime,
primo, quæ ſit antiquitas & eminentia voti
obedientiæ, & ejus fundatio in jure. Secundo, C
quæ ſit obedientia profeſſorum Religionis per-
fectæ.

3. Primo, ſciendum eſt, quod votum obe-
dientiæ in veteri lege inſtitutionem ſumpſit
Levit. 27. 2. multiplicem. Nam Levit. XVII. ſcriptum eſt ex
ore Domini: *Homo qui votum fecerit & vove-
rit, & ſpoponderit Deo animam ſuam, ſub æſti-
matione dabit pretium*. Animam vovet, qui to-
tam voluntatem ſuam Domino Deo reddit:
anima enim in hoc loco voluntatem humanam
appellat; quemadmodum anima Dei, voluntas
Anima Dei, voluntas ejus eſt. ejus eſt, ſecundum Auguſtinum *ſuper Levit.*
cap. XXV. Et ſecundum hanc legem credimus D
Auguſtinus To. 3. pag. 552. in baptiſmo votum facere de obedientia man-
Obedientia in baptiſmo vovetur. datorum quoslibet chriſtianos; & hoc, cum vo-
tum ſit ſponſionis, ſicut textus ipſe dicit: *Vo-
verit & ſpoponderit Deo animam ſuam*, contra
Richardum militat Armachanum. Sic enim di-
* cap. 21. n. 4. xit beatus Auguſtinus, ut ſupra * intuli, ſuper
hunc verſiculum: *Vovete & reddite Domino Deo
veſtro*, quod votum mandatorum eſt omnibus
chriſtianis quid commune, quia omnes illi poſ-
ſunt in ejus circuitu munera afferre; ideo ip-
ſorum omnium ſunt hæc vota. Et iterum *de
bono virginali* circa medium: AUGUSTINUS. Quid
Auguſtinus To. 6. pag. 362. num. 42. „ tam generaliter maximeque præcipitur, quam E
„ obedientia, qua cuſtodiuntur mandata Dei? „
Hæc Auguſtinus.

4. Sed ut accedamus propius ad votum obe-
dientiæ Regularium perfectorum, occurrit no-
Num. 30. 1. 2. & 3. bis lex Domini Num. XXX. dicens: „ Narravit
„ Moyſes filiis Iſrael omnia, quæ ei Dominus
„ imperaverat & locutus eſt ad principes filio-
„ rum Iſrael: ſi quis virorum votum Domino
„ voverit, aut ſe juramento conſtrinxerit, non
„ faciet irritum verbum ſuum; ſed omne quod
„ promiſit, implebit. „ Textus iſte vota Re-
„ ligioſorum fundat ſpecialiter in tribus: pri-
mo circa hoc, quod hoc non ſit votum nudi
deſiderii, ut vult *Richardus*; ſed votum ſpon-
ſionis & præſtiti ſacramenti: quia dicit: *Si quis
virorum votum Deo voverit, aut ſe juramento
conſtrinxerit* -- Et ſequitur -- *Omne quod promi-
ſit, implebit*. Secundo, quod hoc votum non
ſuper illicitis tantum, immo & ſuper abſtinentia
a licitis accomodatur. Unde Auguſtinus, tra-
ctans eumdem locum in *quæſtionib.* ſuper lib.
Numeror. cap. XLIV. AUGUSTINUS. Non hoc Auguſtinus To. 3. pag. 552. quæſt. 56.
„ (inquit) ad omnem jurationem pertinet, ſed
„ ad eam, ubi quiſque de anima ſua voverit,
„ alicujus utique rei abſtinentiam, qua ei uti
„ licebat per legem, ſed per votum ipſe effe-
„ cit non licere. „ Hæc Auguſtinus. Tertio,
propter excellentiam rei voto promiſſæ, quia
eſt de re aliqua intrinſecus animæ inhærente.
Ideo textus, quem AUGUSTINUS adducit, hoc
„ exponens, dicit: „ Homo quicumque voverit
B „ votum Domino, aut juraverit juramentum,
„ aut definierit definitionem de anima ſua, non
„ prophanabit verbum ſuum. „

5. Et litera Origenis ſuper hunc locum ha-
bet: *Homo quicumque voverit Domino &c.* Et
ideo notatur ab utroque Doctore, quod hæc
voti profeſſio, non in rem vilem contingit, &
extrinſecam facultatem, ſed in animam homi-
nis, quæ dicitur *homo interior*: ita ut nihil re-
ſervet homo propriæ poteſtati, quando etiam
animam ſuam, & voluntatis arbitrium per vo-
ti profeſſionem Domino dedicavit; quod pro-
prium eſt voti obedientiæ. Dicit enim Orige-
C nes notabiliter ſuper eumdem locum homil.
XXIV. ORIGENES. Eſt enim interior alius ho- Origenes To. 2. pag. 300.
„ mo, qui renovatur de die in diem, ſecun-
„ dum imaginem Dei: alius vero exterior, qui
„ corrumpitur. Cum ergo venitur ad hunc
„ profectum, ut lex Dei ſuſcipiatur, & vota
„ Domino offerantur; quia offerre non poteſt,
„ niſi qui habet aliquid in ſemetipſo quod of-
„ ferat Deo; non ſufficit exterior homo legem
„ Dei recipere, & vota ſolus offerre: quia non
„ poteſt aliquid dignum Deo habere: ſed in-
„ terior, qui habet in ſe quod offerat Deo,
„ in quo eſt habitatio virtutum, intellectus
D „ ſcientiæ, & divinæ imaginis innovatio. Qui
„ cum ſpeciem ſuam, quæ ab initio facta eſt,
„ recuperaverit, tunc non ſolum homo, ſed
„ homo homo dicitur -- Et ſubdit ad propo-
„ ſitum -- Leguntur diverſa vota in Scripturis.
„ Anna vovit Deo fructum ventris ſui, & Sa- 1. Reg. 1. 11. & 28.
„ muelem conſecravit in templo. Jephte quod-
„ cumque ſibi poſt victoriam occurriſſet: & oc- Jud. 11. 30. & 39.
„ currente filia, vota perſolvit lachrymanda.
„ Alii vitulos, vel arietes, vel domos, vel
„ alia, ratione carentia. Ille vero qui appel-
„ latur *Nazaræus*, ſemetipſum devovit Deo. Jud. 13. 5. Votum Nazaræorum.
„ Hoc eſt enim votum Nazaræi, quod eſt
E „ ſuper omne votum. Filius autem, aut filia,
„ aut pecus, aut prædium, extra nos eſt. Se-
„ metipſum Deo offerre, nec alieno labore,
„ ſed proprio placere, perfectius eſt cæteris
„ omnibus votis: quod qui facit, imitator eſt
„ Chriſti. Ille enim dedit terram, mare, & Pſal. 8. 4.
„ omnia, quæ in eis ſunt. Cœlum quoque,
„ ſolem, & Lunam, & Stellas miniſterio * ho- * ſeu uſui
„ minum: pluvias & ventos, & quidquid in
„ mundo eſt, hominibus largitur; & poſtea
„ ſemetipſum. Sic enim dilexit Deus mun- Joan. 3. 16.
„ dum, ut unigenitum ſuum daret pro mundi
„ vita. Quid igitur magni faciet homo, ſi ſe-
meti-

(a) Miraculum de uno ligno areſacto, quod ab obediente mo-
nacho irrigatum refloruit, narratur a Sulpitio Severo in primo Dia-
logo de virtutibus Sancti Martini. Vide infra num. 7.

Matth. 16. 24. *Gal. 2. 20.* „ metipſum offerat Deo, cum ſe Deus obtulerit prior? Si ergo tollas crucem tuam, & ſequaris Chriſtum: ſi dicas: *Vivo ego, jam non ego; vivit vero in me Chriſtus*; & non delecteris in ſæculo; temetipſum, ideſt, animam tuam, obtuliſti Deo. Qui in caſtitate vivit, corpus ſuum vovit, ſecundum eum qui dixit: *Virgo cogitat quomodo ſit ſancta corpore & ſpiritu*: ſancti enim dicuntur, qui Deo voventur. Unde aries, ſi Deo vovetur, *Sanctus* appellatur: non licet eum tonderi ad communes uſus. Similiter vitulus, nec licet eum jungi in communes uſus. „ Hoc dicit pro voto paupertatis. Jam ſubdit de voto obedientiæ, per quod ſe ipſum offert homo: ORIGENES. Si ergo te voveris Deo, imitandus eſt tibi vitulus, ut facias tantum quod pertinet ad divinum cultum. „ Hæc Origenes.

1. Cor. 7. 34. — *Sancta dicuntur quæ Deo voventur.* — *Origenes To. 2. ibidem*

6. Hæc enim de ſola obedientia dici poſſunt: ſola enim illa eſt virtus, quæ nos totos Dei uſibus applicat, &, per voluntatis ſacrificium, Deo ſervat. Unde Gregorius explicans vires ſanctæ obedientiæ, in ejus laudes ita prorumpit: GREGORIUS. Sola (inquit) obedientia virtus eſt, quæ virtutes cæteras menti inſerit, inſertaſque cuſtodit. Unde & primus homo præceptum quod ſervaret accepit: cui ſi ſe vellet obediens ſubdere, ad æternam beatitudinem ſine labore perveniret. Hinc Samuel ait: *Melior eſt obedientia, quam victimæ, & auſcultare magis quam offerre adipem arietum: quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere*. Obedientia quippe victimis jure præponitur: quia per victimas aliena caro; per obedientiam vero voluntas propria maceratur. Tanto vero * quiſque citius Deum placat, quanto verius ante ejus oculos, repreſſa arbitrii ſui ſuperbia, illius gladio præcepti ſe immolat: quo contra ariolandi peccatum inobedientia dicitur, ut quanta ſit virtus obedientiæ demonſtretur. Ex adverſo ergo melius oſtenditur quid de ejus laude ſentiatur. Si enim quaſi ariolandi peccatum eſt repugnare, & quaſi ſcelus idolatriæ nolle acquieſcere, ſola eſt obedientia, quæ fidei meritum poſſidet, ſine qua quiſque infidelis convincitur, etiamſi fidelis eſſe videatur. Hinc per Salomonem in oſtenſionem obedientiæ dicitur: *Vir obediens loquitur* *victorias*. Vir quippe obediens victorias loquitur, quia dum alienæ voci humiliter ſubdimur, noſmetipſos in corde ſuperamus. Hinc in Evangelio veritas dicit: *Eum qui venit ad me, non ejiciam foras: quia de Cœlo deſcendi, non ut faciam voluntatem meam, ſed voluntatem ejus, qui miſit me*. — Sequitur — Cum ergo non ſuam, ſed Patris facit voluntatem, eum qui ad ſe venit, non ejicit foras: quia dum exemplo ſuo nos obedientiæ ſubjicit, viam nobis egreſſionis claudit. „ Hæc Gregorius ſuper hunc textum, *Dederunt ei ovem unam, & inaurem auream unam*. Jam videre poteſt fidelis Chriſti ſervus, quod etſi religioſi perfecti de ſanctæ obedientiæ prærogativa ſe unquam jactarent, non minus poſſet eſſe laudanda, cum in ejus virtute ſola ſtet omne fidei meritum, & ſine ipſa infidelis quiſque notetur, ſecundum Gregorium: & Origenes dicat eſſe votum ſuper omne votum, hominem ſcilicet vovere ſe ipſum, quod eſt ſolius obedientiæ: quia in aliis omnibus homo vovet ſua: hic autem ſe totum, ſecundum eumdem.

Gregorius To. 1. lib. 35. pag. 1155. — *Gen. 2. 17.* — *1. Reg. 15. 22.* — * *M. igitur* — *Prov. 21. 28.* — * *Vulg. loquetur victoriam* — *Joan. 6. 37.* — *Job 42. 11.*

7. Ergo quid inſanit iſte contra religioſos, & inſtat mendaciis: quia ſic magnificant fimbrias ſanctæ obedientiæ, quam extollunt, quam prædicant omnes ſancti? Vere venia donari poſſes, ſi rem indifferentem culpaſſes. Jam autem, cum virtuti detrahis manifeſtæ, cum dominam virtutum, quæ non excidit, tot laceſſis injuriis, numquid mitius portabunt omnes Catholici errores tuos, quibus eos offendis, qui quamvis juſti fuerint, ſepties in die cadunt? Dixi, quod inſtas mendaciis, quæ in te docuit pater mendacii: quia dicis, nuſquam in lege Dei fundari obedientiam perfectorum: quia dicis in vitis Patrum ſomniatum eſſe miraculum: quia dicis jactare ſe perfectos*: quod ſupra omnes ordines neceſſe eſt collocari eos in cœlis cum Maria. Hoc unum ſcio, quod quæ ſeminat homo, hæc & metet; & qui humiliaverit ſe per ſacram obedientiam, ut ſit ſicut parvulus Jeſu Chriſti, hic major eſt in regno cœlorum. In quo gradu, vel quam alto collocandus eſt aliquis, hoc ipſe novit, cui ſoli ſervatum eſt, ſecundum gradus meritorum in hac vita, præmia compenſare futura. Quoad miraculum in vitis Patrum, non minus admiror, quod ibi exceſſeris veritatem, cum hoc quotidie ſine conſcientia facias in Scripturam. Nec enim multa ligna rigavit obediens monachus, ſed unum: nec tamen putridum, ſed jam ſiccum. Ride divinum miraculum, & ſimplicitatem juſtorum irride. Dico tibi, opus illud Hieronymi ſancti Patris inter authentica computatur in magna Epiſtola Gelaſii Papæ (*a*) *de libris recipiendis, & non recipiendis*; quæ etiam ponitur in *Decretis*; & hoc apud fideles pios facit credentiam (*b*), quamvis pertinaci hæretico ceſſerit ad ruinam. Quam etiam fundationem habeat in Scriptura obedientia ſancta petis. Si nullam, redarguas Origenem, quod ipſe eam fundaverit Num. xxx. Sanctum blaſphema Gregorium, quod ipſe infundabiliter fundavit eam Job ultimo. Verumtamen ut altiora petamus, reproba ſectam Rechabitarum ſanctorum, in quorum laudem Sanctus Jeremias infert ex ore Domini, approbans manifeſte ſanctam obedientiam, & de obediendo inde eos inſerens ad exemplum: „ Vade, inquit, & dic viris Juda: Numquid non accipietis diſciplinam, ut obediatis verbis meis, dicit Dominus? Prævaluerunt ſermones Jonadab filii Rechab, qui præcepit filiis ſuis, ut non biberent vinum, & non biberunt uſque in diem hanc: quia obedierunt præcepto patris ſui. „ Jerem. xxxv. Irride Sanctum Danielem, tactum tam grandi conſcientia in oratione ſua ad Dominum, quod populus non obediſſet prophetis loquentibus, qui erant religioſi illius temporis, ſecundum Hieronymum: „ Obſecro (inquit) Domine Deus magne & terribilis. — Et ſequitur — Impie egimus, declinavimus a mandatis tuis, non obedivimus ſervis tuis prophetis, qui locuti ſunt in nomine tuo, Regibus noſtris, Principibus noſtris, Patribus noſtris. „ Daniel. ix. Poſtremo Chriſtum ſpernas, qui ipſam obedientiam in ſe ipſo fundavit, ſecundum Sanctum & veterem Patrem Cyprianum in lib. *de duodecim abuſionibus* cap. III. ubi tertiam abuſionem intitulat, *Adoleſcens ſine obedientia*, & dicit

1. Cor. 13. 8. — *Prov. 24. 16.* — *Vide ſupra num. 2.* — * *ſupple religioſos* — *Gal. 6. 8.* — *Matth. 18. 4.* — *Jerem. 35. 13. 14.* — *Dan. 9. 4. 5.* — *Prophetæ veteris teſtamenti erant religioſi.*

(*a*) Eſt Decretum Gelaſii quod in Concilio Romano Septuaginta Epiſcoporum anno 494. editum fuiſſe dicitur. Extat apud Labbeum Concilior. To. 5. pag. 388.

(*b*) Quam credentiam Decretum iſtud apud viros etiam pios noſtri temporis faciat, habes ſupra in *Præfatione Generali*, §. 5. ubi de Hieronymo, ejuſque apocryphis agitur.

* Cyprianus pag. 267. in app. Deut. 32. 7.

cit CYPRIANUS. Ætate pariter & admonitione „ *pater* dicitur, cum Moyſes in Cantico loquitur Deuteronomii: *Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi*. Quod ſi naturalis pater ſuperſtes non fuerit, aut indignus fuerit; admonenti tamen, aut ſeniori, adoleſcentis obedientia præbenda erit. – Sequitur infra – Diſciplina ergo abſque obedientia, qualiter fieri poteſt? Adoleſcens abſque obedientia quomodo eſt? Quoniam & ipſa obedientia, quæ omnium diſciplinarum mater eſt, magna exercitatione indiget, quæ in ſui normam ſtudii a Chriſto Domino ſumpſit exemplum: qui obediens Patri uſque ad mortem, crucis ignominiam libenter ſuſtinuit. „ Hæc Cyprianus. Sed cum ſupra * dixerit Gregorius, quod in ſola obedientia meritum fidei conſiſtit, & ſine ipſa infidelis quiſque convincitur, quamvis fidelis eſſe videatur, minus admiror, quod iſte ſanctam obedientiam conatur evertere, qui etiam ipſam fidem nititur abolere. FAMILIARE ENIM EST HÆRETICIS INOBEDIENTIAM SUADERE (*a*) quomodocumque poſſunt, trahentes hoc ex primo protohæretico angelo, qui inobedientiam, qua ſe ipſe contra Deum primus erexit, & unde coangelos ſuos læſit, etiam innocentem decepit, & ſchiſmaticum fecit Protoplaſtum. Inde ultimo *Moralium* dicit Sanctus GREGORIUS. Quod amici Job obtulerunt ei ovem unam, & inaurem auream unam: quia nulla eſſe innocentia, nulla eſſe vera obedientia in multiplicibus hæreticorum diviſionibus poteſt. Ad cognitionem fidei venientes offerant ovem, ſed unam; offerant inaurem, ſed unam. – Sequitur infra – Ad Sanctam Eccleſiam cum innocentia atque obedientia venientes, cam mentem deferant, quam ſectarum ſchiſmata non dividant. „ Hæc Gregorius. Congrue tamen iſte, qui in mente ſemper habet ut ſectam ſchiſmate dividat, virtutem ſacræ obedientiæ depravat: & ideo quia ad Eccleſiam, cum innocentia & obedientia non venit: nec ovem unam, nec inaurem unam in dogmatibus obtulit, ſed vulpes multas cum facibus ſcandalorum in caudis, quibus Eccleſiæ ſegetes demetit, & devorat ſacras meſſes: quod tamen patientet ferri poſſet, ſi cum Sampſone ſancto, Philiſtinorum, ideſt, hæreticorum acies diſſiparet, non contra Sampſonem invaderet greges Chriſti.

Philip. 2. — * num. 6. — Gregorius To. 1. lib. 35. num. 13. pag. 1158. — Jud. 15. 5.

CAPUT XXIV.

Fundatio voti obedientiæ, ut profeſſores ſimpliciter obediant, & ſine Superiorum arbitrio nihil agant.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Prima prærogativa obedientiæ Regularium: & quod vere Eliſæus obedientiam Eliæ præſtitit.*
2. *Subditi nec vovere poſſunt, nec quod voverunt implere, ſine Prælati licentia.*

1. DEinceps autem veniamus ad ſpecialia obedientiæ munera, ad inſignia ſingularia profeſſorum: & eo ordine, quo iſte inobediens ea improbat, divinis atteſtationibus approbemus. Prima prærogativa obedientiæ Regularium profeſſorum, ad quam non ſic tenentur qui non ſic voverunt, eſt ſimpliciter obedire ſine querela calumniæ, ſine cunctatione A præcepti: quam non æque fert Wicleffus. Dicit enim ubi ſupra, in libello *de Purgatorio ſectæ Chriſti* in principio: WICLEFFUS. Quantum „ ad Prophetas legis veteris, patet quod non ſunt conſœderati ad invicem cum iſtis fictitiis ſuorum ordinum, ſicut illæ ſectæ ſunt hodie obligatæ. Nam IV. Reg. II. Elias pater monuit Eliſæum ipſum dimittere: Eliſæus autem, credens eſſe de voluntate Domini, quod ipſum ſequeretur uſque ad raptum, non conſentit Eliæ monitis; quando dicit: *Sede hic*; & ſecundum piam obedientiam B fecit contrarium illi, quod Magiſter ſuus præceperat; ac ſi intenderet, quod pia reſiſtitiva obedientia eſt facere oppoſitum illius quod mandat ſuperior, dum non fundatum fuerit ratione. „ Ecce quam frontoſe ſuadet rebellis iſte proterviam ſubjectorum, & inobedientiam ſubditorum, quam Apoſtolus Paulus vitavit in omni domo, in omni familia, etiam ad gentes *. Et quod garrulat de Elia, & Eliſæo, manifeſte convincit eum; ita ut pateat omnibus vindicta Dei in illo, qui non permiſit, eum aliam Scripturam inducere, niſi quæ ſtul- C tificaret authorem. Nam quod Eliam Eliſæus relinquere noluit, ſignum fuit, quod quamdiu potuit, ſub ejus obedientia perſiſtere voluit; quod ex verbis ejus patet in textu: *Vivit Dominus, & vivit anima tua, quia non derelinquam te*. Et ſic uſque hodie talis pia obedientia tractatur in clauſtris, ubi ſubditi hoc modo pie reſiſtunt Patribus, non quo obedientiam ſimpliciter deſerant, ſed quo magis de ſancta obedientia impleant, magis obſequendo Prælatis, magis reverendo Prælatos, quam ipſi ex D humilitate vellent admittere: & viciſſitudine humilitatis quandoque Prælati ſubditis obſequuntur, & ſubditi renituntur: quemadmodum beatus Petrus religioſe reſtitit Chriſto in cœna, dicens: *Non lavabis mihi pedes in æternum*. Sed & Chriſto finaliter Religioſus obedivit, cum audiret eum hoc velle ſimpliciter in illo verbo, *Si non lavero te, non habebis partem mecum*. Sed fundemus nos iſtam obedientiam in voto ſuo, ſecundum hanc prærogativam ſuam prædictam, ita ut profeſſor teneatur ſine cunctatione obedire Prælato, & ſine ejus decreto nihil facere, etiam nec ſi voluerit. Numer. XXX. legitur: E „ Mulier, ſi quidpiam voverit, & ſe conſtrinxerit juramento; quæ eſt in domo patris ſui & in ætate adhuc puellari; ſi cognoverit pater votum, quod pollicita eſt, & juramentum quo obligavit animam ſuam, & tacuerit, voti rea erit. Sin autem, ut audierit, contradixerit pater; & vota & juramenta ejus irrita erunt, nec obnoxia tenebitur ſponſioni, eo quod contradixerit pater. „ Hæc lex non tantum fœminis convenit, ſed nomine puellarum, quæ ſub poteſtate patris continentur, etiam filii, & omnes inferiores intelliguntur, qui depu-

* Ed. V. quam ægre fert. — Wicleffus Eliſæum de inobedientia notat. — 4. Reg. 2. 2. — * al. gentiles. — Eliſæi obedientia vindicatur. — 4. Reg. 2. 2. — Joan. 13. 8. — Ibidem. — Num. 30. 4. 5. & 6. — Vota filiorum ſubjecta ſunt voluntati Patris.

(*a*) Seditioſas utique & rebelles ſemper vidimus hæreſes. Lutherus lib. *de Sæculari poteſtate* To. 2. docet, quod *inter Chriſtianos nemo eſt ſuperior, niſi ſolus & unicus Chriſtus*. Idem in Locis communibus Claſſe 4. cap. 20. fol. 35. ante medium. In Epiſt. ad Spalatinum ait: *Non feram quod ait, non paſſurum principem ſcribi in Moguntinum, nec quod publicam pacem perturbare poſſit. Potius te & Principem ipſum perdam, & omnem creaturam. Si enim creatori ejus Papæ reſiſti, cur cedam ejus creaturæ?* Ubi in margine hæc verba leguntur: *Lutherus etiam a Principe ſuo non vult impediri*. Theologi porro Magdeburgici (ut refert Sleidanus lib. 22. circa medium, & Oſiander Cent. 16. pag. 529.) in defenſionem Lutheri ſic ſcribunt: *Si forte Magiſtratus ſuæ poteſtatis terminos excedat; non ſolum ei non obtemperandum; verum vim facienti reſiſtendum*. Innumera alia his ſimilia de Calviniſtis ac Proteſtantibus hæreticis audivimus; quæ ſuis locis Deo dante referemus, ut pateat quam bene perduellibus Donatiſtis, Manichæis, Wicleffiſtis, aliiſque veteribus conveniant hæretici.

deputati ſunt perenni cuſtodiæ Præfectorum; quemadmodum exponit eumdem textum Origenes. Animarum (inquit) quæ in Eccleſia „ Dei ſunt, curam habent Angeli, ideſt Prælati; quos etiam ad judicium cum hominibus venire oſtendimus, ut conſtet, utrum ſua „ deſidia peccaverint homines, an cuſtodum A „ negligentia. Videtur etiam mihi oſtendi, „ quod ſub eis aliquæ quidem ut filiæ ſuperis „ animæ degunt. Si quæ ergo vovet præpropere & minus apte, cuſtodis eſt reprimere voventis audaciam, & retundere: ſed hoc de „ imperfectioribus. Perfectioribus vero adeſt „ ipſe Deus, ſicut dicitur de populo Iſael: *Ipſe* „ *Dominus ducebat eos*. „ Hæc Origenes.

Origenes To. 1. hom. 24. pag. 301.

Amos 2. 10.

2. Ecce quod ſubditi nec vovere poſſunt ſine Prælati licentia; nec quod voverunt implere. Multo magis nec tractare minora, cum inter omnia Dei obſequia, *vovere* eſt maximum, & Deo appropriandum: eſt enim cultus latriæ. Unde de ſimplici obedientia Regularium profeſſorum ſic ſcribit per verba planiſſima *ad Ruſticum monachum* beatus Hieronymus. Nulla „ ars abſque magiſtro diſcitur. Etiam muta „ animalia, & ferarum greges, ductores ſuos „ ſequuntur. In apibus principes ſunt: Grues „ unam ſequuntur ordine literato (*a*): Imperator unus: Judex provinciæ unus. Roma, „ ut condita eſt, duos fratres ſimul Reges habere non potuit, & parricidio dedicatur. In „ Rebeccæ utero Eſau & Jacob bella geſſerunt. „ Singuli Eccleſiarum Epiſcopi: ſinguli Archipresbyteri: ſinguli Archidiaconi: & omnis „ ordo Eccleſiaſticus ſuis rectoribus utitur. In „ navi unus gubernator; in domo unus Dominus: in quovis grandi exercitu unius ſignum „ expectatur. Et ut plura replicando faſtidium „ legenti non faciam, per hæc omnia ad illud „ tendit oratio, ut doceam te non tuo arbitrio „ dimittendum, ſed vivere debere in monasterio (*b*) sub unius disciplina patris, „ & conſortio multorum; ut ab alio diſcas humilitatem, ab alio patientiam; hic te ſilentium, ille doceat manſuetudinem. Non facias quod vis: comedas quod juberis, habeas* „ quod acceperis; quantum acceperis, veſtiaris; cui non vis ſubjiciaris. -- Et ſequitur. -- „ Præpositum monasterii timeas ut dominum, ames* ut parentem. Credas tibi ſalutare quidquid ille præceperit, nec de „ Majoris ſententia judices, cujus officii eſt obedire, & implere quæ juſſa ſunt, dicente Moyſe: *Audi Iſrael*, *& tace*. „ Hæc Hieronymus epiſt. lxviii. quæ incipit, *Nihil eſt chriſtiano felicius*. Ecce quam plane Hieronymus docet Ruſticum, ne vivat ſuo arbitrio, ſed in monaſterio ſub unius diſciplina Patris, quem debet timere ut Dominum, diligere ut Parentem; & credere ſalutare ſibi quidquid ille præceperit. Hæc non eſt doctrina Wicleffi, qui docet religioſos reſilire ad obedientia Patrum, ſecundum proprium arbitrium, ideſt, cum ipſis videtur. Prælatum irrationabiliter demandare; maxime cum jam præceperit Hieronymus Ruſtico, ne omnino de Majoris ſententia judicet, cum ejus officium ſit obedire, & implere præcepta.

Votum in cultu Latriæ continetur.

Hieronymus To. 1. Epiſt. 125. pag. 936. num. 15.

Gen. 25. 22.

* Veron. veſtiare.

pag. 937.

* Veron. diligas

Deut. 27. 9. juxta LXX.

Thom. Wald. Tom. I.

(*a*) Plinius lib. 10. cap. 23. Gruum ordinem in volando obſervans, *a tergo*, inquit, *ſenſim dilatante ſe cuneo*, *porrigitur agmen*. Eo ordine diſpoſitæ, Y literam repræſentant, cujus aciem Ductrix efformat.

(*b*) Hinc multa ex Hieronymo in aliquot SS. Patrum Regulis decerpta ſunt. Vide Concordiam Regularum cap. 3. §. 4. & cap. 28. §. 4. atque alibi.

CAPUT XXV.

Fundatio ſanctæ obedientiæ exhibendæ ſimpliciter homini peccatori, ſaltem non hæretico.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Obediendum eſſe Prælato peccatori ſubditos inſtruenti, demonſtratur.*
2. *Obedientia præſtanda eſt Prælato, etiam dyſcolo, dummodo non ſit hæreticus.*

1. Sed auget infamiam iſtius peſtilentis doctrinæ, quod in conſummationem ejus adducit author ejus in capite proximo: quod non ſit regulariter obediendum (*c*) Prælato monaſterii: quia *ut ex fide Scripturæ* (inquit) *patet Joan.* vi. *Prælatus de poſſibili eſt præſcitus*; *&*, *quod probabiliter ſæpe evenit*, *eſt unus diabolus*, *ſicut Judas*. B Et Tract. 11. *de ſerm. Dom. in monte*, cap. xii. in principio: „ Profeſſus uni diabolo „ non obligatur; & ſic religioſus nunquam habet actualiter obedire Prælato: quia ſemper „ habet dubitare, utrum Prælatus ſuus ſit diabolus, & præſcitus. „ Sed iſte author eſt ejuſmodi ſenex, qualem docet Caſſianus eſſe inſtrumentum diaboli, ad ſeducendum virum regularem. Idcirco inquit Cassianus. Nos nequaquam unius ſenis, ſive paucorum vel imperitia vel levitas ab illa ſalutari via & traditione Majorum deterreat & excludat, quo- C „ rum canitie ad deceptionem juniorum calliſſimus abutitur inimicus: ſed abſque ullo „ confuſionis operimento omnia debent ſenioribus revelari; atque ab eis vel remedia vulnerum, vel exempla converſationis ac vitæ „ fiducialiter ſumi. In quibus parem opem, & „ ſimilem excipiemus effectum, ſi nihil penitus affectare noſtro judicio, vel præſumptione tentemus. Denique intantum placita „ Deo hæc ſententia comprobatur, ut etiam „ hanc eamdem inſtitutionem in Scripturis Sanctis non otioſe reperiamus inſertam; ita ut „ puerum Samuelem judicio ſuo prælectum D „ nollet per ſemetipſum divini colloquii diſciplina Dominus erudire, ſed recurrere ſemel „ & iterum pateretur ad ſenem eum, quem ad „ ſuum convocabat alloquium; & illius qui offenderat Deum, dummodo ſenioris doctrina „ vellet inſtitui: & quem ſua vocatione digniſſimum judicaverat, ſenioris mallet inſtitutione formari; ut ſcilicet & illius, qui ad divinum miniſterium vocabatur, probaretur humilitas, & junioribus forma ſubjectionis hujus „ proponeretur exemplo. Paulum quoque per „ ſemetipſum vocans & alloquens Chriſtus, „ cum poſſet ei perfectionis viam reſerare, con- E „ feſtim ad Ananiam vult dirigere, & ab eo „ viam veritatis jubet agnoſcere, dicens: *Surge*, *& ingredere civitatem*, *& ibi dicetur tibi* „ *quid te oporteat facere*. Mittit itaque & hunc „ ad ſeniorem, eumque illius potius, quam „ ſua doctrina cenſet inſtitui; ne ſcilicet quod „ recte geſtum fuiſſet in Paulo, poſteris malum „ præſumptionis præberet exemplum, dum unuſquiſque ſibimet perſuaderet, ſimili modo ſe „ debere Dei ſolius magiſterio atque doctrina „ potius, quam ſeniorum inſtitutione formari.

Wicleffus e Joan. 6. 70.

Wicleffus

Caſſianus collat. 2. cap. 13. 14. & 15. in Biblioth. PP. Lugdun. To. 7.

1. Reg. 3. 5. & 6.

Act. 9. 7.

Paulus quare ad Ananiam miſſus.

Ddd 2 „ Quam

(*c*) Falſo prius obtinuit in Editionibus Pariſien. & Veneta, *ut non ſit regularis obediens &c.*

„ Quam præſumptionem ipſe etiam Apoſtolus „ non ſolum literis, ſed etiam opere atque „ exemplo docet omnimodo deteſtandam, ad
Gal. 2. 2. „ hoc ſolummodo ſe aſſerens Jeroſolymas con„ ſcendiſſe, ut Evangelium, quod communican„ te gratia Spiritus Sancti, cum poteſtate ſigno„ rum & prodigiorum, gentibus prædicabat, cum A „ ſuis coapoſtolis & anteceſſoribus privata quo„ dammodo ac domeſtica examinatione con„ ferret. QUIS ERGO tam præſumptor & cæcus „ ſit, qui ſe AUDEAT SUO JUDICIO DISCRETIO„ NIQUE committere, cum vas electionis in„ diguiſſe ſe coapoſtolorum ſuorum collatione „ teſtetur? Unde maniſeſtiſſime comprobatur, „ nulli a Domino perfectionis viam oſtendi, „ qui habens unde valeat erudiri, doctrinam „ ſeniorum, vel inſtituta contempſerit, parvi„ pendens illud eloquium, quod oportet dili-
Deut. 32. 7. „ gentiſſime cuſtodiri: *Interroga patrem tuum,*
a „ *& indicabit tibi* (a); *majores tuos, & dicent* B
„ *tibi*. „ Hæc Caſſianus.

2. SEMPER ERGO TUTUM EST, ut religioſus vir per ſanctæ obedientiæ viam incedat; nec credat propriæ conjecturæ, ne ſibi ipſi ſit magiſter incertus. Quod enim juvenis expertus ſum, dico provectus: TUTIUS HUMILITER OBEDITUR, quam magiſter contemnitur: & quamvis malus;
** Wicleffo.* immo (ut cum æmulo * loquar) quamvis diabolus vel præſcitus; quia ratio fidei fideles certificat,
1. Cor. 7. 13. quod propter virum infidelem non poterit uxor
Epheſ. 5. 5. fidelis fidem præſtitam violare. Et ſecundum eumdem Apoſtolum, ſervus non poteſt Domino,
** Ed. V. infideli* quamvis pagano *, & præſcito, fidem ſubtrahe- C re ſervitutis. Et fidei ſacramentum, quod chriſtianus inierit cum pagano, temerare non po-
Auguſtinus Epiſt. 47. terit, ſecundum Auguſtinum in Epiſt. *ad Publicolam*. Multo magis fides ſanctæ obedientiæ, ob amorem Chriſti, homini præſtita, & voto
b promiſſa, evacuari non poteſt impune (*b*), etiam
1. Reg. 3. 5. quamvis dyſcolus ſit Prælatus; quia Samuel non obedivit voci Domini ſine mandato Heli, quamvis reprobi, & a Deo projecti. Qua fronte ergo abjicitur Prælatus, quem Deus certifice non dejecit? Et hoc dico, cum regula Apoſtoli Pau-
Hebr. 13. 17. li non ſit incerta, quæ dicit: „ Obedite Præ„ poſitis veſtris, & ſubjacete ipſis: ipſi enim D „ pervigilant, quaſi rationem pro animabus ve„ ſtris reddituri. „ Ad Hebr. ultimo. Super quod dicit hom. XXXIV. *ſuper Epiſt. ad Hebræos*
** Chryſoſtomus To. 4. pag. 1662.* CHRYSOSTOMUS: Quid ergo ait aliquis: cum „ pernicioſus fuerit, obediemus pernicioſis? „ Quid dicis? Si quidem eſt in cauſa gratia fi„ dei, fuge eum, & refuta eum, non ſolum ſi „ homo fuerit, ſed etſi Angelus ex cœlis de„ ſcenderit. Si vero vitæ gratia, ne ſcruteris. „ Hoc ex me non dico, ſed habeo exemplum, a di-
Matth. 23. 2. „ vina Scriptura. Audi Chriſtum dicentem: *Su„ per cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Pha„ riſæi: omnia quæ dixerint vobis facite; ſecun„ dum opera eorum non facite*. Habent dignita- E „ tem, ſed ſunt vitæ immundæ. Non igitur „ vitæ, ſed ſermonibus attendite. Nam gratia „ quidem morum nullus utique nocebit, quo„ niam maniſeſtati ſunt: quod vero fidei gra„ tia, neque maniſeſtatum eſt omnibus; & qui „ pernicioſus fuerit, non refutabit docere. „ Hæc Chryſoſtomus. Ubi optime docet Chryſoſtomus, quos magiſtros vitabimus, ſcilicet hæ-
Mar. 12. 38. reticos. Unde Marci XII. *Cavete a Scribis, qui* per eodem verſu. Et iſti conformiter, ubi alii

volunt &c. in primis cathedris ſedere. Et Apoſtolus Paulus: *Hæreticum hominem poſt primam &* *ad Tit. 3. 10.* *ſecundam correptionem devita*: quia iſti (inquit Chryſoſtomus) non poſſunt diſcerni a ſimplicibus, eo quod procaces ſunt, & non verentur impietates ſuas plane docere. Magiſtri vero in vita diſtorti, peccata ſua non docent, quia ſtatim planum eſſet, etiam ſimplicibus, quod errarent. Ideo iſtis debet obedientia commodari, quantum ad hoc quod docent vel mandant; hæreticis vero nuſquam.

CAPUT XXVI.

Quod obediendum ſit Præpoſito mandanti poſtponere magis bonum, minus bono: & quod obediendum ſit uſque ad mortem.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Licet Religioſo, majori opere ſepoſito, ad Prælati præceptum minori incumbere.*
2. *Exire ab obedientia clauſtrali eſt de reliquiis prævaricationis Adæ. Quare ſuperioribus obediendum eſt exemplo Chriſti uſque ad mortem.*

1. INſurgit Wicleffus tertio loco contra ſanctam obedientiam profeſſorum, parvipendens eam & damnans, eo quod ſubditus ad mandatum aliquando Prælati ſui, virtute talis obedientiæ, impeditur ab opere meliori, ut a prædicatione Evangelii. „ Fingunt (inquit) ſi- *Wicleffus* „ bi principium, quod, virtute obedientiæ fa„ ciendæ tali Præpoſito, dimittenda eſt prædi„ catio verbi Dei, & quodcumque opus me„ ritorium, quod exprimitur in Scriptura &c. „ ut ſupra * habetur. Iſte non deſcernit, quod ** Cap. 23. num. 2.* aliquando opus quod eſt magis meritorium de *Opus quod eſt magis meritorium in ſe, non ſemper eſt tale reſpective.* ſe, eſt minus meritorium pro tempore, vel perſona: ſicut magis meritorium eſt continere quam nubere, ſecundum Chriſtum & Apoſtolum; & tamen in Abraham fuit magis meri- *Matth. 19. 12.* torium nubere (*c*): in Joanne Evangeliſta & *1. Cor. 7. 8.* Paulo erat melius continere. Et iterum non *c* omnis homo obligatur ad omne melius. Sed quia religioſus obligavit ſe ſimpliciter obedire, non autem prædicare, idcirco in diſpenſatione Prælati ſtabit, quando implebit illud voluntarium; ſemper tamen ſubibit illud neceſſarium. Porro omnes fideles exiſtimant eſſe magis meritorium prædicare, quam aſinos conducere; & tamen quia Chriſtus præcepit diſcipu- *Matth. 21. 2.* lis ſuis ire ad caſtellum, & aſinos adducere, ideo magis eis erat meritorium, quam fuiſſet prædicare pro tempore. Ideoque beatus Gregorius, qui virtutem ſanctæ obedientiæ ſatis agnovit, ultimo *Moral.* ſuper hunc textum, *Dedit ei unam ovem, & inaurem unam*, eodem modo hæreticum ſolvit problema. GREGORIUS. *Gregorius To. 1. pag. 1356. num. 29.* „ Sciendum (inquit) quia nunquam per obe„ dientiam malum fieri licet: aliquando vero „ debet per obedientiam bonum, quod agitur, „ intermitti: neque enim mala in paradiſo ar„ bor extitit, quam Deus homini ne contin„ geret, interdixit; ſed ut per melius obedien- *Gen. 2. 17.* „ tiæ meritum homo bene conditus creſceret, „ dignum fuerat, ut hunc etiam a bono pro„ hiberet, quatenus tanto verius hoc quod age„ ret

(*a*) Vulg. *& annuntiabit tibi*.

(*b*) Inſurgit Lutherus in lib. *de votis monaſticis*, & dicit: „ Præ„ poſitus monaſterii liber eſt ab obedientia, etiam voverat, ſine alia „ diſpenſatione. Significatum igitur eſt, votum illud non obligaſſe co„ ram Deo; „ & idcirco impune poſſe evacuari. Reſpondeo, quod in Præpoſito rite electo non ceſſat obligatio, ſed ſolum exercitium voti: idque ex eo maxime liquet, quod ſi Præpoſitus ex prælatura ſua decidat, iterum obedire tenetur, quamquam obedientiæ votum noviter non emittat.

(*c*) Vide ſupra, ubi nuptiæ Abraham ab Auguſtino virginitati comparantur, cap. 2. hujus libri num. 2.

„ ret, virtus eſſet, quanto & a bono ceſſans,
„ authori ſuo ſe ſubditum humilius exhibe-
„ ret. „ Hæc Gregorius. Ita ergo quamvis
quandoque propter minus bonum ſubjectus ad
mandatum patris a prædicatione verbi abſti-
* Cod. Vat. jejunet
neat *, non ideo Prælatus vitandus eſt; nec
obedientia contemnenda: quia nec ita Pſalmi- A
Pſal. 38. 3.
ſta fecit, cum diceret planis verbis: *Obmutui,
& humiliatus ſum, & ſilui a bonis*. Quarto,
conſequenter inferendum eſt, quod obedientiam
ſacram depravat, eo quod in mortis terminis
perſeverat: quia *melius eſſet* (inquit) *quod hu-
juſmodi eſſent eventati de clauſtris, in quibus
degunt*. de ſerm. Dom. in monte, Tract. III.
cap. XII. Unde, ut videtur, non multum pla-
Philip. 2. 8.
cet iſti domino, quod Chriſtus *factus eſt pro
nobis obediens uſque ad mortem*. Nec aliud mi-
hi videtur, niſi quod manifeſte præcipiat non
amputari caudam beſtiæ; quam in Sacrificio
Levit. 22. 23
Dominus ſemper auferri præcepit. Iſte exuit B
Gen. 37. 23.
Joſeph polymita tunica ſua talari; & expreſſe
docens Chriſto contrarium, dicit, quod qui
perſeveraverit in domo virtutis uſque in fi-
nem, ſalvus eſſe non poterit. Quis ergo ſe-
cundum doctrinam propriam manifeſtior Anti-
chriſtus?

2. Sed audiamus Sanctum patrem Gregorium,
atque abjiciamus putentem hæreticum. GRE-
Gregorius ibid. num. 28. Gen. 3. 24.
GORIUS. Quoniam (inquit) primus homo,
„ quia facere voluntatem ſuam voluit, a para-
„ diſi gaudio exivit: ſecundus vero ad redem-
„ ptionem hominum veniens, dum non ſe vo-
„ luntatem ſuam, ſed Patris facere oſtendit, C
„ permanere nos intus docuit. Cum ergo non
„ ſuam, ſed Patris voluntatem facit, eos, qui
„ ad ſe veniunt, foris non ejicit: quia dum
„ exemplo ſuo nos obedientiæ ſubjicit, viam
„ nobis egreſſionis claudit. Hinc rurſum ait:
Joan. 5. 30.
„ *Non poſſum ego a me ipſo facere quidquam;
„ ſed ſicut audio, judico*. Nobis quip-
„ pe obedientia, etiam uſque ad mortem ſer-
„ vanda præcipitur. Ipſe autem, ſi ſicut audit
* M. obedit
„ judicat, tunc quoque obediet *, cum judex
* M. venit
„ veniet *. Ne ergo nobis uſque ad præſentis
„ vitæ terminum obedientia laborioſa appa-
„ reat, Redemptor noſter indicat, quia hanc D
„ etiam cum judex venerit, ſervat. „ Hæc
Gregorius ubi ſupra, lib. ultimo. Hic ergo ſa-
tis oſtenditur, quod exire ab obedientia clau-
* Cod. Ferrar. de reliquia
ſtrali eſt de reliquiis * prævaricationis Adæ,
qui per inobedientiam clauſtrum exiit paradi-
ſi. Et e contrario Chriſtus, qui nihil a ſe ip-
ſo facit unquam, omnibus, qui ad ipſum per
ſacram obedientiam veniunt, intus uſque ad
vitæ terminum ſtare juſſit: quibus etiam, ne
exeant, viam egreſſionis claudit. Sed informet
ſacræ obedientiæ filios mitiſſimus pater Augu-
ſtinus. Dicat, ut dixit ſecunda parte ſermonum,
ſerm. XII. qui intitulatur *de obedientia & hu-* E
militate, & incipit, *Nihil ſic Deo placet* (*a*) in
* Auguſtinus To. 6. in App. pag. 297. cap. 1.
principio ſermonis: AUGUSTINUS. Hoc totum
„ (inquit) quare dico? Ut obedientiam exhi-
„ beamus patribus noſtris. Qui patribus non
„ obſequitur, Deo non obſequitur. Dicit enim
Luc. 10. 16.
„ Dominus: *Qui vos contemnit, me contemnit*:
„ qui contemnit patres, contemnit Chriſtum,
„ qui in patribus eſt. Hoc dico, quia HÆC
„ IN NOBIS SUMMA & ſola eſt virtus obedien-
„ tiæ. Si jejunaveris diebus ac noctibus, ora-
Sine obedientia virtutes nullæ.
„ tionemque feceris: ſi in ſacco fueris, vel in
„ cinere nihil aliud feceris, niſi quodcumque
„ præceptum eſt in lege, & tibi viſus fueris
„ quaſi ſapiens; & obediens patri non fueris,
„ omnes virtutes perdidiſti. UNA OBEDIENTIA
„ PLUS VALET, quam omnes virtutes. Jejunium
„ vel continentia, niſi te diligenter attende-
„ ris, ſuperbiam tibi facit: ſuperbia autem
„ inimica eſt Deo. Nihil ſic odio habet Deus,
„ quomodo ſuperbiam. Quicumque non obe-
„ dit, non facit de ſanctitate, ſed de ſuper-
„ bia: ideo enim non obedit, quia ſe melio-
„ rem putat illo, cui non obedit. „ Hæc il-
le. Ita ergo SINE PERSEVERANTIA, VIRTUS
nulla perficitur, nec citra mortis terminos obe-
dientia conſummatur.

ARTICULUS TERTIUS.

Qui eſt

DE SIGNIS ET RITIBUS CONGRUENTIBUS
RELIGIOSIS PERFECTIS.

CAPUT XXVII.

Quod laudabiliter utuntur Religioſi perfecti ſe-
parato habitu ab habitu vulgari.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Wicleviſtæ, ſtultorum more, alia ratione in-
terpretantur ſigna, ritus & veſtes Re-
ligioſorum, quam fuerint a Patribus in-
ſtituta.*
2. *Wicleffus, Lampetianorum hæreſim ſecutus, in-
juria Religioſos objurgat de perenni indu-
mentorum uniformitate, cum in hoc ipſi
ſequantur Chriſtum.*
3. *Veteres Philoſophi, & etiam moderni, pecu-
liari habitu diſcernuntur a vulgo, in ar-
gumentum virtutis.*
4. *Dum ſumus in hac vita, indigemus ſignis;
& ideo etiam Chriſtus tradidit nobis ſa-
cramenta ſub viſibili forma ſignorum.*
5. *Licet Religioſos eodem genere indumenti,
diſtincti a vulgaribus, uti: qua in re
Eliam, Joannemque Baptiſtam ſequun-
tur.*

1. CHaritas inſuper, quæ (ut ſupra (*b*) pro-
bavimus) eſt baſis legalis & fundamen-
tum cujuslibet religionis perfectæ, non tantum
ab adverſariis patitur calumniam ſuæ principa-
lis originis & illuſtris proſapiæ, quam diffa-
mant: ſed nec extrinſeca ſigna ſua, puta veſtes,
nutus (*c*), vel ritus, (ut ipſi ajunt) occupant
ſine dolo: quia talia ſigna, quæ adverſarii di-
cunt diverſa & extranea, cauſant * in aſpicien- * al. efficiunt
tibus diſcordem affectum; immo faciunt geren-
tes ea deteſtabiles & contemptos. Sed iſti for-
ſan in ſuis affectibus ad odium proximorum
ſuorum propter talia ſigna extrinſeca ſe diſpo-
nunt; & inde non mirum, ſi ad deteſtationem
talium perſonarum inſurgunt. *Poſuerunt* enim Pſal. 73. 4. 5.
ſigna ſua, ſigna; & non cognoverunt. Sic enim Romani ponebant vexilla, & alia ſigna in templis.
Romani ponebant ſigna ſua in templo, ſcili-
cet, vexilla ſua, dracones, & aquilas geminas
ad imprimendum conceptum dominii ſui in po-
pulo contemplante, ſecundum Auguſtinum ſu- Auguſtinus To. 4. pag. 772.
per eodem verſu. Et iſti conformiter; ubi alii
con-

(*a*) Nunc ſermo ille in appendicem a Maurinis rejectus eſt, quod ſit antiqui, ſed incerti Authoris fragmentum.
(*b*) Cap. 3. num. 3. & cap. 4. num. 1. & cap. 11. num. 1. hujus libri.

(*c*) Nutus, ſeu ſigna, quibus loco verborum, ut inſractum cuſtodirent ſilentium, veteres utebantur monachi. *De ſignis monachorum* tractatus extat apud Edmundum Martene, lib. *de antiquis Monachorum ritibus*.

conceptus formarent virtutum de geſtura ſignorum, ipſi e contrario imaginantur ſibi ſimias & hircocervos, aquilas ſuperbiæ, & dracones invidi rancoris & proterviæ. Sed iſta prædicta,
a ſigna noſtra non faciunt (*a*). Sed ipſi tollentes quod noſtra ſigna primo & ex impoſitione naturæ ſignificant, *poſuerunt ſigna ſua ſigna; & non cognoverunt* (noſtra, ſupple) quid ſignificent *.
* *al.* deſignent
Sic enim fatuus quiſquam villanus de nube aliqua format ſibi Imperatorem: alius de eadem nube imaginatur vitulum coronatum; & de pulſata campana alius imaginatur quod loquatur Gallicum, alius Anglicum; alius ſi noverit, format ſibi proverbium; non attendentes, quid ex primaria inſtitutione res ipſa deſignet, ſed quid ſtultæ imaginationi ſuæ aptius placeat: & hoc laborat, & vellet omnibus complacere quod finxerit, juxta illud Eccleſiaſtes x. *Si in via ſtultus ambulet, cum ipſe ſit inſipiens, omnes ſtultos æſtimat.*
Eccl. 10. 3.
Exponitur communiter de hæretico, quod cum viam perverſæ opinionis inceſſerit, cum ipſe inſipiens ſit, omnibus opiniones ſuas placere * æſtimat; & hoc eſt omnes ſtultos putare *, qualis ipſe ſit.
* *Cod. Ferrar.* placentes
* *al.* exiſtimare
Sic Wicleviſtæ ſigna noſtra depravant, & de imaginativa ſua, hæreſis pravitate corrupta, hoc interpretantur ad malum, quod ſacra Seniorum inſtitutione provocat ad virtutem.
Quid ex veſtibus religioſorum arguant Wicleviſtæ.
V. g. ſi veſtes noſtræ ſordidæ ſunt, vel pedore, vel forma, dicunt Wicleviſtæ argumentum eſſe, quod magis maculamur interius: dicunt Catholici oppoſitum, & interioris puritatis maximum fore teſtem. Unde Hieronymus *ad Ruſticum* Monachum, inter alias Epiſtolas LXX. HIERONYMUS. Veſtium ſordes *, candidæ mentis
Hieronymus *To.* 1. *Epiſt.* 125. *num.* 7. *pag.* 937.
* *Veron.* ſordidæ veſtes
* *Veron.* ſint
* *Veron.* probet
„ indicia ſunt *, Vilis tunica contemptum ſæ„ culi probat *; ita dumtaxat, ne animus tu„ meat, ne habitus ſermoque diſſentiant. „ Hoc juncto, quod Hieronymus non hortatur ad impoſſibile. De forma veſtium, colore, & figura, arguunt Wicleviſtæ religioſos eſſe ſuperbos, & a cæteris fidelibus mente diſcordes: in his deſignant Catholici magnam mentis humiliationem intelligi, & apertum omnibus pronoſticum charitatis. Unde venerabilis Anſelmus *ſimilitudine* LXXXIII. ANSELMUS. Quod enim
* Anſelmus *Similitudine* 92. *in App. pag.* 173.
„ nigras vileſque fert veſtes, hoc eſt, ut ſe vi„ lem reputet, peccatoremque commoneat. „ Quod vero eiſdem a capite uſque ad pedes „ tegitur, hoc eum facere a principio vitæ uſ„ que ad finem hortatur. Hæc eſt enim tala„ ris tunica, & polymita, quam filio ſuo Jo„ ſeph feciſſe legitur Jacob Patriarcha (*b*).
Gen. 37. 3.
b
„ Quod autem eædem ſunt in modum crucis, „ eum ſemper habere commonet memoriam „ Dominicæ paſſionis. „ Hæc ille. Conformiter religioſis, qui albis induuntur, ſignificatur ex habitu, qualiter improperia & contumelias
Veſtes albæ in religioſis, quid indicent.
c ſæculi tolerare oportet, non ſolum in meritis (*c*), ſed etiam in manifeſte juſte actis, qualiter Chriſtus patronus noſter alba veſte contemptus & illuſus, paſſionem, quam ipſe non meruit, inchoare decrevit. Unde Ambroſius ſuper il-
Luc. 23. 11.

lum locum Lucæ, *Illuſum induit veſte alba*. AMBROSIUS. Non otioſum eſt, quod veſte al„ ba induitur ab Herode, immaculatæ tribuens „ indicia paſſionis. „
Luc. 23. 11.
Ambroſius *To.* 1. *lib.* 10. *pag.* 1526. *num.* 103.

2. Sed inter cætera, hoc magis quatit Wicleviſtas, quod conſtantes religioſi ſimilibus ſemper veſtibus uti ſolent. Unde Wicleffus in Tractatu diabolico *de diabolo & membris ejus*, cap. 11. verſus finem, ſic diabolizat in iſta materia: WICLEFFUS.
Wicleffus
„ Iſtæ ſectæ (inquit) nolunt de ſecta Chriſti & ſua „ regula contentari; ſed unam novam, in multis „ frivolam, & legi Chriſti contrariam machinan„ tur. Ideo non ſolum videntur eſſe Satanas, ſed ipſe „ diabolus tamquam Judas. -- Et ſequitur -- Nos „ (inquit) credimus, quod Chriſtus conceſſit „ ſuo ordini libertatem in ſignis ſenſibilibus & „ habitibus (*d*) variari; ſic tamen quod ferven„ virtutes in anima. „
d
Ecce quid offendit iſtum in materia ſignorum; quod conſtanter, ſcilicet, retinent ſimilem veſtituram, etiam quamvis aliquando mutatam; & ideo extraneat iſte *Doctor varietatis*, & filius inconſtantiæ, religioſos perfectos ab ordine Chriſti, quia ipſos veſtes ſuas variare non aſpicit.
Wicleffus doctor varietatis.
Hic plane incidit in hæreſim *Lampetianorum* (*e*), qui ideo notantur * hæretici, quia religioſos dixerunt licere vagari, & in quamcumque vellent, migrare figuram, idest, formam habitus, ſecundum Damaſcenum libro ſuo *de hæreſibus*, cap. *de Lampetianis*.
e
* *Ed. V.* vocantur
Damaſcenus *pag.* 697.
Et numquid Chriſtus non fuit de ordine proprio, quia tunicam illam inconſutilem, ſuper quam milites ſortes miſerunt, & quam opere plumario (*f*) ſibi jam puero propriis manibus texuit mater ſua generoſa regina, nunquam legitur dimiſiſſe; ſed ſemper eo creſcente crevit, ut recitat Magiſter hiſtoriarum ſuper Evangelia (*g*)?
f
g
Magiſter hiſtor. Petrus Comeſtor.
Illud etiam audi quod ore Domini jubetur Moyſes recitare filiis Iſrael, & dicere: *Adduxit vos Dominus quadraginta annis per deſertum. Non ſunt attrita veſtimenta veſtra, nec calceamentum pedum veſtrorum vetuſtate conſumptum eſt.* Deut. XXIX.
Deut. 29. 5.
Iſtud non eſſet recitandum tamquam miraculum, in quo magnificaretur nomen Domini, ſed potius tamquam culpabilis ritus populi, & ad ſcandalum illorum, infame prodigium; & malum eſſet, quod ipſis non conceſſit Dominus per tot annos veſtes mutare, vel ſaltem calceamenta novare; cum tamen ipſi fuerint de ordine Domini. Et rarius veſtimenta mutabant, quam jam faciunt religioſi moderni: quia ipſi non per quadraginta annos; nos pauperes, immo pauperrimi noſtrum, ſaltem ad ſecundum, vel tertium annum, induunt veſtes novas.
Carmelitæ Anglici quolibet ſecundo, vel tertio anno, veſtes mutabant.
Miror etiam cur contra doctrinam Wicleffi, ſectatores ſuæ religionis, veſtes non variant, quinimmo griſeis veſtibus tetri coloris & luridi (*h*) communiter per plateas ſemper incedunt.
h
Wicleviſtæ griſeis & luridis utebantur veſtibus.

3. Sed quare veteres Philoſophos non aſpexit, de quibus ait XIX. *de Civ.* cap. XIX. AUGUSTINUS. Ipſos quoque Philoſophos quando „ chriſtiani fiunt, non habitum, vel conſuetudi„ nem victus, quæ nihil impedit religionem, „ ſed falſa dogmata fides mutare compellit. „ Hæc
Auguſtinus *To.* 7. *pag.* 563.

(*a*) Intellige, *non ſignificant*.
(*b*) *Hæc eſt enim talaris tunica & polymita &c.* rejiciuntur in marginem a D. Gabriele Gerberon, noviſſimo Sancti Anſelmi Editore.
(*c*) Cod. Ferrarien. *in neutris*, quod recte etiam ponitur ad ſignificandas actiones indifferentes, pro quibus contumelias pati ſolent viri juſti.
(*d*) Jam patet quem habeant ducem ac patrem Magdeburgenſes qui cent. 4. cap. 6. pag. 467. loquentes de habitu ac tonſura monachorum, dicunt eſſe res ſuperſtitioſas, & non conformes Scripturæ, nec uſui prioris Eccleſiæ. An autem id vere dicatur, oſtendit infra Waldenſis.
(*e*) *Lampetiani* hæretici a quodam Lampetio ſeptimo Eccleſiæ ſæculo propagati, qui Monaſtica vota damnabant, atque in cœnobio degentibus qualecumque vivendi, & veſtiendi genus permittebant. Aliqua etiam Arianorum dogmata approbabant. Eos cum Wicleviſtis male confundit Prateolus.
(*f*) *Plumario*, ſeu *Phrygio*, & acu picto.
(*g*) Non ex ſolius Petri Comeſtoris teſtimonio id habetur; ſed ex veteri traditione, & ex Euthymio in Joan. 19. Porro id olim in conſuetudine erat, ut fœminæ veſtimenta ſua ſibi, filiis, & conjugi intexerent, uti diſcimus ex elogio Salomonis de muliere forti Prov. 31. 13. & ab exemplo Reginæ Penelopes uxoris Ulyſſis.
(*h*) Luridi ad hypocriſim incedebant Wicleviſtæ, ut refert Walſingamus ad an. 1376.

Hæc Auguſtinus. Habebant enim Philoſophi antiqui habitum notorie diſtinctum a veſtitu vulgi, ſicut etiam nunc in Univerſitatibus ſolent habere. Sic etiam de Juſtino philoſopho dicit *de illuſtribus viris*, cap. XXIII. HIERONYMUS. Juſtinus (inquit) philoſophus, habitu „ quoque philoſophorum incedens, de Neapo-„ li (a) urbe Paleſtinæ, pro religione Chriſti „ plurimum laboravit. „ Et docet ibi, qualiter multos libros edidit, quoſdam ad Imperatores Antoninum pium & filios ejus; quoſdam contra hæreticos, contra Judæos, & contra gentes; & clarus Doctor fulſit Eccleſiæ. Diſcat ergo iſte Doctor varietatis*, nec cultum notabiliter diſparem in religioſis culpare fidelibus, nec eorumdem in uſu increpare conſtantiam, cum viderit iſta eadem Patres ſervaſſe primævos in argumentum virtutis.

Hieronymus To. 2. pag. 849.

* Wicleffus

4. Sed noverit ipſe, & omnes audire volentes, fideles, dum in hoc corpore vivimus, neceſſaria habere ſigna, quibus commoneantur in ſenſibus per extrinſecas formas, quid ſit agendum, quid attendendum intus. Nam ſi poſſemus pro hac carne tenere virtutes in anima cum variatione vel omiſſione finali ſignorum, cur ſub ſenſibilibus ſignis recondidit Chriſtus ſingula Eccleſiæ Sacramenta? Quid debuimus baptizari in aqua, cum ſola anima depuretur a crimine? Cur non conceſſit Chriſtus ordini ſuo libertatem in ſignis baptiſmalibus variandis, ita quod quis poſſet baptizari in aqua roſacea, vel betonica, in vino, vel aceto, ſicut in aqua naturali? Cur non conceſſit ordini ſuo libertatem ungendi oleo myrtino vel amygdalino in baptiſmo? Cur non veſte crocea indui in baptiſmo, ſicut & alba? Quæ tamen omnia, & multa alia variare non licet, ſecundum Ambroſium in *de myſteriis*, authenticatum in *Decretis*. Cur etiam non conceſſit ordini ſuo libertatem conſecrandi in pane ſiligineo (b), vel etiam in carnibus coctis, aut aſſis, æque ſicut in tritico? Et talia innumera colligi ſigna poſſent, ad quæ neceſſitavit Chriſtus religionem Eccleſiæ ſuæ, ut ſub iſtis ſpeciebus Sacramentum ſumatur ad effectum; ſine iſtis, vel ſub nullis, ſumi non poſſit. Neceſſitavit ergo Chriſtus fideles ordinis ſui ad ſigna multa; quæ omnino variare non licet: & ſi non neceſſitavit ad omnia, hoc erat benignitatis ejus, ut ſtatuta illa ſervaret Apoſtolis, & cæteris Prælatis Eccleſiæ, ſecundum beatum Auguſtinum *ad inquiſitiones Januarii*, inquiſitione prima. In cujus probationem Paulus Apoſtolus neceſſitavit mulieres ad ſignum velaminis in capite; quod tamen non fecit Chriſtus. Sunt ne ergo omnes mulieres extra ordinem Chriſti, quia in hoc ſigno non ſunt liberæ?

Ambroſius de Conſecr. Diſt. 4. C. Paſquaſius

1. Cor. 11. 6.

5. Adeamus ergo negotium principale, omiſſis rationibus ejus nimis frivolis, & quas recitare in tanta audientia pudor eſt; & hoc unum probare conemur, quod licet Religioſis uti conſtanter & invariabiliter ſignis, & habitibus ſegregatis a vulgaribus veſtimentis, ad hunc effectum, ut variatio habitus, vel ſigni extrinſeci, indicium ſit altioris virtutis in mente; ſicut de quibusdam Religioſis loquens in Epiſt. *ad Ruſticum* HIERONYMUS. Quorum (inquit) ha-„ bitus, ſermo, vultus, inceſſus doctrina vir-„ tutum eſt. „ Principium hujus obſervantiæ*, quantum reor, ſumere debemus ex his ſanctis viris, a quibus ſub ſcripta lege religio peculiaris ortum habebat, ſcilicet, Elia, & poſtero ejus Joanne Baptiſta, quorum uterque, teſte Scriptura, veſte uſus eſt notabiliter ſegregata a veſte vulgari; & hoc continue ſine omni variatione. De quorum primo notatur, quantum ad ejus habitum IV. Reg. I. Ochoſia Rege quærente, cujus figuræ & habitus eſſet vir qui occurrit ſervis ſuis: *Vir* (inquiunt) *piloſus eſt*, & *zona pellicea accinctus renibus. Et ait Rex: Elias Thesbites eſt*. Quem inter tot millia populorum non judicaſſet eſſe Eliam, ſaltem ex habitu, niſi ſolitus fuiſſet habitu tali ſemper incedere, & longe diverſo ab habitu populari: quod & ſequaces ejus fecerunt, ſervantes pro habitu, ſecundum quod eos ex habitu taliter ſeparato vocabat Apoſtolus, dicens: *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis*. Ad Hebr. XI. Melotam autem deſcribens gloſſa, dicit, quod eſt veſtis hiſpida, ex pilis contexta, vel Camelorum, vel Caprarum, vel Taxorum, quali uſus eſt Elias, & alii. Unde Chryſoſtomus ſuper hunc locum *ad Hebr.* hom. XXXVIII. CHRYSOSTOMUS. *Hic* (inquit) *agitur de Elia & ſuis*. Duravit ritus iſte veſtiendi uſque ad tempora Joannis Baptiſtæ, de quo aſſeruit Evangelium, quod ſine omni variatione, eumdem veſtiendi ritum ſervabat. Marci I. Erat (inquit) Joannes veſtitus pilis Camelorum, & zona pellicea circa lumbos ejus.

Hieronymus To. 1. Epiſt. 125. num. 9. pag. 932.

* al. obſervationis

4. Reg. 1. 7.

v. 8.

Elias eadem ſemper veſte incedebat.

Hebr. 11. 37.

Melotes quid ſit.

Chryſoſtomus To. 4. hom. 28. pag. 1627.

Marc. 1. 6.

CAPUT XXVIII.

De habitu ſingulari Religioſorum perfectorum in veteri Eccleſia approbato, & cæteris ſignis & ritibus.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quæ magnus Caſſianus referat de habitu Eliæ, Eliſæi, Joannis Baptiſtæ, ac Ægyptiorum Monachorum, contra latrantes Lollardos & Wicleviſtas.*
2. *Quantæ fuerit auctoritatis Caſſianus ex Caſſiodoro oſtenditur.*
3. *Quod & Auguſtinus & Iſidorus communi ſententia decernunt, peccatum eſſe, ſi Sanctimonialis gerat veſtes, & ornamenta nuptiarum.*
4. *Corona Religioſorum, indumenta, ritus, & cæremoniæ, quibus uti conſueverunt, dum aliquem e ſæculo ad religionem recipiunt, ex Dionyſio explicantur.*

1. EX hoc autem veſtiendi genere omnis deinceps habitus eductus eſt peculiarium profeſſorum, prout lucide ſatis & diffuſe declarat vetuſtiſſimus ille Pater Joannes Caſſianus lib. 1. *de inſtitutis Monachorum*, cap. 1. dicens. CASSIANUS. De inſtitutis, ac regulis Monaſte-„ riorum dicturi, unde competentius, donante „ Domino, quam ex habitu Monachorum ſu-„ memus exordium? Quorum interiorem cul-„ tum conſequenter tunc poterimus exponere, „ cum exteriorem ornatum ſub oculorum de-„ pinxerimus obtutibus. -- Sequitur -- Hoc enim „ habitu etiam illos ambulaſſe, qui in veteri te-„ ſtamento profeſſionis hujus fundavere pri-„ mordia, Eliam ſcilicet, & Eliſæum, divina-„ rum Scripturarum authoritate monſtratur. -- „ Et ſequitur -- Quorum prior, qui in veteri „ teſtamento virginitatis flores jam & caſti- „ mo-

Caſſianus In Biblioth. PP. To. 7. pag. 18.

Cap. 2.

(a) Verius Samariæ urbs diceretur, quæ ab incolis *Mabarthà*, olim *Sichem* eſt appellata, ut notant Veronenſes Editores.

(b) Confecto nempe ex ſiligine, quæ optimum eſt frumenti genus;

„ moniæ, continentiæque præfigurabat exemplum, cum fuiſſet a Domino miſſus ad increpandos nuncios Ochoziæ ſacrilegi Regis Iſrael, decumbenti Regi expoſita veſtitus qualitate, compertus eſt. Reverſos ad ſe nuncios, ac referentes ſibi Prophetæ ſententiam, ſciſcitatus eſt, cujus eſſet figuræ, & habitus vir, qui occurriſſet eis. *Vir* (inquiunt) *piloſus*, *& zona pellicea accinctus renibus*. Ex quo habitu confeſtim Rex contemplatus hominem Dei, ait: *Elias thesbites eſt*: zonæ videlicet indicio, & hirſuti, incultique corporis ſpecie, virum Dei indubitanter agnoſcens: eo quod iſtud ei inter tot Iſraelitici populi millia commoranti, cultus proprii velut quoddam impreſſum ſpeciale ſignum perpetuo cohæreret. „ Ubi ecce Doctor appropriationem habitus Prophetici deſignat, ſegregati ab habitu populi, cum dicit: *Inter tot millia velut quoddam impreſſum ſpeciale ei ſignum perpetuo cohæreret*. Et tunc ad habitum Joannis Baptiſtæ deſcendens: CASSIANUS. De Joanne quoque (inquit) „ qui veteris novique teſtamenti, velut quidam ſacratiſſimus limes, finis, initiumque proceſſit, ita Evangeliſta narrante cognoſcimus: *Ipſe* (inquit) *Joannes habebat veſtimenta de pilis Camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos*, „ Hæc ille. Et tunc ad ſpecies veſtimentorum deſcendit, quibus uti ſolebant Religioſi Ægyptii, primo agens de Cucullis: CASSIANUS. Sunt (inquit) præterea in ipſo Ægyptiorum habitu, non tantum ad curam corporis, quantum ad morum formulam congruentia, quo ſimplicitatis & innocentiæ obſervantia etiam in ipſa veſtitus qualitate teneatur. Cucullis (*a*) namque præparvis uſque ad cervicis, humerorumque dimiſſis confinia, quæ capita tantum contegant, indeſinenter diebus utuntur (*b*) ac noctibus; ſcilicet, ut innocentiam & ſimplicitatem parvulorum jugiter cuſtodire commoneantur. „ Hæc tractat in III. capite. Ubi etiam notandum videtur, quod multa requirebantur in habitu illorum Ægyptiorum, non tantum ad curam corporis, quantum ad morum formulam congruentia: ubi obturantur ora quorumdam inſultantium Lollardorum contra Religioſos, & dicentium illis: *Quid habetis tam laxas cappas? Cur triangulata capitia? cur non parcior veſtitus* (*c*) *alterius formæ ſufficere poſſet ad nuditatem tegendam?* Reſpondetur: quia non tantum ad corporis curam, quantum ad morum formulam Religioſus habitus debet congruere. Secundo, addit eos uſos fuiſſe *Colobiis* (*d*), quæ ſolerter deſcribens in IV. capite, ait CASSIANUS. Colobiis quoque lineis induti, quæ vix ad cubitorum ima pertingunt, nudas de reliquo circumferunt manus, ut amputatos habere eos actus, & opera mundi hujus ſuggerat abſciſſio manicharum. „ Tertio, addit tertium genus veſtimenti eorum, quod dicitur *Brachiatorium*, & hoc in VI. capite. CASSIANUS. Geſtant etiam reſticulam duplicem, laneo textam ſubtegmine, quam Græci *anaſomata*, nos vero *ſuccintoria*, ſeu *redimicula*, vel proprie *rebrachiatoria* poſſumus appellare: quæ deſcendentia per ſummum cervicis, & e lateribus colli diviſa, utrarumque alarum ſinus ambiunt, atque hinc inde ſuccingunt, ut conſtringentia latitudinem veſtimenti, ad corpus contrahant, atque conjungant. „ Quarto, addit quartum genus veſtimenti in cap. VII. ſcilicet de *Mafortibus*, dicens: CASSIANUS. Poſt hæc anguſto palliolo (*e*) tam amictus humilitatem, quam vilitatem pretii, compendiumque ſectantes, colla pariter & humeros tegunt: quæ *Mafortes* tam noſtro, quam ipſorum nuncupantur eloquio: & ita planeticarum atque birrorum (*f*) pretia ſimul ambitionemque declinant. „ Quinto, infert quintum genus veſtimenti in VIII. capite, ſcilicet Melotem & pellem caprinam, dicens: CASSIANUS. Ultimus eſt eorum habitus pellis caprina, quæ *Meloris*, vel *pera* appellatur, & baculus: quæ geſtant, ad imitandum eos, qui profeſſionis hujus præfiguravere lineas jam in veteri teſtamento, de quibus, Apoſtolus: *Circuierunt* (inquit) *in meloris*. -- Et infra -- Qui tamen habitus pellis caprinæ ſignificat, mortificata omni petulantia carnalium paſſionum, debere eos in ſumma virtutum gravitate conſiſtere, nec quidquam petulcum vel calidum juventutis ac mobilitatis antiquæ in eorum corpore reſidere. „ Hæc Caſſianus. Hæc ecce erant genera veſtium ſolis Religioſis tunc temporis congruentia, & quibus etiam invariabiliter uti oportuit: quas lucide ſatis deſcripſit Sanctus (*g*) Joannes Caſſianus; & quæ cauſæ erant illarum, & quid figurabant in moribus, non omiſit. Quod ſi extra palatium authoritatis Eccleſiaſticæ tam egregium virum infideles expellunt, Catholici non multum curant, cum videant eos (*h*) etiam non minus famoſos Doctores Eccleſiæ, cum eis occurrunt, pellere pari paſſu.

2. Sed teneat apud vos, o Catholici, non minus authoritatem ſuam Doctor tam egregius: ad minus * autem habete eum in tanta reverentia, in quanta eum habere magnus Caſſiodorus dignum duxit. Ipſe enim cum magna reverentia allegat Caſſianum noſtrum in prædicto codice, quinto ſcilicet libro (*i*) *de Collationibus Patrum*, etiam eum præferens egregio Auguſtino *. CASSIODORUS. Nec me præterit (inquit) eloquentiſſimum „ Caſſianum in quinto Collationum dixiſſe volumine &c. „ Hæc ait magnus Caſſiodorus in Prologo libri ſui, qui inſcribitur *de inſtitutionibus divinarum literarum*. Nec poteſt eſſe prædictus Pater * ſuſpectus hæreticæ novitatis (*k*), qui longo tempore præceſſit Caſſiodorum, & ſcri-

Margin notes: 4. Reg. 1. 7. — Caſſianus ibidem — Matth. 3. 4. Marc. 1. 6. — Caſſianus ibid. cap. 4. — a — b Cucullorum in monachis ratio. — c Monachorum veſtes pro corporis cura, & pro morum forma. — d Caſſianus ibid. cap. 5. — Caſſianus ibidem cap. 6. — Caſſianus ibid. pag. 9. e — f — Caſſianus ibid. pag. 19. — Hebr. 11. 37. — g — h — * Editi ad minimum — i — Caſſiodorus pag. 309. — * in ſerio dictionis — * Caſſianus k

(*a*) *Cuculla* ſeu potius *Cucullus* pervetuſtum in Monachis veſtimenti genus ad caput tegendum, ut colligitur ex Regula Sancti Pachomii, ubi de cucullis fit mentio.

(*b*) *Cucullis* ad caput tegendum utebantur in nocte vulgares quilibet, uti habetur ex Juvenali Sat. 3. 17. *Contentuſque illic veneto, duroque cucullo*: & Sat. 6. 12. *Sumere nocturnos meretrix auguſta cucullos*. In die autem cucullis indui peculiare monachis fuit, ad innocentiæ & ſimplicitatis ſignum.

(*c*) Parcior veſtitus apud veteres Monachos erat exoſus tamquam levitatis ſæcularis, non Monaſticæ virtutis argumentum. Unde in vitis Patrum lib. 5. de Abbate Iſaac narratur, quod cum aliquando Fratrem quemdam in conventum cellarum parciori cucullo tectum ingredi vidiſſet, ſtatim ad eum converſus dixit: *Hic Monachorum eſt habitatio; tu ſæcularis es, & non poteris hic eſſe*.

(*d*) *Colobium* ſic dictum ex græco vocabulo, quod manicis eſſet mutilatum, genus erat tunicæ, qua etiam antiqui Romanorum utebantur. De Colobio videſis Heribertum Roſweidum in ſuo Onomaſticon rerum & verborum difficilium.

(*e*) Sæpe alba fuiſſe hujuſmodi pallia ex multis deduci poſſe videtur, præſertim ex S. Athanaſio, qui de S. Antonio dicit in ejus vita, quod erat *candente ſuccinctus veſte*: & de veſte Onuphrii Monachi idem teſtatur in lib. *de Virginit.* idem Athanaſius.

(*f*) *Birri*, ex ſerica textura pretioſi, exponuntur *pretioſæ chlamydes*. In diminutivo *Birreti* accipiuntur etiam pro *pileis*.

(*g*) Monaſterium in honorem S. Caſſiani Maſſiliæ etiamnum extat, ubi memoria illius colitur 23. Julii; & ante ejus ſepulchrum lucerna die noctuque ardet. Vide Pagium ad an. 433. num. 18.

(*h*) *Al. Cum videant eos omnes famatos Doctores Eccleſiæ*.

(*i*) MSS. Codd. *quintum ſcilicet librum*.

(*k*) De ea loquitur hæretica novitate, quam generaliter in Eccleſia emerſiſſe fingit Wicleffus poſt primum Chriſti millenarium, dicens, quod ante annum Chriſti milleſimum ligatus erat Sathan a recta & intemerata fide. Sed poſt milleſimum a prævalentibus hæreſibus ſolutus fuit, & jam circumquaque infeſtus diſcurrit.

ſcripſit librum prædictum Caſtori Papæ *. Caſſiodorus autem floruit circa annum Chriſti DXIV. quo tempore adhuc ligatus erat Sathanas, & poſt ferme ſexcentis annis ſolutus, ſecundum phantaſiam * Wicleffi.

* Epiſcopo Aptenſi

* Codd. Vat. & Ferrarien. apologiam

3. Sed adhuc probemus, an apud Wicleviſtas beatus Auguſtinus ſit alicujus momenti; & conveniamus eum, ut confirmare valeat contra illos politiam ſanctiſſimi Caſſiani. Auguſtinus enim exponens hunc textum Deuter. XXII. *Non indues veſtem ex lana, linoque contextam*, VI. lib. *contra Fauſtum*, cap. VI. in fine, dicit: AUGUSTINUS. Lineis veſtibus miſcere purpuram, & linoſtima (a) veſte indui, aliquando peccatum fuit; nunc non eſt peccatum: ſed inordinate vivere, & diverſi generis profeſſiones velle miſcere, ut vel Sanctimonialis habeat ornamenta nuptarum; vel ea, quæ ſe non continens nupſit, ſpeciem virginis gerat, omni modo peccatum eſt; & ſi quid inconvenienter ex diverſo genere in vita cujuſque contexitur. Verum illud tunc figurabatur in veſtibus, quod nunc declaratur in moribus. „ Hæc Auguſtinus. Et incorporavit eumdem textum Auguſtini libro ſuo *de myſteriis* veteris teſtamenti cap. IX. ſuper Deuter. magnus Iſidorus. Ecce tunc, quod prædicti ſancti Doctores Auguſtinus & Iſidorus una ſententia, ſine ulla diſcrepantia terminorum, decernunt omnino * eſſe peccatum, ſi Sanctimonialis gerat ornamenta nuptarum: *quia hoc eſt*, inquiunt, *diverſi generis profeſſiones velle miſcere*. Ergo Sanctimonialis neceſſitatur ſub pœna peccati diverſiformem veſtem gerere a muliere vulgari. Quid ergo? Numquid neceſſitabitur Monialis non eſſe de ordine Chriſti ſub pœna peccati? Sic inſaniens Wicleffus, *Nos* (inquit) *credimus, quod Chriſtus conceſſit ſuo ordini libertatem in ſignis ſenſibilibus, & habitibus variari*. Auguſtinus & Iſidorus credunt quod non: imo hoc credunt eſſe diverſi generis profeſſiones velle miſcere; quod omnino decernunt eſſe peccatum. Ulterius notentur verba Doctorum, *diverſi generis profeſſiones velle miſcere*; & quomodo exemplificant de ſanctimoniali, & de nupta vulgari: ergo tunc profeſſio Sanctimonialis eſt diverſi generis a profeſſione nuptæ & mulieris vulgaris. Peccant ergo (b) in imaginatione qui intendunt profeſſiones iſtas miſcere, dicentes, religionem Sanctimonialis, vel cujuſcumque perfecti comparari ad religionem vulgarem, tamquam ſpecies ad ſuum genus; vel minus commune ad magis commune; & per hoc non eſſe aliam religionem peculiarem, & aliam vulgarem. Auguſtinus autem & Iſidorus dicunt, iſtas religiones eſſe alias, immo & diverſas; & tam diverſas, ut ne in exteriori quidem habitu communicare poſſint ſine peccato.

Deut. 22. 11.

Auguſtinus To. 8. cap. 9. pag. 211.

* al. omnimodo

4. Sunt autem & alia ſigna religioſorum, quam veſtes corporales, ut corona tonſa (c), geſtus honeſtas; & in prima introductione in clauſtrum ſigna multiformia, & ſanctiones diverſæ, quas omnes, quamvis adverſarius ſingillatim depravet, ego non ſingillatim, ſed ſimul obruens eum, egregii Dionyſii authoritatem inducam VI. *Eccleſiaſt. Hierarchiæ*, ubi ſtudioſe ſatis, & intenta devotione cæremonias illas exponit, quibus, temporibus Apoſtolorum, uſi ſunt religioſi viri in ingreſſu ſuo primario, dicens: DIONYSIUS. Sacerdos ſtat ante divinum altare, monaſticam invocationem ſacre dicens. Qui perficitur autem retro poſt Sacerdotem ſtat, non utrumque ponens genu, non alterum (d): non ſuper caput habens a Deo tradita eloquia: ſoli autem Sacerdoti aſtans ſacra dicenti.

Dionyſius pag. 40.

A „ Ea vero finita, Sacerdos ad eum qui perficitur veniens, interrogat primum ipſum, utrum omnibus abrenunciavit diviſibilibus, non ſolum veris, ſed & phantaſiis. Deinde perfectiſſimam ei vitam enarrat, teſtificans, quomodo oportet noctem ſuper mediam ipſum conſurgere. Hæc autem omnia eo qui perficitur attente confeſſo, cruciformi figura ſignans; ipſum Sacerdos detondet, trinam divinæ beatitudinis invocans hypoſtaſim; & veſtem omnem exuens, alteram induit, & cum aliis ſacris viris quotquot adſunt, oſculans ipſum, communicatorem perficit thear-

Veteres Cæremoniæ in receptione monachi.

B „ chicorum myſteriorum. „ Hæc Dionyſius. Videte jam quot cæremoniæ exercebantur notabiles circa religioſum perfectum, diebus Dionyſii: Primo, ut Sacerdos Prælatus monaſterii decantaret ad altare ſolemnes orationes ad idem opus factas: deinde peteret ab eo anne renunciare propoſuit cunctis rebus tranſitoriis; de quo tunc facturus eſt votum ſolemne: tuncque haberet Prælatus illi exponere vitam illam perfectam, & quod oportet profeſſorem illius vitæ ad majorem anhelare perfectionem, quam cæteri ſæculares. Quæ omnia cum voverit & profeſſus fuerit, ſignaret eum Prælatus cruciformi

C figura, detondens eum, & benedicens in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Et tunc exueret eum veſtibus ſæcularibus, & indueret aliis. Et demum oſcula daret ſingulis fratribus: noviſſime autem communicaret ſacram Euchariſtiam. Et quamquam magnum erat in tam grandi Patre, quod dignaretur iſtas cæremonias enarrare religioſorum virorum ſui temporis; ut tamen monſtraret aliis quanti ponderis res iſta fuerat cordi ſuo, poſt ſigna narrata, ſignorum addidit rationes, dicens: DIONYSIUS. Abrenunciatio facta diviſibilibus, non modo veris, (ideſt, divitiis ſæculi) ſed etiam phantaſiis,

Dionyſius ibidem.

D „ (ideſt, concupiſcentiis carnis & mentis) perfectiſſimam ſignificat monachorum philoſophiam in ſcientia viventium præceptorum ordinatam (ideſt, ſecundum regulam, & ſtatuta ordinata ſecundum legem Dei): ſignatio autem cruciformis figuræ monſtrat ab omnibus ſimul carnalibus appetitibus vacationem. „ Detonſio autem capillorum ſignat mundam, & non formalem vitam, (ideſt, non fictam converſationem) non ſuper compoſitis figuris informe mentis decorantem, ſed ipſam in ſe ipſa, non humanis pulchritudinibus, ſed ſingularibus & ſolitariis in Deiformiſſimam

Myſtica earum cæremoniarum explicatio.

E „ ſimilitudinem actam (ideſt elevatam). Prioris vero veſtis abjectio & alterius aſſumptio, a media ſancta vita, (quæ eſt vulgaris) ad perfectiorem tranſmutationem ſignificat, quemadmodum etiam in ſancta Dei generatione (ſcilicet in baptiſmo) veſtis mutatio monſtrat emundatæ vitæ ad contemplativum & illuminativum ſtatum provectionem. „ Quod autem nunc & Sacerdos, & omnes quotquot adſunt ſancti, perfectum oſculantur, ſanctam Deiformium intellige commu-

(a) Sic habent conformiter cum Maurin. noſtri Codd. Vat. & Ferrarien: ſed non arridebat hæc lectio primis Waldenſis Editoribus, qui ſubrogarunt. *lino lanaque contexta*.

(b) Per hæc confirmat quæ ſupra diſſeruit cap. 17.

(c) Contra tonſuram clericalem atque monaſticam obloquitur etiam Calvinus lib. 4. Inſtit. cap. 19. §. 27. dicens, tonſuræ uſum cœpiſſe temporibus Auguſtini, & id cauſæ fuiſſe; quod tunc ſoli homines effœminati, & delicati alebant comam: indecens autem videbatur id Clericis ac Monachis permittere, quod laſciviores & molliores affectabant. Quam longe autem a vero diſtet, ea quæ Waldenſis hic ſubjicit, ſatis demonſtrant.

(d) Al. *Non ambos pedes inclinans, non unum pedem*.

„ nionem, amabiliter in lætitia divina conde„ lectatorum ſibi invicem „ (ideſt, ſignificat communionem fidelium, qui conformantur Deo, & in ipſo ſibi invicem, & in lætitia ſpirituali ſibi mutuo delectantur). In fine autem omnium, Sacerdos ad thearchicam (ideſt, divi„ nam) communionem invocat perfectum, [A] „ ſignificans, quod perfectus, ſi vere ad mo„ naſticam pervenit actionem, non contempla„ tivus erit ſolummodo ſanctorum, qui ſunt „ ſecundum ipſum (ideſt, laicorum); neque ſe„ cundum medium ordinem (ideſt, vulgarium) „ ad communionem veniet ſanctiſſimorum ſi„ gnorum; ſed ſecundum divinam cognitionem „ ſanctorum, quibus participavit alio modo, „ quam ſanctus populus, veniet ad conſumman„ dum thearchicam communionem. „ (ideſt, alio modo, & ſpecialiori forma communicabit ipſe divina beneficia, virtutes, & merita; & diviniori modo, quam aliquis de populo.) Hæc [B] Dionyſius. Iſtis ergo dictis & expoſitionibus ſanctiſſimi Dionyſii quatitur omnis ſophiſtica impugnatio Wicleviſtica in materia *ſignorum*. Quod ſi calumnietur me quiſquam, quod ex his ſignis & ritibus non poſſum probare veſtes religioſorum modernorum, eo quod Religioſi moderni talibus non utuntur veſtibus, nec profeſſi ſunt ſignis & ritibus enarratis: ad hæc, remitto ego calumniatorem meum ad principium præmiſſorum (*a*). Numquid non primo & poſt, & ſæpe dixi me nihil velle in hoc opere definire ab intento pro quacumque religione perfecta in particulari, ſed in generali pro qualibet? Sic fundamentum religionis perfectæ ex- [C] quiſivi in genere, ſecundum quod eminet populari; & ſi quandoque de particulari aliqua religione intuli perfectorum, hoc non feci pro ipſa, ſed pro communitate ejus. Nec eſt mihi curæ, ſi religio aliqua de modernis ſit eadem ſpecie cum his quas recitavi, nec ne: ſed hoc ſatis erat probaſſe, religionem aliquam perfectam fuiſſe ab antiquo, quæ laudabilis habebatur a Deo, & judicata majoris perfectionis, quam illa, quæ cum ipſa concurrens erat religio popularis. Et conformiter pro hoc paſſu *ſignorum*, ſatis eſt mihi probaſſe religioſos eoſdem, a pri- [D] mævis fidei, veſtes habuiſſe, vel habitus, ſignaque & ritus, diſtinctos laudabiliter a vulgo ſæculi: quarum veſtium forſan quibuſdam utuntur quidam monachi: quibuſdam Fratres, aut alii: de hoc autem non curo, non * ſollicitor. In poteſtate enim poſteriorum Patrum manſit quod conceſſum erat veteribus in hac parte.

* *al.* non ſuper ea re ſollicitor.

CAPUT XXIX.

Reſpondetur ad dicta hæreſiarchæ Wicleffi, & probatur, quod Chriſtus inſtituit quatuor Sectas præfatas; & primo quod Epiſco- [E] pos. (*b*)

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Sicuti Deus in productione rerum, non ſemel atque iterum, ſed tertio in univerſali vidit cuncta quæ fecerat: ita debet Author quilibet lucubrationes ſuas ſæpe ſæpius recognoſcere, ne quid in illis ſit contra regulam traditionis divinæ.*
2. *Non probavit Wicleffus, neque probare potuit, quatuor ordines Religioſorum non eſſe a Chriſto: quare meretur puniri pœna talionis.*
3. *Chriſtus inſtituit Epiſcoporum ordinem in Apoſtolis pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus: qui Epiſcopi diſtincti ſunt a ſimplici Sacerdote: & dicere oppoſitum, eſt hæreſis Aerianorum.*

1. AD finem jam tendens præſentis opuſculi, rapior manu potentioris artificis, & iterum ducor ad tribunales gradus * unde receſſi; ne forte quæ fecerim, non ex omni parte veritatis color appingat, ſi fucata temeritas præcipitem convincatur tuliſſe ſententiam. Recolo enim bene, omnipotentem Dominum, cum primas rerum fabricaſſet imagines, poſtquam directo opere creaſſet naturam in ſpecie, iterum aſpexit opus in opere, conſummavit, approbavit, & qualibet ex parte reddidit dignum [B] laude. Præmittit enim Scriptura diviſionem factam aquarum ab aquis, & nuncupationem maris; poſt quod ſubjungitur: *Et vidit Deus, quod eſſet bonum*. (Gen. 1. 10.) Germen terræ commemorat in herbis, lignis, & cæteris fructibus; & ſequitur: *Et vidit Deus quod eſſet bonum*. (v. 12.) Creavit Solem fontem locis, Lunam quoque matrem viventium, & Stellas in ornamentum regalis Olympi; *& vidit Deus, quod eſſet bonum*. (v. 18.) Breviter, productis omnipotenter ſingulis creaturis, jam iterum tertia vice aſpectu eas contemplatur epilogo, & ſuccincta laude, cuncta commendantur in genere: quia *vidit* (inquit) (v. 31.) [C] *Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*. Sed numquid cæcum Deum fuiſſe putabimus, cum primo conderet creaturas ſingulas, ut, re producta, neceſſe haberet videre quod fecerat; ut quod incaute egerit, corrigat jam reviſum? Aut eum exiſtimabimus poſſe fuiſſe ſeductum; cum ſingillatim eas ſecundo videret, ut jam tertia inſpectione cuncta ſimul conſultius repararet? Non ita: ſed ut in hoc ipſo divino, totiens repetito conſpectu, informetur noſtra fragilitas, ut QUOD BENE AGERE VOLUMUS, ſæpius reducatur ad oculum; non ſolum ut politum fiat quod agimus, juxta regulas mentis [D] noſtræ; ſed magis juxta regulas traditionis divinæ. Unde ſuper eumdem textum Geneſis lib. 1. BEDA. (Beda To. 4.) Neceſſario Scriptura ſancta multo„ tiens repetit, quod vidit Deus bona eſſe quæ „ fecit, ut hinc informaretur pietas fidelium; „ non tantum humano ſenſui, qui ſæpe, et„ iam bonis rebus offenditur, quarum cauſas „ atque ordinem neſcit judicare; ſed laudanti „ Deo credere, & cedere. Tanto enim melius „ quiſque aliquid proficiendo cognoſcit, quan„ to religioſius, antequam recognoſceret, Deo „ credidit. „ Hæc ille. Videamus igitur quæ fecimus, an probari forte poſſint divinis aſpe- [E] ctibus. Dixit æmulus noſter, religionem Chriſti perfectam carere munere divinæ fundationis: & recitat eam in ſpecie quadripertita capite XXVII. *de officio paſtorali*: WICLEFFUS. (Wicleffus — Quatuor Sectæ a Wicleffo improbatæ.) „ Hæc quatuor ſectæ noviter inductæ, ſicut „ *Clerici Cæſarei*, *Epiſcopi*, *Monachi*, *Canonici*, „ & *Fratres quatuor ordinum*, multum contur„ bant Eccleſiam militantem Chriſti. „

2. Bene, de turbatione non eſt jam nobis ſermo: ſed proba, quod illæ quatuor ſectæ *noviter* ſunt *inductæ*: & primo de religione Epiſcoporum, quod illa ſit inducta de novo, niſi quatenus Evangelium eſt novum. WICLEFFUS. (Wicleffus)

„ Pro-

* *al.* gradus

(*a*) Vide ſupra in quæſtione, quam Waldenſis huic libro præmiſit, num. 1.

(*b*) Quæ in hoc capite *de Epiſcopis* differuntur, confer cum ſupradictis lib. 2. cap. 60.

„ Probo (inquit): quia hoc movet multos loqui „ contra iſtos quatuor novos ordines: quia nullus hominum ſcit fundare eos in ordinatione legis Chriſti. „ Hoc ego nego: hoc eſt ſemper quod petitur. „ Patet (inquit): quia „ nullus dicit, quod Chriſtus eſſet oblitus eos, „ ſi voluiſſet eos eſſe de Eccleſia ſua: & ſic „ quidam imponunt Chriſto fatuitatem magnam, vel alioquin negligentiam. „ Ecce quam ſpecioſus proceſſus, & quam fortis ad improbandum fundationem iſtorum quatuor ordinum in lege Dei. Hoc eſt fortiſſimum motivum ejus, quod unquam reperi: ubi nihil probat, ſed loco probationis videtur ſibi ſuffeciſſe quod dixit. Sed hoc dictum ejus hæreticum apud Eccleſiam Chriſti æqua facilitate contemnitur, qua probatur. Proba mihi, ſi potes, (vel aliquis loco tui) quod dicis, quod Chriſtus non fundavit iſtos quatuor ordines. Sed ſcitis, Domini mei, per prædicta *, quanta authoritate roboratur Eccleſia contra quoslibet ſic errantes. Et quia iſte deficit in probatione ſua, ita ut ex hoc legitime ſit convictus, requiro ego judicem communem ex parte matris Eccleſiæ, quatenus actor iſte pœnam ſubeat talionis; ut ſicut caſſare volebat hos ſacros ordines, quos accuſat; ita caſſetur ipſe inventor, & patronus prophani ordinis, quem invenit, & tota plenarie *religio Lollardina*. Et etiam in cumulum pœnæ ejus, fundationem quam ipſe reprobat, ſed improbare non novit, ſuccincta forma probabo.

Wicleffus

** Articulo 3. lib. 2. & art. 1. & 2. hujus libri 3.*

3. Et primo de religione ſacrorum Pontificum: nam Chriſtus inſtituit ordinem ſacerdotalem, cum diceret diſcipulis poſt reſurrectionem: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*. Joan. xx. *Verum eſt* (inquit) *in ſuo communi*. Bene: Sed in inſtitutione *communis* inſtituit Deus quodlibet ejus *ſpeciale*, ſicut tu dicis in capite prædicto, quod inſtituendo ſacerdotem in communi, inſtituit Deus hunc ſacerdotem ſingularem Robertum, Joannem, vel alium talem: ergo in inſtitutione ſacerdotii communis inſtituit Chriſtus Epiſcopale ſacerdotium, Curatorum, & ſimplicium Sacerdotum. „ Verum eſt (inquit Wicleffus) in- „ ſtituit ſacerdotium Epiſcoporum illo tempo- „ re, ſed non ordinem Epiſcopalem. „ Contra. Principaliter ſubſtituit ad hoc officium Apoſtolos ſuos, tamquam Epiſcopos, etſi generaliter omnes ſacerdotes; non tamen niſi ut virtualiter contentos in Epiſcopis. Unde in homil. xxvi. quæ eſt ſuper eumdem locum, GREGORIUS. Libet (inquit) intueri, quod illi diſcipuli ad „ tanta opera humilitatis vocati, ad quantum „ culmen gloriæ ſunt producti. Ecce non ſo- „ lum de ſemetipſis ſecuri fiunt, ſed etiam „ alienæ obligationis poteſtatem relaxationis ac- „ cipiunt; principatumque ſuperni judicii ſor- „ tiuntur, ut vice Dei quibuſdam peccata re- „ tineant, quibuſdam relaxent. Horum nunc „ in Eccleſia Epiſcopi locum tenent. Solvendi „ atque ligandi authoritatem ſuſcipiunt qui gra- „ dum regiminis ſortiuntur. „ Ecce dicit Gregorius, Epiſcopos noſtros ſortiri illum gradum eumdem, & tenere locum, & eamdem conſequi authoritatem, quam tunc Chriſtus inſtituit in Apoſtolis: ſed jam tenent Epiſcopi gradum ſuperiorem, quam cæteri præciſe ſacerdotes: ergo tunc inſtituit Chriſtus gradum & locum Epiſcopalem altioris dignitatis, quam ſit gradus præciſe ſacerdotum. Nego argumentum (in- „ quit *): quia tunc non erat diſtantia Epi- „ ſcoporum, & ſacerdotum, ſicut bene teſta- „ tur Hieronymus ſuper Epiſt. ad Titum, & „ ponitur in Decretis, cap. *olim*. Ideo Chri- „ ſtus ſolum tunc inſtituit ordinem ſacerdo- „ tum, qui tunc omnes indifferenter vocaban- „ tur Epiſcopi: Epiſcopatum autem moder- „ num ultra ſacerdotium tunc non inſtituit. „ Contra: tunc incurris hæreſim Aerianorum, qui hoc idem hæreticum dogma ponebant, ſicut plane teſtatur Auguſtinus *de hæreſibus*, & eſt hæreſis LIII. ubi ſic: AUGUSTINUS. Aeriani ab „ Aerio * quodam dicti ſunt, qui cum eſſet Pre- „ ſbyter, doluiſſe fertur, quod Epiſcopus or- „ dinari non potuerit, & in Arianorum hæ- „ reſim lapſus, propria quoque dogmata fertur „ addidiſſe nonnulla, dicens, offerri pro dor- „ mientibus non oportere, nec ſtatuta ſolem- „ niter celebranda eſſe jejunia: ſed cum quiſ- „ que voluerit jejunandum, ne videatur eſſe „ ſub lege. Dicebat etiam Presbyterum ab E- „ piſcopo nulla differentia debere diſcerni. „ Tunc argumentor ſic: Inter Epiſcopos inſtitutos a Chriſto, & cæteros ſacerdotes inſtitutos ab eodem, aut ponis differentiam; & tunc convinceris falſum dixiſſe, quod Chriſtus nunquam inſtituit ordinem Epiſcoporum diſtinctum a Sacerdotio in communi: aut nullam ponis differentiam, & tunc incurris hæreſim Aerianorum. Nullum eſt medium inter contradictoria: aut falſum dices cum Aerianis, & eris hæreticus; aut falſum dixiſti per prius, & adhuc es hæreticus. Quod autem dicis de Hieronymo, olim non fuiſſe differentiam inter Presbyterum & Epiſcopum, ſatis ibi declarat ſe, quod non fuit differentia vocabulorum, quoniam uterque famoſe * vocabatur *Sacerdos*, & uterque *Epiſcopus*; ſed gradus ſemper habebant, & officia diſtincta, ut plane liquet ex Apoſtolo in Epiſtolis ad Timotheum & Titum, & alias docetur * ſatis plane.

Chriſtus quando ordinem Sacerdotalem inſtituit.

Joan. 20. 22. 23.

Gregorius To. 2. pag. 290. Edit. Pariſien. 1571.

Gradum Epiſcopalem Chriſtus inſtituit.

** Wicleffus*

Diſt. 95.

Auguſtinus To. 8. pag. 18.

** Vide ſupra lib. 2. cap. 60. num. 2*

** al. famate*

** lib. 2 cap. 60.*

CAPUT XXX.

Reſpondetur ad dicta Wicleffi hæretica, & probatur, quod Chriſtus inſtituit plures religiones diſtinctas, & quod inſtituit religionem perfectorum.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Sententia, & ratio Wicleffi ponitur.*
2. *Hæreticum eſt dicere, quod Chriſtus nonniſi unum ordinem inſtituit, quodque nihil voluit addi legi ſuæ: nam ex hoc multa ſequerentur inconvenientia.*
3. *Idem ulterius exemplo Joannis Præcurſoris demonſtratur.*

1. VEnio jam ad Religiones clauſtrales, ſi forſan amoveam candelabrum Wicleffi ibi de loco ſuo. Ad deſtruendum hanc lucernam Domini, duo falſa ſupponit ſub uno involucro *de ſpeculo militantis Eccleſiæ*, cap. XIV. & in barbarizatione Evangelii *tertiæ Dominicæ* Adventus, dicens, non ordinaſſe Chriſtum, niſi unam ſectam, & unum ordinem, & nihil velle addi legi ſuæ, nihilque ſubtrahi.

Apoc. 2. 5.

Wicleffus

2. Quod Chriſtus unum ordinem inſtituit, verum eſt, & unam omnium fidelium religionem Eccleſiæ; ſed quod non ordinavit niſi unum, hæreticum eſt: & quod nihil voluit addi legi ſuæ, etiam eſt hæreticum. Nam ſumatur illa religio una, quam tu dicis in lege Chriſti fundatam, ad quam Chriſtus nihil voluit debere addi; & quæro: num includat neceſſario caſtitatem perpetuam ab omnibus venereis, an non? Paupertatem in effectu, an non? Si iſta

ſunt de neceſſitate illius Religionis; ergo totus populus Chriſtianus apoſtatabit a Religione Chriſti continue, qui contrahit nuptias, & utitur ſuis rebus poteſtate dominativa. Si lex Chriſti, fundans illam unam ejus Religionem, non religet ad illa neceſſario: ergo addentes continentiam, & paupertatem exproprietariam ad legem Chriſti, fuerunt continue extra ordinem Chriſti: & ſic Chriſtus nunquam fuit de ordine proprio, nec Apoſtoli, nec beata virgo (*a*). Formatur ſic argumentum, & confirmatur: quia lex Chriſti non vult additiones contingentes, ſed præciſe partes ſuas neceſſarias; ſed continentia prædicta, & paupertas, ſunt additæ legi Chriſti: igitur per legem illam abolendæ; & quilibet eas obſervans eſt exlex & apoſtata. Conſequentia eſt formalis, & major eſt ſua: & minor eſt Apoſtoli Pauli: *De virginibus* (inquit) *præceptum Domini non habeo*. Et propter hoc beatus Auguſtinus dicit, conſilium caſtitatis eſſe tam ſupra legem, quam ſupra Evangelium. Unde in *Hipognoſtico* cap. XLIV. exponens illud Salvatoris ad ſtabularium, *Curam illius habe*, dicit AUGUSTINUS: *Curam illius habe*, ideſt, „ quæ ad fidem meam pertinent, quomodo „ oporteat eum ad plenam ſanctitatem * pervenire, doce illum. Et quodcumque ſupererogaveris, ego cum rediero reddam tibi. Si „ quid ſuper Evangelium meum, tamquam miſericordiam meam conſecutus ut eſſes fidelis, „ ad ejus utilitatem ſapueris, dum rediero judicaturus mundum, & unicuique redditurus „ ſecundum opera ſua, reddam & tibi. Quid „ autem ſupra legem & Evangelium plus Paulus erogavit? Illud puto, quod ipſe ait ad „ Corinthios: *De virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do*. Vel illud „ etiam ubi de conjugibus ait: *Nam cæteris* „ *ego dico, non Dominus*. „ Hæc ille. Ecce tunc conſilium caſtitatis virginalis & vidualis eſt ſupra legem Chriſti: ergo lex Chriſti vult aliquid ſibi addi: quia ſi eſſent de Evangelio, non eſſent ſupra Evangelium, quia nulla pars totius eſt ſupra totum, cujus eſt pars; & per conſequens profeſſores hujuſmodi additionum, non ſunt extra legem Chriſti, ſed ſupra; niſi detur quod Chriſtus fuerat extra legem Chriſti, & Apoſtoli ejus, qui talia addita vovebant, & omnino ſervabant profeſſione arctiſſima, ut ſupra * habitum eſt, ſecundum Auguſtinum & alios Patres.

1. Cor. 7. 25. — Luc. 10. 35. — * Auguſtinus To. 10. lib. 3. cap. 8. pag. 19. — * M. ſanitatem — 1. Cor. 7. 25. — * Cap. 22. num. 5. & 6.

13. Præterea ſpecialius quæritur de Joanne Baptiſta, utrum fuerat de Religione Chriſti, an non? Quod non, probatur: quia per te Chriſtus non inſtituit niſi unam Religionem, & Joannes Baptiſta non fuit illius Religionis: quia dicis in barbarizatione Evangelii *Dominicæ tertiæ* Adventus, Religioſos modernos, non habere Joannem Baptiſtam patronum, quia vita ejus fuit nimis dura; nec Jeſum Chriſtum: quia ejus vita fuit valde larga: & ſic dicis, quod tam ſæculares, quam Religioſi relinquunt iſtas duas vias, & tenent viam diaboli. Ergo ſi ſint duæ viæ, via Joannis non fuit via Chriſti. Forte dicis: „ Verum eſt; ideo fuit abolita *, „ ſicut aliæ Religiones veteris teſtamenti, *Eſſæorum*, *Phariſæorum*, & *Sadducæorum* (*b*). „ Sed cum omne factum Joannis poteſtate Dei fuerat non caſſandum, ſequitur tunc, quod Joannes fundavit ordinem ſuum poteſtate, quæ erat ex hominibus, & non ex Deo: & tunc mereberis lapidari cum Phariſæis, quos Chriſtus de hac eadem opinione redarguit. Quod ſi dicas, Religionem Joannis fuiſſe hanc eamdem, quæ Chriſti: nonne Joannes duxit vitam eremiticam ſecundum Evangelium; & per hoc erat patronus Religionis monaſticæ, ſecundum Hieronymum, & Iſidorum ſupra cap. IX? * Ergo religio eremitica, ſive monaſtica, eſt religio Chriſti: ſed populares non vivunt illa vita, ſcilicet, eremitica, vel monaſtica: ergo ipſi non ſunt de Religione Chriſti. Vel oportet dare Religiones ejus plures una. Et quantum ad hanc præciſam unitatem, quam tu aſſignas in Religione Chriſti; numquid, rogo, ejuſdem Religionis erant præciſe Apoſtoli, qui omnia reliquerunt affectu & effectu; & Nicodemus & Martha, qui cuncta, ut prius, proprietarie retinebant? Aut numquid ejuſdem Religionis præciſe ſancti habitantes Jeroſolymis in templo, qui omnia ſua reliquerunt pro Chriſto, de quibus Act. IV. & cæteri ſancti converſi Alexandriæ, de quibus Act. XV.? Aut numquid adhuc tertium genus profeſſionis habebant Religioſi ſancti Marci, de quibus ſupra cap. VII.*? Veteri illi Doctori ſancto Joanni Caſſiano *in inſtitutis Monachorum*, videtur quod ſic lib. II. cap. V. Unde ait: CASSIANUS. Cum in primordiis fidei, pauci quidem, ſed probatiſſimi, „ *monachorum* nomine cenſerentur, qui ſicut „ a beatæ memoriæ Evangeliſta Marco, qui „ primus Alexandrinæ urbi Pontifex præfuit, „ normam ſuſcepere vivendi; non ſolum illa „ magnifica retinebant, quæ primitus per Eccleſiam, vel credentium turbas in Actibus „ Apoſtolorum legimus celebrata fuiſſe (multitudinis ſcilicet credentium erat cor unum „ & anima una, nec quiſquam eorum quæ poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant „ eis omnia communia: quotquot enim poſſeſſores domorum, aut agrorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, & ponebant „ ante pedes Apoſtolorum: dividebatur autem „ ſingulis, prout cuique opus erat): verum etiam his multo ſublimiora cumulaverunt. „ Etenim ſecedentes in ſecretiora ſuburbanorum loca, agebant vitam tanto abſtinentiæ „ rigore diſtrictam, ut etiam his, qui erant „ Religionis externæ ſtupori eſſet tam ardua „ converſationis eorum profeſſio. Eo enim fervore divinarum Scripturarum lectionibus, „ orationibuſque, & operi manuum diebus ac „ noctibus incumbebant, ut ne eſcarum quidem appetitus, vel memoria, niſi altero, „ tertiove die corporis interpellaret inedia, cibumque ac potum non tam deſideratum, „ quam neceſſarium ſumerent; & ne hunc quidem ante ſolis occaſum, ut tempus lucis cum „ ſpiritualium meditationum ſtudiis, curam vero corporis cum nocte ſociarent; aliaque his „ multo ſublimiora perficerent: de quibus etiam „ qui minus indigenarum relatione cognovit, „ Eccleſiaſtica hiſtoria poterit edoceri. „ Hæc Sanctus Caſſianus. Ecce quomodo beatus Joannes Caſſianus diſtinguit inter Religiones iſtas, primorum ſcilicet fidelium degentium in templo, & cultorum Sancti Marci. Iſtoſque ſecundos dicit multo ſublimioris profeſſionis fuiſſe ſub beato Marco, quam illi primi credentes erant in templo. Ubi ergo diſtinctio eſt profeſſionum, quomodo poteſt eſſe præciſa unitas ordinum, aut indiſtincta Religionum identitas?

„ Non

* Religio Joannis — Luc. 7. 33. — Matth. 3. 3. — * num. 4. — * num. 2. — Caſſianus — Act. 4. 32. — Act. 4. 32.

(*a*) De paupertate & continentia Chriſti conſtat ex Evangelio. De Beata autem Virgine & Apoſtolis recole ſupradicta cap. 22. num. 5. & 6.

(*b*) Eſſæi, Phariſæi, & Sadducæi quædam erant veteris Teſtamenti Sectæ, de quibus Vide Notas ſuſiores.

„ Non (inquit) ſed una eſt religio, unus ordo „ Chriſti; & tres partes. „ Aliquid forſan periculi conſiderat iſte in nomine *ordinis*, quod vult ſubdiviſiones illas, *partes* eſſe, non *ordines?* „ Non (inquit) nego: bonum quid eſt *ordo*; ſed diſtinctio *ordinum*, & pluralitas ordinum ſonat in malum. „ Ergo tolle ordinum A numeros in Angelis, & dic novem partes eſſe unius ſimplicis *ordinis*; non autem novem *ordines*. Sed qui angelicos ſpiritus ad ſui laudem, & decorem cœleſtis Regiæ in novem creavit diſtinctis ordinibus, ſecundum diverſitatem ſpecificam, & officiorum interſtitia, hic idem Dominus Eccleſiam ſuam militantem in multis & diſtinctis variavit officiis, ſecundum varias viventium profeſſiones & merita.

CAPUT XXXI.

Reſpondetur ad ſophiſma prædicti hæretici, & B probatur Chriſtum ſtatuiſſe Eccleſiam in religionibus variam, & tamen unam.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quamvis una ſit communis Chriſti Religio, non inconvenit tamen plures & diſtinctos in ea eſſe peculiares ordines.*
2. *Etſi Monachorum vel Religioſorum vocabulum non reperiatur inſtitutum a Chriſto, ſufficit tamen, quod ipſos quoad rem inſtituerit.*
3. *Chriſtus (authore Ambroſio) ſtatum Sanctimonialium fundavit, tametſi de vocabulo* C *nulla fiat mentio in Scripturis.*

1. SEd contra iſta ſe putat iſte Doctor prophanus poſſe triumphare, cum dicit: „ Si ſitis omnes de religione Chriſti; ergo omnes eſtis ejuſdem religionis præciſe. „ Tale eſt argumentum, ac ſi ſic argueretur: *Omnes eſtis graduati Univerſitatis, ergo omnes eſtis ejuſdem gradus præciſe*. Nonne audiſti, quod mater Eccleſia ſit *circumdata varietate* per Pſalmiſtam? Nonne, quod aliquos Deus dedit Apoſtolos, alios Evangeliſtas, aut Doctores, ſe- D cundum Apoſtolum? Unde ad probandum diſparitatem graduum in Eccleſia ex inſtitutione Chriſti, aſpice Hieronymum *contra Jovinianum* lib. IV. ubi ſerioſe probat hoc idem per totum. Aſpice etiam, ſi potes, Bernardum, Epiſt. *ad Cluniacenſem Abbatem* (*a*), cito poſt principium: BERNARDUS. Sicut itaque multæ illic manſiones in una domo (loquitur de cœlo) ita hic „ ordines multi ſunt in una Eccleſia. Et quomodo hic *diviſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus*; ita ibi diſtinctiones gloriarum, „ ſed una domus. Porro unitas tam hic, quam „ ibi conſiſtit in una charitate. Diverſitas hic E „ quidem in ordinum vel operationum multifaria diviſione: ibi vero in quadam meritorum notiſſima, ſed ordinata diſtinctione. Intelligens denique Eccleſia hanc ſuam quodammodo diſcordem concordiam, & concordem diſcordiam &c. „ Hæc Bernardus. Et venerabilis Beda habet eumdem quaſi conceptum de diverſis receptaculis in arca Noe, & reducit ea ad diverſos ſtatus in Eccleſia, lib. 1. ſuper Geneſi, textu, *Manſiunculas in arca facies*. Unde identitas Eccleſiæ Chriſti, & religionis ejus communis, non aufert, ſed magis confert diſtinctionem ordinum, & varietatem religionum in eadem. „ Poſſet eſſe (inquit) ſi fundari poſſent in lege Chriſti omnes iſtæ ſectæ, „ quas addis. „ Ergo, ut video, pro fundatione religionum inſtas: quas omne ſatis dives eſt Eccleſia fundare in lege Chriſti. Sed nos non poſſumus omnia ſimul proferre pro omnibus ſingillatim. In evidentiam tamen generalem fundationis, peto primo: quid vult dicere apud te *fundatio religionis*, vel *ſectæ? Approbationem Chriſti* (inquis). Sed adhuc quæritur: Nonne approbatio converſationis ſufficit, aut etiam vocabuli correſpondentis?

Wicleffus — Pſal. 44. 10. — Epheſ. 4. 11. — Hieronymus To. 2. pag. 371. lib. 2. — Bernardus cap. 4. To. 1. pag. 536. num. 8. — 1. Cor. 12. 4. — Beda To. 4. — Gen. 6. 14. — Wicleffus

2. Si quidem hoc non detur, non approbatus eſt ordo Sacerdotum, quia non impoſuit Chriſtus ſimul officium & vocabulum. Non enim legitur, Chriſtum nuncupaſſe ſuos diſcipulos *Sacerdotes*, aut *Epiſcopos*: ſed nec *nuptos*, aut *conjuges*: ſed tantum imponens eis manus, dixit: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis &c.* Non enim dixit: *Sitis vos Sacerdotes, & vos Epiſcopi*. „ Nec oportet (inquit) „ ſed ſufficit, quod injungat officium, & poſt „ officium ſequetur vocabulum. „ Ergo adhuc Chriſtus inſtituit religionem peculiarem, cum inſtituit quoſdam profiteri voluntariam paupertatem, quoſdam cum hoc continentiam, & vivere obedientes, quamvis non tunc vocaverit eos *Monachos*, aut *Fratres*: quia quamvis non indixit peculiare nomen; converſationem tamen peculiarem inſtituit. Aut dicat magiſter meus*, quod approbaverit Chriſtus ordinem militarem, pro eo quod Joannes eum non reprobavit, ſed quaſi confirmando dixit: *ſtate* * *contenti ſtipendiis veſtris*: ſed ordinem eremiticum, in quo vixit ſanctus Joannes in ſua perſona non approbavit: de quo tamen dixit Chriſtus, quod *inter natos mulierum, nemo ſurrexit major*: & erit ſatis magna blaſphemia. Chriſtum ergo approbare aliquem ſtatum, eſt ejus cæremonias eſſentiales imponere, quamvis de vocabulo nominis non egerit mentionem.

Joan. 20. 22. — Wicleffus — * ironice de Wicleffo loquitur. — Luc. 3. 14. — * Vulg. eſtote. — Matth. 11. 11. — Divina alicujus ſtatus approbatio.

3. Sic enim beatus Ambroſius dicit, Chriſtum fundaſſe ſtatum Sanctimonialium in libro ſuo III. *de Virginibus*, bene verſus medium. Videbatur enim Ambroſio, quod aliquis imputaſſet illi religioni aut improbitatem, aut novitatem, aut inutilitatem; & ſolvit omnia, dicens: AMBROSIUS. „ In me ergo facti conditio „ mutatur, ut pro opprobrio mihi cedat, quod „ ſemper ſpectavit ad gratiam Sacerdotum, jacere ſemina integritatis, & virginitatis ſtudia provocare. Quæro utrum quaſi improbum hoc, aut quaſi novum, aut quaſi inutile reprehendatur? Si quaſi improbum: ergo vota ſunt omnium improba; improba vita eſt Angelorum, quam gratia reſurrectionis imitatur: qui enim *non nubunt, neque nubentur, erunt ſicut angeli in cœlo*: qui „ hoc utique reprehendit, reſurrectionis vota „ condemnat. Sed eſto non ſit improbum, „ numquid novum eſt? Nos enim nova omnia, „ quæ Chriſtus non docuit, jure damnamus. „ Diſcutiamus ergo, utrum Chriſtus integritatem docuerit, an repudiandam putaverit. Et „ *ſunt*, inquit, *ſpadones, qui ſe ipſos caſtraverunt propter regnum cœlorum*. Eſt ergo præclara militia, quæ regno cœlorum militat. „ Itaque jam tunc Dominus docuit eſſe debere intemerata ſtudia caſtitatis. — Et infra — „ Poſt hoc verbum offeruntur pueri ad benedicendum, qui corruptela expertes, integritatis munus immaculata ætate ſervarent. Talium

Ambroſius To. 1. pag. 101. Edit. Pariſien. 1669. — Matth. 22. — Matth. 19 — Puerorum oblatio Monaſteriis paſſim a Patribus facta, juxta veterem Eccleſiæ politiam.

(*a*) Ad Gulielmum Sancti Theodorici Abbatem Epiſtola, quæ nunc *Liber*, ſeu *Apologia* inſcribitur.

„ lium eſt enim regnum cœlorum, qui in pue-
„ rilem caſtimoniam, tamquam in naturam in-
„ fantium, corruptelæ ignoratione removerint.
„ – Et ſequitur bene poſt. – Nec improbum
„ nec novum integritatis eſt ſtudium. Videa-
„ mus, ne forte inutile judicetur. Nonnullos,
„ enim dixiſſe audivi, quod mundus periit,
„ deſecit genus humanum, conjugia labefacta-
„ ta ſunt. Quæro, quis tandem quæſivit uxo-
„ rem, qui non inveniret? Quando fuerunt bel-
„ la pro virgine? Quis unquam pro virgine ſit
„ peremptus? De conjugiis autem iſta naſcun-
„ tur, ut perimatur adulter uxoris, raptor præ-
pag. 193. „ liis adaptetur. Iſta Reipublicæ ſemper damna
„ fuerunt. PRO VIRGINE SACRA NEMO DAMNA-
„ TUS EST: quia caſtitatem non pœna cohibet,
„ ſed religio auget, fideſque conſervat. Si quis
„ ergo putat conſecratione Virginum minui ge-
„ nus humanum, conſideret, quia UBI PAUCÆ
„ VIRGINES, IBI ETIAM HOMINES PAUCIO-
* „ RES (*a*): ubi virginitatis ſtudia crebriora,
„ ibi numerum quoque hominum eſſe majo-
„ rem. Diſcite quantas Alexandrina, totiuſque
„ Orientis, & Africana Eccleſia quotannis ſa-
„ crare conſueverint. Pauciores hic homines
„ prodeunt, quam illic virgines conſecrentur.„
Hæc ille. Videtis jam, quam ſtudioſe approbat Ambroſius ſtatum Sanctimonialium, defenſans eas ab improbitate, & inutilitate, & novitate. Et ne exiſtimentur novæ, probat Chriſtum fundaſſe ſtatum earum in approbatione integritatis, quamvis non tunc eas nominaverit *Moniales*: ergo per locum ab authoritate, omnis religio peculiaris eſt fundabilis, & a Chriſto fundata: quia earum eſſentiales obſervantias approbavit, quamvis tacuerit de nomine *Monachi*, ſive *Fratris*; ſicut utique non expreſſit vocabulum *Sacerdotis*.

CAPUT XXXII.

Reſpondetur ad prædictum hæreticum, quod in Scriptura inſtituuntur diſtinctæ religiones ſecundum diſtinctas obſervantias: & quod non eo aliqua religio melior, quo eſt in obſervantiis parcior (*b*). b

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Sollicitatur Wicleffus ad probandum quod dixit.*
2. *A principio naſcentis Eccleſiæ fuit diſtinctio eorum, qui tantum neceſſaria ad ſalutem ſervabant, ab jis, qui opera etiam ſupererogationis voverunt; & utramque religionem Chriſtus inſtituit.*
3. *Non eſt dicendum, religionem perfectorum non eſſe præſtantiorem religione vulgi, propterea quod plura præcepta contineat.*
3. *Wicleffus dum legem Chriſti levem reddere cupit, in quot errores incidat.*
5. *Oneris Chriſti levitas in quo conſiſtat.*
6. *Auguſtini intentio non fuit Eccleſiaſticas cæremonias damnare, ſed illarum abuſus reſcindere.*
7. *Cæremoniæ, & obſervantiæ religionis peculiaris, homines provocant ad converſionem in Deum, quemadmodum ex illis allectus eſt Auguſtinus ad fidem Chriſti.*

1. DEvicto ergo, atque ex prædictis æmulo decumbente, ſophiſta noſtro vero, & tantum prætenſo theologo, quantum ad formam A concludendi, ex primo argumento; divina favente clementia, robuſtiori nervo certare diſpono, & eumdem aggredi in ſecundo*. Sic enim David noſter tyro cum primum lapillum funda fixiſſet in fronte gigantis, ſecundum ſuperjecit brachio potiori. Ad diminuendum enim famoſam * laudem religionis peculiaris, quam probat mater Eccleſia, & ſolus ipſe frontoſus damnat hæreticus, perfectioni ejus detrahit, morſibus ſerpentinis. „ Chriſti (inquit) religio (in„ telligens de religione populi) eſt optima, & „ omni alia perfectior. „ Si tamen non ſophiſtices, ſed ſemper uniformiter intelligas de re- B ligione ejus vulgari, volo probes aſſumptum. Et probat dupliciter: primo *de officio paſtorali*, ubi ſupra *. Quia (inquit) *melior eſt ordinatio Chriſti, quam hominis*, (ſcilicet puri). Concedo. Sed proba tu, quod Chriſtus non inſtituit religionem peculiarem. Jam enim in ſuperiori capitulo probavi tibi, Chriſtum ſtatuiſſe Sanctimoniales, & omnes ordines. Sed de hoc ulterius tu nihil probas.

* *argumento*

1. Reg. 17.49.

* *al.* bene famatam

Wicleffus

* *cap.* 27.

2. Unde reſtat, ut probem ego partem meam; & reſumo pro generali motivo duas illas ſectas fidelium ſæpe dictas, degentium in templo, & converſantium Antiochiæ. Primi voverunt C paupertatem & continentiam: ſecundi tantum ut abſtinerent ab idololatria, fornicatione, & ſanguine ſuffocato. Et ſecundum Hieronymum 1. *contra Jovinianum*, eis non præcipitur de continentia, aut jejunio, aut paupertate, qualiter fiebat de primis, & ipſis Apoſtolis. Et tunc argumentor * ſic breviter: Non poteſt eſſe eadem religio ſimpliciter illa cui nihil aliud jubetur quam neceſſarium ſaluti, & illa, cui jubetur plus quam ſit neceſſarium ſaluti; immo quod eſt vere opus ſupererogationis, ſcilicet, vendere omnia ſua, continere &c. Antiochenis fidelibus jubebantur tantum neceſſaria: ergo al- D terius religionis vel ſectæ erant fideles Jeroſolomytani, & alterius Antiocheni. Sed Chriſtus non fecit, niſi unam ſectam per te; ergo ſi fecit primam Jeroſolymis, non fecit ſecundam Antiochiæ. Sed Spiritus Sanctus fecit ſecundam, dicente Concilio Apoſtolorum in textu, *Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis &c.* ergo Spiritus Sanctus fecit unam ſectam, quam Chriſtus nunquam fecit; & ſic ex hac opinione inducetur ſchiſma inter Filium & Spiritum Sanctum, quod principaliter intendit omnis hæreticus, eo quod OMNIS HÆRETICUS EST ſchiſmaticus, quamvis non e contrario. Ad propo- E ſitum autem arguo ſic: Fideles Jeroſolomytani erant perfectioris religionis vel ſectæ, quam illi Antiocheni; ſed illi Antiocheni erant de religione vulgari; ergo perfectior ſimpliciter eſt religio peculiaris, quam illa vulgaris. Conſequentia eſt plana, & pro veritate tam majoris quam minoris eſt proceſſus planus Scripturæ cum dicto illo Hieronymi *contra Jovinianum* lib. 1. cap. XXIII. HIERONYMUS. Quod quia „ nuper ex gentibus credidit Eccleſia, ideo le„ viora dat eis præcepta, & quaſi parvulis & „ infantibus, lac eis potum dat, non ſolidum „ ci-

* *Vide ſupra cap.* 6.

* *Cod. Ferrar.* arguitur.

Act. 15. 28.

Omnis hæreticus eſt ſchiſmaticus non econtra.

Hieronymus To. 1. *pag.* 290. *num.* 34.

(*a*) In regionibus, quas Saraceni ſublata Chriſtiana virginitate occuparant, idem notant Catholici Doctores. Illæ enim prius ſub chriſtiano regimine populoſæ, nunc ſub libidinoſo Turcarum jugo, raro habitatore ſqualent.

(*b*) Cod. Ferrarien. *Reſpondetur ad ſophiſma prædicti hæretici & probatur, Chriſtum ſtatuiſſe Eccleſiam in religionibus variam, & tamen unam.*

,, cibum. ,, Et venerabilis Beda vocat eos Antiochenos *carnales*: Jeroſolomytanos vocat *perfectos*: & ipſos dicit debuiſſe vivere ſuis ſtipendiis. Unde tractans hunc textum 3. Reg. VI. *Ædificavit atrium interius*, & ponitur in communi gloſſa, ſic habet BEDA: Multitudo cre-
(3. Reg. 6. 36.) (Beda To. 4.)
,, dentium, qui, relictis poſſeſſionibus, uno
,, corde, & una anima Deo ſerviebat; ipſa eſt tem-
,, plum; & locus intra atrium ſacerdotum
,, ſpecialiter illi conſecratur. Porro baſilica gran-
,, dis, & orantes in ea, circa atrium ſacerdo-
,, tis in gyro, eos ſignificat, qui eorum tem-
,, pore credebant ex gentibus in Syria & An-
,, tiochia, cæteriſque provinciis, & aliis divi-
,, tatibus; quibus Apoſtoli, & ſeniores, qui
,, erant Jeroſolymis, non plus imponebant one-
,, ris, quam ut abſtinerent ab idolis, immola-
,, tis, ſanguine ſuffocato, & fornicatione: quo-
,, rum tamen oblationibus volebant pauperes
,, ſanctorum, qui erant Jeroſolymis, ſuſtenta-
,, ri, ut eis carnalia miniſtrantes, ſpiritualium
,, eorum eſſent participes. Atrium ergo poſi-
,, tum inter locum vulgi, & ſacerdotum, illam
,, diviſionem ſignificat, quam carnales in Ec-
,, cleſia nuper incipientes, ab arce perfectorum,
,, non forte electionis, ſed meritorum qualitate
,, ſecernit. Carnales enim ſufficere ſibi credunt,
,, ſi fidem, ſpem, charitatem, & operum mun-
,, ditiam habeant. Perfecti ſuper hæc omnia
,, verbo prædicando laborant, pauperibus om-
,, nia ſua tribuunt, vigiliis, jejuniis, hymnis,
,, canticis ſpiritualibus, & ſacris lectionibus ope-
,, ram dant: perſecutiones, pericula propter
,, juſtitiam tolerant, & cætera, quæ ſe Paulus
,, feciſſe gloriatur, prompta mentis devotione
,, exequuntur. ,, Hæc ille. Ecce quam plane in prædictis affirmat venerabilis Beda Antiochenos fideles, & cæteros, quos ego dico *populares*, vel *vulgares*, fuiſſe *carnales*: Jeroſolomytanos autem fideles fuiſſe *perfectos*: a quorum arce, dicit, *carnales illi longe diſtabant*, tam loci virtualis in Eccleſia, quam correſpondentis meriti qualitate ſecreti. Unde plane probatum eſt, religionem perfectorum eſſe vulgari religione magis perfectam: & improbatum eſt primum motivum. Secundum eſt hoc: Iſti novi
(Wicleffus)
,, ordines ſunt pejores ſecta Chriſti: quia illa
,, eſt levior, liberior, & perfectior. ,, Et intelligatis ſectam vulgi: quia ille * intelligit, quod Chriſtus vixit vita non ſimpliciter perfectiori, quam ſit vita popularis moderna: quæ eſt hæreſis maxime horribilis chriſtiano. Sed ponit eam latenter ſub terminis ambiguis. Ergo adjuvabo aſſumptum ſuum cum ſententia Auguſtini *ad inquiſitiones Januarii*, parum ante finem, ubi loquens de multitudine obſervantiarum * citra præcepta, dicit: AUGUSTINUS.
(* Wicleffus) (* ad obſervationum) (Auguſtinus To. 2. lib. 2. pag. 142. num. 35.)
,, Quamvis neque hoc inveniri poſſit, quomo-
,, do contra fidem ſint; ipſam tamen religio-
,, nem, quam pauciſſimis & manifeſtiſſimis ce-
,, lebrationum ſacramentis miſericordia Dei eſ-
,, ſe liberam voluit, ita ſervilibus oneribus pre-
,, munt, ut tolerabilior ſit conditio Judæo-
,, rum. (a) ,, Hæc ille. Ergo quia in religione Chriſti vulgari pauciores habentur cæremoniæ, quam in religione perfectorum, ſive clauſtralium; ſequitur, quod religio vulgaris eſt religione clauſtrali, immo Epiſcopali, perfectior. Et confirmatur iterum argumentum: quia ex dicto Salvatoris in Evangelio, lex ejus eminet aliis, quia *jugum ejus ſuave eſt*, & *onus ejus leve*. Sed vulgares contenti mandatis, habent onus leviſſimum: ergo religionem inter omnes perfectiſſimam.
(Wicleffus [a]) (Matth. 11. 30.)

3. Sed ſuperficialis iſte modus arguendi eſt totaliter indigeſtus, & valde periculoſus; & in ſecundo enthymemate deſtructor totius fidei orthodoxæ. Nam eadem forma retenta, ſequitur quod Judaica religio ſit noſtra perfectior; & probatur: quia religio chriſtiana abundat ſuper omnes in præceptis & cæremoniis: nam lex vetus docuit non mœchari in opere, lex Chriſti addidit, nec in corde. Lex vetus juſſit diligere amicum: lex Chriſti etiam inimicum. Lex vetus prohibuit ſolam manum: lex Chriſti vetuit manum & animum: ergo lex Chriſti addidit ad cæremonias legis veteris. Numquid per hoc eſt imperfectior? Argumentum eſt ipſius Wicleffi. Numquid etiam religio veteris Paganiſmi ante tempora Numæ Pompilii, aut regna Saturni, fuit perfectior religione utriuſque legis, & rigoris & gratiæ? Iſte diceret, quod ſic: quia pauciores habebat cæremonias: quia adhuc non inducti erant modi faſtorum, non ritus ſacrificiorum, non obſervantiæ jurium, non multitudo Deorum, & varietas ludorum ſcenicorum, & theatrorum ſpectacula; ſed omne eis facere licuit, quod libebat, ut ait Tullius * in prologo veteris Rethoricæ. Ecce quam leve jugum portabant.
(* Cicero de invent. in principio Prologi.)

4. Hoc argumentum adduxit iſtum magiſtrum * in multas hæreſes, (& adhuc ducit ſequaces ejus) ut diceret Sacramenta non eſſe honeſtanda tot ritibus, & tot obſervantiis celebranda; ſed baptiſmum ſine cathechiſmo, vel exorciſmo; ſine oleo, aut cereo; ſine orationibus & patrinis in nuda aqua, unica immerſione, in nomine Trinitatis explendum: quia *hoc ſolum injunxit Chriſtus* (inquit) *& melior eſt Chriſti inſtitutio, quam ſit omnis humana additio*. Sic etiam dicunt de benedictione Euchariſtiæ, quod debet fieri ſimpliciter in tabula aliqua menſali, & poſt cœnam: quia ſic egit Chriſtus. Sic dedicationes Eccleſiarum contemnit, jejunia Eccleſiaſtica parvipendit & ordinationibus Epiſcopalibus detrahit: & breviter totam extenuat Religionem Chriſtianam, & reddit macie diſſolutam.
(* Wicleffum.)

5. Sed diſcernat ergo fidelis levitatem oneris Chriſti non eſſe in parcitate cæremoniarum, ſed in facili expletione ejus per gratiam: quia in numero cæremoniarum eſt gravior de facto, ſicut bene deducit Chryſoſtomus in *Imperfecto*, hom. XXVIII. tractans eumdem textum, ac dicens: CHRYSOSTOMUS. Non ideo ſolum gratia
(*Chryſoſtomus To. 2. pag. 812. Edit. Pariſien. 1556.)
,, levis, quia levia ponit mandata: ſed quia
,, quæ fieri præcipit, ipſa nobis faciendi ope-
,, ratur virtutem. Ecce enim lex præcipit, *Di-*
,, *liges amicum*: gratia autem jubet, *Diligite* (Lev. 19. 18.)
,, *inimicos veſtros*. Nonne gravius eſt gratiæ (Matth. 5. 44.)
,, mandatum, quam legis? Et tamen facilius
,, eſt nobis per gratiam hæc difficilia facere,
,, quam Judæis illa pauca ſine gratia, dicente
,, Apoſtolo: *Omnia poſſum in eo, qui me confor-* (Philip. 4. 13.)
,, *tat Chriſtus* — Et infra — Demum quis ne-
,, ſcit, quia minor eſt juſtitia legis, quam gra-
,, tiæ? ut puta *non occides, non adulteraberis* *, (Exodi 20. 13. *Vulg. mœchaberis.)
,, hoc facilius eſt, quam non iraſci, aut non
,, concupiſcere: ab hoc enim multi ſe abſti-
,, nent, etiam qui non timent Deum: ab ira
,, autem vel concupiſcentia vix etiam ſpiritua-
,, les viri. ,, Hæc ille. Ecce tunc, ſecundum Chryſoſtomum, lex Chriſti eſt gravior, tam quoad multitudinem mandatorum, quam etiam eorum

(a) Explicatur hic textus, & vera Auguſtini mens aperitur infra num. 6.

eorum gravitatem: levius tamen perficiuntur
a nobis propter Chriſti gratiam. Sic conformi-
ter cæremoniæ ſunt plures in Religione pecu-
liari, quam in Religione vulgari; ſed levius
tamen illa per gratiam ſervantur in clauſtro,
quam pauca mandata Chriſti a populo: quia ſi-
mul CUM ADDIT CHRISTUS PRÆCEPTUM, ad-
dit & gratiam. Declarat etiam Auguſtinus eum-
dem textum in *de perfectione juſtitiæ* cap. XXV.
dicens concorditer cum Chryſoſtomo: AUGU-
STINUS. *Perfecta charitas foras mittit timorem*,
,, & facit præcepti ſarcinam levem, non ſo-
,, lum non prementem onere ponderum, ve-
,, rum etiam ſublevantem vice pennarum. -- Et
,, infra -- Commendantur ergo non eſſe gravia,
,, ut cui gravia ſunt, intelligat nondum ſe ac-
,, cepiſſe donum, quo gravia non ſint; nec ar-
,, bitretur ea ſe perficere, quando ita facit, ut
,, gravia ſint: *hilarem enim datorem diligit*
,, *Deus*. Nec tamen cum ea gravia ſentit, de-
,, ſperando frangatur; ſed ad quærendum, pe-
,, tendum, pulſandumque cogatur. ,, Hæc il-
le. Ecce quod juxta beatum Auguſtinum, ubi
charitas abundaret, præcepta non eſſent gravia:
quia dicit: *Qui ſentit ea gravia eſſe, nondum
accepit donum, a quo non eſſent gravia*. Et ideo
qui laudat Religionem hanc vel illam, & eam
præfert aliis, quia pauciora præcepta continet
bonæ vitæ, illi puto deeſſe donum illud, quod
ſi haberet, forent ipſi levia quæ tam gravia
deteſtatur. Conſulo tamen cum beato Auguſti-
no, ne de illorum paucitate glorietur, nec de
cæterorum triſtetur multitudine mandatorum;
ſed recognoſcat potius imperfectum ſuum; &
ut ea poſſit implere, quærendo, petendo, &
pulſando, a Deo obtineat precibus facultа-
tem.

Chriſtus cum addit præceptum, addit & gratiam.

Auguſtinus *To. 10. pag. 376. cap. 10.*

1. Joan. 4. 18.

2. Cor. 9. 7.

6. Et quantum eſt ad Auguſtinum * *ad inqui-
ſitiones Januarii*, increpantem ibidem multi-
tudinem cæremoniarum, aſpiciatur proceſſus
libri, utrum ipſe non approbet pluralitatem
rituum, etiam non a Chriſto, ſed ab Eccleſia
inventorum. Nam ibidem laudat jejunium in
ſabbato, communicare quotidie, & non quoti-
die, ſecundum mores regionum & hominum.
Laudat poſtea communionem Euchariſtiæ jeju-
no ſtomacho, ablutiones pedum in cœna Do-
mini, baptiſmum tunc potius frequentari, ce-
lebrationem Nativitatis Domini die fixo fieri,
quia ſolum ad memoriam fit: Paſchæ autem
die volubili, quia & in memoriam celebratur,
& etiam Sacramentum: & celebrationem Do-
minicæ diei inducit & laudat: jejunium qua-
drageſimale commendat. *Stantes* (inquit) *ora-
bimus tempore Paſchali, & per omnes Domini-
cas anni, quod tunc temporis maxime cantetur
Allelluja*. Et demum ſubdit ad propoſitum AU-
GUSTINUS. Non eſt (inquit) neceſſarium, ut
,, una (in his ſupple) per omnes Eccleſias
,, ſaluberrima regula teneatur *; ita ut quæ
,, non ſunt contra fidem, neque contra bonos
,, mores, & habent aliquid ad exhortationem
,, vitæ melioris, ubicumque inſtitui videmus,
,, vel inſtituta cognoſcimus; non ſolum non
,, improbemus, ſed etiam laudando & com-
,, mendando ſectemus, ſi aliorum * infirmitas
,, non ita impedit, ut amplius detrimentum
,, ſit: ſi enim eo modo impedit, ut majora
,, ſtudioſorum lucra ſperanda ſint, quam calu-
,, mniatorum detrimenta metuenda, ſine dubi-
,, tatione faciendum eſt, maxime id, quod
,, etiam de Scripturis defendi poteſt; ſicut de
,, hymnis, & pſalmis canendis, cum & ipſius
,, Domini & Apoſtolorum habemus exemplum,
,, & citra præcepta de hac re tam utilia ad

* *Vide ſupra num. 2.*

Auguſtinus *To. 2. pag. 139.*

Auguſtinus *To. 2. cap. 18. pag. 141.*

* *M.* tenenda ſit, ut quæ &c.

* *M.* aliquorum

Cantus Eccleſiæ.

,, movendum pie animum, & accendendum
,, divinæ dilectionis affectum, varia conſuetu-
,, do eſt. ,, Hæc Auguſtinus ibidem, verſus
finem. Poteritis ergo videre, non eſſe de in-
tentione Auguſtini damnare multitudinem ob-
ſervantiarum Eccleſiæ in prædicto libro, ſed
A approbare omnes, ſcilicet illas, quæ ad exhor-
tationem melioris vitæ proficiunt. Quas autem
intendit ibi damnare, ipſe ſatis declarat ſe ip-
ſum ibidem, inducens abſtinentiam ſuperſtitio-
ſam a quibuſdam eſcis & potibus: inceſſum
calciatis pedibus per octavas certis temporibus;
& de talibus tunc infinitæ habebantur per par-
tes Eccleſiæ: & has omnes damnat, & omnes
ſimiles, quæ non ſunt per Eccleſiam univerſa-
lem, aut particularem probatæ. Unde habet
ibidem pro regula AUGUSTINUS. Omnia (inquit)
,, talia, QUÆ NEC SANCTARUM SCRIPTURARUM
,, authoritatibus continentur, neque in Conci-
B ,, liis Epiſcoporum ſtatuta inveniuntur, nec
,, conſuetudine univerſalis Eccleſiæ roborata
,, ſunt; ſed pro diverſorum locorum diverſis
,, moribus innumerabiliter variata, ita ut vix,
,, aut omnino nunquam inveniri poſſint cau-
,, ſæ, quas in eis conſtituendis homines ſe-
,, cuti ſint, ubi facultas tribuitur, ſine ulla du-
,, bitatione reſecanda exiſtimo. ,, Hæc ille ibi-
dem. Arguere jam ex iſto quod cæremoniæ ſub-
ſtantiales potiſſimæ cujuslibet religionis parti-
cularis caſſandæ ſunt, modum arguendi redolet
Lollardorum: quoniam ſine dubio nullius Re-
ligionis perfectæ, ſaltem ut ego exiſtimo, licet
C invertere * cæremonias univerſaliter obſervatas,
quæ aut pro majori parte, Scripturarum au-
thoritatibus continentur, aut ab Eccleſia con-
ſtitutæ ſunt, aut ſimul utroque modo. Unde
ipſemet beatus Auguſtinus animat Religioſos ad
obſervantiarum & cæremoniarum ſuarum cuſto-
diam: & ne terreantur, quamvis duræ ſint, al-
loquens eos in libro ſuo *de opere monachorum*,
& dicens: AUGUSTINUS. Sane omnibus & vobis
,, pro gradu veſtro & officio laborantibus, &
,, arcta via eſt labore & ærumna, & tamen in
,, ſpe gaudentibus. Jugum ejus ſuave eſt, &
,, ſarcina levis, qui vos vocat ad requiem, qui
D ,, prior tranſitum fecit a convalle plorationis,
,, ubi nec ipſe ſine preſſuris fuit. ,, Hæc ille.

Auguſtinus *To. 2. cap. 19. pag. 142.*

12. Diſt. omnia

* *Ed. V.* mutare.

Auguſtinus *To. 6. cap. 29. pag. 300.*

7. Hoc ergo habemus ex Auguſtino, quod
nec multiplicatio præceptorum repugnat legi
Chriſti, etiam quamvis ex ſe ipſis ſint gravia;
ſed multiplicatio præceptorum, quorum nullæ
rationes inveniri poſſunt, nedum in Scriptura
ſacra, ſed nec in jure poſitivo univerſalis, aut
particularis Eccleſiæ; quales non poſſunt dici
cæremoniæ religionis perfectæ, quas utique lau-
dabat Auguſtinus, & confitebatur palam toti
Eccleſiæ, eſſe principium ſuæ converſionis ad
fidem Chriſti: quas utique diſcernebat ex vita
E beati Antonii. Unde VIII. lib. *Confeſſ.* cap. VI.
deſcribit plane totam rem, ut geſta eſt, refe-
rens, quomodo quidam præclarus civis Roma-
nus, & natione Afer, nomine Pontianus *, ve-
nit ſemel ad domum Auguſtini: cui cum bea-
tus Auguſtinus indicaſſet, ſe maximam curam
Scripturis impendere: AUGUSTINUS. Ortus eſt
,, ſermo (inquit) ipſo narrante de Antonio
,, Ægyptio monacho, cujus nomen excellenter
,, clarebat apud ſervos tuos: nos autem uſque
,, in illam horam latebat. Quod cum ille com-
,, perit, immoratus eſt in eo ſermone, inſi-
,, nuans tantum virum ignorantibus, & admi-
,, rans noſtram eamdem ignorantiam. Stupe-
,, bamus autem audientes tam recenti memo-
,, ria, & prope noſtris temporibus teſtatiſſima
,, mirabilia tua in fide recta, & catholica
,, Eccle-

* *M.* Pontitianus

Auguſtinus *To. 1. pag. 153. num. 14.*

„ Eccleſia. Omnes mirabamur, & nos quia
„ tam magna erant, & ille quia inaudita no-
„ bis erant. Inde ſermo ejus devolutus eſt ad
„ monaſteriorum greges, & ubera deſerta Ere-
„ mi, quorum nos nihil ſciebamus. Et erat
„ Mediolani monaſterium plenum bonis fratri-
„ bus extra urbis mœnia, ſub Ambroſio nu- A
„ tritore; & non noveramus. Pertendebat ille,
„ & loquebatur adhuc, & nos intenti taceba-
„ mus. Unde incidit Pontianus *, ut dice-
„ ret: Neſcio quando ſe & tres alios contu-
„ bernales ſuos apud Treveros, cum Impe-
„ rator promeridiano Circenſium ſpectaculo te-
„ neretur, exiſſe deambulatum in hortos mu-
„ ris contiguos; atque illic ut forte combinati
„ ſpatiabantur, unum ſecum ſeorſum, & alios
„ duos itidem ſeorſum pariter digreſſos: ſed il- B
„ los vagabundos irruiſſe in quamdam caſam,
„ ubi habitabant quidam ſervi tui, ſpiritu pau-
„ peres, qualium eſt regnum cœlorum, & in-
„ veniſſe ibi codicem, in quo ſcripta erat vi-
„ ta Antonii. Quam legere cœpit unus eorum,
„ & mirari, & accendi, & inter legendum
„ meditari arripere talem vitam, &, relicta mi-
„ litia ſæculari, ſervire tibi. Tum ſubito re-
„ pletus amore ſancto, & ſobrio pudore, ira-
„ tus ſibi, conjecit oculos in amicum, & ait C
„ illi: Dic, quæſo te, omnibus iſtis laboribus
„ noſtris, quo ambimus pervenire? Quid quæ-
„ rimus? Cujus rei cauſa militamus? Major
„ ne eſſe poterit ſpes noſtra in palatio, quam
„ ut amici Imperatoris ſimus? Et ibi quid non
„ fragile, plenumque periculis? Et per quot
„ pericula pervenitur ad grandius periculum?
„ Et quamdiu iſtud erit? Amicus autem Dei
„ eſſe ſi voluero, ecce nunc fio. Dixit hæc, &
„ turbidus parturitione novæ vitæ, reddidit
„ oculos paginis, & legebat, & mutabatur in-
„ tus, ubi tu videbas: & exuebatur mundo
„ mens ejus, ut mox apparuit. Namque dum
„ legit & volvit fluctus cordis ſui, infremuit
„ aliquando, & diſcrevit, decrevitque melio-
„ ra: jam jamque tuus ait amico ſuo: Ego
„ jam abrupi me ab illa ſpe noſtra, & Deo
„ ſervire ſtatui, & ex hac hora, in hoc loco
„ aggredior. Si te piget imitari, noli adver-
„ ſari. Reſpondit ille, adhærere ſe ſocium
„ tantæ mercedis, tantæque militiæ. Et am-
„ bo jam tui ædificabant turrim ſumptu ido-
„ neo relinquendi omnia, & ſequendi te Do-
„ mine. „ Hæc Auguſtinus ibidem. Et his au-
ditis, penſataque tanta fidelitate & devotione
virorum, nunquam quievit corde, quouſque fie-
ret chriſtianus, ut ipſe longo tractu poſtmodum
indicat. Unde ergo non eſt beata, unde non
perfecta vita, quæ tantum meruit habere &
laudatorem & filium? Certe non erat Auguſti-
nus in Eccleſia Chriſti aut falſus unquam inter-
pres, aut adulator improbus, aut vel in mo-
dico preco mendax.

num. 15.

* M. Pontitianus

ADMONITIO

IN SUBSEQUENTEM

LIBRUM QUARTUM.

Quum filius tenebrarum Wicleffus lucem Religionis æquis oculis intueri nequeat, poſtquam adverſus clauſtri incolas, odii & contemptus apud plebes argumenta confinxit, jam ad eos procul pellendos, atque penitus exterminandos, operam ſuam convertit. Id autem facillime ſe aſſecuturum putavit, ſi religioſis omnibus ſubtrahat, quæ ad eorum victum corporalem ſunt neceſſaria. Unde adſtruit, quod illicite Religioſi victum ſuum mendicando quærunt; & criminis conſcientiam Chriſtianis ingerit, ſi eis petentibus eleemoſinam erogent. At quia non omnes Religioſi ex mendicitate vivunt, ſed ex redditibus prædiorum, aliorumque bonorum temporalium, frontoſus hæreticus eos ſuis bonis privandos eſſe contendit, docens non licere illos quidquam poſſidere; ſuggerens Principibus media eos penitus ſpoliandi ac depauperandi; & ſtatuens debere omnes religioſos ex puro opere manuario vitam ſuam traducere. Quantum autem a fide & a ratione devient hæc Wicleffi, & aliorum Novatorum aſſerta, fuſe oſtendit Waldenſis in quarto hoc libro, quem de more in tres diſtribuit articulos. Primus docet fideles, quod vere Chriſtus mendicavit; quod Apoſtolos ſuos mendicare inſtituit; & omnia diluit argumenta, quibus ſanctam mendicitatem etiamnum contemnere ſolent Novatores. Secundus articulus Apoſtolicum præceptum de laboritio manuali exponit, & qui Clauſtrales ab eo ſint jure eximendi declarat. Tertius denique, exemplo Levitarum, & Primitivæ Eccleſiæ Patrum, evincit legitimas eſſe poſſeſſiones Eccleſiaſticorum; & proſequitur docens non licere Principibus bona ſemel collata ab Eccleſiaſticis invitis auferre; debere etiam Eccleſiaſticos ſubvenire Principibus & laicis in neceſſitate conſtitutis. Hinc de diſpenſatione ſeu adminiſtratione bonorum Eccleſiæ plura oportune diſſerit.

Non unum certe hoſtem, ſed plures in hoc libro proſternit Thomas Waldenſis. Siquidem ante Wicleffum acerrime ordines Mendicantium oppugnaverunt Gulielmus de Sancto amore, *quem infra ſæpe exagitat noſter Doctor;* Deſiderius Longobardus *apud D. Thomam in opuſc.* 19. Giraldus de Abbatis Villa *apud D. Bonaventuram initio Apologiæ pauperum;* Richardus *Epiſcopus Armachanus ſerm.* 4. *Poſt Wicleffum denique* Lutherus *in articulo ultimo*, Brentius *in* Confeſſione Witembergenſi *cap.* de votis Monaſticis, *aliique recentiores, Wicleviſticæ impietatis hæredes: qui cum nihil prorſus niſi a Wicleffo hac de re jam excogitata protulerint, abunde hic in Duce eorum oppugnantur, atque vincuntur. Unde colligere quiſque poteſt quam magni faciendus ſit Tractatus iſte, per quem de tot ac talibus hoſtibus narramus victoriam.*

Porro notandum, quod omnia in hoc libro deſcripta recitavit Waldenſis Oxonii coram præclariſſima Religioſorum, Clericorum, & Doctorum concione; prout ex multis locis colligitur, præſertim ex capite ultimo, in quo Auditoribus ſuis gratias refert. Hinc eſt, quod ad audientium ædificationem, ab argumento ſuo oportune interdum divertit, ut Clericorum epulas, luxum, & inordinatam bonorum adminiſtrationem perſtringat; ut Epiſcopos inhoſpitales, atque invidos corripiat; ut religioſos ipſos de humilitate, de patientia, ac de diligenda paupertate (quæ religionis eſt fundamentum) graviter moneat.

Quæ autem dicit adverſus Wicleffum, ne Clauſtrales omnes ex labore manuum ſibi omnino vitam tranſigendam putent, ea ſunt ad hæreticorum corrigendum errorem, non ad fovendam otioſorum monachorum deſidiam. Neque enim fruſtra tot ſpectatiſſimi Ægyptiorum, & Latinorum Monachorum Patres nedum laborem Monachis commendabant, ſed diſtricte injungebant, uti docemur ex Caſſiano in inſtitutis, *ex D. Benedicto in* Regula, *& ex Joanne Mabillonio in* de ſtudiis Monaſticis. *Itaque meminiſſe unuſquiſque debet, quod ſi non ad victum capeſſendum, ſaltem ad plurima vitanda mala alicui ſemper operi Dei ſervus adſtringitur. Unum addo ex Auguſtino cap.* 22. de opere Monachorum, *quod ſi monachi otiatur manus, facile illius corrumpitur animus, & labitur lingua; adeo ut timendum ſit, ne ex otio unius inquiete ambulantis tota Congregatio turbetur, atque vitietur.* Utinam (*inquit Auguſtinus*) iſti qui vacare volunt manibus, omnino vacarent & linguis. Neque enim tam multos ad imitationem invitarent, ſi eis non tantum exempla pigra, ſed etiam muta proponerent.

LIBER QUARTUS

Quomodo Religioſi in Eccleſia Dei poſſunt licite exigere victum ſuum.

PROLOGUS.

SYNOPSIS PROLOGI

1. *Alloquitur matrem Eccleſiam, dolentem ac lugentem ob necem filiorum ſuorum; & hortatur eam, ut conſolationem velit excipere.*
2. *Sævitia Wicleffi contra Religioſos, quibus, ut pereant, alimenta ſubtrahere nititur.* A
3. *Impium Aman repræſentat Wicleffus: quia ſicut ille excidium Judæorum, iſte religioſorum interitum molitus eſt.*
4. *Wicleviſtæ in ipſum Angliæ Regem perduelles.*
5. *Religioſi ab hæreticis plurima damna perpeſſi, in illis non homines, ſed dæmones ſævientes recogitent.*

Pſal. 128. 1.2. 1. SÆpe expugnaverunt me a juventute mea, *dicat nunc Iſrael*. Repetita toties ſimplex eadem ſententia * poſſet & legenti & audienti generare faſtidium, ſi ſufficiens cauſa querelæ non pareret actionem. Ceſſet Rachel plorare filios ſuos, & velit conſolari, quamvis non ſint: & deſinat Iſrael conqueri moleſtias ſuæ juventutis, etiam a juventute ſua uſque nunc ſe ſæpe & iterum, & ſæpe ſæpius lugens oppugnatam. Si Rachel mater ſit, & genuit Iſrael, recte fecimus comparationem iſtam, ut univerſalis mater Eccleſia filiorum ſuorum ſtragem publicam in oppugnatione hæretica deſinat ejulare: & tunc citius poterit Iſrael mater noſtra, mater Religioſorum perfectorum, filia matris Eccleſiæ, finem ſuis aſſignare ploratibus, quamvis videat filios, ubique ſævientibus æmulis & lupis Evangelicis ululantibus, ſtrangulari.

*Eam in initio præcedentis libri jam protulit.

Matth. 2. 18.

2. Vos audiviſtis Fratres mei ululatum archilupi * noſtrorum temporum, & quomodo per diverſas opinionum ſemitas diſperſit oves Eccleſiæ, ut contra naturam ſuam lupum induant, & ovis (*a*) ovem abigat ab ovili; faciatque ne ovis paſcua inveniat, nec reperiat alimentum. Unicuique religioni ſubtrahit ſuſtentamenta naturæ, victum Chriſti pauperibus denegat, ſcandala, minas, rixas, conſilia confert & multiplicat, ore geminat ſemper aperto, lingua garrulat ſemper mobili, quod non habent in ſacris clauſtris paſcere jumentum Eccleſiæ, ne cadat in via. *Sepulchrum patens eſt guttur ejus, lingua ſua doloſe agebat, venenum aſpidum ſub labiis ejus: os ejus maledictione, & amaritudine plenum eſt*; & ideo perdendus, quia loquitur mendacium. Dicit enim Archilupus noſter *, & Dux luporum, contra cœtum unanimem religioſorum clauſtralium: „ Ex tali (inquit) inductione totum corpus Eccleſiæ patitur dyſcraſiam *; & tamen talis monſtruoſa pars Eccleſiæ adjecta, ad ſuam nutritionem fugit partem nobilem alimenti. Videtur, quod de toto alimento, quod Chriſtus ordinavit Eccleſiæ ſuæ primævæ, iſtæ privatæ ſectæ partem ejus avide ſpoliant, & faciunt in toto corpore Eccleſiæ notabilem defectum: quoniam Chriſtus non propter tales Dei tentatores (*b*) variat ſuam regulam in cibaria ſuæ Eccleſiæ miniſtrando &c. Et ſic ſe ipſos neceſſitant ad concupiſcentias bonorum proximi uſque ad nummum, pro conſtruendis ſuis ædificiis, & aliis ſuperfluis ornamentis. „ Et multa alia blaſphemat ibidem cap. VII. *de prævaricantia ſectarum*. Et quia modicum quid habet, quod de parciſſimo victu fratrum veriſimiliter obloquatur, mendacium addens blaſphemiæ, ſic intendit facere magnum de modico. „ Certum quidem eſt (inquit) quod multa millia Fratrum, diſperſa in una provincia, ſunt illi provinciæ magis ſubdole oneroſa, quam forent in caſu mille raptores (*c*). Autumo quod ſunt in Anglia quatuor millia Fratrum, & quod quilibet conſummit annuatim in perſona ſua de bonis Regni centum ſolidos *, & totidem in ædificationibus, & reparationibus, & ornatibus domuum. Et tunc patet, quod illa ſecta expendit de bonis regni ſupra ſexaginta * millia marcharum (*d*) annuatim. „ Hæc in quarto *Trial.* ſui cap. XXXV. His, & ſimilibus garrulis excitavit contra peculium Chriſti Reges & Principes, milites & nobiles, non quidem extraneos, ſed comprovinciales & concives ſuos: non dico ut ardenter odiant; ſed, quod omni crudelitate plenum eſt, ut ſine pietate procurent excidium ſacræ urbis. Hic, inquam, hic alter Simon (*e*), ferocior barbaro, fera immanior: fera enim feram non expellit, dicit Ambroſius *de officiis*; & tu excludis hominem humanitatis tuæ conſortem & parem?

* Wicleff.

a

Pſal. 5. 11.

* Wicleffus

* Vox exotica ad ſignificandum malum grave.

b

Wicleffus.

c

* De ſolidis vide dicta jam ſupra pag. 633. in Notis.

d

e

3. Certe iſte eſt Aman ille Agagites, qui contra Iſrael apud Regem Aſſuerum mortis & exterminii proponit decretum: quia aliquem inter eos forſan Mardochæum invenerit, qui ſub hæreſibus genu non flexit; nec beſtiam in Apocalypſi Joannis plenam blaſphemiis adoravit. Sic enim dicit Aman Domino Regi, & cætui Principum: „ Eſt populus per omnes provincias regni tui diſperſus, & a ſe mutuo „ ſepa- Heſt. 3. 8.

B C D E

(*a*) Hoc dicit lugens quod Anglici Wicleviſtæ Anglicos ſeducerent; & filii ejuſdem Anglicanæ Eccleſiæ in fratres ſuos ſævirent ad necem.

(*b*) *Dei tentatores* religioſos vocat, quod ſine laboritio manuali victum a Deo plurimi expectent.

(*c*) Haſce nequiſſimi Patris voces imitantur filii, Lutherus in cap. ultimo de votis monaſticis, & Brentius in Confeſſ. Witembergenſi.

(*d*) De Marchis Anglicanis loquitur Matthæus Pariſ. ad A. C. 1235. Unaquæque Marca conflabat tredecim ſolidis, & quatuor denariis ſterlingis. Vide Jacobum Hoffmannum in ſuo *Lexico hiſtorico*.

(*e*) Simon filius *Gioræ*, qui perduellium manu Idumæam excurrens, omnia cædibus & direptionibus implevit. De eo Joſephus lib. 2. cap. 44. *de bello*.

„ ſeparatus, novis utens legibus & cæremoniis, „ inſuper & Regis ſcita contemnens: & optime noſti, quod non expediat regno tuo, ut „ inſoleſcat per licentiam. Si tibi placet, de„ cerne ut pereat: ego decem millia talento„ rum appendam arcariis gazæ tuæ. „ Heſt. III. A Qui libros Wicleffi legerunt, hoc eſſe ejus commune alloquium non ignorant. Et inde miles quidam magnus (*a*), ejus diſcipulus, a brevi tempore, obtulit Domino Regi unum *Nobilem* (*b*) pro unoquoque capite prædictorum *. [* fidelium]

4. Et quidem in his oblationibus ſalutem Regis ſpondent & Regni; quam tamen ſubdole cum Aman proponunt adimere: ſicut in quodam natali Dominico plane monſtravit tota ſimul fœderata in necem Domini Regis cognatio Lollardorum (*c*). Certe ſic debuit juſto Dei judicio occultata patere malitia, & interventu Heſter Reginæ cœli, pauperum Carmelitarum Patronæ, & omnium Religioſorum præcipuæ advocatæ, in notitiam Regis & Regni palliatum nudari ſeminarium corruptelæ; in tantum ut Rex, ſcriptis Epiſtolis ſuis, dicat de hac gente & duce ſuo quod ſenſit Aman ille animo & gente Macedo (*d*): „ Pietatem noſtram [Eſth. 16. 10. &c.] „ ſua crudelitate commaculans, peregrinus a „ nobis ſuſceptus eſt; qui in tantum arrogan„ tiæ tumorem ſublatus eſt, ut & regno nos „ privare niteretur & ſpiritu. Nam Mardo„ chæum, (ideſt, religioſum, animoſum & pe„ ritum) cujus fide, (ideſt, fideli prædicatione) „ & beneficiis, (ideſt, orationibus) vivimus; & „ conſortem regni noſtri Heſter, (ideſt, par„ tem Eccleſiaſticorum), cum omni gente ſua, „ (ideſt, cum toto religioſorum grege) no„ vis quibusdam, & inauditis machinis ex„ petivit in mortem: hoc cogitans, ut, illis in„ terfectis, inſidiaretur noſtræ ſolitudini, & re„ gnum Perſarum transferret in Macedones, „ (ideſt, manus gentis Paganicæ, vel extra„ neæ). Nos autem a peſſimo mortalium (Joan„ ne Wicleffo) Judæos, (ideſt, Religioſos) ne„ ci deſtinatos, in nulla penitus culpa reperi„ mus: ſed e contrario juſtis utentes legibus, „ & filios Altiſſimi, ſemperque viventis Dei, „ cujus beneficio & Patribus noſtris & nobis „ regnum eſt traditum, & uſque hodie cuſto„ ditur. „ *Heſter ultimo*.

5. Hæc de eis experti Reges noſtri & Principes deſcripſerunt. Eorum tamen inſidias, plus omnibus, pauperes Religioſi ab olim & nunc uſque, quamquam ſub alia ſpecie, pertulerunt. O quotiens aflixerunt animas noſtras in laboribus & ærumnis, in ſcandalis & ſeditionibus, in perturbationibus & notandis infamiis, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter! [2. Cor. 11. 23.] Quotiens paſſi ſunt ab eis pauperes religioſi foris pugnas, intus timores? [2. Cor. 7. 5.] Quotiens deriſui habentes imperium Sapientis, ſatis, & ultra ſatis aflixerunt aflictos (*e*)? Ita quod citra meritum compenſando ſarcinam tolerantiæ malorum ſuorum foris, cum labore religionis intus, tolerabilius eſſet inter Saracenos eſſe captivum, quam cum talibus incolis chriſtianum (*f*). Quotiens ergo putas inter nocturnas lachrymas, & privata ſuſpiria, & inter filios ſuos prædictum verſiculum edidit ſuſpiratim mater Religio? *Sæpe* [Pſal. 128. 1.] (inquit) *expugnaverunt me a juventute mea*. Dicit hoc juvenis, qui præſentia videt: hoc dicit etiam vetulus, qui vidit præteritum: *Junior fui* (inquit): *etenim ſenui*, & ſemper [Pſal. 36. 25.] video, quomodo impleti ſumus deſpectione: *repleta eſt* enim multum *anima noſtra: opprobrium* [Pſal. 122. 4.] *abundantibus, & deſpectio ſuperbis*. Ideo, „ Ni„ ſi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc [Pſal. 123. 1.] „ Iſrael: niſi quia Dominus erat in nobis: „ cum exurgerent homines in nos, forte vivos „ deglutiſſent nos. „ *Homines* ſi dicam, parco forſan veritati. Novit Deus, melius dicerem *dæmones*, vel ſecundum expoſitionem Hieronymi, *dæmones in hominibus* verba formantes. [* Hieronymus To. 7. pag. 417.] Vultis audire, quam ſancto, quam conſolatorio, quam diſerto ſermone exponit nobis Chriſti pauperibus prædictum Pſalmi Verſiculum: B *Sæpe expugnaverunt me a juventute mea: dicat nunc Iſrael?* „ *Sæpe* (inquit) *expugnaverunt me* „ *a juventute mea: etenim non potuerunt mihi*. „ Si in media ætate cœpero ſervire Deo, v. g. „ quadraginta annorum, non poſſum dicere: „ *Sæpe expugnaverunt me a juventute mea*. Sed „ quid dico? Occiderunt me a juventute mea, „ vulneraverunt & conculcaverunt me a juven„ tute mea. Qui autem a pueritia incipit ſer„ vire Deo, & ſæpe expugnatur a diabolo & „ angelis ejus; & tamen non vincitur: iſte „ quid dicit? *Sæpe expugnaverunt me a juven*„ *tute mea: etenim non potuerunt mihi*. Dicat C „ iſtum verſiculum virgo Domini, dicat Mo„ nachus, qui cœpit a parva juventute ſervire „ Deo: Monachus integer corpore & ſpiritu. „ Dicat aliquis: *o Monache, quomodo te expu*„ *gnaverunt dæmones, & diabolus? Videbantur* „ *quidem homines, qui impugnabant, ſed ego in* „ *hominibus diabolum intelligebam* (*g*). Quan„ do ergo nos perſequuntur homines, non ira„ ſcamur perſequentibus, ſed condoleamus & „ plangamus eos: quia alius eſt, qui perſequi„ tur in perſecutoribus. Si dæmoniacus, qui ha„ bet dæmonem, venerit, & pugnum mihi de„ derit, & calce percuſſerit, numquid iraſcor D „ ei? Ille pugno percutit, & ego ploro & plan„ go percutientem. Video enim quoniam pe„ jus percutitur ab eo, qui operatur in ipſo, „ quam ego a manu ejus. Quotieſcumque er„ go aliquid patimur, & tentationes aliquas „ ſuſtinemus; illum intelligamus eſſe & illos, „ qui nobis tentationes generant in homini„ bus. Dicit aliquis: *hoc ipſum de Scripturis* „ *affirma. Non enim debemus aliquid loqui*, „ *niſi quod de Scripturis fuerit approbatum*. „ Judas proditor fuit, ſed intravit in eum Sa- [Joan. 13. 27.] „ thanas, & Chriſtum in proditore prodidit. E „ Uxor Putipharis tenebat Joſeph, ſed ſan- [Gen. 39. 12.] „ ctus vir in manibus muliebribus intelligebat „ diabolum ſe retinentem. „ Hæc Hieronymus in *minori breviario* ſuper prædictum verſiculum. Hæc dicens, non ſpeciales alicujus religionis peculiaris fleo moleſtias, ſed pro ſingulis loquens, lamentum aſſumam in communi pro ſingulis.

PRO-

(*a*) Joannes de Caſtro veteri, vulgo Oldecaſtel, dictus *magnus* ob generis nobilitatem, & præclara in Regiis exercitibus geſta.

(*b*) *Nobilis* vocabatur nummus quidam Anglicus, vulgo *Noble a la Roſe*, quod roſam in medio præferret. Ejus valor duo circiter Scuta Romana adæquabat.

(*c*) Horrendum facinus memorat, quando perduelles Wicleviſtæ, duce Joanne de Caſtro veteri, necem Regi Henrico V. nefaria conſpiratione attentarunt: quod ſupra jam retulit in Epiſt. ad Martinum V. Waldenſis.

(*d*) Ex materno genere, ut notant Interpretes.

(*e*) Imperium Sapientis jure vocat regnum Henrici V. Angliæ Regis, ſub quo Angli bello Gallico aflicti ad extra, intus quoque a Wicleviſtarum tumultibus vexabantur.

(*f*) Juſte ſic queritur ob ſcandaloſos mores, atque impiam Wicleviſtarum ſævitiam; unde omnia tunc in Anglia turbabantur, ut fuſe narrat in Hiſtoria Eccleſiæ Anglicanæ *Nicolaus Harpsfeldius*. Veteribus hiſce malis modernæ hæreſes non caruerunt. Vide *Notas ſuſiores*.

(*g*) Huc ſpectat quod ajebat apud Athanaſium Magnus Antonius: *Omnes quidem chriſtianos diabolus odit, ſed probos monachos, Chriſtique virgines tolerare nullo modo poteſt*.

PROLOGUS SUMMARIUS LIBRI QUARTI*.

* Cod. Vat. Summarius in præſenti opere contentorum.

1. *Conſonantiam notat doctrinæ Amoræorum cum doctrina Wicleffi contra mendicitatem electam, & contra dotationem Cleri.*

2. *Clericos illos perſtringit, qui hæreticos* A *improbant, ſi eis decimas, aut alias obventiones vel in minimo inficientur: laudant autem, approbant, ac adjuvant, ſi contra Religioſos inſurgant: de quo facinore, non ſine metu debere eſſe illos monet.*

1. Documenta Wicleffi in hac parte una cum doctrinalibus *Amoræorum* * contra victum pauperum Religioſorum incedunt ad paria. Reprobat enim quam maxime mendicitatem electam: dotationem Monachorum, & Canonicorum diverſi ſchematis deſpicit; & quan- B tum legi, operarios non collaudat, eo quod ſtatui innocentiæ non convenit manibus operari *; ſed eſt inflictum hominibus pro peccato. Et propter hoc, quamvis concedat Chriſtum etiam perſonaliter mendicaſſe; *non tamen vocaliter*, inquit, *ſed in ſignis & factis exhibens neceſſitatem ſuam, quæ eſt mendicitas ſtatui innocentiæ magis conformis*. Huic ergo innixus debili fundamento, quod fallere ſolet, opes reprobat in Fratribus, & mendicitatem electam, dicens eam prophanam, quam nec Chriſtus inſtituit, nec ejus diſcipuli; immo Scripturæ ſacræ eſſe contrariam, dicenti in Exodo: *Omni-* C *no egens * & mendicus non erit inter vos*. Et Salomon: *Divitias* (inquit) *& paupertatem * ne dederis mihi*. Et multa talia. Ad ſtatum autem laborantium, (quem nuſquam laudat) ſingulos Fratres ſine diſtinctione invitat. Nec prædicatoribus, nec ſtudentibus, nec contemplantibus, ſed nec infirmis quidquam indulget; ſed generali exemplo Apoſtoli Pauli, *Qui non vult operari, non manducet*, & talibus aliis, omnes laborare compellit. Dotationem autem Eccleſiæ, non tam in Monachis, quam in Epiſcopis, & Eccleſiaſticis ſingulis, quantum impugnat, teſtis eſt pene omnis ſchedula, quam D de converſatione Eccleſiaſticorum virorum unquam deſcripſit.

* Amoræi a Gulielmo de Sancto amore.

* al. laborare.

Deut. 15. 4.
* vulg. indigens.
Prov. 30. 8.
* vulg. mendicitatem.

2. Theſſ. 3. 10.

2. Doleo tamen, quod de hac re lachrymatio communis non fit, ubi communis, & univerſalis eſt ex omni parte cauſa querelæ. Vociferatur dotatus*, et ululat, cum noſter Wicleffus dotem contaminat: cum autem in mendicos ſanctos * inſilit, corridet, approbat, applaudit. Triſtatur Clericus, cum decimas improbat*, aut ſtipem tali vel tali competentem Eccleſiæ: congaudet autem, & *authorem veritatis* inveniſſe ſe dicit, ſi in commune omnis religionis opprobrium, de communi la- E boritio manuum, temerarium, & irreligioſum donet decretum. Error veritatis in parte, reputari debuit communis injuria; & adulterantibus verbum Dei quiſquis auxilium præſtat, erroribus præſtat opem. De talibus enim, qui favent hæreticis, qui etiam videntur Doctores Eccleſiæ, quod non tranſibunt impunes, ſcribitur illud Jerem. xxiii. *Et in prophetis Jeruſalem vidi horribilia **. Super quod in Commentario libr. iv. Hieronymus. Non ſolum (inquit) in hæreticorum conciliabulis „ hæc reperta ſunt; ſed in prophetis quoque „ Jeruſalem, ideſt, doctoribus Eccleſiæ, vidi „ horribilia adulterantium verbum Dei, & „ ingredientium per viam mendacii, ut hæreticorum fallaciis acquieſcerent, & confortarent manus peſſimorum: eorum quoque ma- Jerem. 23. 14. „ la ſceleribus ſuis adjungerent: & quos corrigere debuerant, ducerent in interitum. Qui „ hoc fecerint, non ſe æſtiment impunitos. „ Erunt enim & ipſi, & ii quibus favent, quaſi „ Gomorra. Exultent igitur quantum volunt „ doctrina peſſima, & glorientur prophetæ Jeruſalem, quoniam obtinuerint per mendacium, „ & confortaverint manus peſſimorum. Finis „ eorum erit quaſi Sodoma, & Gomorra. „ Hæc Hieronymus. His territi recedamus, non exultemus, non confortemus manus peſſimorum: ſed quantum ad ſubſequentia opus erit, decretum magni Concilii generalis Conſtantiæ præponamus: Concilium Constantiense. „ *Fratres tenentur per laborem manuum victum* „ *adquirere, & non per mendicitatem* (*a*). Prima pars (inquit*) ſcandaloſa eſt: ſecunda, „ erronea, quæ aſſerit mendicitatem Fratribus „ non licere. „ Hæc ibi.

* Clericus
* Religioſos
* Wicleffus

Jerem. 23. 14.
* vulg. ſimilitudinem
Hieronymus To. 4. pag. 1000.

Concilium Conſtantien. an. 1415.
* Concilium

ARTICULUS PRIMUS.

Qui eſt

De victu Religioſorum perfectorum ex mendicitate.

CAPUT I.

De diviſione mendicitatis.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Wicleffus monachis & mendicantibus Religioſis necem machinatur, cum nec illos per rerum copiam, nec iſtos per inopiam vivere velit.*
2. *Eccleſia a maxima paupertate paulatim crevit ad divitias. Unde primo ſibi victum quæſivit mendicando: deinde ex labore manuali: poſtremo ex uſu rerum temporalium.*
3. *Duplex eſt mendicitas: quædam ex electione, & hæc eſt laudabilis: quædam vero ex hominis ignavia proveniens, & hæc vituperabilis.*
4. *Inter has duæ aliæ ſunt mediæ: quædam ex electione, ſed tamen non ſancta, licet non vituperabilis, ut paupertas Philoſophorum: quædam vero ex inflictione, quam ſi quis patienter ferat, meritum habet.*
5. *Cavere debent hæretici, ne per æquivocationem hujus nominis Scripturas offendant: quæ tunc offenduntur, quando confunduntur.*

1. In ſuperiori quidem libello * recoluimus noſtro modo defendas blaſphemias, quas in Chriſti peculium Religionis clauſtralis hæreticus ille Wicleffus invexit: & mediis Scripturis, cum ſacris atteſtationibus Doctorum, ipſam Sanctam & ſanam dimiſimus, præſtante Deo, quantum ad *eſſe*. Jam de ſuo *vivere* diſputemus. Infirmavit ille, ut potuit, omnem Religionem peculiarem, quantum ad *eſſentiam*; ſed magis tamen offecit ei ad *vitam*: quia nec dotatos Religioſos permittit eſſe mendicos. Utro-

* tertio

(*a*) Eſt articulus 24. ex damnatis a Synodo Conſtantien.

Utrobique aufert, unde victum quis tranſigat, quoniam nec vult vivere illos per rerum copiam, nec hos per inopiam: cum tamen Paulus utrumque approbans modum vivendi, dixerit in perſona univerſalis Eccleſiæ: *Scio abundare, & ſcio penuriam pati*. Iſte autem, quoniam nec ſcit abundare cum monachis, nec penuriam pati mendicando cum Fratribus, quid aliud reſtat, niſi ut Eccleſiæ Chriſti reddatur totus anormalus, & a Pauli conſortio alienus?

Philip. 4. 12.
* *Anormalus ſeu anormis, ſine norma*

2. Deſcendendo tamen ad præſens Opuſculum, præparatoria quædam diſtinctionum, & definitionum, ſicut mos eſt ſcriptoribus, adaptemus: quibus diſcuſſis, plano veniamus pede ad alia. Jam quantum ex Scripturis & annalibus Eccleſiæ, a ſuis primitivis, diſcerni poteſt, nonniſi a maxima paupertate paulatim crevit * ad divitias: quia cum Eccleſia a temporibus Chriſti, uſque ad citeriora tempora, novello tamen germine pullulavit, nondum in ea completa fuerat prophetia: *Et adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſervient ei*, ſecundum Auguſtinum Epiſt. *ad Donatum*, inter Epiſtolas CCII. Immo adhuc ſuperfuit illud propheticum, *Aſtiterunt Reges terræ & Principes convenerunt in unum, adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum ejus*, ſecundum eumdem. Ideo non minus fuit victus a dominio rerum licitus Religioſis poſteris, quamvis Religioſis primævis non affuit, quando certum eſt non tunc defuiſſe, quia fuit illicitus; ſed quia nondum venerat hora ejus. Sed diſtinguamus hæc tempora. Quantum novi, certe Eccleſia Chriſti primo mendicando victum tranſegit: & hæc erat hora prima. Secundo, vixit laboritio manuali. Et tertio, ex uſu temporalis dominii. Primo modo adhuc, inſtar prioris Eccleſiæ, victum ſuum tranſigunt Fratres, & Eremitæ ruricolæ. Secundo modo quidam monachi, & antiquitus pene omnes. Et tertio modo jam diebus iſtis major pars Eccleſiæ. Primum vivendi modum a mendicitate, traxerunt Religioſi primævi, maxime monachi, a Religioſis tempore Synagogæ, habentes in uſu, uſque diu poſt tempora Hieronymi, vivere ab incerta eleemoſina populi, ut plurimum petita, & interdum oblata, ſicut dicit ipſe Hieronymus, exinde ſumens defenſionem contra Vigilantium, agentem tunc contra eleemoſinas monachorum, quas a remotis partibus Jeroſolomytani monachi ſolebant habere. HIERONYMUS. Hæc eſt in „ Judæa uſque in hodie perſeverans conſuetudo, non ſolum apud nos, ſed etiam apud „ Hebræos, ut qui in lege Domini meditantur die ac nocte, & partem non habent in „ terra, niſi ſolum Deum, ut totius orbis foveantur miniſteriis. „ Hæc Hieronymus.

* *Subaudi* Eccleſia
Pſal. 71. 11.
Auguſtinus *Epiſt. nunc 173.*
Pſal. 2. 2.
Monachi primævi mendicabant.
Hieronymus *To.2.pag.399.*

3. Ut ergo in ſcribendo habeamus ordinem, quem in vivendo Chriſti ſervavit Eccleſia, a mendicitate ſumamus exordium: quem vitæ modum Fratres hodierni ſibi præſtituerunt ut licitum, & a prioribus exemplatum. Et dico, *modum illum a prioribus exemplatum*, eſſe licitum, ſanctum, & ſane juſtum: quia mendicitatem aliquam non ſanctam legimus; alteram non ſanctam, imo vituperabilem; alteram vero multum ſanctam. Sancta enim mendicitas, eſt mendicitas electionis: & hæc eſt paupertas illa, quæ eſt beatitudo prima: illa, de qua dicit Dominus Matth. v. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum:* ſuper quod hom. IX. operis perfecti, CHRYSOSTOMUS. In „ græco (inquit) non dicitur, *Beati pauperes*, „ ſed *beati egeni*, vel *beati mendici*. Nam „ pauper eſt, qui anguſtiam quidem habet; non habet autem tantam, ut mendicare cogatur: ſecundum quam etiam differentiam Propheta dicit: *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem*. Ideo ergo dicit, *Beati mendici ſpiritu*, ut multum in neceſſitate humiles oſtendat. Si ergo dixiſſet: *Beati humiles ſpiritu*; „ nihil amplius ſignificaſſet, quam humiles. „ Hæc Chryſoſtomus. Et iſtam vocat ipſe Chryſoſtomus mendicitatem electionis, dicens conſequenter homil. XI. ſuper prædictum textum, *Beati pauperes ſpiritu*, exponens hunc terminum *ſpiritu*: CHRYSOSTOMUS. *Spiritum* (inquit) hic „ *animum & electionem* dicit: quoniam ſunt „ multi humiles a rerum neceſſitate coacti. Relinquens illos, (neque enim erat hæc laus) eos, „ qui ex electione ſe ipſos humiliant, & conſtringunt, beatificat primos. „ Hæc Chryſoſtomus. Ecce quod Chryſoſtomus vult paupertatem & mendicitatem illam Evangelicam laudabilem eſſe dumtaxat, quæ confluentibus undique rebus mundi, & contemptis, ſponte ducitur, & ex animo eligente taxatur. Et aliam aſſignans mendicitatem, quæ ex rerum neceſſitate, aut ignavia mentis, vel pigritia humana contingit, non ab electione ſpiritus; & illaudabilem eam ex omni parte deſcribit, & penitus relinquendam. Eſt enim hæc mendicitas plena miſeria, & receptaculum triſtitiæ: nunquam habet virtutis meritum; ideo nunquam habebit & præmium. Taliter ſedebat mendicus *juxta viam mendicans* Luc. XVIII. Talem mendicum noluit Dominus publice reperiri in finibus Iſrael, dicens Deuter. XV. *Omnino egens & mendicus non erit inter vos*. Talis mendicitas eſt, quam deteſtatus eſt Sapiens, dicens Domino: *Divitias & mendicitatem ne dederis mihi*. Talem inſuper mendicitatem idem Sapiens imprecatus eſt pigro, dicens: *Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo egeſtate, & non dabitur ei*. Prov. XX. Talis ergo mendicitas, quia eſt propter culpam, & nihil habet ſpontaneum, habet ſemper erubeſcentiam quaſi congenitam: & vocatur *mendicitas confuſionis*, ſecundum Bedam pertractantem illud Lucæ XVI. *Fodere non valeo, mendicare erubeſco:* BEDA. „ Mendicare (inquit) *confuſionis* eſt, illo ſcilicet peſſimo genere mendicandi, quo virgines illæ fatuæ mendicaſſe referuntur, quæ ingruente tempore nuptiarum, oleo virtutum „ deficiente, ſapientibus dixerunt: *Date nobis „ de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur*. Et de quo Salomon ait: *Propter frigus „ piger arare noluit: mendicabit ergo egeſtate, „ & non dabitur ei*. „ Hæc Beda ſuper Lucam lib. V.

Mendicitas ſancta, quæ ſit.
Matth. 5. 3.
Chryſoſtomus *hom. 15. To.2. pag. 114.*
Pſal. 40. 1.
Chryſoſtomus *ibidem*
Quæ ſit mendicitas illaudabilis.
Luc. 18. 35.
Deut. 15. 4.
Prov. 30. 8.
Prov. 20. 4.
Luc. 16. 3.
Beda *To.2.pag.118.*
Matth. 25. 8.
Prov. 20. 4.

4. Diſcernite ergo juxta vias ſanctorum Patrum, quæ ſit ſancta mendicitas, quæ prophana, quæ filia culpæ, quæ imprægnata virtute. Non omnis mendicitas, vel paupertas, eſt beata; nec omnis mendicitas vituperanda. Aliqua enim mendicitas eſt, quæ etſi non habet ex ſe laudem, tamen ex uſu ſuo non contrahit gravem culpam; ſicut fuit, & adhuc eſt paupertas philoſophorum, & ſtudentium tantummodo propter ſcire. Aliqua certe habet afflictionem ſuam, & ſi patienter toleretur propter Deum, de tanto habet meritum; ſicut eſt paupertas ſpoliatorum, vel eorum qui in aliquo caſu amiſerunt bona caduca. Aliqua etiam eſt paupertas uſque ad mendicitatem incluſive, a propoſito relinquentium omnia, ut liberius hæreant Jeſu Chriſto, & ſpiritualiter proximis obſequantur: & hanc tantum dico laudabilem, & ex chriſtiana fide ſectandam: quam

quam ſolam eſſe beatam prima beatitudine docet beatus Bernardus in ſerm. *de omnibus Sanctis*, qui incipit, *Feſtivitatem hodiernam*. BER-
Bernardus To.2.pag.309. num. 7. NARDUS. Quid (inquit) tam abſconditum,
„ quam paupertatem eſſe beatam? Attamen
„ veritas loquitur, quæ nec falli, nec fallere
Matth. 5. 3. „ poteſt: ipſa eſt quæ dicit: quoniam *beati* A
„ *pauperes ſpiritu*. – Et ſequitur – Attamen
„ diligenter attende, quod non ſimpliciter pau-
* M. nominat „ peres nominavit *, propter plebejos paupe-
„ res, neceſſitate miſerabili, non laudabili vo-
„ luntate. Spero equidem profuturam eis apud
„ divinam miſericordiam hanc ipſam afflictio-
„ nis ſuæ miſeriam: ſcio tamen Dominum hoc
„ loco non de hujuſmodi fuiſſe locutum; ſed
Psal. 51. 8. „ de his, qui poſſunt dicere cum Propheta:
„ *Voluntarie ſacrificabo tibi*. Attamen nec vo-
„ luntaria quidem paupertas omnis laudem ha-
„ bet apud Deum: nam & philoſophi ſua o-
„ mnia reliquiſſe leguntur, ut expediti mun- B
„ dialibus curis, ſtudio veritatis poſſent va-
„ care liberius; & nolebant cenſu abundare
„ terreno, ut abundarent magis in ſuo ſen-
„ ſu. Hos diſcernit quod dictum eſt *ſpiritu*,
„ ideſt, ſpirituali voluntate. *Beati* ergo *pau-*
„ *peres ſpiritu*, intentione ſcilicet ſpirituali,
„ propter ſolum beneplacitum Dei, & anima-
„ rum ſalutem, *quoniam ipſorum eſt regnum*
„ *cœlorum*." Hæc Bernardus.

5. Audiſtis jam ſanctum patrem Bernardum diviſionem pauperum mendicorum affirmare, quam ponimus: audiſtis ſanctum patrem Bedam: audiſtis Chryſoſtomum: & omnes no- C verunt, qui non æmulantur ut malignentur, hanc mendicitatem religioſos chriſtianos ſectari, non aliam quamlibet reprobam, & dignam repudio. Videant ergo æmuli paupertatis chriſtianæ, ſi aliqua producant in medium, unde ſanctiſſimam egeſtatem oſtendant, quæ ſaltem Scripturas non offendant. OFFENDUNTUR NAMQUE SCRIPTURÆ cum confunduntur. Si adducant Scripturam, quæ mendicitatem reprobat, diſcernant terminos, diſcernant & tempus: terminum propter ambiguitatem, tempus propter mutabilitatem. Et in terminorum vultu equivoco multi falluntur, ſed ſtulti. Vultum fœ- D
Gen. 3. 4. mineum ſerpens illuſit: ſed cum ſtultum Adam
1. Reg. 21. 14. illuſit. Et nonniſi in domo Achis probus David fungitur vice ſtulti. Hoc dico, quod in æquivocatione terminorum Scripturæ ſoli ſimplices illuduntur, aut perverſi pervertuntur:
Psal. 17. 27. quia ſcriptum eſt, *cum perverſo perverteris*. Habeat ergo unaquæque ſententia vires ſuas, & ſenſum quem illi indidit Spiritus ſanctus, non ſpiritus Wicleffi, non Amoræi ſpiritus,
a vel ſpiritus Armachani (*a*). Habeat unaquæque
Luc. 15. 12. Tribus in terra Iſrael partem ſuam. Exigat corrupta ratio, ſi quæ formetur, portionem ſubſtantiæ, non fratris ſui, qui ſemper fecerit vo- E luntatem Patris; ſed quæ ſibi contingit, paſcere ſcilicet porcos, divites ſcilicet homines car-
Luc. 15. 16. nales & laſcivos: & ex eiſdem ſiliquis, quibus porcos ſuos paſcit, paſcat ſe ipſum; ſciens pro firmo, quod quamvis ſinguli fratricidæ tunicam
Gen. 37. 31. pauperis Joſeph ſanguine feræ tingant, unde ſimplicem Jacob in errorem perducant; non tamen Joſeph fera illa conſumpſit, ſed vivit & dominatur in tota terra viventium beatorum. Jam poſt diviſionem mendicitatis, ad definitionem ejus pergamus.

CAPUT II.

De definitione ipſius mendicitatis.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Afferuntur duæ definitiones mendicitatis, quarum utraque exploditur.*
2. *Mendicitas quid ſit, ex Auguſtino manifeſtatur.*
3. *Non valet hæc ratio*, Chriſtus hoc non fecit, ergo nec vobis eſt faciendum, nec econtra.

1. CIrca mendicitatem, quid ſit in ſe, diverſi diverſa ſentiunt, diverſa texentes. Quidam certe ſic conſtringunt terminum, ut Psal. 77. 57. b
omnino reſonet facti culpam, ut ſic, *quemadmodum patres eorum*, *convertantur in arcum* (*b*) *pravum*. Et horum, qui dementius deſcripſerunt vocabulum, dixerunt, de neceſſitate debere includere petitionem aliquam alicujus rei, quam alius daturus eſt, ſolo charitatis intuitu. Et redarguit eos multum probe doctor Willhelmus (*c*): quia ſic filius non poſſet a patre pro- c
prio mendicare, ſi egeat: quia pater ejus non ei daturus eſt quod petiit, ſolo charitatis in-
tuitu, ſed * inſtinctu gratitudinis naturalis. Et * Ed.V. immo
ſic non poſſet aliquis homo jam a primo homine mendicare, ſi viveret. Et Wicleffus IV. damnati *Trialogi*, dicit, eſſe petitionem Egeni, qua pro eleemoſina corporali petit titulo miſericordiæ, ad ſuam indigentiam relevandam. Et ſic non poſſemus mendicare a Deo panem noſtrum quotidianum, ſcilicet, ſpiritualem cibum animæ, cum non ſit eleemoſina corporalis. Item in ſtatu innocentiæ non potuiſſemus dixiſſe Domino illud in oratione domi-
nica: *panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, Matth. 6. 11.
cum illa ſententia planam mendicitatem impli-
cet, ſecundum Auguſtinum *de ſerm. Dom. in* Auguſtinus To. 3.
monte. Et certe tunc non donaſſet Deus uſibus noſtris accomoda, ſolo charitatis intuitu, ſed deberentur utique nobis jure originalis juſtitiæ,
etiam ſecundum eumdem*. Et iſta quidem con- * Auguſtinus
cludunt contra authorem illius deſcriptionis, etſi quatenus dona gratuita, a naturalibus diſcernantur; ſicut oportet eumdem in prædicta deſcriptione concipere: quia per hoc excludit, ne Chriſtus potuerit mendicare. Non enim eſt poſſibile apud eum, quod quis poſſit mendicare de propriis, vel ea per mendicitatem acquirere, quæ ſua ſunt jure originalis, aut civilis dominii. Quod quam falſum ſit, & quam fragile fundamentum, Scriptura Sacra denunciat, cum expoſitione ſancti Doctoris Ambroſii de Naboth,
III. Reg. IV. quem cum cupidus Achab hære- 3. Reg. 21. 3.
ditatis ejus vineam poſtulaſſet, reſpondiſſe ſcri-
bitur: *Non fiat* (inquit) *hoc a Deo* *, *ut dem* * Vulg. Propitius ſit mihi Dominus
tibi hæreditatem patrum meorum. Quam eſſe planam mendicitatem, ſimplici voce ſua quærentis

(*a*) Wicleffum contra mendicitatem electam præceſſerunt Richardus Epiſcopus Armachanus, Giraldus de Abbatis villa apud S. Bonaventuram initio *Apolog. Pauperum*, Deſiderius Longobardus apud B. Thomam Opuſc. 19. & ante omnes Gulielmus de S. Amore apud S. Antoninum p. 4. tit. 11. cap. 7. §. 5.

(*b*) Arcus, ut nemo ignorat, armorum genus erat apud Iſraelitas uſitatiſſimum: quippe qui muniebant exercitus ſagitariis jaculandi arte peritiſſimis. Hinc illa phraſis apud Oſee 7. 16. *arcus doloſus* ad denotandum arcum hebetem, qui ſcopum fugit. Et hic apud Pſalmiſt. *converſi ſunt in arcum pravum* ad ſignificandos illos, qui ut arcus pravi, a ſcopo divertunt, ſeu veritatem non petunt. His recte comparat Waldenſis illos, qui plura de ſancta mendicitate dictitantes, a vera ſemper ejus notione recedunt.

(*c*) Willhelmus Widefordius Ord. Minorum in *Defenſorio* contra Armachanum.

Naboth proprium mendicavit vineam. Ambroſius To. 1. pag. 1108. cap. 3.

tis a Rege, vel retinere volentis, aſſerit in libello *de vinea Naboth*, dicens AMBROSIUS. Audivimus vocem divitis aliena quærentis: audiamus vocem pauperis propria mendicantis. Non fiat (inquit) hoc a Deo, ut dem tibi hæreditatem patrum meorum. „ Hæc ille. Ecce quam plane paucis verbis confundit Ambroſius fundamentum illud de ſtipula. *Audiamus* (inquit) *vocem pauperis, propria mendicantis*. Ergo poteſt aliquis propria mendicare *. Quid dicis ergo, qui plane econtra dicis non poſſe propria mendicare quemcumque: *Si dominus eſt rei, rem ſic manentem mendicare non poteſt?* Num forſan improprietatem locutionis impones Ambroſio, quod extenſive ibidem mendicitatem invexit, ſecundum quam omnis petitio ſupplex, mendicitas dici poteſt? Et tu ergo dic plane quod concipis. Dic ei: *mentiris Ambroſi: non audiſti vocem pauperis propria mendicantis. Sed ego quod verum eſt dico, & proprie locutus ſum, non poſſe quemquam propria mendicare*. Sed ecce qualis rebellio de fatua ejus deſcriptione proceſſit.

** Vide infra cap. 3. num. 3. & cap. 4. num. 4.*

2. Sed dimittantur iſta a Catholicis, & audiamus, quomodo pro tutiori via mendicitatem deſcripſerit ſuper hunc verſum Pſalmiſtæ, *Nutantes transferantur filii ejus, & mendicent*, AUGUSTINUS. Quid eſt (inquit) aliud mendicare, niſi ad hominum miſericordiam vivere, ſicut vivunt (Judæi ſupple) ſub earum gentium Regibus, in quas tranſlati ſunt? „ Hoc eſt ergo mere mendicare, quod eſt ad hominum miſericordiam vivere. Qui ergo ad miſericordiam hominum vivit, quantum ſic vivit, tantum mendicat: & ſecundum hanc definitionem compendioſiſſimam Auguſtini, videamus de cætero, ſi Fratres poſſunt licite mendicare, & de mendicitate tranſigere victum ſuum; de mendicitate inquam illa, quam ſupra * deduximus beatitudinem eſſe primam. Sed heu! Jam non poſſumus templum veri Salomonis inſtruere, niſi a longinquo conducamus opifices: nec in terra Ægypti, in terra laboris & egeſtatis permittimur vivere, niſi regalibus fulcris Lia mater noſtræ religionis conſentiat aſſidere. Quid eſt hoc? Templum noſtræ religionis victu ſanctæ mendicitatis & anxiæ egeſtatis roborare non conceditur, niſi Chriſtum mendicaſſe & ſuos diſcipulos, canonica authoritate probetur. Grandes opifices, & cum magna difficultate ad noſtrum tugurium huc adducendi de procul. Sed unde hoc? Certe vidi ego æmulum quid ſcripſerit in libello ſuo infami *de diabolo, & membris ejus*, verſus finem: Quærat (inquit) fidelis a Fratribus, ex cujus licentia, & authoritate in domum Domini ſubintraverint. — Et ſequitur. — Viator ergo fidelis non conferret illis eleemoſinam temporalem, nec diceret illis *ave*, antequam fundarent licentiam ſui introitus atque officii, & docerent Eccleſiam, quod Chriſtus, qui dedit ſe ipſum ſub forma panis in hoſtia conſecrata, taliter mendicavit. „

Pſal. 108. 10. Auguſtinus To. 4. pag. 1222.

Vera mendicitatis definitio

** cap. 2. num. 3.*

Wicleffus

3. Jam videte, Sancti Pontifices, & univerſi Chriſti Sacerdotes, ut unicam Miſſam celebretis de cætero, & hanc ad veſperam vitæ veſtræ: legalia Judæorum uſque tunc nolite dimittere. Et univerſi Chriſticolæ crimina veſtra * nolite deflere: matrimonia nolite contrahere, quouſque doceatis Eccleſiam, quod Chriſtus, *qui dedit ſemetipſum ſub forma panis in hoſtia conſecrata*, hæc omnia in perſona ſua taliter obſervavit. Scio tamen quid beatus Hieronymus reſponderit hæreticis ſimiliter arguentibus in quadam Epiſt. ſine titulo, quod cui directa ſit ignoratur; & incipit, *Præſumptionem meam*: HIERONYMUS. Scio primum (inquit) non omnia nobis convenire ſervis, quæ Domino convenerunt; ne in hac comparatione famulorum Domini videamur, & injuria alioquin forſan reclamare incipiamus: Cur non e virginibus, ſed e mulieribus generamur? Aut cur mortui noſtri die tertia non reſurgunt? Juravit, ſcio, ſæpe Dominus, qui nos jurare prohibuit. „ Hæc ille. Certe, ſi ſic reſpondero noſtro Wicleffo, ſine mora ſtupens ſilebit. Dico ergo: Non valet arguitio tua o Wicleff, quod ſic facturi ſunt ſervi, quando Dominus eorum ſic fecerit: quia juxta Hieronymum, non omnia ſervis competunt, quæ Domino convenerunt. Quid jam habes quod garrias? Vere confundor enarrare, quam fatua ex hoc fundamento hominis, apud ſuos diſcipulos tam famoſi, ſuccreſcunt. Sed veh mihi, quod pauper Chriſti ſum, & non potius pauper ſæculi: Quid eſt enim Domine Deus, quod pauperibus tuis ſingulariter tollitur, quod cæteris univerſis conceditur? Rethores, & Logici, & legum ac artium profeſſores, regulas tradunt artis: texunt Lanifices ſua fila, Fullones extendunt: æra ſua Fabri contundunt: decoquunt panes Panifices luteo furno: lapides ſuo ordine locant Cæmentarii: a nullo horum exigitur calculus, ſi Chriſtus, *qui tradidit ſemetipſum ſub forma panis in hoſtia conſecrata*, taliter tranſegit mechanico opere victum ſuum. Qua ratione, quo capite, hoc a ſolis Fratribus inter omnes Chriſticolas exegiſti? Solis Fratribus ſine ulla authoritate differentiæ proponitur hoc problema. Sed *memor eſto Domine filiorum Edom in die Jeruſalem*: qui dicunt nobis pauperibus tuis: *Exinanite exinanite uſque ad fundamentum in ea*. Solam petunt noſtram exinanitionem, ubi tam extraneum exigunt fundamentum. Sed pulſanti * faciemus quod expetit: non enim terga dabimus infideli. EO ENIM CLARIOR erit virtus, quo emuncta ferventius: quia & lux fulguris eo fortius emicat, quo ſit violentius expreſſa de nubibus. Incipiam ergo detegere Scripturas de mendicitate Chriſti canentes, & aſſertiones ſacrorum Doctorum ad eamdem; quæ ſi non eſſet, ſuffragari poſſet mendicis Chriſti modernis diſcipulorum Chriſti beata mendicitas. Et ſi utraque deeſſet, poſſet non minus ſequentium Sanctorum Patrum mendicitas, quam adducam, Chriſti pauperibus ſatis eſſe propitia. Sed incipiamus a capite *, ut ſic aptius veniamus ad membra.

** Cod. Vat. propria*

Hieronymus ſimilia habet Epiſt. 133. ad Chteſiphontem.

Pſal. 136. 7.

** Cod. Ferrar. pulſati*

** Chriſto*

CAPUT III.

Quod Chriſtus perſonaliter mendicavit, & vocaliter a Samaritana.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Amoræi Chriſtum pauperem fuiſſe dicunt, ſed non mendicum: Wicleviſtæ vero illum mendicaſſe aſſerunt, ſed non verbotenus.*
2. *Authoritate tum Scripturæ, tum Sanctorum Patrum, oſtenditur, Chriſtum vere res temporales mendicaſſe.*
3. *Quod magna pars graviſſimorum Doctorum Auguſtini expoſitioni ſubſcripſit, dum verba illa Pſalmographi*, Perſecutus eſt hominem inopem & mendicum, *de Chriſto intellexit.*
4. *Illa particula* forte *in expoſitione Auguſtini poſita, non obeſt quo minus illa fuerit*

rit vera ipſius Auguſtini ſententia, ut aliqui ſenſerunt.

5. *Mendicatoria fuit Chriſti oratio, qua aquam a Samaritana petivit, quemadmodum vox Achab petentis vineam a Naboth, & Naboth pariter illam a Rege mendicantis.*

6. *Cum Chriſtus pro tempore mortalitatis ſuæ temporalibus bonis ceſſerit, conſequens eſt, quod cum illa a quopiam petiit, ſub titulo miſericordiæ petiit, atque ideo mendicavit.*

1. ANtequam tamen veniamus ad medullam negotii, videndum eſt, quomodo circa eam rem ſchiſmate magno ſciſſi ſunt, qui docent hujus ſacræ veritatis oppoſitum. *Amoræi* enim omnes a *Willhelmo de Sancto amore*, tamquam a fœtente puteo ebullientes, dicunt, ſcribunt, clamant, Chriſtum nunquam fuiſſe mendicum, ſed egenum bene, vel pauperem: &
Sententia Amoræorum de mendicitate Chriſti.
ubi in faciem tundit eos Scriptura multiplex, & veterum Doctorum aſſertio, quod Chriſtus planiſſime mendicavit; analoga quadam, & nimis plane tranſcendente ratione *, & una voce procaci, ſe putant omnes abſolvere rationes, ſi ſemel dixerint, hoc ſcriptum eſſe de Chriſto, non pro ſe, ſed pro membris ejus. Perpendit Wicleffus poſitionem iſtam nimis hæreticam, correxitque eam: quia vidit eam Scripturæ Sacræ nimis contrariam. Et ideo concedit, Chriſtum mendicaſſe in perſona ſua, ſed inſinuative, & non clamoſe cum Fratribus *. Dixit enim in libello *de blaſphemiis*, cap. II. ſecundæ blaſphemiæ: & idem habet ubi ſupra in *Trigl.* lib. IV. cap. XXVIII. „ Quia ſanctus „ Petrus exponit Prophetam, quod Judas per„ ſecutus eſt Chriſtum inopem & mendicum. „ Sed ſciendum, quomodo Chriſtus erat men„ dicus: quia apparet quod Chriſtus mendica„ vit, non ſolum in ſuis membris, ſed etiam „ in perſona propria, ſicut erat pauper & inops. „ Sed honeſtiſſima mendicitas inſtituta a Deo, „ & ſimillima ſtatui innocentiæ competebat * „ Chriſto in hoc, quod expoſuit facto penu„ riam in qua fuit, & non petiit verbo rele„ vamen ſuæ miſeriæ: non per eleemoſinam „ ab homine poſtulatam, nec conqueſtu ho„ minibus facto. Et iſta locutio in facto, ſine „ ſollicitudine, Chriſti fuit mendicitas, quam „ Pſalmiſta imputavit * Chriſto. -- Et infra -- „ Niſi eſſet divina lex, iſta locutio foret valde „ extranea: quia homines loquuntur commu„ niter de mendicitate oris &c. Et ſic inten„ dunt omnes, qui dicunt, quod Chriſtus men„ dicavit. Sed cum Fratres mendicant iſto mo„ do authoritate Chriſti, apparet, quod con„ cipiunt eum taliter mendicaſſe. „ Per iſta verba poteſtis plane videre, quod fuit coactus, neceſſitate Scripturæ, corrigere prædeceſſores ſuos, & concedere Chriſtum mendicaſſe in perſona ſua. Sed quia vellet excludere Fratres, & differentiam ſtatuere inter mendicitatem Chriſti, & noſtram; in arcto conſtitutus, aſſignat Chriſto mendicitatem tantum per nutus, quæ de facto non erat mendicitas Chriſti, ſed Judæ & filiorum ejus, ſecundum quod imprecatus eſt ipſi Spiritus Sanctus in eodem pſalmo: *Nutantes* (inquit) *transferantur filii ejus, & mendicent*. O quantus horror hominis errabundi, qui cum vellet Chriſto aſſignare mendicitatem aliquam, quam Fratres non haberent,

* Cod. Ferrar. reſponſione.
Eam corrigit Wicleffus
* *ſupple* religioſis modernis
Wicleffus *Pſal.* 108. 17.
* *al.* conveniebat
* *al.* imputat *Pſal.* 108. 17.
Pſal. 108. 10.

ultore Deo cadens in laqueum, aſſignat Chriſto mendicitatem Judaicam *, & prophanam! Vere quo tu jam vadis, non poſſum ſequi te modo. Sic ſine fundamento theologizas, ut ſine pietate errares? Ubi ſic didiceras delirare? Quis unquam ſanctus ante te novam hanc &
* *a proditore Juda*
1. Joan. 4. 2.
A Judaicam mendacitatem nutibus adinvenit? Funda te, ſi potes: ſi non potes, gloſſa tua Judaica æqua facilitate contemnitur, qua & profertur. Sed & ubicumque contra mendicitatem Fratrum confert mendicitatem Chriſti, notate quod negare non intendit ſimpliciter Chriſtum mendicaſſe, ſed cum tali adjectione, *ſic & taliter*, ideſt, *Chriſtus non ſic mendicavit ſicut Fratres:* concedit tamen ſimpliciter Chriſtum mendicaſſe, falſificans in hoc prædeceſſores * & authores ſuæ hypocriſis, ut digne, tacente tota Eccleſia catholica, hæreticus ſatis impugnaret hæreticum, ſecundum Hilarium VII.
* *Amoræos*
Hæreticus hæreticum impugnat.
B *de Trinit.* HILARIUS. Nihil eſt, quod hæreticis „ commune eſt: & inter hæc fidem noſtram, „ dum ſibi adverſantur, affirmant. Vincant ut „ volunt, quia ſe invicem vincendo vincuntur. (*a*)
Hilarius *To. 2. pag. 178. num.* 4.
a

2. Sed redeamus ad noſtra, & mediis Scripturis, & Doctorum ſacrorum atteſtationibus validis, probemus etiam in perſona ſua Chriſtum *vocaliter* mendicaſſe. Ante iſtos novellos, & Chriſti paupertatem præ erubeſcentia non ferentes, ſatis commune fuit, & vere nulli vertebatur in tædium, audire Chriſtum mendicum. At nonne in figuram hujus, diſtributor poſſeſ-
C ſionum Joſve aſpera ſibi & montana delegit, ſecundum Hieronymum * in Epitaphio ſanctæ Paulæ, ideſt, Chriſtus Jeſus noſter, qui omnem pene vivendi modum Eccleſiæ poſt futuræ invenit, ſibi ipſi elegit aſperrimum: aſperrimum, inquam, & perfectione maximum, quod deſignatum eſt per montes? Sicut enim Jeſus (*b*) typicus aſpera ſibi & montana delegit, ſic & Jeſus verus aſperam ſibi mendicitatis vitam aptavit *, & non plus aſperam, quam perfectam. Et videamus Scripturas, quas in odium Fraternæ mendicitatis inducit, an in aliquo velint militare pro nobis; & abſcindatur caput Goliæ
Joſve 16. 1.
* *Epiſt.* 27.
Chriſtus aſperrimum ſibi vivendi modum elegit.
b
* *Cod. Ferrar.* optavit
1. *Reg.* 17. 51.
D proprio pugione. Probat iſte ex parte Fratrum, quamvis ficte, Chriſtum fuiſſe mendicum, eo quod dixit mulieri Samaritanæ: *Mulier, da mihi bibere*, Joan. IV. Sed poſtea ſolvit ipſe Scripturam, quam Jeſus dixit ſolvi non poſſe, dicens, quod non petiit Jeſus hic aquam corporalem, ſed aquam ſuæ devotionis, aquam ſpiritualem: quia tunc non fuit niſi hora ſexta, & non erat veriſimile Chriſtum velle bibere jejuno ſtomacho. Hanc garrulam * ipſemet ſine fundamento conjecit. Sed dicendum eſt hic probabiliter ad clarum conceptum hujus Scripturæ, primo ſcilicet, quod Chriſtus petiit hic
Joan. 4. 10.
Joan. 13. 36. Wicleffus
* *Subaudi* reſponſionem
E utramque aquam, tam corporalem, quam ſpiritualem: ſpiritualem ad ſenſum myſticum hujus Scripturæ, corporalem ad ſenſum ejus hiſtoricum, qui neceſſario debet eſſe primus, ſuper quem alii poſtmodum fabricantur, ſecundum Gregorium in prologo *Moral.* Nec tamen æqualiter poſtulavit Chriſtus iſtam bifariam aquam, ſed principaliter aquam ſpiritualem, & fidem fœminæ: & ſecundario aquam corporalem; non tam in ratione inſtrumenti vel medii, per quam poſſet mulier rudis in aquam illam aſcendere ſpiritualem (ſecundum illud Apoſtoli, *Inviſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpi-*
Duplicem aquam petiit Chriſtus a Samaritana.
Gregorius *To.* 1. *pag.* 6.
Rom. 1. 20.

 ciun-

(*a*) Poſtrema verba, *vincant ut volunt &c.* in noviſſima Veronenſi Editione deſiderantur.

(*b*) *Jeſus filius Nave* a Græcis dicitur Joſve. Quod fuerit typus Chriſti Jeſu Salvatoris ex pluribus ejus actis arguunt, & notant Interpretes: Videſis *Cornelium a Lapide* ſuper Joſve.

tiuntur) quam etiam ad relevandam ſuam ſitim corporalem tali medio , quo etiam poſſet Chriſtus apte ſolvere illam cæremoniam Judæorum de non comedendo vel bibendo cum gentilibus. Unde *ſuper Joan.* eodem textu hom. xxx.

Chryſoſtomus To. 3. pag. 125.

CHRYSOSTOMUS . Quoniam (inquit) Chriſtus „ propoſuit ejicere tales obſervationes; qui alios „ inducebat ad ſolvendum , multo magis ipſe „ eas tranſcurreret. „ Hæc ille. Dicere ergo , quod Chriſtus hic non petiit aquam corporalem , quoniam obſervantia illa Judaica fuit in potu corporali tantum, eſt dicere ſine intellectu ſenſus hiſtorici oppoſitum ejus , quod Chriſtus intendit, ſecundum Chryſoſtomum.

3. Beato etiam Auguſtino videtur hoc idem, ſaltem ſi res corporalis neceſſario eſt mendicitatis objectum , ſicut ille dicit . Unde ſuper illud pſalmi CVIII. *Perſecutus eſt hominem inopem & mendicum:*

Pſal. 108. 17. Auguſtinus To. 4. pag. 1223. num. 19. 2. Cor. 8. 9. Joan. 4. 7. Joan. 19. 28.

AUGUSTINUS. Poteſt(inquit) „ accipi de Juda: quia non eſt dedignatus Dominus pauper fieri, cum dives eſſet , ut illius paupertate nos ditaremur . Mendicum „ autem quomodo intelligam , niſi forte quia „ dixit mulieri Samaritanæ , *Da mihi bibere ;* „ & in Cruce ait , *Sitio?* Sed quod ſequitur, „ quomodo accipiatur in ipſo capite noſtro , „ idest, ſui corporis Salvatore, quem Judas per- „ ſecutus eſt, non invenio -- Sequitur -- Com- „ punctus autem corde non ſolet dici, niſi ſti- „ mulis peccatorum in dolore pœnitendi . „ Hæc ille . Ecce jam dicas ad rationem perſpicuam cum ſupplemento Auguſtini . Non videt Auguſtinus, quod Chriſtus eſſet mendicus, niſi cum dixit mulieri Samaritanæ: *Da mihi bibere &c.* Sed tibi videtur neceſſarium propter Scripturam , quod Chriſtus fuit mendicus in ſua perſona: neceſſario ergo habebis concedere, quod Chriſtus mendicavit, dicendo mulieri : *Da mihi bibere*. Sed ſecundum te, nullus poteſt mendicare, niſi petendo rem corporalem : ergo Chriſtus petiit ab ea eleemoſinam corporalem . Quoquo te verteris, capieris . Dicas hic non mendicaſſe Chriſtum , & Auguſtino videbitur mendicaſſe Chriſtum: igitur neceſſe eſt, ut conſentias Auguſtino dicere Chriſtum mendicaſſe de fœmina. De hac re, ſcio, dolebunt ejus diſcipuli , & triſtabuntur hac venatione captum eſſe magiſtrum. Ambulabunt impii in circuitu, ut ſaltem truſaticis gloſſulis ſuis aſinum levent de puteo. Dicent quidam majores eorum theologi , Auguſtinum non dediſſe expoſitionem illam tamquam præciſam , ſed poſt ſubjungit aliam in eumdem textum , dicens :

Joan. 4. 10. Pſal. 11. 9. Auguſtinus To. 4. ibid. Matth. 25. 45.

AUGUSTINUS . Perſecutus eſt hominem inopem & mendicum, ſed in membris ſuis ; quibus dictu- „ rus eſt, quod attinet ad opera ipſa miſeri- „ cordiæ : quando uni ex minimis meis non „ feciſtis , mihi non feciſtis . *Et compunctum* „ *corde mortificare:* plane *compunctum corde*, ſed „ in membris ſuis. „ Hæc Auguſtinus. Sic ergo Auguſtino non videtur Chriſtum fuiſſe mendicum, niſi *in membris ſuis*. Sed in quo prodeſt iſta reſponſio magiſtro tuo, qui neceſſitate ductus ejuſdem verſiculi, concedit Chriſtum mendicaſſe in *perſona* ſua, & non in *membris* tantum? Illa Scriptura verificat Chriſtum eſſe mendicum in perſona ſua per te: ibi ſimul ſumus & magiſter tuus & nos, & Scriptura ſacra. Sed ibi tecum non eſt Auguſtinus, ſi expoſitionem ejus primam non admittas; ſcilicet, quod mendicavit, dicendo mulieri : *Da mihi bibere*. Ergo oportet te & primam illam expoſitionem Auguſtini habere ratam *, & mendicitatem Chriſti vocaliter factam ad fœminam confiteri . Quod ſi magiſtrum tuum velis deſerere , & aliquantulum ſpatioſius incedere cum Amoræis *, ſcias Auguſtinum in prædicto loco neutram expoſitionem perimere; ſed ibidem affirmat utramque, quarum prima approbat mendicaſſe Chriſtum in perſona ſua: compunctum autem nonniſi in membris. Secunda vero expoſitio utrumque affirmat de Chriſto in membris . Sed adduc Auguſtinum dicentem ſe alicubi mentitum eſſe in prima expoſitione , & tunc credetur ab omnibus eſſe falſum: aliter, credas eſſe verum quod credidit Auguſtinus. Quinimmo multi famoſi * Doctores aſſumunt eamdem expoſitionem in terminis, altera derelicta, veluti egregius ille Scriptor Clemens in gloſſa ſuper Pſalterium, tractans eumdem verſiculum , ſic exponit:

Joan. 4. 10.

* Vult enim Wiclefus, quod Chriſtus in perſona propria non mendicavit.

* qui in perſona propria Chriſtum mendicaſſe negabant.

* Vide infra cap. 4. n. 4. & ſupra cap. 2. n. 1.

* al. famati

Clemens Alexandrin. Matth. 8, 20. Joan. 4. 7

CLEMENS. Perſecutus eſt Judas, vel populus hominem Chriſtum inopem , ideſt, aliena ope egentem, qui non habuit ubi caput „ reclinaret : & mendicum , qui mendicabat „ aquam de Samaritana , dicendo mulieri Samaritanæ : *Mulier*, *da mihi bibere* . „ Item Michael Meldenſis Senonenſis Epiſcopus, in expoſitione ſolemni ſuper Pſalterium, pertractans eumdem verſiculum, dicit:

Michael Meldenſis Matth. 8. 20. Joan. 4.

MICHAEL MELDENSIS. Perſecutus eſt Judas vel populus hominem „ Chriſtum inopem , qui non habuit ubi caput reclinaret: & mendicum, qui mendicabat aquam de Samaritana , dicens : *Mulier* „ *da mihi bibere:* qui etiam adhuc mendicat in „ membris. „ Nonne tibi videtur iſtos Doctores quaſi præeligere primam expoſitionem Auguſtini, quæ plane affirmat Chriſtum in ſuo capite mendicaſſe de muliere Samaritana aquam, cum diceret: *Da mihi bibere?* Quid adhuc reſtat probandum , ubi totum probatum eſt ſimul , quod alias inquirebatur per partes?

4. Alii ergo, quibus reſponſio iſta non videtur eſſe tuta, aliter impugnant dictum Auguſtini, & forſan magis ſubtiliter quam prudenter, dicentes, Auguſtinum expoſitioni illi primæ non hæſiſſe conſtanter: quod patet per illud adverbium dubitandi, *niſi forte*. Videtur enim in hoc ipſo fuiſſe vacillans, & gloſſam illam recitaſſe ſub dubio . O alterum Priſcianum *: vel quia theologus & grammaticus, non alterum , ſed eumdem Novatum ! Hac enim eadem gloſſa Novatiani hæreſim ſuam negantem veniam pœnitenti , ſub beati Petri nomine colorabant , objicientes beato Ambroſio, quod beatus Petrus dubitavit remitti poſſe peccata Simonis, eo quod tunc uſus eſt hoc adverbio *forte*, cum diceret ei : *Pœnitentiam age* , *ſi forte remittatur tibi recordatio * cordis tui* . Sed reſpondet dicens :

* Grammaticum celebrem

Act. 8. 22. * vulg. cogitatio. Ambroſius To. 2. pag. 186. Jerem. 26.

AMBROSIUS. Hoc illis reſponſum ſit . Ego autem nec Petrum dubitaſſe dico , nec verbi unius præjudicio tantam cauſam ſtrangulandam arbitror. Nam ſi putant dubitaſſe „ Petrum , numquid & Deus dubitavit , qui „ ait ad Jeremiam Prophetam : Sta in atrio „ domus Domini , & reſponſum dabis omni „ Judæ, his qui veniunt adorare in domo Domini , omnia verba quæ conſtitui tibi reſpondere illis : noli auferre verbum ; *forſitan* „ audient & avertentur? Dicant ergo & Deum „ ignoraſſe quid eſſet futurum. Sed non ignorantia in eo verbo exprimitur ; ſed in Scripturis divinis frequens hujuſmodi conſuetudo advertitur, eo quod ſimplex ſit elocutio. „ -- Et infra -- Denique habes in Evangelio , „ quod ipſe Filius de Patre ait , cum miſiſſet „ ſervos ad vineam ſuam & occidiſſent, dixiſſe Patrem: Mittam filium meum dilectiſſimum: *forſitan* hunc verebuntur. Et alibi ex „ ſua perſona Filius ait: Neque me ſcitis, neque Patrem meum: ſi enim me ſciretis, forſitan

Matth. 21. Joan. 8. 19.

„ ſitan & Patrem meum ſciretis. Si ergo his „ verbis uſus eſt Petrus, quibus Deus uſus eſt, „ ſine præjudicio ſcientiæ ſuæ; cur non acci„ piimus & Petrum his uſum ſermonibus ſine „ ſuæ fidei præjudicio? „ Hæc Ambroſius lib. II. *de Pœnitentia*, bene poſt principium, ideſt, cap. v. Non pro ſe tantum, ſed & pro Auguſtino, & pro nobis, beatiſſimus Ambroſius jam ſatisfecit: quia ſi hoc adverbio *forſitan* uſus eſt præſcius omnium Deus ſine præjudicio certæ ſcientiæ, & Petrus ſine præjudicio fidei ſinceræ; cur etiam Auguſtinus non poterit habere uſum ejuſdem adverbii, ſine præjudicio finalis & completæ ſententiæ? Tollatur ergo de medio hæc grammaticalis reſponſio, ne cum Novato videamini didiciſſe grammaticam.

5. His duobus excluſis, ſuccedit tertius reſpon-
* al. reſponſalis ſans *, partim ratione, partim utens grammatica, dicens, „ prædictam orationem Chriſti „ ad mulierem non eſſe *mendicatoriam*, ſed „ *imperatoriam*, cum ſit in modo imperativo,
* al. potiſſime „ & potentiſſimam * ex ore Domini petentis „ bonum proprium a ſua ſerva: ideo eſt nimis „ fragile fundamentum pro mendicitate Fraterna. „ Et in hac infundabili ſolutione ipſi, & eorum participes quotidie gloriantur, quaſi
Joan. 21. 3. cum Petro tota nocte piſcantes, & nihil apprehendentes. Nam mittite in dexteram navigii rete rationis veſtræ, & invenietis verum eſſe quod dixeram. Aſpicite namque quod in oratione dominica quotidie dicit unuſquiſque fide-
Matth. 6. 11. lis Domino Deo: *panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*: imperat ne, an mendicat, quia modo utitur imperandi? Item filius patri di-
Luc. 15. 12. cit: *Da mihi portionem ſubſtantiæ*. Et ſervi Do-
Matth. 15. 23. mino: *Dimitte illam, quia clamat poſt nos*. Item
Pſal. 118. 73. Pſalmiſta ad Dominum: *Da mihi intellectum*.
Sap. 9. 4. Item Sapiens ad Dominum: *Da mihi Domine ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam*. Et Eccle-
Matth. 25. 8. ſia dicit: *Dona nobis pacem*. Et quinque virgines fatuæ dixerunt: *Date nobis de oleo veſtro*. Numquid ergo minus mendicabant, quia imperative dicebant, *date*? Certe Beda dicit, quod ſic, dicendo quod planiſſime, immo turpiſſime mendi-
Beda To. 2. cabant, dicens ſuper Lucam lib. v. BEDA. Mendicare confuſionis eſt, illo ſcilicet peſſimo „ genere mendicandi, quo virgines illæ fatuæ „ mendicaſſe referuntur; quæ ingruente tempo„ re nuptiarum, & oleo virtutum deficiente, „ ſapientibus dixerunt: Date nobis de oleo ve„ ſtro. „ Hæc Beda. Inutilis ergo grammatica, & indigna reſponſio, niſi quia inde fecerunt eam validam, quia publicam. Ambroſius enim dicit non eſſe vocem manifeſtiorem egentis & ſtipem publicam poſtulantis, quam hæc vox *da*,
3. Reg. 21. 2. vel *date*, ſuper hoc textu III. Reg. *Dixit Rex Achab ad Naboth: da mihi vineam tuam*. Au-
Ambroſius To. 1. pag. 1107. diamus quid dicat AMBROSIUS. *Da mihi* (in„ quit). Quæ vox alia egentis eſt? Quæ vox „ alia ſtipem publicam poſtulantis, niſi *da mi*„ *hi*? Hoc eſt, *da mihi* quo egeo. *Da mihi*, „ quia aliud vivendi ſubſidium habere non poſ„ ſum. *Da mihi*, quia non eſt mihi panis ad „ victum, nummus ad potum, ſumptus ad ali„ mentum, ad indumentum ſubſtantia. *Da mi*„ *hi*, quia niſi tu dederis, habere non pote-
Luc. 21. „ ro. *Da mihi*, quia ſcriptum eſt, *Date eleemo*„ *ſinam*. Hæc quam abjecta, quam vilia? (in „ Rege ſupple) Non habent enim humilitatis „ affectum, ſed cupiditatis incendium. -- Et
* cap. 3. pag. 1108. „ bene infra * ſequitur -- Audivimus vocem „ divitis aliena quærentis; audiamus vocem

„ pauperis propria mendicantis. Non fiat (in„ quit) hoc a Deo, ut dem tibi hæreditatem „ patrum meorum. „ Hæc Ambroſius in lib. *de vinea Naboth*, cap. 11. Ecce o Grammatice: jam reſponſio tua multiplici authoritate diſrumpitur. Adhuc ſtat doctrina catholica de men-
A dicitate Chriſti cum ſua victoria. Quære nobis aliam, ne te invito Chriſtus mendicaverit, aquam poſtulans mulierem. Non obviat mendicitati Chriſti quod imperative dixerit, *da mihi*. Nec minus mendicavit Achab, immo potiſſime mendicavit, conſimiliter dicendo Naboth: *Da mihi vineam tuam*. Nec minus mendicavit Chriſtus, quod rem propriam poſtularet a fœmina, quia nec minus mendicavit Naboth rem ſuam propriam petens ab Achab. Vel ergo tolle quod dediſti reſponſum, vel ſolvas Ambroſii argumentum. Sed addit adhuc iſtis ad ſolutionem prædictæ Scri-
B pturæ noſter Wicleffus, faciens unam rationem Wicleffus * lib. 4. Trial. cap. 29.
pro populo, & dicit ubi ſupra *, cap. ſubſequenti: „ Quod ſi dominus petit de ſuis; & „ ſi ſerviens hoc miniſtret, non ſequitur quod „ mendicat. Ideo generaliter licet Chriſtus do„ minanter de ſuis bona acceperat, non ex hoc „ ſequitur, quod in hoc mendicavit ab illis; „ ſed potius quod miniſterium boni proprii ab „ ipſis requiſivit, ad commodum miniſtran„ tium. „

6. Poſſet ſufficere ad ſuffocationem hujus rationis vulgaris, quod beatus Auguſtinus jam ſu-
C pra * cum tot doctoribus recitatis plane dicat * num. 3.
Chriſtum ibi mendicaſſe: ſed volo rationi ejus populari cum ratione occurrere: & implendum eſt in eis quod vulgariter dicitur: *Vivat qui vincit*. Si dominus aliquis libere ceſſerit bonis ſuis ad certum tempus, non poteſt intra illud tempus ab hypothecario ſuo quidquam dominanter exigere, ſed titulo miſericordiæ: ſed Chriſtus ſecundum humilitatem (*a*) ſuam ceſſit his bonis temporalibus pro tempore mortalitatis ſuæ, ut patuit, cum fugit, ne facerent Joan. 6. 15.
D eum regem, & cum diceret: *Regnum meum non eſt hinc*: ergo ſequitur, quod nihil exegit do- Joan. 18. 36.
minanter per totum tempus mortalitatis ſuæ ad paſtum, & uſum ſuæ humanitatis ab hominibus, ſed ſolummodo mendicanter. Et confirmabit iſtam rationem, quod poteſtas judicialis maxime eſt dominationi conjuncta, ſecundum rationem ejus coercitivam: ſed poteſtas ejus judicialis fuit per totam Trinitatem conceſſa hominibus pro toto tempore mortalitatis ejus; ita Chriſtus fuit
quod ipſe fuit legaliter ſubjectus judicio homi- legaliter ſubjectus judicio hominum.
num, ſicut ipſemet teſtatur ad Pilatum, inquiens: *Non haberes in me poteſtatem ullam, niſi* Joan. 19. 11.
tibi datum eſſet deſuper: ergo apparet catholi-
E cis a fortiori veriſimile, quod poteſtatem ſuam dominativam ſecundum carnem ſuper rebus conſumptibilibus ita conceſſit hominibus pro tempore ſuæ mortalitatis, quod ab eis nihil tale dominanter exigeret, durante eo tempore: & in hoc exhibuit nobis maximam humilitatem ſuam in ordine ad res exteriores; ſicut faciens ſe ipſum de Domino ſervum, magnitudinem humilitatis ſuæ nobis exhibuit penes proprium ſuum ſuppoſitum.

(*a*) Notat Cod. Ferrarien. quod alia MSS. exemplaria habent *humanitatem*.

CAPUT IV.

Quod Chriſtus mendicavit perſonaliter in diverſis ætatibus.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *In voluntaria paupertate, in qua veræ divitiæ conſiſtunt, mendicantes Religioſi redduntur Chriſto ſimiles: quam doctrinam ferre non poſſunt hæretici.*
2. *Chriſtus in diebus infantiæ ſuæ fuit mendicus, non tantum in membris, ſed & in propria perſona habitualiter.*
3. *Præcluditur fuga Amoræorum, dicentium Chriſtum mendicaſſe in membris ſuis.*
4. *Chriſtus duodennis effectus, in triduo illo quo fuit Jeroſolymis, actualiter, perſonaliter, & vocaliter mendicavit.*
5. *Non eſt inconveniens dicere, quædam fuiſſe, quæ non erant ipſius Chriſti: unde potuit mendicare.*
6. *Chriſtus ad finem uſque vitæ ſuæ mendicavit: quare viros bonos non pudeat Chriſtum adorare mendicum.*

1. HOC eſt argumentum, quod in improperium & odium Fratrum maxime ſolebant Amoræi & Wicleviſtæ noſtri ridere, & quotidie recitare ſimplicibus, (quos illudunt) tamquam inſtrumentum contumeliæ paupertatis Chriſti. Sed Deus meus, qui hanc mendicitatis inopiam in tua perſona expertus es, *tu ſcis improperium meum, & confuſionem meam, & reverentiam meam*, & quod adverſum me in hac materia mendicitatis electæ, quam tu ipſe beatitudinem primam in Evangelio ſignaſti ore divino, ſoli ſemper loquebantur qui ſedebant in porta, & in me pſallebant adhuc qui bibebant vinum: qui honores mundi & faſtum ſæculi præſtolantur, bibentes ſemper de calice meretricis avaræ, cujus fæx non eſt exinanita. Bibent enim inde omnes peccatores terræ, dum Chriſti pauperes calicem Chriſti bibunt, & afflictionis ejus miſeria ſaturari reputant grande regnum. Grande nonne? Certe ſatis grande: ſufficit enim ſervo, ſi ſit velut dominus ſuus. Unde Chryſoſtomus hujus paupertatis amicus *ſuper Epiſt. Pauli ad Hebr.* Moral. XIX. CHRYSOSTOMUS. Nullus (inquit) cauſetur inopiam, „ ut decem millium malorum cauſam, ne contradicat Chriſto, qui perfectionem hanc ait „ eſſe virtutis, dicens: *Si vis perfectus eſſe &c.* Hoc enim & per ſermones ipſe dixit, „ & per opera oſtendit, & per diſcipulos edocuit. Proſequamur ergo inopiam: „ maximum enim bonum eſt vigilantibus. „ Fortaſſis quidam illorum, qui hæc audiunt, angariantur; non decredo: multa „ enim ægritudo hæc apud plures hominum. „ TANTA EST PECUNIARUM tyrannis, ut uſque „ ad verbera ferant ejus refutationem; ſed & „ angariantur fortaſſis. Procul hæc ab anima „ Chriſtiani: NIHIL ENIM DITIUS EST EO, qui „ inopiam elegit voluntarie, & cum deſiderio. „ Hæc Chryſoſtomus. Videte omnes mammonæ ſectatores, ſi non bene ſenſit Chryſoſtomus. Vos dicitis nullum ſe debere exponere tanto periculo, ut maximam eligat paupertatem: ſed aliter diceretis, ſi daretur ſapere cum Chryſoſtomo, quod nihil ſit ditius eo, qui eligit inopiam voluntarie, & cum deſiderio. Non dicit de eo, qui caſu incidit in periculum, ſed de eo, qui hoc elegit, qui voluit, qui deſideranter vovit: *Nihil* (inquit) *eſt eo ditius*, nihil a periculo paupertatis remotius. Sed hoc vix ferre poſſunt qui in divitiis ſuis gloriantur; ideo pugiles facti avaritiæ, partem ejus defendunt, & pro ambitionis & cupiditatis exaltatione decertant uſque ad ſudores & ſtudia, horrendam habentes inopiam, & Evangelii paupertatem. Nec eſt hoc novum, nec jam pridie auditum in terra, cum tempore Chryſoſtomi contra Sanctum Doctorem ſimili ſtudio iidem conflixerint hæretici, ſicut ipſe jam dixit: *Fortaſſis quidam eorum, qui hæc audiunt, angariantur; non decredo*. Sed non minus ipſam laudavit, cum in Chriſto eam fundavit: *Hoc enim* (inquit) *& per ſermones ipſe dixit, & per opera oſtendit, & per diſcipulos edocuit*.

Pſal. 68. 20. — *Matth. 5. 3.* — *Pſal. 68. 13.* — *Pſal. 75.* — *Chryſoſtomus *To. 4. hom. 18. pag. 146.* — *Matth. 19. 21.* — Dives inopia.

2. Sed quomodo Chriſtus ſanctam iſtam mendicam paupertatem per ſermones dixit, qualiter per opera ſua oſtendit, qui ſcire cupit, audiat ſecundum ſeriem temporum, quibus Chriſtus nobiſcum morabatur in terris; & ab ejus ſacratiſſima nativitate ſumat exordium, quando vile ipſum fovit tugurium, ſquallebant ipſi pannoſæ veſtes, cunabulis caruit, & ad duri præſepis rudera membra tenera collidebat: ubi omnia paupertatis inſignia fuerant, cuncta mendicitatis ejus monſtrabant imaginem. Ideo tantum Regem in tanta viſum paupertate admirari non ceſſat in ſerm. ſuo *de Epiphania*, qui incipit, *Poſt miraculum &c.* FULGENTIUS. O mundi natura! Confer mecum, quis eſt ille, cui „ exhibes obſequium, & non habet tectum? „ Quis eſt ille, qui præſepe vagitibus implet? „ Reſponde mihi, oro te; dic mihi cui exhibes laudem? Non diu inquirat animus rationem: ſtupens enim video pannos, & intueor „ cœlos: æſtuo, cum conſpicio in præſepi mendicum, & ſuper aſtra præclarum. Sed ſubveniat nobis fides, quia ratio naturæ deficit. „ Hæc Fulgentius. Cur non ſtupet cum Fulgentio inutilis Wicleviſta? Cur non æſtuat, niſi quia forte oculus fidei catholicæ ipſi clauditur, quo poſſet, ſi jam catholice crederet, conſpicere Jeſum noſtrum in præſepi mendicum, & ſuper aſtra præclarum, ideſt, ſecundum formam viſibilis carnis mendicum, in forma Deitatis Dominum opulentum? Quid ergo tergiverſaris, quid moleſte fers, Chriſtum actualiter mendicaſſe? Stante tanto dominio, quotidie arguunt diſcipuli tui, inconſonum eſſe, quod cum omnium dominus eſſet, aliquid ſui juris mendicaret a ſervo. Argue ergo, quod propter dominium non potuit eſſe proprii ſervi ſervus: qui ſupra legem non potuit eſſe ſub lege: qui fuit omnipotens, non devinci potuit; cum tamen audias quotidie dicentem Apoſtolum, Chriſtum crucifixum ex infirmitate, viventem vero ex virtute. Et ſi vires vocabulorum attendas, non minor eſt oppoſitio relativa Domini ad ſervum, vel omnipotentis ad infirmum, quam ſit divitis ad mendicum. „ Ratio (inquis) „ non hoc permittit, ut idem Dominus ſit ſimul Dominus & mendicus ſui peculii. „ Sed ideo orat doctor Fulgentius, ut *fides ſubveniat, ubi ratio naturæ deficit*. Ideo deteſtantur tui diſcipuli audire Chriſtum habitualem eſſe mendicum; ſed ſubvenit fides Fulgentio, ut Chriſtum vagientem parvulum confiteretur mendicum, cum non actualiter mendicaret, ut habitualem mendicum tantum tunc temporis fateremur.

Fulgentius *In Biblioth. PP. Lugdun. To. 9. ubi ſimilia habet pag. 109.* — Chriſtus in præſepio mendicus. — *2. Cor. 13. 4.* — Chriſtus in infantia mendicus fuit habitualis.

3. Nec adeſt fuga dicentibus Amoræis, quod ſolum tunc mendicavit in membris, & quod ſic concepit Fulgentius: quia tunc ſtupor ejus cunctis ſapientibus eſſet in ſtuporem. Quomodo enim ſtuperet vir providus videre popularem ali-

aliquem mendicare in Chriſto? Nonne quotidie fideles mendicare videmus? Quomodo eſſet hæc ſtupenda res? Ut quid æſtuaret videre chriſtianum aliquem in terra mendicum, & Chriſtum caput ejus ſuper aſtra præclarum? Quid oportet ad hoc citare fidem, & redarguere rationem? Non imputet aliquis tantam magno Doctori dementiam, quem ex verbis ejus unuſquiſque vir ſapiens velle poteſt apprehendere, quod Chriſtum in ſua perſona miratur videre mendicum, & in eadem perſona ſuper aſtra præclarum. Et Hildebertus Cenomanenſis Epiſcopus in ſermone quodam de Sancto Andrea, qui incipit, *Et quietum ſtudium, & attentum ſilentium*: HILDEBERTUS. Ipſe (inquit) eſt, „ qui fecit omnia, & in omnibus quæ fecit, „ quæcumque voluit fecit. Huic ſervire regnare eſt, qui ſervivit pro nobis ſub dura & „ gravi neceſſitate: & purpuram ſuæ divinitatis cilicio noſtræ mortalitatis operiens, pauper & mendicus venit in regionem noſtram. „ Numquid enim ludus vobis videtur Judæi, „ Pagani, hæretici, & omnis illa ſubſannantium, immo inſanientium turba? Ludus profecto eſt, unde ſic vobis luditur, ut vobis illudatur. „

Hildebertus *apud D. Bernardum pag.* 1372.

4. Nec ferri poteſt, quod aliquis (*a*) dixit, Chriſtum non potuiſſe mendicare: quia omnia propria illius erant. Sed ille non attendit, quod Chriſtus *in propria venit, & ſui eum non receperunt*. Attamen, ſecundum Auguſtinum, GLORIOSIUS EST HOMINIBUS dominari, quam rebus. Et quia, ſecundum logicos, quam bonus eſt habitus, tam mala eſt ejus privatio; quanto glorioſius eſt dominari hominibus quam rebus, tanto ignobilius eſt ſterni dominis in ratione ſervi, quam ſubjici eis ratione mendici. Sed glorioſus Dominus potuit eſſe ſervus ſervi proprii, dicente Apoſtolo: *Nihil differt a ſervo, cum ſit Dominus omnium*: ergo &c. Nota hoc argumentum: & poteſt ſic formari: Majorem oppoſitionem habet dominatio ad ſervitutem, quam ad mendicitatem: quia domini ad ſervum eſt directa oppoſitio relativa; non ſic domini ad mendicum: ſed, non obſtante illa oppoſitione, Chriſtus fuit vere Dominus, & vere ſervus; ergo potuit eſſe vere dominus & mendicus. Videtur ergo fidelibus, quod ille idem, minus derogando ſuo dominio, potuit eſſe mendicus ſui proprii peculii. * OPTABILIUS ENIM EST INGENUO mendicare, quam ſervitute proſterni; cum multi, ſine præjudicio conditionis, mendicent ingenui.

Joan. 1. 11.

Gal. 4. 1.

* *Vide ſupra cap.* 2. *num.* 1. *& cap.* 3. *num.* 3.

5. In cujus confirmationem procedamus ultra ad tempus majoris ætatis Chriſti, cum ſediſſet duodennis in templo, ubi etiam habitum ejus mendicitatis in perſona ſua perduxit ad actum: & videamus quomodo ſibi conſonent Doctores catholici in materia mendicitatis Chriſti. In Evangelio Lucæ legitur, quod cum factus eſſet Jeſus annorum duodecim, reverſis parentibus, remanſit puer Jeſus in Jeruſalem, vacavitque tribus diebus, quibus quærebant eum parentes. His autem tribus diebus victum ſuum publice mendicavit, ſecundum doctorem *Aelredum*, contemporaneum Sancti Bernardi, in quadam homilia ſuper eumdem paſſum Evangelii ſic concinentem: AELREDUS. (*b*) Per triduum „ illud, ubi eras, bone Jeſu? Quis tibi cibum, „ aut potum miniſtravit? Quis membra puerilia unguentis fovit, aut balneis? Scio certe „ quod ſicut voluntate noſtram infirmitatem ſuſcepiſti; ita, cum velles, propriam virtutem „ oſtendiſti: & cum velles, his obſequiis eguiſti. De his autem exiſtimare aut conjicere „ temere aliquid, aut affirmare nihil licet. „ Quid dicam, Deus meus? an ut te noſtræ „ per omnia conformares paupertati & vitæ „ humanæ miſerias calamitateſque ſuſciperes, „ quaſi unus e turba pauperum, ſtipem per oſtia mendicabas? Quis dabit me buccellarum „ illarum mendicatarum participem fieri, vel „ ſaltem illius divini edulii reliquiis ſaginari? „ Hæc ille. Plana ſententia, non egens gloſſa, vel interpretationis auxilio, quod Chriſtus actualiter, perſonaliter, & vocaliter mendicavit. Quod ſi aliquis objecerit, hoc conjecturaliter, & ſub disjunctione a Doctore dictum, non definitive; ſcire debet, quod Doctori magis placuit poſt disjunctionem hoc ei quaſi definitum eligere: & certe tunc ſententia ſua de mendicitate Chriſti ipſi videtur eſſe tutior. Nam in fine disjunctionis, quaſi præeligens ex omnibus unam illam de mendicitate Chriſti clamoſa, votive ſubinſert: *Quis dabit me buccellarum illarum mendicatarum participem fieri?* Sed cum iſti arguunt Chriſtum non potuiſſe mendicare, quia non potuit petere, niſi ſua; ſufficit mihi tunc probare, multa fuiſſe illi non ſua, ut ipſum probem potuiſſe mendicare. Nam Ambroſius, ut allegat eum Zacharias in *uno ex quatuor*, cap. CXXVI. quærit: AMBROSIUS. „ Cum alia ſit imago Dei, alia mundi: ſi „ Chriſtus non habuit imaginem Cæſaris, cur „ cenſum dedit? Et reſpondet: non de ſuo dedit, ſed mundo reddidit, quod erat mundi. „ Et ſi tu non vis obnoxius eſſe Cæſari, noli „ habere quæ ſunt mundi. Hæc Ambroſius. Et in Epiſt. *de corpore & ſanguine Domini*, quæ incipit, *Domino & amico meo Walcranno*, de Chriſto loquens, dicit ANSELMUS. Pauper „ vero ita fuit, ut veniens in mundum, non „ in ſua, ſed in aliena domo naſceretur: & „ natus, propter inopiam loci, in præſepio brutorum animalium poneretur. „ Hæc ille.

Luc. 2. 45.

Chriſtus publice mendicavit.

Aelredus *apud Divum Bernardum To.* 5. *pag.* 644.

Ambroſius *apud Zachar. Chryſop. in Biblioth. PP. To.* 19. *p.* 875. *Matth.* 17.

Anſelmus *Pag.* 140.

6. Tranſeamus ultra verſus extremum vitæ Chriſti mortalis, cum poſt laudes populi clamantis *Hoſanna*, vendentes ejecit de templo; & relictis illis abiit foras extra Civitatem, Matth. XXI. Super hunc locum dicit HIERONYMUS. „ Hinc (inquit) intelligi credendum eſt, quod „ Dominus tantæ fuerit paupertatis; & ita nulli adulatus ſit, ut in urbe maxima nullum „ hoſpitem, nullam inveniret manſionem. „ Hæc ille. Ecce jam ubi ſunt loculi Chriſti, de quibus jactatis eum vixiſſe cum aliis; ubi omnipotentia Domini noſtri oſtenditur, ubi divitiæ demonſtrantur. Ideo relictis illis abiit extra Civitatem, quia nullum habebat hoſpitem. Quare non imperavit quibuſdam ſuis fidelibus & electis dare ſibi cibum de proprio, ſicut eum Samaritanæ dicitis imperaſſe? Sed iterato me mordes, quod ſi tantæ fuerit paupertatis, cur ergo non mendicavit hoſpitium? Sed huic quæſtioni reſpondet quod annectit Hieronymus, quod Dominus *tantæ* fuerit *paupertatis*, & ita *nulli adulatus*, quod in tanta Civitate nullum habe-

Matth. 21. 9. 12. 13. 17.

* Hieronymus *To.* 7. *pag.* 164.

(*a*) Richardus Armachanus, qui dicebat Chriſtum ſucceſſiſſe Adamo ſicut in originali innocentia, ſic in rerum omnium originali dominio. Unde Chriſto æque ac Adamo repugnabat ea mendicare, quæ titulo ſuæ juſtitiæ jam erant ſua, ſaltem quoad uſum.

(*b*) *Aluredus* ſcribitur cum in Editis, tum in MSS. noſtris Codicibus. Sed in Bibliotheca Patrum, & apud D. Bernardum, immo & apud alios Scriptores non paucos, licet variis modis ſcribatur, nullibi tamen *Aluredus* dicitur, ſed frequentius *Aelredus*. Claruit quidem in Anglia *Aluredus* Rex Sæculo Chriſti IX. Sed nihil iſte cum *Aelredo*, qui profeſſione fuit monachus, & ſæculo tantum XII. floruit.

* Cap. 2. num. 2.

haberet hoſpitem. Superius * habes ex Auguſtino, quod mendicare eſt ex miſericordia hominum vivere: Jeroſolomytanorum miſericordia non potuit tunc ſine adulatione vivere; ideo nec tunc ab eis potuit mendicare: alias autem cum ſine crimine potuit, mendicavit. Ideo idem Hieronymus ſuper præfatum verſiculum, A

Pſal. 108. 17.

Perſecutus eſt hominem inopem & mendicum &c. dixit; Chriſtum ſe ipſum nuncupaſſe mendicum.

* Hieronymus To. 7. pag. 299.

HIERONYMUS. Dominus (inquit) inopem „ ſe dixit & mendicum: & quis in divitiis ſuis „ gloriabitur? Habetis conſolationem pauperes: „ Dominus vobiſcum pauper eſt. „ Hæc Hieronymus in *minori Breviario*; & idem dicit *ſuper Pſalterium*. Ecce quod Hieronymus admiranter interrogat, quis gloriari poſſit in divitiis ſuis, ubi Dominus inopem ſe dicit & mendicum; ut plane demonſtraret ſe loqui de Chriſto in perſona ſua: quia non multum eſſet interrogatio diſcreta: *Quis gloriabitur in divitiis ſuis*, quando talis chriſtianus eſt inops & mendicus? Et conſimiliter profitetur * idem beatus Hieronymus Chriſtum mendicum in Epiſt. *ad Furiam*, dicens:

* al. oſtendit

Hieronymus To. 1. Epiſt. 54. num. 12. pag. 287. Pſal. 40. 1. Luc. 6. 30.

HIERONYMUS. Intellige ſuper „ egenum & pauperem. Omni petenti te da, „ ſed maxime domeſticis fidei. Nudum veſti, „ eſurientem ciba, ægrotantem viſita. Quotieſcumque manum extenderis, Chriſtum cogita: & cave, ne mendicante Domino Deo „ tuo, alienas divitias augeas. „ Hæc Hieronymus. Ubique quaſi clamant ſancti Doctores, & potiſſimum veteres, Chriſtum eſſe mendicum. Sed noſtri inde vilipendunt jejunos, quia delicate tractant convivia: ſpernunt virgines, quia voluptantur conjugiis. Noſtri clerici, qui ſaginantur divitiis, mendicum erubeſcunt Chriſtum, & contemnunt ejus inopiam, quam laudare deberent. Unde ad ſe beatus CHRYSOSTOMUS.

Chryſoſtomus To. 3.

O (inquit) Chryſoſtome! verecundaris, audiens quod mendicat Chriſtus? Verecundare magis, cum mendicanti non des. „ Hoc enim eſt verecundia, hoc ſupplicium, hoc „ tormentum. Mendicare enim, cum ejus bonitatis ſit ſignum, ornari in eo nos oportet: „ non dare vero, crudelitatis. „ Hæc Chryſoſtomus hom. LXXXVI. *ſuper Matth. opere perfecto*. Quo, jam tendis? quo fugis, qui Dominum erubeſcis habere mendicum, tu ipſe mendicus & pauper? Ingenuus intellectus nullum quantumlibet inopem diffitetur ſibi eſſe propinquum. SERVILIS EST CONDITIONIS erubeſcere humiles, nullos noſſe niſi præclaros (a). SALTEM IN EODEM CHRISTO non abneges mendicitatem, cujus habes venerabilem majeſtatem. D

CAPUT V.

Quod Chriſtus inſtituit diſcipulos ſuos mendicare.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Apoſtoli Chriſti, ad illius normam mendicaverunt.*
2. *Apoſtoli, quoniam altiſſimam paupertatem profeſſi ſunt, cogebantur aliena mendicare.*
3. *Sicuti viæ publicæ mendicata ſtipe reparantur; ita Apoſtoli Chriſti, qui erant viæ populorum ad Deum, mendicando reparabantur.*
4. *Chriſtus inſtituit, ut ejus diſcipuli mendicarent corporalem cibum: quare non peccarunt mendicando; neque fuit præceptum caſuale, ſed a propoſito.*
5. *Tanti fecit Chriſtus paupertatem, ut moriens, matrem mendico commendaverit.*
6. *Cum Apoſtoli omnes juri poſſidendi temporalia renunciaverint, coacti fuerunt vel circa manualia opera ſe ipſos occupare, vel mendicare.*
7. *Evangeliſta nullum jus habet in ſumptibus ante Evangelium ſuſceptum: quare Apoſtoli, tempore illo medio ante ſuſceptam fidem, mendicabant.*
8. *Alia adverſariorum oppoſitio rejicitur.*

1. NOn tamen puto me adhuc ſatisfeciſſe petentibus, non tam de Chriſto, quam de diſcipulis ejus, ſi mendicaverint aliquando, donec eos mendicaſſe probaverim. Omnia tamen ſcribens cum reverentia fidei, confiteor, B quantum me cogit veritas chriſtiana, quod quantumcumque glorioſi ſedeant domini mei diſcipuli Chriſti, ſplendidiores aſtris in illis altiſſimis ſedibus judicialis triclinii; profiteor tamen, quod ipſi ſunt qui olim cæci mendicabant in via. Matth. 20. 30. Et quamvis quidam illorum vicini privatim ſuſurrent, quod ipſi non ſint, qui mendicabant olim in hoc mundo in via ad patriam, dicentes: *Nequaquam mendicavit Jacobus, nequaquam Joannes, ſed pauper erat omnis Chriſti diſcipulus, ita ut ſimillimus videretur eſſe mendico*. Alii autem vicini Evangelicæ veritatis dicant e contrario: *Certe hic eſt, qui* C *mendicavit:* inter diſceptandum opponat ſe aliquis dominorum meorum, & dicat: Indubitanter ego ſum, qui mendicavi, & mendicitate corporalem victum tranſegi, ſedens in via, doctus a via quæ eſt Chriſtus. Sic ait in Commentario ſuper illud Marci: *Confeſtim vidit, & ſequebatur eum*, Marci 10. 52.

* Hieronymus To. 11. pag. 813. Joan. 14. 6.

HIERONYMUS. Via, juxta * „ quam ſedit cæcus qui mendicabat, eſt quæ „ dixit: *Ego ſum via, veritas, & vita*. „

2. Juxta hanc viam ſedit unuſquiſque Apoſtolorum ejus, & unuſquiſque primævus diſcipulus. Juxta viam, inquam, Chriſtum, in qua ipſi Chriſto proximiores, & præ cunctis mortalibus converſationi ejus confœderatius juncti, & imitatores domeſtici * paupertatis Chriſti mendicæ, & penuriæ chriſtianæ. * al. doctiſſimi Via enim, juxta unam ejus proprietatem, eſt nudata divitiis, & deſtituta pretioſis rebus, ne tranſeuntes auferant quæ delectant: & ne mundus aliquid poſſet auferre diſcipulis Chriſti, nihil omnino volebant habere de mundo, ſed nudabant potius ſemetipſos omni pretio ſæculi, profeſſione perpetua. *Ecce* (inquiunt) *nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te*. Matth. 19. 27. Et tunc primo conformes facti Chriſto, via facti ſunt ſermonum Chriſti, per quos poſſet inter gentes evolare liberius: E hoc enim eos docuit Chriſtus in via. Unde XVII. *de Civ. Dei*, cap. IV.

Auguſtinus To. 7. pag. 461. num. 6. Matth. 19. 27.

AUGUSTINUS. Dixerant „ (inquit) potentes illi: *Ecce nos dimiſimus* „ *omnia, & ſecuti ſumus te*. Hoc votum potiſſime voverant. Sed unde hoc eis, niſi ab „ illo, de quo hic continuo dictum eſt, *Dans* „ *votum voventi?* „ Audite quid dixerit Auguſtinus. Hoc votum potiſſime voverant: ſi aliquid ſibi unde viverent reſervaſſent, tunc hoc votum non potiſſime voverant. Et ſi nihil in re, ſaltem in ſpe futura cogitarent; vel ſi non de ſuis, ſed tantum de alienis facultatibus potenter, non ſuppliciter viverent; certe adhuc hoc

(a) Hæc ad Clericos non hic inconſulto præmittit: vult enim, more ſagacium oratorum, eos in humilitate diſponere, ut libenter audiant & credant quæ mox in ſequenti capite ſubdit de Apoſtolis, ac ſublimioribus Eccleſiæ Prælatis, dicendo, quod illi ab initio erant mendici. Jam ſupra monui, quod quæ in hoc habentur Tractatu, coram magna Eccleſiaſticorum concione a Waldenſi recitabantur.

hoc votum paupertatis non voverunt potiſſime: quia ſuper omnia hæc, altior eſt paupertas ejus, qui, poſtquam omnia ſua reliquerit, mendicare cogitur aliena, juxta quod ſupra dixerat Chryſoſtomus, cap. 1 * [* num. 2.]: In græco (inquit) non dicitur *beati pauperes*, ſed *beati mendici*: quia pauper eſt, qui anguſtiam quidem habet, non autem tantam, ut mendicare cogatur. Igitur Apoſtoli, qui votum voverant paupertatis altiſſimæ, uſque ad ipſam mendicitatem incluſive feruntur.

3. Alia eſt viæ proprietas, quæ huic rei correſpondet in Apoſtolis. Viæ enim publicæ, quæ maxime conculcantur a populis, nonniſi mendicata ſtipe reparantur. Sic domini mei Apoſtoli, præcones verbi, lux mundi, & via publica paradiſi, ſe ipſos ſubſternebant cunctis gentibus viam incedentibus verſus cœlum. Sed tamen nonniſi in mendicitate, laſſa eorum corpora refecta ſunt, & ſtipe publica reparata. Sed unde hoc eis, interrogat Auguſtinus, niſi ab illo, de quo dictum eſt, *Dans votum voventi*, niſi a Jeſu Chriſto, ut ubi ſit ipſe, ſit & diſcipulus ejus, mendici diſcipuli cum authore mendico?

4. Interrogas forte, ubi hoc plane Scriptura pronunciet, quod Chriſtus Dominus noſter hoc inſtituit? Laborem exigeres a nobis ultrà vires, ſi non ante nos, quod Chriſtus hoc inſtituerit, inveniſſet ſubtilis ille & vetus doctor Theophilus. [Luc. 10. 7.] Ubi enim habet Evangelium Luc. x. *In eadem domo manete, edentes & bibentes quæ apud eos ſunt*, ſic habet Theophilus. [Theophilus Antiochenus] Vide ergo qualiter diſcipulos mendicare inſtituit, & pro pretio eos enutrimentum habere noluit. „ Hæc Theophilus. Breve quidem verbum, ſed viribus amplum. Non erat diſcipulorum peccatrix mendicitas, quam Chriſtus inſtituit: ſed nec erat ſpiritualis edulii, qualiter Amoræus aliquis diceret, ſed corporalis: *edentes* (inquit) *& bibentes quæ apud illos ſunt*. „ Vide (inquit Theophilus) in prædictis verbis *edentes & bibentes quæ apud eos ſunt*, qualiter Chriſtus Jeſus Dominus noſter diſcipulos ſuos mendicare inſtituit. „ At ne tergiverſeris cauſando „ hoc non eſt præceptum a propoſito; ſed ſi forſan caſu contingeret eis talis egeſtas, mendicare liceret; non tamen profiterentur mendicare, vel periculo ſe mendicitatis, profeſſione paupertatis exponere: „ certe doctor ipſe * [* Theophilus] ſe ipſum tibi opponit, & Evangelicam veritatem, ubi Chriſtus juſſit diſcipulis, dicens: [Luc. 9. 3.] „ Nihil tuleritis in via; neque virgam neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. „ [Theophilus] Sic enim inquit idem Theophilus: ipſos mendicos mittit, quod neque panem ipſos portare vult, neque aliquid quibus indigent multi. „ Hæc ille. Junge ſingula ſingulis: mendicare inſtituit, edendo & bibendo quæ apud eos inveniant; & ut apud eos ſic mendicent, a propoſito ipſos mendicos mittit, ſine virga, ſine pane, ſine pera, ſine pecunia. Planum ergo eſt, quod in ſic ſtatuendo, & ſic mittendo, non caſui conſuluit, ſed præſcitæ, & bene prævíſæ miſeriæ poſt futuræ.

5. Verum & quantum Chriſtus noſter deteſtatus eſt mundi divitias, & appretiatus rerum egeſtatem & penuriam, luculenter declarat quod matrem ſuam chariſſimam uni de prædictis mendicis finaliter commendavit: quam utique illi commendaſſe noluiſſet, ſi quidquam ſæculare, præter Chriſti gratiam, poſſediſſet. Unde lib. cui titulus eſt, *Exhortatio ad virgines*, non longe a principio, tractans hunc textum Evangelii, *Accepit eam diſcipulus in ſua* [Joan. 19. 27.] (ſic enim legit, non *ſuam*) Ambroſius. [Ambroſius To. 1. pag. 120.] Quid eſt *in ſua* „ (inquit), cum reliquerit patrem & matrem, „ & Chriſtum ſecutus ſit? Aut quomodo *in ſua*, cum ipſi Apoſtoli dixerint: *Ecce nos reliquimus omnia noſtra, & ſecuti ſumus te?* [Matth. 19. 27.] „ Quæ ſua habebat Joannes, qui ſæcularia & mundana non habebat, qui & de mundo non erat? Quæ ergo habebat ſua, niſi ea quæ a Chriſto acceperat? Audite quæ Apoſtoli a Chriſto acceperunt: *Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiſeritis peccata, remiſſa erunt &c.* [Joan. 20. 22.] Neque enim mater Domini Jeſu, niſi ad poſſeſſorem gratiæ demigraret, ubi Chriſtus habebat habitaculum. „ Hæc ille. Videte confeſſionem Sancti Ambroſii, quod Sanctus Joannes vi profeſſionis illius, *Ecce nos reliquimus omnia*, nihil ſibi reſervavit de mundo: non aurum, nec argentum; non agrum, non domum: ſed omnibus his contemptis, pauper & nudus in ſolum hoſpitium gratiæ quod accepit, matrem Domini recollegit; quæ utique ad illum non diverteret, ſi quidquam præter gratiam poſſideret: quia non eſt conventio Dei ad Belial. [1. Cor. 6. 15.]

6. Sed hic remurmurat Wicleffus cum collegio Amoræorum, quod ex tanta diſcipulorum pauperie non neceſſario debet inferri mendicitas: quin etiam fremunt in doctorem Theophilum, quem quia plane negare non audent, ſaltem objurgant, eo quod tam ſponte, nulla Scriptura cogente, diceret diſcipulos mendicaſſe hoſpitium, quod eis debebatur jure gratitudinis naturalis, & legis illius Evangelicæ, *dignus eſt operarius mercede ſua* [Matth. 10. 10.] Matth. x. & Luc. x. Et iterum Apoſtolus, *Dominus ordinavit his qui Evangelium annunciant, de Evangelio vivere*. [1. Cor. 9. 14.] 1. ad Cor. ix. Quomodo ergo (inquiunt) poſſent diſcipuli mendicare ea quæ fuerant ſui juris? Sed qui iſtud procuraverunt objectum, bonum eſt, ut Scripturas magis aperiant & intrent, ne ſeducantur ſpe repertæ fallaciæ, credentes intus eſſe, cum foris ſtent. Nam Apoſtoli, qui cuncta ſua reliquerunt propter Deum, poterant æque renunciare omni juri poſſidendi quodcumque temporale, ſub quocumque titulo illud haberent. Et ſic ex inſtitutione Chriſti eos feciſſe credendum eſt; ſicut & Chriſtus frequenter renunciavit his, quæ erant ipſi debita. [Apoſtoli renunciarunt omni juri poſſidendi.] Sicut etiam fecit Apoſtolus Paulus 1. ad Cor. ix. *Numquid non habemus poteſtatem* (inquit) *manducandi & bibendi?* [1. Cor. 9. 4.] -- Et poſt pauca -- *Nos non uſi ſumus hac poteſtate; ſed omnia ſuſtinemus, ne offendiculum demus Evangelio*. [v. 12.] Et Hieronymus in perſona Pauli in *annotationibus* ſuis ait ibidem: Hieronymus. [* Hieronymus To. 11. pag. 925.] Vobis exemplum præbeo tam proprii, quam alieni cauſa diſcriminis, ſaltem ab illicitis abſtinere, cum videtis me, aliorum cauſa ſalutis, debita (a) contempſiſſe. „ Quo facto, vel debebant tunc victum ſuum tranſigere opere manuali, ſicut fecit Apoſtolus Paulus, (quod de aliis Apoſtolis Scriptura non recolit, ſed tantum de Paulo) vel de mendicitate exigere ſibi ſtipem, ſicut affirmat illos feciſſe Theophilus: qui etiam de Apoſtolicis actibus magis novit, quam noſtri Wicleviſtæ, qui tantum de Apoſtolica authoritate gloriantur, ac ſi caracterem imprimeret eis immobilem. Sed vere ab omni pio catholico potius

(a) Adde cum Maurinis, *debita non minus, quam licita &c.*

potius credendum eſt, unumquemque diſcipulum Chriſti renunciaſſe titulo juris ſumptus *, & humiliter mendicaſſe victum neceſſarium, quam aliquo modo circa Scripturas ſacras tantum, & tam ſanctæ authoritatis virum Theophilum eſſe mentitum.

* Cod. Vat. ſumptuum.

7. Sed & alter vir quidam devotus *, & de A Scripturis ſacris non parum expertus, dixit Evangeliſtas nullum habere jus in ſumptibus uſque ad Evangelium ſuſceptum, & fidem ab auditoribus amplexatam: „ Quis (inquit) ab auditoribus ſuis prius poteſt exigere opera fidei, quam fidem; eleemoſinam, quam credentiam chriſtianam? Sed Evangeliſta Chriſti, ſecundum verba Apoſtoli, debet paſcere gregem, & tunc de lacte gregis manducare: tunc ſcilicet quando factus eſt grex ejus. Non enim eſt jus, ut de alieni gregis lacte paſcatur. Et qui plantavit vineam, fructus ejus edet *, ſed quam ipſe plantavit. Primo ergo B plantet, & futuros fructus expectet, quibus paſcatur. „ Sic etiam ſonant reliqua verba quæ ſubjungit Apoſtolus: *Debet in ſpe* (inquit) *arare qui arat; & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi*. Sed qui arat, non ſtatim comedit, nec qui triturat; ſed poſt laboris effectum, qui laborat ſuſcipit fructum laboris. Ideo nihil erat Evangelicis Chriſti diſcipulis debitum, quod per eorum labores non habuit incrementum. Tempore ergo medio, ſumptus, quos in uſus ſuos ſuſceperant, mendicabant. Illæ collectæ item fiebant in Eccleſiis Galatiæ pro eiſdem C ſanctis in Jeruſalem. Patet 1. ad Cor. XVI. Tempore etiam Sancti Pauli multa millia diſcipulorum Chriſti vixerunt mendicitate: quia & Paulus ſe ipſum commemorat facturum & feciſſe pro ſanctis collectas in Eccleſia Macedoniæ: & hoc idem fecit in Eccleſiis Corinthiorum. II. ad Cor. VIII. & IX.

* Vide in præfatione Generali §. 5. ubi de Armachano.
1. Cor. 9. 7.
* al. ſumet
1. Cor. 9. 10.
1. Cor. 16. 1.
2. Cor. 9. 2.

8. Sed hic ſolent dicere * adverſarii, quod non erat illa mendicitas, ſed poteſtas: Paulus enim hoc fecit poteſtate prælationis ſuæ. Sed imprudentes ſunt illa dicentes, quod non plene viderint, qualiter ibi Apoſtolus dicit oppoſitum: *Non quaſi imperans dico* (inquit) *ſed pro D aliorum ſollicitudine, etiam veſtræ charitatis ingenium bonum comprobans*. Super quod in *annotationibus* HIERONYMUS. Non impero, non exigo, ſed conſilium do: eſt enim in vobis ſic ingenita pietas, ut ab aliis eamdem minime diſcere egeatis. „ Hæc Hieronymus. Iterum 1. Cor. XVI. Sic *unuſquiſque veſtrum reponat, apud ſe recondens quod ei bene placuerit*. Ergo ſecundum placitum, non ſecundum debitum recondebant. Quo ergo titulo colligit eleemoſinas propter ſanctos, ſi non imperat, ſed conſulit titulo pietatis ſolum, ſicut dicit Hieronymus: *eſt in vobis ſic ingenita pietas?* Eleemoſi- E nam autem rogare corporalem ſolo titulo miſericordiæ & pietatis eſt mendicare, etiam per definitionem *. Patet ergo ex titulo collectæ, quod collecta illa fuit mendicatio mera, & quod ſancti illi (qui ſcilicet habitabant Jeruſalem continue in templo) mendicatione vivebant, quos ſupra in alio libro * dicit Hieronymus *de illuſtribus viris* *, fuiſſe tunc quod monachi ſunt nunc, vel eſſe deſiderant, ſcilicet religioſi, & cum hoc mendici, quod antiqua ſemper fatebatur Eccleſia; & etiam ad noſtra uſque ferme tempora vetus illa inter Doctores duravit confeſſio. Antiquum vobis adduxi Theophilum, & recentem noſtri temporis vobis adducam eloquentiſſimum Petrum Bleſenſem, ejuſdem profeſſionis conſortem, ut ſim aliqualiter conformis ſcribæ illi Evangelico, cum protulerim in probatione negotii ſacroſancti nova & vetera. PETRUS BLESENSIS. Numquid ſoli „ divites (inquit) hujus ſæculi theſauros habent, ut faciant oblationem Deo? Ecce peccatores & abundantes in ſæculo obtinuerunt divitias. Numquid acceptiores ſunt Deo qui theſaurizant in terra? Quid facient ergo pauperes, & pannoſi diſcipuli Chriſti, & filii ſponſi, quorum vox eſt: *aurum & argentum non eſt mecum?* Porro paupertatem ſuam ſummas divitias reputant, qui nihil habentes, & omnia poſſidentes, Chriſtum nudum nudi ſecuti ſunt. Iſti, & ſequaces eorum, licet mendici & inopes eſſent; tamen erant honorati & divites apud Deum & ſanctos ejus. Nam de illis Apoſtolus dicit: *Gratias ago Deo meo, quod in omnibus divites facti eſtis in juſtitia, & in omni verbo & ſanctitate; ita ut nihil vobis deſit in ulla gratia.* „ Hæc Petrus Bleſenſis in ſermone quodam de Epiphania, qui incipit, *Apertis theſauris ſuis*. Videtis jam etiam Petrum Bleſenſem dixiſſe diſcipulos Chriſti fuiſſe mendicos; nec ipſos tantum, ſed & ſequaces eorum. Omittat ergo adverſarius culpam neceſſariam, & inſugibilem ſanctæ mendicitati conjungere (*a*), quam tanto ſtudio dominos meos Apoſtolos, & primævos Chriſti diſcipulos viderit amplexari.

2. Cor. 8. 8.
* Ed. V ſed hic dicerent
* Hieronymus To. 11. pag. 968.
1. Cor. 16. 2.
* Subaudi mendicitatis. Vide ſupra cap. 2. n. 2.
* lib. 3. cap. 6. num. 2.
* cap. 11. pag. 833.
Petrus Bleſenſis ſerm. 9. in Biblioth. Patrum To. 24.
Act. 3. 6.
2. Cor. 6. 10.
1. Cor. 1. 4.

CAPUT VI.

Quod electa mendicitas fuit multis Sanctis votiva.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Quod argumentum non valeat:* Apoſtoli hoc non fecerunt; ergo neque ab aliis hoc eſt faciendum.
2. *Originali juſtitiæ non contravenit electa mendicitas: & quamvis ratione quadam repugnet ſtatui innocentiæ, non propterea eſt culpabilis.*
3. *Divus Hieronymus ſe ipſum corrigens, Paulam commendat, quæ omnia ſua in pios pauperum uſus ita profundebat, ut mendica pro Chriſto extremum diem clauſerit.*
4. *Electa paupertas Mutii Valerii Conſulis laudatur: quia mendicata ſtipe ſepulturam habuit.*
5. *Chryſoſtomus ſicut commendat paupertatem exemplo monachorum ſui temporis, & trium puerorum in domo Nabuchodonoſor; ita reprehendit ejuſdem paupertatis calumniatores.*
6. *Romanorum imperium, ſublata paupertate, decreſcere cœpit.*

„ 1. SEd vere nec ad has metas tam ſtricti juris, cœleſtis Pater ſuos filios obligavit: quia nec unquam illud in lege ejus, „ nun- Wicleffus

(*a*) Culpam mendicitati affingebant Wicleviſtæ, quod ea præter mandatum Domini exerceretur. Eodem conſcientiæ ſtimulo contra mendicitatem loqui viſi ſunt Lutherus articulo ultimo *de votis monaſticis*, & Brentius in Confeſſ. Wittembergenſi, docentes criminoſam fore mendicitatem electam, eo quod ſic mendici exponant ſe periculo gravi moriendi fame; & quod non liceat eos, niſi forte ægrotent, eleemoſinas petere, quæ debentur ſolum iis, qui ſe ipſos juvare nequeunt; & demum quod lex divina & humana reprehendat, & prohibeat voluntariam mendicitatem. Vide infra, cap. 10. quam abunde ipſis ſatisfaciat Waldenſis quoad illud conſcientiæ ſtimulum de mendicis *validis*; & quoad alterum de periculo occumbendi fame legeſis infra cap. 16.

„ nunquam inter decreta diſcipulorum inſeri„ tur. Hoc tantum nobis licet agere, quod „ Chriſtus fecit, aut quod fecerunt Apoſtoli. „ Non etiam ſeruerunt agros, non portabant coronas auri inſculptas, non didicerunt artes, non radebant barbas: eſto quod nec mendicabant. Si tu vis agrum ſerere, cur ego paveam A mendicare? Si tibi licet hoc, quod non exercebant Apoſtoli, cur mihi non liceat, quod certum eſt, quod verum eſt, quod Apoſtoli exercebant? Maxime cum, etſi nunquam penitus mendicaſſent, poteſt tamen piis religioſis licere mendicitas. Sed demus locum parumper adverſario veritatis, & quid de hoc dixerit, audiamus. „ Quamvis in Evangelio (inquit) „ legatur de quibuſdam, quod in pœnam pec„ cati populi, ſatis licite mendicabant, ut pa„ tet Luc. XVI. tamen manifeſte patet, quod „ ille modus mendicandi originali juſtitiæ, „ & ſtatui innocentiæ contradicit. Iſti autem B „ ſunt ſtultificati idiotæ, qui neſcientes inter „ paupertatem & mendicitatem diſtinguere, „ primam, quæ perfectionem ſonaret, dimit„ tunt; & ſecundam cupide ut Scarioth am„ plectuntur. „ Hæc Wicleffus IV. *Trial.* cap. III.

Licita eſſet mendicitas, etſi Apoſtoli non mendicaſſent.

Wicleffus

Luc. 16. 20.

2. Certe qualiter originali juſtitiæ contradicat mendicitas, nondum video, nec etiam ipſe vidit; ideo non expreſſit. Quomodo tamen contradicat ſtatui innocentiæ, tantum video: quia ſtatus ille ſervatus abſque læſione peccati fugaret omnem inediam, & omnem miſeriam famis, ſitis, triſtitiæ, mortis, & ſimilia: C ſicut etiam ipſe ſe declarare videtur in diabolico illo libello *de diabolo & membris ejus*, cap. III. „ Patet (inquit) de ſtatu innocentiæ, ubi „ non forent aliqui mendicantes, ſicut nec erunt „ in beatitudine. „ Placet mihi quod jam dicis: *& ſic ſaltem mendicitas contradicit ſtatui innocentiæ.* Quid quæris amplius? Ideo ergo eſt culpabilis, ideo execranda electa mendicitas? At nonne ſic damnaſti famem, ſitim, & paſſionem Salvatoris & mortem? Adde crucem, adde triſtitiam. Nonne hæc omnia innocentiæ ſtatui contradicunt; potiſſime quia ſponte, & ex electione eſuriit; ſponte & ex electione D crucis ſuſtinuit maledictum, ſicut Fratres ſponte eligunt mendicare? Ultra hæc omnia, cur hac evidentia tua fallaci non ſubtraxiſti clericis officium prædicandi? Cur ſacrorum celebrationem? cur eleemoſinæ largitionem, cum in ſtatu innocentiæ non forent aliqui mendicantes, nec ſacramenta celebrantes, nec eleemoſinas largientes; nulli triſtantes, nulli ſitis, famis, aut mortis injurias ſuſtinentes? Sed ſic ſaltem diſce, aliqua eſſe meritorie facienda pro ſtatu naturæ corruptæ, quæ omnino repugnant ſtatui innocentiæ. *Idiotas* nos vocas, *neſcientes* (inquis) *inter paupertatem diſtinguere & mendicitatem*: quarum primam dicis eſſe perfectionem, ſecundam culpabilem. Sed ego primam tecum collaudo, tecum approbo paupertatem: ſed ſicut ſtella a ſtella differt in claritate ſua, ſic paupertas præſidet paupertati. Nam cum omnis paupertas pro Chriſto ſumpta perfectionem dicat, maxime tamen illa, quæ pertingit ad ultimam egeſtatem, ita ut præ rerum penuria pauper Chriſti mendicare cogatur, vel in ſe, vel per alium, actu, vel habitu. Et hæc eſt mendicitas, quam prædicamus; non actum præſentem, ſed promptum animum, volentem ſic egere pro Chriſto, & ſic verecundo medio tollere egeſtatem.

Wicleffus

1. Cor. 15. 41.

3. Opinionis quoque veſtræ carnalis fuit quandoque ſanctus Hieronymus, cum ſic conſuleret ſanctæ Paulæ fœminæ Conſulari, ne ſimul donaret omnia, ſed aliqua tantum egenis, dicens: Chriſtus ait, *Qui habet duas tunicas, det alteram non habenti;* non dixit *utramque*. Cujus tamen monitionis ſe ipſum pœnitendo correxit, & ſententiam ſanctæ Paulæ, ad mendicitatem ſanctam properantis, ſententiæ ſuæ præpoſuit, ita dicens: HIERONYMUS. Fateor (inquit) errorem „ meum: Cum in largiendo (Paula ſupple) „ eſſet profuſior, arguebam, illud proferens de „ Apoſtolo: *Non ut aliis refrigerium, vobis* „ *autem tribulatio: ſed ex æqualitate in hoc* „ *tempore, ut veſtra abundantia ſit ad illorum* „ *inopiam*. Et hoc de Evangelio Salvatoris: „ *Qui habet duas tunicas, det alteram non ha*„ *benti:* & præcavendum * eſſe, ne quod li„ benter faceret, ſemper facere non poſſet: „ multaque hujuſcemodi, quæ illa mira vere„ cundia, & ſermone parciſſimo diſſolvebat; „ teſtem invocans Dominum, ſe pro illius no„ mine cuncta facere, & hoc habere voti, ut „ mendicans ipſa moreretur, ut unum nummum „ filiæ non dimitteret, & in funere ſuo aliena „ ſyndone involveretur. Ad extremum infere„ bat: *Ego ſi petiero, multos inveniam, qui* „ *mihi tribuant: iſte mendicans, ſi a me non* „ *acceperit, quæ ei poſſum etiam de alieno tri*„ *buere, & mortuus fuerit; a quo anima ejus* „ *requiretur?* Ego cautiorem in re familiari eſ„ ſe cupiebam, ſed illa ardentior fide, toto Sal„ vatori animo jungebatur, & pauperem Do„ minum pauper ſpiritu ſequebatur, reddens ei „ quod acceperat, pro ipſo pauper effecta. De„ nique conſecuta eſt quod optabat, & in gran„ di ære alieno filiam dereliquit: quod adhuc „ uſque debens, non ſuis viribus, ſed Chriſti „ ſe fidit miſericordia redditturam. „ Hæc Hieronymus *in Epitaphio Sanctæ Paulæ*. O Sancte mi Pater Hieronyme! Cur detraxiſti ſic ſermonibus veritatis, ut verba, quibus Sanctam Paulam a mendicitatis propoſito revocares, diceres errabunda? *Fateor* (inquis) *errorem meum:* &, *cum illa attigerit quod optabat*, facta ſcilicet mendica pro Chriſto, & in grandi debito derelicta. In quo, ne videretur peccaſſe, exemplum habuit defenſionis Abdiæ (*a*) ſancti Prophetæ, qui etiam in magno debito reliquit uxorem (*b*), quod tamen fecit redimere ſanctus Eliſæus in olei incremento, ſecundum Magiſtrum hiſtoriarum * IV. Reg. Cur te poſtponis Sanctæ Paulæ, dicens: *Ego cautior re fami-* E *liari, illa ardentior fide*, cum Wicleffus noſter, & Amoræi omnes ſucclamantes Fratribus, qui ſic fecerunt, dicant eos hæreticos, in fide devios, & blaſphemos? Sed video jam illos, cum ſic dixerint, delirare, potiſſimum cum te video tam perpenſo ſtudio mendicam meam paupertatem approbare. Quid dicis, Wicleff, ad ſanctam Paulam? Quo oculo potes jam contemplari Hieronymum?

Luc. 3. 11.

Hieronymus To. 1. Epiſt. 108. pag. 700. num. 15.

2. Cor. 8. 13.

Luc. 3. 11.

** M. providendum*

a

b

4. Reg. 4. 7.

** Petrum Comeſtorem*

4. Quod ſi non chriſtianos in hac tanta paupertа-

(*a*) Abdias iſte præfectus erat domus Achab, vir ſane inter Hebræos eximiæ ac præcellentis virtutis. Cum Dei Prophetas ad necem quæreret Jezabel, ipſe centenos in ſpeluncis abſcondit, ibique diu illos pavit, uti habetur 3. Reg. 18. 4. Sanctus Hieronymus in Abdiam, ac plerique ex Hebræis crediderant iſtum eſſe, cujus ſcripta extant inter Prophetas minores: cumque inter diſcipulos Eliæ connumerari voluiſſet, Deum illi Spiritum Prophetiæ indidiſſe. Addit prælaudatus Hieronymus *in Epitaphio ſanctæ Paulæ*, ſanctam iſtam fœminam Samaria relicta inviſiſſe montem & ſpeluncas, in quibus Abdias centum Prophetas occultaverat, ac inde veniſſe Nazareth.

(*b*) Quod Abdias iſte fuerit vir mulieris Sunamitidis, apud quam Eliſæus propheta hoſpitabatur, tradunt Dorotheus, Epiphanius, & alii. Immo addunt, eum fuiſſe tertium Centurionem ab Ochoſia miſſum, ut Eliam comprehenderet, cui cœli flammæ pepercerunt.

pertate laudaveris, ſaltem Ethnicos admirare. Refert Auguſtinus lib. v. *de Civ.* cap. XVIII. de quodam *Mutio Valerio* Conſule, qui ad tantam paupertatem devenit, ut, nonniſi mendicata ſtipe, habuerit ſepulturam: & per hoc excitat noſtros chriſtianos ad paupertatem conſimilem. AUGUSTINUS. Ecquis (inquit) chriſtianus audebit ſe extollere de voluntaria paupertate, „ ut in hujus vitæ peregrinatione expeditior „ ambulet viam, quæ ducit ad patriam, ubi „ veræ divitiæ Deus ipſe eſt; cum audiat, „ vel legat *Mutium* (*a*) *Valerium*, qui in ſuo „ defunctus eſt Conſulatu, uſque adeo fuiſſe „ pauperem, ut nummis a populo collatis, „ ejus ſepultura curaretur? „ Hæc ille. Ecce, ſalva fide, qualem *Mutium* Conſulem, talem ſanctam *Paulam* fœminam Conſularem, ſaltem in mendicitatis articulo coæquales. Paulam mendicam probat Hieronymus: Mutium pauperem extreme * approbat Auguſtinus. Et tu noſtros redarguis voluntariæ paupertatis profeſſores? Si non ſumus pauperes ut *Mutius*, ſumus tamen uſque ad mendicitatem egentes ut *Mutius*. Quid enim refert, ſi per ſe, vel per alium quis mendicata ſtipe ultimam redimat egeſtatem? Quam paupertatem laudabis * jam, o Wicleff, ſi non laudaveris illam, quæ fuit *Mutii*, quæ fuit *Paulæ*? Paupertatem dico uſque ad mendicitatem pro Chriſto. Dicis paupertatem eſſe perfectionis, non tamen illam mendicam. Et Auguſtino non videtur voluntaria Chriſtianorum paupertas extollenda, quæ ſit mendica Mutii paupertate inferior. Sic enim concludit Auguſtinus illud capitulum: quod talia quæ fecerunt Romani & paſſi ſunt pro ampliatione & gloria civitatis ſuæ terrenæ, movere debent nos Chriſtianos. Quod ſi pro Dei glorioſiſſima civitate ea non tenuerimus, pudore pungamur: ſi tenuerimus, ſuperbia non extollamur. Adhuc attende fidem Gentilium: nam Valerius Maximus IV. *de dictis & factis memorabilibus*, unde tranſumpſit Auguſtinus prædicta geſta, ſic habet de eodem, vocans eum *Muttium Agrippam*: VALERIUS MAXIMUS. Niſi (inquit) a populo collatis in capita ſextantibus funeratus eſſet, ita pecuniæ inops deceſſit, ut ſepulturæ honore caruiſſet. -- Et multis ibidem hujuſmodi commemoratis, ſubjungit Valerius in fine capituli: -- „Quid ergo mendicam fortunam, quaſi præcipuum generis humani malum, diuturnis conviciis laceratis, * „ quæ ut non abundantibus, ita fidis uberibus* „ Publicolas, Emilios, Fabricios, Curios, Scipiones, Scauros, hiſque paria robora virtutis aluit? Namque per Romuli caſam, perque veteris Capitolii humilia tecta, & æternos Veſtæ focos, fictilibus etiam nunc vaſis „ contentos, juro nullas divitias talium paupertati virorum poſſe præferri. „ Ad vos loquitur Ethnicus ille, o chriſtiani, & o clerici chriſtiani, quibus nulla foret hæreditas, niſi Domini, ſecundum Origenem*: vos, inquam, Sacerdotes, qui paupertatem profeſſi eſtis, ſecundum Proſperum *(*b*): ſed, in prævaricatione ejus, primi mendicitatem erubeſcitis, & Chriſti paupertatem ſpernitis ultra modum. Si ſanctos, ſi catholicos non auditis, ſaltem audite Valerium: *Quid* (inquit) *mendicam fortunam*, *quaſi præcipuum humani generis malum*, *diuturnis conviciis laceratis?* Jam *erubeſce Sidon*, *ait mare:* ſatis peccaſti, quod hucuſque te delinquentem in Chriſti & diſcipulorum ejus mendicitate ſancta * gentilis homo redarguit (*c*). Sic mittitur Job gentilis ſecundum Gregorium, ut ſaltem puderet fideles inferiores eſſe Gentili. Sic mittitur vobis Valerius, ut a ſomno deſenſaret avaritiæ, ubi Chriſtianus non poteſt ſpretus. Saltem ab Ethnico redarguti audiatis: *Quid mendicam fortunam*, *quaſi præcipuum generis humani malum*, *diuturnis conviciis laceramus?*

Auguſtinus To. 7. pag. 135. num. 2. — a — * Cod. Ferrar. extremaliter — * al. laudabilem diceres — Valerius Maximus pag. 368. lib. 4. cap. 4. — pag. 376. — * al. laceramus — * al. urbibus — * lib. 7. ſuper Epiſt. ad Rom. — * lib. 2. de vita contemplat. — b — Iſai. 23. 4. — * al. ſacratam — c

5. Et Chryſoſtomus commemorat Monachos ſui temporis mendicaſſe panem. Unde redarguens quoſdam malivolos, qui nolentes dare mendicis plebeis, dixerunt eos ſatis habere, fœneratores eſſe, & impoſtores, ſic dicit: CHRYSOSTOMUS. Non perſuadeor, non credo, ut fiat, „ ut ſcilicet fœneret quis, & in abundantia exiſtens mendicet. -- Et tunc bene infra pro majori inconvenienti infert, quod iſti detractores conformiter obloquuntur ſanctis Monachis mendicantibus victum ſuum -- „ Nunc autem „ in hoc venimus irrationalitatis, ut non ſolum inopibus hoc faciamus, qui per arctas „ rimas vadunt, ſed & in viris Monachis. Ille impoſtor eſt, ait. Quid dicis? Ut panem accipiat, impoſtor eſt? „ Hæc Chryſoſtomus *ſuper Epiſt. Pauli ad Hebr. Moral.* XI. in fine. Sed ſi honori defertis Eccleſiæ, quem multum prætenditis, adhuc cæci eſtis plus Ethnicis. Nonne viri illi præclari, Fabricii, Curii, Scipiones, Scauri, in medio omnium honorum & Conſularis & Dictatoriæ dignitatis ſunt reperti mendici? Quid ergo timebit Eccleſiaſticus Eccleſiam in perſona ſua debere pati ruinam honoris, ſi, omnibus ſuis abrenunciatis divitiis, ſummæ mendicitatis, & chriſtianæ paupertatis tenuerit faſtigium? MIRA RES! ROMANAM GLORIAM TEMPORALEM ET DIVITIAS MENDICI CONSULES CUM MULTO HONORE TENEBANT, ET AUXERUNT; ET PAUPEREM ECCLESIAM SUSTINERE NULLI POSSUNT CUM EJUS GLORIA ET HONORE, NISI SUMMIS DIVITIIS REFERTI CUPIDI SACERDOTES (*d*)! Sed tres pueri in domo Nabuchodonoſor, Sidrach, Miſach, & Abdenago multis fulſerunt honoribus, & magiſtri fiebant operum Regalium, & hoc ad maximum honorem & conſolationem ſuæ gentis Judæorum tunc ibi captivæ: & tamen, ſi habuiſſent optionem, elegiſſent magis mendicaſſe domi. Si mihi non credis, audi Chryſoſtomum id dicentem ſuper *Matth.* opere perfecto hom. IV. vel *Moralium* X. CHRYSOSTOMUS. Non enim mihi eos, qui in „ regalibus atriis invenerunt honores, dicas. „ Sancti enim exiſtentes, & juſti, decies millies „ elegiſſent mendicare domi, & eis, quæ in „ templo erant, bonis potiri. *Elegi enim*, ait, „ *abjectus eſſe in domo Dei*, *magis quam habitare* „ *in*

*Chryſoſtomus To. 4. pag. 1348. — pag. 1349. — Mendicitas honori non derogat Eccleſiaſtico. — d — Dan. 3. 97. — Chryſoſtomus To. 2. pag. 35. — Pſal. 83. 11.

(*a*) Erratum eſt in prænomine: dicebatur enim non *Mutius*, ſed *Publius Valerius Publicola*.

(*b*) *Julianum* intellige *Pomerium*, cujus ſunt libri de vita contemplativa, falſo olim Proſpero adſcripti. Vide in *Præfat. generali* §. 5. ubi de Proſpero egimus.

(*c*) Non minus avaros Clericos terrere debet quod non gentilis, ſed catholicus ac ſanctus ait Iſidorus Peluſiota Epiſt. 21. lib. 5. eos cum prioris ævi ſanctiſſimis Clericis comparans: „ Tunc virtute „ præditi Sacerdotio admovebantur; nunc avari, & pecuniæ cupidi. Tunc imperia dignitateſque ob rei magnitudinem difugiebant, ut Nazianzenus, Chryſoſtomus, & alii; nunc vero ſponte „ aſſumunt, ob deliciarum copiam, atque invadunt. Tunc voluntaria paupertate gloriabantur; nunc habendi cupiditate ſpontaneum „ quæſtum faciunt. Recidiſſe jam Sacerdotii dignitatem ad regnandi cupiditatem apparet; ab humilitate ad ſuperbiam, a jejunio „ ad delicias prolapſam; a diſpenſatione denique ad dominium veniſſe. „

(*d*) Clericos avaros perſtringit, & *Nummicolas* vocat Sanctus Petrus Damiani Opuſc. 12. cap. 7. Sequenti vero cap. 8. comparat paupertatem grano Evangelico, quod fructum dedit centuplum. Hunc fructum uberrimum non ſane minus ac modo dives, percepit olim Eccleſia pauperrima, tot martyrum ſanguine purpurata, tot Doctorum ſapientia laureata, tot ſanctorum virtutibus decorata, & miraculis comprobata.

„ *in tabernaculis peccatorum:* Et, *potior eſt dies* „ *una in atriis tuis ſuper millia*. Decies millies „ utique elegiſſent abjecti eſſe domi, quam regna„ re in Babylonia.„ Hæc Chryſoſtomus. Sed e contrario clerici noſtri dicunt, melius eſſe & ſanctius regnare in Babylonia, repleri theſauris & occupari divitiis, quam abjectum eſſe domi, A vel mendicum in templo eſſe Chriſti. Immo, quod magis eſt, ſunt qui veteris legis illud paradigma conducunt, ad probandum omnem mendicitatem voluntarie aſſumptam, eſſe culpabilem: quia *omnino non erit egens & mendicus inter vos*. Sed ſolvant, ſi poſſunt, hoc aſſumptum Chryſoſtomi, quod iſti ſancti pueri, & juſti exiſtentes, quamquam ſanctam & innocentem vitam in atriis duxerunt Babylonicis; tamen, ſi data eſſet optio, *decies millies elegiſſent mendicare domi*. Poteſt forſan quis licite unum bonum altero minus bono præſumere, & conſilio bono datus, perplexus minus malum B magis malo præeligere: ſed nulla lege, nullo ſano conſilio poteſt quis peccatum aliquod, & plane malum, bono, & juſtæ vitæ præponere. Vel ergo validis mendicare non erit peccatum, vel non erat peccatum mendicare, & ut ſic Judæis prohibitum; maxime cum hi Judæi erant & ſancti, & tempore legis, legis cultores. Dicant iſti quod volunt, maxime cum ſine authoritate loquuntur; magis laboravi omnibus illis. Credo Valerio *, (cui etiam credidit Auguſtinus) quod nullæ divitiæ præponi poſſunt paupertati mendicæ Mutii & ſociorum ejus: per quos mendicos maxime florebat Romana Reſ- C publica. Et cur ſimiliter voluntaria paupertate, maxime uſque ad mendicitatem, quam exemplavit Chriſtus Jeſus noſter cum diſcipulis ſuis, non poſſet Eccleſia ſublimari; in paupertate fundata, non in divitiis, ſicut regnum Romanum?

Deut. 15. 4. — 1. Theſſal. 2. 9. — * Maximo

6. Cunctis enim peritis Romanis teſtantibus, Romana vacuata paupertate, & regnum Romanum cœpit decreſcere. Unde Lucanus:

Lucanus lib. 1. de bello civ.

> Fœcunda virorum
> Paupertas fugitur, totoque acceſitur orbe,
> Qua gens quæque perit &c..

Taliaque plura unius Poetæ aſſumit Auguſtinus D in Epiſt. *ad Marcellinum*, inducens eum per hoc ad voluntariam paupertatem, quia ipſa ſic quandoque ſublimavit Romanum imperium. AUGUSTINUS. Secundum illud Poetæ *(inquit):

* Juvenal. Sat. 6. 28. Auguſtinus To. 2. Epiſt. 138. pag. 417. num. 16. * M. caſtas * M. latinas

> Servabat caſtos * humilis fortuna latinos *.
> Quondam nec vitiis contingi parva ſinebant
> Tecta labor ſomnique breves, & vellere Thuſco
> Vexatæ, duræque manus, & proximus urbi
> Annibal, & ſtantes collina in turre mariti.
> Nunc patimur longæ pacis mala, ſævior armis
> Luxuria incubuit, victamque * ulciſcitur urbem. E
> Nullum crimen abeſt, facinuſque libidinis, ex quo
> Paupertas Romana perit.

* M. victumque ulciſcitur orbem.

„ Quid ergo expectas (inquit Auguſtinus) ut „ ego exaggerem quanta mala importave„ rit ſucceſſu proſpero iniquitas ſublevata; „ quandoquidem & ipſi, qui aliquanto pru„ dentius attenderunt, plus dolendum viderint „ paupertatem, quam opulentiam periiſſe Ro„ manam? In illa enim morum integritas ſer„ vabatur: per hanc autem non muros urbis, „ ſed mentes ipſius Civitatis dira nequitia o„ mni hoſte pejor irrupit. -- Et ſequitur -- In „ illa enim colluvie morum peſſimorum, & „ veteris perditæ diſciplinæ, maxime venire ac „ ſubvenire debuit cœleſtis authoritas, quæ „ voluntariam paupertatem, quæ continentiam, „ benevolentiam, juſtitiam, atque concordiam „ veramque pietatem perſuaderet.„ Hæc Auguſtinus. Non tam neceſſarium puto fuit tunc hanc ſententiam de paupertate ſanctum Auguſtinum dixiſſe Romanis, quam ſit jam viris Eccleſiaſticis. Sed omitto hæc aliis prædicare, quouſque noſtris conſuluerim, *ne cum aliis prædicaverim, ipſe reprobus inveniar;* HOC SOLUM DEUM EXORANS, UT NUNC INCŒPTÆ PAUPERTATIS, & adhuc profeſſæ cultores, in eodem etiam mendicæ paupertatis propoſito adhuc ſtabiles Chriſtus author, & Dux ejus faciat eſſe longævos.

1. Cor. 9. 27.

CAPUT VII.

Ad inſtantiam illam, *omnino egens & mendicus non erit inter vos*, reſponſio.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Dictum illud Deuteronomii* XV. Omnino egens & mendicus non erit inter vos, *non fuit præceptum, ſed promiſſum.*
2. *Elias aquam a muliere Sarephtana mendicavit, nec tamen peccavit.*
3. *Ex verbis illis*, Omnino egens & mendicus &c. *non prohibetur Chriſtiana mendicitas, ſed tenacitas bona poſſidentium.*
4. *Eſto quod mendicitas voluntaria eſſet a malo, non tamen ſequeretur illam eſſe inſtinctu diaboli, vel malum, ſive maledictum legis, ut dicit Wicleffus.*

1. DEinceps recenſenda ſunt objecta æmulorum Eccleſiaſticæ paupertatis, qui, *cum loquebar illis, impugnabant me gratis:* quia nulla ratio coegit eos, niſi per eos conducta ut falleret, nulla divina Scriptura ſuaſit, niſi per eos extorta, ut vi perimerent innocentes *. Si qui autem Chriſti pauperes *exaſperant, non exaltentur in ſemetipſis*, quia Scripturæ illæ ſanctæ viciſſim recitandæ ſunt, & unicuique earum porrigetur alicujus perfecti & ſancti Doctoris Eccleſiæ virgula vivæ rationis, & expoſitio authentica, per quam ſcire poterimus, utrum noſtra ſit ratio, noſtra Scriptura, an adverſariorum: quando ſcilicet ipſis ereptis de manibus dominorum crudelium, aſtipulantur tabulæ libertatis. Primum motivum hæreſiarchæ cap. XXVIII. quarti *Trial.* eſt hoc, & eſt commune etiam Amoræis: „Chriſtus qui non venit „ legem ſolvere, ſed implere, dixit Deuter. XV. „ *Omnino egens & mendicus non erit inter vos*. „ Ad quid ergo oportuit Chriſtum, prævari„ cando in legem, a ſuo populo taliter men„ dicare?„ O lingua iniqui! Doloſe agis. O os aſſuetum blaſphemiis! Non ſufficit, quod homines arguas, niſi in partem prævaricationis Chriſtum Jeſum Dominum noſtrum inferas disjunctive? Quod dixit Deus: *Non erit egens & mendicus inter vos*, non tunc fuit legis præceptum, ſed promiſſum his, qui legem illam ſervarent, ut legem mortis ſervantibus ſolum temporale præmium reſponderet, ſicut fuit illud: *Apprehendet * arator meſſorem*. Amos IX. Et illud: *Si audieritis me, bona terræ comedetis*, & ſimilia: quæ tamen ſolum conditionaliter fo„ rent implenda, ſi ſcilicet in legem ſtatutam non offenderent. Sic ſi Dei mandata ſervaſſent, non fuiſſet egens, non mendicus inter eos. Sed quia frequenter deliquerunt in legem, amiſerunt promiſſum. Unde & Dominus in Evangelio, *ſemper* (inquit) *habetis pauperes*.

Pſal. 119. 7. — * Subaudi religioſos, ipſis ſubtrahendo alimenta. — Pſal. 65. 7. — Pſal. 81. 4. — Wicleffus — Deut. 15. 4. — Amos 9. 13. * Vulg. comprehendet. — Iſai. 1. 19. — Matth. 26. 11.

2. Ipſos tamen qui peccaſſent in legem, non de-

decernit Dominus debere egere & mendicare, ſed quod, in pœnam peccati illorum, egenos haberent quos alerent, & mendicos, quos per diminutionem ſubſtantiæ ſuæ eleemoſinarie * ſuſtentarent. Aut quid, rogo, peccavit ſanctus Elias, virgo, Propheta, & preco Chriſti, quod aquam a Sarephtana fœmina mendicaret, maxime A cum hoc authoritate & imperio cœleſti feciſſet? Reſpondes mihi: „ Per hoc patet, quod non „ mendicavit, cum pabulum ſuum authoritati„ ve, & cœleſti quæreret imperio. Unde in ſi„ gnum hujus, imperative dixit: *da mihi*. „ Sed jam in tertio capite præcedenti * ſatis tibi deduxit Ambroſius, quod vox maxime mendicatoria eſt hæc vox, *Da mihi*: „ Quæ (inquit) „ alia vox egentis, quæ vox alia ſtipem pu„ blicam poſtulantis, niſi *da mihi?* „ Et tamen adverte, quod ibi tandem ſubſequitur: ſtatim enim Scriptura ſubjungit clamaſſe Eliam a tergo fœminæ: *Affer tecum obſecro & buccel-* B *lam panis*. Si non mendicavit prius, cum imperaſſet aquam; ſaltem mendicat poſtea, cum obſecrat dari panem. Quod ſi æqua authoritate exegit panem & aquam; ergo qui plane mendicavit panem, dicens *obſecro*, concedatur mendicaſſe aquam, cum dixit *da mihi*. Mendicavit plane; nec in hoc tamen prævaricatus eſt legem qui fuit ſub lege, ſed magis illi qui prævenire debuerant egeſtatem Prophetæ: cum enim peccare cœperunt homines legis, ſtatim incœpit eis eſſe præceptum, quod fuit ante promiſſum. Hoc dico, ſi poſſit aliquo modo dici præceptum, quod tu conaris aſſerere (*a*).

* *al. eleemoſinarii*

3. *Reg. 17. 10.*

* *num. 5.*

3. *Reg. 17. 11.*

a 3. Nec in illa lege prohibita fuit chriſtiana mendicitas, ſed tenacitas bona poſſidentium, ne ad tantum derelinquerent egenum, ut præ penuria neceſſariorum cogatur mendicare: alioquin peccarent mortaliter omnes, qui jam inter chriſtianos mendicant, aut qui ſtipem olim exegerant cum Judæis. Unde Stephanus Cantuarienſis in expoſitione ejuſdem loci: STEPHANUS CANTUARIENSIS. *Omnino indigens* (in„ quit) ideſt, *valde deſolatus*. Talis eſt qui in „ articulum mortis venit. Nec intelligendum „ eſt, quod omnino nullus pauper; ſed *nolire* „ *mendicare omnino*, ideſt, non enormiter per D „ omnia Sanctuaria ſimul, nec ad omne ver„ bum. „ Hæc ille. Hac eadem reſponſione catholica olim * detexit ſenſum iſtius Scripturæ ad planam ſubverſionem intentionis hæreticæ Sanctus Doctor Thomas cap. XLII. contra impugnantes, quam cum didiciſſet ſacrilegus Wiclefius primæ ſacræ veritatis ignarus, adhuc malignatus in ſancto, ubi non potuit contra mendicitatem catholicam authoritatem erigere, ſaltem aſtruxit calumniam, dicens: „ Quoad ſtatum „ viationis miſeræ, patet quod nulla eſt talis „ mendicatio, niſi fuerit ex peccato: ex pec„ cato quidem vel mendicantis validi, cui non E „ eſt neceſſarium taliter mendicare (*b*); vel ex „ peccato populi, qui mendicationem hujuſ„ modi non præveniret. Ideo Deus præcepit „ Deuter. XV. *Omnino egens & mendicus non* „ *erit inter vos*. Ex quibus colligitur, quod „ omnis hujuſmodi mendicatio eſt a malo. „ Audite hic Wiclevitæ magiſtrum veſtrum: audite ſinguli Amoræi veſtrum amicum, & interpretem: dicit enim, quod Dominus præcepit, ne ſit omnino egens & mendicus inter vos: quia omnis mendicitas eſt a malo. Quare non prohibuit Dominus, ut omnino non ſit mors inter vos, cum omnis mors ſit a malo peccati primi? Sed a cujus malo eſt mendicitas? *Aut mendicantis, cui non eſt ſic neceſſarium mendicare* (inquit*) *aut populi non prævenientis*. Sed quid, ſi neceſſe habuerit mendicare qui mendicat? Tunc a ſolo malo eſt populi non prævenientis. Suppoſita ergo neceſſaria mendicatione in quolibet Fratrum, non ulterius arguas, non producas Scripturam illam * contra Fratres, ſed contra populum, qui mendicationem Fratrum non prævenit. Et ſaltem non arguas ex illa mendicantem Fratrem de certo, cujus authoritas mendicum, vel populum impugnat ſolum ſub dubio (*c*). Sed jam videamus quod concludit ex iſtis Wicleffius. „ Ex his colligitur (in„ quit) quod omnis hujuſmodi mendicatio eſt „ a malo; & ſic eſt talis mendicatio inſtinctu „ diaboli introducta. „ Peſſima plane & amara collecta. Non eſt iſta collecta, quam juſſit fieri Paulus diebus dominicis in ſubſidium pauperum fidelium, 1. Cor. XVI. ſed illa potius qua collegerunt Pontifices & Phariſæi concilium adverſus Jeſum noſtrum mendicum.

Stephanus Cantuarien.

* *al. nuper*

Wicleffus

b

Deut. 15. 4.

* *Wicleffus*

* *Deut. 15. 4.*

c

Wicleffus

1. *Cor. 16. 2.*

Joan. 11. 47.

4. Sed hoc non ſolum: videamus item imperitiam arguentis: *Omnis mendicitas eſt a malo; & ſic ex inſtinctu diaboli introducta*. Omnis ſitis, & fames, certum eſt, provenit ex malo tranſgreſſionis primariæ: numquid ergo fames Chriſti, vel Moyſi, vel Eliæ, eſt ex inſtinctu diaboli introducta? Omnis etiam cenſura le- C gum, omnis jejuniorum inſtantia, omnis calamitas viantium, omnis punitio tranſgreſſorum, a malo prævaricantium eſt inducta: ergo ex inſtinctu diaboli introducta? Non igitur doleat aliquis peccata ſua de cætero, non patiatur vermen conſcientiæ, qui a malo eſt præcedentis delicti: quia tunc ex inſtinctu diaboli ſibi dicetur induci. Numquid jurare in forma Eccleſiæ eſt ex inſtinctu diaboli introductum, quia eſt a malo, quod amplius eſt, quam eſt vel non? Aut bigamia vel trigamia, quam permittit Apoſtolus in nomine Chriſti eſt inſtinctu diaboli introducta, quia a malo eſt ejus, qui continere non poteſt? Qui enim continere non poteſt, nubat tantum in Domino. Sed blaſphemet ſatis contra mendicitatem ſanctam & ſpontaneam: dicat eam a malo eſſe; non diſſentiam. Diſſentio, ſi dicat malam eſſe, ſaltem culpabilem, aut ſi diaboli ſtudiis introductam. Et ſi ipſe hoc dicat, quid inde? Sic & alias intulit mendicitatem noſtram maledictum eſſe legis. Dixi ſupra *, maledictam poſſe eſſe in lege mendicitatem coactam, certe non illam voluntarie aſſumptam. Sed eſto, quod ita fuerit, non recolo me legiſſe maledictam mendicitatem in lege, ſed in lege reperi maledictum omnem, qui ſemen non fecerit in Iſrael. Et tamen Elias maledictum iſtud non timuit: virgo enim permanſit. Joannes quoque Baptiſta virgo perpetuus nunquam nupſit. Maledictus erat omnis qui pependit in ligno: Chriſtus tamen noſter non vitavit pendere in ligno. Chryſoſtomus autem ſatis redarguit connumerantes mendicitatem cum maledictis, eos nuncupans *beſtiales*: CHRYSOSTOMUS. Sic (inquit) mendi„ care maledictionem vos ponitis, petentem „ non ſuſcipere, & contumeliam ſuſcipientem abi-

Matth. 5. 37.

1. *Cor. 7. 9.*

* *Cap. 1. num. 3. & 4. hujus libri*.

Deut. 7.
Exod. 23. 26.

Deut. 21. 23.
Gal. 3. 13.

*Chryſoſtomus *To. 4. ſuper Epiſt. ad Hebr. pag. 1548.*

(*a*) Illud ſcilicet Deuteron. 15. 4. *Omnino egens & mendicus non erit inter vos*.

(*b*) Hanc Wicleffi ratiunculam de mendicis validis ſumme attollunt Lutherus & Brentius.

(*c*) Præfata illa Deuteronomii verba vel mendicantem damnant, vel populum non prævenientem mendicantis inopiam: ſed neutrum damnant de certo, ut ipſi fatentur adverſarii: cur igitur ex illo textu certam inferunt culpam in mendicantibus Fratribus? Non certum, ſed incertum ex incerto deducant.

„ abire? Uſquequo feris aſſimilati ſumus, & naturam ipſam propter avaritiam ignoramus? Sed nolo nunc tantum, ſed ſemper hanc habere miſericordiam. „ O animoſum virum, & totum charitate potatum! Quando tu dicturus es, Wicleff, quod ait jam ſanctus pater Chryſoſtomus? *Nolo* (inquit) *nunc*, ideſt, pro hac vice tantum, *ſed ſemper habere hanc miſericordiam in mendicos*. Et iterum ego ajo cum Chryſoſtomo, quod etſi tota Lollardorum cohors, & lex illa, quæ nihil ad perfectum adduxit, una voce perſtrepant, maledictum hominem eſſe mendicum; tamen ego nunquam fugiam mendicitatem (ſpontaneam ſupple) pro amore Domini Dei, qui maledictum crucis non refugit ſubire pro amore mei. Sic enim dicit exponens illud: *Beati eritis, cum maledixerint vobis homines*: RHABANUS. Specialiter definitur, „ quæ eſt iſta beata maledictio, omne dicentes maledictum adverſus vos, mentientes propter me. UBI CHRISTUS IN CAUSA EST, ibi optanda maledictio. „

Hebr. 7. 19. — *Matth. 5. 11.* — Rhabanus To. 5. pag. 28.

CAPUT VIII.

Ad illud in Proverbiis, *Divitias & mendicitatem ne dederis mihi*, reſponſio.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Non favet Wicleffo mendicitatem demolienti dictum illud*, Divitias & mendicitatem ne dederis mihi.
2. *Quod non potuit Salomon per ſuam ſapientiam, poſſumus nos per Chriſti gratiam, divitias videlicet & mendicitatem ſuperare.*
3. *In veteri lege mendicitas & inopia maledictio erant, nunc vero benedictio.*
4. *Chriſtus poteſtate accepta a Patre potuit commutare maledictum mendicitatis per legem, in benedictionem ejuſdem per gratiam.*

*al. blaſphemi — *Prov. 30. 8.* — Wicleffus

1. SEcundum argumentum blaſphemum *eſt hoc, quod „ Ait Salomon Proverb. XXX. *Divitias & mendicitatem ne dederis mihi*. Chriſtus ergo non fuit neceſſitatus dirumpere hanc virtutem. „ Si ex hoc dicto mendicitatem damnaveris, & omnem paupertatem damnabis: quia quod ſecundum hanc tranſlationem dixit Salomon, *Divitias & mendicitatem*; ſecundum aliam tranſlationem dicitur: *Divitias & paupertatem ne dederis mihi*, ſicut conſequenter videbis ex recitatione ſanctorum Chryſoſtomi, Hieronymi, & Ambroſii.

2. Sed ad hoc quod tu poſtulas, hoc breviter reſponſum ſit, Salomonem poſtulaſſe hoc a Domino, quod poſſet ferre: quod nihil eſt contra nos, qui hoc ferre valemus. Poſſumus enim nos infirmi Chriſtiani hoc jugum Domini portare per gratiam, quod ſapiens Salomon non potuit per ſuam ſapientiam, vel legis obſervantiam *. Non ut extollam ſupercilium Fratrum hæc infero, ſed Chriſti gratiam ſapientiæ Salomonis præpono. Duo enim circa divitias extremaliter collocantur, quæ niſi per Chriſti gratiam vix eſſent * portabilia ſine peccato, affluentia ſcilicet divitiarum, & inopia: quarum neutram potuit inculpabiliter ſapiens Salomon ſuſtinere; ideo poſtulavit in medio eorum eſſe. Si mihi non credis, credas Ambroſio. Ipſe enim ſuper hunc verſum Pſal. CXVIII. *Paratus ſum, & non ſum turbatus*, formidinem Salomonis oſtendit, & Chriſtianorum ſolatium, quod eis ex Chriſti Evangelio contingit in utrumque ſuſtinendo, quod tangit in iſto loco AMBROSIUS. Divini (inquit) exemplo oraculi „ volumus oſtendere, quæ eſſent hæc gravia tentamenta, quibus remedium ſolus potuit Chriſtus afferre: hæc enim tentamenta duo maxima ſanctus Salomon oratione propria declaravit, & rogavit, ut poſſet excludere, dicens: *Divitias autem & paupertatem ne des mihi; ſed ordina mihi quæ opus ſunt; & quæ abundent, tolle; ne repletus, mendax fiam, & dicam: Quis me videt? Aut pauper rapiam, & perjurem nomen Domini*. Potes ergo tu iſta tentamenta contemnere, quæ formidavit Salomon, qui ſapientiam poſtulavit, & meruit? Dives erat, timuit extolli: pauper fieri formidavit, ne paupertatis neceſſitate abſtinentiæ gratiam non teneret. Si te cupiditas appetentiaque tentaverit, lege Evangelicum, dicat tibi Jeſus: *Non turbetur cor tuum*. Si quis terror ingruerit, dicat tibi Chriſtus: *Non turbetur cor tuum, neque formidet*. „ Hæc Sanctus Ambroſius. Intellige jam ſi potes quid dicat Ambroſius. Divitias (inquit) noli timere, mendicitatem noli ſpernere, Salomonis exemplo. Duo enim illic tentamenta ſunt, quibus Salomon non potuit, ſed ſolus Chriſtus afferre remedium. Nam ſi te divitiarum appetentia ſtimulet, Chriſtus ſtatim affert remedium, dicens: *Non turbetur cor tuum*. Et ſic diſce, quod Chriſtus fuerit Salomone ſanctior, peritior, & fortior; qui facit nos iſta duo tentamenta poſſe contemnere, quæ ſapiens Salomon non potuit non pavere. Vide an iſta non ſit ad verba Ambroſiana ſententia. Miraris forſan claritatem reſponſi; & potius vis antiquo more tuo diffiteri, & negare ſanctum Ambroſium, quam ſic, ſuccumbendo veritati, revocare propoſitum.

* al. obſervationem. — * al. cenſeam — *Pſal. 118. 60.* — Ambroſius To. 1. pag. 1069. — *Prov. 30. 8. 9.* — *Joan. 14. 27*

3. Sed accedat in ſuffragium ſancti Patris Ambroſii ſenior noſter pater Chryſoſtomus, & dicat in eadem re ſentire ſuum. CHRYSOSTOMUS. Ne (inquit) ampliora amemus, ſed ſemper inopiam proſequamur: ipſa enim magnum eſt bonum. Sed humilem facit (ait quis) & vilem. Iſto etiam nobis opus eſt: multum enim nobis iſtud confert. Inopia (ait) virum humiliat. Et rurſus Chriſtus: *Beati pauperes ſpiritu*. Propterea ergo doles, quoniam viam habes ad virtutem ducentem? Non noſti quoniam ipſa multam fiduciam nobis dat? Sed Sapiens ait: *Inops annihilatur*. Et rurſus alius quis ait: *Divitias & inopiam ne mihi des, & ex fornace inopiæ eripe me*. Qualiter autem rurſus ſi divitiæ & inopia a Deo, qualiter malum eſt inopia, vel divitiæ, cujus gratia hæc dicta ſunt? Hæc dicebantur in veteri teſtamento, ubi multa cura divitiarum, ubi multa inopiæ deſpectio, ubi hoc quidem maledictio erat, illud autem benedictio: ſed nunc nequaquam ita eſt. Sed ſi vis inopiæ audire laudes, ipſam participat & Chriſtus. Ait enim: *Filius hominis non habet ubi caput reclinet*. Et rurſus dixit diſcipulis: *Non poſſideatis aurum, neque argentum, neque duas tunicas habeatis*. Et Paulus ſcribens dixit: *Ut nihil habentes, & omnia poſſidentes*. Et Petrus dixit claudo a nativitate: *Aurum & argentum non exiſtit * mihi*. Sed & in ipſo veteri teſtamento, ubi in admiratione erant divitiæ, qui erant mirabiles? Nonne Elias, qui præter melotem nihil aliud habebat? Nonne Eliſæus, nonne Joannes? Nullus ergo ſit humilis propter inopiam. NON EST INOPIA,

„ QUÆ

*Chryſoſtomus To. 4. pag. 1582. — *Matth. 5. 3.* — *Prov. 30. 8.* — *Matth. 8. 20.* — *Matth. 10. 10.* — *2. Cor. 6. 10.* — *Act. 3. 6.* — * Vulg. eſt

„ quæ facit humilem, ſed divitiæ, quæ multis indigere cogunt. „ Hæc Chryſoſtomus *ſuper Epiſt. Pauli ad Hebræos* in homil. XVIII. Nonne jam audiſti inter alias ſcripturas objectum tuum recitari; & audiſti plane dicentem Chryſoſtomum, hæc conſuetudine legis veteris eſſe dicta, quæ ſolas commendavit divitias; A non ſecundum legem Chriſti, quæ magis amplexatur inopiam? Magna deſpectio ſub lege fuerat mendicare, grande maledictum. Carnalibus illis non ſinebatur habere mendicos cum eis. Sed nec mendicare placuit Salomoni. Unde tempora mutantur, & *translato Sacerdotio, neceſſe eſt, ut legis translatio fiat*. (Hebr. 7. 12.) Ideo dicit Chryſoſtomus, quod mendicitas & inopia tunc maledictio erat, nunc benedictio eſt. Non grande quid exiſtimo, quod Salomon maledixit, ſi Chriſtus benedixerit mendicitati voluntarie præaſſumptæ. Hac eadem via tranſeat objectum B tuum primum, *Omnino egens & mendicus non erit inter vos*. (Deut. 15. 4.) Hac enim una via ſancti Patris noſtri Chryſoſtomi, hac ſemita legis Chriſti, univerſa objecta contra mendicitatem ſpontaneam a lege veteri aſſumenda tranſibunt. Quid imprudens lector*, voluiſti Chriſtum adſtringere legibus Salomonis? Nonne ſic arguebas in Trialogo? „ In Proverbiorum XXX. Salomon ita „ rogat: *Divitias & mendicitatem ne dederis* „ *mihi*. (Prov. 30. 8.) Chriſtus ergo non fuit neceſſitatus di„ rumpere hanc virtutem. „ Sed jam diſce Chriſtum præſtantiorem Salomone aliquid virtutis in mendicitate ſpontanea ſuis parvulis recitaſſe, quod a ſapiente abſcondit, & ſecundum C illud tempus, a Salomone prudente. (Matth. 11. 25. Luc. 10. 21.)

(* Scriptura, quam legens perverſe expoſuit, Wicleffus.)

4. *Sed qualiter hoc?* inquis. Dico tibi, ſicut prius: Chriſtus accepit hanc poteſtatem a Patre mutandi maledictum mendicitatis per legem, in benedictionem per gratiam. *Omnia* (inquit Chriſtus) *mihi tradita ſunt a Patre meo*. (Matth. 11. 27.) CHRYSOSTOMUS. (* Chryſoſtomus hom. 38. To. 2. pag. 811.) Mihi (inquit) traditæ ſunt divitiæ & „ paupertas. Uſque nunc enim paupertas blaſ„ phemare cogebat, furtum committere ſuade„ bat: divitiæ autem inflabant, nocendi vir„ tutem præſtabant: nunc autem mihi traditæ „ ſunt, ut paupertas, dum magnanimiter ſuſtine„ tur, ad gloriam Dei proficiat; & divitiæ D „ etiam dum miſericorditer diſpenſantur. „ Hæc Chryſoſtomus in *Imperfecto*, homil. XLVIII. Sed ut abundantius arguaris ſtultitiæ, Salomon cum dixit: *Divitias & mendicitatem ne dederis mihi*, divitias antequam mendicitatem abhorret: cur ergo majorem partem Eccleſiæ authoritate Salomonis non damnas divitiarum, ex qua tam fortiter mendicitati præjudicas? Quod dum a feceris, ſociis tuis *Apoſtolicis* (*a*) magis convenies: qui hæretici id hæreſis ſapuerunt, ſecundum beatum Auguſtinum in lib. *de hæreſibus*, quod omnes fideles de neceſſitate ſalutis E expropriætarios eſſe, & nihil omnino poſſidere volebant. Sic cum Apoſtolicis ergo toto conatu Chriſtianorum damna divitias, ſicut cum Amoræis ſanctorum Fratrum mendicitatem damnare conaris. Nihil enim magis in illo Salomonis verbo contra mendicitatem Fratrum, quam contra ſingulorum divitias eſt tibi propitium; niſi forte contra divitias, quas prius condemnat.

(Hæreſis Apoſtolicorum. Auguſtinus lib. de hæreſib. cap. 40.)

CAPUT IX.

Ad illud Pſalmiſtæ, *Non vidi juſtum derelictum a Domino, nec ſemen ejus quærens panem*, reſponſio.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Chriſtus fuit juſtus, & tamen mendicavit: quare verba illa Davidis*, Numquam vidi juſtum &c. *de pane ſpirituali, & de finali derelictione intelligenda ſunt.*
2. *Magna utilitas contingit ſanctis Dei, ſi ab eo interdum deſerantur.*

1. TErtium objectum hæreticum contra paupertatem Chriſti accipiunt ex eo, quod Propheta dixit in Pſalmo: *Non vidi juſtum derelictum a Domino, nec ſemen ejus quærens panem*. (Pſal. 36. 25.) Ergo conjectura prophetica, mendici voluntarii non poſſunt juſtificari, cum ipſi tantum ſint derelicti, & ſucceſſores eorum ad quærendum panem. Non diu ad hoc motivum moranda eſt reſponſio. Sed quid tibi videtur de Chriſto? Quem dicunt homines ipſum eſſe? (Matth. 16. 13.) Juſtum ne virum, & de ſemine juſtorum? Aluredus (*b*) tamen ſupra * dixit, ipſum mendicaſſe panem in triduo (*c*): (* cap. 4. num. 5.) *Quis mihi det* (inquit) *participem fieri buccellarum illarum mendicatarum* (*d*)? Chriſtus etiam fatetur ſe ipſum derelictum: *Deus meus* (inquit) *ut quid me dereliquiſti?* (Matth. 27. 46.) de quo idem Pſalmiſta ait prophetando: *Domine Deus meus reſpice in me: quare me dereliquiſti?* (Pſal. 21. 1.) Ubi in *Commentario* ſuper Matthæum: HIERONYMUS. (Hieronymus To. 7. pag. 236.) „ Nec mireris verborum humilitatem, & que„ rimonias derelicti, cum formam ſervi ſciens, „ ſcandalum crucis videas. „ Hæc ille. Ergo quia derelictus eſt Chriſtus, & nullus hominum ſic derelictus, & viſus eſt quærere panem ſuum, non erat ipſe juſtus? Ecce quanta dedignatio: uno ictu, eodemque telo, quo ſervum afficiunt, Dominum perimunt: nec permittuntur nos Chriſti pauperes vulnerare, niſi ſimul Dominum ſaucient; ut videatur quam verum ſit, quod olim pauperibus ſuis dixit: *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei*. (Zach. 2. 8.) Potuiſti ibi vidiſſe aliquem expoſitorem catholicum; & informaſſet te forſan Auguſtinus in gloſſa, quod hoc dixiſſet Propheta non de pane corporali, quem multi juſti quæſierunt, veluti Elias a vidua, Lazarus a divite, David ipſe panes propoſitionis quæſivit a Sacerdote: (3. Reg. 17. 10. Luc. 16. 20. 1. Reg. 21. 3.) ſed de pane ſpirituali, de quo dicit Clemens * (* Alexandrinus) in gloſſa ſuper eumdem verſum: *Juſtus non eget pane verbi Dei, quod eſt ſemper cum eo*. Vidiſſet etiam, quomodo Deus aliquando dereliquit ſanctum ſuum ad tempus, ut probetur; ſed tamen, ſicut ſervus, *Domino ſuo ſtat aut cadit*, ſecundum Apoſtolum. (Rom. 15. 4.) Sic juſtus hujuſmodi Domino eſt derelictus: quemadmodum idem Propheta ſe ipſum declarando dicit ad Dominum: *Tibi Domine derelictus eſt pauper*. (Pſal. 9. 14.) Sed tamen aliud eſt, quod Propheta denegat, ſcilicet, ut intelligatur de relictione finaliter, & a Deo. Sic enim non recolit ſe vidiſſe derelictum juſtum. Vide ſi non ſeipſum expoſuit, cum alibi diceret: *Quoniam* (Pſal. 9. 19.)

non

(*a*) *Apoſtolici* medio circiter ſæculo tertio prodierunt. Præter Encratitarum, & Novatianorum, a quibus erant propagati, venenata dogmata, proprium quoddam dogma invenerunt, non licere ſcilicet aliquid poſſidere. Unde rerum omnium inopiam potiſſime jactabant; ac ſe etiam *Apoſtaticos* ſeu *Renunciatores* vocabant. Contra iſtos ſcripſit Sanctus Epiphanius, & quidem valde præclara ſunt quæ habet de *paupertate*; ſicut & de Virginitate ac continentia, quam multi ſua ætate Chriſtiani profitebantur. Ex quibus Wicleffus, & noſtrates hæretici vota monaſtica damnantes confunduntur.

(*b*) Nunc communiter dicitur *Aelredus*.

(*c*) In triduo quo quærebant eum parentes ejus.

(*d*) Ante prælaudatum Aelredum plures Veteres Chriſti paupertatem commendarunt, præſertim Sanctus Epiphanius, dicens contra Apoſtolicos: *Salvator ipſe Dominus omnium, cum in hac carne viveret, nihil ex hiſce terrenis rebus poſſidere voluit.*

non in finem oblivio erit pauperis : & patientia pauperum non peribit in finem. Mihi autem forſan non crederes, ſi non ſeipſum Pſalmiſta exponeret. Jam ergo intellige Prophetam, non ſe vidiſſe juſtum, qui quæreret panem ſpiritualem, quamvis corporalem multotiens: nec *finaliter* derelictum a Deo, ſed *ad tempus* frequenter. Unde beatus Auguſtinus II. *de ſerm. Domini in monte*, notabiliter * definit hæc omnia, inferens calamitates & miſerias famis, ſitis, ac frigoris, aliorumque talium plurium, in quibus dereliquit Sanctum Apoſtolum Paulum Dominus noſter Jeſus Chriſtus: AUGUSTINUS. Iſta (inquit) neceſſaria, etſi aliquando defuerint, ut propter exercitationem noſtram Deus ſinit, non ſolum non debilitant propoſitum noſtrum, ſed etiam examinatum, probatumque confirmant. *Gloriamur enim* (inquit Apoſtolus) *in tribulationibus &c.* In commemoratione autem tribulationum ac laborum ſuorum idem Apoſtolus non tantum in carceribus ac naufragiis, atque hujuſmodi multis moleſtiis; ſed etiam in fame, in ſiti, & frigore & nuditate, ſe laboraſſe commemorat: quod cum legimus, non exiſtimemus Domini promiſſa titubaſſe, cum famem, ſitim, ac nuditatem pateretur Apoſtolus, quærens regnum & juſtitiam Dei, cum dictum ſit nobis: *Primum quærite regnum Dei, & juſtitiam ejus; & hæc omnia apponentur vobis*. Quandoquidem ſic novit iſta adjutoria ille medicus, cui ſemel nos totos commiſimus, & a quo promiſſionem habemus vitæ præſentis & futuræ, quando apponat, quando detrahat; ſicut nobis judicat expedire: quos & conſolandos & exercendos in hac vita, & poſt hanc vitam in perpetua requie ſtabiliendos, atque firmandos gubernat & dirigit. Non enim & homo cum plerumque jumento ſuo cibaria detrahit, deſerit illud cura ſua, ac non potius curando hoc facit." Hæc Auguſtinus. Si ſic: ergo *derelictus* eſt Paulus ad tot & tam immanes moleſtias, ſine detrimento juſtæ vitæ, immo uſque ad mortem incluſive. Author quoque vitæ *derelictus* eſt Chriſtus, ſine diminutione juſtitiæ ſuæ, aut deperditione amoris divini. Quid ſic debaccharis in Fratres, ſi aliquantulum *derelinquantur* uſque adeo, ut quotidie quærant panem, cum nunquam eant quæſitum ſine patre ſuo? Pater enim cœleſtis paſcit ſtatim eos. Sed utinam mereantur magis derelinqui: ſcimus enim quod flagellat cœleſtis Pater omnem filium quem recipit.

* *Cod. Ferrar.* nobiliter.

Auguſtinus *To. 3. pag. 224. num. 58.* — *Rom. 5. 3. &c.* — *2. Cor. 11. 25.* — *Matth. 6. 33.* — *Luc. 12. 24.* — *Prov. 3. 12.*

2. Nam Sanctus pater Caſſianus perpendit, magnam utilitatem contingere ſanctis Dei; immo nec perfectos eſſe poſſe in hoc ſtatu miſeriæ, ſi non interdum derelinquantur a Deo, adducens Pſalmiſtam David, ſic poſtulantem a Deo: *Non me derelinquas uſquequaque*. CASSIANUS. Ac ſi diceret (inquit) aliis verbis: Scio „ quod derelinquere ſoleas utiliter tuos ſanctos, ut eos probes. Aliter enim ab adverſario tentari non poſſunt, niſi a te paulisper fuerint derelicti: & ideo non rogo, ut nunquam me derelinquas, quia non expedit mihi, ut non vel meam infirmitatem ſentiens dicam, *bonum mihi quia humiliaſti me*; vel exercitium non habeam præliandi: quod ſine dubio habere non potero, ſi mihi ſemper & indirupte cohæſerit divina protectio. Subſultum namque me tua defenſione diabolus tentare non audebit, illud objiciens & exprobrans vel mihi, vel tibi, quod adverſus Athletas ſolet tuos calumnioſa voce proferre: *Numquid gratis Job colit Deum? Nonne tu vallaſti eum, & domum ejus, univerſamque ſubſtantiam ejus per circuitum?* Sed magis peto, ne me uſquequaque deſeras, ideſt uſque ad nimietatem." Hæc Caſſianus in *Collationib. Collatione* IV. cap. VI.

Pſal. 118. 8. Caſſianus *in Biblioth. PP. To. 7. pag. 123.* — *Pſal. 118. 71.* — *Job 1. 9.*

CAPUT X.

Ad illud Wicleffi, quod dandum ſit cæcis, debilibus, & claudis.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Hæreticus, dum obmurmurat de mendicitate Religioſorum, ſimilis eſt Judæ Scarioth, murmuranti contra peccatricem de unguento ad caput Jeſu effuſo.*
2. *Hæreticorum mos eſt fideles a pietate in Religioſos avocare; & cur.*
3. *Ex Evangelio colligitur, pauperes Religioſos in eleemoſinis, vulgaribus mendicis eſſe præferendos.*
4. *Paulus & Barnabas dederunt dextras Petro, Jacobo & Joanni, promittentes ſe memores futuros pauperum, qui miniſtrabant in templo, qui neque claudi erant, neque cæci.*
5. *Chriſtus & Apoſtoli non dederunt corporalem eleemoſinam mendicis illis vulgaribus, quamvis cum loculis incederent in uſus pauperum recollectis. Unde ſequitur, quod præter cæcos &c. alii ſunt pauperes, in quos conferatur eleemoſina.*
6. *Non ſunt deſtituendi pauperes illi vulgares cæci, claudi &c. quamquam illis ſunt præferendi Religioſi: cujus oppoſitum dicebat Wicleffus.*

„ 1. QUarto arguit Wicleffus, quod „ cum „ pauperes, cæci, egeni, & debiles, „ de lege debeant habere eleemoſinas, ut patet Luc. XIV. patet, quod validus mendicans, „ vel ab illis hæc ſubtrahens, injuriam faciat * „ illis tribus pauperibus (*a*). Sed quæ rapina „ nefandior?" Jam videor mihi audire Scarioth hæreticorum omnium patriarcham, quaſi per os ſui diſcipuli delirantem *, & de pauperum ſtipe conquerentem contra felicem peccatricem illam, quæ, ſecundum Evangelium, Matth. XXVI. habens alabaſtrum unguenti pretioſi, ſuper caput effudit Chriſti recumbentis, dicendo: *Ut quid perditio hæc? Potuit enim iſtud venundari multo, & dari pauperibus*. Sed Evangelium Joannis intentionem ejus declarans, *dixit* (inquit) *hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, ſed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat*. Videte ſinguli chriſtiani, ſi non una ſit ſententia diſcipuli & magiſtri ejus. *Ut quid perditio hæc?* inquit Judas. *Quæ rapina nefandior?* dicit Wicleffus. *Quare non hoc unguentum datum eſt egenis?* quærit Judas. *Validus mendicans, ſubtrahens hæc ab illis tribus pauperibus, ſcilicet, debilibus, cæcis, egenis, injuriatur illis*, dicit Wicleffus. Hac duplici ſententia a conſortio egenorum ſimul excluduntur & Chriſtus & Fratres, mendicantes validi ſicut Chriſtus: ſed prius per Judam Chriſtus, ſecundo Fratres per diſcipulum ejus Wicleffum. Uter-

* *Cod. Ferrar.* injuriatur.

Patriarcha hæreticorum Judas Scarioth.

* *Ed. V.* divinantem

Matth. 26. 7. — *Joan. 12. 6.*

Convenientia Judæ cum Wicleffo.

(*a*) Lutherus & Brentius hoc idem opponunt Catholicis contra mendicitatem electam.

[* *Judas & Wicleffus.*] Uterque * tamen contra utrumque una intentione remurmurat. *Non dixit* (Judas) *hoc*, *quia de egenis pertinebat ad eum*, *ſed quia fur erat*, [* Subaudi Scriptores] *& loculos habens*, *ea quæ mittebantur portabat*. [*Vide ſupra lib. 2. cap. 72. num. 7.*] Dicunt quidam graves * conſimiliter de noſtro Wicleffo, & ejus ſequacibus, quod *collectas facientes in ſuis* [* Conventibus] * *per Dominicas*, *titulo pauperum*, *conducunt ſibi Evangeliſtas magno pretio* * [* *Vide ſupra lib. 2. cap. 72. num. 7.*], *& defraudant egenos*. Vere ergo hoc dicit * [* *Wicleffus*], non quia de egenis pertinet ad eum, ſed quia fur eſt; & loculos habens, ea quæ mittuntur portat. Quid facis Wicleff imprudens? ſolis egenis, cæcis & debilibus copulative prædicas largiendum? Quomodo cum Juda proditore Chriſtum ab unguento excludis; vel ſi Chriſtus egenorum unus eſt, ipſo dicente, *egenus & pauper ego ſum* [*Pſal. 68. 30.*], cur eum ab eleemoſina egenis danda repellis? Repellis certe eodem motivo hæretico, quo repellis & Fratres: quia nec cæcus eſt Chriſtus, nec debilis. Et quamvis egenus, quid inde dicis? Sic & Fratres multi. Sed validus eſt: ergo non debet trium pauperum * [* *cæcorum debilium, & egenorum, quos ſupra dixit Wicleffus.*] ſtipem rapere, ſicut nec Fratres; ſed potius manibus laborare. Hoc forſitan & tu execrabile reputas.

2. Sed ſicut dicit gloſſa Matth. ibidem: MULTI HODIE SUNT, QUI *factum Judæ execrantur*, *ſed idem faciunt*. Idem enim multi nunc faciunt, & idem tunc fecerunt: ſicut etiam Manichæi ſolis ſuæ ſectæ mendicis dandum eſſe dixerunt, ſecundum beatum Auguſtinum II. parte ſermonum. Et Vigilantiani a religioſis pauperibus Jeroſolymis eleemoſinas ſubtraxerunt, tempore Hieronymi, ut infra * [* *num. 6.*] patebit. Et ſic, ſecundum Gregorium, *aſinum pupillorum* abigere ſemper ſolent hæretici, ideſt, ab hominibus religioſis retrahere eleemoſinarios ſæculares, dicens in XVI. *Moral.* cap. XXI. ſuper hunc textum Job [*Job 24. 3.*], *Aſinum pupillorum abegerunt:* GREGORIUS [Gregorius *To. 1. lib. 16. pag. 522.*]. Sunt (inquit) „ plerique in Eccleſia, qui quoſdam conſpiciunt cœleſtia appetere, terrena omnia deſpectui habere; & quamvis ipſi in hujus mundi laboribus inſudent, eis tamen, quos ad cœleſtia anhelare conſpiciunt, de rebus, quas in mundo poſſident, hujus vitæ adjutorium ferunt. Et quamvis ipſi agere ſpiritualia nequeant, ad ſummam tamen tendentibus libenter ſubſidia adminiſtrant. Portare enim aſinus onera omnium ſolet. Quaſi ergo quidam aſinus electorum eſt, qui terrenis rebus deſerviens, deportat onera uſibus hominum. Et ſæpe cum hæretici quemlibet talem ab Eccleſiæ gremio avertunt, pupillorum aſinum abigunt, quia dum hunc ad ſuam perfidiam pertrahunt, a miniſterio bonorum repellunt. „ Hæc Gregorius. Sed ſic ut volunt abigant aſinum pupillorum, repellant ab Eccleſia religioſorum eleemoſinarios ſæculi, ita ut Maria retractet unguentum ſuum, quod in ſanctiſſimum Chriſti caput [*Joan. 12. 3.*] conabatur effundere, non tunc recolens pauperum vulgi, quorum Judas procurationem non juſſus uſurpat: ſi tamen in Evangelio Jeſu Chriſti fundare valeant quod prætendunt. Tranſeamus jam ad illos tres pauperes * [* *debiles, cæcos, egenos Luc. 14. 12.*], quos in Evangelio Lucæ noſter Wicleffus numerat. „ Cum facis cœnam (inquit Lucas) noli vocare amicos tuos, neque cognatos, neque vicinos divites, ne forte & ipſi reinvitent te. „ Hic non legitur, pauperes Religioſos debere excludi, quamvis validos; ſed cognatos, divites & vicinos. Forſan faceret aliquid contra eos, qui dicerent, quod in hoc ipſo Lucæ capite, in parabola Patrisfamilias Chriſtus noſter prius & non imprudenter validos invitavit, quam pauperes? Wicleffus nec eos vocaſſet poſt, niſi vocatis * [* *Ed. V.* invitatis] prioribus caruiſſet.

3. Aut quid forſan dices, ſi Chriſtum induxerim omnes illos validos eleemoſina miraculoſi panis reficere, hic quinque millia de quinque panibus &c. [*Joan. 6. 11.*] hic quatuor millia de ſe- [A] ptem panibus, & piſciculis paucis? [*Marci 6. 41. & 8. 8.*] Sed videamus tandem in hoc ipſo loco quod ſequitur: „ Sed cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos; & beatus eris. „ [*Luc. 14. 13.*] Hos tantum exclude quos Chriſtus excluſit: hos voca, quos Chriſtus invitat. Et quidem ordine non ſubverſo, primo omnium vocat Chriſtus pauperes: ſic & tu. Ac ne vulgi pauperes intelligeres vocatos in capite, ſtatim ipſos poſt ſanctos pauperes ſubjunxit, dicens: *debiles*, *cæcos*, *& claudos*. Diſcerne ergo de pauperibus invitandis, & primo omnium ſanctos pauperes, qui, cunctis ſæculi rebus ſpretis, in templo Do- [B] mini meditantur die ac nocte: nec habent patrem ſuper terram, ſed quotidie gaudenter canunt: *Pater meus & mater mea dereliquerunt me*: *Dominus autem aſſumpſit me*. [*Pſal. 26. 10.*] Hos primo omnium venerandos puta: primis eleemoſinæ tuæ ſumptibus * [* *al.* cenſibus] refocilla, qui *ſancti pauperes* appellantur, & ſunt. Et demum de reliquiis ſanctorum, debiles illos, cæcos, & claudos exiſtima redimendos; ne Chriſto tuo te objicias diſpenſator imprudens, qui primo omnium pauperes invitavit, qui (ſupple) nec debiles ſunt corpore, nec cæci, vel claudi. Et demum tres illos vulgi pauperes, quos tu brutaliter anteponis. Er- [C] go peſſime ſubvertiſti ſenſum Evangelii, quando tres tantum poſueris invitandos: & adjectivari tantum eos per ly *pauperes*, cum quatuor ſunt. Et quod *pauperes* cum ſequentibus tribus ponant numerum, manifeſte patet in mandato Chriſti, cum in ſpecie Patrisfamilias ſtatim poſt convocari jubet copulative eosdem quatuor, *pauperes* & *debiles*, *cæcos*, & *claudos* ad convivium. Ubi ſatis copulationis nota diſtinguit vocabula. Interpoſitio enim copulæ adjectivationem præcedentis intervenit. Et ſuper eumdem locum Lucæ, BEDA [Beda *To. 2. pag. 223.*]. Pauperes & debiles, „ cæci & claudi vocantur, & veniunt. „

[D] 4. Si non ſic velit Evangelium de pauperibus, cur Paulus & Barnabas dederunt dextras [*Gal. 2. 9. 10.*] Petro, Jacobo, & Joanni, ut pauperum memores eſſent, & collectam facerent, non omnibus, ſed ſanctis illis, qui templum continuis orationibus Jeroſolymis frequentabant: [*Act. 2. 46.*] inter quos non legitur cæcus, claudus, vel debilis; ſed omnes corpore validi? Nec etiam egeni erant, dicente textu Act. IV. *Nec quiſquam egens erat inter illos*. [*Act. 4. 34.*] Et tamen de eis erat omnis cura Pauli, omnis Apoſtolorum induſtria. Propter hos afferebantur pretia venditorum: propter hos fiebant collectæ per Macedoniam, & Galatiam [E] ſabbatis.

5. Et vix, aut nunquam leges Chriſtum, aut Apoſtolos his ſquallidis mendicis eleemſinam feciſſe corporalem, præter corporis ſanitates. Chriſtus enim ſanavit cæcum mendicum juxta viam: [*Joan. 9. 6.*] non legitur dediſſe illi ſtipem * [* *Cod. Vat.* cenſum]. Sanavit mendicum, a nativitate cœcum; [*Luc. 18. 43.*] non dederat illi ſtipem, aut nummum. Attamen cum loculis incedebat in uſus pauperum recollectis, ut patet Joan. XII. [*Joan. 12. 6.*] Sanavit utique Petrus claudum ad ſpecioſam portam templi, [*Act. 3. 6.*] excuſationem faciens de ſtipe: *Argentum* (inquit) *& aurum non eſt mihi*. De qua re loquens II. *de officiis* cap. XXV. in fine capitis dicit: AMBROSIUS [Ambroſius *To. 2. pag. 55.*]. Itaque pecuniam non dedit, ſalutem de„ dit. Quanto melius eſt ſalutem habere ſine „ pecuniis, quam pecuniam ſine ſalute? Surre-

„ xit

„ xit claudus; quod non ſperabat: pecuniam „ non accepit, quam ſperabat. „ Hæc Ambroſius. Per cujus tamen manus continenter antea pauperum illorum ſanctorum & validorum dabatur unicuique ſatis ad victum, prout opus erat. Intellexit forſan Petrus non ſibi argentum & aurum eſſe de proprio, ſed ſolum de com- A muni ſanctorum, quod non eſſet fas tollere ſanctis, & dare vulgi pauperibus. Cum hoc de Petro, de ſenſu Scripturæ confiſus, tamen ſolum conjiciendo dixiſſem, occurrit mihi ſuper eumdem textum, hoc idem affirmans & dicens Venerabilis Beda. Petrus (ſupple) memor illius „ præcepti, *Nolite poſſidere aurum & argentum:* „ pecuniam, quæ ad pedes pauperum ponebatur, non ſibi recondebat, ſed ad uſus pauperum, qui ſua patrimonia reliquerunt, ſervabat. „ Hæc Beda. Qua fronte ergo, niſi impudentiæ *, poteſt Wicleffus dicere, eleemoſinas plebis de lege eſſe trium pauperum ſuo- B rum *, & non ſanctorum pauperum, qui ſua patrimonia reliquerunt, validorum, niſi per raptum; dum ſanctus Petrus Apoſtolus uni pauperum talium claudo negavit ſanctorum pecuniam ſe daturum; ſed ei nihil dans, nihilque ſibi habens, ut dixit, cum multa haberet, eam validorum uſibus reſervavit? Et ſanctus Gregorius Nazianzenus, magiſter magni Hieronymi, lib. VI. qui eſt *de unitate Monachorum*, ad eoſdem loquens, dicit: Gregorius Nazianzenus. Ex iſtius poſſeſſionis fructibus opto exhi- „ bere convivium, & convocare vos primo a- „ micos & charos dominos meos, vos fratres C „ & conſervos meos: tum deinde opto cæcos „ & claudos, & mancos, & debiles reficere, „ in quantum ſuggerit veſtræ poſſeſſionis ubertas, ut pro eorum ſalute retributionem ſperemus in regno Dei. „ Hæc ille. Ubi patet ordo faciendi eleemoſinam corporalem ex ordine alimoniæ ſpiritualiter dividendæ.

Beda To. 2. pag. 150.

* al. impudente

* debilium, cæcorum, egenorum

* Gregorius Nazianzen.

6. Non tamen per hoc eos damno, qui vulgi mendicis benefaciunt; immo laudo, & hortor in Domino, ſciens eos Evangelica laude dignos; ſed eos per Scripturas ſacras commoneo, qui ſpretis ſanctis pauperibus contra Chriſti Evangelium & Apoſtolorum practicam, ſolis D illis, & primo, eleemoſinas omnes appropriant fidelium Jeſu Chriſti, ut conſideratiores ſint. Certe ſecundum hoc non minus quam in aliis perpende te erraſſe, o Wicleff, in Evangelium Jeſu Chriſti, qui vulgi pauperes in eleemoſinis capiendis, ſanctis Chriſti pauperibus, Fratribus ſcilicet, & Monachis anteponis. Et quia jacula præviſa minus lædunt, eo melius potuiſſes præcavere hanc hæreſim, quo Vigilantius magiſter tuus, qui ſimili modo ſubtrahens eleemoſinas ciſmarinas a Monachis ſancti Hieronymi, & cæteris Religioſis Jeruſalem, & in vi- E cinis locis commorantibus, ipſe ab eodem patre Hieronymo vivo ſermone confunditur. Quod ſi forſitan non videris, audi qualiter dicat in Epiſtola ſua *contra blaſphemias Vigilantii*, ſic habens idem Hieronymus. Præterea jiſdem relatum eſt ad me Epiſtola, quod contra au- „ thoritatem Apoſtoli Pauli, immo Petri, Ja- „ cobi, & Joannis, qui dextras dederunt Paulo „ & Barnabæ communicationis, & præceperunt „ eis, ut pauperum memores eſſent; tu prohi- „ beas Jeroſolymam in uſus ſanctorum aliqua „ ſumptuum ſolatia dirigi. Videlicet, ſi ad hæc „ reſpondero, ſtatim latrabis meam me cauſam „ agere, qui tanta cunctis largitate donaſti, ut „ niſi veniſſes Jeroſolymam, & tuas, vel pa- „ tronorum tuorum pecunias effudiſſes, omnes „ periclitaremur fame. Ego hoc loquor, quod

Hieronymus To. 2. pag. 398. num. 14.

„ beatus Paulus Apoſtolus in cunctis pene epi- „ ſtolis ſuis loquitur, & præcipit in Eccleſiis „ gentium per unam ſabbati, hoc eſt, die do- „ minico, omnes conferre debere, quæ Jeroſo- „ lymam in ſanctorum ſolatia dirigantur; & „ vel per diſcipulos ſuos, vel quos ipſi elege- „ rint *. Et ſi dignum fuerit, ipſe aut diri- „ gat, aut perferat quod collectum eſt. In A- „ ctibus quoque Apoſtolorum, loquens ad Fe- „ licem Præſidem, *Poſt annos* (ait) *plurimos*, „ *eleemoſinas facturus in gentem meam, veni* „ *Jeroſolymam, & oblationes & vota, in qui-* „ *bus invenerunt me purificatum in templo*. „ Numquid in alia parte terrarum, & in Ec- „ cleſiis, quas naſcentes Eccleſia ſua fide eru- „ diebat, quæ ab aliis acceperat, dividere non „ poterat? Sed ſanctorum locorum pauperibus „ ſanctis dare cupiebat, qui ſuas pro Chriſto „ facultates relinquentes, ad Domini ſervitu- „ tem tota mente converſi ſunt. „ Longum eſſet nunc, ſi de cunctis Epiſtolis ejus teſtimonia omnia revolvere voluero: in quibus hoc agit, & tota mente feſtinat, ut Jeroſolymam, & ad ſancta loca, credentibus pecuniæ dirigantur: non in avaritiam congregandas, ſed in refrigerium: non ad divitias congregandas, ſed ad imbecillitatem corpuſculi ſuſtentandam, & frigus atque inediam declinanda, „ Hac in Ju- „ dæa uſque ad hodie perſeverante conſuetu- „ dine, non ſolum apud nos, ſed etiam He- „ bræos, ut qui in lege Domini meditantur die „ ac nocte, & partem non habent in terra, „ niſi ſolum Deum, Synagogarum & totius or- „ bis foveantur miniſteriis ex æqualitate dum- „ taxat; non ut aliis refrigerium, & aliis ſit „ tribulatio, ſed ut aliorum abundantia alio- „ rum ſuſtentet inopiam. „ Hæc Sanctus Hieronymus. Vide per ſingula, an non te, ſicut & tuum magiſtrum * confutet Hieronymus. Habes primo, quod Hieronymus de his eleemoſinis victitabat; ideo timet ſibi, ne latraret Vigilantius ſe cauſam ſuam agere. Sed hoc parvipendens, incipit allegare Apoſtolum Paulum in omnibus Epiſtolis ſuis ſollicitum pro collectis faciendis in uſus ſanctorum Pauperum, quos utique diſcernens a pauperibus vulgi: „ Numquid, ait, in alia parte terrarum, quæ „ jam collegerat, dividere non poterat? Immo „ (inquit) ſed ſanctis pauperibus dare cupie- „ bat, qui omnibus temporalibus renunciabant „ pro Chriſto. „ Et allegat pro eodem facto conſuetudinem terræ ſanctæ, tam Judæorum, quam Chriſtianorum, habentium illum morem. Ergo numquid ſanctus Paulus manifeſte contra Evangelium Jeſu Chriſti rapuit illis tribus pauperibus *, (de quibus Luc. XIV.) eleemoſinam eis debitam, & commiſit rapinam, qua nulla eſt nefandior, dans illis validis commorantibus Jeruſalem, qui nec cæci erant, nec debiles, vel claudi: immo, quod majus eſt omnibus, nec egentes, ſecundum textum *? Si Paulus in datione eleemoſinæ, trinitati pauperum tuorum prætulit validos, quid habes quod ſuſurres in Fratres?

* Veron. probaverint

Act. 14. 17.

Hieronymus ibidem.

* Vigilantium

* cæcis, debilibus, egenis

* Act. 4. 34.

CAPUT XI.

Num dandum ſit tantum vicinis, ſic quod non ignotis, ut volunt Wicleffus & Vigilantius.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Wicleviſtæ, dicentes non eſſe eleemoſinam conferendam, niſi in mendicum nobis proxi-* *mum,*

mum, & de facie notum, ſimiles ſunt Nabal.

2. *Præſtat benefacere mendico religioſo virtutibus & ſanctitate vitæ ornato, quam peccatori mendico ex vulgo, quamvis omnibus pauperibus ſint charitatis viſcera aperienda.*

1. DEclinandæ ſunt tamen, quantum facultas adeſt, malignationes hominum iſtorum contra ſanctos Chriſti pauperes, per quas eis magnam partem largitatis chriſtianæ detruncant, & quaſi colore quodam rationis, hujus vitæ neceſſaria detrahunt tali fuco: „ In partibus noſtris, pauperibus proximis magis dabimus; non vobis, quos neſcimus. Proximo „ ſuo unuſquiſque tenetur benefacere. „ Hac certe rationis umbra religioſos viros, etiam in ipſa Civitate degentes, eleemoſina plebis defraudant*: quia adhuc vicinos, in eodem vico commorantes, ſtatim ad manus habent, quos præferant: & Chriſti pauperes, quia ſe remote a ſtrepitu populi in clauſtris continent, ab eis licite, ut authumant, reputabuntur extranei. Sed contra iſtos diutius diſputarem, ſi Nabal viri ſtulti ſententiam non probarent. Certe pueris David petentibus ab eo alimoniam, Nabal dicitur reſpondiſſe: „ Tollam panes meos, „ & aquas meas, & carnes pecorum meorum, „ quos occidi tonſoribus meis; & dabo viris, „ quos neſcio unde ſint? „ 1. Reg. XXV. Forſan pueri David reſpondiſſent, niſi quod non ſit reſpondendum ſtulto ſecundum ſtultitiam ſuam: „ Certe cum tonderent paſtores tui greges tuos, „ num aliquando defuit eis quidquam omni „ tempore, quo cum eis fuimus? In die enim „ bona venimus ad te: orationes noſtræ faciant nos tibi eſſe propinquos, & notos. „ Sic tibi dicit de ſanctis religioſis CHRYSOSTOMUS: *Et ipſi rurſus pro univerſo orant orbe terrarum**. Sed Nabalitæ viri ſtulti, qui magis judicant ſecundum faciem omnes æqualiter, neſciunt quos familiaritas non conjungit, aut notitia facialis non copulat: de quibus dicit XXI. *Moral.* cap. XIV. in fine capitis, GREGORIUS. „ Sunt nonnulli, qui pietatis ſuæ viſcera tendere uſque ad incognitos neſciunt, ſed ſolis „ quos per aſſiduitatem notitiæ didicerint, miſerentur: apud quos nimirum familiaritas „ pluſquam natura valet, dum quibuſdam neceſſaria, non quia homines ſunt, ſed quia „ noti ſunt, largiuntur. Unde nunc per beatum Job dicitur: *Si deſpexi prætereuntem, eo „ quod non habuerit indumentum*. Ignoto enim „ proximo miſertum ſe indicat, quem *prætereuntem* vocat: quia utique apud piam mentem plus natura valet, quam notitia. Nam „ & unuſquiſque qui indiget, eo ipſo quo homo eſt, ei jam incognitus non eſt. „ Hæc Gregorius XXI. *Moral.* ſuper hunc eumdem textum Job. Item *ſuper Epiſt. ad Hebræos*, hom. XL. CHRYSOSTOMUS. Qui quidem amico benefacit, „ omnino non propter Deum facit: qui vero „ ignoto, hoc propter Deum operatur pure. „ Ne parcas ergo pecuniis, & ſi omnia oportet „ evacuare, da. „ Hæc ille.

Wicleffus

* *Cod. Ferrar. abſolvunt.*

1. *Reg.* 25. 11.

v. 7. & 8.

*Chryſoſtomus *To.4.pag.*547.

* *Idem dicit Tertullianus citatus ſupra, lib. 2. cap. 69. n. 3.*

Gregorius *To.1.pag.*693. *cap.* 19.

Job 31. 19.

*Chryſoſtomus *To.4.pag.*547.

2. Sed quid immoror reſpondere iſtis quod verum eſt? Hæc certe reſponſio erat præfati Vigilantii, qui contra rationem eleemoſinas ſubtraxit beato Hieronymo, & aliis ſanctis habitantibus Jeruſalem, ut ſuſtentaret unuſquiſque vir proximum ſuum domi, & vicinum in partibus ſuis ſecum: hoc ſemper intendens in eleemoſinis populi pauperem ſquallidum, aut mendicum vulgi, pauperibus religioſis, ſaltem ratione proximitatis, debere præferri. Unde in prædicto loco *contra Vigilantium* ſic eum alloquitur beatus pater HIERONYMUS. Reſpondebis, unumquemque in patria ſua hoc poſ„ ſe facere: nec pauperes defuturos, qui Ec„ cleſiæ opibus ſuſtentandi ſint. Nec nos ne„ gamus cunctis pauperibus, etiam Judæis & „ Samaritanis, ſi tanta ſit largitas, ſtipes porrigendas: ſed Apoſtolus dicit, faciendam qui„ dem ad omnes eleemoſinam, ſed maxime ad „ domeſticos fidei, de quibus & Salvator in „ Evangelio loquebatur: *Facite vobis amicos „ de mammona iniquitatis, qui vos recipiant in „ æterna tabernacula* -- Et jam ad propoſitum -- „ Num iſti pauperes, inter quorum pannos & „ illuviem corporis flagrans libido dominatur, „ poſſunt habere æterna tabernacula, qui nec „ præſentia poſſident, nec futura? „ Hæc Hieronymus. Vide jam pauperes tuos, quid poſſint emolumenti reddere ſuis donatoribus. Habet emolumentum ſuum, ſcio, qui eis benefacit; ſed hoc non per eos. Non enim ſunt ipſi, quos ſæculi homines amicos ſuos facere debent, ut eos poſt hanc vitam recipiant in æterna tabernacula; qui nec præſentia poſſident, nec futura, ſecundum Hieronymum: iſti dico mendici tui vulgares, qui in nullo ſeparantur a peccatis vulgi, nec ſanctitati ſtudent, nec moribus: iſti dico, qui ſola miſeria debilitatis vel infirmitatis, a cæteris ſæculi hominibus differunt: qui non in paupertatem ſeſe pertrahunt, ſed trahuntur; & puniuntur, nec pœnitent; & magis planguntur, quam ipſi ſe plangunt. Quæ ſocietas iſtorum ad Chriſti pauperes, qui omnem ſollicitudinem impendunt, ut ereptis vitiis ſæculi, continue mundis manibus, in conſpectu ſummi Regis appareant: & tantum etiam veniale peccatum deteſtantur & fugiunt, ut omnibus cedant rebus ſæculi, potius quam ad modicum maculentur? Hos duos comparat iterum Hieronymus, idem concludens quod ante ſenſerat, Epiſtola ſua *ad Edibiam* de duodecim quæſtionibus, quæſt. 1. HIERONYMUS. *Beatus „ (inquit) qui intelligit ſuper egenum & pauperem*. Intelligentia opus eſt, ut poſt intel„ ligentiæ beatitudinem, ſciatur quis ſit ege„ nus & pauper. Non utique ille, qui men„ dicitate & paupertate, atque ſquallore coopertus eſt, & tamen non recedit a vitiis; ſed „ de quibus Apoſtolus loquitur: *tantum ut pauperum memores eſſemus*. Ob quorum refrigeria laborabant Paulus & Barnabas in Eccle„ ſiis gentium, ut collecta fieret per primam „ Sabbati. Et hanc ipſam oblationem, non „ per alios, ſed per ſe deferre feſtinant iis, „ qui ſuas pro Chriſto amiſere ſubſtantias: qui „ perſecutiones paſſi ſunt: qui dixerunt patri „ ſuo, & matri ſuæ, uxoribus & liberis, *non „ novimus vos*. Hi impleverunt voluntatem patris mei, & audierunt dicentem Dominum „ Salvatorem: *Mater mea & fratres mei hi „ ſunt, qui voluntatem faciunt patris mei*. Et „ hoc dicimus, non quo in pauperes Judæos, „ ſive gentiles, & omnino cujuslibet gentis ſint „ pauperes, prohibeamus faciendam eleemoſinam; ſed quo Chriſtianos & credentes pauperes incredulis præferamus. Et inter ipſos „ chriſtianos ſit multa diverſitas, utrum peccator, an ſanctus ſit. Unde & Apoſtolus „ paſſim, & in omnes miſericordiam probans, „ infert: *maxime in domeſticos fidei*. Domeſticus fidei eſt, qui eadem tibi religione conjungitur, quem a conſortio fraternitatis peccata non ſeparant. „ Hæc Hieronymus. Ad liquidum patet omnis intentio beati patris

„ noſtri

Hieronymus *To.2.pag.*399. *num.* 15.

Eleemoſinæ, quibus potiſſimum faciendæ.

Gal. 6. 10.

Luc. 16. 9.

Mali pauperes

Hieronymus *To.1.pag.*814.

Pſal. 40. 1.

Gal. 2. 10.

Deut. 33. 9.

Matth. 12. 50. & *Luc.* 8. 21.

Gal. 6. 10.

„ noſtri Hieronymi in hac differentia pauperum cœli & mundi. Non eget in hoc loco „ expoſitore vel interprete.

CAPUT XII.

Ad illud quod Apoſtolus jubet manibus operandum, reſponſio pro religioſis contra Wicleffum. A

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Ex verbis illis Apoſtoli*, ſi quis non vult operari, non manducet, *non prohibetur mendicitas, neque ſanctum otium Religioſorum; ſed curioſorum hominum inquietum negotium.*
2. *Si ſecus eſſet, tunc Apoſtoli, & beata illa multitudo ſanctorum, quæ Jeroſolymis erat in templo abſque negotio & labore manuali, peccaſſent.* B
3. *Unde & ipſi mendicaverunt, quamvis ex ore Pauli: & Paulus ipſe pro illis mendicavit, tametſi eſſet Apoſtolus.*
4. *Quare non eſſe malignandum religioſis Fratribus mendicis, etſi manibus non operentur.*

1. SExto loco inſtat Wicleffus pro laboritio manuali. „ Secundæ (inquit) ad Theſſalonicen. ultimo, ſic ſcribit Apoſtolus: *Si* „ *quis non vult operari, non manducet. Audivimus enim quoſdam inter vos ambulare in-* C „ *quiete, nihil operantes.* Ex quibus verbis patet luce clarius, quod Apoſtolus prohibuit „ mendicitatem hujuſmodi. „ Iſte ponit lucem tenebras, & tenebras lucem, cum dixit, quod ex his verbis *patet luce clarius, quod Apoſtolus prohibet mendicitatem:* maxime quoniam ex his verbis ſolum laborem indicit, & curioſorum otium interdicit. Attende textum, perpende præcepti cauſam, quæ ſequitur: *ſed curioſe agentes.* Super quod in *annotatiunculis* Hieronymus reddit ſuperioris ſententiæ cauſas, & ad quos legitime debeat pertinere: HIERONYMUS. Scilicet ad inquiete ambulantes: non ad D „ quiete ſedentes, *ſed curioſe agentes*, inquirentes quid in qua provincia, vel civitate geratur, vel domo. „ Hæc Hieronymus. Ecce dicit Hieronymus, illud Apoſtoli mandatum ad ſolos curioſa ſectantes debere extendi, qui dicuntur *inquiete ambulantes:* non autem tangit eos, qui ſunt in quiete *ſedentes*, ſcilicet, ſanctum otium per contemplationis particulas inſequentes. Quomodo jam *patet luce clarius*, quod Apoſtolus mendicitatem Fratribus interdicit? Jam dicit Hieronymus, ad quos legitime debet Apoſtoli pertinere præceptum: ad *curioſe agentes*, inquit. At nonne tunc quiete ſedentes habebat Apoſtolus, quibus ex E mera eleemoſina vivere concedebat, etiamſi non manibus laborarent *? Videamus quid in eodem loco ſtatim ſubinſerat: *Vos autem Fratres nolite deficere benefacientes*, inquit. In præfato loco ex perſona Apoſtoli: HIERONYMUS. „ Non omnibus, ſed talibus dare prohibeo: ne „ putetis me boni operis conſuetudinem amputare. „ Hæc doctor Hieronymus. Ergo ſi niſi talibus, ſcilicet, curioſe agentibus, & quid homines agant ubique locorum explorantibus, dare eleemoſinam prohibet; noli tu, quod non

Wicleffus 2. Theſſ. 3. 11.

Iſai. 5. 20.

* Hieronymus To. 11. pag. 1042.

* Vide ſupra cap. 10. num. 4.

* Hieronymus To. 11. pag. 1041.

Thom. Wald. Tom. I.

audebat Apoſtolus, boni operis conſuetudinem in dando fratribus fidelibus amputare, quouſque probaveris, omnes Fratres *agere curioſe*.

2. Certe vel author * fatue argumentatur; vel neceſſe eſt concedat mendicaſſe Apoſtolos, mendicaſſe primitivos chriſtianos, & in Apoſtoli Pauli ruiſſe prohibitum. Recitemus jam quid dixerit, & applicemus Apoſtolis: „ Quales erant Apoſtoli antequam prædicarent, „ ſcribit Apoſtolus: *Si quis non vult ope-* „ *rari, non manducet.* Apoſtoli tunc relicto „ artificio non laborabant manibus, ſed nec- „ dum prædicabant: ergo ex prædictis ver- „ bis prohibebat eis Apoſtolus mendicita- „ tem. „ Cæterum quid dicis illi beatæ multitudini ſanctorum, qui die nocteque Jeroſolymis ſedebant in templo? Sedebant certe in quiete, nihil operantes: quibus, ut dicitur ſupra *, Paulus pene in omni gente per omnes Eccleſias fecit collectas: quod otioſe feciſſet, ſi manibus victitaſſent. Aut numquid Apoſtolus Paulus ex eiſdem verbis ſuis prohibebat taliter mendicare, & aliud fecit, & aliud docuit? Quare non ipſi laborabant? Cur ipſi aliorum ſtipe vivebant?

3. Scio quid dices: *Non mendicabant*, inquies, *viva voce, quod ſolum eſt inhibitum.* Sed nonne Apoſtolus Paulus vocaliter pro eis agebat, jubens per Eccleſias gentium prima ſabbati fieri collectas? Et quid refert, utrum aliquis per ſe, an per alium aſſequatur intentum? Hoc modo diceremus & nos, quod Clauſtrales non mendicant, ſed per procuratorem Fratrum, mendicitate media, ſumptus habent. Sed dic mihi: numquid & ſcribendo poteſt aliquis licite mendicare? Certe Apoſtolus Paulus & ſcribendo & docendo fecit collectas in ſanctos Jeroſolymis commorantes. *Sed nullatenus mendicavit*, dices, *quia Apoſtolus erat, & ex poteſtate collegit.* Sed ipſe jam Paulus obviat tibi, cum dixit: *Non quaſi imperans dico*, II. cor. VIII. Ubi jam, rogo, exercuit poteſtatem, cum nihil dixit ut conferrent ſecundum imperium? Et certum eſt: Apoſtolus non potuit eis imperare collectam, ne contra ſtatuta * Spiritus Sancti videretur ire, & totius Concilii Apoſtolorum, dicentis Actuum XV. *Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis, non amplius imponere vobis oneris, niſi ut abſtineatis &c.* Et iterum: ſi ipſi non mendicabant, dum manducabant, & non operabantur; quomodo patet ex illis verbis Apoſtoli mendicitatem ſic manducantibus inhiberi?

4. Sed Joannes Chryſoſtomus Moral. XI. *ſuper Epiſt. Pauli ad Hebræos*, ex ipſo textu Apoſtoli, quo mendicis ſanctis inſultant, ut manibus vivant, inſequitur malignantes, inferens aliquem mendicare. Et tunc de aliquo malignante dicit ſic: CHRYSOSTOMUS. Continuo accuſationes habet adverſus eum qui accedit. „ *Quid enim non operatur?* ait. *Quid autem pigritans nutritur?* Dic mihi: tu operaris habens „ quæ habes, non hæreditatem paternam aſſumens (*a*)? Si vero quia operaris, propterea exprobras alteri, Paulum non audis dicentem? Poſtquam enim dixit: *Quoniam qui* „ *non operatur, non manducat*, ait: *Vos autem* „ *quid bonum facientes ne malignemini* *. „ Hæc Chryſoſtomus. Vos ergo qui præcepto Apoſtoli vultis aſtringere Fratres de operando, ſervate etiam vos quod juſſit Apoſtolus, de mendi-

* Wicleffus

Wicleffus

2. Theſſ. 3. 11.

* cap. 10. num. 4.

2. Cor. 8. 8.

* al. ſtatutum

Act. 15. 28.

* Chryſoſtomus To. 4. pag. 1547.

2. Theſſ. 3. 10. 13.

* Vulg. nolite deficere benefacientes

(*a*) Philippus Montanus clariorem ſenſum reddit, ſic vertens: *Dic mihi: tu per operationem habes quæ habes? Nonne ex hæreditate paterna illa accepiſti?*

cis Fratribus non malignando. Intellexit enim aliquos manducare poſſe & non operari, quibus eſſet illicitum malignari. Et ſi prædictum verbum Chryſoſtomi omnibus conveniat, PRÆCIPUE TAMEN ILLIS CLERICIS DETRAHIT, qui ex Eccleſia habent quo vivant, nec manibus operantur: qui tamen maxime non operantes A Fratres invadunt. Alias plus dicetur, cum in ſuo loco tractabitur laboritium manuale *. Aliæ ejus inſtantiæ ſunt exhortatoriæ ad laborem, quas ideo uſque in ſequentia reſervamus.

* *Infra art. 2. cap. 22. 23. & deinceps.*

CAPUT XIII.

Ad illud *Beatius eſt dare magis quam accipere*, reſponſio.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Tametſi beatius ſit dare, quam accipere, non propterea dives ſæcularis dans eleemoſinam perfectior eſt Religioſo mendico recipiente.*
2. *Perfectio ſtatus exinde ſurgit, quod quis immobiliter relinquit omnia propter Chriſtum, & ipſum ſequitur. In quo ſtatu ille eſt perfectior qui manibus laborat; ſi tamen ob tale opus, illud quod perfectius eſt non omittit.*
3. *Si Beatius eſt dare quam accipere, etiam majus bonum dare eſt perfectius quam accipere: ergo ſancti pauperes, qui bonum ſpirituale dant, divitibus hujus ſæculi ſunt* C *perfectiores.*
4. *Cum duplex ſit liberalitas, ſpiritualium liberalitas ab Ambroſio præponitur liberalitati temporalium rerum.*

1. INſtant ſeptimo loco adverſarii paupertatis, allegantes illud Apoſtolicum, *Beatius eſt magis dare, quam accipere;* (*Act. 20. 35.*) concludenteſque Fratres eſſe in ſtatu minoris perfectionis, & minoris beatitudinis, quam ſint divites ſæculares: quia divites in ſtatu *dantium*, Fratres in ſtatu *recipientium* collocantur. Non libenter gloriatur Chriſti pauper in comparatione ſtatuum; D ſed dicit cum Apoſtolo II. ad Cor. x. *Non enim audemus inſerere, aut componere nos quibuſdam, qui ſe ipſos commendant.* (*2. Cor. 10. 12.*) Et iterum: *Nos autem non in immenſum gloriabimur, ſed ſecundum menſuram regulæ, qua menſus eſt nobis Deus.* (*v. 13.*) Sed quia cogitis me, proteſtor cum eodem Apoſtolo, (qui ſimiliter coactus erat) quod *non quaſi non pertingentes ad vos ſupraextendimus nos: uſque ad vos enim pervenimus in Evangelio Chriſti*, (*v. 14.*) ideſt, in perfectione Evangelica. Potuit bono viro, qui cathedram peſtilentiæ non ſederet, (*Pſal. 1. 1.*) ſatis eſſe quod ſanctus Doctor Thomas * in declarationem veriſſimam hujus textus expoſuit, quod ſcilicet quantum eſt in dante, ſecundum quod recte dans eſt, tantum non eſt in accipiente, ſecundum quod nude accipiens eſt. Virtus magna ex parte dantis abundat, quantam in accipiente non cernimus. Bonum enim eleemoſinæ ex parte dantis eſt; ex parte accipientis, ſecundum naturam accipientis, ſola eſt acceptio muneris, & redemptio paupertatis. Sic enim penſando unumquodque ſecundum ſe, beatitudo major, totaliter loquendo, eſt, & virtus major dantis, quam accipientis. Sed quid inde? Statue mihi ſtatum aliquem, cujus profeſſores ſpontanei ſint ſemper dantes, & nunquam accipientes, & facilius tutiuſque concludes ſtatum dantium accipientibus derogare. At nec datio nec acceptio ſtatum facit, ſed dicit actum tantum exiſtentis in ſtatu: & inde eſt, quod perfectionem ſtatus nec auget, nec minuit, quamvis virtutem augeat perſonalem, dicente Ariſtotele, quod *actus ſunt ſuppoſitorum*. (*Ariſtoteles 3. Phyſic. com. 18.*) Quod ſi me invito dantium ſtatum confinxeris: quia ipſi dantes etiam accipiunt; quantum erant in ſtatu *dantium*, tantum ad ſtatum *accipientium*, cum acceperint, tranſmigrabunt. Et gaudeo jam quod tuo conſilio & auxilio Hermaphroditæ, & Centauri, & Hircocervi Naſonis regnum Dei habebunt. Chimæras illas loquor, quæ de ſecta *dantium*, & viciſſim de ſecta *accipientium* profeſſores, & ſe ipſis viciſſim perfectiores fiunt; ex quibus neſcio quid unum conſtituis, ſi non ex aſino & equa mulum procreas; & magis, & minus perfectorum unum genus promiſcuum providiſti, Eccleſiæ nondum notum.

* *2. 2. q. 117. art. 4.*

2. Aliunde ergo ſurgit perfectio ſtatus, ſcilicet ex hoc, quod quis immobiliter relinquit omnia propter Chriſtum, & ſequitur Chriſtum in vita: & tunc habet locum textus Evangelii, quod in tali ſtatu profeſſus, perfectius feliciuſque vivit, ſi quid opere manuum exigat, ut habeat unde paupertatem proximi refocillet; ſi tamen propter opus manuum, opus adhuc eo perfectius non omittat. Unde exponens eumdem textum in *Actibus* BEDA. (*Beda To. 2. pag. 100.*) Non illis (inquit), qui relictis omnibus ſecuti ſunt Dominum, divites etiam eleemoſinarios præponit: ſed illos maxime glorificat, qui cunctis quæ poſſident in ſemetipſis renunciantes, nihilominus laborant manibus, ut habeant unde neceſſitatem tribuant patienti. (*2. Theſſal. 3. 12.*) Hæc Beda. Ecce quam plane dicit Beda divites eleemoſinarios ab intentione Scripturæ religioſis Chriſti pauperibus nullo modo debere præferri: ſed inter eos, laborantes non laborantibus anteponit, qui ſaltem pietate laborant, & uſibus pauperum opere ſudant. Hoc dico, ſi, propter opus tale carnalis paſtus, ſpiritualis edulii non excludatur exercitium. Ipſis enim, etſi accipiant quæ neceſſaria ſunt corpori, nullatenus potes laborantes tantummodo comparare. An putas, quod beatior erat Petrus piſcator, quam Petrus prædicator, quia Petrus piſcator de numero dantium erat, laborans ut donaret aliquid inopiam patienti? Petrus prædicator jam de numero accipientium, inops factus eſt, adeo ut præ penuria coactus diceret: *Argentum & aurum non eſt mihi*. (*Act. 3. 6.*) At numquid Epiſcopus aut Plebanus exinde factus eſt ſtatus deterioris, quod oblationes acceptet & decimas: & laicus decimator præponetur eiſdem, quia dator eſt? Fatuum eſt ergo comparationem iſtam in tantum extendere, ut quemlibet dantem quolibet accipiente beatiorem eſſe contendas. Correctius vero diceres, ſi cum Sancto Beda inter Religioſos Chriſti pauperes hanc comparationem intuleris, ut religioſe tantum degentibus, religioſe degentes & pie laborantes aſſeras meliores: (*Quomodo religioſi ſint alii aliis perfectiores.*) inter pie laborantes, adhuc ſpiritualiter laborantes, ut puta curæ * indulgentes, prædicationibus innitentes, aut ſanctæ contemplationis culmini inſiſtentes, jis, qui laborant corporaliter, anteponas. Ex jis iterum eos qui geminant charitatem, & propter fratrum ſolatium, & ſpiritualis & corporalis laboris mercedem agunt, (ut fecit Paulus) ſpiritualiter tantum laborantibus magis ipſe collaudes. Ecce in una domo Chriſti manſiones diverſas: in una Chriſti familia multos gradus prudenter advertas, ne te fallat ſancta diſtantia.

* *animarum*

3. Præter hæc autem, ſi volumus omnino adverſarios ſanctorum pauperum reddere debiles, ipſam

ipſam illorum Scripturam poſſumus nobis aſſume-
re, per quam ruant. Si enim generaliter beatius,
ideſt, perfectius, & magis meritorium eſt da-
re, quam accipere; tunc etiam magis bonum
dare eſt beatius, quam dare minus bonum;
ſed ſancti pauperes accipientes carnalia dona,
A dant eis ſpiritualia beneficia, quæ ſunt ſemper
& ubique potiora: ergo ſancti pauperes in per-
fectiori ſtatu ſunt & magis beati dando bea-
tius donum, quam ſint abundantes in ſæculo,
& obtinentes divitias, qui dant ſanctis paupe-
ribus bonum minus. Et hac ratione Evan-
gelica prædicatores verbi Dei, & contemplato-
res divinorum, & generaliter omnes diſtribuen-
tes bona cœleſtia, neceſſario beatiores ſunt do-
natoribus, qui tantum carnalia largiuntur: &
hoc literaliter intendebat Apoſtolus, reprimens
quodammodo donatores tales, qui ſe jactabant
aliquid grande feciſſe, & magnos eſſe præ cæte-
1. Cor. 9. 11. ris, quibus ipſi donabant: *Si* (inquit Paulus) *nos* B
*vobis ſpiritualia ſeminamus, non magnum eſt, ſi
carnalia veſtra metamus.* 1. Cor. IX. Certe mo-
derni noſtri dicunt: *Immo magnum eſt intan-
tum, ut carnalium meſſio in perfectione ſubjiciat
Apoſtolos laicis, & Chriſti pauperes divitibus
hujus mundi.* Sed jam videtis quam hoc obviat
dicto Pauli, & appropinquet hæreſi hoc inevi-
dens argumentum.

4. Et beatus Ambroſius duplex ponit genus
liberalitatis: unum genus dationis carnalis præ-
* dationem cize, aliud ſpiritualis; & ſecundam * eſſe mul-
to potiorem prima, & ſuis donatariis pinguio-
rem; ſicut probat de conſilio Joſeph apud Pha- C
raonem, & illuſtri victoria Abrahæ in redem-
Gen. 41. 33. ptione nepotis ſui. Sic enim habet II. *de Offi-*
Gen. 14. 6. *ciis* cap. XV. AMBROSIUS. Sunt plerique etiam
Ambroſius To. 2. pag. 87. num. 72. „ viri boni, qui tenues ſunt cenſu, contenti
„ quidem exiguo ad ſui uſum, licet non ido-
* M. ſed „ nei ad ſubſidium levandæ paupertatis alie-
„ næ. Tamen ſuppetit aliud beneficentiæ ge-
„ nus, quo juvare poſſint inferiorem. Eſt enim
„ duplex liberalitas: una quæ ſubſidio rei ad-
„ juvat, ideſt, uſu pecuniæ; altera quæ ope-
„ rum collatione impenditur, multo frequenter
„ ſplendidior, multoque clarior. Quanto illu-
Gen. 14. 16. „ ſtrius Abraham captum armis victricibus re- D
„ cepit nepotem, quam ſi pecunia redemiſſet?
Gen. 41. 33. „ Quanto utilius regem Pharaonem ſanctus Jo-
„ ſeph conſilio providentiæ juvit, quam ſi con-
„ tuliſſet pecuniam? Pecunia enim unius civi-
* M. redemit „ tatis non redemiſſet * ubertatem: proſpicien-
* M. quinquennium „ tia totius Ægypti per ſeptennium * famem
„ repulit. FACILE AUTEM PECUNIA conſummi-
„ tur: conſilia exhauriri neſciunt.„ Hæc Am-
broſius. Ecce quod Ambroſius ſemper præfert
donum ſpirituale conſilii omnibus pecuniis.
Quamdiu ergo in his datis potioribus Chriſti
pauperes eminent, de minoritate ſuæ perfectio-
nis nil paveas. Majoritatem beatitudinis dona- E
torum carnalium non extendas, quia quantum-
cumque fimbrias eorum magnifices, ſpiritus ſa-
Sap. 7. 8. pientiæ præponetur ſedibus, & regnis; & divi-
tiæ nihil ſunt in comparatione ejus. Sed ite-
rum hoc tuo inſtrumento Scripturæ te impeto,
Pſal. 7. 13. & jam directa acie contra te gladium tuum
vibrabo. Si beatius eſt dare quam accipere,
quid dicis de iis, qui omnia ſua dant? Non-
ne ipſi beatiores erunt eis, qui quædam reſer-
Luc. 21. 3. vant? Sententia Chriſti, qua viduam pauperem
prætulit aliis, te convincet, ſi dicas oppoſitum.
Et numquid ipſo eodem, quo cœpit eſſe bea-
tus, quia dedit, jam deſinit eſſe beatus, quia
amplius non habet unde det qui ſua dedit?
Aut ſi permanens erit beatitudo quam cœpit, ne
tranſitoria videatur perfectio, quam Chriſtus
inſtituit, cum diceret: *Si vis perfectus eſſe, vade,* Matth. 19. 21.
*& vende omnia quæ habes, & da pauperibus,
& veni & ſequere me*: quomodo deerit ipſi
beatitudinis illa majoritas, qua beatius eſt da-
re? An non erit major perfectio omnia dare
pauperibus, cum jam unde det præſenter non
habeat? Omnia dediſſe, & aliquid non habere
donandum neceſſitat beatitudo prædicta donandi.

CAPUT XIV.

Contra id quod Wicleviſtæ dicunt, quod Con-
ſilium Evangelii de renunciando omnibus,
debeamus proſequi in affectu.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Amoræi exponentes conſilium illud Evange-
licum de renunciando omnibus quoad affe-
ctum, & non quoad effectum, Judæis de-
teriores ſunt, Chriſtoque repugnant.*
2. *Amoræorum error fuit etiam Vigilantii, quem
Divus Hieronymus confutavit ex uſu pri-
mitivæ Eccleſiæ.*
3. *Qui bona aliqua ſua cum ad ſuum, tum ad
pauperum uſum conſervant, minime illis
ſunt præferendi, qui in gratiam paupe-
rum Chriſti omnia vendiderunt.*
4. *Perfectioni conſervandæ tutius eſt divitias
nec amare nec habere, quam habere, etſi
non amare.*

1. CÆterum quamvis a facie illius Evange-
lici conſilii de renunciatione faculta-
tum fugerint adverſarii paupertatis viis diſpa-
ribus (ut ſingulis pateat Chriſtianis, quantum
ſalſis ipſi teſtibus hæreant, de quibus dicitur,
quod *non erat conveniens teſtimonium illorum*) Marci 14. 59.
quidam, ſcilicet Amoræi, dicunt conſilium il-
lud Dominicum intelligi, ut omnia vendantur
& dentur pauperibus in affectu tantum, non in
effectu, ut ſemper poſſit quis eſſe paratus bea-
tior eſſe dando, quam accipiendo, adducentes
illud Apoſtoli: *Non ut aliis refrigerium *, no-* 2. Cor. 8. 13. *Vulg. remiſſio
bis autem tribulatio. Et illud Salvatoris *: *Qui* * al. Evangelium
habet duas tunicas, det alteram non habenti. Et
contra pauperes religioſos, dicentes conſilium Luc. 3. 11.
hoc proſequendum in effectu, ſicut planum eſt
feciſſe Apoſtolos, & primos credentes Jeroſoly-
mis, incredibiles ſtruunt calumnias, & blaſphe-
mantes movent capita ſua, dicentes: „ Vah
„ qui deſtruitis templum Dei, omnes volentes
„ eſſe religioſos; & quod niſi quis *Frater* fiat, Matth. 27. 40.
„ vel *Monachus*, Chriſtianus non eſt: quia qui
„ dixit: *Si vis perfectus eſſe, vade & vende* Matth. 19. 21.
„ *&c.* ille idem dixit: *Niſi quis renunciaverit
„ omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe di-
„ ſcipulus.*„ Qualiter ergo renunciatio iſta ſin-
gulis Chriſtianis eſt proſequenda? *Tantum ſe-
cundum affectum.* Sic ad vendendum & dandum
pauperibus tantum hortatur Chriſtus affectum,
non actum; animum & non manum; non in- Aliud eſt renunciare aliud relinquere.
telligentes, aliud eſſe renunciare omnibus, aliud
relinquere omnia. Unde Zacharias in *uno ex
quatuor* cap. LXVII. dicit: ZACHARIAS. Diſtat Zacharias In Biblioth. PP. To. 19. pag. 808.
„ ſane inter renunciare omnibus, & relinque-
„ re omnia: quia paucorum * perfectorum eſt
„ relinquere omnia, & ſolis æternis inhiare: * al. pauperum
„ cunctorum autem fidelium renunciare omni-
„ bus, hoc eſt, ſic terrena gerere, ut tamen
„ tota mente ad cœleſtia tendat.„ Hæc ille ex
Beda *ſuper Lucam.* Et ſic laudabilius agere di-
cunt, qui quædam ſua retinent, & quædam di-
ſtribuunt, quia utrumque conſilium impleve-
runt: primum, unde beatiores ſunt qui dant in
effe-

effectu; ſecundum, de renunciando ſingulis in affectu; quam Fratres vel ſancti Monachi, qui in affectu, & effectu omnia ſimul donant, cuncta ſimul contemnunt. In dubium veniret quibusdam, an Judæi, qui manum tantum, ideſt, peccandi cohibent factionem, ſint ſectæ hujus ſequaces? An qui animum quidem laxant, ſed facta reſtringunt, mitius errent? Peritis tamen dubium non eſt, quin iſti noſtri Amoræi Chriſto repugnent apertius: quia quem Chriſtus virum ſtultum dixit, iſti prædicant ſapientem:

Matth. 7. 26. * *Chriſtus*

Omnis (inquit *) *qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis eſt viro ſtulto, qui ædificavit domum ſuam ſuper arenam*. Eleemoſinarius Amoræorum audiet verba Chriſti de cuncta vendendo, & diſpenſando pauperibus, & pluſquam audire, etiam permittitur velle; ſed facere prohibetur.

Ariſtoteles 9. Metaph. 10. 17.

Et cum Ethnicus Ariſtoteles inſultet eis, fruſtra eſſe potentiam, quæ non reducetur ad actum; ſapientem eum dicunt & perfectum: quia ſupra arenam cuſtodiendam ſæcularis theſauri collocat domum ſuam. Scio Chriſtum in Evangelio abundantiorem perfectionem injunxiſſe diſcipulis:

Matth. 5. 41.

Dictum eſt antiquis (inquit): *diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum: Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros*. Et affectu animi non contentus, junxit effectum: *Benefacite his, qui oderunt vos*. Matth. v. Satis admirandum eſt, ſi ſola mente velis hoc facere; non tamen exequaris, non apponas manum ut facias: quod de Judæis dixit LEO PAPA.

Leo Serm. 55. pag. 125. Luc. 23. 21. Joan. 18. 31.

Nolentes crucifigere, & cla„ mantes *crucifige crucifige eum*, negabant ſe „ poſſe, dicentes: *Nobis non licet interficere* „ *quemquam*. Quid dicam ſuper hac ſpecie re„ ligionis & juſtitiæ? Quid hac clementiæ ſi„ mulatione crudelius? Quare ergo Judæi quod „ vobis non licet facere, licet velle? „ Hæc Leo Papa in ſerm. qui incipit, *Sponſionis*.

2. Scio hunc errorem prius tenuiſſe Vigilantium, quem ideo prædictis verbis Domini ſanctus confutavit Hieronymus in libro ſuo, quem edidit *contra blaſphemias Vigilantii*, dicens in hunc modum:

Hieronymus To.2.pag.400. Matth. 15.

HIERONYMUS. Quod „ (inquit) Vigilantius aſſerit, eos melius face„ re, qui utuntur rebus ſuis, & paulatim fru„ ctus poſſeſſionum pauperibus dividunt, quam „ qui, poſſeſſionibus venundatis, omnia ſemel „ largiuntur: non a me ei, ſed a Deo reſpon„ detur:

Matth. 19. 21.

Si vis perfectus eſſe, vade & vende „ *omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni*, „ *& ſequere me*. Ad eum loquitur, qui vult eſ„ ſe perfectus, qui cum Apoſtolis patrem, na„ viculam, & rete dimiſit. Iſte quem tu lau„ das, ſecundus aut tertius gradus * eſt, quem „ & nos recipimus, dummodo ſciamus prima „ ſecundis & tertiis præferenda. „ Hæc Hieronymus.

* *gradum iſtum ſtatim infra declarat Waldenſis.*

Attende quid in Vigilantio redarguit, & te in eodem exiſtima redargutum. Redarguit quod Vigilantius aſſerit, eos melius facere, qui rebus ſuis paulatim utentes, etiam pauperibus dividunt; & te in hoc redarguit, qui etiam cum Vigilantio poſtponis illis ſanctos pauperes, qui, cunctis ſuis venundatis, ſemel omnia largiti ſunt; ſi tamen ipſe eos redarguit, & non potius Chriſtum ipſum intulit contra vos ferentem ſententiam ſacræ Scripturæ: *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus &c.* Et iſtum ponit primum gradum benefaciendi. Secundum autem vel tertium illum, quem pariter commendaſti, omnia ſcilicet dare voluntatis promptitudine, ſed ſolum aliqua diſtribuere in effectu; ergo non poteſt conſilium illud de vendendo omnia facere pro ſecundis, quod, ſecundum Hieronymum, neceſſario oportet militare pro primis, ſcilicet, pro iis, qui omnia ſemel largiuntur pro Chriſto in affectu & in actu. Sed unde hoc habebat ſanctus Pater Hieronymus? Ex ipſa duplici ſecta fidelium, de quibus legimus in Actibus Apoſtolorum, quorum primi non tam perfectione, quam tempore primi, inſtar Apoſtolorum Chriſti, vendebant agros, & omnia, & ponebant pretia ad pedes Apoſtolorum, quotidie orantes in templo: quibus Apoſtoli faciebant collectas, ut frequenter dictum eſt de iſtis Act. IV.

Act. 2. 45. 46.

Poſtmodum creſcente numero fidelium, chriſtiani quidam Antiochiæ converſi ſunt, quibus decreto Petri, & totius Concilii Apoſtolorum, laxior regula injuncta eſt; ita ut utentes poſſeſſionibus, abſtinerent ab idolis immolatis, & ſanguine ſuffocato, & fornicatione. Act. XV. Una Eccleſia utriuſque populi, ſed diſpar meritum.

Act. 15. 28.

3. An putas ipſos chriſtianos Antiochiæ ipſis qui erant Jeroſolymis debere præferri, quia, ſecundum illud, *Beatius eſt magis dare, quam accipere*, quædam tam ad ſuum, quam ad pauperum uſum reſervabant: primi vero magis illud elegerunt implere, *Si vis perfectus eſſe vade, & vende &c.*? Quærit hoc idem lib. VII. cap. XVII. *de inſtitutis Monachorum* CASSIANUS.

Caſſianus To. 7. Biblioth. PP. Lugdun. pag. 49.

Qui (inquit) ſunt beatiores? utrumnam „ ii qui nuper de numero gentium congregati, „ nec prævalentes Evangelicam perfectionem „ conſcendere, adhuc ſuis ſubſtantiis inhære„ bant, in quibus fructus magnus ab Apoſtolo „ ducebatur, ſi ſaltem ab idolorum cultu, for„ nicatione, & ſuffocatis, & ſanguine revoca„ ti, fidem Chriſti cum ſuis facultatibus ſuſce„ piſſent; an illi, qui Evangelicæ ſatisfacien„ tes ſententiæ, crucem Domini quotidie por„ tantes, nihil ſibi de propriis facultatibus ſu„ pereſſe voluerunt?

Matth. 10. 38.

Cumque ille beatiſſimus „ Apoſtolus vinculis & carceribus obligatus, „ ſeu vexatione itineris impeditus, & ob hoc „ conſuetam victus ſubſtantiam parare, ut erat „ ſolitus ſuis manibus, non acquirens, a fratri„ bus, qui de Macedonia venerant, ſupple„ mentum ſuæ neceſſitatis ſe adſtruit * acce„ piſſe: nam *quod mihi*, inquiens, *deeſſet, ſup*„ *pleverunt fratres, qui venerunt de Macedonia*.

* *al.* aſſerit

2. Cor. 11. 9.

„ Et ad Philip. IV. ipſe etiam referens:

Philipp. 4. 15.

Scitis „ *& vos Philippenſes, quia in principio Evan*„ *gelii, quando profectus ſum a Macedonia, nul*„ *la mihi Eccleſia communicavit in ratione dati* „ *& accepti, niſi vos ſoli: quia in Theſſaloni*„ *cam & ſemel & bis in uſibus* * *mihi miſiſtis*.

* *al.* uſum

„ Eruntne, ſecundum iſtorum ſententiam, quam „ mente tepida conceperunt, & iſti beatiores „ Apoſtolo, quia de ſuis inveniuntur eis ſub„ ſtantiis impartiſſe, quia beatius eſt dare quam „ accipere? Hoc amens dicere quilibet non „ audebit. „ Hæc Caſſianus. Ubi jam habet locum gloſſa illa infundabilis, conſultum ſcilicet eſſe fidelibus, renunciationem omnium bonorum habere in affectu tantum, non in effectu: & non renunciantes omnia renunciantibus præponendos, quia beatius eſt dare, quam accipere? Satisfaciat gloſſator ille rationibus Caſſiani, ſi ſciat; quod ſi oporteat, gloſſet inſuper gloſſam ſuam; & videbit, quod portare non poterit ſententias Sanctorum Patrum trahentes ad oppoſitum. Item *de officiis* lib. I. cap. XXX. & ponitur in *Decretis*, AMBROSIUS.

Ambroſius To.1.pag.21. 3. Reg. 19. 21.

„ Dominus non vult ſimul effundi opes, ſed „ diſpenſari: niſi ut Eliſæus forte, qui boves „ ſuos occidit, & pavit pauperes ex eo quod „ habuit, ut nulla cura teneretur domeſtica, „ ſed relictis omnibus in diſciplinam ſe pro„ pheti-

„ pheticam daret. „ Hæc ille. Beatus inſuper Auguſtinus *de definitionibus rectæ fidei*, ſive *de Eccleſiaſticis dogmatibus* (quod idem eſt) dicit: AUGUSTINUS. Bonum (inquit) eſt facultates „ cum diſpenſatione erogare pauperibus. Melius pro intentione ſequendi Dominum inſimul * omnia donare, & abſolutum ſollicitudine egere cum Chriſto. „ Hæc ille. Ubi quod Auguſtinus dicit eſſe *melius*, primus gradus eſt, ſecundum Hieronymum, ſcilicet, ſemel & ſimul omnia donare. Et quod Auguſtinus poſitive *bonum* dicit, apud Hieronymum ſecundus vel tertius gradus eſt*: quod eſt facultates cum diſpenſatione erogare. Quod utique recipitur, & ſancto placet Hieronymo, hac conditione, quod non præjudicet primo gradui, quod non deroget meliori.

* Auguſtinus *To. 8. in app. pag. 79.*

* *M. ſemel*

* *Vide ſupra num. 2.*

4. Rhabanus vero contra illam gloſſulam tuam de renunciando bonis cum affectu, & non effectu: & qua renunciare affectu renunciationi præfers in effectu, ſic habet ſuper illum textum Matth. XIX. *Amen dico vobis, quia dives difficile intrabit in regnum cœlorum:* RHABANUS. „ Inter pecunias habere, & pecunias amare, „ nonnulla diſtantia eſt. Tutius autem eſt nec „ amare, nec habere divitias. „ Hæc ille. Ecce conſentit tibi Rhabanus, pecunias poſſidere poſſe ſine diſpendio charitatis. Nec eſt impoſſibile fieri quod juſſit Pſalmiſta: *Divitiæ ſi affluant nolite cor apponere*. Sed tutius eſt, (inquit) nec amare, nec habere pecunias. Quid eſt hoc *non amare*, niſi renunciare omnibus in affectu? Et quid hoc, *nec habere divitias*, ſi non ſit eis renunciare in effectu? Et hoc (inquit Rhabanus) conſervandæ perfectioni *tutius* eſt, non ſcilicet non amare tantum, ſed ſi *non amare* conjunxeris etiam *non habere*. Venerabilis inſuper Beda lib. III. cap. x. ſuper Evangelium Marci, quaſi eodem tenore dictandi: BEDA. Inter pecunias (inquit) habere, & pecu„ nias amare, multa diſtantia eſt. Multi enim „ habentes non amant. Sunt alii, qui & ha„ bent, & amant. Sed & alii, qui nec habe„ re, nec amare ſe divitias ſæculi gaudent, „ quorum tutior ſtatus eſt; qui dicere cum „ Apoſtolo valent: *Nobis mundus crucifixus eſt,* „ *& nos mundo*. „ Hæc Beda. Qui ergo tutiſſimus omnium ſtatus eſt, ille neceſſario erit in perfectione præcipuus: quia quod infirmitati, vel jacturæ propinquum eſt, tutum eſſe non poteſt. Nec obſtat, quod Apoſtolus quaſi prodigam ſanctitatem extinguens, dixerit: *Non ut aliis refrigerium**, *nobis autem tribulatio:* hoc enim in carnalibus illis dixit converſis Græciæ, Antiochenſium profeſſionis & ſectæ, de quibus jam ſupra * dixerat Caſſianus: „ Hi (inquit) „ nuper de numero gentium congregati, nec „ prævalentes Evangelicam perfectionem con„ ſcendere, adhuc ſuis ſubſtantiis inhærebant. „ Pandas alicubi, ſi potes, quod ſanctus Paulus hoc conſilium parcitatis ſanctis converſis Jeruſalem obtulit: & tunc contra ſanctos pauperes & religioſos modernos imperiale fulminabis edictum, & victorioſum illud quod optas tunc primo paries argumentum.

Matth. 19. 23.
Rhabanus *To. 5. lib. 6. pag. 112.*

Pſal. 61. 11.

Beda *To. 5. pag. 164.*

2. Cor. 8. 13.

* *Vulg. remiſſio*

* *num. 3.*

CAPUT XV.

Contra gloſſam Wicleffi, tenentem, quod illud Evangelicum, *Si vis perfectus eſſe &c.* habet locum in indiſpoſito tantum &c.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Verba illa Chriſti*, Si vis perfectus eſſe &c. *qua ratione expoſuerit Wicleffus.*
2. *Renunciatio omnium bonorum eſt ſimpliciter perfectionis initium, indiſpoſitionis vero per accidens.*
3. *Si renunciatio omnium bonorum eſſet indiſpoſitionis & imperfectionis indicium, ergo indiſpoſitus Joannes Baptiſta: ergo imperfecti multi Sancti.*
4. *Tempore Caſſiani hic error inter monachos pullulaverat, quod ſcilicet melius eſſet aliquid de ſuis bonis conſervare, quam omnia pro Chriſto vendere: quem errorem gladio verbi Dei, & Pauli exemplo ille reſcidit.*
5. *Plus dare, non eſt plura poſſeſſa dare, ſed poſt datum pauciora retinere, exemplo viduæ Evangelicæ.*

1. ALii autem ſucceſſores & hæredes iſtorum, ſed paterni artificii vilitudinem dedignantes, illam authoritatis illius gloſſam mutant; ſed patrum tamen ſuorum malitiam non declinant. Volunt cum primogenitoribus hujus hæreſis perfectionem Evangelicæ paupertatis, ſecundum dictamen illius oraculi, *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus*, infirmare: novo tamen, & non illo intoxicandi artificio, quo patres eorum, *affectualiter*, non *effectualiter*, docuerunt intelligi: ſed aliam iniquitatis ſemitam ad pervertendam Scripturam ſacram verſutus ille ſerpens Wicleffus invenit. Dicit enim in barbarizatione illius textus Matthæi: *Si vis perfectus eſſe &c.* ſicut habetur in principio libri hujus operis, cap. XII. per totum, quod hæc Chriſti ſen„ tentia illi juveni fuit injuncta pro optimo „ remedio contra ægritudinem avaritiæ, qua „ ipſe detinebatur in ſpecie. Vidit enim eum „ Chriſtus ſic eſſe indiſpoſitum, ut iſta tan„ tum via leniter ſanaretur. In quibuſcumque „ ergo aliis ſic facientibus non debet dici per„ fectio, ſed potius indiſpoſitio, ſicut erat in „ juvene. „ O ergo te deceptum, Hieronyme! qui quando Vigilantio perfectionem hanc de renunciando omnibus bonis voluiſti probare majorem illa, qua quidam res ſuas tenent, & ex ſuperfluo eleemoſinam tribuunt, Chriſtum pro parte tua intuleras * reſponſalem, dicens, quod Vigilantius „ eos aſſerit melius facere, „ qui utuntur rebus ſuis, & paulatim paupe„ ribus dividunt, quam illi qui poſſeſſionibus „ venundatis, ſemel largiuntur omnia. Non a „ me ei, ſed a Deo reſpondebitur: *Si vis per-* „ *fectus eſſe, vade & vende omnia &c.* „ Jam hoc Chriſti reſponſum Wicleffus audivit, & nec ſic acquieſcit, nec magiſtro ſuo Vigilantio ſatisfactum eſſe cognoſcit: quia *omnia vendere non erat in juvene perfectionis additio* (inquit) *ſed indiſpoſitionis imago*. Et quamvis illi melius erat ſic facere, cæteris tamen non poteſt eſſe regula generalis; ſed illis tantum proderit, qui illius indiſpoſitionis ſunt participes.

Matth. 19. 21.

Wicleffus

* *Cap. præced. num. 2.*

2. Sed quid moramur, & non probamus hoc eſſe perfectionis in homine, renunciare ſcilicet omnibus bonis ſimul, & ſimpliciter *perfectionis* initium: & non *indiſpoſitionis*, niſi per accidens; ſed ſimpliciter magnæ perfectionis, & ſanæ diſpoſitionis indicium? Ad hoc figuraliter inſtituit Dominus indicium diſcernendi formidoloſum hominem a pavido, in Deuteronomio ita dicens: „ Homo formidoloſus & cor„ de pavido non egredietur: vadat, & rever„ tatur in domum ſuam, ne pavere faciat cor„ da fratrum ſuorum, ſicut & ipſe timere per„ territus eſt. „ Super quem textum ſic habet in *Iſagogis* ſuis ſuper Deuteron. cap. XV. ISIDORUS.

Deuter. 20. 8.

Iſidorus pag. 485. DORUS. His verbis edocemur (inquit) non poſ-
„ ſe quemquam profeſſionem contemplationis,
„ vel ſpiritualis militiæ arripere exercitium, qui
„ adhuc nudari terrenis opibus pertimeſcit; ne
„ rurſum in infirmitate mentis revertatur, ſuo-
„ que exemplo alios ab Evangelica perfectione
„ revocet, & infideli terrore infirmet. Juben- A
„ tur itaque tales, ut deſcendentes e pugna,
„ revertantur in domum: quia non poſſunt du-
Jac. 1. 8. „ plici corde bella Domini præliare: *Vir* enim
„ *duplex animo inconſtans eſt in omnibus viis*
„ *ſuis*. Tales quippe oportet, ut ne initium
„ quidem renunciationis arripiant: quibus me-
„ lius eſt, ut in activa vita conſiſtant, quam
„ tepide contemplationem exequentes, majori
Eccl. 5. 4. „ diſcrimine ſe ipſos involvant. Melius eſt
„ non vovere, quam vovere, & non reddere. „
Hæc Iſidorus. Jam ſi Chriſtum non audiſti, non
auſcultaſti Hieronymum; ſaltem attende Iſido-
rum, tibi clariſſime repugnantem. Quod tu B
indiſpoſitionem nuncupas, ille nuncupat *poteſta-
tem*, appellat *audaciam*: tu potius *indiſpoſitionem*
perfectionem vocaſti perſonæ; ille dicit initium
eſſe neceſſarium non unius hominis, ſed totius
* Iſidorus. ſpiritualis militiæ. „ His edocemur (inquit *)
„ non poſſe quemquam profeſſionem contem-
„ plationis, vel ſpiritualis militiæ arripere exer-
„ citium, qui adhuc nudari terrenis opibus
„ pertimeſcit. „ Ita per oppoſitum qui non
pertimeſcit cunctis opibus nudari terrenis, ille
audax eſt, & aptus prælio Domini: ergo qui
cunctis nudatur terreſtribus, perverſiſſima inter-
pretatione vocatur *indiſpoſitus*, cum, ad ſenſum C
Matth. 19. 22. Chriſti, *animoſus* & *audax* debeat appellari. Qui
autem non renunciat; ſed, audita perfectione,
cum juvene triſtis abſcedit, ille formidoloſus
eſt, ille indiſpoſitus, ille pavidus: quem in do-
mum ſuam, relicta domo Domini, oportet ab-
ſcedere: qui nec initia contemplationis, vel mi-
litiæ ſpiritualis tentare permittitur, ne infirmi-
tate mentis per avaritiam captus apoſtatet, &
ab Evangelica perfectione exemplo ſuo corru-
pto revocet fratres, qui alioquin debuerunt eſſe
conſtantes. O ergo virum improviſum, & ver-
bum mendax, verbum inconſulte prolatum:
quod oportuit renunciare juvenem, ejus erat D
indiſpoſitio, quæ nullius debet eſſe regula per-
fectionis, niſi pariter, ut ille, fuerit indiſpoſi-
tus!

3. Ergo Joannes Baptiſta propter indiſpoſitio-
nem ſuam renunciat, & in annis teneris toti
Luc. 3. 3. ſæculo valedicit: & Chriſtus Deus noſter, &
ſinguli Apoſtoli, qui, mandato ejus, renuncia-
Luc. 14. 33. tionem hanc Evangelicam inchoabant, omnes
erant indiſpoſiti. Et totus ille cœtus pauperum
Act. 4. 32. converſorum Jeruſalem, & omnes quotquot erant
præordinati a Deo in ſpecialem numerum di-
ſcipulorum ejus adſcribi, ut eſſent columnæ
Eccleſiæ, omnes erant infirmi, omnes erant in- E
Matth. 6. 19. diſpoſiti æruginoſum cuſtodire theſaurum. Et
illi carnales Antiochiæ, & in cæteris partibus
Græciæ facultatibus ſuis dimiſſi, ipſi e contra-
rio fortes erant, & *bene diſpoſiti* appellandi.
Miror, quod egregius Auguſtinus hanc inter-
* Cod. Ferrar. ſcholam pretationem * non expoſuit *Læto*, cui ad hanc
renunciationem Evangelicam properanti, hoc
tantum injunxit, ut facultates ſuas prius matri
ſuæ & domeſticis, quam pauperibus partiretur
Auguſtinus To. 2. Epiſt. 243. pag. 871. num. 12. extraneis. AUGUSTINUS. Si quid ſane pecuniæ
„ res tua familiaris habet, cujus te implicari
„ negotio nec oportet, nec decet, revera tri-
„ buendum eſt matri, & domeſticis tuis. Ho-
„ rum quippe indigentia, ſi pauperibus, ut ſis
„ perfectus, inſtituiſti diſtribuere talia, primum
„ apud te locum obtinere debet. Si quis enim
„ ſuis, & maxime domeſticis (ait Apoſtolus) 1. Tim. 5. 8.
„ non providet, fidem negat *. „ Hæc Augu- * M. negavit
ſtinus Epiſt. *ad Lætum*, inter Epiſtolas xx. Sed
ſic merentur publice deviare qui ſtratam regiam
dedignantur incedere. Si enim expoſitionem
ſanctorum Eccleſiæ Patrum non habuiſſent exo-
ſam, non habuiſſent frontem ſuam attritam
contra Chriſtum, contra Apoſtolos, contra pau-
peres Evangelicos totiens repercuſſam. Et hæc
omnia, ut faveant divitibus, quorum ſunt prom- Pſal. 143. 13. 14. 15.
„ ptuaria plena, eructantia ex hoc in illud:
„ oves eorum fœtoſæ, filiæ compoſitæ in ſimi-
„ litudinem templi: ideo beatum dixerunt po-
„ pulum, cui hæc ſunt: „ *Beatius eſt dare* (in- Act. 20. 35.
quis) *quam accipere*. Et ſanctos pauperes, di-
centes: *Beatus populus, cujus eſt Dominus Deus* Pſal. 143. 15.
ejus, nolentes dominari ab hoc ſæculo; ſed, ut
Chriſtus ſit dominus ſuus, omnibus valedicunt,
omnia pauperibus largiuntur, *inſulſos* vocant,
damnant *indiſpoſitos*. Importune nimis errant,
cum tantum extollunt beatitudinem divitum,
& beatitudinem ſpiritu pauperum pro ſumma
damnant miſeria. Tolerabile foret beatos dice-
re eleemoſinarios divites, ſi non propter eos
exaltandos deprimerent Evangelicos inopes o-
mnia relinquentes: ſic intelligo, ſicut apud
Hieronymum tolerari potuit Jovinianus, cum
extulit nuptias; non autem cum, propter nu-
ptias commendandas, obruit cœlibatum.

4. Joannes Caſſianus reperit iſtam hæreſim
diebus ſuis inter monachos pullulare, & autho-
ritate Scripturæ eam condemnat, maxime ge-
ſtis Pauli. CASSIANUS. *Beatius eſt* (inquit) *ma-* Caſſianus To. 7. Biblioth. PP. Lugdun. pag. 48.
„ *gis dare, quam accipere:* cujus interpretatio-
„ ne praviſſima enervatam illam putant ſenten-
„ tiam, qua dicitur: *Si vis perfectus eſſe, va-* Act. 20. 35. Matth. 19. 21.
„ *de & vende omnia quæ habes, & da paupe-*
„ *ribus: & habebis theſaurum in cœlo, & ve-*
„ *ni, & ſequere me*. Ex hoc arbitrantur colo-
„ re divitias ſuas abjicere non debere, beatio-
„ res ſe ipſos pronunciantes, ſi priſtinis ſuffùl-
„ ti ſubſtantiis, aliis quoque de earum ſupe-
„ rabundantia largiantur: dumque erubeſcunt
„ pro Chriſto glorioſam cum Apoſtolo ſuſci-
„ pere nuditatem, nec opere manuum, nec
„ monaſterii parcimonia volunt eſſe contenti:
„ quibus ſupereſt ut aut circumvenire nove-
„ rint ſemetipſos, & nequaquam renunciaſſe
„ huic mundo, divitiis priſtinis incubantes:
„ aut ſi profeſſionem monachi re atque opere
„ cupiunt experiri, diſperſis abjectiſque omni-
„ bus, nihilque ſibi ex his, quæ renunciave-
„ runt, ſervantes, cum Apoſtolo glorientur *in*
„ *fame, & ſiti, in frigore & nuditate*. Quaſi 2. Cor. 11. 27.
„ vero & ille ſimiliter non potuerit facultati-
„ bus priſtinis ſuſtentari, qui ſe non ignobi- Act. 22. 26.
„ lem, etiam in mundi hujus ordine fuiſſe te-
„ ſtatur, cum ſe aſſerat a nativitate civis Ro-
„ mani dignitate prælatum, ſi hoc eſſe ad per-
„ fectionem commodius judicaſſet. Et illi, qui
„ in Jeroſolymis, cum eſſent poſſeſſores domo- Act. 4. 32.
„ rum aut agrorum, vendentes omnia, nihil-
„ que ſibi penitus reſervantes, afferebant eo-
„ rum pretia, & ponebant ante pedes Apoſto-
„ lorum; non potuerint neceſſitatem corporis
„ cum facultatibus propriis ſuſtentare, ſi hoc
„ perfectius fuiſſet ab Apoſtolis judicatum; vel
„ ipſi eſſe utilius probaviſſent. Sed univerſas
„ ſimul abjicientes ſubſtantias, maluerunt la-
„ bore proprio, vel collectione gentium ſuſten-
„ tari: de quorum ſumptu Sanctus Paulus ad
„ Romanos ſcribens, ſuumque eis in hoc mi- Rom. 15. 25.
„ niſterium prædicans, ac ſubtiliter eos ad hanc
„ tolerantiam provocans, ait: *Nunc vero pro-*
„ *ficiſcor Jeruſalem miniſtrare ſanctis. Compla-*
„ *cuit*

„ *cuit enim Macedoniæ atque Achajæ collectio-*
„ *nem facere in pauperes ſanctorum, qui ſunt in*
„ *Jeruſalem. Complacuit enim, & debitores ſunt*
„ *eorum: quoniam ſi ſpiritualium eorum factæ*
„ *ſunt gentes participes, debent & in carnali-*
„ *bus miniſtrare eis.* Ad Corinthios quoque, ho-
„ rum ſollicitudinem gerens, ſcribens cohorta- A
„ tur eos, ut ante adventum ſuum collectio-
1. Cor. 16. 1. „ nem, quanto poſſent ſollicitius, præparent:
„ *De collectis autem, quæ fiunt in ſanctis, ſi-*
„ *cut ordinavi Eccleſiis Galatiæ, ita & vos*
„ *facite. Unuſquiſque veſtrum per unam ſab-*
„ *bati theſaurizet apud ſemetipſum, recondens*
„ *quod ei beneplacuerit, ut non, cum venero,*
„ *tunc collectæ fiant.* „ Hæc Caſſianus ibidem, ſcilicet, *in inſtitutis Monachorum*, lib. VII. capit. XVI. & XVII. Vel ergo probent adverſarii paupertatis perfectæ ſanctum Paulum infatuatum eſſe, volentem & pejorem miſeriam, & perfectionem omnino minorem majori dilectioni, & plus habenti ſanctitatis præponere. B Et ſanctos etiam converſos Jeruſalem eodem ſpiritu Pauli ſingula relinquentes eodem argumento redarguant imperfectos: vel ſanctam penuriam, quæ neceſſario cogitur accipere, converſis Antiochenſibus * (cujuſmodi profeſſionis jam fere omnes chriſtiani delectantur eſſe ſequaces) nulla ſuæ mentis audacitate poſtponant.

* Vide ſupra cap. 14. num. 2. & 3.

5. Sed forſan interrogant, qualiter ergo beatiores erunt dantes, niſi beatiores ſint plurima reſervantes, ut plurima largiantur? Si ſciretis * donum Dei, & quantitatem perfectionis Evangelicæ, tunc ſciretis * in hac C concluſione ſubdenda totam vim latere reſponſi: quod quanto minus habet quis, quod det, tanto beatior eſt dans: & inde dantis meritum cumulatur. Vide, quam plana eſt ad hoc ſententia Chriſti in vidua. *Hæc* (inquit) *plus omnibus dedit:* quia iſta quæ habuit neceſſaria; cæteri omnes de eo, quod eis ſuperabundaverat, erogabant. PLUS ERGO DARE, NON EST PLURA poſſeſſa dare, ſed poſt datum pauciora relinquere. Non eſt ergo reſervanda pecunia, ut beatius ſit ipſi dare; immo omnia ſunt ipſi deferenda, ut, cum aliquid det, poſſit ſimul omnia dare: & cæteris in majori D quantitate donantibus ipſe tunc beatius dabit, dando quod minus eſt; immo minutum. Unde lib. II. cap. IV. & V. *de officiis*, AMBROSIUS. Nullum adminiculum præſtant divitiæ ad

* al. ſentitis
Joan. 4. 10.
* al. ſentitis
Luc. 21. 3.
Ambroſius To. 2. pag. 74. num. 15.

„ beatam vitam. Quod evidenter Dominus de-
Luc. 6. 20. „ monſtravit in Evangelio, dicens: *Beati pau-*
„ *peres, quoniam veſtrum eſt regnum cœlorum.*
„ *Beati qui nunc eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam,*
„ *quoniam ipſi ſaturabuntur. Beati qui nunc fle-*
„ *tis, quia ridebitis.* Itaque paupertatem, fa-
„ mem, dolorem, quæ putantur mala, non ſo-
„ lum impedimento non eſſe ad vitam beatam;
„ ſed etiam adjumento, evidentiſſime demon- E
„ ſtratum eſt, & pronunciatum. Sed & illa,
„ quæ videntur bona, divitias, ſatietatem, læ-
„ titiam expertem doloris, detrimento eſſe ad
„ fructum beatitudinis, dominico declaratum
Luc. 6. 24. „ judicio liquet, cum dicitur: *Veh vobis divi-*
„ *tibus, qui habetis hic conſolationem veſtram.*
„ *Veh vobis, qui ſaturati eſtis, quia eſurietis;*
„ & illis qui rident, quia lugebunt. Sic ergo
„ non ſolum adminiculo ad vitam beatam cor-
„ poris non ſunt externa bona; ſed etiam di-
„ ſpendio ſunt. „ Hæc ille ibidem.

CAPUT XVI.

Contra inferentes, quod profeſſores paupertatis ſponte exponunt ſe periculo vitæ.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Non ſunt fatui, neque ſe periculo vitæ exponunt Religioſi paupertatem voventes.*
2. *Si Zachæus, qui ſua diſpenſavit, & Matthæus, qui non tantum facultates reliquit, ſed inſuper omnem cogitationem corporalis victus abjecit, non fuerunt fatui; cur fatui erunt religioſi, omnia pro Chriſto relinquentes?*
3. *Ab initio diſcipulis Chriſti paupertatis diſciplina placuit, & grata fuit.*

1. VExant * iterum Chriſti pauperes adverſarii paupertatis: & quod non poſſunt ſcripturis, nec rationibus valent, ſaltem cura victus carnalis, profeſſionis noſtræ jejunium ſolvere moliuntur, reclamante illis magiſtro gentium, *Curam carnis ne feceritis in deſideriis.* Ipſi vero e contrario conſulentes: „ Tanta pau-
„ pertate veſtra (inquiunt) exponitis vos ar-
„ ticulo mortis, & famis ultroneæ (*a*): & per
„ hoc Deum tentare videmini; quod a perfe-
„ ctione vitæ longe diſtat. Si enim inter Pa-
„ ganos, vel alias indevotas gentes vos mora-
„ ri contingat; aut neceſſario habebitis ſolve-
„ re quod voviſtis, aut famis ſuſtinere diſpen-
„ dium. „ Sed hic ex parte Chriſti pauperum reſpondetur, quod ſancti Patres noſtri, Chriſti diſcipuli, hujus ſpontaneæ paupertatis patroni, ſic inter profeſſionem paupertatis & periculum neceſſitatis diſcretiſſime mediabant, ut nec unum paterentur nec alterum, diſpenſatione ſaltem Chriſti, non ſua. Audite namque quod Chriſtus, qui inſtituit ne peram, vel pecuniam, nec quidquam geſtarent in via tempore pacis; pace mutata, & ſubſecuta perſecutione, juſſit & ſacculum tollere * ſimul & peram:
„ Quando miſi (inquit) vos ſine ſacculo & pe-
„ ra, numquid aliquid vobis defuit? At illi
„ dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: ſed nunc
„ qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & pe-
„ ram. „ Luc. XXII. Super quod Zacharias Chryſopolitanus in *uno ex quatuor*, ſub authoritate Bedæ: ZACHARIAS. Sunt virtutes ſem-
„ per tenendæ, ut miſericordia, humilitas, ca-
„ ſtitas, fides, ſpes, charitas: ſunt & aliquan-
„ do omittendæ, ut fames, ſitis, vigiliæ, ora-
„ tiones, labor operandi & docendi. Quas ſi
„ quis ſemper exequendas putaverit, non mo-
„ do ſe earum fructu privabit, ſed & notam
„ incurret ſtultitiæ. Magiſter itaque virtutum;
„ ut inſinuaret diſcretionem, præcepit diſcipu-
„ lis ad prædicandum miſſis, ne quid in via
„ tollerent, ſed de Evangelio viverent. Tem-
„ pore vero perſecutionis decrevit pecuniam
„ victui neceſſariam tollere, donec tempus Evan-
„ gelizandi rediret, ſopita perſecutione. „ Hæc ille. Hoc moderamine diſcretionis utuntur Religioſi Chriſtiani in abdicatione temporalium, ſine ſolutione voti emiſſi, quo, ſecundum præmiſſa, utebantur Apoſtoli, ſine nota falſitatis, vel prævaricationis mandati; cum votum profeſſionis ſuæ voto Apoſtolorum non poterit eſſe majus, dicente Auguſtino, ut ſupra * diximus, quod *hoc votum potiſſime voverant.* Stricta enim neceſſitas mutat exercitium, non ſolvit promiſſum,

* al. pulſant
Rom. 13. 14.
a
* Editi portare
Luc. 22. 35.
Zacharias in Biblioth. Patrum, To. 19.
* cap. 5. num. 2.
Stricta neceſſitas mutat exercitium, non ſolvit promiſſum.

(*a*) Hoc dictitant etiam Lutherus & Brentius, ut ſupra in fine cap. 5. notatum eſt.

ſum, maxime ſi cum diſpenſatione Prælati, loco Chriſti, profeſſor ſecus faciat, quam vovebat: de cujuſmodi diſpenſationibus poſtmodum dicetur ad liquidum *.

* Vide infra art. 3. cap. 44.

2. Quod ſi ideo ſtulti ſunt profeſſores moderni, quia ſic proprietatem abdicant, ut nihil omnino ſibi reſervent: quia de poſſibili, neceſſitatis periculo ſe exponunt; non ergo debuit dixiſſe Chriſtus Zachæo: *hodie domui huic ſalus facta eſt*; ſed: *grande periculum factum eſt*, &, de poſſibili, *magna ſtrages ſalutis*, cum ſcilicet ille Zachæus ad monita Chriſti, hinc diſpenſando pauperibus, hinc fraudata reddendo, omnia ſua devovit, totam ſubſtantiam denudavit, ſicut ait Doctor Theophilus ſuper illud Lucæ, *dimidium bonorum meorum do pauperibus*: THEOPHILUS. Si ſubtilius (inquit) indagare velimus, nihil ipſi „ de propriis reſtabat facultatibus. Data enim „ medietate bonorum pauperibus, ex reſiduo „ reddebat læſis quadruplum. Non ſolum hoc „ promittebat, ſed faciebat. Non enim ait: „ *dabo* medietatem, & *reſtituam* quadruplum; „ ſed *do*, & *reddo*. At Chriſtus etiam ei ſalutem annuntiat dicens: *Quia hodie ſalus huic* „ *domui facta eſt*. „ Hæc ille. Quid etiam dicent Adverſarii (*a*) & ad ſanctum Evangeliſtam Matthæum, quem jam Chriſtus vocavit a teloneo ad arcem Apoſtolatus: qui etiam ad verbum ſic vocantis, & ſic inſpirantis Chriſti, tam ardenti voto cuncta deſeruit, ut non tantum relinqueret facultates, ſed inſuper omnem cogitationem, omnemque memoriam corporalis victus; ut ſic merito reputaretur, ac eſſet unus de principibus populi ſui? Unde ſuper Marcum, lib. 1. cap. VII. de eodem Evangeliſta loquens dicit BEDA. Ideoque ut pauperem Chriſtum, non tam greſſu, quam affectu conſectari potuiſſet, reliquit propria, „ qui rapere ſolebat aliena — Sequitur — Tanta enim cupiditate ſequendi Dominum ductus eſt, ut in nullo prorſus hujus vitæ reſpectu vel cogitationem ſibimet reſervaverit. „ Hæc Beda. Neſcio jam ſi velint dicere, quod Matthæus relinquens liberrime cuncta victui neceſſaria, fuerit improvidus; aut quod Chriſtus ſic vocans exterius, & ſic inſpirans interius, promovit eum in *fatuum*, quem prædeſtinavit ipſe Apoſtolum, & Eccleſiæ Senatorem *: quia non ſolum ad nihilum redegit valde omnem exteriorem ſubſtantiam, de qua viveret; ſed nec ejus memoria ipſi ſuperfuit, nec cogitatio ſervabatur. Puto ergo, quod hoc facere non ſit tentare Deum, vel ſe exponere periculo propriicidii; ſed potius ſit armaturam fidei ſumere, & Domini dictis fidem dare, qui vetuit cogitare de craſtino: quoniam lilia agri non ſerunt, neque nent; & tamen non ſic veſtitus eſt Salomon in omni gloria ſua. Beatus vero Hieronymus ſic inſtruxit ſanctam Euſtochium in Epiſtola ad eamdem, quæ incipit: *Audia Filia*, & eſt Epiſtola XXII. HIERONYMUS. Cogitatio victus (inquit) ſpinæ ſunt „ fidei, radix avaritiæ, cura gentilium. At dicis: Puella ſum delicata, & quæ meis manibus laborare non poſſim: ſi ad ſenectam „ venero, ſi ægrotari cœpero, quis mei miſerebitur? Audi ad Apoſtolos loquentem Jeſum: *Ne cogitetis in corde veſtro, quid manducetis, aut corpori veſtro quid induamini*. „ *Reſpicite volatilia cœli, quoniam neque ſerunt*, „ *neque nent, neque metunt, neque congregant* „ *in horrea; & Pater cœleſtis paſcit illa*. Si „ veſtis defuerit, proponantur lilia; ſi eſurieris, beatos audias pauperes, & eſurientes; „ ſi afflixerit dolor, legito: *Propter hoc complacebo mihi in infirmitatibus meis*. Illa tibi ſemper in ore vox reſonet: *Nudus exivi* * *de utero matris meæ, nudus & redeam* *. Nihil intulimus in hunc mundum: neque auferre „ quid poſſumus. „ Hæc ille.

Luc. 19. 9. — v. 8. — Theophilus — a — Matth. 9. 9. — Beda To. 5. pag. 105. cap. 2. — * Cod Vat. ſervatorem — Pſal. 77. 59. — Matth. 6. 31. Luc. 12. 27. — Hieronymus To. 1. Epiſt. 22. pag. 114. num. 31. — Matth. 5. 25. & 26. — Matth. 5. ibid. — 2. Cor. 12. 10. — Job 1. 21. — *Vulg. egreſſus ſum — *Vulg. revertar illuc

3. Ab initio ergo electis Chriſti pauperibus hæc diſciplina placuit paupertatis, & ſemper grata fuit perfectis ſtudentibus Jeſu Chriſti. Non tamen ſemper placuit; immo diſplicuit ſcholaribus (*b*) juvenis locupletis: ipſe enim triſtis abſceſſit. Sed ne ſolus abſcederet, moderni Doctores, divitiarum palpones, comites itineris cum eo vadunt, laudantque ſententiam juvenis cupidi. Laudemus & nos decretum pauperis Chriſti noſtri. „ O ME MISERUM! QUI DUM „ PROFITEBAR PAUPEREM FRATREM CARMELITAM, non ſatis dilexi paupertatem (*c*), nec „ adhæſit anima mea ex integro poſt Jeſum „ Chriſtum! Quis dediſſet mihi intellectum ad „ ſcrutandum legem ejus in toto corde meo: „ & ſpinas illas cogitationis ſæcularis illecebræ, (quas mihi inſeruit ille qui ſeminavit „ zizania in terram meam *, ille dico, qui „ docuit juvenem divitem triſtitiam ſuam) „ ſuccendiſſem, inceneraſſem in clibano charitatis. Non tunc memini de facto Matthæi, „ non devotionis Zachæi: non tunc recolui „ quid Hieronymus docebat Euſtochium, quid „ alias Apoſtolorum affectum occupavit, oblivioni dantium ſua cibaria, cum properarent „ in deſertum. De quibus dicit ſcriptura Matth. „ XVI. *Cum veniſſent diſcipuli trans fretum*, „ *obliti ſunt panes accipere*. Ubi dicit GLOSSA: „ Tanto amore magiſtri detinebantur, ut nec „ etiam ad punctum vellent ab eo recedere. „ Advertendum ergo, quantum alieni eſſent ab „ appetitu divitiarum, cum tam parvam haberent de neceſſariis curam, ut etiam obliti „ ſint panes accipere, ſine quibus humana fragilitas ſubſiſtere non poteſt. „ Hæc ibi. Item Ambroſius libro *de fuga ſæculi*, cap. VI. hoc idem aſſerens de Elia propheta, dicit: AMBROSIUS. Deſertum quæſitum fuga eſt bonum, ad „ quod fugit Elias, Eliſæus, & Joannes Baptiſta. Fugit Elias mulierem Jezabel, ideſt, „ effuſionem vanitatis, & fugit ad montem „ Oreb. — Et ſequitur — Ita fugiens ſæculum, „ ut nec cibum corporis hujus exquireret, niſi quem aves detuliſſent ei miniſtræ, quamquam eſca ejus plerumque terrena non fuerit. Denique quadraginta diebus in virtute „ eſcæ, quam acceperat, ambulavit. Utique „ mulierem non fugiebat Propheta tantus, ſed „ hoc ſæculum. „ Hæc ille. Sed quid quærimus amplius? Sufficit nobis paupertas noſtra, ut divitiæ comparentur *. Sed ſi injuriaris a pravis, vide quot nautæ, quot negotiatores exponunt ſe periculis Pelagi, quot milites periculis belli dubii, quot opifices periculis grandis & ſublimis ædificii; & cæteri tales, quorum eſt juſtum artificium; & nullus eorum certe, qui occaſione temporalis emolumenti laborant, accuſatur, quaſi tentet Deum, aut quaſi periculis ſuis ſtudeat: ſed ſolus Chriſti pau-

Matth. 19. 22. — b — c — Pſal. 118. 34. — Matth. 13. 25. — * MSS. Codd. bonam — Matth. 19. 22. — Matth. 9. 9. Luc. 19. 8. — Matth. 16. 5. — Ambroſius To. 1. pag. 431. num. 34. — 3. Reg. 19. 3. — * al. computentur

(*a*) In editione Veneta male irrepſit, *quid etiam dicet adverſarius*, contra editos & MSS. Codd.

(*b*) Ed. V. *Scholaribus talibus, qualis ille juvenis Evangelicus, qui triſtis abſceſſit*.

(*c*) In paupertate votiva Clauſtralium grande eſt ruinæ periculum. Unde non mirum, ſi aliquando ceciditſe timeat cum multis, etſi inter multos eximius eſſet ſanctæ paupertatis zelator Thomas Waldenſis.

pauper tentator Dei dicitur, & proviſor ſui pe-
Pſal. 54. 23. riculi; quia ex integro jactat cogitatum ſuum
in Domino, ibi figens fidei ſuæ anchoram, ubi
Seneca nequit eſſe periculum. Seneca vero dicit: SE-
Epiſt. ad Lucilium NECA. Non eſt, quod te nimis laudes, ſi con-
„ tempſeris aureos lectos, & gemmatam ſupel-
„ lectilem. Quæ eſt enim virtus, ſupervacua A
„ contemnere? Tunc te admirare, cum contem-
„ pſeris neceſſaria. „ Epiſt. XXI. *ad Lucilium*.
Job 16. 2. Oneroſi ergo ſunt iſti conſiliarii, velut amici
Job. Sed, rogo, remittant curas ſuas de cæte-
ro, nec multum ſollicitentur in noſtris pericu-
lis: quia ſemper eligibilius erit verum Chriſti
Matth. 8. 24. pauperem in Apoſtolica navi eſſe, & periclita-
ri cum Domino, quam firmiſſimum occupa-
re thronum in atrio Caiphæ remote a Chri-
ſto.

CAPUT XVII.

Utrum ſcrutandum cui eleemoſinam porrexeris, ne forte dederis peccatori.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Qui inficiantur eleemoſinam factam peccatori, ſimiles ſunt Judæ proditori, & Phariſæis.*
2. *Non ſunt inveſtiganda peccata hominum, quibus benefacturi ſumus, ſed cuilibet petenti nos tribuendum, etſi peccator ſit; licet non ea intentione, ut illius peccatum foveamus.*

1. UNdecimo loco, quem prævaricator Ju-
das primo cauſavit inter Apoſtolos,
inſtant adverſarii paupertatis, & huc illucque
Joan. 12. 4. 5. diſcurſant, rapti forſan ſpiritu proditoris: qui
dum Chriſti unctioni detraxit titulo pauperum,
quos verbaliter tantum promovit, lucris ſuis
* *Subaudi* hæretici conſuluit. Ac iſti Domini moderni* ſimili ſtu-
dio manus donantium ab eleemoſina revocant,
ubi donatarios non convincunt; & terrent eos
conſcientia fractæ legis, quos non ſuperant ra-
* *Wicleviſtæ* tione. „ Sapiens dicit (inquiunt*) *Da miſericor-*
Eccli. 12. 4. „ *di, & non ſuſcipias peccatorem*. Cavendum D
„ ergo eſt, & ſubtiliter inveſtigandum, quis
* *al.* ritus „ ſit, cujus converſationis & vitæ*, cui elee-
„ moſinam dederis, ne ſub velamine pietatis,
* *Confer cum* „ contra jus divinum foveas peccatores*. Non
dictis ſupra a „ enim ſimpliciter ponderavit dictum, ubi ne-
Wicleffo lib. 2. „ gativam addidit, quæ ad ſemper obligat;
cap. 8. 61. 65. & 81. „ *Da miſericordi* (inquiens), *& peccatores ne*
„ *ſuſcipias*. „ Et nonne iſtiuſmodi ſuſurrones
ſunt de ſchola Scribarum & Phariſæorum,
qui facientes conſcientiam ejuſdem Scripturæ
contra Chriſtum, etiam redarguuntur a Chri-
* MSS. Codd. redemptæ ſto ſub parabola ovis perditæ & reinventæ*?
Luc. 15. 2. *Murmurabant* (inquit Evangeliſta) *Scribæ &*
Phariſæi, dicentes quia hic peccatores recipit &c.
Luc. XV. Ubi *gloſſa interlin.* „ Quaſi contra-
„ rius eſt legi, quæ hoc prohibet, eum di-
„ cit: *Da miſericordi, & non ſuſcipias pec-*
„ *catorem*. „

2. Sed & nonne audiunt Scripturam iterato
Luc. 6. 30. dicentem: *Omni petenti te tribue?* Si peccato-
ri petenti te eleemoſinam denegas, jam non
omni petenti te tribuis. Cur igitur, ſi dederis
peccatori, conſcientia legis te retinet, quæ pec-

catoribus tribuere prohibet? Sed mihi videtur,
quod diligenti viro duo adſunt remedia ſugien-
di in hac materia laqueos Lollardorum: aut
ſcilicet peccatori nolle dare quidquam inten-
tione fovendi eum in ſuis peccatis, ſed titulo
pietatis; & hoc Auguſtino videtur: aut nolle
ſcrutari peccata hominum, ſed ſimpliciter tri-
buere, ſecundum illud Apoſtoli, *nihil interro-* *1. Cor. 10. 27.*
gantes propter conſcientiam; & hæc via placet
Chryſoſtomo: utraque vero placet Eccleſiæ.
Unde Diſt. XLII. cap. *Quieſcamus*, ſub authoritate
Chryſoſtomi *ſuper Epiſt. Sancti Pauli ad Hebr.*
* hom. XI. CHRYSOSTOMUS. Quieſcamus (in- * Chryſoſtomus
„ quit) ab hac abſurda curioſitate, & diaboli- *apud Gratian.*
„ ca, & peremptoria. Si enim in clero ele- *pag. 269.*
„ ctum ſe eſſe dicat, ſi Sacerdotem ſe eſſe no-
„ minat, ſcrutare: non enim ſine periculo in
„ talibus indiſcuſſa communicatio eſt. Circa
„ majora periculum vertitur: non enim das, ſed
B „ accipis. Si vero pro nutrimento poſtulat,
„ ne in his examines (*a*). Inquire quomodo a
„ Abraham hoſpitalem ſe circa omnes oſten- *Gen. 18. 3.*
„ debat. Si ſcrutator fuiſſet circa omnes reſu-
„ gientes ad ſe, nunquam angelos recepiſſet ho-
„ ſpitio. Fortaſſis non putaſſet eos angelos,
„ ſed cum reliquis repuliſſet: ſed quoniam o-
„ mnes recipiebat, ſuſcepit & angelos. Non
„ enim ex vita eorum, quos accipis, mercedem
„ tibi retributurus eſt Deus; ſed ex voluntate
„ & honorificentia multa, ex miſericordia, ex
„ bonitate. „ Hæc Chryſoſtomus. Et iterum
dicit idem in eodem loco: „ Si indifferenter
C „ omnibus demus, ſemper miſerebimur: SI AU-
„ TEM DISCUTERE COEPERIMUS, nunquam mi-
„ ſericordiam præſtabimus. „ Hæc ille. Con-
corditer etiam dicit libro *contra quinque hære-*
ſes, hæreſi ſecunda, quæ eſt *Judæorum*, AUGU- * Auguſtinus
STINUS. Habemus in libro qui vocatur *Geneſis:* *To. 8. pag. 4. in app.*
„ *Venerunt duo Angeli Sodomam veſpere, ſeden-* *Gen. 19. 1.*
„ *te Loth pro * foribus Civitatis: quos cum vi-* * *Vulg.* in
„ *diſſet, ſurrexit, & ivit obviam eis*. Quid plu-
„ ra? Surrexit, & obſecutus eſt eis (*b*). Con- b
„ ſuetudine hoſpitalitatis liberatus a periculo
„ Civitatis, & temporale evaſit incendium, &
„ æternum conſecutus eſt præmium. Diſcite
„ chriſtiani, diſcite ſine diſcretione exhibere
„ hoſpitalitatem, ne forte cui domum clauſe-
„ ritis, cui humanitatem denegaveritis, ipſe
„ ſit Chriſtus. „ Hæc Auguſtinus. Iterum et-
iam Chryſoſtomus prohibet inveſtigare de Chri-
ſti pauperibus, quis ſanctus ſit, aut quis pec-
cator: & culpat illos, qui quærunt ſibi ſolos
Monachos, aut alios juſtiſſimos viros, quibus
opes ſuas diffundant, relictis aliis citerioris con-
verſationis hominibus: quia & illi jidem (in-
quit) INTANTUM SCRUTARI ASSUESCUNT, QUIS
SANCTUS SIT, quiſve alius, ut finaliter nec ſan-
E ctus ipſis placeat, niſi miracula operetur. CHRY- * Chryſoſtomus
SOSTOMUS. Sanctificatur (inquit) vir infidelis *To. 4. pag. 1542.*
„ in uxore fideli; & mulier infidelis in mari- *1. Cor. 7. 14.*
„ to fideli: quoniam ſanctimoniam fides facit.
„ Et ſi laicum in circumſtantia*, ideſt, in * *Subaudi* egeſtatis
„ pubblico viderimus, porrigamus manum, ne
„ in eos, qui in montibus ſedent, ideſt, ere-
„ mitis, ſolum ſimus ſtudioſi. Nam ſancti qui-
„ dem ſunt illi* & vita & fide: ſancti vero * *Eremitæ*
„ & hi* fide: multi autem & vita ſunt ſan- * *Laici*
„ cti. Nec ſi viderimus Monachum in carce-
„ re, tunc intremus ſolum: ſi viderimus vero
„ lai-

(*a*) Gloſſa Decretalis hic dicit: Eorum qui petunt eleemoſinam, alii ſunt cogniti, alii non. Item alii petunt quaſi ex debito, ut Prædicatores, & Prælati: alii pro ſuſtentatione corporis. Si ergo quis petat ex debito, & ratione officii, quia dicit ſe ad hoc miſſum; ſi tale officium conſtat ei commiſſum eſſe, recipiendus eſt: ſi eſt incognitus, eſt examinandus, an ita ſit. Si autem quis petit pro nutrimento, tunc indiſtincte omnibus eſt danda; niſi quis per ſecuritatem cibi negligat juſtitiam: quia tunc ſubtrahenda eſt ei, niſi jam fame moriatur.

(*b*) Addunt Maurini, *tamquam peregrinis*.

„ laicum, tunc non intremus. Sanctus eſt & „ hic & ille, & frater. Quid ergo, ais, ſi „ fuerit aliquis immundus & inquinatus? Au- „ di Chriſtum dicentem: *Ne judicetis *, ut* „ *non judicemini*. Tu propter Deum fac quod „ facis, & ſuſcipies ab eo mercedem. Et quid „ dico laicum? Etſi græcum Paganum videri- „ mus in circumſtantia exiſtentem, ideſt, in „ publico, benefacere oportet, & ſimpliciter „ in omnem hominem in circumſtantia exi- „ ſtentem: multo magis in fidelem laicum. Au- „ di Paulum dicentem: *Bonum facite * ad om-* „ *nes: maxime autem ad domeſticos fidei*. Sed „ neſcio, unde hoc illatum, & unde obtinuit „ conſuetudinem; Qui enim Monachos ſolum „ exquirit, & illis benefacere ſolis; illos rur- „ ſus inveſtigat & ſcrutatur: ſi avarus ille fue- „ rit, ſi non fuerit intus, ideſt continens ſe a „ ſæculo: *ſi ſigna non fecerit, non porrigam ma-* „ *num*, inquit, qui plus eleemoſinæ abſtulit &c.„ Hæc Chryſoſtomus *ſuper Epiſt. Pauli ad Hebr.* hom. x. in Morali. Hieronymus etiam in *annotationibus ſuis* ſuper illum textum II. Cor. IX. *Ut in omnibus locupletati, abundetis in omnem ſimplicitatem, quæ operatur per nos:* HIERONYMUS. Ut ſine diſcretione (inquit) omnibus ſim- „ pliciter indulgentiam * tribuatis, non quæ- „ rentes cui, ſed quare detis.„ Videtis jam, quot, & quanti Doctores Eccleſiæ unanimiter ſentiunt dandum eſſe peccatoribus; quia ELEEMOSINA NON EST TRIBUTUM debitum virtuti, ſed homini. Alioquin Deus præmiaret inique, dum quotidie & pro majori parte, ex eleemoſinis terræ ſuæ ditat iniquos, & depauperat innocentes. An non eſt Deus eleemoſinarius optimus, & in diſcretione præcipuus? Sed nec tibi injungitur jam, ut etiam peccatorem foveas ſicut juſtum; ſed hoc tibi inhibitum eſt: cum dederis eleemoſinam, non ſcruteris de moribus, non diſcutias donatariorum vitas, ne eleemoſinæ fructum perdas. Nunquam oculos continentiæ figes Chriſtiformius, quam ſi eleemoſinam chriſtianam indiſcrete contuleris. VIS SECURE CONFERRE? Non videndo, ſed palpando; non viſu, ſed manu jungas munera dexteræ. Et pondera Doctorum cauſas, quas jam ante præmiſi, quarum unaquæque vitat unum magnum periculum. Prima cauſa eſt, ne excludas a domo tua angelos, qui frequenter ad domos viſitandas eleemoſinariorum accedunt. Secunda, ne aſſueti diſcutere vitas, nunquam miſereamini: quia ſemper inveniri poterit quod offendat: *in multis enim offendimus omnes*, dicit Apoſtolus. Tertia, ne non angelos tantum, ſed aliquando contingat, quod excludamus & Chriſtum. Quarta, ne inſtigemur ad petendum miracula, & tentemus Deum propter aſſuefactionem quærendi ſanctos viros. Quinta, ne tranſgreſſores facti præcepti Apoſtolici, non in *omnem ſimplicitatem*, ſed in *calliditatem* creſcamus inveſtigandi ſubtiliter opera proximorum. Et his tamen poteſt addi ſexta perniciosa ſatis: quia cum humana indicia propter incertitudinem ſuam continuam falluntur & fallunt, æque continget operanti ſecundum ea, excludere bonum, ſicut malum. Ideo dicit in Epiſt. *ad Profuturum* in ordine Epiſtolarum CXLIX. AUGUSTINUS. „ In recipiendis hoſpitibus ignotis, ſolemus di- „ cere, multo eſſe melius malum hominem „ perpeti, quam forſitan per ignorantiam bo- „ num excludere, dum cavemus ne recipiatur „ malus.„ Hæc Auguſtinus. Optima propoſitio Auguſtini, & plena valde prudentia chriſtiana; qui peccatorem ſuſcipit, quia peccatorem eum neſcit eſſe quem recipit; ſed nec utrum ſit, diſcutit, ut liber conſcientia factus, omni petenti ſe tribuat.

Matth. 7. 1. * Vulg. nolite judicare

Gal. 6. 10. * Vulg. operemur bonum

2. Cor. 9. 11.

* Hieronymus To. 11. pag. 571. * Hieron. indigentibus

Securior eleemoſina, quæ ſine diſcretione tribuitur.

Angeli frequenter viſitant domos eleemoſinariorum.

Jacobi 3. 2.

2. Cor. 9. 11.

Auguſtinus To. 2. Epiſt. 28. pag. 83. num. 2.

Luc. 6. 30.

CAPUT XVIII.

Ad idem propter illud, *Deſudet eleemoſina in manu tua*.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Senſus illorum verborum*, Da miſericordi &c. *quis ſit, juxta Sanctorum Patrum interpretationem*.
2. *Dictum illud Scripturæ*, Deſudet eleemoſina &c. *non facit contra mendicantes religioſos*.

1. SEd Catholici omnes ambulant in via qui eſt Chriſtus, qui poſuit in loco ſpatioſo pedes ſuos: *Via namque ejus pulchræ, & omnes ſemitæ ejus pacificæ*. Immo etſi via ejus una ſit veritas; ſemitæ tamen ejus, ſine vitio ſchiſmatis, poterunt eſſe plures. Repetamus ergo Scripturam priorem, quæ contra religioſorum alimoniam videtur militare, apud eos ſaltem, qui eam commemorant. *Da miſericordi, & ne ſuſcipias peccatorem*. Et item: *Deſudet eleemoſina tua, donec invenias juſtum cui des* (a). Et quamvis unam viam de non diſcernendo Sancti Doctores manifeſte donaverint: aliam tamen ſubjungamus, quæ in ipſo dationis officio diſtinguit ſuppoſitum a peccato, ut ſciant omnes gentes hæreticæ, quæ in circuitu noſtro ſunt, quam dives ſacrorum ſenſuum eſt mater Eccleſia, & quam ingens poſſeſſio ejus. In primis tamen, ut incipiamus a parvis, videant æmuli paupertatis, ne fallat eos ignota illius Scripturæ grammatica *, & figurativa locutio. Beatus namque Auguſtinus III. *de Doctr. Chriſtiana*, cap. XVI. AUGUSTINUS. Poſterior (inquit) „ pars hujus ſententiæ videtur vetare benefi- „ centiam. Ait enim: *ne ſuſcipias peccatorem*. „ Intelligas ergo figurative poſitum pro pecca- „ to peccatorem, ut peccatum ejus non ſuſci- „ pias.„ Hæc ille. Certe ergo qui occaſione hujus Scripturæ beneficentiam vitant, figuram locutionis ad ſuam confuſionem ignorant, & contra ſenſum Scripturæ, quem non capiunt, peccatum copulant peccatori. Apertius tamen diſputat Auguſtinus verba textus illius, opponens ſibi Scripturam dicentem: *Omni petenti te tribue*. Et tandem veritatem rei, & quid in eiſdem textibus Scriptura velit, ſententiat per proceſſum in Pſal. CII. verſu, *Faciens miſericordias Dominus, & judicium:* AUGUSTINUS. „ Fac miſericordiam iniquo, non tamquam „ iniquo: nam ipſum iniquum, in quantum „ iniquus eſt, ne ſuſcipias, ideſt, ne qua- „ ſi intentione & amore iniquitatis illius „ ſuſcipias eum. Nam & prohibitum eſt „ dare peccatori & ſuſcipere peccatores. Et „ quomodo, *omni petenti te da?* Et quo- „ modo, *ſi inimicus tuus eſurierit, ciba* „ *eum?*

Pſal. 30. 9. Eccl. 3. 6.

Eccl. 12. 4.

Pſal. 78. 4.

Baruch 3. 14.

* al. græca

Auguſtinus To. 3. pag. 52. num. 24. Eccle. 12. 4.

Luc. 6. 30.

Pſal. 102. 6. Auguſtinus To. 4. pag. 1121. num. 13.

Eccli. 12. 4.

Luc. 6. 30. Rom. 12. 20.

(a) Hunc textum recitat Auguſtinus ſuper Pſalmum 146. dicens: „ Alio loco Scriptura dicit: *Sudet eleemoſina in manu tua, donec* „ *invenias juſtum, cui eam tradas*.„ Sed locus nec ab ipſo indicatur Auguſtino, nec ab ejus Editoribus Maurinis. Hunc eumdem textum recitat Gloſſa *Decretalis* Diſt. 42. cap. *Quieſcamus*, dicens, quod habetur in Evangelio; ſed e regione ibi notatur incertum eſſe quo loco. Et tandem concluditur, ea verba *Deſudet &c.* citari juxta verſionem Septuaginta; atque deſumpta fuiſſe ex illo Eccleſiaſtici: *Cum benefeceris, ſcito cui benefeceris; & erit gratia in oculis tuis multa*.

„ *eum?* Quaſi contraria videntur; ſed aperien-
Luc. 11. 10. „ tur in nomine Chriſti pulſantibus, & mani-
„ feſta erunt quærentibus. Ne tradas peccator, &
„ ne ſuſcipias peccatorem; & tamen omni petenti
„ te da. Sed ſi peccator eſt, qui te petit, da, non
„ tamquam peccatori. Quando das tamquam pec-
„ catori? Quando in quo peccator eſt, hoc tibi pla- A
„ cet, ut des, & Deum offendis. Cum dico,
„ occurrit tibi homo peccator, duo nomina di-
„ xi. Hæc duo nomina non ſuperflua ſunt:
„ duo nomina; aliud quod homo, aliud quod
„ peccator. Quod homo, opus Dei eſt: quod
„ peccator, opus hominis eſt. Da operi Dei;
„ noli dare operi hominis. Et quomodo (inquis)
„ prohibes me dare operi hominis? Quid eſt
„ dare operi hominis? Peccatori dando propter
„ peccatum, placenti tibi propter peccatum.
„ Et quis hoc faciet? (inquis). Utinam ne-
„ mo, utinam pauci, utinam non publice.
„ Quare venatoribus dant, dicant mihi: quia B
a „ qui donat venatori (*a*), hoc in illo amat,
„ in quo nequiſſimus eſt: hoc in illo paſcit,
„ hoc in ipſo veſtit, ipſam ſcilicet nequitiam
„ publicam. Qui donat hiſtrionibus, qui do-
„ nat aurigis, qui donat meretricibus, quare
„ donat? Numquid & ipſi hominibus non do-
„ nant? Non tamen attendunt naturam operis
„ Dei, ſed nequitiam operis humani., Hæc
Auguſtinus. Hic igitur vult Doctor Chriſtia-
nos omnes, audacter & ſine trepidatione, vel
gloſſa, inhærere, & adimplere textum illum ad
literam, qui beneficentiam redolet pietatis,
Luc. 6. 30. *omni petenti te tribue*. Textum autem adver- C
ſarium illi, qui ſonat in oppoſitum, moderate
declarat, ut non ſuſcipiatur peccator propter
culpam, ſuſcipiatur tamen propter naturam.
Et revera nec juſtus ſuſcipiendus eſt, niſi ob
Dei reverentiam, in nomine juſti ſcilicet, cu-
jus exhibet ſe miniſtrum, ſicut declarat ibi con-
Auguſtinus To. 4. pag. 1122. num. 13. ſequenter in eodem verſu, dicens Auguſti-
nus. E contrario, ſi des juſto, ſi des prophe-
„ tæ, ſi des diſcipulo Chriſti aliquid, cujus
„ indiget, & non ibi cogitas, quia diſcipulus
„ Chriſti eſt, quia miniſter Dei eſt, quia diſ-
„ penſator; ſed cogitas ibi aliquod commodum
„ temporale, ut fortaſſe quia cauſæ tuæ neceſ- D
„ ſarius quando fuerit venalis; ſicque ei ali-
„ quid porrexiſti, jam tu non dediſti juſto, ſi
„ ſic dederis diſcipulo Chriſti: quia ille non
„ dedit homini, quando dedit venatori -- Et
„ ſequitur finaliter -- Quomodo ergo intelligis,
Matth. 10. 41. „ *qui receperit juſtum in nomine juſti, merce-*
„ *dem juſti accipiet?* Sic intellige: Qui receperit
„ peccatorem in nomine peccatoris, perdet
„ mercedem. „ Hæc Auguſtinus. Ecce quod
ab æquo, quamvis pondere nondum æquo, ju-
ſtus & peccator ingrediuntur ærarium chriſtia-
num: juſtus non in nomine ſuo, ſed nomine
juſti, nomine operis Dei: peccator etiam no- E
mine operis Dei, non nomine peccatoris. Et
Iſidorus Similia habet de conflictu vitior. & virtutum pag. 711. ſuper Levit. cap. ultimo, Isidorus. Diligamus
„ omnes in quantum ſunt creaturæ Dei, ſe-
„ cundum quam dilectionem exhibeamus eis
„ opera miſericordiæ, veſtire, paſcere &c. Si
„ autem Deo non adhæreat, creaturam Dei
„ diligamus: malum autem ejus odio habea-
„ mus. Unde dicitur: *Nihil impio dederis ſed*
Eccli 12. 5. „ *perſequere*. Non debemus eos in impietate
„ ſuſtentare; debemus tamen ſub nomine crea-
„ turæ Dei, ſi neceſſitas ſit. „ Hæc Iſidorus.
Et certe ſi veniant validi, & ſi ficti veniant,
quia homines ſunt, quia opus Dei ſunt, hu-
manitatis erit catholicæ aliquid moderate do-
nare, non dimittere deſtitutos. Unde lib. ii.
de officiis, cap. vii. Ambrosius. Liquet debe- Ambroſius
„ re eſſe liberalitatis modum, ne fiat inutilis To. 1. cap. 16. pag. 88. num. 76.
„ largitas, cujus ſobrietas tenenda eſt, maxi-
„ me a Sacerdotibus, ut non pro jactantia, Modus in largiendo.
„ ſed pro juſtitia diſpenſent. Petitionis cauſa
„ veniunt validi, nullam cauſam niſi vagandi
„ habentes, & volunt ſubſidia evacuare paupe-
„ rum, exinanire ſumptum. Nec exiguo con-
„ tenti, majora petunt, ambitu veſtium, ca-
„ ptantes petitionis ſuffragium, & natalium ſi-
„ mulatione licitantes incrementa quæſtuum.
„ His ſi quis facile fidem deferat, cito exhau-
„ rit pauperum alimoniis futura * compendia. * M. profutura
„ Modus largiendi adſit, ut nec illi inanes re-
„ cedant, neque tranſcribatur vita pauperum
„ in ſpolia fraudulentorum. „ Hæc Ambroſius.
Et nobilis ille Chryſoſtomus dicit, quod etſi
peccatores ſint qui poſtulant, non debent ho-
mines memorari peccatorum eorum pro tem-
pore, ſed plena facie miſereri ſupplicibus, que-
madmodum nos orantes Deum, rogamus, ne
rememoretur iniquitatum quas fecimus. Chry- Pſal. 78. 8.
sostomus. *Omni* (inquit) *petenti da*: extende Chryſoſtomus To. 4. pag. 1548.
„ manum tuam, ne ſit contracta. Non vita-
„ rum existimemur inveſtigatores: quia nul- Luc. 6. 30.
„ lius ita miſerebimur. Propter quid enim,
„ cum Deum deprecaris, dicis: *Ne memineris* Pſal. 78. 8.
„ *peccatorum meorum?* Itaque & ſi valde eſt il-
„ le peccator, hoc non in eo excogita: ne me-
„ moreris peccatorum ejus: amoris eſt tempus,
„ non ſubtiliſſimæ inveſtigationis: miſericor-
„ diæ, non computationis. Nutriri vult ſiqui-
„ dem: ſi vis dare, da. Si vero non vis, di-
„ mitte. Neque ſuperanxies, ideſt, torqueas
„ eum, interrogando propter quod miſer eſt;
„ & ſi afflictus, propter quid? Neque enim ip-
„ ſe misereris; & eos, qui miſereri volunt,
„ avertis. Cum enim ille audierit a te, quo-
„ niam hic deceptor, quoniam ille fœnerat;
„ neque his dat, neque illis: omnes enim ſu-
„ ſpicatur tales eſſe. Scitis enim quoniam per-
„ niciosa facile suspicamur, benigna vero
„ non ſic. Fiamus miſericordes, non ſimplici-
„ ter, ſed ut Pater noſter cœleſtis: ipſe enim
„ adulteros & fornicatores, & dominatores nu-
„ trit. Et quid dico eos? Qui omnem ſpeciem
„ malitiæ habent. In tanto enim mundo
„ evidens eſt tales eſſe multos; ſed tamen om-
„ nes nutrit, omnes induit: nullus fame cor-
„ reptus eſt, nullus, præterquam ſi quis volens,
„ factus in aliqua calamitate. Ita fiamus mi-
„ ſericordes, ſi quis indiguerit, & in neceſſita-
„ te fuerit, auxiliari. „ Hæc Chryſoſtomus
homil. xi. verſus finem *in Epiſt. Pauli ad He-
bræos*. Et iterum quaſi ad idem: etiam quod
nec inimicum ſpernere debes, ſed ut auxilieris
illi, ſi poſſis: Augustinus. Fructus (inquit) Auguſtinus
„ congruus, opera bona. Fructus congruus, To. 4. pag. 1143. num. 19.
„ ſincera dilectio, non ſolum fratris, ſed &
„ inimici. Supplicem nullum ſpernas: ſi potes
„ dare, da: ſi non potes, affabilem te fac.
„ Coronat Deus intus voluntatem, ubi
„ non

(*a*) Habetur hæc Auguſtini ſententia in Decretali Diſt. 86. cap. *Qui venatoribus*: ubi Gloſſa diſtinguit, & definit hîc damnari venationem *arenariam*, qua olim viri prævalidi pugnabant cum beſtiis dentatis. Hanc enim exercere, aſpicere, eique operas ſuas locare peccatum eſt, & jam ex tunc eam exercentes erant infames, niſi ſolum gratia ſuarum experiendarum virium fieret. Eſt item alia venatio, quæ *ſaltuoſa* dicitur, eo quod in ſylvis & ſaltibus exerceatur. Hæc utique licita eſt in ſe, ſed frequenter illicita in perſona, & in tempore. In perſona quidem, ut in Clericis & Monachis, Diſt. 34. *Quorundam*, & Diſt. 91. *Clericus*. In tempore etiam, ut in Quadrageſima, & jejuniorum diebus, uti liquet ex Diſt. 86. *An putatis*. Extra hæc tempora, ſi venatio fiat abſque clamore ac ſtrepitu, ea etiam clericis eſt licita; cum monacho etiam liceat tenere linum pro capiendis piſcibus, de conſecr. Diſt. 5. *Nunquam*.

„ non invenit facultatem. Nemo dicat *non habebam*: charitas non de ſaccello erogatur. „ Hæc ille. Ecce quod juxta Auguſtinum ſupplex nullus ſpretus abſcedet; ſed etiam inimico, quem ad minus injuſtum reputas, & facinoroſum, adhuc ſi potes dare, donabis. Quod ſi non potes cenſum, donabis aſſenſum, præbebis affectum. Mirum eſt ergo, qua temeritate volunt moderni noſtri contra totum ſenatum Doctorum in largitione eleemoſinæ chriſtianæ authorizare ſcrutinium, & temporale beneficium indigenti ſubtrahere propter vitium, cui Dominus Deus non ſolum non ſubtrahit, ſed offert, ſed inſtat, ſed propinat optimam gratiam. Sed hoc agunt, ut adimpleant menſuram patrum

Matth. 23. 32. ſuorum. A Manichæis enim primo fluxit iſta hæreſis, ſicut recitare videtur beatiſſimus Auguſtinus ſecunda parte ſermonum. *Auguſtinus To. 5.*

2. Quod autem inferunt dictum eſſe in Scriptura, *Deſudet eleemoſina in manu tua, donec invenias juſtum cui des*; *Eccl. 12. 1. juxta LXX.* hoc contra Eccleſiarum paſtores ageret, ſecundum opinionem hæreticam, quam æmuli * paupertatis attollunt *(* al. inimici)* Armachanus & Wicleviſtæ: nihil merito contra Fratres, quia non de eleemoſina contingente, ſed de eleemoſina neceſſaria decimarum hortatur*. *(* Subintellige dictum Scripturæ Deſudet &c.)* Nam ſic Petrus Comeſtor cap. XII. in Deuteron. dicit Judæos duas feciſſe decimationes bonorum ſuorum in anno: ſecundam pro peregrinis & pauperibus gentis ſuæ, de qua dictum eſt, *omni petenti te tribue*; *(Petrus Comeſtor. Luc. 6. 30.)* ſed alteram priorem iſta Levitis tradendam. PETRUS COMESTOR. „ Primam (inquit) ſeparabant Levitis, & de „ hac dictum eſt: *Deſudet eleemoſina in manu* „ *tua, donec invenias juſtum, cui des*; ideſt, „ illum cui debes. „ Hæc Magiſter. Et habet Andreas Abbas hoc idem in terminis ſuper *(Andreas Abbas)* Deuteron. titulo IV (a). Male igitur commutaſti ſcripturas, objiciens contra pauperes, quod in inimicos* paſtores protuliſſes Eccleſiæ. *(* Subaudi tuos)* Nihil ad nos cum deſudante eleemoſina & quærente juſtum, qui de decimatione non vivimus. Sed ad nos pertinet illud ſcripturæ conſilium, quod juſtum non præcipit quærere, ſed e contrario, *Omni* (inquit) *petenti te tribue*. *(Luc. 6. 30.)* Videtur ergo mihi quaſi in pertuſo ſacco argumentum tuum formaveris, dum non lædis quos percutis. Et tamen inde majus habes peccatum, quod nulli profeceris: quod commutaveris manus, & nec benedixeris Ephraim, neque Manaſſen; *(Gen. 48. 14.)* ſed maledicis utrumque, dum hinc obes Fratribus, illinc irruis in Rectores.

CAPUT XIX.

Contra dicentes, quod omni petenti ſit dandum, ſed ſolum verbum aſperum peccatori.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Hæretici de veritate convicti, effugium quærunt in nova gloſſa.*
2. *Pauperibus noſtram opem implorantibus non ſunt objurgationis verba reſpondenda, ut Lollardi & Amoræi faciunt; ſed humanitatis officia benigne impendenda, ut ſimus filii Patris noſtri, qui in cœlis eſt.*

1. QUibus autem authoritatum prædictarum multitudo imperioſa non placet, planities diſplicet; & dolent ſpiritum Pithonicum *(Act. 16. 19.)* per Apoſtolicum verbum ereptum eſſe puellæ, putantes ſe amittere ſuum quæſtum, ſi populus chriſtianus, eis inconſultis, dare poſſit cuilibet alimoniam. Ideo gloſſam quamdam de novo confingunt, ut ſub ejus umbra a Doctorum dictis ſe protegant, & hæreſim teneant antiquatam.

A „ Placet (inquiunt*) quod omnibus eleemoſina „ ſit donanda, ſed non tamen omnibus eadem. *(* Witleviſtæ)* „ Eleemoſina corporali fovendus eſt juſtus, ſed „ eleemoſina ſpirituali ſolum iniquus. v. gr. „ ſi peccator te poſtulet, verbum aſperæ cor- „ rectionis habeat, & diſcat primo corrigere „ vitam, ut demum ſit aptus chriſtianorum ca- „ pere ſanctam ſtipem. „ Et ſic quantum in eis eſt, falſificantes verbum Chriſti, commiſſuram novæ gloſſæ apponunt veſtimento hæreſis *(Luc. 5. 37.)* inveteratæ in veteribus utribus Amoræorum, qui per tot dicta ſanctorum, pene jam facti

B ſunt vacui; & jam reparantes errores priſtinos, vinum infundunt novæ gloſſæ: *Non dabimus omni petenti quod prodeſt ad victum, ſed verbum aſperum*; volentes eſſe in pauperes improbi, de quibus Salvator ait: „ Quis ex vobis pa- *(Luc. 11. 11.)* „ trem petit panem, numquid lapidem dabit „ illi? Aut ſi petierit ovum, numquid porri- „ get illi ſcorpionem? „ Petit pauper panem ab hæretico: quod ſi non ſit de Eccleſia ſua, imponens ei crimen perfidiæ, lapidem dabit illi. Et qui poſtulat alimentum, aculeati ſermonis Lollardici accipiet ſcorpionem. Sic utique

C Manichæi mendicis catholicis negabant eleemoſinam: *(Manichæi Chriſtianis eleemoſinam denegabant.)* ſolis enim mendicis Manichæis eleemoſinam conceſſerunt, ſicut dicit Auguſtinus *de moribus Manichæorum* circa medium. *(Auguſtinus Tomo 1.)* Beatus etiam Gregorius de conſimilibus loquens XXI. *Moral.* cap. XIV. ſuper hunc textum Job, *Si deſpexi pereuntem &c.* *(Job 31. 19.)* GREGORIUS. Sunt (inquit) *(Gregorius To. 1. pag. 692.)* „ nonnulli, qui mox ut ab egenis fratribus fue- „ rint neceſſaria poſtulati, poſt dona largituri, „ in eos prius contumelioſa verba jaculantur. „ Qui etſi rebus miniſterium pietatis perficiunt,

D „ verbis tamen gratiam humilitatis perdunt; „ ita ut pleriſque videatur, quod illatæ jam „ injuriæ ſatisfactionem ſolvunt, cum poſt con- „ tumelias dona largiuntur. Nec magni eſt ope- *(Qui præmiſſis probris eleemoſinas tribuunt, vix pro illata injuria ſatisfaciunt.)* „ ris, quod poſtulata tribuunt, quia ipſo do- „ nationis ſuæ munere vix eumdem exceſſum „ ſermonis tegunt. „ Hæc ſanctus Doctor Gregorius.

2. Pro vobis feci quod adduxi vobis Gregorium, damnantem contumelias, quas inferunt illi, qui dona propinant, poſtquam objurgaverint pauperes mendicantes. Nam ſcholares veſtros, quorum contumelias nulla dona ſequuntur, duplæ damnaſſet injuriæ. Melius ergo con-

E ſilium vobis offero, & ad chriſtianam utilius *(Peccator in ſpiritualibus & corporalibus ſubveniendus.)* pietatem: ſi peccator te poſtulet relevamen egeſtatis ſuæ, ſpiritualiter illi benefacias, corrigendo vitium, non pulſando ad injuriam: ac demum corporeum ſubjungas beneficium. Et ſic, ſecundum Apoſtolum, in reformatione proximi duplici utere inſtrumento, potando inimicum tuum, ſi ſitierit: carbones enim charitatis ardentis congeres ſuper caput ejus iſto modo. *(Rom. 12. 20.)* Nam & beatus Auguſtinus in libello *de vita chriſtiana* cap. XIV. dicit: AUGUSTINUS. *(* Auguſtinus To. 6. in App. pag. 191. Verus Chriſtianus deſcribitur.)* Chriſtianus eſt qui miſericordiam omnibus facit, „ qui omnium movetur injuria — Et ſequitur — Cujus omnibus communis eſt domus, „ cujus janua nemini clauditur, cujus menſam „ pauper nullus ignorat, cujus cibus cunctis „ offertur, cujus omnes bonum norunt: a quo „ nemo

(a) Videtur idem cum illis dicere Gloſſa Decretalis ſupra adducta cap. 17. num. 2.

„ nemo ſentit injuriam : qui Deo nocte dieque ſervit : qui indeſinenter ejus præcepta „ meditatur & cogitat. „ Hæc ille. Vide jam, quod beatus Auguſtinus nullum chriſtianum expellit, ubi omnes etiam peccatores & juſtos miſericordiæ chriſtianorum commendat. Qui enim *omnes* jubet paſcere, nullum excludit a paſtu. Et ſi ille chriſtianus deſcribitur, qui miſericordiam omnibus facit; quomodo non erit Antichriſtus qui peccatorem judicat ad famem, & claudit hoſpitium, cui Chriſtus non claudit? *Matth.* 5. 45. Deus enim facit oriri ſolem ſuum ſuper bonos & malos, & pluit ſuper juſtos & injuſtos. Et ita jubentur chriſtiani voce Chriſti miſericordes eſſe proximis chriſtianis : *Luc.* 6. 36. *Eſtote* (inquit) *miſericordes, ſicut & Pater veſter cæleſtis miſericors eſt*. Si certe Deus daret beneficium lucis aut pluviæ ſolis juſtis, tunc haberent Amoræi noſtri occaſionem juſtificandi ſcrutationes ſuas, quibus ipſi dationem eleemoſinæ ſolis juſtis prædicant faciendam. Jam autem qui faciunt oppoſitum ejus, quod Deus in commune probavit, *Pſal.* 63. 7. ſcrutentur ut volunt; & adhuc deficere poſſunt ſcrutantes ſcrutinio. Ideo Haymo ſuper illum textum Epiſt. ad Galat. VI. *Gal.* 6. 10. Haymo *Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes:* HAYMO. In iſto (inquit) tempore debemus bo-„ num operari ad omnes : ad fratres, ad hæ-„ reticos, ad paganos, tam in eleemoſinæ offi-„ cio, quam in doctrina verbi. Omnibus enim „ hominibus miſericordia impendenda eſt, & *Matth.* 5. 45. „ doctrina fidei, imitando Patrem noſtrum, qui „ facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos & ma-„ los. „ Hæc ille. Beatus vero Joannes Chryſoſtomus dicit, quod non debemus diſcutere, Omnis pauper habet jus in auxilium proximi. cui dare debemus : *quia* (inquit *) *adhuc non eſt tempus judicii, ſed miſericordiæ :* & jus habet in auxilio tuo omnis pauper, eo quod * *cap.* 18. *n.* 1. * Chryſoſtomus *To.* 4. *hom.* 10. *ſuper Epiſt. ad Hebræos, pag.* 1543. indiget. CHRYSOSTOMUS. Nimirum (in-„ quit) eleemoſina illa eſt, quæ ad peccatores, „ quæ ad innoxios fit. Eleemoſina enim eſt, „ non eorum, qui jam perfecti ſunt, ſed qui „ deliquerunt miſereri. Et ut diſcas, audi pa-„ rabolam : *Luc.* 10. 30. &c. Deſcendit, ait, quis ab Jeroſoly-„ mis in Jericho, & in latrones incidit ; qui „ & percutientes eum, abierunt ſemivivo re-„ licto. Venit autem quidam Levita, & vi-„ dens eum, præteriit. Samaritanus autem quis* * *al.* quidam „ veniens, multam procurationem fecit, li-„ gavit vulnera, inguttavit oleum, ſuper aſi-„ num poſuit, duxit in ſtabulum, & dixit ſta-„ bulario : cura eum (vide multam largitio-„ nem) & ego dabo tibi quodcumque conſum-*Luc.* 10. 38. „ pſeris. *Quis ergo eſt proximus ejus? Qui fecit* „ *miſericordiam cum eo. Vade ergo*, ait *, * *Chriſtus* *& tu* „ *fac ſimiliter*. Et vide qualem dixit parabo-„ lam : non dixit quod Judæus ad Samarita-„ num fecit, ſed quoniam Samaritanus largi-„ tionem illam univerſam oſtendit. Ita ergo „ & tu, ſi videris aliquem male patientem, „ nil circumſcrutare de reliquo : habet jus au-„ xilii iſtud, ideſt, male pati eum. Si enim „ aſinum, quem videris merſum, erigis, & non „ circumſcrutaris cujus eſt ; multo magis ho-„ minem non oportet circumſcrutari cujus eſt. „ Dei enim eſt, etſi Paganus fuerit, etſi Ju-„ dæus, ſi auxilio indiget. Nam ſi quidem & „ judicare juſtus eſſes *, * ex Scriptura divina *ſupple* bene hæc diceres: nunc „ autem calamitas illius non te permittit hæc „ diſcutere. Si enim nec de ſanis nos ſcrutari „ oportet, neque aliorum cauſas inquirere ; „ multo amplius eos, qui male patiuntur. „ Qui vides copioſitatem habentem eum vel „ proſperantem, tum dicas *: * *ſi ille delinquat* pernicioſus eſt, & „ malus. Si vero male patientem vides ; ne „ dicas : pernicioſus eſt. Crudelitatis enim eſt „ hoc, & inhumanitatis, & elationis. „ Hæc Chryſoſtomus. Cura jam quod ultimo dixit, & ex hoc perpende priora. „ Cum aliquis „ fuerit in proſperis poſitus (inquit) ſi delin-„ quat, potes dicere, quoniam pernicioſus eſt A „ & malus: ſi vero æger fuerit aliquis, & ma-„ le patitur, ne dicas : *pernicioſus eſt*. „ Ecce ergo interdicitur tibi verbum aſperum ad hominem in paſſionibus poſitum. Et Chryſoſtomus addit, quod ſic improperare patienti, eſt crudelitatis, inhumanitatis, & elationis. Et tamen in ſuperioribus dicit, quod omnis valetudinarius & egenus habet jus auxilii : ergo ſubvenire debes in temporalibus patienti defectum, & ſuſpendere teneris aſperum verbum. Certe Samaritanus non dixit Judæo, quem curavit, peccata ejus; ſed curam fecit. Et Chriſtus dicit unicuique fidelium : *Vade & tu fac ſimili-* *Luc.* 10. 38 B *ter*. Et inde erit eleemoſina major, qua benigne præſtatur, nec præſtans improperat cui dat; & eo eſt plenior charitate. Et adhuc teneas aliam rationem, quam facit Chryſoſtomus : Poſitus in adverſitate vel calamitate non debet acutis incitari ſermonibus: calamitas enim non permittit examinationem, ratione ſcilicet cujus facinoris incidit in illam. Multo magis mala paſſio, ut ægritudo, vel egeſtas. „ Vere (in-„ quit) ſi juſtus eſſes ex Scriptura divina judicare „ de commiſſis ejus, bene hoc diceres. „ Vere ergo uſurpas, qui quæ tibi non ſunt commiſſa, præſumis invadere. Viro catholico ſufficerent C tam rationabiliter, tam fundamentaliter aſſerta Chryſoſtomi. Quod ſi non ſufficiant Amoræis; quæ ſupradicta, & a Doctoribus Auguſtino, Hieronymo, Ambroſio, Chryſoſtomo, & aliis, aſſerta ſunt, revocemus ad robur fidei, & cumulum veritatis. At nonne in ſuperioribus * * *cap.* 18. dixit Auguſtinus : *Da operi Dei, non des operi hominis? Opus Dei eſt homo : peccatum opus hominis. Da homini, non des peccatori*. Jam ſi liceret tibi dare verbum acutum, dares peccatori : nihil autem dares homini: quia verbum acutæ correptionis peccato reſpondet; non homini, ſed peccatori. Ergo cum Auguſtinus di-D xerit, *Da homini*, jubet eleemoſinam corporalem : *non autem dederis peccatori*, ideſt, ad fovendum eum in peccatis, ſicut ipſe exponit. Nullibi autem jubet Auguſtinus, *teneas tibi eleemoſinam, & des verbum acutum*. Et Ambroſius conſequenter loquens de libertate diſpenſationis Eccleſiaſticæ : „ Modus (inquit) largiendi „ adſit, ut nec illi inanes recedant, nec tran-„ ſcribatur vita pauperum in ſpolia, & uſus „ fraudulentorum. „ Et ad removendum ſcutum æquivocum, ſub quo te protexeras, beatus Ambroſius exponens ſe, de qua loqueretur eleemoſina, hoſpitalitatem ſpecificat, quam di-E cit humaniter omnibus tribuendam ; juſtis tamen uberius. Unde II. *de officiis*, cap. XIII. AMBROSIUS. In officiis (inquit) hoſpitalibus, Ambroſius *To.* 1. *cap.* 21. *pag.* 95. *num.* 107. „ omnibus quidem humanitas impartienda eſt: „ juſtis autem uberior deferenda honorificen-„ tia. Quicumque enim juſtum in nomine ju-„ ſti receperit, mercedem juſti recipiet. „ Hæc *Matth.* 10. 41. ille. Ubi ex ſpecificatione hoſpitalitatis, humaniter omnibus exhibendæ, patet eleemoſinam, non Lollardinam de verborum aculeis, ſed corporalis fomenti, impartiendam his ſingulis. Et hoc viris peccatoribus vult eſſe commune; ſed uberiorem tamen honorificentiam appropriat viris juſtis. Exceptio enim juſtorum atteſtatur admiſſioni injuſtorum in univerſali, de qua fit exceptio : non enim poſterius exciperentur juſti, ſi prius non memorarentur injuſti.

Et

*cap. 18. num. 1. Et Chryſoſtomus jubet * nulli improperare de vitio, cum agitur de ſubſidio poſtulando; ſed Matth. 5. 45. ſicut Pater cœleſtis pluit ſuper juſtos, & injuſtos; ita nos omnibus miſericorditer alimoniam impendamus. Omnes enim veterum traditiones hoc reſonant, omnes Doctores catholici hanc ſcholam unanimiter docent chriſtia- A niſſimæ pietatis. Soli autem Manichæi & ſectatores eorum Amoræi in ſchola pietatis potuerunt contentionis, rixarum, objurgationis, litigiorum, ſalſorum judiciorum, perfidæ impoſitionis criminum formare principia. Et ſolebant eis fideles objicere rationem: Si ratione peccati debet egenus privari bonis divinis, tamquam eis indignus (conſtat autem, bona ſpiritualia incomparabiliter eſſe potiora bonis terreſtribus) multo magis debet talis iniquus egenus privari verbo acutæ correptionis, quod tu vocas *verbum divinum*, ne aliis videretur eſſe *verbum hæreticum*. Et ſic ſi Amoræi ſen- B tiant eos delinquere, qui quid temporale donaverint ſic egenti; multo magis delinquunt ipſi, formantes verborum ſuorum acutas novaculas, quibus dolum faciunt ſervis Chriſti.

CAPUT XX.

Contra definitionem uſurpatam a Wicleffo de Religioſo mendicante.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Ponitur Wicleviſtica mendicantis definitio.* C
2. *Quamquam putet Wicleffus ſe triumphum agere de mendicantibus Religioſis ex quadam authoritate Lincolnienſis; tamen ſi quis utriuſque dicta diligentius inſpiciat, nihil inter eos convenit; immo quod laudat Wicleffus, id reprobat Lincolnienſis, & econtra.*

1. IN deteſtationem autem mendicitatis electæ, ſubjungit Wicleffus deſcriptionem Fratris Mendicantis, quem ipſe *Pſeudo* appellat, abutens dicto Lincolnienſis Antiſtitis ſa- Wicleffus croſancti. „ Talis (inquit) eſt, ſecundum Lin- D „ colnienſem in quodam ſermone, cadaver „ mortuum de ſepulchro egreſſum, pannis fu„ nebribus involutum, a diabolo inter homi„ nes agitatum. „ Et declarat partes *lib. de quatuor Sectis*, ſicut infra dicetur.

2. Iſta plane deſcriptio longe aliud eſt in lingua Wicleffi, quam erat in ore Lincolnienſis Epiſcopi. Forſan iſti deſcriptioni poPſal. 17. 15. tuit olim dixiſſe Pſalmiſta: *Cum ſancto ſanctus eris, & cum perverſo perverteris.* Sed mirum non eſt, quod auſus ſit Doctoris dicta pervertere, qui Scripturas ſacras, qui ipſa Chriſti verba, & Apoſtolorum dogmata pervertere non E veretur. Et diſcernite vos, cum integram audieritis ſententiam Lincolnienſis, ſi mendicanti Fratri ratione mendicitatis abuſæ, & religionis a violatæ, eam non applicuerit ſanctus (a) Antiſtes. Verba Lincolnienſis ſic habent ubi ſcribuntur b ſerm. xxxv. (b) ubi commendans ſecreta clauſtri, Lincolnienſis dicit: LINCOLNIENSIS. Maria ſedet intus, & de Joan. 11. 20. „ conclavi non eſt egreſſa: ideo ad eam angelus eſt „ ingreſſus. Si eſſet hæc egreſſa, angelus ad eam Gen. 34. 1. „ non eſſet ingreſſus. Dina ergo virgo egreſſa, „ ut videret mulieres regionis illius, ſtatim „ corrupta eſt: quantum ergo nobis timendus „ ſit egreſſus conſiderate, præſertim cum ipſa Dina egreſſa corrupta ſit. Sed forte aliquis tacitus dicet: ſi non licet nobis egredi, quomodo providebitur indemnitati, & neceſſitati fratrum? Pro indemnitate & neceſſitate fratrum licet egredi, dummodo mente ſimplici cum Jacob habitet domi. Qui enim potiore ſui parte, hoc eſt, animo, in clauſtro habitat, licet corpore ſit extra, nonne propter partem ſui potiorem in clauſtro dicetur eſſe? Et e diverſo: qui animo eſt in mundo, licet corpore ſit in clauſtro, nonne potius extra clauſtrum, quam intra clauſtrum eſt? Clauſtralis ergo, qui, pro neceſſitate fratrum, corpore clauſtrum egreditur, animo & voluntate in clauſtro degens, æterna meditans cum Maria, & tranſitoria miniſtrans cum Martha, talis eſt in Jerarchia humana, quales ſunt angeli, per contemplationem Deo ſemper aſſiſtentes, & ſimul per officia ſibi deputata nobis miniſtrantes in Jerarchia angelica. Qui vero ambitione dignitatis, aut libidine curioſitatis, aut delectatione voluptatis, ſub prætextu neceſſariæ adminiſtrationis egreditur, nihil aliud eſt, quam cadaver mortuum, pannis funebribus involutum, de ſepulchro egreſſum, a diabolo inter homines motum & exagitatum. „ Hæc ille. Videte jam integram ſine fictione ſententiam, & commendetis cum ſancto Lincolnienſi, quod ipſe laudat; cum ipſo ſpernite quod ipſe condemnat. Nec attendite, quod Wicleffus, ſub nomine Lincolnienſis, violavit religioſos ſanctos, & improbos exaltavit. Vere enim deſcriptio prædicta, ex intentione ſancti Pontificis, fratribus ordinis Wicleffici, monachis refugis, canonicis temeratis, religioſis apoſtatis, optime congruit, cum ipſe tales ſolos laudet, quos Lincolnienſis ibi deſcripſit. Quod ſi probare compellitis, audite quid laudat uterque, quid uterque condemnat. Laudat Lincolnienſis in Religioſo continentiam, clauſtri ſecretum, dicens, quod „ Ma- Joan. 11. 20. „ ria ſedet intus, & de conclavi non eſt egreſ„ ſa; ideo angelus ad eam eſt ingreſſus: quod „ ſi egreſſa eſſet, angelus ad eam ingreſſus non „ eſſet. Timendus ergo nobis egreſſus, præſer„ tim cum Dina egreſſa corrupta ſit. „ Wicleffus reprobat continentiam clauſtri, dicens prædicto libro cap. VI. „ In iſtis privatis ordi- Wicleffus „ nibus ſit obligatio major, fructus parcior. „ Nec ſonat in eorum perfectionem quod in„ caſtrantur, vel incarcerantur in clauſtris ſuis „ materialibus; vel quod habeant Priores, qui „ ipſos debeant regere & docere: quia nec „ Chriſtus, nec ejus Apoſtoli ante aſcenſionem, „ vel poſt, ita vixerunt. Nec conſonat ratio„ ni, quod aliqui, niſi forte incontinentes, „ debent ſic incarcerari. „ Hæc Wicleffus. Non recolit inſanus iſte, quod Apoſtoli ab Luc. 24. 49. aſcenſione Chriſti, juſſi ſunt continere ſe in una domo uſque ad feſtum Pentecoſtes, *donec induamini virtute ex alto*, inquit Chriſtus: & novit Deus Apoſtolos tunc temporis fuiſſe multis modernis clauſtralibus meliores. Laudat ulterius ſanctus Lincolnienſis, quod clauſtralis egrediatur interdum ad ſubveniendum fratribus, quem dicit eſſe talem in hierarchia humana, qualis eſt adminiſtratorius ſpiritus in hierarchia angelica. Wicleffus, ſine diſcretione, tales homines judicat eſſe ex mendicitate mendoſos, dicens ubi ſupra: „ Per iſtam ultimam parti- „ culam

(a) Quo ſenſu Lincolnienſis iſte Epiſcopus dici potuerit *Sanctus*, jam ſupra monitum eſt lib. 1. cap. 24. num. 7. in *n*.

(b) Roberti Capitonis, ſeu Lincolnienſis ſermones aſſervantur Oxonii in Biblioth. Collegii novi, uti teſtatur Philip. Labbe in Diſſert. *de Scriptorib. Eccleſiaſticis*.

„ culam poſſunt pſeudo-fratres diſcerni ab aliis,
„ qui propter mendicationem, propter menda-
„ cia, vel aliam falſam ſeductionem populi,
„ tamquam ex ſubſtantia ſui ordinis, ſunt
* Ed.V. luſcus „ egreſſi. „ Nec attendit monoculus * ille,
quod multi poſſunt egredi clauſtrum ſanctiſ-
ſime, propter indemnitatem fratrum interiorum, A
ſicut dicit Lincolnienſis ſanctus: de quibus opor-
tet omnem Prælatum de jure curæ proviſionem
Gregorius parte ſecunda cap.7. pag.26. facere, ſicut dicit in *Paſtorali:* GREGORIUS. Re-
„ ctorem (inquit) neceſſe eſt, ut interiora poſ-
„ ſit infundere, cogitatione innoxia etiam pro-
„ videre exteriora. Sic itaque paſtores erga in-
„ teriora ſtudia ſubditorum ſuorum ferveant,
„ quatenus in eis exterioris quoque vitæ pro-
„ videntiam non relinquant. „ Hæc Gregorius.
Multi quoque egrediuntur metas clauſtri, &
immiſcent ſe turbis, ut hominibus proſint in-
firmis; & non minus redeunt ad ſecretum, vi-
cibus alternatis: ſicut etiam Gregorius Nazian- B
zenus refert in laudem Monachorum, in VI. lib.
Gregorius Nazianzen. *de unitate Monachorum:* GREGORIUS NAZIAN-
ZENUS. Eos miſceri turbis, & ſecedere ad ſe-
„ cretum, utrumque agere cum menſura; ut
„ in altero cæteris conſulant, qui ex eorum
„ viſione proficiunt; in altero per Spiritum
„ Sanctum de myſteriis illuminentur: & in il-
„ lo hominibus; in hoc, Deo jungantur, com-
„ munem vitam ſine communibus vitiis agentes:
„ ſecretum vero non abſque communi ducentes
„ infirmitatis affectu: & quæ majora omnium
1. Cor. 6.10. „ ſunt & clariora, in paupertate divites, nihil
„ habentes & omnia poſſidentes. „ Hæc ille. C
Sic ergo egredientes non deſcribit Lincolnienſis
eſſe *cadavera mortua &c.* ſed *ſanctos homines,
pares angelis, & in actibus hierarchicis non diſ-
formes.* Certe quidquid Wicleffus amens garriat,
Lincolnienſis ſanctum mendicum non improbat
cum Wicleffo: nec Religioſum clauſtraliter con-
verſantem, aut Priori ſuo regulariter obſe-
quentem, blaſphemat cum Wicleffo; immo lau-
dat, immo prædicat, immo commendat. Nihil
Matth. 27. 19. igitur Wicleffo & juſto illi: omnino enim ſunt
diſcordes circa documenta religioſorum & *Wi-
cleffus & Lincolnienſis*. Non eſt convenientia
2. Cor. 6. 15. eorumdem, ſicut nec Dei ad Belial, aut lucis D
ad tenebras. Wicleffus enim docet frœna laxa-
re clauſtralibus, ita ut nulli obediant, niſi ve-
lint; nec clauſtris immorentur ultra quam ve-
Wicleffus lint, hoc nuncupans falſo nomine *libertatem*.
Unde in præcedenti cap. VI. „ Religio (in-
„ quit) tollit libertatem, quæ multum facili-
„ tat ad voluntatem Domini faciendam. Mul-
„ ti enim ex ſuis privatis ordinibus obligantur,
„ virtute ſuæ fictæ obedientiæ, quædam face-
„ re & alia omittere, quæ Chriſtus & ratio
„ præcipiunt debere fieri: ut quis clauſtralis
„ non ſæpe impediatur a ſuo ordine exire ad
„ ſæculum, & delinquentes reprobare -- Et in E
„ fine -- Nulli, niſi forte ſtulti & dementes,
„ debent regulariter ſic talibus Prioribus obli-
„ gari: quia in multis caſibus foret tolerabilius
„ obligari diabolo. „ Lincolnienſis vero tradi-
dit doctrinam directe oppoſitam; ſed tanto ſan-
ctiorem, quanto a ſanctis Patribus non extor-
rem. Ipſe enim ait, decem gradibus aſcendi
debere ad cacumen religionis in verticem ſan-
ctitatis: quos enumerans in quodam ſermone,
qui incipit, *Fugit Matathias & filii ejus in*
Lincolnienſis *montes*, dicit: LINCOLNIENSIS. His decem gra-
„ dibus pedibus bonæ voluntatis in montem,

„ ideſt, celſitudinem ſanctæ religionis aſcendi-
„ tur, ut, qui religionis ſuſcipit habitum, pri-
„ mo velit mori mundo; deinde vivere Deo.
„ Tertio, non duci ſpiritu propoſiti ſui. Quar-
„ to, ut velit duci regimine alieno. Quinto,
„ ut non velit ducenti quo non vult, obmur-
„ murare. Sexto, ut velit omne regulariter im-
„ peratum patienter portare. Septimo, ut ve-
„ lit ſuavitates a carne appetitas, ad ipſam
„ non admittere. Octavo, ut velit aſperitati-
„ bus, quas odit, eam diſcrete mortificare.
„ Nono, ut velit in nullo terrenorum delecta-
„ ri. Decimo, ut velit ſola divinorum contem-
„ platione ſuaviter perfrui. In operationibus
„ bonis aſcenſiones in corde ſuo diſponunt ſan- Pſal. 83. 6.
„ cti religioſi, dum ſunt in valle lachrymarum.
„ His gradibus aſcendunt de virtute in virtu-
„ tem, ut videatur Deus Deorum in Sion. „ v. 8.
Hæc cœleſtis doctrina eſt, & catholica religio-
ſorum admonitio. Male ergo tranſumpſit Wi-
cleffus deſcriptionem ſancti Doctoris, quam
ſolis cupidis fratribus intitulavit, & ſingulis
applicat quod ipſe * non propoſuit. Iſte eſt Eu- * Lincolnienſis
nuchus regis Babylonii, qui Danieli & ſociis Dan. 1. 7.
impoſuit prophana nomina barbarorum, expul-
ſis nominibus, quæ ex fideli generatione contra-
xerant. Vere enim fratres ex profeſſione ſua,
tam a ſancto Lincolnienſi, quam ab aliis ca-
tholicis nomen devotionis & fidelitatis meren-
tur; quos ſolus Wicleffus auſus eſt nominare
prophanos. Sed hoc ſufficit, quod ex utriuſque
doctrina videre poſſitis, quam longe diſtet a
ſancto Lincolnienſi Wicleffus hæreticus. Vere
non magis convenit ipſe menti Lincolnienſis
in deſcriptione prædicta & deſcripto, quam
Judas & Chriſtus convenerunt in oſculo: ſed Matth. 26. 49.
ex oppoſito ſanctus ille Lincolnienſis, in favo-
rem mendicitatis electæ, hoc quod antea ſan-
ctus Chryſoſtomus expoſuit ipſe confirmat in
ſermone ſuo, qui incipit: *Videns turbas Jeſus* Matth. 5. 1.
&c. LINCOLNIENSIS. Secundum Chryſoſtomum Lincolnienſis
„ (inquit) in græco non dicitur, *Beati paupe-
„ res;* ſed *beati mendici*, vel *egeni*. Nam pau-
„ per eſt, qui anguſtiam quidem habet; non
„ tantam tamen, quod mendicare cogatur.
„ Pauper autem ſpiritu eſt, qui toto ſpiritu,
„ in qualibet vi mentis, paupertatem ample-
„ ctitur, ideſt, qui in vi concupiſcibili tan-
„ tum ſpiritualia deſiderat, & terrena abdicat;
„ in vi rationali ſpiritualem habet intentio-
„ nem, ideſt, tantum æternorum adeptionem:
„ in vi iraſcibili ſpiritum habet humilem, nul-
„ lum habet carnis elatione tumentem. „ Hæc
ille. Combinemus veritatem græcam filiæ ſuæ
latinæ veritati (*a*); & habebimus beatum men- a
dicum in tanta conſtitutum anguſtia, ut men-
dicare cogatur, eſſe pauperem ſpiritu, qui qua-
libet vi mentis Chriſti paupertatem amplecti-
tur. Et mirum qua authoritate ſic mendicita-
tis vocabulum dehoneſtant *, cum plus habeat * Subaudi hæretici
ex ratione ſua decoris honeſti, & minus dede-
coris. Unde in *interpretatione triformi:* HIE- * Hieronymus
RONYMUS. Mendicus (inquit) eſt pauper, vel
„ egenus. Et iterum: Paupertas poteſt eſſe ho-
„ neſta; egeſtas vero turpis eſt. „ Hæc Hie-
ronymus. Quid ergo ſuperbas aures quorum-
dam veſtrorum offendit Scriptura, totiens pro-
nuncians Chriſtum mendicum, qui talis eſſe
potuit ratione paupertatis honeſtæ; & non offen-
dit egenum audire, non obſtante turpitudinis
ratione? Peccant ergo, non dubium, ſeriatim

(*a*) Alludit ad Chryſoſtomum græcum, qui hanc protulit græce veritatem; & ad Lincolnienſem, qui latine eam expoſuit.

primus author Amoræorum, & filius ejus Richardus Armachanus, & Wicleſſus ter damnatus (*a*), contra grammaticam cum perverſa interpretatione * vocabuli; ſed multo amplius contra fidem catholicam de mendicitate ſpontanea Domini noſtri Jeſu Chriſti.

* *Cod. Ferrar.* conceptione

ARTICULUS SECUNDUS

Qui eſt

DE RELIGIOSIS VIVENTIBUS LABORITIO MANUALI.

CAPUT XXI.

Quod religioſi laborare tenentur in ſuis monaſteriis propter victum, exemplo & præceptis Patrum ſuorum.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Sancti Patres, ad retundendam carnis petulantiam, religioſis viris laborem manualem ſtatutis horis propoſuerunt.*
2. *Quæ conſuetudo ab Ægypti monachis, in quibus primum inolevit, ad Benedictinos, Carmelitas, & alios religioſos dimanavit.*

1. JAm reſtat ſecundo loco, ut ducamus in medium procurationem * vitæ per laborem manuum, poſt mendicitatem electam. Eam in omnibus locis vel temporibus oportunam ſancti Patres quaſi in medio ſtatu navigantis Eccleſiæ, correſpondenter ad tempus Synagogæ ſervilibus oneribus preſſæ, ſanctorum fratrum monaſteriis ſubrogabant. Forſan non credebant ſe poſſe cum quieſcente Jacob angelicis refocillari concurſibus, nec per ſcalam quietæ contemplationis cœlos tam inopinate pertingere, quouſque ruditatem carnis groſſæ purgaſſent lima laboritii manualis. Ideoque cum Petro, & duobus filiis Zebedæi, nocte hujus temporis laborioſe piſcabantur, ut poſtea cum ipſo Salvatore favo mellis, & aſſo piſce ſine labore cibarentur. Unde ſuper illum locum: BEDA. Qui „ hic afflictionem pro veritate ſuſcipiunt, illic „ dulcedine vera ſatiantur. „ Hæc ille. Et inde exiſtimabat unuſquiſque ſanctorum Patrum illius temporis propheticum illud ſibi dictum: *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.*

* *al.* curationem

Gen. 28. 11. 12.

Joan. 21. 2. 3.

Luc. 24. 42.

Beda *Jo.* 2. *pag.* 145.

Pſal. 127. 2.

2. Hæc autem inſtitutio ſanctorum Patrum in Ægypti Patribus, niſi fallor, primitus inolevit, ubi etiam Synagoga laborioſa in luto & latere Pharaoni ſervierat in vita, ut ibi Chriſtianæ gratiæ populus ſpontanei laboris ſui ſuſciperet meritum, ubi cœpit populus duræ cervicis * opus ſine merito ſubire coactum. Intantum autem cum Ægyptiis Patribus hæc inſtitutio laborandi ſuccrevit, ut nullus ibi ſine laboris uſu monaſterium ingredi pene poſſet, dicente ad Ruſticum Hieronymo: HIERONYMUS. „ Ægyptiorum Monaſteria hunc habent „ morem, ut nullum abſque labore & opere „ ſuſcipiant; non tam propter victus neceſſa- „ ria, quam propter animæ ſalutem, ne va- „ gentur pernicioſis cogitationibus, &, inſtar „ fornicantis Jeruſalem, omni tranſeunti diva- „ ricent pedes ſuos. „ Hæc Hieronymus. Et idem in Epiſt. *ad Euſtochium*, quæ incipit: *Audi filia*, loquens de eodem negotio Monachorum, dicit: HIERONYMUS. Opus diei ſta- „ tutum eſt, quod Decano redditum, fertur ad „ Œconomum: qui & ipſe per ſingulos men- „ ſes Patri omnium cum magno reddit tremo- „ re rationem: a quo cibi etiam, cum facti
A „ fuerint, prægustantur. -- Et ſequitur -- Do- „ minicis diebus orationi tantum, & lectioni- „ bus vacant; quod quidem & omni tempore „ completis opuſculis faciunt. „ Hæc Hieronymus. Et ſub hac forma veterum Patrum poſtmodum Sancti Patres injunxerunt laboritium manuale in Regulis ſuis ſcriptis. Unde in re- „ gula ſua Beatus BENEDICTUS. Otioſitas ini- „ mica eſt animæ; & ideo certis temporibus „ occupari debent fratres in labore manuum: cer- „ tis iterum horis in lectione divina. Ideoque „ hac diſpoſitione credimus utraque tempora „ ordinari, ideſt, ut a Paſcha uſque ad Ka-
B „ lendas Octobris, mane exeuntes a prima uſ- „ que ad horam pene quartam laborent quod „ neceſſarium fuerit: ab hora autem quarta uſ- „ que ad horam ſextam quaſi, lectioni vacent. „ -- Et ſequitur -- Si autem neceſſitas loci, „ aut paupertas exegerit, ut ad fruges colligen- „ das per ſe occupentur, non contriſtentur *: „ quia tunc vere hi Monachi ſunt, ſi labore „ manuum ſuarum vivant, ſicut & Patres no- „ ſtri, & Apoſtoli. Omnia tamen menſurate „ fiant, propter puſillanimes. „ Hæc ſanctus Benedictus in Regula Monachorum. Et Albertus Patriarcha in Regula Carmelitarum: AL-
C BERTUS. Faciendum eſt vobis aliquid operis, „ ut ſemper diabolus vos inveniat occupatos, „ ne ex otioſitate veſtra aliquem intrandi adi- „ tum ad animas veſtras valeat invenire. Ha- „ betis in hoc beati Pauli Apoſtoli magiſte- „ rium pariter & exemplum: in cujus ore Chri- „ ſtus loquebatur: qui poſitus eſt, & datus a „ Deo prædicator veritatis & Doctor gentium „ in fide & veritate; quem ſi ſecuti fueritis, „ non poteritis aberrare: *In labore* (inquit) *&* „ *fatigatione fuimus inter vos, nocte & die la-* „ *borantes, ne quem veſtrum gravaremus: non* „ *quaſi nos non haberemus poteſtatem, ſed ut*
D „ *noſmetipſos formam daremus vobis ad imitan-* „ *dum nos. Nam, cum eſſemus apud vos, hoc de-* „ *nunciabamus vobis, quoniam ſi quis non vult* „ *operari, non manducet.* „ Hæc Albertus in *Regula*. Et Caſſianus lib. x. qui eſt *de Acedia*, cap. VIII. CASSIANUS. Qua fiducia otioſis ma- „ nibus gratis panem comedere audebimus, „ quem vas electionis Evangelica ſollicitudine „ & prædicatione conſtrictus ſine opere ma- „ nuum comedere non præſumit: ſed *in labo-* „ *re* (inquit) *& fatigatione nocte & die labo-* „ *rantes, ne quem veſtrum gravaremus?* -- Et „ in cap. IX. -- Nec tamen ſe ſolum taliter in-
E „ ter eos converſatum fuiſſe teſtatur, ne forte „ non magna, nec generalis videretur hæc for- „ ma, ſi ipſius tantum traderetur exemplo: „ ſed etiam omnes qui erant cum eo ad mi- „ niſterium Evangelii deputati, ideſt, Silva- „ num & Timotheum, qui hæc eadem cum „ eo ſcribunt, aſſerit ſimili opere laboraſſe. In „ eo etiam quod dicit: *ne quem veſtrum gra-* „ *varemus*, verecundiam eis incutit magnam: „ ſi enim ille, qui Evangelium prædicabat, „ ſignis illud virtutibuſque commendans, ne „ gravaret quempiam, gratis panem mandu- „ care non audet: quomodo illi non æſtimant „ ſe

Cur primo apud Ægyptios Monachos invaluit laboritium manuale.

* *Ed. V.* populus judaicus.

Hieronymus *Jo.* 1. *Ep.* 125. *pag.* 934. *num.* 11.

* Hieronymus *To.* 1. *Ep.* 22. *num.* 35. *pag.* 118.

Benedictus in *Regula cap.* 48.

* *Vide quæ infra notantur cap.* 30.

Albertus Patriarcha Jeroſolymitanus *in Regula*

2. *Theſſal.* 3. 8. *&c.*

Caſſianus *To.* 7. *Biblioth. PP. Lugdun. pag.* 57.

2. *Theſſal.* 3.

pag. 58.

(*a*) *Adde & Lutherum & Brentium*, qui hunc antiquitatum Wicleffiſtarum errorem ſuis temporibus renovarunt, ut ſupra cap. 5. in

ſine potetur.

„ ſe gravare, qui quotidie eum otioſe va-
„ canteſque præſumunt? -- Et multis inter-
poſitis, tandem in cap. XXII. concludit inten-
tum, dicens: „ His itaque exemplis per Ægy- *pag. 60.*
„ ptum Patres inſtituti, nullo modo otioſos eſ-
„ ſe Monachos, ac præcipue juvenes, patiun-
„ tur, actum cordis & profectum patientiæ & A
„ humilitatis ſedulitate operis metientes. Et
„ non ſolum a nullo quidquam ad uſum victus
„ ſui accipere ſinunt, ſed etiam de laboribus
„ ſuis, non tantum ſupervenientes ac peregri-
„ nos reficiunt fratres, verum etiam per loca
„ Lybiæ, quæ ſterilitate & fame laborant; nec
„ non etiam per civitates his qui ſquallore car-
„ cerum contabeſcunt, immanem conferentes
„ dirigunt alimoniæ victuſque ſubſtantiam, de
„ fructu manuum ſuarum rationabile ac vivum
„ ſacrificium Domino, tali oblatione ſe offer-
„ re credentes. -- Et in cap. XXIII. -- Unde
„ HÆC EST APUD ÆGYPTUM AB antiquis Pa- B
„ tribus ſancta * ſententia: operantem Mona- ** al. ſancita* Præclara Monachorum Ægypti ſententia.
„ chum uno dæmone pulſari; otioſum vero in-
„ numeris ſpiritibus devaſtari. „ Hæc pauca de
multis Caſſiani in libro præfato. Adducamus
ad hoc idem ſanctum virum Iſidorum, qui la-
to ſermone tranſcurrit veteres obſervantias mo-
nachorum, & omnes labores eorum prædicat Iſidorus *pag. 603.*
ſumma laude: ISIDORUS. Monaſterium (inquit)
„ poteſt etiam unius Monachi habitatio nun-
„ cupari: Cœnobium autem nonniſi plurimo-
„ rum. Horum quidem converſationem, ut
„ Patrum edocet inſtitutio, breviter intimabo.
„ Hi quippe, contemptis primum atque deſer-
„ tis mundi hujus illecebris, in communi vi-
„ tam ſanctiſſimam congregati ſimul agunt,
„ viventes in orationibus, in lectionibus, & C
„ diſputationibus, in vigiliis, in jejuniis. Nul-
„ la ſuperbia tumidi, nulla invidentia lividi;
„ ſed modeſti, verecundi, pacati, concordiſſi-
„ mam vitam ſectantur: cogitationeſque ſuas
„ alterutrum revelantes, invicem diſcutiunt, cor-
„ riguntque. Nemo quidquam terrenum forte
„ peculiari poſſidet: pretioſis vel coloratis ve-
„ ſtibus non induuntur, ſed viliſſimis atque
„ ſinceris: lavacro nunquam utuntur ob dele-
„ ctationem corporis, ſed raro propter neceſſi-
„ tatem languorum. Inconſulto Abbate nun-
„ quam progrediuntur, nec aliquid ab eis ſine
„ nutu paternæ juſſionis aſſumitur. Operantur
„ autem manibus ea, quibus & corpus paſci D
„ poſſit, & a Deo mens impediri non poſſit.
„ Canunt autem manibus operantes (*a*), & ipſo a
„ labore, tamquam divino celeumate (*a*) ſe b
„ conſolantur. Opus autem ſuum tradunt eis,
„ quos *Decanos* vocant, eo quod ſint denis Decani unde ſic dicti.
„ præpoſiti, ut neminem illorum cura ſui corpo-
„ ris impediat a propoſito mentis; neque in
„ cibo, neque in veſtimento, neque in ſe,
„ neque ſi quid aliud opus eſt pro quotidiana
„ neceſſitate, vel mutua (ut aſſolet) valetudi-
„ ne. Ipſi autem Decani tradunt ea Præpoſito:
„ Præpoſitus autem cum magna ſollicitudine
„ omnia diſponens, præſto facit quidquid illo-
„ rum vita propter imbecillitatem corporis po-
„ ſtulat: rationem tamen ipſe reddit ei, quem E
„ *Patrem* vocant. Hi vero *Patres* intellectu,
„ tolerantia, atque diſcretione inſignes, omni-
„ bus rebus excelſi, nullo ſuperbi, conſulunt
„ iis, quos *filios* appellant, magna ſua in ju-
„ bendo charitate *, magna illorum in obe- ** al. authoritate.*

„ diendo voluntate. Conveniunt autem omnes
„ frequenter nocte dieque dato ſigno feſtina
„ cum properatione ad orationem ſolemnium
„ horarum, celebrantes fixa intentione cordis,
„ & uſque ad conſummationem Pſalmorum ſi-
„ ne faſtidio perſiſtentes. Item conveniunt die-
„ bus ſingulis interpoſitis, dum adhuc jejuni
„ ſunt, in collatione* ad audiendum *Patrem*. ** Ter in hebdomada ad loquendum de Ordine ſeu ad Capitulum conveniebant, ex præcepto Regulæ Sancti Benedicti.*
„ Audiunt autem eum incredibili ſtudio, ſum-
„ mo ſilentio; affectuſque animorum ſuorum,
„ prout eos provocaverit differentis oratio, vel
„ gemitu, vel fletu ſignificantes. Corpus dein-
„ de cum ſilentio magno reficiunt tantum,
„ quantum ſaluti neceſſe eſt, coercente uno-
„ quoque per parſimoniam concupiſcentiam gu-
„ læ, ne gravetur eorum cor vel in his ipſis
„ quæ præſto ſunt parca & viliſſima. Itaque
„ non ſolum a carnibus & a vino abſtinent
„ pro ſufficientia domandarum libidinum, ſed
„ etiam ab omnibus, quæ ventris & gutturis
„ provocant appetitum. Sane quidquid neceſ-
„ ſario victui ſupereſt, ex operibus manuum
„ & epularum reſtrictione, tanta cura egentibus
„ diſtribuitur, ut nihil remaneat quod abun-
„ det. „ Hæc & multo plura Iſidorus lib. II.
de officiis, cap. XV. Hæc omnia recitare putavi,
ut moderni religioſi omnes ſpeculari poſſint in
Patribus quid illi de obſervantia regulari commi-
ſerint filiis. Talis indubie eſſet ſequela jam ſu-
perſtitum ad hos dies, ſi veritatem haberet il-
lud antiquum, *Patrem ſequitur ſua proles*.

CAPUT XXII.

De duobus erroribus circa laboritium Monachorum.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *De manuali Religioſorum labore duæ hæreſes inter ſe contrariæ ſubortæ ſunt. Primam in Africa ſuſcitarunt quidam, Religioſis quemvis laborem prohibentes, contra quam Divus Auguſtinus librum ſcripſit, qui inſcribitur,* De opere monachorum.
2. *Alteram importavit* Willhelmus *quidam* de Sancto amore, *quem poſtea Wicleffus ſecutus eſt, docens, Religioſum quemlibet teneri de neceſſitate ſalutis ad victum ſibi procurandum manuali labore.*

1. SED nec hoc ſanctitatis inſigne permittitur paci ſuæ, ne profeſſores ejus ab illis beatis viderentur eſſe excepti, quibus Chriſtus in Evangelio: „ Beati (inquit) eritis, cum vos *Luc. 6. 22.*
„ oderint homines, & ſeparaverint vos, & ex-
„ probraverint, & ejecerint nomen veſtrum
„ tamquam malum propter filium hominis. „
Inſurrexerunt enim contra moderatum laborandi præceptum viciſſim hæreſes duæ, & ſibi ipſis extremaliter obviæ, ipſam veritatem inter ſe clauſam habentes, ut omnibus daretur intelligi quantum haberet virtutis moderatus labor clauſtralium, ex hoc quod inter duo vitia medium locum tenet: & ut juxta Ezechielem hæc *Ezech. 1. 4.* electri ſpecies de medio appareat, ideſt, *de medio ignis*, ut inter tormenta, ſecundum gloſſam, quæ patientibus videntur triſtia & dura, pretioſus appareat. Surrexit olim quidam hæreticus cum ſuis complicibus, (*b*) negans ſacros c labo-

(*a*) Videſis Edmundum Martene ſuper Caput 48. Regulæ S. Bened.
(*b*) *Celeuma* græce, latine eſt cantus nauticus, de quo ſæpius Tomo tertio recurrit ſermo.
(*c*) Iſte hæreticus ex monachis erat Carthaginenſibus, de quibus ad partes ſuas nonnullos traxerat, ut ex Auguſtino mox citando dignoſcitur. Non tamen apud eos monachos primo hæc hæreſis orta eſt: jam enim invaluerat penes *Meſſalianos*, ſive *Euchitas*, uti docet Epiphanius hæreſi 80.

labores, & ſpernens opifices monachos, dicens
eos contra Evangelicam perfectionem, quam
Matth. 6. 31. Chriſtus prædicavit, cogitare de craſtino; cum
tamen lilia agri, & volucres cœli neque ſerunt,
neque nent, & Pater cœleſtis veſtit & paſcit
ea; & multa habens ſimilia. Hæc hæreſis vi-
guit in Africa civitate Cathagine, tempore
Aurelii, ejuſdem ſedis Primatis: ad cujus ro-
gatum ſcripſit beatus Auguſtinus probatiſſimum
illum librum *de opere monachorum*, cujus & ip-
ſe meminit in libro *Retractationum*, cauſam
Auguſtinus *To. 1. cap. 21. pag. 49.* ſcripturæ exponens & ordinem: Augustinus.
„ Ut *de opere monachorum* librum ſcribere me
„ neceſſitas compulit, cum apud Carthaginem
„ monaſteria eſſe cœpiſſent; alii ſe ſuis mani-
„ bus tranſigebant, obtemperantes Apoſtolo:
„ alii vero ita ex oblationibus religioſorum
„ vivere volebant, ut, nihil laborantes, unde
„ neceſſaria vel haberent vel ſupplerent, ſe
„ potius implere præceptum Evangelicum exi-
„ ſtimarent atque jactarent, ubi Dominus ait:
Matth. 6. 26. „ *Reſpicite volatilia cœli, & lilia agri*. Unde
„ etiam inter aliquos laicos inferioris propoſi-
„ ti, ſed tamen ſtudioſe ferventes, exiſtere cœ-
„ perant tumultuoſa certamina, quibus Eccle-
„ ſia turbaretur, aliis hoc, aliis illud defen-
„ dentibus. Huc accedebat, quod multi erant
„ eorum, qui operandum non eſſe dicebant:
„ unde contentiones hinc inde reprehenden-
„ tium, quaſi pugnantium pro partium ſtu-
„ diis, augebantur. Propter hæc venerabilis
„ ſenex Aurelius Eccleſiæ ipſius civitatis Epi-
„ ſcopus, ut hinc aliquid ſcriberem juſſit, &
„ feci. „ Hæc Auguſtinus. Contra tamen hunc
errorem fruſtra jam laborare non propono, eo
quod omnibus defenſoribus talis inertiæ ſuf-
ficere poſſunt jacula rationum, quas in hoc ip-
ſo libro collegit venerabilis Auguſtinus; ita ut,
quando proferuntur in medium, ſcutum nul-
lum habeat, ſub quo ſe protegat, patronus ac-
cidiæ; niſi forte quis delectetur audire ſanctum
Otium maxime tentat clauſtrales. dicere Caſſianum, quod hujuſmodi otium ma-
xime ſolet impugnare clauſtrales. Cassianus.
Caſſianus *in Biblioth. PP. Lugdunen. To. 7. pag. 56.* „ Græci (inquit) *acediam* vocant, quam nos
„ tædium, ſive anxietatem cordis poſſumus
„ nuncupare. Affinis hæc triſtitiæ eſt, ac ſoli-
„ tariis magis experta, & in eremo commo-
„ rantibus infeſtior hoſtis ac frequens, maxi-
„ me circa horam ſextam monachum inquie-
„ tans, ut quædam febris ingruens tempore
„ præſtituto, ardentiſſimos æſtus accenſionum
„ ſuarum ſolitis ac ſtatutis horis animæ infe-
„ rens ægrotanti. Denique nonnulli ſævum
„ hunc eſſe pronunciant *meridianum* dæmonem;
Pſal. 90. 6. „ qui in Pſalmo xc. nuncupatur: qui cum
„ miſerabilem obſederit mentem, horrorem lo-
„ ci, cellæ faſtidium, fratrum quoque qui cum
„ eo, vel eminus commorantur, tamquam ne-
„ gligentium, ac minus ſpiritualium, aſperna-
„ tionem gignit atque contemptum. Ad omne
„ quoque opus, quod intra ſepta ſui cubilis
„ eſt, facit deſidem & inertem. „ Hæc Caſ-
lib. 10. Collat. ſianus lib. x. qui eſt *de ſpiritu Acediæ*, cap. 1.
In quo libro per totum contra deſidiam mili-
tat, & ad operandum manualiter invitat, &
hortatur clauſtrales per innumera media Scri-
* *de opere Monachor.* pturarum. Ad illum librum accedant etiam il-
li, qui quamvis Auguſtino * non conſenſerint;
tamen omnino percuſſi, diſſentire non poſ-
ſunt.

8. Jam ad alium errorem divertamus, huic
errori omnino contrarium, in quo tanto diu-
tius expectemus, quanto manifeſtius adhuc ſu-
perſtites quidam ſunt *, & huc uſque vivunt, * *Præter Wicleviſtas invenit etiam avaros Catholicæ Eccleſiæ Clericos, de quibus infra cap. 24.*
qui ipſum fovent. A capite hæreticorum
Willelmo de Sancto amore, *Amoræi* ipſum erro-
rum traducunt: ab *Amoræis* uſque ad *Wicle-*
A *viſtas*: a *Wicleviſtis* moderni (*a*) ipſum ſumen- a
tes, in tantum fervent, ut in generatione una *Pſal. 108. 13.*
non deleatur nomen ejus *. Immo quantumcum- * *Gulielmi de Sancto amore.*
que ſancti viri certent cum eis, eo quod hæc
hæreſis ſit de filiis Judæ traditoris, ſemper in
memoriam redit iniquitas patris ejus, & pec-
catum matris ejus omnino non deletur. Tenet
enim hæreſis iſta, quod omnis religioſus tene-
tur vivere de labore manuum de neceſſitate ſa-
lutis: & nullum ab hac regula excipiunt Wi-
cleviſtæ, qui clauſtri metas continuare propo-
nit. Amoræi vero nullum excipiunt, niſi cujus
monaſterium forte ſufficienti præſidio vitæ ſuſ-
B fultum eſt. Rationes eorum majores curavi ſub-
ſerere; quarum prima hæc eſt, juxta formulas
Amoræi: „ Apoſtolus Paulus pauperibus fide-
„ libus dicit 1. Theſſalon. *Operamini manibus* *1. Theſſal. 3. 11.*
„ *veſtris, ſicut præcepimus vobis*: ſed ab obſer-
„ vantiam præceptorum maxime tenentur Re- Argumenta deducta ex Scriptura.
„ ligioſi; ergo Religioſi debent maxime mani-
„ bus laborare. Item: Deus injunxit primo ho-
„ mini peccanti * corporalem laborem, ut pa- * *al.* ubi peccavit.
„ tet Geneſis iii. *In ſudore* (inquit) *vultus tui* *Gen. 3. 19.*
„ *veſceris pane tuo*. Numquid intelligimus,
„ quod ſecta Fratrum ſit præſtantior Protopla-
„ ſto, aut prædicativior? Item Apoſtolus Pau- *Act. 18. 3.*
C „ lus ad exonerationem Eccleſiæ arte ſcenofa- *2. Cor. 6. 1.*
„ ctoria (*b*) uſus fuit. Item ii. ad Cor. vi. *Hor-*
„ *tamur vos, ne in vacuum gratiam Dei reci-* b
„ *piatis*. Quomodo Fratres non in vacuum
„ gratiam Dei recipiunt, qui corporalem for-
„ titudinem & oportunitatem habent a Deo;
„ & ad exonerationem Eccleſiæ negligunt ope-
„ rari & laborare? Item, Religioſi maxime te-
„ nentur Apoſtolorum vitam imitari: ſed Apo-
„ ſtoli propriis manibus laboraverunt 1. ad Cor.
„ iv. *Laboramus operantes manibus*. Et Act. xx. *1. Cor. 4. 12.*
„ *Omnia, quæ mihi opus erant, miniſtraverunt* *Act. 20. 34.*
„ *manus iſtæ*. ii. Theſſal. iii. *Neque panem* *2. Theſſal. 3. 8. & 9.*
D „ *gratis manducavimus ab aliquo; ſed in labore*
„ *& fatigatione, nocte ac die operantes, ut noſ-*
„ *metipſos formam daremus vobis ad imitandum*
„ *nos*. „ Item, ne aliqua occupatio clauſtralis Argumenta ex authoritate.
tolleret excuſative laborem manualem, infer-
tur Auguſtinus in lib. *de opere monachorum*; qui
omnia recitans ſtudia clauſtri, non minus in-
jungit, ut laborent: Augustinus. Quid enim Auguſtinus *To. 6. pag. 459. num. 20.*
„ hic agunt (inquit) qui corporaliter ope-
„ rari nolunt? Cui rei vacent ſcire deſidero.
„ *Orationibus* (inquiunt) *pſalmis, & verbo Dei.*
„ Sancta plane vita, & Chriſti ſuavitate lau-
„ dabilis. Sed ſi ab his avocandi non ſumus;
E „ nec manducandum eſt, nec ipſæ eſcæ quoti-
„ die præparandæ, ut poſſint apponi & aſſumi.
„ Si autem ad illa vacare ſervos Dei certis
„ intervallis temporum, ipſius infirmitatis ne-
„ ceſſitas cogit; cur non & in Apoſtolicis præ-
„ ceptis obſervandis aliquas partes temporis
„ deputamus? Citius exauditur obedientis
„ oratio, quam decem millia contempto-
„ ris. Cantica enim divina cantare etiam ma-
„ nibus operantes facile poſſunt, & ipſum la-
„ borem tamquam celeumate * conſolari. „ * *Celeuma cantus nauticus.*
Hæc Auguſtinus ibidem cap. xvii. Ubi ſatis pa-
tet inſpicienti, quod nec oratio, lectio, vel
medi-

(*a*) Inter iſtos *modernos* unus eſt Calvinus *lib.* 4. *Inſtit.* cap. 13. §. 10. dicens teneri monachos ex proprio labore vivere; quamquam *Gulielmus de ſancto Amore* non omnes religioſos ad opus manuarium obligabat; ſed illos dumtaxat, qui non habent bona ſtabilia in communi.

(*b*) *Ars ſcenofactoria*, quæ in conficiendis tentoriis verſatur.

meditatio, nec Pſalmorum decantatio; immo vix divini verbi prædicatio excludit virum monaſterialem, quo minus teneatur manualiter
a laborare (*a*).

CAPUT XXIII.

Quibus de cauſis laboravit Apoſtolus Paulus.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Regula generalis Scripturæ eſt, quod præceptum eos tantummodo obligat, ad quos determinate dirigitur. Unde cum Apoſtolus tribus in locis laborem præcipiat; non hinc ſequitur contineri Religioſos ſub illo præcepto.*
2. *Apoſtolus Paulus cur apud Theſſalonicenſes, Corinthios, & Epheſios laboravit manibus ſuis: & quod non propter hoc in conſequentiam trahendum eſt, religioſos neceſſario debere manibus laborare.*
3. *Divus Auguſtinus quos a labore manuum excipiat.*

1. Rationes iſtæ ſunt de ſtirpe illius vindicis lanceæ, quam invidus Saul contra
1. Reg. 19. 10. innocentem David emiſit, ſed non offendit: & lapidibus illis ſimiles puto, quos plebs Ju-
Joan. 10. 31. dæorum prophana levavit, ut Chriſtum pauperem lapidaret, ſed non læſit: quia Jeſus tranſiens per medium illorum ibat. Vere nec iſtæ rationes volatiles, pauperes Religioſos attingunt, eo quod, cum veritas aperuerit Scripturas, per medium volentium eos lapidare tranſibunt, & non offendentur. Et quia VERITAS VIDETUR EO clarius, quo brevius; argumenta eorum ducam ad compendium. Certum eſt,
* argumenta in ſuperiori capite adducta. quod omnia * unum quid ambiguum, & uno modo concludunt, diverſa tamen origine. Quandoque enim argumentum aſſumunt ex eo quod Paulus aliis quibuſdam præcepit: quandoque ex hoc quod Paulus in perſona ſua exercuit: & tertio, ex hoc quod beatus Auguſtinus taliter monachos
Regula notanda pro præceptis quæ in Scriptura leguntur. docuit. Quantum eſt ad Apoſtolicum præceptum, eſt notanda regula talis Scripturæ, quod ubi præceptum ad quoſdam determinate dirigitur, eos ſolos obligat quos induxit. Hoc modo probat Origenes ſuper Epiſtolam Pauli ad
Rom. 2. 26. Rom. textu, *Si ergo præputium juſtitias legis cuſtodiat &c.* quod Proſelyti Judæorum non obligabantur ad legem ullam, quæ communiter dabatur filiis Iſrael, niſi etiam de Proſelytis faceret mentionem: nec populus Iſrael ad legem, quæ dabatur Aaron & Levitis. Unde ſic habet ORI-
Origenes To. 1. pag. 312. GENES. Intuere, quemadmodum de lege circumciſionis, tantum ad filios Iſrael Moyſes „ loqui jubetur, & alienigenarum nulla fit mentio. Si enim credimus per divinum Spiritum „ ſcripta eſſe quæ inſeruntur in lege, utique „ non fruſtra aut addi aliquid putandum eſt, „ aut ſileri. Et ideo cum in quibuſdam mandatis dicitur: *Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos;* in quibuſdam vero additur, ut „ non ſolum filiis Iſrael, ſed & Proſelytis,
b „ ideſt, advenis, loquatur (*b*); neceſſario utique obſervanda diſtinctio hæc eſt: quia ſicut „ in locis ubi dicitur: *Loquere ad Aaron;* &
Levit. 17. 2. Num. 18. 26. „ alibi: *Loquere ad Levitas, & dices ad eos;* „ certum eſt non ſubjacere reliquos filios Iſrael his legibus, quæ vel filiis Aaron, vel Levitis, vel ipſi Aaron promulgatæ ſunt: ita „ etiam quæ filiis Iſrael jubentur, nec alienigenæ memoria ulla fit, non eſt putandum „ commune in his eſſe mandatum, vel communem fieri legem, ubi appellationis habetur exceptio. „ Hæc Origenes. Hac ipſa ratione Origenis dicimus: Si credimus per divi-
A num Spiritum eſſe præcepta quæ Paulus præcepit, non fruſtra in præcepto ejus putandum eſt aliquid addi, aut ſileri. Sed in his tribus locis * tantum, ſi non fallor ego cum aliis, dedit Apoſtolus de manuali labore præceptum: primo, ad Epheſ. IV. dicens: *Qui furabatur, jam non furetur: magis autem laboret manibus, ut habeat unde tribuat neceſſitatem patienti.* Ecce hic indicitur labor manualis furibus & latronibus ad evitandum latrocinia. Unde ſuper eumdem textum in *annotationibus* ſuis HIERONYMUS. Alienos labores aliquando direptos, nunc ſuo labore compenſet; & operando tribuat indi-
B „ gentibus, qui multos furando fecit egentes. „ Hæc Hieronymus. Certum eſt, quod nullus furando facit egentem, niſi fur: ideo ipſis furibus tantum congruit hoc præceptum, ſaltem quantum eſt de hoc loco. Et habet ſuper eumdem textum AMBROSIUS. Non ſolum ergo „ chriſtianus aliena non tollere jubetur, ſed & „ de labore ſuo penuriam patientibus miniſtrare; ut bonis operibus deditus, rependat quæ „ prius abſtulerat. „ Quis autem rependet quæ prius abſtulit, niſi qui prius auferendo furtum exercuit *? Secundo, mandavit hoc Apoſtolus 1. ad Theſſalon. IV. *Rogamus autem vos fratres,*
C *ut abundetis magis, & operemini manibus veſtris, ſicut præcepimus vobis: & ut honeſte ambuletis ad eos, qui foris ſunt; & nullius aliquid deſideretis.* Hic dat Apoſtolus præceptum operandi ad quoſdam vagos & inquietos, qui, ad opprobrium chriſtianæ religionis, cum jocis & trufis poſtulabant ſibi victum a Paganis, quod notant Doctores ex hoc quod ſequitur: *Honeſte ambuletis ad eos, qui foris ſunt.* Quam etiam honeſtatem zelavit beatus Clemens *, non permittens, ſed prohibens pauperes chriſtianos mendicare ab infidelibus. Unde ſuper eumdem textum in *annotationibus* HIERONYMUS. Quidam
D „ eorum per diverſorum diſcurrebant domos, „ aliquando etiam ad religionis opprobrium „ ab infidelibus poſtulantes. Unde magis vult, „ eos proprii negotii cura, & labore manuum „ occupari, quam otioſitatis detrimentum, & „ inquietudinis habere peccatum. „ Hæc Hieronymus. Tertio, indicit Apoſtolus laboritium manuale II. ad Theſſal. III. *Cum eſſemus apud vos, hoc denunciabamus vobis, quoniam ſi quis non vult operari, non manducet.* Et tunc quibus dederit hoc præceptum intimat, cum ſubjungit: *Audivimus enim inter vos quoſdam ambulare inquiete nihil operantes, ſed curioſe agen-*
E *tes*, quid in qualibet provincia vel civitate geratur, vel domo *. Et ibidem ſuper eumdem textum dicit HAYMO. Qui otioſi eſſe deſiderant, illud agunt quatenus occaſio naſcatur, „ qua introitum ſuum deſiderabilem faciant; in „ domibus divitum ambulantes, geſta & opiniones verborum ſubtiliter colligunt, ſcientes quid de quo velint audire, ut libenter „ & requiſiti paſcantur: quod factum valde „ abhorret dominica diſciplina. „ Hæc Haymo. Quibus hoc dedit operandi præceptum, Apoſtolus ipſe notavit, ſcilicet, *inquiete ambulantibus*, & *curioſe* ſcrutantibus, & rumigerulis.

Marginal notes (right column): * [illegible] recitandis. — Eph. 4. 28. — * Hieronymus Tom. 11. pag. 1005. — * Ambroſius To. 2. in app. pag. 244. — * Cod. Feuar. commiſit. — 1. Theſſal. 4. 10. & 11. — * Papa lib. 4. can. 7. Apoſtolor. — * Hieronymus Tom. 11. pag. 1036. — 2. Theſſal. 3. 10. — * Vide cap. 12. num. 1. — Haymo

(*a*) Haſtenus argumenta recitavit adverſariorum. Jam in ſequenti capite gradatim reſpondet.

(*b*) Ita Exodi 12. 19. Levit. 16. 29. & 17. 10. &c. Num. 9. 14. & 15. 15. Deut. 15. 3.

rulis: *Ad hos* (inquit Hieronymus) *debet hoc præceptum legitime pertinere*. Et ne deberet intelligi pertinere ad viros religioſos, qui videntur quietam vitam agere, diſtinguit Hieronymus, & notat terminum textus: Ad *inquiete ambulantes* dicit, non ad quiete ſedentes, ne ſic videretur tangere ſtudentes, & contemplativos maxime, & religioſos fere omnes, qui omnes quiete ſua fruuntur, ut oportet. Et Haymo ultra iſta notat, quod Apoſtolus hoc mandavit pauperibus plebeis, qui, ſi non indulgeant operi, fiunt ſtatim peccabiliter otioſi: (Haymo) HAYMO. Forma (inquit) erat his, qui mediocres, „ vel tenues erant ſubſtantia in plebe, ut dicerent quatenus libertatem ſuam non amit- (2.Theſſal.3.10.) „ terent. „ De his decrevit Apoſtolus, quod *ſi quis non vult operari, non manducet*. Super quod Hieronymus ubi ſupra, invitat eoſdem ſub disjuncto, vel ad quietam ſeſſionem, quæ eſt quies Religioſorum; vel ut ſerviant operi, ſecundum præceptum Apoſtoli. Unde dicit: (* Hieronymus To. 11. pag. 1042.) HIERONYMUS. Aut ſedeant quieti, aut ſervi ſint, aut liberi. Si ſervi, nos eos ſedentes non imitabimur: ſin liberi inquiete „ ambulant; eos nos ſequemur, ſi non avaritiæ, ſed Dei cauſa ambulare ſe dicant. „ Hæc Hieronymus. Non ergo (ſecundum quod exponit Hieronymus) utrumque tenetur unus homo ſupplere, ut ſimul ſedeat quietus & ſerviat operando; ſed aut unum agat, aut alterum. Sic ergo Apoſtolus dedit hoc laborandi præceptum ſolis pauperibus plebeis otioſis, & rumoribus ac novitatibus victum procurantibus, quod eſt valde turpe lucrum; nec agit ad religioſos, (* ſuppl. Wiclevista) niſi probare poterit * ipſos eſſe tales. Et hoc a primo aſſumpto hujus Tractatus valere debet: (* ſupra cap. 23. num. 1.) quia ſicut ex Origene habitum eſt *, *non debet credi eſſe commune mandatum, ubi appellationis* (ideſt, per ſpecialem nominationem) *habetur exceptio*: ſed ſolis latronibus in primo; vel improbe poſtulantibus & deſiderantibus victum a Paganis, in commune ſcandalum chriſtianæ gentis in ſecundo; & inquiete ambulantibus in tertio loco, mimis ſcilicet, & rumigerulis, dabatur ab Apoſtolo præceptum operis manualis: ergo eis tantum, & non Religioſis ſervis Chriſti debet hoc præceptum calumnioſa voce proferri: quamvis propter aliquod commodum ſpeciale poſſet forſan conſulendo proponi, & ſic conſultum religioſe compleri.

2. Quantum ad id, quod arguunt de Apoſtolico labore, videndum eſt, ubi laborabat Apoſtolus, & ad quas cauſas. Beatus Hieronymus in *annotationibus* ſuis notat tantum tria loca, ubi Apoſtolus laboravit, ſuper illum textum II. ad Theſſal. III. (2. Theſſ. 3. 8.) *Nocte & die operantes, ne quem veſtrum gravaremus*: (* Hieronymus To. 11. pag. 1042.) HIERONYMUS. Apud iſtos „ (inquit) ſcilicet Theſſalonicenſes & Corinthios & Epheſios laboravit, quibus occaſionem auferre cupiebat vel accipiendi, vel de „ ſe aliquid ſuſpicandi. „ Hæc Hieronymus. Ubi notatur cauſa, quare non accepit, ſed potius laboravit, ſcilicet, ut auferret eis occaſionem accipiendi libere & cum otio, quando ipſe noluit accipere pro labore *. (* Subaudi prædicationis) Unde ſuper illud II. Theſſal. ultimo: (2.Theſſal.3.9.) *Non quaſi nos non haberemus poteſtatem*, habet interlinearis gloſſa Anſelmi: (Anſelmus Laudunenſis) ANSELMUS. Tunc multo magis iſti „ debent vivere de ſuo labore. Et ibi: *ut noſmetipſos formam daremus vobis ad imitandum nos*, ut nos imitaremini, & otium dimitteretis. „ Secundo loco laboravit apud Corinthios, ſecundum quod notat ubi jam ſupra ANSELMUS. Pro alia (inquit) cauſa hic abſtinuit „ quam apud Corinthios, ubi cauſa erat, ut (Anſelmus Laudunenſis) „ ſic tolleret occaſionem prædicandi pſeudo „ Apoſtolis, qui propter ſola temporalia prædicabant. „ Unde II. Cor. XI. textus habet: *Ut occaſionem eorum amputem, qui volunt occaſionem*. (2. Cor. 11. 12.) Ubi in *annotationibus* ſuis (* Hieronymus To. 11. pag. 974.)
A HIERONYMUS. Hic reddit cauſam, quare ipſe non accepit; & adverſarii cur docuerint, gulam & „ avaritiam ſectarentur, quærentes per Paulum * (* Verum per paucum) „ aditum invenire lucrandi; & ſi panem acciperet, illi aurum licentius exigerent. Ideo „ tollit occaſionem Apoſtolus, ut in hoc appareat, an propter Deum doceret, cum a diſcipulis nihil expeteret. „ Hæc ille. Tertio loco laboravit Apoſtolus cum Epheſiis, ſecundum Hieronymum: & hoc ad eorum, credo, vitandam rapinam, quantum ex textu percipi poteſt. Cum cæteris vero Eccleſiis non legi-
B tur laboraſſe Apoſtolum, ſicut nec alios Apoſtolos: nam apud iſtos * (* Epheſios Corinthios & Theſſalonicenſes) propter eorum infirmitates conabatur Apoſtolus laborare. Ubi tales ægros Apoſtoli non videbant, nec ibi laborare ſolebant. Unde Hieronymus in *annotationibus* ſuis ſuper illud I. ad Cor. IX. (1. Cor. 9. 5.) *Numquid non poteſtatem habemus mulierem circumducendi, ſicut cæteri Apoſtoli?* (* Hieronymus To. 11. pag. 974.) HIERONYMUS. De Apo„ ſtolis loquens, non illos condemnat, ſed „ ſuum dat exemplum. Illi autem fidelioribus „ prædicabant. Et apud Judæos hæc erat conſuetudo, ut neceſſaria Doctoribus a diſcipu-
C „ lis præberentur: quod gentes adhuc rudes „ poterat ſcandalizare. „ Hæc Hieronymus. Ecce Hieronymus notat, quod cæteri Apoſtoli acceperunt victum ſuum a diſcipulis ſuis, quia fidelioribus prædicabant, quam ipſe Paulus. Sic etiam Paulus ipſe non laborabat inter Macedones; immo accepit ab eis victum, non tam cum prædicaret eis, quam etiam apud Corinthios, quibus dicit: *Quod mihi deerat, ſuppleverunt fratres qui venerunt a Macedonia, & in omnibus me vobis ſine opere ſervavi*. (2. Cor. 11. 9.) Ab
D his tamen correctis volebat accipere. Sic enim habet interlinearis gloſſa Anſelmi ibidem: (Anſelmus Laudunenſis) ANSELMUS. Ab his (inquit) bene correctis fuit „ accipiendum, ne amitterent fructum. „ Et quidem a Macedonibus audacius & ſatis abundanter accepit, quia abundavit fidelitas. Unde in *annotationibus* ſuper eumdem locum (* Hieronymus To. 11. pag. 974.) HIERONYMUS. Suppleverunt (inquit) fratres, qui ve„ nerunt a Macedonia, qui non erant infirmi, „ nec pſeudo Apoſtolos receperunt; quinimmo „ revincebant. „ Hæc ille. Quia ergo in his tribus locis, quibus laboravit Apoſtolus, propter infirmitates tantum laboravit illorum, ut ſic eis parceret; non autem quia accipiendi
E poteſtatem non habuit; probent ſophiſtæ noſtri Chriſtianam plebem noſtram tali infirmitate detentam: & conſequenter, ne Religioſi ipſorum ſtipe vivant, inhibeant. Probent, (ſupple, multitudinem chriſtianam) aut furto vivere cum Epheſiis, aut nugis & otio cum Theſſalonicenſibus, aut ſaltem pſeudo cohærere prophetis cum Corinthiis: & tunc poſſunt Religioſis prædicantibus de ſupererogando proponere, ut ſcilicet ſub obtentu præmii laborent potius manibus, quam debitum prædicationis accipiant. Et quid ſi ab illo populo acciperent, aſſimilato Corinthiis in recipiendo Lollardos & pſeudo prophetas? Nonne ſi catholicus Pauliſta panem accipiat, illi aurum licentius exigunt, ſecundum Hieronymum ubi ſupra; ſicut etiam certitudo probat moderna, quod Lollardus Sacerdos uſque ad ſexaginta aureos * (* Sterlingos quibus triginta ſupra trecentum Romana ſcuta conflantur.) annuatim conducitur, dum prædicator catholicus vix cibatur? Tamen non dubito quin populum Macedonienſem reli-

lictu-

licturus ſit Paulus in Eccleſia Dei, quæ pſeudo Apoſtolos non accipiet, ſed rejiciet *; & fideliter miniſtrabit illis catholicis quod eis, cum prædicabunt, defuerit.

* Cod. Ferrar. remittet.

3. His peractis, quod de beato Auguſtino adducunt teſtimonium libenter admittimus *, ſed de Actoris inſufficientia perſcrutamur. Inſufficiens eſt enim illi teſtificatio quam producit, dum is ab eo excipitur quem ipſe produxit. Excipit enim egregius Auguſtinus a laboritio manuum in libro prædicto hinc Evangeliſtas, hinc altaris miniſtros, hinc contemplantes, hinc alios: de quibus omnibus cum ſpatioſe & lucide dictum fuerit in ſequentibus, videbit æmulus quam male profecerit in teſtibus.

* al. admittitur

CAPUT XXIV.

Quod Evangeliſtæ eximendi ſunt inter religioſos ab opere manuali.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Dominus noſter ſuis Evangeliſtis non imponit ut Evangelio ſerviant, & præterea illis vitæ neceſſaria non ſubminiſtrentur: ſed voluit, ut qui Evangelio ſervit, de Evangelio vivat.*
2. *Non ſolum jis, quibus ex officio competit Evangelii diſpenſatio, vitæ neceſſaria debentur; ſed illis etiam qui ſe ſe ſponte in illud præclarum munus obtulerunt, ut ſunt Religioſi Monachi, & Mendicantes.*

1. PRædicatoribus divini verbi modicum eſt ſi ſint liberi a labore manuum; tam gravis labor injungitur, & grande onus, ipſum ſcilicet prædicatoris officium. Nam qui collis hominum nunquam onus impoſuit niſi leve & jugum ſuave; & ſecundum Job, laborantem agricolam non aflixit; crede firmiter, quod dilectis ſuis Evangeliſtis duplicis officii, ad modum Ægyptiacæ ſervitutis, onera non injunxit, ut ſcilicet palea non donetur, & tamen eadem penſa operis exigatur: victus non detur prædicantibus, & Evangeliſtæ requiratur actus & fructus. Quinimmo gratus Dominus decrevit e contrario, ut qui ſpiritualia ſeminant chriſtianis, chriſtianorum metant carnalia. Non enim minimus Evangeliſtarum erat qui dixit: *Dominus ordinavit jis, qui Evangelium annunciant, de Evangelio vivere*. Ergo qui de Evangelio habent licite unde vivant; ut pro victu ſuo manualiter operentur, quomodo cogendi ſunt? Ideo etiam beatus Auguſtinus in prædicto libro *de opere Monachorum*, ipſos ab omni neceſſitate operis corporalis excipit, expreſſis verbis dicens: AUGUSTINUS. *In lege* (inquit Apoſtolus) „ *Moyſi ſcriptum eſt: Bovi trituranti non alligabis os. Numquid de bobus pertinet ad Deum**? *An propter nos omnino* * *dicit? Propter nos enim ſcriptum eſt* * *quia debet in ſpe qui arat arare, & triturans in ſpe participandi* *. His verbis ſatis docet Apoſtolus Paulus, non ſibi aliquid uſurpaſſe ultra debitum coapoſtolos ſuos, quia non operabantur corporaliter, unde haberent huic vitæ neceſſaria; ſed ſicut Dominus conſtituit, ut ex Evangelio viventes panem gratuitum manducarent ab eis, quibus gratuitam gratiam prædicabant. Stipendium enim ſuum tamquam milites accipiebant, & de vineæ per eos plantatæ fructu, quod opus erat, libere decerpebant: & de gregis quem paſcebant lacte potabant: & ex area quam triturabant, cibum ſumebant. „ Hæc Auguſtinus ibi cap. VII. Item cap. XV. ejusdem libri dicit: „ *Quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte ejus non percipit?* Fecit itaque ſecurum caſtum Evangeliſtam, non ad hoc evangelizantem ut venderet Evangelium; ſed tamen hinc ſuis manibus operari non valentem. Vitæ neceſſaria exhibere jubet, ut intelligeret, neceſſarium ſibi ſumere ab eis, quibus tamquam provincialibus militabat, & quos tamquam vineam cultura exercebat, vel tamquam gregem paſcebat, non eſſe mendicitatem, ſed poteſtatem. „ Hæc Auguſtinus. Palam fecit Auguſtinus poteſtatem iſtam datam Evangeliſtis, ut de Evangelio vivant, ſine opere manuum. De quo etiam intelligi habet illud Chriſti ad diſcipulos ſuos: *Operamini* (inquit) *non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam*.

Matth. 11. 29. Job. 31. 39. Exod. 5. 7. 1. Cor. 9. 11. 14. Auguſtinus To. 6. cap. 7. pag. 481. Deut. 25. 4. 1. Cor. 9. 9. &c. * Vulg. cura eſt Deo * Vulg. utique * Vulg. nam propter nos ſcripta ſunt * Vulg. fructus percipiendi pag. 486. num. 16. 1. Cor. 9. 7. Joan. 6. 27.

2. Rurſus tamen hic potentes Clerici ſibilant in egenos, factaque eſt contentio inter diſcipulos Jeſu, ne pauperes cum potentibus cibum ſumant. Ab eſca Chriſti, quæ ſatis eſt omnibus, potentes aquilæ paſſeres abigunt: & dicunt poteſtatem de Evangelio vivendi, his tantum eſſe conceſſam, qui curas animarum habent; non Evangeliſtis ſpontaneis (*a*), qui libero capite, non miſſi, onus ſubeunt prædicandi. Sed Sapiens dicit: „ Non facias violentiam pauperi, quia pauper eſt: neque conteras egenum in porta: quia Dominus judicabit cauſam ejus & configet eos, qui confixerunt animam ejus. „ Proverb. XXII. Certe beatus Auguſtinus vult eos de annona Evangelii vivere, qui Evangelio collaborant. Et ne lis eſſet in menſa Domini, univerſaliter omnes Evangeliſtas hac libertate donavit. Unde ſecundo lib. *de ſerm. Dom. in monte*, tractans hunc textum, *Primum querite regnum Dei*: AUGUSTINUS. Sicut (inquit) omnes militantes accipiunt annonam & ſtipendium; ſic OMNES EVANGELIZANTES accipiunt victum & tegumentum. Sed ſicut non omnes propter ſalutem Reipublicæ militant; ſed propter illa quæ accipiunt; ſic non omnes propter ſalutem Eccleſiæ miniſtrant, ſed propter hæc temporalia, quæ tamquam annonas & ſtipendia conſequuntur; aut & propter hoc, & propter illud. Sed ſupra jam dictum eſt: *Non poteſtis duobus Dominis ſervire*. „ Hæc Auguſtinus. Item idem *de opere Monachorum* cap. VII. „ Ut quid enim ait Apoſtolus: *An ego ſolus & Barnabas non habemus poteſtatem non operandi*, niſi quod omnes Evangeliſtæ & miniſtri verbi Dei habebant poteſtatem á Domino acceptam, ut non operarentur manibus ſuis; ſed ex Evangelio viverent, operantes tantummodo ſpiritualia in prædicatione regni cœlorum, & ædificatione pacis Eccle-

Luc. 22. 24. Prov. 22. 22. & 23. Matth. 6. 32. Auguſtinus To. 3. lib. 2. pag. 222. num. 56. Matth. 6. 24. Auguſtinus To. 6. pag. 480. num. 8. 1. Cor. 9. 6.

(*a*) Evangeliſtas *ſpontaneos* dicit illos, qui non ex juſtitia, ut Clerici animarum curam habentes; ſed ex ſola charitate Chriſtum annunciant, ut ſunt potiſſimum Clauſtrales Sacerdotes. Contra iſtos jam diu fuit cupidorum Clericorum contentio: non quia ſoli in agro Domini laborare; ſed quia ſoli de frugibus percipere deſiderarent. De his fuiſſe cenſetur Gulielmus de Sancto amore, qui in famoſo libello *de periculis noviſſimorum temporum* docuit non poſſe Clauſtrales licite de Evangelio vivere; nec eos debere ſacris prædicationibus immiſceri. Nec poſt iſtum deferbuit, ſed adhuc exarſit contentioſa cupiditas, etiam apud Catholicos Paſtores, qui plures hac de re controverſias excitarunt, quas anno 1303. dirimere curavit Bonifacius VIII. Pontifex Maximus, ſtatuens, ne Regulares arceantur ab audiendis confeſſionibus, ſacris concionibus habendis, eleemoſinis excipiendis &c.

„ cleſiæ? – Et ſequitur: Dicat ergo qui conatur præcepta catholica & Apoſtolica in ſententiam ſuam depravare atque pervertere: dicat, ſi audet, non omnes Evangeliſtas accepiſſe a Domino poteſtatem evangelizandi, ac ſi hoc abſurdiſſimum & inſaniſſimum eſſe diceretur; nec vult intelligere quod omnibus patet, accepiſſe illos quidem poteſtatem non operandi, ſcilicet, opera corporalia, quibus victum quærerent, quia dignus eſt operarius mercede ſua, & cibo illo, ſicut Evangelium loquitur. Non ergo ſolus Paulus & Barnabas habebant poteſtatem non operandi, ſed omnes pariter habebant poteſtatem, qua iſti non utebantur, amplius impendendo Eccleſiæ, ſicut in illis locis, ubi Evangelizabant, infirmis congruere judicabant. „ Hæc Auguſtinus. Et poſt hæc plane inſert, quoſdam alios ab Apoſtolis, vel ſponte ſubſtitutos eis ſuperveniſſe, & participes eſſe factos poteſtatis ejuſdem. Unde conſequenter in cap. VIII. dicit, inferens hunc textum Apoſtoli: *Si alii poteſtatis noſtræ participantur, numquid magis nos? Sed non ſumus uſi hac poteſtate*. AUGUSTINUS. Qua poteſtate dicit ſe non uſum, „ niſi quam habebat in eos a Domino acceptam, ut eorum carnalia meteret ad victum vitæ hujus, quæ in carne agitur? Cujus poteſtatis participes erant etiam aliqui alii, qui non eis primo Evangelium annunciaverant; ſed ad eorum Eccleſiam idipſum prædicantes poſtea venerunt. Ideo cum dixiſſet: *Si nos vobis ſpiritualia ſeminavimus, magnum non eſt, ſi carnalia veſtra metamus*; ſubjecit: *Si alii noſtræ poteſtatis participant, quare non magis nos?* Hæc Auguſtinus. Quare ergo, ſi alii poſt Paſtores Eccleſiarum ſuperveniant in ipſis eorum Eccleſiis idipſum prædicantes, non erunt etiam participes poteſtatis eorum, vivendi ſcilicet de grege quem paſcunt, ſicut & iſti fuerunt cum Paulo & Apoſtolis facti participes? Sileant ergo illi, qui annonam Evangelii ſibi ipſis proprietariorum more procurant, ne videantur uſurpatores eſſe poteſtatis, quam Dominus ipſis ſolis non conceſſit; & nimis invidi facti in ipſa ſua avaritia devorent ſingulariter, quod Chriſtus vult eſſe commune; arbitrantes rapinam, non tantum æquales in poteſtate Evangelii, ſed majores ſe facere Apoſtolis. Et ne libere poſtponant religioſos, qui ſpontanei Evangeliſtæ frequenter ſunt, fratres Monachos ad hanc ipſam poteſtatem liberat Auguſtinus; ſi tamen Evangeliſtæ ſint. Unde in eodem lib. cap. II. AUGUSTINUS. Iſti (inquit) fratres noſtri temere ſibi arrogant, quantum authumo, quod hujuſmodi habeant poteſtatem. Si enim Evangeliſtæ ſunt, fateor, habent. „ Hæc Auguſtinus. Sic enim compenſat bonus Dominus operarios ſuos, conductitios quidem artifices digne remunerans, & ſponte ſe offerentes non deſtituens. Omnibus vult eſſe gratus, qui gratis accedunt ad opus. Nec enim ſoli Beſeleel & Ooliab gratiam ſapientiæ & intellectus acceperant a Domino, ut prudenter facerent opera Sanctuarii: nec eis dona tantum diſtributa ſunt, & oblationes filiorum Iſrael; ſed ſicut ait Scriptura: „ Cum vocaſſet eos Moyſes, & omnem eruditum virum, cui dederat Dominus ſapientiam & ſcientiam, & qui ſponte ſua obtulerat ſe ad faciendum opus, tradidit eis univerſa donaria filiorum Iſrael. „ Exodi XXXVI. Ecce operariorum duo genera: *vocatorum*, & *ſponte ſe offerentium*. Vocatus eſt Beſeleel, vocatus eſt Ooliab, cæterique vocati ſunt eruditi viri, quibus dederat Dominus ſapientiam & ſcientiam: alii ſponte ſua ſe obtulerunt. Unde non ſoli primi, ſed & hi & illi opus Sanctuarii faciunt. Omnes utiles inventi ſunt, & eis donaria filiorum Iſrael tradita ſunt in communi. Vere majus eſt opus Sanctuarii Chriſti noſtri Sanctuario veteris Moyſi: quia tunc tantum in Judæa notus erat Dominus: nunc autem *A ſolis ortu uſque ad occaſum laudabile nomen Domini*. Et cum ſit tam meſſis multa, operarii ſunt vere pauci; ita ut ipſorum, qui operarii conducti ſunt, pauci in re ipſa operarii ſint, & LANGUET OPUS INFECTUM PRÆ negligentia Sacerdotum. Et iſti maxime ſponte ſe offerentes recuſant, incurrentes *veh* illud Scribarum & Phariſæorum, claudentium regnum cœlorum ante homines; & ipſi non intrant, nec introeuntes ſinunt intrare. Matth. XXIII. Certe beatus Auguſtinus excellenter commendat ſpontaneos opifices in Eccleſia Jeſu Chriſti. Unde *in quæſtionibus* ſuper Exodum, tractans prædictum textum: AUGUSTINUS. Commemoravit (inquit) Moyſes quoſdam, quibus dixit ſpiritum divinitus datum, quo illa efficere poſſent: & tamen multi intelliguntur ſponte ad eadem opera veniſſe, quibus neque imperatum eſt, nec eorum nomina commemorata ſunt a Domino dicta Moyſi. Non ergo illi ſoli divinitus hoc munus habuerunt, qui nominatim commemorantur; ſed fortaſſe præcipue atque excellentius. Laudandus autem eſt in his omnibus non attractus ſerviliter ad opus animus, ſed liberaliter & ſponte devotus. „ Hæc Auguſtinus ibidem. Ergo exemplo Scripturæ ſacræ, electi operarii ſpontaneos opifices tolerent, ſimulque cum eis donaria chriſtianorum participare concedant, ſcientes quia ſi omnes ſponte ſe offerentes ad Eccleſiaſtica opera * a mercede operariorum erui debeant, pene omnes paſtores moderni fame perirent (*a*). Scimus etiam ſine excluſione perſonæ dixiſſe Paulum II. Cor. IX. *Qui adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum præſtabit*. Super quod in *annotationibus ſuis* HIERONYMUS. Qui dedit officium docendi, „ præparabit * & eſcam, ſi ad hoc ſolum vacare velitis. „

Luc. 10. 10. Matth. 10. 7. — 1. Cor. 9. 12. — Auguſtinus Tom. 6. pag. 481. num. 9. — 1. Cor. 9. 11. — v. 2. — Auguſtinus To. 6. cap. 20. pag. 491. num. 24. — Exod. 36. 2. — Operariorum duo genera: vocatorum, & ſpontaneorum. — Pſal. 75. 2. — Pſal. 112. 3. Matth. 9. 37. — Matth. 23. 13. — Auguſtinus Tom. 3. quæſt. 170. pag. 473. — * al. negotia — 2. Cor. 9. 10. — * Hieronymus Tom. 11. pag. 971. — * al. præſtabit

CAPUT XXV.

Quod erudientes, ſcribentes libros, ſive curati, ſive gratuiti, eximendi ſunt inter Religioſos ab opere manuali (*b*).

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Cum in Eccleſia duo genera ſervorum ſint, arantium quidam, alii vero paſcentium, utriſque victus adminiſtratio debetur.*
2. *Hoc non ſolum de curatis Sacerdotibus, ſed etiam de Religioſis perſonis intelligendum eſſe, ſanctorum Doctorum teſtimonio oſtenditur.*

1. NEc his tantum ſubrogandum eſt inter chriſtianos privilegium panis gratuiti, ſed illis etiam, qui, ut poſtremo tempore doceant, jam addiſcunt; vel qui libris ſacris, majorum

(*a*) Siquidem non omnes Paſtores moderni ad paſtorale munus aut vocatione trahuntur, aut vi.

(*b*) Adde, & *gratis Evangelico pane cibandi*, ut probat fuſiatim in hoc capite Waldenſis.

-jorum more Doctorum, aut compilandis, aut
dictandis indulgent, ſimul cum paſtoribus gre-
gis Chriſti Evangelicum panem ſine labore ma-
nuum manducabunt. Habemus enim has duas
ſervorum ſpecies in Evangelio ſubdiſtinctas,
ubi parabolice infert eos Chriſtus, dicens:
Luc. 17. 7. 8. & 9. „ Quis veſtrum habens ſervum arantem aut A
„ paſcentem, cui regreſſo de agro dicat illi:
„ *Statim tranſi, & recumbe;* & non dicat ei:
„ *Para quod cœnem, & præcinge te, & mini-*
„ *ſtra mihi donec manducem & bibam: & poſt*
„ *hæc tu manducabis & bibes?* Numquid gra-
„ tiam habet ſervo illi, qui fecit quæ ei im-
„ peraverat? „ Luc. XVII. In quem locum lib.
Beda v. *ſuper Lucam* dicit BEDA. Servus arans aut
To. 2. p. 120. „ paſcens, quilibet Eccleſiæ Doctor intelligi-
Luc. 9. 62. „ tur, de quo Dominus ait: *Nemo mittens*
„ *manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro,*
„ *aptus eſt regno Dei.* Et alteri ſe ſe amare te-
Joan. 21. 17. „ ſtanti, tertio reſpondit: *Paſce oves meas.* B
Voluit ergo Chriſtus intelligi aliquem ſervum
eſſe arantem, aliquem paſcentem. Arat Doctor
ſervus Chriſti, dum ſulcos difficilium Scriptu-
rarum vomere rationis acutæ in ſtudio aratri
aperit. Paſcit autem quando ex granis in pro-
fundo ſtudii ſatis, & poſtea collectis in mani-
pulos lectionum, pecudes reficit gregis Chri-
ſti. Uterque etiam Chriſti ſervus de agro re-
greditur, quando a ſpirituali onere vel lectio-
nis, vel prædicationis, ad ſuſtentationem hu-
jus vitæ transfertur: cui Dominus ſic regreſſo
corporalis miniſterii opus, unde Dominum pri-
mo paſcat, & poſtea ſemetipſum nutriat, in- C
jungit: quia apud eos, quibus ex parte Domi-
ni labores ſuos impendit, ipſo Domino ſtatuen-
te, eſcam invenit præparatam. Unde ſubditur
Luc. 17. 7. ideo quod ſtatim dixit ei: *tranſi & recumbe;*
quaſi diceret: nolo te quantulocumque detine-
ri temporali negotio; ſed ſine mora curæ ſæ-
cularis, aut neceſſitudine ſubventionis corpo-
reæ, ecce omnia præparabuntur ad manus: *ſta-*
tim tranſi, & recumbe. Unde ſuper *Joſue*, ſe-
cundum translationem Hieronymi, hom. XVII.
Origenes Tom. 2. pag. 399. ORIGENES. Sicut illud (inquit) quod Apoſto-
„ lus ad Corinthios dicit: *Ut veſtra abundan-*
2. Cor. 8. 14. „ *tia fiat ad illorum inopiam; & illorum abun-* D
a „ *dantia fiat ad veſtram inopiam* (a): ita & nunc
„ cohabitare jubentur Levita & Sacerdos, qui
„ non habent terram, cum Iſraelita qui habet ter-
„ ram; ut percipiant ab Iſraelita Sacerdos &
„ Levita terrena; & rurſus Iſraelites percipiat
„ a Sacerdote cœleſtia & divina, quæ non ha-
„ bet. Lex enim Domini Sacerdotibus & Le-
„ vitis commiſſa eſt, ut huic ſoli operam tri-
„ buant, & verbo Dei abſque ſollicitudine
„ ulla vacent; ſed interim ut vacare poſſint,
„ laicorum uti miniſteriis debent. Si enim lai-
„ cus quæ neceſſaria ſunt non præbuerit Sacer- E
„ dotibus & Levitis, occupati illi in talibus,
„ ideſt, corporalibus curis, minus legi Dei va-
„ cabunt: illis autem non vacantibus, neque
„ operam dantibus legi Dei, tu periclitaberis:
„ obſcurabitur enim lux ſcientiæ quæ in illis
„ eſt, te non ſubminiſtrante oleum lucernæ:
„ & culpa tua illud eveniet quod dixit Domi-
Matth. 15. 14. „ nus: *Si cæcus cæco ducatum præbeat, ambo in*
„ *foveam cadent.* Ut ergo lux ſcientiæ in Sa-
Luc. 6. 39. Mar. 7. 17. „ cerdotibus fulgeat, & lucerna eorum ſit ſem-
„ per accenſa; tu imple officium tuum, com-
„ ple mandatum Dei erga obſequia ſacerdo-
„ tum. Quod ſi forte ſuſceptis a te quæ ne-

„ ceſſaria ſunt, & ſic non quaſi avaritiam, ſed
„ quaſi benedictionem, illique neglexerint eru-
„ ditioni operam dare, & verbo Dei vacare,
„ & in lege Domini meditari die ac nocte:
„ ipſi videbunt, quomodo pro animabus ve-
„ ſtris reddant Deo rationem. „ Hæc Ori-
genes.

2. At forſan tergiverſator aliquis, qui coram Levit. 19. 14.
cæco ſemper ponit offendiculum, ſimplicem
lectorem movebit, quod hæc miniſtrandi victus
obſequia curatis Sacerdotibus impendenda ſunt,
non autem religioſis perſonis, ſtudentibus, aut
aliis clericis non curatis. Sed diſcat quiſquis Qui vere Sacerdotes reputentur.
talis eſt, quod hoc loco Sacerdotes reputantur
& Levitæ, qui Sacerdotaliter prædicant, ſtu-
dent, orant, aut alias ſcribendo vel docendo
paſtoraliter ſe exercent, quamvis etiam ſedem
non occupant paſtoralem. Et ſic exponit ſe
plane idem Doctor Origenes in eodem lib. hom.
IX. dicens: ORIGENES. Etenim quicumque Sa- Origenes To. 1. pag. 188. & 189.
„ cerdotali religione & ſanctitate vivunt, non
„ ſolum ii, qui ſedere videntur in conſeſſu Sa-
„ cerdotali; ſed hi magis qui Sacerdotaliter
„ agunt, quorum pars eſt Dominus; nec ulla
„ eis portio habetur in terris: ipſi ſunt veri
„ Sacerdotes & Levitæ Domini, qui in hume-
„ ris ſuis legem Dei portant, agendo videli-
„ cet, & implendo per opus ea quæ ſcribun-
„ tur in lege. „ Hæc Origenes. Et ipſe Wi- Wicleffus
cleffus in libro ſuo *de veritate Scripturæ*, cap.
XIX. hanc ipſam veritatem proferre coactus eſt,
dicens: „ Sacerdotes veteris teſtamenti tenebantur
„ tur ſolum intendere legi Dei; ſed Sacerdotes
„ novi teſtamenti ſunt obligatiores ad illud of-
„ ficium: ergo magis illi debent ſolum inten-
„ dere legi Dei. „ Videant ipſi * jam ſi Sa- * *Wicleviſtæ*
cerdotes profeſſi * non ſunt Sacerdotes novi te- * *in clauſtro*
ſtamenti. Hi ergo religioſi ſtudentes ſunt inter
alios Sacerdotes & Levitas, quibus debent cæ-
teri fideles in neceſſariis corporalis vitæ ſuccur-
rere. Alioquin enim beatus Hieronymus uſur-
paſſet ſibi indebite jura Paſtorum, dum acci-
peret ab Epiſcopis & aliis fidelibus ſumptus
ſcribendi: quorum ipſe nec paſtor erat, nec
Epiſcopus, ſed nudus monachus. Audite nam-
que quod ipſe ſcripſit Epiſcopis *Chromatio &*
Heliodoro in Prologo *ſuper Proverbia*, & inci-
pit, *Jungat Epiſtola quos jungit* (b) *Sacerdotium:* b
HIERONYMUS. Mittitis (inquit) ſolatia ſum- Hieronymus apud Vulgat.
„ ptuum, notarios noſtros & librarios ſuſten-
„ tantes, ut vobis potiſſimum noſtrum deſu-
„ det ingenium. Et ecce ex latere frequens
„ turba diverſa poſcentium; quaſi aut æquum
„ ſit me vobis eſurientibus aliis laborare, aut
„ in ratione dati & accepti, cuiquam præter
„ vos obnoxius ſim. „ Hæc Hieronymus. Nec
tunc tamen deerant qui illi detraherent, di-
centes eum debere laborare manibus, quia mo-
nachus erat; ſicut etiam nunc detrahunt Fra-
tribus ſequaces eorum *, & inſultant eis de * *Amorai, Wicleviſtæ, Lutherani, Calviniſtæ.*
labore manuum, & ſpiritualis panis eorum ci-
bos depravant. Sed beatus Hieronymus pro ſe
& omnibus religioſis ſtudentibus ſatisfecit, di-
cens: HIERONYMUS. Si fiſcellam junco texe- Hieronymus præf. in lib. Eſther apud Vulgatam.
„ rem, aut palmarum folia complicarem, ut
„ in ſudore vultus mei comederem panem
„ meum, & ventris opus ſedula mente tracta-
„ rem, nullus morderet, nulluſque reprehen-
„ deret: ſed quia operor non cibum qui pe- Joan. 6. 27.
„ rit, ſecundum ſententiam Salvatoris, anti-
„ quam divinorum voluminum viam ſentibus

(a) *Vulg.* Veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat: ut & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum.

(b) *Cod. Vat. junxit.*

„ virgultiſque purgans, duplex error in corde „ figitur, & corrector vitiorum falſarius vocor, „ & non vitia auferre, ſed ſerere criminor. „ Hæc Hieronymus *in Prologo* ſuper Job. Et non mirum quod tam conveniat religioſis ſtudium Scripturarum: quia ultra omnem exercitationem corporis, aut abſtinentiam veſcendorum, ſtudium literarum edomat carnem, & laſciviæ fores claudit; ſicut ipſe idem Hieronymus expertus dicit de ſe ipſo Epiſt. 11. *ad Ruſticum monachum*, quæ incipit, *Nihil chriſtiano felicius*: HIERONYMUS. Dum juvenis eram, & ſolitudinis me deſerta vallarent, incentivum „ carnis, ardorem naturæ ferre non poteram. „ Quem cum crebris jejuniis ſtangerem, mens „ tamen cogitationibus æſtuabat. Ad quam „ edomandam cuidam fratri, qui ex Hebræis „ crediderat, me in diſciplinam dedi, ut poſt „ Quintiliani acumina, Ciceroniſque fluvios, „ gravitatem Frontonis, & lenitatem Plinii, „ alphabetum hebraicum addiſcerem, ſtridentia anhelantiaque verba meditarer. Quid „ ibi laboris ſumpſerim, quid ſuſtinuerim difficultatis, quoties deſperaverim, quoties ceſſaverim, & contentione diſcendi rurſus inceperim, teſtis eſt conſcientia tam mea qui „ paſſus ſum, quam eorum, qui mecum duxere vitam *. Et gratias ago Domino, quod „ de amariſſimo ſemine literarum dulces fructus capiam. „ Hæc Hieronymus.

Studium literarum edomat carnem.

Hieronymus To. 1. Epiſt. 125. num. 12. pag. 934.

* In Monaſterio Bethlemitico.

CAPUT XXV.

Quod religioſi primævi tempore Apoſtolorum, ſicut & diſcipuli Chriſti, vacabant quotidie ſtudio legis Dei: unde non poterant indulgere artificio; ſed vixerunt ex eleemoſina ſanctæ plebis.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Religioſi primævi lectionibus ſacrarum Scripturarum continue incumbebant: quare cum laboribus manuum ſibi victum haud, quaquam parare poſſent, aliunde illis ſubveniendum erat.*
2. *Hanc conſuetudinem ex doctrina ſive exemplo Chriſti, & Apoſtolorum, ſervarunt qui quidem de pane Evangelii vivebant, nullam artem exercentes.*
3. *Unde ſequitur, quod ipſi Didragma ſolvere non tenebantur, ut docte obſervavit Auguſtinus.*

1. ET ne ſtudium Scripturarum ſine labore manuum recenter & non a diu videretur a religioſis eſſe præſumptum, Religioſi primævi in inſtitutione Sancti Marci Evangeliſtæ hunc morem habebant, ſicut ſcribit Euſebius 11. lib. *Eccleſ. hiſt.* cap. XVIII. ſub auctoritate Philonis in libro ſuo *de vita theorica*, „ dicentis de eis: EUSEBIUS. Hi (inquit) primo renunciant omnibus ſuis facultatibus, & „ omni humanæ ſollicitudini, nihil prorſus „ quod ad cibum potumque pertinet inferentes, vel ad reliqua humani corporis miniſteria: ſed legis tantum libros, & volumina „ Prophetarum — Et ſubdit ad propoſitum — Ab „ ortu autem diei uſque ad veſperam, omne „ eis ſpatium in ſtudiorum exercitiis ducitur, „ quibus ad divinam philoſophiam per ſacras „ literas imbuuntur. Cibum potumque nullus „ eorum capit ante ſolis occaſum, videlicet, „ tempus lucis cum philoſophiæ ſtudiis, curam

Euſebius pag. 489.

A „ vero corporis cum nocte ſociantes. „ Hæc ille. Et Joannes XLIV. Epiſcopus Jeroſolomytanus, (de quo (*a*) etiam tangitur in eadem Eccleſiaſtica hiſt. lib. 11. cap. XVII.) in libro *de peculiaribus geſtis Carmelitarum ad Capraſium* (*b*) *monachum*, de eiſdem Carmelitis dicit: JOANNES. Eis omne ſpatium diei in ſtudiorum exercitiis & eruditione ſacri Evangelii ducebatur. Habebant quoque tractatus ſacrorum voluminum, leges Patrum in allegoricam intelligentiam deducentes: quoniam omnis lex „ vetus eis videbatur animali eſſe ſimilis, eo „ quod extrinſecus velut corpus habeat ipſam

a

b

Joannes XLIV. To. 9. Bibliotb. PP. cap. 31. pag. 653.

Lex vetus animali comparata.

B „ literam: intrinſecus vero ſub litera tamquam „ anima lateat cujuſdam profundi divinique „ myſterii ſenſus inviſibilis & ſpiritualis: quem „ illi ab Apoſtolis edocti, ſublimius & nobilius velut per ſpeculum inſpicientes, & ex „ ipſius literæ nominibus admirandas quaſdam „ ſpecies intelligentiæ concipientes, divina & „ profundiore ſapientia ſacrorum voluminum „ tamquam copioſis dapibus imbuebantur. „ Hæc ille. Nullum ecce tempus vacabat iſtis ad laboritium manuum, qui totum tempus diei conſumpſerunt in ſtudio Scripturarum. Unde ergo iſtis pauperibus ſubventum eſt, qui nihil

C ad monaſterium intulerunt, nec quidquam manibus tranſegerunt?

2. Quod ſi importunus exactor ad aliquod teſtimonium altius nos impellat; nos eum ad Chriſtum, & ejus diſcipulos demandamus. Nam ſi attendatur proceſſus Evangelii, & ordo factorum Chriſti, videbitur, ſecundum quod deducit Clemens ex Auguſtino & Euſebio in *de concordia Evangeliſtarum*, quod longo tempore vixerunt diſcipuli cum Chriſto ex eleemoſina plebis ante ſuſceptum prædicationis officium, vel Presbyteralem & Apoſtolicam dignitatem a Chriſto eis injunctam. Quia poſt tertiam vo-

D cationem diſcipulorum, quando ad mare Galilææ vocavit Chriſtus Petrum & Andream, Jacobum & Joannem, ubi primo renunciaverunt omnibus ſuis; plures ſequentes Chriſtum ibant cum eo Capharnaum Galilææ, ubi Chriſtus docuit Sabbatis in Synagogis, ſecundum Marcum: ubi quoque ſanavit dæmoniacum. Poſt, ubi ſanavit omnes infirmos, cum jam ſol occidiſſet. Poſt hoc, ibant cum eo in deſertum, ubi longo tempore fecit orationem: & frequenter toto etiam tempore quo prædicavit per omnem Galilæam in Synagogis Judæorum, ſecundum Marcum. Demum quando venit Scri-

Marci 1. 16.

Mar. 1. 21.
v. 23.
v. 31.
v. 32.
v. 35.
v. 39.

E ba, cui dixit Chriſtus: *Vulpes foveas habent* &c. quando transfretavit ſtagnum, ubi imperavit ventis & mari. Poſt, dum fuit in regione Geraſenorum, ubi ſanavit dæmoniacum ſolitum in monumentis jacere, qui dictus eſt *Legio*: quando etiam rediit Capharnaum ubi docuit multos etiam Doctores legis ab Jeroſolymis, & ægrum dimiſſum per tectum ſanavit. Poſt, quando iterum venit ad mare, & docebat turbas. Poſt, cum vocavit Matthæum, quando etiam

Matth. 8. 20.
v. 26.
v. 28.
Marci 5. 1.
Luc. 8. 30.
Luc. 10. 25.

Marci 2. 4.
Matth. 13. 2.
Matth. 9. 9.

(*a*) Joannes iſte, cujus dicitur liber *ad Capraſium monachum*, Epiſcopatum Jeroſolymorum tenuit ab anno Chr. 386. uſque ad an. 416. & acerrimas habuit cum Divo Hieronymo concertationes. Sed longe ante annum 386. & ante Divum Hieronymum fatis conceſſit Cæſarienſis Euſebius, nempe anno 341. ut ex Socratis lib. 2. colligitur. Non igitur *in Eccleſiaſtica* Euſebii *hiſtoria* de iſto Joanne XLIV. tangitur, ſed de alio Joanne pariter Jeroſolymorum Epiſcopo. Vide dicta jam ſupra in notis ad cap. 5. libri tertii.

(*b*) *Capraſius* celeberrimæ Abbatiæ Lirinenſis una cum S. Honorato Arelaten. primus ac ſanctiſſimus Pater, inſtar Joannis Baptiſtæ, teneris ab annis ſolitudinem colere, & legem Domini meditari cœpit. Poſt miros in virtutibus profectus, geſtorum fama ubique celebris, fato functus eſt an. Dom. 430. Ejus reliquiæ, ut fertur, in inſula Lirinenſi aſſervantur.

Marci 5. 42. v. 22. etiam ſanavit filiam Jairi, quando ſanavit Hemoroiſſam; poſt, quando ſanavit cæcos duos: Matth. 9. 28. Luc. 13. 10. poſt, quando rediit in patriam ſuam, & prædicavit ibi Sabbatis, & jam iterum circuivit totam Galilæam prædicans in Synagogis, & curans ægrotos. Luc. 6. 44. Luc. 6. 13. Et poſt hoc, mane quodam in monte ſedens elegit ex diſcipulis ſuis duodecim, A quos conſecravit Apoſtolos, quibus tunc evangelizandi tradidit poteſtatem. Sic ergo diu addiſcunt cum Domino quod poſtea edoceant; & paulatim de inferioribus ad ſublimia provocans eos Chriſtus, ſignis erudit, exemplis confortat, miraculis roborat, doctrinis ſanctis adimplet; & ſecum huc & illuc per terras & loca pertrahit comites, quemadmodum aquila ad volandum provocans pullos ſuos. Deut. 32. 11. Sic utique imaginatur *ſuper Luc.* lib. III. cap. VIII. Doctor BEDA. Beda. To. 2. pag. 88. Videmus (inquit) in Chriſti diſcipulis completum quod de antiquo illo Hebræorum populo legimus dictum. Nec mi- B rum, quia unius utriuſque teſtamenti Deus, ipſe per filium benedictionem dabit, qui legem dedit per famulum: Deut. 32. 11. *Sicut* (inquit) *aquila provocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, atque portavit in humeris ſuis.* Nam ſicut mox nati pulli donec plumeſcant, aera volando ſuperare non valent: ita quicumque fideles, ut ad cœleſtia pervolanda ſufficiant, in nido prius fidei neceſſe eſt virtutum pennis ſe veſtiant. Ita ipſi fidelium Doctores Apoſtoli pedetentim ad ſublimia, quatenus & aliis erudiendis præfici poſſint, aſcendunt. C Prius ſiquidem Dominus docet in Synagogis, miracula facit, famam ubique diſpergit, convenientes ad ſe turbas ſuſcipit, curat, inſtruit. Hinc diſcipulos facit, in ſponſi nuptiis reficit, per ſata ducit, atque a calumniantibus Phariſæis quaſi teneros aquila pullos a ſerpentinis morſibus, quaſi alato a ætite (*a*) defendit. Ex his, duodecim, quos Apoſtolos nominat, eligit: ſed & hos primo præſente turba docet: communicante cum eis turba ſolita, miſeris beneficia reddit, poſtmodum vero, ut in præſenti lectum eſt, per civitates & caſtella prædicans, ſolos ſecum, D qui eum familiarius audiant, retinet: ſolis myſteria regni Dei, quæ cæteris parabolatim dixerat, exponit. Ac ſic demum virtutum ſuarum oſtenſione quaſi alarum protectione firmatis, dat & illis poteſtatem curandi, mittitque prædicare regnum Dei. „ Hæc Beda. Propter hoc retuli hæc omnia, ut palam fieret, diſcipulos Chriſti magno tempore ſtetiſſe cum Chriſto ut ſpectatores * & diſcipuli factorum ejus, priuſquam Apoſtolatus ſui ſuſceperint inſigne. Quo tempore nec aliunde habebant unde viverent, niſi de pane Evangelii Jeſu Chriſti, nihil poſſidentes poſtquam E omnia reliquerunt, nihilque exercentes artis vel negotii, unde vitam poſſent manualiter ſuſtentare.

* Cod. Vat. auditores.

3. Et inde erat quod Didragmam ſolvere non debebant, ſicut plane docet beatus Auguſtinus in lib. *de quæſtionibus novi & veter. teſtamenti*: * Auguſtinus To. 3. in App. quæſt. 75. pag. 1057. AUGUSTINUS. Didragma capitum exactio intelligitur, non prædiorum. Nec enim Salvator aliquid poſſidebat in mundo, cum ſit Dominus mundi. Mortuus autem alienis impendiis ſepelitur. — Et infra — Didragma ergo ab his exigenda erat, qui aliquid negotii gerebant, aut artibus operam dabant: Salvator autem, quia nihil horum curabat, neque diſcipuli ejus, exigendus utique non erat. Sed quia diabolus inimicus ſemper in inſidiis erat, occaſionem quærens ſi poſſet inclinare Salvatorem, Exactorum didragmæ animos occupavit, ut ejus facerent voluntatem; ut accedentes ad Petrum, qui primus inter Apoſtolos erat, ſolvi debere ab eorum magiſtro diceret didragmam, qui ab iis oneribus liberi erant: nihil enim agebant in mundo quod eſſet mundi: ut quia non erat unde ſolveret, aut his ſcandalo eſſet, aut certe humilitate ſuffragii quæreret a quo ſolveretur. „ Hæc ille. Exemplo ergo diſcipulorum Chriſti, ſtudentes, & ſcribentes ea quæ de Chriſti lege conſequenter docebunt *, ſi non aliunde habeant unde vivant, poteſtatem habent non manualiter operandi; ſed cum aliis Evangeliſtis debent panem Evangelii manducare gratuitum; quemadmodum Chriſtus de hoc pane pavit diſcipulos, qui ſibi miniſtrabatur a fidelibus, quos docebat, ſicut dicit Evangelium Lucæ VIII. Luc. 8. 1. &c. „ Factum eſt deinceps, & ipſe iter faciebat per civitates & caſtella prædicans & evangelizans regnum Dei, & duodecim cum illo, & mulieres aliquæ, quæ erant curatæ a ſpiritibus malignis & infirmitatibus, Maria quæ vocatur Magdalene, & Joanna uxor Cuſæ procuratoris Herodis, & Suſanna, & aliæ multæ, quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. „ Et nota quod *miniſtrabant*: non *donabant* exactæ, ſed libere miniſtrabant: in ſignum quod Evangeliſtæ dabitur etiam non petenti, mendico dabitur ſi petat, dicente Auguſtino ſuper illud Pſalmi, *Producens fœnum jumentis*: Evangeliſtis etiam non petentibus dandum. AUGUSTINUS. Auguſtinus To. 4. pag. 1156. Non ita agere debes bovi trituranti, ut mendico tranſeunti. Mendico enim da, quia legitur, *Omni petenti te tribue*: Luc. 6. 30. Bovi vero etiam non petenti dare debes. „ Hæc Auguſtinus.

* al. docturi ſunt.

CAPUT XXVII.

Quod miniſtri Altaris paſcendi ſunt, & non cogendi ad victum manibus acquirendum.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Sacerdotibus miniſtriſque altaris duplex obſequium debetur, honoris videlicet & charitatis.*
2. *Neque id tantum verum eſt de publicis Clericis, ſed etiam de Religioſis, & quibuſcumque altari inſervientibus, ut patet exemplo ſanctorum Patrum.*
3. *Clericorum privilegiis potiuntur etiam Religioſi in quantum clerici ſunt: quare non dedignentur Clerici eos in Eccleſia coadjutores habere, quos non ſunt dedignati Apoſtoli: quorum quidem coadjutores fuerunt Carmelitæ.*

1. MINiſtros etiam Sacri altaris paſcit Eccleſia, & ab operando manibus eos abſolvit. Unde Auguſtinus *de opere Monachorum* cap. XXI. etiam de Monachis illis loquens: AUGUSTINUS. Auguſtinus To. 6. pag. 492. Iſti (inquit) fratres noſtri temere ſibi arrogant, quantum exiſtimo, quod hujuſmodi habeant poteſtatem. Si enim Evan-

(*a*) Ætites lapis notiſſimus, de quo Plinius lib. 36. cap. 21. Binos in nidis aquilarum reperiri ajunt, marem & fœminam: nec ſine iis parere aquilam. Dicitur ad multa remedia utilis, præſertim ad impediendum abortum, cuſtodiendoſque ab inſidiantibus partus.

„ vangeliſtæ ſunt, fateor, habent. Si miniſtri „ altaris, diſpenſatores Sacramentorum, ſibi „ iſtam non arrogant, ſed plane vendicant po- „ teſtatem. Hæc Auguſtinus. Et idem cap. XXV. de nobilibus perſonis loquens, dicit: „ Si cor- „ pore ita valent, & ab Eccleſiaſticis occupa- „ tionibus ita vacant „ tunc (ſupple) labores pro victu conabuntur aſſumere. Et cum honor populi ad miniſtros altaris habeat duas partes, hæc eſt una pars ejus, ſubvenire ſcilicet eis in temporalibus ad obſequia charitatis. Altera pars eſt honor debitus dignitati, ſicut innuit Apoſtolus ad Theſſalonicen. V. „ Rogamus (inquit) „ fratres, ut noveritis eos, qui laborant inter vos, „ & præſunt vobis in Domino, & monent vos; „ ut habeatis illos abundantius in charitate. „ Super quem locum ait in *annotationibus* HIERONYMUS. Presbyteri, qui laborant in verbo, du- „ pliciter honorandi ſunt, ſcilicet, ex charita- „ tis obſequio, & ordinis dignitate. „ Hæc Hieronymus. Proſper autem lib. II. cap. XVI. *de vita contemplativa*, ita inquit: PROSPER. „ Ideo decimas, atque primitias frugum, pri- „ mogenita & ſacrificia pro peccato, vel vota, „ quæ ſibi Deus juſſit offerri, Sacerdotibus ac „ miniſtris diſtribui debere conſtituit, ut, devo- „ tiſſimo populo vitæ neceſſaria miniſtrante, „ ipſi Paſtori ac Creatori ſuo liberis mentibus „ miniſtrarent; atque in ejus cultu ſine ulla „ ſollicitudine corporali proficerent; ne terrenis „ occupationibus implicati, officio dignos excu- „ bias ſtrenue curare non poſſent. „ Hæc Proſper.

pag. 496. num. 23.

1. Theſſ. 5. 12.

* Hieronymus Tom. 11. pag. 2038.

* Proſper in app. pag. 29. num. 3.

2. Sed hic iterum carnales quidam clerici commoti opinione Petri contra diſcipulos Chriſti clauſtrales, qui cum Joanne quem diligebat Jeſus recumbunt in cœna quotidianæ meditationis Dei ſuper pectus ejus, indignanter interrogant: „ *Hi autem quid?* Non debent Mo- „ nachi, ſive Fratres inter alios clericos habe- „ re vivendi portionem, qui congruum Curæ* „ non habent laborem. „ Nos Petri clerici ſu- „ mus, qui curam populi gerimus: habeant ipſi „ curam, ſi debeant participare ſubſtantiam: „ quam ſi renuant, victum debitum cum cle- „ ricis petere non debent. „ Sed, rogo, diſcernant iſti cui * ſic invideant. Numquid omnes ſancti, qui erant Jeroſolymis, propter quos fecit Paulus collectas in ſabbatis, clerici *curati* erant? Et ut accedamus propius, numquid Paulus ſuperfluit de victu Eccleſiaſticorum, geminans quæſtionem *, & dicens: „ Neſcitis „ quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de „ ſacrario ſunt edunt; & altari qui deſerviunt, „ de altari participant? „ I. Cor. IX. Aut nonne aliud eſt ſacrarium, aliud altare? In ſacrario miniſtrant qui ſingula, vel ſaltem plura tractant Eccleſiæ ſacramenta. In altari miniſtrant, qui tantum Euchariſtiæ ſubſerviunt, vel ſi pluribus, ut contingit, accedunt non publice, ſed privatim; vel ſolum non ordinaria authoritate diſpenſant. Alioquin non in altari, quod velum habet, ſed in communi ſacrario obſequuntur. Sed hoc quomodo faciunt qui cum ſanctorum actibus, clauſtri limites non excedunt? Et poſt hæc, numquid ſolus operans in Sacrario quæ de Sacrario ſunt edet? Et qui altari deſerviunt de altari non participabuntur? Hucuſque in Eccleſia Dei ſalva ſemper fuit Salvatoris ſententia, quoniam *dignus eſt operarius mercede ſua*. Et ipſe tibi dicit de religioſo clerico: *Sic eum volo manere donec veniam. Quid ad te? Tu me ſequere.* Et hujus ſententiæ conſolationem accepit ſanctus vir Hieronymus, connumerans ſemetipſum inter Sacerdotes & Levitas dignos vivere de altari, quando ſolius monaſticæ converſationis, & non publici clerici actus exercuit, dicens in Epiſt. *ad Nepotianum* de vita Clericorum & Monachorum: HIERONYMUS. Si autem ego pars Domini ſum, & „ funiculus hæreditatis ejus, nec accipio par- „ tem inter cæteras tribus, ſed quaſi Levita & „ Sacerdos vivo de decimis; & altari ſer- „ viens, altaris oblatione ſuſtentor; habens vi- „ ctum & veſtitum, his contentus ero: & nu- „ dam crucem nudus ſequar. „ Hæc Hieronymus.

Joan. 21. 21.

* Paſtoralis ſupple

* al. cur

1. Cor. 9. 13.

* Ed. V. communionem.

Miniſtrare in ſacrario, & miniſtrare altari quid ſit.

Luc. . . 7

Joan. 21. 2:

Hieronymus To. 1. Ep. 52. pag. 257. num. 5.

Pſal. 15. 5.

3. Item, ſicut habetur in Decretis cap. XVI. q. I. cap. *Doctos*, AMBROSIUS. Doctos, (in- „ quit) ac probos Monachos presbyterii hono- „ re dedicatos prædicare, baptizare, pœniten- „ tiam dare, debita relaxare miſeris, decima- „ rum, primitiarum, oblationum vivorum & „ mortuorum portione juſta perfrui debere, „ moderata diſpenſatione commendamus; ut „ juxta Apoſtolum de altari cui ſerviunt vi- „ ventes per obſequium dominicæ plebis pa- „ nem & vinum immaculata benedictione tranſ- „ forment in corpus & ſanguinem Domini no- „ ſtri Jeſu Chriſti. „ Hæc Ambroſius. Et ibidem etiam ſubditur ex Decretis Bonifacii (*a*) Papæ, cap. *Sunt nonnulli*: BONIFACIUS. Sunt „ nonnulli nullo dogmate fulti, audaciſſime „ quidem, zelo magis amaritudinis, quam di- „ lectionis inflammati, aſſerentes, Monachos, „ quia mundo mortui ſunt, & Deo vivunt, „ Sacerdotalis officii potentia indignos (*b*), ne- „ que pœnitentiam, neque chriſtianitatem* lar- „ giri, neque abſolvere poſſe per Sacerdotalis „ officii divinitus ipſis injunctam poteſtatem. „ Sed omnino labuntur. Neque ſanctus Bene- „ dictus monachorum præceptor almificus hu- „ juſcemodi rei aliquo modo fuit interdictor: „ ſed eos ſæcularium negotiorum edixit exper- „ tes fore tantummodo — Sequitur — Tanto- „ rum ergo Patrum inſtructi exemplis (quibus „ periculoſiſſimum eſt refragari) credimus a Sa- „ cerdotibus Monachis ligandi ſolvendique of- „ ficium Deo cooperante digne adminiſtrari: „ ſi eos digne contigerit hoc miniſterio ſubli- „ mari. Decertantes ergo monaſticæ profeſſio- „ nis miniſtros* a Sacerdotalis potentiæ arcere „ officio, omnimodo præcipimus, ut ab hu- „ juſmodi auſibus reprimantur in poſterum: „ quia quanto quiſque eſt celſior, tanto eſt & „ in his * potentior. „ Hæc ibi. Item ibidem ſub authoritate Gregorii & Ambroſii. „ Moderamine Apoſtolicæ Sedis decernimus, ut Mo- „ nachi, ſi Presbyterii honore dedicati ſint, „ cum ligandi ſolvendique poteſtate, decima- „ rum, primitiarum, oblationum, donatio- „ num, quæ fiunt pro vivis & defunctis, por- „ tionem juſto canone ad ſuam proximorum- „ que utilitatem merito perfectioris juſtitiæ, „ non minus quam cæteri Sacerdotes laudabi- „ liter

Ambroſius apud Gratian. pag. 1464.

1. Cor. 9. 13.

a Bonifacius IV. apud Gratian. pag. 1463.

b * ſeu baptiſmum

Monachi a Sacerdotali munere non excludendi.

* Gratianus Presbyteros

* Ed. V. eſt illis celſior, tanto illis erit potentior.

(*a*) Bonifacii IV. qui ſubſequens Decretum in Synodo Romana promulgavit anno Chriſti 610.

(*b*) Hæc oblоquebantur initio ſeptimi Eccleſiæ ſæculi Monaſticæ profeſſionis oſores. Unde liquet quos habuerit Gulielmus de Sancto amore ſuæ amaritudinis præluſores; & quam veteres, quamque graves ſuorum errorum damnatores.

a „ liter ſibi fieri vendicent (*a*). „ Hæc illi. Hæc quidem quæ jam adduximus ſunt privilegia clericorum; & ſic quidem Religioſis congruunt, inquantum clerici ſunt, non quia Monachi. Unde Hieronymus Epiſt. *ad Heliodorum*, quæ incipit, *Quanto amore*; & eſt prima Epiſtolarum, transformans ſe in perſonam ſimplicis monachi: HIERONYMUS. Alia eſt (inquit) cauſa mo„ nachi, alia clerici. Clerici oves paſcunt; „ ego paſcor. Illi de altari vivunt: mihi ſe„ curis quaſi ad radicem arboris infructuoſæ „ ponitur, ſi munus ad altare non defero. „ Hæc Hieronymus. Secus tamen erit, ſicut ſupra dictum eſt, ſi clerici fuerint religioſi, quod eis utique non tantum licet, ſed ad hoc hortandi ſunt, qualiter beatus Hieronymus hortatur Ruſticum in Epiſt. ad eumdem, quæ incipit, *Nihil Chriſtiano felicius*, dicens: HIERONYMUS. Sic vive in Monaſterio, ut clericus eſſe „ merearis. Multo tempore diſce quod poſt„ modum doceas: & inter bonos ſemper ſe„ ctare meliores. Quod ſi populus vel Epiſco„ pus te in clericum elegerit, age ea quæ cle„ rici ſunt. „ Hæc ille. Nec dedignentur clerici moderni Monachos religioſos in Eccleſia Dei coadjuvatores habere, quos ſancti Dei Apoſtoli dedignari nolebant; cum tamen præſentes clerici non ſint ſuis Patribus peritiores, ſed nec ſanctiores Apoſtolis. Unde Joſephus Antiochenus *in ſpeculo perfectæ militiæ primitivæ Eccleſiæ*, cap. XII. loquens de religioſis Carmelitis, dicit: JOSEPHUS. Perfectorum militum „ Chriſti Apoſtolorum coadjutores ſurrexerunt „ ſtrenuiſſimi viri ſolitarii, contemplationique „ dediti, ſanctorum prophetarum ſequaces E„ liæ & Eliſæi, qui de monte Carmelo deſcen„ dentes, per Galilæam, Samariam, & Ju„ dæam, fidem Chriſti conſtantiſſime ſparſe„ runt: quique in Virginis honorem in Carme„ li montis declivio fabricantes Oratorium, „ Salvatoris matri ſpecialius ſervierunt. „ Hæc ille. Et Joannes Epiſcopus XLIV. Jeroſolomytanus in prædicto libro, ſcilicet, *de peculiaribus geſtis Carmelitarum ad Capraſium* Monachum*, de eisdem: JOANNES. Denique (inquit) eorum „ multi ea, quæ ab Apoſtolis hauſerant, cæte„ ris effundentes, fidem Chriſti per Phœniciam „ & Palæſtinam prædicaverunt, dilatantes dog„ ma fidei; & moribus vitæ, & converſatio„ ne monaſtica, Eccleſiam Dei inſigniſſimam „ demonſtrantes. Hæc ille.

Hieronymus To. 1. Ep. 14. num. 8. pag. 33.

Matth. 3. 10.

Monachi hortandi ad labores Clericorum.

Hieronymus To. 1. Ep. 125. num. 17. pag. 938.

Clerici non dedignentur coadjutores habere clauſtrales.

* Joſephus *Antiochenus*

* *De Capraſio vide infra cap.* 35. *n.* 1.

Joannes *Jeroſolomytanus in Biblioth. Patr. Pariſien. Tom.* 9. *pag.* 653.

CAPUT XXVIII.

Quod validi contemplativi ſine laboritio victum ab eleemoſinis impetrabunt.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Prærogativa contemplantium quæ ſit.*
2. *Clerici in Contemplantes ſeveri eſſe non debent, etiamſi manibus non laborent.*

1. CONtemplativos autem, qui ſcilicet ſancta illa ebrietate ſpiritus ita potati ſunt, ut præ magnitudine delectationis Dei, quaſi extaticis raptibus ſopiuntur, ad laboritium manuale cogere nullatenus poſſumus, trahere formidamus, cum ipſum, cui omne judicium dedit Pater, audiamus plane præponere otium Mariæ miniſterio frequenti Marthæ. Et tamen ſi attendamus, Martha curavit & operam dedit ut paſceret Dominum, quod plus eſt, quam A paſcere jumentum ne deficiat, quam paſcere aliquem ſemetipſum. Maria vero nihil operans quod ad victum pertinet, ſolum hoc curavit, ut ſpiritu paſceretur a Domino. In qua re etiam ortum habet prærogativa illa contemplantium, ne neceſſe habeant manibus operari. Nam ſuper hunc ipſum locum Lucæ habet Gregorius in homiliis, & aſſumitur a Beda lib. III. *ſuper Lucam*, cap. XVIII. GREGORIUS. Con„ templativa vita eſt charitatem quidem Dei „ & proximi tota mente retinere, & ab exte„ riori actione quieſcere, ſoli deſiderio Condi„ toris inhærere; ut nihil jam agere libeat, ſed B „ calcatis curis omnibus, ad videndum ſui Crea„ toris faciem animus ardeſcat. „ Hæc Gregorius. Et hoc inde eis convenit, quia EXTERIOR CURA OPERIS flammam minuit interioris raptus. Unde Jacob quieſcens angelos intuetur: laborans autem ab eorum viſione ſuſpenditur. Quos tamen etſi ab exteriori actione defendero, non ideo otii protector exiſto, niſi forte ſancti otii, quod in beata Maria Magdalena ſemel pro ſemper defenſionem accepit a Chriſto: maxime cum multi huic otio dediti laborioſius dormiant quam ipſimet, aut impetitores ſui vigilare potuerunt; ſicut etiam habet C Gregorius V. *Moral.* cap. XII. ſuper hunc textum Job, *Quando ſolet ſopor occupare homines*: GREGORIUS. Sancti (inquit) viri, qui a mun„ di operibus non torpore, ſed virtute ſopiun„ tur, laborioſius dormiunt, quam vigilare po„ tuerunt: quia in eo quod actiones hujus ſæ„ culi deſerentes ſuperant, robuſto conflictu „ quotidie contra ſemetipſos pugnant, ne mens „ ſub negligentia torpeat, ne ſubacta otio ad „ deſideria immunda frigeſcat, ne ipſis bonis „ deſideriis plus juſto inferveat, ne ſub diſcre„ tionis ſpecie ſibimet parcendo a perfectio„ ne langueſcat. Agit hæc, & ab hujus mundi D „ inquieta concupiſcentia ſe penitus ſubtrahit, „ ac terrenarum actionum ſtrepitum deſerit, „ & per quietis ſtudium virtutibus intenta, „ vigilans dormit. Neque enim ad contem„ plandum interna perducitur, niſi ab iis, quæ „ exterius implicant, ſtudioſe ſubtrahatur. Hinc „ eſt enim quod per ſemetipſam veritas dicit: „ *Nemo poteſt duobus Dominis ſervire*. Hinc „ Paulus ait: *Nemo militans Deo implicat ſe* „ *negotiis ſæcularibus, ut ei placeat cui ſe pro*„ *bavit*. Hinc etiam per Prophetam Dominus „ admonet, dicens: *Vacate & videte, quoniam* „ *ego ſum Deus*. „ Hæc Gregorius. Ecce quod E ſemper & ubique dicit Gregorius, clamant Doctores, contemplativos viros debere ab omni exteriori actione quieſcere: & non poſſe illos ad interna contemplanda perduci, niſi ab iis, quæ exterius implicant, animus ſubtrahatur: cum tamen ſecundum Bedam ſuper illud Lucæ, *Unum eſt neceſſarium:* BEDA una & ſola eſt „ theorica, ideſt, contemplatio Dei, cui me„ rito omnium juſtificationum merita, univer„ ſa

Joan. 6. 28.

Luc. 10. 41.

Gregorius *apud Bedam To.* 2. *pag.* 102. Vita contemplativa quid ſit.

Gen. 28. 12.

Luc. 10. 41.

Job 4. 13. Gregorius *To.* 1. *pag.* 126. *Edit. Pariſien.* 1571.

Matth. 6. 24.

2. *Tim.* 2. 4.

Pſal. 45. 11.

Luc. 10. 42. Beda *Tom.* 2. *pag.* 100.

(*a*) Concilium Nemauſenſe an. Chr. 1096. ſub Urbano II. celebratum, Canone 3. ſic ſtatuit: „ Oportet eos, qui ſæculum reliquerunt, majorem ſollicitudinem habere pro peccatis hominum „ orare, & plus valere eorum peccata ſolvere, quam Presbyteri ſæ„ culares: quia hi ſecundum regulam Apoſtolicam vivunt, & eo„ rum ſequentes veſtigia, communem vitam ducunt ..... Ideo„ que VIDETUR NOBIS, UT HIS QUI SUA RELINQUUNT „ PRO DEO, DIGNIUS LICEAT BAPTIZARE, COMMU„ NIONEM DARE, PŒNITENTIAM IMPONERE, NEC „ NON PECCATA SOLVERE. Unde conſiderare nos oportet, „ quantæ virtutis apud Deum ſint &c. „ Hæc tranſcribere duximus, ut pateat, quam amaro animo Gulielmus de S. Amore, aliique ejus aſſeclæ ſacerdotalia munera clauſtralibus viris inficiari ſint: & ut Orthodoxis conſtet quod non ſolum licite, ſed & *dignius* cæteris Apoſtolicum miniſterium exerceant qui Apoſtolicam in clauſtris vitam ducunt.

„ ſa virtutum ſtudia poſtponuntur. „ Unde & hoc ipſum ex tam accurata cuſtodia ſponſi circa ſponſam penſari poteſt in Canticis, ubi non ſolum jam dormientem ſpiritualiter ſponſam fovet *; ſed ſingulos alios, ne ipſam per curarum impoſitionem, aut exteriorum vexationem laborum evigilare faciant, adjurat, dicens: „ A

[* *Ed. V.* non ſuſcitat]

[*Cant.* 2. 7.]

„ Adjuro vos filiæ Jeruſalem per capreas cervoſque camporum, ut non ſuſcitetis, neque „ evigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit. „ Cant. II. ubi BERNARDUS. Quid (inquit) per „ cervos & capreas, niſi fidem ſpem & charitatem accipimus, quas dum nobis mundas „ conſervamus, per eaſdem altos montes contemplationis aſcendimus? Sancta anima Chriſti ſponſa a cunctis mundi perturbationibus „ quieſcere appetit in ſinu ſponſi: ſopitis terrenis cupiditatibus, dormire ſancto otio concupiſcit; ita ut ſancta colloquia aliquando „ faſtidiens, ſolius ſponſi collocutione, quanto B „ quietius, tanto ſecretius hilareſcit. Sed hanc „ dormientem carnales, qui ſunt in Eccleſia „ Chriſti, nonnunquam importune excitantes, „ negotiis mundi eam implicare deſiderant: „ quia ejus vitam inutilem exiſtimant, dum „ ab eorum curis ſe abſtinere conſiderant. Hi „ tales congrue non *filii*, ſed *filiæ* nominantur: quia dum effœminatos mores inſtruunt, „ virili dignitate amiſſa, interius quales habeantur monſtrant. Hi dilectam ſuſcitare ſub „ adjurationis pondere prohibentur, ne utique „ mentem quæ ad vacandum Deo ſe accingit, „ ſoliſque ſpiritualibus ſtudiis inhærere concu- C piſcit, importunis ſollicitationibus inquietent, & tenebris terrenarum curarum oculum cordis ejus obnubilent. „ Hæc Bernardus.

[Bernardus ſimilia habet Tom. 1. Serm. 23. pag. 628.]

2. Ex hac doctrina ergo Spiritus Sancti, Clerici noſtri quidem diſcere poſſunt, ſe non ſpirituales eſſe, quidquid argumentorum ſuorum fuco prætendant, dum contemplantes ſanctos provocant ad labores: carnales enim ſunt, & ſolum quod ipſi carnaliter ſapiunt aliis intimant. Et dum ſancto otio incumbentes culpabilis otii Patres redarguunt, mihi videtur, quod cum Martha Mariæ partes inficiunt, di- D centes Chriſto: „ Domine, non eſt tibi curæ, „ quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? Dic ergo illi ut me adjuvet. Unde lib. III. *ſuper Lucam* BEDA. Ex illorum perſona „ loquitur, qui adhuc divinæ contemplationis „ ignari, ſolum quod didicere fraternæ dilectionis opus Deo placitum ducunt: ideoque „ cunctos, qui Chriſto devoti eſſe velint, huic „ mancipandos authumant. „ Hæc Beda. Sed quid ad ipſos reſpondendum eſt, qui ex ipſis regulis religioſorum, quibus de laborando cavetur, contra contemplantes religioſos argumentum laboris aſſumunt, niſi quod conſcientioſius vir E beatus Bernardus dixit, interpretando ſcilicet Regulam *, ubi de labore loquitur, de labore ſpiritus magis intendere? Unde in Epiſt. *ad Abbatem Cluniacenſem* *, capitulo quod incipit, *Unde nunc mihi*: BERNARDUS. Jam vero „ de labore manuum quid dicam *, cum & „ Martha laborans increpata, & Maria quieſcens laudata ſit; & Paulus aperte dicat: „ *Labor corporis ad modicum valet, pietas autem ad omnia?* Optimus labor, de quo Propheta dicebat: *Laboravi in gemitu meo*: & „ de quo alibi: *Memor fui Dei, & delectatus ſum, & exercitatus ſum*: ac ne de corporali intelligas exercitio, *& defecit* (inquit) *ſpiritus meus*. Ubi non corpus, ſed ſpiritus fatigatur, procul dubio labor ſpiritus intelligi-

[*Luc.* 10. 40.]

[Beda *To.* 2. *pag.* 200.]

[* *Sancti Benedicti cap.* 48.]

[* *Nunc inſcribitur, ad Gulielmum Sancti Theodorici Abbatem.*]

[Bernardus *To.* 1. *cap.* 6. *pag.* 538.]

[* M. gloriamini.]

[1. *Tim.* 4. 8.]

[*Pſal.* 6. 7.]

[*Pſal.* 76. 3.]

„ tur. Quid ergo, inquis? ſiccine illa ſpiritualia perſuades, ut etiam hæc, quæ ex regula „ habemus corporalia damnes? Nequaquam: „ ſed iſta oportet agere, & illa non omittere. Alioquin cum aut iſta omitti aut illa „ neceſſe eſt, iſta potius omittenda quam illa. „ Quanto enim ſpiritus corpore melior eſt, „ tanto eſt ſpiritualis quam corporalis exercitatio fructuoſior. „ Hæc Bernardus.

[*cap.* 7 *pag.* 519.]

CAPUT XXIX.

Quod infirmis & viris olim nobilibus non eſt labor coacte imponendus.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Infirmi humaniter ſunt tractandi.*
2. *Nobiles & delicati in monaſterio ad laborem non ſunt cogendi, ſed invitandi.*
3. *Cum triplex ſit infirmorum genus, ii omnes ſunt a labore manuum eximendi, & fidelium pietate fovendi.*

1. INfirmi quoque, quibus non eſt lex impoſita, privilegium non laborandi, ſed ex chriſtianorum eleemoſinis victitandi Chriſto tradente ſuſcipiunt, quoniam ipſe in perſonam infirmi ſe transformans, dixit: *Infirmus eram & viſitaſtis me*. Et iterum, damnandis execrandam minatus * ſententiam: *infirmus* (inquit) *eram, & non viſitaſtis me*. Et Apoſtolus Paulus in finali collatione ſua Milevitani Concilii: *Omnia* (inquit) *oſtendi vobis, quoniam ſic laborantes, oportet ſuſcipere infirmos*. Act. XX. Ideo Auguſtinus in lib. *de opere monachorum*, cap. XIX. AUGUSTINUS. Qui veram corporis infirmitatem „ oſtendit, humane tractandus eſt: qui autem „ falſam prætendit, & convinci non poteſt, „ Deo dimittendus eſt -- Et cap. XXI. -- Sunt „ inter eos qui eo propoſito ad ſanctam militiam venerunt, ut ei placeant cui ſe probaverunt: cum ita vigeant viribus corporis & „ integritate valetudinis, ut non ſolum erudire, ſed etiam operari ſecundum Apoſtolum „ poſſint. -- Et cap. XXIV. infert de Timotheo, qui propter eaſdem, quas & Paulus cauſas laborare ſolebat; jam tamen monitione Pauli propter ſupervenientem infirmitatem vacante a laboribus, & de Evangelio manducante: -- „ Timotheum (inquit) ne in talia incideret, „ quia propter infirmitatem corporis manibus „ operari non poterat; ſic hortatur, admonet „ & conſolatur: *Labora* (inquit) *ſicut bonus* „ *miles Chriſti Jeſu*. -- Et poſt multos textus „ ſubdit -- Fecit itaque * ſecurum caſtum Evangeliſtam, non ad hoc evangelizantem ut venderet Evangelium; ſed tamen nec ſuis manibus vitæ neceſſaria non valentem exhibere; ut intelligeret, quod jure neceſſaria ſibi „ ſumebat ab eis tamquam provincialibus, quibus militabat. „ Hæc Auguſtinus. Item ad idem Proſper *de vita contemplativa* lib. II. cap. X. PROSPER. Ipſi quoque pauperes ſi ſe poſſunt „ ſuis artificiis, aut laboribus expedire, non „ præſumant quod debilis aut infirmus debet „ accipere: ne forte Eccleſia quæ poteſt omni „ ſolatio deſtitutis neceſſaria miniſtrare; ſi omnes, etiam nihil indigentes accipiant, gravata, illis quibus debet ſubvenire non valeat. Ex quibus continue patet, quod infirmi & debiles in congregatione ſanctorum, non ſunt ad laborandum cogendi; ſed illis potius ſubveniendum ex eleemoſinis devotæ plebis, & bonis Eccleſiæ.

[*Matth.* 25. 36.]

[* *al.* intonans *Matth.* 25. 43.]

[*Act.* 20. 35.]

[Auguſtinus *To.* 6. *pag.* 491. Qui de ſimulata infirmitate convinci nequit Deo eſt dimittendus. *cap.* 22.]

[*Cap.* 15. *pag.* 486.]

[2. *Tim.* 2. 3. *&c.*]

[* *M.* ita]

[* Proſper *pag.* 26. *in App.*]

2. Quid

2. Quid autem ſentiendum eſt de iis, qui diſtributis rebus ſuis, ad monaſteria Fratrum conveniunt? Numquid ſunt ad operandum cogendi? Auguſtinus ponit quod non. Invitandi ſunt tamen: & dicit eos melius tunc facere ſi operentur, quam cum ſua omnia dimiſerunt. Unde *de opere monachor.* cap. XXV. AUGUSTINUS. Illi (inquit) qui relicta, vel diſtributa „ ſive ampla, ſive qualicumque opulentia *, „ inter pauperes Chriſti pia & ſalubri humilitate voluerunt numerari; ſi corpore ita valent & ab eccleſiaſticis occupationibus vacant „ (quamquam eis tam magnum animi ſui documentum afferentibus, & ejuſdem ſocietatis indigentiæ de his rebus quas habebant, „ vel plurimum vel parum * conferentibus, „ vicem ſuſtentandæ vitæ eorum res ipſa communis, & fraterna charitas debeat) tamen & „ ſi ipſi manibus operentur, ut pigris ex vita „ humiliori, & ob hoc exercitatiore venientibus „ auferant excuſationem, multo miſericordius „ agunt, quam cum omnia ſua indigentibus „ diviſerunt. Quod quidem ſi nolunt, quis audeat cogere? Quibus tamen (*a*) invenienda „ ſunt opera in monaſterio, etiamſi a corporali functione liberiora, ſed vigilanti adminiſtratione curanda, ut nec ipſi panem ſuum, „ qui communis jam factus eſt, gratis manducent. „ Hæc Auguſtinus. Cauſam autem tantæ libertatis in viris ingenuis, quod non ſunt cogendi ad opera, ſed leniter invitandi, ſi aliunde vacent, aſſignat Auguſtinus teneram educationem eorum, quæ non permittit eos eſſe fortes ad opera. Unde cap. 21. ejuſdem libri dicit: AUGUSTINUS. Si in hoc ſæculo ſaltem habebant aliquid, quo facile ſine opificio ſuſtentarent iſtam vitam, quod converſi ad Deum „ indigentibus diſpertiti ſunt; & credenda eſt „ eorum infirmitas, & ferenda. Solent enim „ tales non melius, ſicut multi putant, ſed, quod „ eſt verum, languidius educati, laborem corporalium operum ſuſtinere non poſſe. Tales „ fortaſſe multi erant in Jeroſolyma: nam & „ ſcriptum eſt, quod prædia ſua multi vendiderunt, & pretia eorum ante pedes Apoſtolorum poſuerunt; ut diſtribueretur ſicut opus „ erat unicuique. „ Hæc Auguſtinus. Hi ergo cum infirmis numerandi ſunt, quos natura, non vitium fecit infirmos. Et cum eis ergo de non operando ſunt privilegium accepturi: quos etſi bona voluntas urget, natura tamen ægra non patitur: PLERUMQUE ENIM MAJOR EST infirmitas innata, quam contracta. Poſſumus & his prædictis non irrationabiliter addere eos, quamvis non continua infirmitate detentos, qui tamen poſt lucida intervalla, & ipſa modica, recidivant, quos ſolent Medici *Valetudinarios* appellare. Unde in *interpretatione* latina, HIERONYMUS. Valetudinarius eſt (inquit) qui frequenter ægrotat. „ Tales autem vocat Apoſtolus *imbecilles* ibi: *Propterea inter vos multi infirmi & imbecilles.*

Auguſtinus *Tom. 6. pag. 496. num. 33.*

* *M.* opulenta facultate

* *M.* non parum

Auguſtinus *To. 6. cap. 20. pag. 492.*

Act. 2. 45. & 4. 34.

* Hieronymus

1. Cor. 11. 30.

3. Sic ergo ex his patet, tres eſſe infirmorum ſtatus: Primus eſt eorum, quos jam præſens torquet infirmitas. Secundus eorum, qui ad hanc conſueti ſunt, & quos nondum plene dimiſit infirmitas. Et tertius eorum, qui vel ex deſſuetudine laborandi, vel teneritudine educationis, ſi diu ſe exerceant, ægritudinem habent propinquam. Et hi omnes, ne mors accelerata ſubrepat, ab importunis laboribus cohibendi ſunt, & fidelium ſtipe, vel Eccleſiaſticis ſumptibus ſuſtentandi. Nec tamen contriſtandi ſunt, nec ipſi triſtari debent, quod non operantur ad victum: quia in iſtis verum eſt, quod BONA VOLUNTAS reputatur pro facto. Unde Ambroſius in lib. 1. *de Jacob & beata vita*, cap. VIII. AMBROSIUS. Illam (inquit) formam juſtitiæ „ quis abnuat, ut nil metuat, nil formidet, „ niſi virtutis diſpendia: aliorum quoque vanas formidines comprimat, quas de periculorum ſollicitudine habeant, mortis cura *, „ corporis infirmitate: ut doceat diſſolvi corpore, & cum Chriſto eſſe multo melius: ut „ oſtendat quia operationes non impediuntur „ debilitatibus corporis, ſed augentur? „ Hæc Ambroſius.

Tres infirmorum ſtatus.

Interdum bona voluntas reputatur pro facto.

Ambroſius *Tom. 1. pag. 1060. Edit. Pariſien. 1559.*

* *al.* timore

Philip. 4.

CAPUT XXX.

Quod non habentes unde vivant aliunde: niſi de Monaſterio, ſi de prædictis, quos diximus eximendos, non ſint, operari manibus debent.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Præter ſervientes altari, Evangeliſtas, ſcribentes, docentes, & addiſcentes &c. nullus alius a manuali labore eximitur.*
2. *Pauperes Collegiati non dedignentur manibus acquirere victum, quamvis divitias in communi habeant, exemplo Chriſti & Pauli.*

1. HI jam enumerati ſunt, quos de ſervitute Wicleviſtica & Amoræorum negotiis in congregatione viventes lex Chriſti libertat *, & concors Auguſtini & aliorum ſanctorum profeſſio. Jam ergo arguant & redarguant ſanctos Chriſti pauperes: criminentur eos quod non opere tranſigant victum Chriſti, penitus otioſi, quamvis de ſtirpe paupere prodierunt: lætenturque quod Moyſi & non Chriſti cathedram occupent, dicentes palam aliis quod ipſi non faciunt. Securus enim ſum quod hos ſanctos * prædictos liberavit jam Chriſtus a laqueo venantium & a verbo aſpero: ſcapulis enim ſuis obumbrabit eos, & ſub pennis ejus ſperabunt. *Scuto circumdabit eos* veritas chriſtiana, ideo adverſis inſurgentibus non timebunt *a timore nocturno:* accuſationibus publicis, *a ſagitta volante in die:* pro occultis inſidiis, *a negotio perambulante in tenebris:* & hæreticis cunctis falſo diſputantibus tuti fient *ab incurſu, & meridiano dæmonio*. Pudeat iſtos allegaſſe totiens Auguſtinum, cum hos prædictos in eodem Volumine * liberet Auguſtinus. Aut ſaltem congregationes pauperum modernas inveniant, quæ pene omnes tales * non habeant: & qui de iſtis non ſunt, vel pro iſtis non procurant; ſi non operentur, otioſi criminentur; nec ego diſſentiam. Scio enim, quod ipſos in prædicto libello * Auguſtinus culpaverit; & vere culpandi erant. Donec autem in ſorte Clericorum fuerint, ut ſervientes altari de altari paſcantur: & ſic ſi aut Evangelizent; vel ſcribentes, aut monentes doceant; aut privilegio contemplantium fulciantur, aut infirmitate plana graventur, unde aliter in labore non durarent. Idcirco idem Auguſtinus in eodem libro, ducens in magis breve compendium omnes illos qui habent vivere

„ de

* *al.* liberat.

Matth. 23. 2.

* *Supple* pauperes

Pſal. 90. 3. 4.

* *De opere Monachorum*

* *non cogendos ad laborem*

* *De opere Monachorum*

(*a*) Huc ſpectat illa Beati Benedicti præceptio in Regulæ capite de opere manuum: *Fratribus infirmis vel delicatis talis opera, aut ars injungatur, ut nec otioſi ſint, nec violentia laboris opprimantur: quorum imbecillitas ab Abbate conſideranda eſt.*

de labore, dicit Apoſtolum laboraſſe ad perquirendum tales eleemoſinas ſanctis pauperibus: AUGUSTINUS. Ut hoc (inquit) ſuppleatur ex „ oblationibus laborantium * fidelium, quod „ laborantibus, & aliquid unde victum exigant * operantibus, propter infirmitates tamen „ corporales aliquorum, & propter Eccleſiaſticas occupationes, vel eruditionem doctrinæ ſalutaris, deeſſe putaverint. „ Hæc Auguſtinus *de opere Monachorum*, cap. XVI. Et præterea cap. XXVI. „ Hoc ſervos ſuos Dominus „ præmonet, ut in eo miniſterio, quod Sacramento ejus debetur, non iſta, ſed regnum „ ejus cogitemus: & hæc omnia apponentur „ nobis, ſive per manus operantibus, ſive infirmitate corporis impeditis, ſive ipſius militiæ chriſtianæ tali occupatione diſtractis, „ ut nil aliud agere valeamus. „ Hæc Auguſtinus. Ecce in hoc primo paſſu aſſignat tria genera hominum, qui a laboribus eximuntur, quos ſupra diſtinxit in quinque: hic autem in hoc ultimo* diſtinxit in duo. Apponit tamen aliquid ſemper ad quod omnia rediguntur. Unde cum infirmos recitat, tandem ſubjungit: *Si vi ſanctæ militiæ tali occupatione diſtracti, ut nil aliud agere valeant*, ſub his intelligit Auguſtinus Evangeliſtas verbi Dei, quos privilegiavit ſupra cap. VII. & cap. XIV. *de opere Monachorum*: & miniſtros altaris & diſpenſatores Sacramentorum qui in Monaſteriis degunt, de quibus cap. XX. & XXV. Docentes quoque & diſcentes, ſive aſſidue contemplantes, ſicut in cap. XVI. Ita & in hoc ipſo libro Auguſtini *de opere Monachorum* per eumdem Auguſtinum ab opere manuum exempti ſunt, & de altari vivere poteſtatem habent omnes Evangeliſtæ, omnes altaris miniſtri, omnes docentes literas, maxime ſacras, & diſcentes; omnes aſſidue contemplantes, & omnes graviter languentes. Reſidui vero, qui de iſtorum numero non ſunt, laborare tenentur (*a*), quicumque ſint, & in quacumque congregatione Sanctorum degerint. Non ergo ſolis Religioſis mendicantibus, quorum congregationes in ſuis victualibus habent penuriam, competit regula Auguſtini: ſed etiam Monaſteriis, & aliis Collegiis Sanctorum, quantumcumque dotatis: quia BONA ILLA PAUPERUM SUNT, & ad pigros aut deſides, quantumcumque delicati fuerint, convenire non poſſunt. Sed ſi laborent, quod ſupereſt debet diverti ad publicum: ſic etiam cum hoc egeant, ſupplendum eſt eis de publico. Audiamus namque quid de hujuſmodi viris, etiam in Congregatione dotata viventibus, interſerit Auguſtinus, exemplum adducens de Romana Republica ditiſſima, & membris ejus: AUGUSTINUS. „ Si enim terrenæ hujus Reipublicæ antiqui „ principes præclariſſimo literatorum ſuorum „ eloquio prædicari ſolent quod rem communem univerſi populi, ſive Civitatis, privatis „ ſuis rebus ſic anteponebant, ut quidam (*b*) „ eorum Africa edomita triumphator, quid nubenti filiæ daret non habuerit, niſi ex Senatusconſulto de publico dotaretur: quo animo debet eſſe in republica ſua civis æternæ „ civitatis, & Jeruſalem cæleſtis, niſi ut ipſum, quod propriis manibus elaborat, in commune ferat: & ſi quid deſuerit ei, de communi ſuppleat, dicens cum eo, cujus præceptum exemplumque ſecutus eſt: *quaſi nihil habentes, & omnia poſſidentes?* „ Hæc Auguſtinus ibi, ſcilicet *de opere Monachor.* cap. XXIV.

[Margin notes: Auguſtinus To. 6. pag. 489. — * M. bonorum. — * M. transigant. — pag. 497. n. 35. — Matth. 6. 33. — * Auguſtini ratio — Auguſtinus. To. 6. pag. 496. num. 32. — 2. Cor. 6. 10.]

2. Et bene addit Auguſtinus hic inferens Dominum Jeſum Chriſtum, cujus præceptum exemplumque ſecutus eſt: quia exemplo Chriſti non dedignabuntur pauperes collegiati manibus acquirere victum, quamvis divitias habeant in communi; ſicut nec ipſe Chriſtus laborare non dedignabatur in domo parentum, quamvis in domo propria ei divitiæ abundabant (*c*). Unde Baſilius lib. *de vita ſolitaria*; & habentur hæc verba etiam *in Cathena aurea* Divi Thomæ ſuper Lucam, cap. II. ſuper illum textum Lucæ, *Et erat ſubditus illis*: BASILIUS. Ab ipſa (inquit) primæva ætate parentibus obediens, „ quemlibet laborem corporeum humiliter & „ reverenter ſuſtinuit. Cum enim homines eſſent honeſti & juſti; egentes tamen & neceſſariorum penuriam patientes, teſte præſepi, „ partus venerandi miniſtro; manifeſtum eſt, „ quod ſudores corporeos continue frequentabant, neceſſaria inde ſibi quærentes. Jeſus „ autem obediens illis, ut Scriptura teſtatur, „ etiam in ſuſtinendo labores ſubjectionem plenariam oſtendebat. „ Hæc Baſilius. Ac NE UTILITATEM EXERCITII FUGERENT OTIOSI, FICTAM prætendentes Collegii honeſtatem; non erat ſubtile artificium, non honore, vel mundi reputatione præclarum, in quo Chriſtus ſub parente ſudavit, dicente Auguſtino in ſæpe dicto libro *de opere Monachor.* AUGUSTINUS. Quid? „ Faber erat homo ille juſtus (inquit) & ad „ teſtimonium conjugale ſemper manſuræ virginitatis electus. Cui deſponſata erat ergo „ Maria, quæ peperit Chriſtum, faber fuit. „ Hæc Auguſtinus ibi cap. XIII. Et ibidem etiam prædicit de beato Apoſtolo quærentibus, quod genus artis exercuit: „ Cur a me (inquit) quærunt quod, vel quale opus faciebat? Unum „ ſcio, quod nec furtum faciebat; nec effractor, aut latro erat; nec auriga, nec venator, aut hiſtrio, aut turpilucrus: ſed innocenter & honeſte quæ apta ſunt humanis uſibus, „ operabatur; ſicut ſe habent opera fabrorum, „ ſtructorum, ſutorum, ruſticorum, & his ſimilium. NEQUE ENIM HONESTAS IPSA REPREHENDIT, QUOD REPREHENDIT SUPERBIA EORUM, „ QUI HONESTI VOCARI AMANT, SED ESSE NON AMANT. Non ergo dedignaretur Apoſtolus „ ſive ruſticanum aliquod opus aggredi, ſive in „ opificum labore verſari. Qui enim ait: *Sine offenſione eſtote Judæis & Græcis, & Eccleſiæ Dei*, quos in hac cauſa revereri poſſet, ignoro. Si Judæos dixerint; Patriarchæ pecora „ paverunt: ſi Græcos, quos etiam paganos „ diximus, philoſophos, & plures multum honorabiles ſutores habebant. „ Hæc Auguſtinus ibi. Quo ergo jure nolint Fratres operari, & ſine opere de bonis publicis in quacumque congregatione vivere, pene ignoro, quando nec Paulus vivere voluit ſine opere; qui tamen poteſtatem habebat vivere de Evangelio; nec Chriſtus aut pauperes ejus ſine opere de patrimonio ſuo divino: niſi forte ampliori quam Chri-

[Margin notes: Chriſtus in domo parentum laborabat. — Baſilius apud D. Thomam in Cat. pag. 144. — Luc. 2. 51. — Auguſtinus To. 6. pag. 485. num. 14. — Matth. 13. 55. — Auguſtinus ibidem — 1. Cor. 10. 32.]

(*a*) Quam Deo acceptum ſit opus manuarium in viris Religioſis innumera teſtantur veterum Patrum exempla, illud præſertim Divi Bernardi, de quo narrat in ejus vita lib. 1. cap. 4. Gulielmus Sancti Theodorici Abbas „ quod tempore meſſis fratribus ad ſecandum cum fervore & gaudio Sancti Spiritus occupatis, cum ipſe „ (Bernardus) quaſi impotem & neſcius laboris illius, ſedere ſibi „ & requieſcere juberetur; admodum contriſtatus, ad orationem „ confugit, cum magnis lachrymis poſtulans a Deo donari ſibi gratiam metendi. Nec refellit ſimplicitas fidei deſiderium religioſi. Continuo namque quod petiit, impetravit. „ Contra eos vero, qui jacturam temporis in opere manuario cauſantur, illud facit quod ibidem narratur, Sanctum nempe Bernardum dicere ſolitum fuiſſe, quod quidquid in Scripturis valeret, maxime in ſylvis & in agris meditando & operando didicerat.

(*b*) Scipio apud Valer. lib. 2. cap. 4. Zon. 2. & Senecam ad Albinam cap. 12.

(*c*) Ex patrimonio divino, ut infra innuit Doctor.

Chriſtus vel Paulus ſuper bonis monaſterii fulciantur privilegio; quod non credo.

CAPUT XXXI.

Ne Religioſi operarii præſumant ea quæ ſunt Clericorum; vel Clerici, faſtidiendo officium, opera eorum aſſumant.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Deteſtabilis res eſt diverſi generis profeſſiones miſcere.*
2. *Authoritate Auguſtini & Hieronymi manifeſte colligitur, cum qui Clericus eſt, vel Evangeliſta, non debere munus ſuum relinquere, ut ad opera tranſeat ſervilia: neque eum qui operarius religioſus effectus eſt, otioſam & inertem ducere vitam.*

1. PRæmonſtrata ergo tali diſtinctione ſanctorum in Monaſteriis degentium, hoc ſummopere cavendum exiſtimo, ne vel præſumptione, vel torpore, alter alterius ſortem invadat: ne aut Frater operarius velit panem manducare gratuitum, aut Evangeliſta onere Evangelii gravatus, ipſum deponat, ut alieno ex labore pinguius, & cum minore ſpiritus afflictione cibetur. Utroſque tamen in congregatione promovi, quamvis in figuram hujus lex antiqua mandaverit, ne quiſquam indueret veſtem ex lino lanaque contextam, ideſt, ſecundum Auguſtinum lib. VI. *contra Fauſtum*, diverſi generis profeſſiones: quas miſcere deteſtabilis res eſt apud perſpectivos. Et ea de cauſa præſcriptum eſt, lanam in medio non confundi, nec etiam permiſceri. Ergo qui in lumine ſe ambulare prætendunt; ne offendant, actus ſuos non permiſceant, officia non confundant. *Deuter. 22. 11.*

2. Scitis quid volo? Si frater Evangeliſta ſit, ſi clericus, ſi miniſter altaris, de altari vivat, de Evangelio paſcatur; non ego nego, non invideo. Hoc enim Chriſtus ſtatuit, hoc Paulus definit, Auguſtinus affirmat: dum tamen in hoc ipſo totum laborem conſumat, omnem diei ſudorem impendat. Auguſtinus enim ſic libravit edictum: Augustinus. Hoc (inquit) ſuppleatur ex oblationibus laborantium fidelium, „ quod propter Eccleſiaſticas occupationes, vel „ eruditionem doctrinæ ſalutaris, deeſſe putaverint. — Et cap. XXVI. dicit — Hæc omnia „ apponenda nobis ipſius militiæ tali occupatione diſtrictis, ut nil aliud agere valeamus.„ Secus eſt de ſanctis illiteratis, vel modicum eruditis, ex quibus antiqua monaſteria repleri ſolebant uſque ad tempora Euſebii, Zozimi, Siricii, ut Eccleſiaſtica teſtatur hiſtoria: qui quamvis ad recreationem ſpiritus Scripturis ſanctis interdum indulgeant, aut exhortationes ſanctas venientibus, aut convenientibus faciant: non tamen propter hoc, opus diurnum deponere habent: quia in rei veritate nec Evangeliſtæ, nec erudientes ſunt, qui nec exercitium eorum, nec curam habent. De talibus enim ſermocinatur Auguſtinus *de opere Monachor.* cap. XVII. Augustinus. Quid enim hic agant, „ qui corporaliter operari nolunt, ſcire deſidero. Orationibus (inquiunt) vacant, & lectioni, & pſalmis, & verbo Dei. Sancta plane „ vita, & Chriſti ſuavitate laudabilis. Sed ſi ab „ his avocandi non ſumus, nec manducandum „ eſt, nec ipſæ eſcæ quotidie præparandæ, ut „ poſſint apponi & aſſumi. Si autem ad iſta „ vacare ſervos Dei certis intervallis temporum infirmitatis neceſſitas cogit; cur non & „ Apoſtolicis præceptis obſervandis aliquas partes temporis deputamus? Citius exauditur „ obedientis una oratio, quam decem millia „ contemptoris. Cantica enim divina cantare „ etiam manibus operantes facile poſſunt, & „ ipſum laborem tamquam divino celeumate „ (*a*) conſolari. An ignoramus opifices quibus „ vanitatibus, & plerumque etiam turpitudinibus theatricarum fabularum donent corda & „ linguas ſuas, cum manibus ab opere non recedant? Quid ergo impedit ſervum Dei operantem manibus in lege Domini meditari, „ & pſallere nomini Domini Altiſſimi; ita ſane ut ad ea dicenda quæ memoriter recolit, „ habeat ſepoſita tempora? — Sequitur — Qui „ autem dicunt ſe vacare lectioni, nonne illic „ inveniunt quod præcipit Apoſtolus? Quæ eſt „ ergo iſta perverſitas, lectioni nolle obtemperare, dum vult ei vacare? — Et infra — Si „ autem alicui eſt ſermo erogandus, & ita occupatur, quod manibus operari non vacet; „ numquid hoc omnes in Monaſterio poſſunt, „ venientibus ad ſe ex alio genere vitæ fratribus, vel divinas lectiones exponere, vel de „ aliquibus quæſtionibus ſalubriter diſputare? „ Quando ergo non omnes poſſunt, cur ſub „ hoc obtentu omnes vacare volunt? Quamquam etſi omnes poſſent, viciſſitudinem tamen facere deberent, non ſolum ne cæteri „ a neceſſariis operibus occuparentur, ſed quia „ etiam ſufficit ut audientibus pluribus unus „ loquatur.„ Hæc Auguſtinus. Ne tamen clerici religioſi turbarentur, exiſtimantes Auguſtinum hæc dixiſſe ad eos, ideo ſubjungit eorum privilegia, dicens, eos habere poteſtatem vivendi de altari, ſi miniſtri ejus fuerint; aut de Evangelio, ſi Evangeliſtæ: & tunc ſtatim infert quibus hæc direxit quæ jam prædixit: Augustinus. Nunc (inquit) veniunt pleri- „ que ad hanc profeſſionem ſervitutis Dei „ ex conditione ſervili, vel etiam liberti, vel „ propter hoc a Dominis liberati, ſive liberandi; & ex vita ruſticana, & ex opificum exercitatione & plebejo labore, tanto utique felicius quanto fortius educati; qui ſi non admittantur, grave delictum eſt: multi enim „ ex eo numero vere magni, & imitandi extiterunt. Nam propterea infirma mundi elegit „ Deus, ut confunderet fortia: & ignobilia „ mundi, & ea quæ non ſunt tamquam ea „ quæ ſunt, ut ea quæ ſunt evacuentur, ut „ non glorietur omnis caro coram Deo. Hæc „ itaque ſancta & pia cogitatio facit, ut etiam „ tales admittantur, qui nullum afferant mutatæ in melius vitæ documentum. Neque „ enim apparet, utrum ex propoſito ſervitutis „ Dei venerint; an vitam inopem & laborioſam fugientes, vacui paſci atque veſtiri voluerint; & inſuper honorari ab eis, a quibus contemni conterique conſueverant. Sic * „ ergo quominus operentur, de infirmitate corporis ſe excuſare non poſſunt.„ Hæc Auguſtinus ibidem. Et infra cap. XXV. de eleemoſinis faciendis clericis, & religioſis, & infirmis diſputans: „ Neque attendendum eſt (inquit) „ in quibus Monaſteriis, vel in quo loco indigen-

Marginalia: *Auguſtinus To. 6. pag. 489. num. 29.* — *Religioſi illiterati opus manuum non deſerant.* — *Auguſtinus To. 6. pag. 689. num. 20.* — a — *Pſal. 1. 2. Pſal. 12. 6.* — *Cap. 18. pag. 490.* — *Auguſtinus To. 6. cap. 22. pag. 492. n. 25.* — *Ignobiles a monachatu non rejiciendi.* — *1. Cor. 1. 17. &c.* — * *M. tales.* — *pag. 496. num. 31.*

(*a*) *Celeuma* græce dicitur cantus Nautarum & Remigum, quo ſe mutuo ad laborandum excitant.

„ digentibus fratribus quiſque quod habebat impenderit. Omnium enim chriſtianorum una Reſpublica eſt. Et ideo quiſquis chriſtianis neceſſaria ubilibet erogaverit, undecumque * etiam quod ſibi neceſſarium eſt accipit, de Chriſto accipit: quia ubicumque ipſe talibus dedit, quis niſi Chriſtus accepit? Illi A autem qui præter iſtam ſanctam ſocietatem vitam labore corporis tranſigebant, ex quo numero plures ad monaſteria venerunt: quia in ipſo humano genere plures ſunt; ſi nolunt operari, nec manducent. Neque enim propterea in militia chriſtiana divites ad paupertatem humiliantur, ut pauperes ad ſuperbiam extollantur: NULLO ENIM MODO DECET, UT IN EA VITA, UBI Senatores fuerint * laborioſi, ibi fiant opifices otioſi: & quo veniunt relictis divitiis ſuis qui fuerint præclari * domini, ibi ſint ruſtici delicati.„

* M. ubicumque

* M. fiunt

* M. prædiorum

Hæc Auguſtinus ibidem. Ubique ecce ſe plane B Auguſtinus exponit, quid clericis injunxerit, quid operariis Monachis ſeorſum. Hunc cibandum dicit ſeorſum, & illum. Neutrum confundit, & operarios clericis non permiſcet: & ex cauſis diſparibus etiam in eadem quaſi perſona Monachum ſecernit a Clerico. Sic certe * beatus Hieronymus Ruſticum neophytum ad laborem inſtruens, dicit in Epiſtola ad eumdem, quæ incipit, *Nihil Chriſtiano &c.* HIERONYMUS. „ Fac & aliquid operis, ut ſemper diabolus te inveniat occupatum. Si Apoſtoli, habentes poteſtatem de Evangelio vivere, laborabant manibus ſuis, ne quem gravarent: & aliis di- C ſtribuebant * refrigeria, quorum pro ſpiritualibus debebant metere carnalia: cur tu in uſus tuos ſucceſſura non præpares? Vel fiſcellam texe ex junco; vel caniſtrum lentis plecte viminibus. Sarriatur humus, areolæ æquo limite dividantur: in quibus cum olerum jacta fuerint ſemina, vel plantæ per ordinem poſitæ, aquæ ducantur irriguæ, ut pulcherrimorum verſuum ſpectator aſſiſtas:

* Cod. Ferrar. equidem

Hieronymus To. 1. Ep. 125. n. 11. p. 934. 1. Cor. 9. 12.

* M. tribuebant

Virgilius 1. Georg. 22.

Ecce ſupercilio clivoſi tramitis undam
Elicit illa cadens raucum per levia murmur
Saxa ciet, ſcatebriſque arentia temperat arva. D

„ Inſerantur infructuoſæ arbores, vel gemmis, vel ſurculis, ut parvo poſt tempore laboris tui dulcia poma decerpas. Apum fabricato alvearia, ad quas te mittunt Salomonis proverbia; & monaſticorum ordinum egregiam diſciplinam in parvis diſce corporibus. Texantur & lina capiendis piſcibus: ſcribantur & libri, ut & manus operetur cibum, & anima lectione ſatietur: *In deſideriis eſt omnis otioſus* (*a*). „ Hæc Hieronymus. Pulchra, & climata ecce de operibus diſciplina. Sed vide quomodo docuit, quem ſic inſtruxit: mona- E chum, non clericum, niſi forte futurum. Unde verſus finem Epiſtolæ dicit: HIERONYMUS. Reſpondi, & nunc breviter reſpondebo * me in præſenti opuſculo non de clericis diſputare, ſed Monachum inſtituere. Sancti clerici, & omni vita laudabiles *. Ita ergo age & vive in Monaſterio, ut clericus eſſe merearis: ut adoleſcentiam tuam nulla ſorde commacules: ut ad altare Chriſti quaſi de thalamo virgo procedas. „ Hæc Hieronymus.

Prov. 6. 8. juxta LXX. a

Hieronymus ibidem n. 17. pag. 938.

* Veron. & omnium vita laudabilis

CAPUT XXXII.

Quod monaſteriorum neceſſitates ſupplendæ ſunt ex eleemoſinis fidelium, nec ſubtrahi debent quovis modo, quamvis operarii laborare teneantur.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Merito queruntur pauperes religioſi operarii de Vigilantio & Wicleviſtis ſubtrahentibus ſibi eleemoſinas fidelium, cum Paulus & Auguſtinus ſecus doceant.*
2. *Oblationes ex quibus dotatæ ſunt matrices Eccleſiæ, & aliæ eleemoſinæ communes fidelium, cur inſtitutæ fuerint.*
3. *In omni oblatione, ſive eleemoſina, habenda eſt ratio perſonarum. Aliquis enim eſt qui te petit, aliquis vero quem tu quærere debes.*

1. QUeruntur adhuc ſancti pauperes Chriſti, hæreticos modernos eis ultra ſatis eſſe infeſtos: „ Eccleſiaſticam (inquiunt) recipimus diſciplinam: placet nobis manualis labor injunctus, qui nec Sacramenta conficimus, nec docemus, nec docemur cum clericis, nec ægri patimur cum infirmis: ſed cur excludunt a monaſteriis degentium fratrum oblationes fidelium, dicentes quod e laboribus noſtris vivendum eſt; idcirco ſunt eleemoſinæ ſubtrahendæ? „ Revera non ſine cauſa queruntur. Vigilantius enim ſic prohibuit eleemoſinas fieri monaſterio ſanctorum in Bethleem (*b*); & ſanctus Pater reſultabat Hieronymus, ſicut jam ſupra * dictum eſt. Audite b inſuper, quid Sanctus Pater docuit Auguſtinus in ſæpe dicto libello *de opere monachorum*, cap. XVI. docens labores ſanctorum ſupplendos per eleemoſinas fidelium: quia contingit, quod fructus laboris non ſufficiant omnibus, ſcilicet, ipſis laborantibus infirmis, & occupatis officiis Eccleſiaſticis, qui in eodem monaſterio commorantur. Dicit enim: AUGUSTINUS. Propter „ has ergo vel occupationes ſervorum Dei, vel infirmitates, quæ omnino deeſſe non poſſunt, non ſolum permittit Apoſtolus Sanctorum indigentiam ſuppleri a bonis fidelibus; ſed etiam hortatur ſaluberrime. Excepta enim illa poteſtate qua ſe dicit ipſe non uſum, cui tamen ſerviendum eſſe a fidelibus præcipit, dicens: *communicet qui cathechizatur verbo Dei, ei qui ſe cathechizat in omnibus bonis:* excepta ergo hac poteſtate prædicationis, quam prædicatores verbi Dei habere in eos quibus prædicant, ſæpe teſtatur, etiam ſanctis, qui omnia ſua vendita diſtribuerant, & Jeroſolymis habitabant in ſancta communione vitæ, non dicentes aliquid proprium, quibus erant omnia communia, & anima una & cor unum in Domino, ab Eccleſiis gentium neceſſaria conferri præcipit & hortatur. Inde eſt illud ad Romanos: *Nunc ergo pergam ad Jeruſalem miniſtrare ſanctis. Placuit enim Macedoniæ & Achaiæ communionem * aliquam facere in pauperes ſanctorum, qui ſunt in Jeruſalem. Placuit ergo illis, & debitores eorum ſunt: ſi enim ſpiritualibus eorum communicaverunt gentes, debent & in carnalibus miniſtrare eis.* Hoc „ ſimile

* Art. 1. c. 1. hujus libri

Auguſtinus To. 6. pag. 487. num. 17. Paulus vult a fidelibus ſuppleri neceſſitates ſervorum Dei, qui victum ſibi ob infirmitates, vel occupationes, comparare non valent. Gal. 6. 6.

Act. 2. 44. & 4. 32.

Rom. 15. 25.

* Vulg. collationem

1. Cor. 9. 11.

(*a*) Hæc ſententia profertur a Stephano in Regula, & Salomoni adſcribitur: *Quia otioſus corpore monachus, mente a ſordidis cogitationibus nunquam poterit eſſe otioſus, dicente Salomone: In deſideriis eſt omnis otioſus.* Eſt autem hic locus tantum in Græco apud LXX.

(*b*) Monaſterium iſtud quod ſancti & inopes viri incolebant, a ſancta Paula extructum fuiſſe teſtatur Hieronymus in Epiſt. *ad Euſtochium*. Nunc in Bethleemitico templo, cui Fratres Minores inſerviunt, ſacellum adhuc extat, quod ipſius Sancti Hieronymi cellam fuiſſe tradunt, & credunt fideles.

„ ſimile eſt illi, quod ait ad Corinthios: *Si*
„ *nos vobis ſpiritualia ſeminamus, magnum eſt,*
„ *ſi carnalia veſtra metamus?* Item in Secunda
2. Cor. 8. 1. „ ad Corinth. *Notum autem facimus vobis fra-*
„ *tres gratiam Dei quæ data eſt mihi in Eccle-*
„ *ſiis Macedoniæ: quod in multa probatione tri-*
„ *bulationis, abundantia gaudii eorum fuit: & A*
„ *profunda paupertas eorum abundavit in divitias*
„ *ſimplicitatis eorum: quia ſecundum vires (te-*
„ *ſtimonium illis perhibeo) & ſupra vires vo-*
„ *luntarii fuerunt, cum multis precibus obſe-*
„ *crantes nos gratiam & communionem mini-*
„ *ſtrationis quæ fit in Sanctos: & non quomo-*
„ *do ſperavimus, ſed ſeipſos tradiderunt Domi-*
„ *no primum, & nobis per voluntatem Dei, ad*
„ *precandum Titum, ut, quomodo cœpit, ſic &*
„ *ipſe conſummet in vobis gratiam iſtam. Sed*
„ *quomodo ſemper abundatis in omnibus fide &*
„ *verbo & ſcientia, & omni ſtudio, & ea quæ*
„ *ex vobis eſt in nos charitate, ita & in hac* B
„ *gratia abundetis. Non ſecundum imperium di-*
„ *co, ſed propter aliorum ſtudium, & veſtræ*
„ *charitatis ingenium chariſſimum comprobans.*
„ *Scitis enim hanc gratiam Domini noſtri Jeſu*
„ *Chriſti, quoniam propter vos pauper factus eſt*
„ *cum eſſet dives, ut illius paupertate ditaremi-*
„ *ni. Et in hoc conſilium do: hoc enim vobis*
„ *prodeſt, qui non ſolum facere, ſed & velle*
„ *cœpiſtis ab anno priore. Nunc autem & facto*
„ *perficite, ut quemadmodum promptus eſt ani-*
„ *mus voluntatis, ita ſit & perficiendi ex eo*
„ *quod quiſque habet. Si enim promptus eſt ani-*
„ *mus, ſecundum id quod habet acceptabilis eſt,* C
„ *non ſecundum id quod non habet. Non enim*
„ *ut refectio ſit aliis, vobis autem anguſtia; ſed*
„ *pro æqualitate in hoc tempore, ut veſtra abun-*
„ *dantia ſit ad illorum inopiam, ut & illorum*
„ *abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum,*
„ *ut fiat æqualitas, ſicut ſcriptum eſt: Qui mul-*
„ *tum habuit non abundavit &c.* „ uſque ibi:
Exod. 16. 18. *Providemus enim bona non tantum coram Deo, ſed*
etiam coram hominibus. „ In his verbis appa-
„ ret, quod non ſolum curam ſanctarum ple-
„ bium eſſe voluerit miniſtrare neceſſaria ſan-
„ ctis Dei ſervis, conſilium in hoc dans, quia
„ hoc magis illis qui hoc faciebant proderat, D
„ quam illis erga quos faciebant: (illis enim
„ aliud proderat, quia æterni boni remunera-
„ tio eſt: accipientibus autem tantum hoc, ideſt,
„ ſancte uti erga ſe obſequio fratrum ſuorum;
„ nec propter hoc Deo ſervire; nec iſta ſume-
„ re, niſi ad ſupplendam neceſſitatem, non ad
„ paſcendam pigritiam:) ſed etiam curam
„ ſuam beatus Apoſtolus tantam dicit in hac
„ miniſtratione, quæ nunc per Titum tranſ-
„ mittebatur, ut etiam comitem peregrinatio-
„ nis ſuæ propter hoc commemorat ordinatum
„ ab Eccleſiis, boni teſtimonii hominem, *cu-*
„ *jus laus,* (inquit) *eſt in Evangelio per omnes* E
„ *Eccleſias.* Ad hoc etiam dicit Lucam comi-
„ tem ordinatum ſibi, ut devitaret hominum
„ reprehenſiones, ne ſine teſtimonio ſanctorum
„ in hoc miniſterio ſociorum tamquam ſibi
„ accipere, & in uſus ſuos convertere ab in-
„ firmis & impiis putaretur, quæ accipiebat
„ ad ſupplendas neceſſitates, & ad referendum
„ vel diſtribuendum indigentibus. Et paulo poſt
1. Cor. 9. 1. „ dicit: *Nam de miniſterio quod fit in ſanctos,*
„ *ex abundanti mihi eſt ſcribere vobis. Scio enim*
„ *promptum eſſe animum veſtrum, de quo glo-*
„ *rior pro vobis apud Macedonas; quoniam Acha-*
„ *ja parata eſt ab anno priore, & quæ ex vobis*
„ *eſt æmulatio incitavit plurimos. Miſimus au-*
„ *tem fratres, ne gloria noſtra, quam habemus*
„ *in vobis, evacuetur in hac parte, ut, ſicut di-*
„ *xi, parati ſitis: ne cum venerint mecum Ma-*
„ *cedones, & invenerint vos imparatos, confun-*
„ *damur nos, ut non dicam vos, in hac ſubſtan-*
„ *tia. Neceſſarium ergo exiſtimavi rogare fratres,*
„ *ut præcedant ad vos, & præparent jam quon-*
„ *dam repromiſſam benedictionem hanc veſtram,*
„ *(ut ſit parata) ſic quaſi benedictionem, non*
„ *quaſi avaritiam. Hoc autem dico: Qui parce*
„ *ſeminat, parce & metet &c.* „ uſque ibi:
Gratias Deo ſuper inenarrabili dono ejus. „ Ma-
„ gna pinguedine ſanctæ lætitiæ eſt perfu-
„ ſus Apoſtolus dum loquitur de alterno ſup-
„ plemento indigentiæ provincialium Chriſti,
„ hinc de rebus carnalibus in illos, inde autem
„ de ſpiritualibus in iſtos, ita ut exclamaret,
„ tamquam ſanctorum gaudiorum ſagina eru-
„ ctaret, dicens: *Gratias Deo ſuper inenarrabi-*
„ *li dono ejus.* Sicut ergo non ceſſavit Apoſto-
„ lus, immo ſpiritus Dei poſſidens & implens
„ & agens cor ejus, exhortari fideles, qui ha-
„ berent hujuſmodi ſubſtantiam, ut nihil de-
„ eſſet neceſſitatibus ſervorum Dei, qui excel-
„ ſiorem ſanctitatis gradum in Eccleſia tenere
„ voluerunt, ut ſpei ſæcularis vincula cuncta
„ præciderent, & animum liberum divinæ mi-
„ litiæ dedicarent; ſic debent & ipſi præceptis
„ ejus obedire, ut compatiantur infirmis; &
„ ita amore privatæ rei non illigati, manibus
„ ſuis in communi laborare, Præpoſitis ſuis
„ ſine murmure obtemperantes; ut hoc ſup-
„ pleatur ex oblationibus laborantium * fide- * *M.* bonum
„ lium, quod laborantibus & aliquid unde vi-
„ ctum exigant operantibus, propter infirmita-
„ tes tamen corporales aliquorum, & propter
„ Eccleſiaſticas occupationes, vel eruditionem
„ doctrinæ ſalutaris, deeſſe putaverint. „ Hæc
Auguſtinus. Et cito poſt infra, cap. XVII. dicit:
„ Quid impedit ſervum Dei operantem ma- *pag.* 489.
„ nibus in lege Domini meditari & pſallere *num.* 20. *Pſal.* 1. 2.
„ nomini Domini altiſſimi: ita ſane ut ad ea *Pſal.* 12. 6.
„ diſcenda, quæ memoriter recolat, habeat ſe-
„ poſita tempora? Ad hoc enim & illa bona
„ opera fidelium, ſubſidio ſtipendiorum * ne- * *M.* ſupplendorum
„ ceſſariorum deeſſe non debent, ut horæ qui-
„ bus ad erudiendum animum ita vacatur, ut
„ illa corporalia geri non poſſint, non oppri-
„ mant egeſtate. „ Hæc ille. Ecce quam
plane deducit Auguſtinus ex ſcripturarum locis
& geſtis Pauli, fideles chriſtianos debere ſem-
per ſuccurrere monaſteriis Sanctorum oblationi-
bus ſuis, ita ut *nihil deſit neceſſitatibus ſervo-*
rum Dei (inquit). Nec intendit Auguſtinus
aliquos ſanctos operarios ita operibus indulge-
re, ut non aliunde vivant; immo plane vult
eos habere diſtinctas horas quibus laborent, &
alias quibus eruditioni vacent: & tunc quod
non ſufficit eis ex labore, debere ſuppleri ex
eleemoſina piorum fidelium. Et ſic tam pro-
pter iſtos, quam etiam propter infirmos, &
Eccleſiaſtica occupatione ita detentos, ut labo-
rare non vacet, oblationes fidelium nunquam
deberent communitati monaſteriali deeſſe.

2. Sane propter hæc ipſa in ſpecie Eccleſia do-
tabatur. Unde ſanctus Urbanus Papa magiſter &
paſtor Sanctæ Cæciliæ, cujus tempore * dos invale- * *an. Chr.* 230. Urbanus I.
ſcere cœpit Eccleſiæ (*a*) in *Decretis* ſuis cap. I. *apud Labbeum*
ſic ſcribit: URBANUS. Urbanus Epiſcopus omni- *To.* 1. *pag.* 636.
„ bus

(*a*) Ex Decreto quod hic recitatur Urbani Papæ, videtur Sanctiſſimus Pontifex dotem immobilem Eccleſiæ jam ante, & non infra ſua tempora introductam enarrare. Recte autem dicit ſupra Waldenſis quod tempore Urbani cœpit *invaleſcere*, ſcilicet, majori authoritate ſtabiliri. Quod autem primo cœpit Eccleſia dotari ſub iſto Pontifice opinio fuit Wicleffi; ſed quæ ex teſtimonio ipſius Pontificis refellitur, & ex Waldenſi ipſo infra cap. 38. ubi dotatio Eccleſiæ nedum ex Urbano I. ſed ex SS. deceſſoribus Pio, Aniceto, Calliſto, Stephano, Lucio Pontificibus, immo & ex ipſis Apoſtolis derivatur. Confer cum dictis ſupra lib. 2. cap. 31. num. 4.

1. 4. 1. *Scimus vos non ignorare*

„ bus Chriſtianis in ſanctificationem ſpiritus, „ in obedientiam & aſperſionem ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſalutem. Scimus „ vos non ignorare, quod vita communis inter bonos Chriſtianos viguit, & adhuc gratia Dei viget; & maxime inter eos, qui in „ ſortem Dei ſunt electi, ideſt, Clericos, ſicut A

Act. 4. 32. &c.

„ in Actibus Apoſtolorum legitur: *Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una. Nec quiſquam eorum quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat; ſed erant illis omnia communia.*

Quomodo in Eccleſia dos invaleſcere cœperit.

Videntes autem Sacerdotes ſummi, & alii, atque Levitæ, & reliqui fideles, plus utilitatis poſſe afferri, ſi hæreditates & agros quos vendebant, Eccleſiis quibus Epiſcopi præſidebant, traderent; eo quod ex ſumptibus eorum tam præſentibus quam futuris plura elegantiora poſſent miniſtrare fidelibus communem vitam * ducentibus, B quam ex pretio eorum: cœperunt prædia & agros, quos vendere ſolebant, matricibus Eccleſiis tradere, & ex ſumptibus eorum vivere. „ Hæc Urbanus, ut habetur ſecundum ſeriem in libro qui inſcribitur *Decreta Pontificum*. Iſtæ tamen oblationes, quæ ceſſerunt in dotem Eccleſiæ, longe ſunt alterius ſpeciei ab illis oblationibus, quæ ſiebant directe propter ſanctos pauperes. Utraque tamen * propter ſanctos pauperes, maxime in communi viventes, fuerat inſtituta: ſed tunc uſitato nomine iſtæ *eleemoſinæ*, illæ vero *oblationes*, vel *vota* fuerunt appellatæ. C Unde Beda in *Retractationibus* ſuper hunc textum Actuum Apoſtolorum, ubi dixerat Paulus: *Poſt annos autem plures, eleemoſinas facturus in gentem meam, veni: & oblationes & vota &c.* BEDA. *Eleemoſinæ* (inquit) „ pertinent ad ea, quæ ſanctorum uſibus attulerat; quorum in Epiſtolis ſuis crebram fecit mentionem. *Oblationes* vero & vota ad „ ea, quæ, ad ſuaſionem Jacobi & ſeniorum, „ Deo in templo obtulerat. „ Hæc Beda. Et prædictus Papa URBANUS. Ipſæ enim res fidelium *oblationes* appellantur, quia Domino „ offeruntur. D Non ergo debent in alios uſus „ converti, quam Eccleſiaſticos, & prædictorum chriſtianorum fratrum, vel indigentium: „ quia vota ſunt fidelium, & pretia peccatorum, atque ad prædictum opus explendum „ Domino traditæ. Si quis autem (quod abſit) ſecus egerit, videat ne damnationem „ Ananiæ & Saphiræ percipiat, aut reus ſacrilegii efficiatur; ſicut & illi fuerunt, qui de „ pretio prædictarum rerum fraudabant. „ Hæc ibidem.

* *Labbeus fidem*

* *oblatio*

Act. 24. 17.

Beda *To. 6. pag. 27.*

Urbanus 1. *Apud Labbeum To. 1. pag. 637.*

3. In omni tamen dotatione, ſive oblationis catholicæ, ſive eleemoſinæ chriſtianæ ſpontaneæ, E penſanda ſemper eſt, & corde habenda diſtantia perſonarum. Si enim Evangeliſta tibi ſit, paupertatem illius prævenies: ſi inferioris generis pauper ſit, ſaltem tribue poſtulanti. Iſte ſecundus te quærit, illum primum tu quærere debuiſti. De primo dicit Scriptura: *Deſudet * eleemoſina in manu tua, donec invenias juſtum cui des*: de ſecundo autem, *Omni petenti te tribue*. Clariſſime docet hanc differentiam gemini pauperis beatus Auguſtinus ſuper Pſal. CXLVI. *Qui exoriri facit in montibus fœnum:* AUGUSTINUS. Eſtote (inquit) exactores veſtri, „ ne aliquid illi, qui vobis in Evangelio ſerviunt, non dicam petere cogantur, (nam „ forte nec coacti petent); ſed ne ſilentio vos „ arguant. Unde ſcriptum eſt: *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem*. Cum dicit: *Qui intelligit ſuper egenum & pauperem*, non expectat ut petat. Intellige ſuper „ illum. Alius te quærit indigens, alium tu „ debes quærere indigentem. Utrumque dictum „ eſt fratres mei: &, *omni petenti te tribue*, „ modo lectum eſt; & alio loco Scriptura dicit: *Sudet eleemoſina tua donec invenias juſtum cui des**. Alius eſt qui te quærit, alium „ tu debes quærere. Ne eum qui te quærit relinquas inanem: omni petenti te da. Sed alius „ eſt, quem tu debes quærere: *Sudet eleemoſina tua, donec invenias juſtum, cui des*. „ Hæc Auguſtinus. Jam quam plane patet illos eſſe perverſores divini Canonis, qui textum illum de ſudore eleemoſinæ uſurpant ad ſenſum oppoſitum illi, quem ſacer Auguſtinus expoſuit, laudantes ex hoc detentionem moroſam ſanctæ eleemoſinæ, & ſcrutationem prolixam juſti cui detur, cum Auguſtinus ad præveniendum invitet, & promptas manus dationi, etiam uſque ad ſudorem provocet; & dure increpet omnes moras, *ne*, inquiens, *petere cogantur: nam forte nec coacti petent?* Cum his pariter deputandos cenſeo * Religioſos, qui, more * antiquorum, cellaria præparata non habent. Unde *ſuper Pſal.* CXLIII. HIERONYMUS. Reſpicite (inquit) aves „ cœli, quoniam non habent ſolaria, ſed Pater cœleſtis paſcit illas. Aves iſtæ ſpiritualiter monachi ſunt: non habent ſolaria, non „ habent apothecas; ſed habent apothecarum, „ & cellariorum Dominum Jeſum Chriſtum. „ Non habent horrea, ſed horreorum Dominum. „ Hæc Hieronymus.

* *Vide ſupra cap. 18. in n. Luc. 6. 30.*

* *Vulg.* qui producit *Pſal. 146. 8.* Auguſtinus *To. 4. pag. 1648.*

Pſal. 40. 2.

Luc. 6. 30.

* *Vide ſupra in notis ad cap. 18.*

* *al.* ſentio
* *al.* inliar

* Hieronymus *To. 11. pag. 374.* *Matth. 6.*

ARTICULUS TERTIUS

Qui eſt

DE RELIGIOSIS PERFECTIS, VIVENTIBUS DE CERTA POSSESSIONE REDDITUUM ET PRÆDIORUM.

CAPUT XXXIII.

Quomodo Wicleſſus intendit omnem Eccleſiam in ſuo Clero debere exproprietariam eſſe: & graviter peccaſſe omnes qui admiſerunt dotem, ſeu donationem Conſtantini.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Bona Eccleſiæ, ex populi devotione oblata, ſunt in proprietatem Chriſti: in quam ſucceſſerunt Clerici ſacerdotes, & pauperes.*
2. *Wicleffi hæreſis aſſerentis omnes Clericos, præcipue Prælatos, debere vivere abſque proprietate; graviterque peccaſſe priſcos Pontifices Eccleſiæ dotationem admittentes; ſimilis eſt hæreſi Mattariorum, & Apoſtolicorum.*
3. *Carentia rei temporalis avide appetitæ multos propagavit hæreticos: quod præcipue patet de Novato & Wicleffo.*

1. TErtium modum vivendi corporaliter invenit Eccleſia Dei per ſubſidium temporalis penſionis *, ex certis ſcilicet redditibus, agris, vel prædiis procurare Chriſti miniſtris ſuam annonam: quæ quidem non venditione, vel emptione, vel tali contractu civili erant inducta; ſed ex devotione fidelium, ſpontanea oblatione Principum, *in redemptionem peccatorum*

* *Cod. Ferrar.* penſæ.

a *rum* (*a*) tamquam pretio criminum. In pro-
prietatem Chriſti pauperis ſucceſſerunt cleri-
ci ſacerdotes, & pauperes, ut non amplius
eſſet chriſtianorum cultus integer ſub prin-
cipe hujus mundi, ſed jam Deo cedens habe-
ret ex eis, quibus offertur, ſanctimoniam; & ex
ejus qui offert largitate mercedem. Sic enim A
notat Origenes vaſa templi, & indumenta Sa-
cerdotum, pecora quoque oblata, & loca Sa-
cerdotum nuncupari *Sancta*, quia jam ſolis di-
vinis uſibus applicata, *ſuper Levit.* hom. XI. in
Origenes *To. 1. pag. 99.* principio: ORIGENES. Invenimus (inquit) &
,, vaſa miniſterii *Sancta* vocitata, & veſtimen-
,, ta *Sancta* dici, & loca nihilominus quæ in
,, urbibus vel ſuburbibus poſita ſunt, & Sacer-
,, dotibus deputata. ,, Hæc Origenes. Sed quid
immoror, & querelam Eccleſiæ non expono?
Matth. 27. 7. Pretio ſanguinis Chriſti emitur ager figuli in
ſepulturam & finale peregrinorum hoſpitium:
& authores hujus eleemoſinæ erant principes, B
aliunde quidem ex perverſa voluntate damna-
biles, ſed in facto ſuo ſapientes. Quomodo im-
putatur ad crimen, quod de pretio ejuſdem
ſanguinis Chriſti & martyrum ejus, eroge-
tur in ſubſidium miniſtrorum ejus & om-
nium Chriſti pauperum? Multi donantur a-
gri, & non Auguſtinus, non Ambroſius,
breviter, nullus in fide non ſuſpectus; ſed
ſolus Wicleffus improperat, fatuos vocans prin-
cipes & deliros. Nonne plus quam Phariſæus
hic? Beatus Hieronymus dicit ſuper illum tex-
Matth. 27. 7. tum Matthæi, *Conſilio autem inito emerunt ex*
Hieronymus *To. 7. pag. 227.* *eis agrum figuli:* HIERONYMUS, Nos (inquit) C
,, prava eorum ſtudia ſuſcepimus in ſalutem,
,, & in pretio ſanguinis ejus requieſcimus. Fi-
,, guli autem ager appellatur, quia figulus no-
,, ſter eſt Chriſtus. ,, Hæc ille. Vere in hujus
agro figuli, in pretio Chriſti Sanguinis appre-
tiati Wicleffus non quieſcit: quia agrum in ſuo
pretio plane damnat.

2. Sed ego dedignor eſſe præco ejus perfidiæ.
Loquatur hæreticus verba ſua. Dicit enim li-
bello ſuo de Eccleſia, quem alias intitulavit
Wicleffus *Supplementum Trialogi*, cap. 11. Videtur mihi
,, propinquum fidei, ſive fides, quod omnes
,, clerici, & ſpecialiter Prælati Eccleſiæ, de- D
,, bent vivere exproprietarie, ſicut Chriſtus;
,, & per locum a majori, ſicut vixerunt Sa-
,, cerdotes veteris teſtamenti. Secundo, videtur
,, mihi probabile ex effectu, quod omnes Pa-
,, tres legis gratiæ, ſive Papæ, ſive ſancti Do-
,, ctores, qui admiſerunt dotationem Eccleſiæ,
,, vel conſenſerunt illi dotationi, graviter pec-
,, caverunt: quia contra legem Dei tam in lege
b ,, nova quam in lege veteri deliquerunt (*b*).
Ecce jam quod iſte uno flatu oris ſui tot ſan-
ctos Doctores Eccleſiæ denunciavit infames: &
ne produceremus eos in teſtes, ſimul excipit
contra omnes, & ad teſtificandum contra ipſum E
damnavit inhabiles. Sed ex hoc mihi videtur
propinquum fidei, quod iſte ſit ſuſpectus in fi-
de, qui in tot Patribus nulli confidit. Forſan
ſi afferretur illi turba veterum *Mattariorum*, qui Mattarii Manichæorum electi.
inter Manichæos dicebantur *Selecti* *, & ſolis *mat-*
tis utebantur ad ſtratum, eos ſtatim appellaret * *Vide ſupra lib. 1. cap. 5. n. 6. in n.*
in teſtes. Hæreſis etiam *Apoſtolicorum* magnum
illi favorem impenderet, quæ non ſolum cle-
ricis, ſed etiam univerſis fidelibus neceſſitatem
voluntariæ paupertatis indixerat, ſub pœna da-
mnationis æternæ. Unde in lib. *de hæreſib.* cap.
IV. ſic ſcribit AUGUSTINUS. *Apoſtolici* * ſunt, qui Auguſtinus *To. 8. cap. 40. pag. 11.*
,, ſe arrogantiſſime iſto nomine vocaverunt, * *Videſis ſupra cap. 8. num. 4. in n.*
,, eo quod in ſuam communionem non re-
,, ciperent utentes conjugibus, neque res pro-
,, prias poſſidentes: quales habet Eccleſia ca-
,, tholica & monachos & clericos plurimos.
,, Sed ideo iſti hæretici ſunt, quoniam ſe ab
,, Eccleſia ſeparantes, nullam ſpem eos putant
,, habere, qui utuntur his rebus, quibus ipſi
,, carent (*c*). Hæc Auguſtinus. c

3. Et bene notavit Auguſtinus, *rebus quibus*
ipſi carent: quia CARENTIA REI TEMPORALIS
AVIDE APPETITÆ multos propagavit hæreti-
cos. Sic enim teſtatur Ambroſius lib. *de pœni-*
tentia bene ultra medium, quod *Novatianorum*
hæreſis pullulavit per *Novatum*, dolore Epiſco-
patus amiſſi. Dicit enim ſic: AMBROSIUS. Ini- Ambroſius *lib. 1. de pœnit. To. 2. cap. 15. num. 85.*
,, quo illi fratri, qui fratrem receptum doluit,
,, quem in perpetuum gaudebat excluſum, ſi-
,, miles vos eſſe Novatiani non poteſtis nega-
,, re: qui ideo, ut dicitis, in Eccleſiam non
,, convenitis, quia per pœnitentiam tributa
,, ſpes fuerat iis, qui lapſi ſunt, revertendi. Sed
,, hoc prætenditis ſpecie: cæterum Epiſcopatus
,, amiſſi dolore ſuccenſus Novatus ſchiſma
,, compoſuit. ,, Hæc Ambroſius. Et indubie
inter ſapientes fama volavit de Wicleffo, quod Wicleffus ob non obtentum Epiſcopatum apoſtatavit.
ſcilicet, dolore amiſſi Epiſcopatus in *Wigor-*
nienſi Eccleſia, ad quem ſuſpiravit incaute, hæ-
reſim ſuam ſuſcitavit contra dotationem Cleri,
& omnem Eccleſiæ dignitatem (*d*). Docilis in d
hoc ſcholaris magiſtri omnium hæreticorum
diaboli, qui omnibus chriſtianis invidet glo-
riam Paradiſi, quia ipſe eam habere non po-
teſt. Verumtamen, ut dixi, PRO FACULTATI-
BUS ECCLESIÆ PENE EST OMNIS PUGNA & de-
certatio Wicleffi noſtri. Et per hanc gradatim
aſcendunt omnes hæretici ad majores hæreſes
de Sacramentis; & tandem ponunt in cœlum
os ſuum, ut perverſe loquantur de Deo (*e*). e
Unde Gregorius propter hoc providens ſibi re-
medium, ſi per hæreticos pelleretur ab Eccle-
ſia ſua, tandem dicit: GREGORIUS NAZIAN- Gregorius Nazianzenus
ZENUS. Si hinc inique excludor, aſtabo & mi-
,, niſtrabo illi altari, ibique offeram hoſtias &
,, oblationes & holocauſtomata, ad illud ſcili-
,, cet altare, quod ſpiritu intuens magnus ille
,, David verus Dei propheta dicebat: *Introi-* *Pſal. 42. 4.*
,, *bo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat ju-*
,, *ventutem meam*. Ab illo enim altari non
,, ejiciendi me quilibet habet poteſtatem. Sed
,, civitate depellent & fugabunt: numquid &
,, de

(*a*) Hæc verba apponebantur in chartis Donationum, quibus Monaſteria a Principibus aliiſque piis fidelibus erigebantur, vel ditabantur. Hujuſmodi chartas paſſim exhibet in Sæculis Benedictinis Cl. Mabillonius.

(*b*) Huc pertinent articuli 32. 33. 36. & 39. a Generali Conſtantienſi Synodo proſcripti.

(*c*) Ante Wicleffum hoc invexerunt dogma veteres hæretici *Apoſtolici* dicti, de quibus jam ſupra cap. 8. item Petrus Joannes Olivi, Geraldus Segarellus, Dionyſius Soulechat, & Fraticelli: qui omnes Sæculo XIV. emerſerunt. Poſt Wicleffum autem apparuerunt an. Dom. 1558. ex Secta *Antilutheranorum* alii ejuſdem farinæ viri, qui bona abdicantes, omnia relinquentes, eaque communia facientes, domum, liberos, negotia dimittentes, prædictorum *Apoſtolicorum* inſaniam affectabant, dicti idcirco & ipſi *Apoſtolici*. Cum autem ignavi iſti homines ſuos conſectarios gravarent, eorum facultates abſumendo, tandem rei indignitate perſpecta, *propingues iſtos ventres alere pertæſum eſt*, ut refert Coccius.

(*d*) Idem habet ſupra libro 2. cap. 60. num. 2. Nec ſoli fuerunt Novatus & Wicleffus, quos ambitioſa dignitatum cupiditas fecerit delirare. De Valentino idem narrat Tertullianus cap. 4. *contra Valentinianos*: de Aerio idem habetur ſupra libro 2. cap. 60. De cunctis immo hæreſib. dicit Serm. *de Paſtor*. Auguſtinus: *Diverſis locis ſunt diverſæ; ſed una mater ſuperbia omnes genuit*. Nec unquam deſtitit adulterinos fœtus hæc impudens meretrix edere: ſed Lutherum ipſum, qui in promulgatione Indulgentiarum *Joannem Tetzelium* ſibi præferri indignatus eſt, Eccleſiæ & fidei hoſtem peperit.

(*e*) Intellige, quod hæreſis quæ per ſuperbiam gignitur, per avaritiam paulatim creſcit & roboratur. Calvinianos in Gallia pluſquam religionis zelus animoſos effecit occaſio rapiendi. Uſuras porro, avaritiam, ſicut & alia vitia in ſuis aſſeclis fatentur Puritani apud *Povellum* Proteſtantem in *Adiaphoris* pag. 236.

„ de cœleſti urbe Jeruſalem, quæ eſt mater omnium noſtrum depellere nos poterunt, vel fugare? Facultatibus deſraudabunt. Quibus? Iu his ſacultatibus aliæ mihi incident, quas non habeo. Si autem Eccleſiaſticis, HOC UTIQUE EST, PRO QUO omnispugna, & pro quo omne certamen. An ignoramus, quia per pecuniæ cupiditatem & loculorum fraudem Judas etiam ad proditionem proficiſcitur Chriſti, & triginta argenteis Dominus appretiatur majeſtatis? Tanto pretio non Dominus, ſed proditor dignus eſt. „ Hæc Gregorius lib. IV. verſus finem. [*Matth. 26. 15.*] Ecce iſte Doctor & antiquus Epiſcopus, magiſter Sancti Hieronymi in ſacra pagina (ut ipſe teſtatur in lib. *de viris illuſtribus* cap. IX. & lib. I. *contra Ruffinum*) non damnat facultates Eccleſiæ, quibus etiam ipſe uſus eſt. Sed ideo damnatur cum aliis, ſecundum Wicleffum. Forſan & cum aliis hæreticis ſi tunc fuiſſet, voluiſſet Wicleffus ſpoliare beatum hunc Gregorium. Sed poſtquam ſic oſtendimus in genere qualiter pro facultatibus ſuis Wicleffus adverſari cœpit Eccleſiæ, audiamus in particulari rationes ejuſdem. Verumtamen pro ſolis Religioſis dotatis ſecundum ordinem tractandi, quem incœpi, procederem: ſed quia cauſa eſt communis Eccleſiæ, non pigebit certare communiter.

CAPUT XXXIV.

De trina lege Dei, in qua Wicleffus expropriẹtatem fundat: & de trina lege oppoſita, ubi fundatur proprietas Eccleſiæ.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Authoritates, quas pro ſui erroris defenſione aſſumpſit hæreticus, adducuntur.*
2. *Totidem ab Authore explicantur, quarum robore rei veritas facile cognoſci poteſt.*

1. ASſumit ſibi Wicleffus triplex teſtimonium veteris legis, quod dicit *indiſpenſabile:* quia utrobique quodlibet eorum eſt ſimpliciter neceſſarium. Sed audiamus, quid ipſe dicat in *ſupplemento Trialogi*, cap. I. [*Wicleffus*] „ In tribus legibus (inquit) de lege veteri, ſcilicet, Numer. VIII. Deuteron. XVIII. & Ezechiel. XLIV. ſimpliciter præcipitur negative, ne Sacerdotes Aaronici, nec Levitæ habeant partem hæreditatis cum Tribubus aliis; ſed quod pure vivant de decimis & oblationibus. Cum ergo patres legis veteris erant in puerili ætate ſæculi, & manuducendi bonis temporalibus; ſequitur, quod minus iilicitum fuiſſet ipſos temporales redditus habuiſſe, quam tempore legis gratiæ. „ In *dialogo* autem *veritatis & mendacii* ipſe explanat illos textus, tractans eos per tria capitula. Nam in III. cap. ſic habet: „ Numer. XVIII. dixit Dominus ad Aaron: [*Num. 18. 20. 21. &c.*] *In terra eorum nihil poſſidebitis, nec habebitis partem inter eos: ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Iſrael. Filiis autem Levi dedi omnes decimas in poſſeſſionem pro miniſterio quo ſervient mihi in tabernaculo fœderis* -- Et ſequitur -- *Legitimum ſempiternum erit in generationibus veſtris: nihil aliud poſſidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in uſus eorum, & neceſſaria ſeparavi*. Ex quibus verbis notaret fidelis, quod non dicit *Imperator* vel *Papa:* ſed *hæc dicit Dominus* tamquam fidem. Nec dubium, quin Dominus verba iſta dirigat ad primam partem Eccleſiæ, ſcilicet, clerum ſuum -- Ibidem cap. IV. ſubjungit ſecundam legem -- Scribitur (inquit) Deuteron. XVIII. ſub his verbis: [*Deut. 18. 1.*] *Non habebunt Sacerdotes & Levitæ, & omnes qui de eadem tribu ſunt, partem & hæreditatem cum reliquo populo Iſrael: quia ſacrificia Domini, & oblationes ejus comedent; & nihil aliud accipient de poſſeſſione fratrum ſuorum. Dominus enim ipſe eſt hæreditas eorum, ſicut locutus eſt illis.* -- Ibidem cap. IV. ſubjungit legem tertiam -- Ezechielis (inquit) XLIV. ait Dominus Deus: [*Ezech. 44. 28. &c.*] *Non erit Sacerdotibus hæreditas: ego hæreditas eorum. Et poſſeſſionem non dabitis eis in Iſrael: ego enim poſſeſſio eorum. Victimam & pro peccato ipſi comedent, & omne votum in Iſrael ipſorum erit. Et primitiva omnium pecorum primogenitorum, & omnia libamenta, & omnia, quæ offeruntur, Sacerdotum erunt. Et primitiva omnium ciborum veſtrorum dabitis Sacerdoti, ut reponat benedictionem domui ſuæ.* -- Et poſt pauca -- Nec capit dictum iſtud excuſationem, niſi iſtam neſariam, quod Sacerdotes iſti, quos vides in mandatum Domini offendere, non ſunt Sacerdotes Chriſti, nec pars ejus; ideo ad ipſos non pertinent iſtæ leges: quoniam potius ſunt Sacerdotes Baal vel Belial; ideo debent ſequi Antichriſtum, & per conſequens in vita adverſari Chriſto Domino Jeſu. „ Hæc Wicleffus.

2. Iſtæ ſunt rationes prævalidæ, in quibus ipſe confidit, & gloriatur ſe Patrem habere Deum, & authorem hæreſeos. [*Joan. 5 18.*] Si tantillum novit de Scripturis ſanctis iſte tantus in reputatione magiſter, admiror magis ejus inſipientiam: ſi plus ſcivit, & abſcondit ſub modio, frontoſam admiror audaciam. Fateor, Dei documenta ſunt, quæ ſupra deduxit: ſed ſcienti Scripturas non ex his ſequitur quod intendit, ſcilicet, quod Sacerdotes, vel Clerici, etiam legis veteris, nihil debuerunt habere de poſſeſſione rei temporalis immobilis. Et ad ternarium * ejus negativum (*a*), aliud ternarium affirmativum aſſumo, probans poſſeſſiones veterum Sacerdotum de jure divino: & aliud ternarium ſuperaddam, probans hoc idem de facto. [* *Editi* trinarium] [Poſſeſſiones Clericorum de jure divino.] Numer. enim XXXV. ſcribitur: „ Locutus eſt Dominus ad Moyſen in campeſtribus Moab ſuper Jordanem contra Jerico: [*Num. 35. 1. &c.*] Præcipe filiis Iſrael, ut dent Levitis (*b*) de poſſeſſionibus ſuis urbes ad habitandum, & ſuburbana earum per circuitum, ut & ipſi in oppidis maneant; & ſuburbana ſint pecoribus ac jumentis, quæ a muris civitatum forinſecus per circuitum mille paſſuum ſpatio tendentur: contra orientem duo millia erunt cubiti, & contra meridiem ſimiliter duo millia: ad mare quoque quod reſpicit occidentem, eadem menſura erit: & ſeptentrionalis plaga æquali termino finietur. Eruntque urbes in medio, & foris ſuburbana. De ipſis autem oppidis, quæ dabitis Levitis, ſex erunt in auxilia fugitivorum ſeparata, ut fugiat ad ea qui fuderit ſanguinem: exceptis his, alia quadraginta duo oppida, ideſt, ſimul quadraginta octo cum ſuburbanis ſuis. Ipſæque urbes, quæ dabuntur ex

„ poſ-

(*a*) Tria videlicet Divinæ Scripturæ loca, quibus dotationem Cleri Wicleffus improbare conatus eſt.

(*b*) *Levitæ* dicti ſunt poſteri *Levi*. Eos Deus ſervitiis Tabernaculi & Templi ſelegit, loco Primogenitorum univerſi Iſraelis.

„ poſſeſſionibus filiorum Iſrael, ab his, qui plus „ habent, plures auferentur, & qui minus, „ pauciores: ſinguli autem juxta menſuram hæ„ reditatis ſuæ dabunt oppida Levitis, ait Do„ minus ad Moyſen. „ Jam audiſtis ab ore Domini exire decretum pro dotatione Levitarum in tot civitatibus atque villis, vocans eas *poſſeſſiones Levitarum*: ergo Dominus juſſit eos debere dotari. Et notent univerſi fideles, quod hæc non dixit *Imperator* ad Papam, nec Wicleſſius ad quemlibet clericum *; ſed *hæc dixit Dominus* ad Moyſen: ergo dotatio cleri eſt admittenda per fidem. Secundo, legitur Joſve XXI. „ Acceſſerunt principes familiarum Levi „ ad Eleazar ſacerdotem, & Joſve filium „ Nun, & dixerunt: Dominus præcepit per „ manum Moyſi, ut darentur nobis urbes ad „ habitandum, & ſuburbana eorum ad alenda „ jumenta. Dederuntque filii Iſrael de poſſeſ„ ſionibus ſuis, juxta imperium Domini, civi„ tates & ſuburbana earum. Egreſſaque eſt ſors „ in familiam Caath (*a*) filiorum Aaron Sa„ cerdotis de tribu Juda, & Simeon & Benja„ min, civitates tredecim &c. Agros vero & „ villas ejus dederat Caleb filio Jephone ad „ poſſidendum. Dedit ergo filiis Aaron Hebron „ confugii civitatem ac ſuburbana ejus, & Lob„ nam cum ſuburbanis ejus, & Jether & Eſte„ mo, & Holon, & Dabir, & Ain, & Jet„ han, & Bethſamech cum ſuburbanis earum „ civitates, de tribubus, ut dictum eſt, dua„ bus. „ Et ſic proſequitur textus nominatim civitates & prædia de ſingulis tribubus impertita Levitis; & tandem concludit in fine capituli: „ Itaque civitates univerſæ Le„ vitarum in medio poſſeſſionis filiorum Iſrael „ fuerunt quadraginta octo cum ſuburbanis „ ſuis, ſingulæ per familias diſtributæ (*b*). „ Ex iſto patet omni fideli, qualiter primum mandatum Domini ſimiliter factum Moyſi executionem accepit in Joſve, & hoc de mandato Domini, dicente Scriptura: *Dederunt filii Iſrael de poſſeſſionibus juxta imperium Domini*. Qui ergo negat Levitis poſſeſſionem temporalium, infideliter diſſipat Dei mandatum. Tertia Scriptura accipitur etiam ex ore Domini Levit. ultimo „ Si voluerit redimere agrum ille qui „ voverat, addet quintam partem æſtimatæ pe„ cuniæ, & poſſidebit eum. Sin autem nolue„ rit redimere, ſed alteri cuilibet fuerit ve„ nundatus, ultra eum qui voverat, redimere „ agrum non poterit: quia cum Jubilæi dies „ venerit, ſanctificatus erit Domino; & poſ„ ſeſſio conſecrata ad jus pertinet Sacerdo„ tum. „ Iſta eſt lex data de his, quæ intentione redimendi fuerant oblata a voventibus, ſecundum *Radulphum* (*c*) ſuper hunc locum Levitici, & gloſſam communem. Quæ autem ſine tali intentione fuerunt conſecrata ſimiliter tangit in ſequentibus, dicens: „ Omne, quod „ Domino conſecratum fuerit, ſive homo fue„ rit, ſive animal, ſive ager, non vendetur, „ nec redimi poterit. Quidquid ſemel fuerit „ conſecratum, ſanctum ſanctorum erit Domi„ no (*d*). „ Attendant jam Wicleviſtæ, ſi per legem ex ore Dei prolatam non habebant Sacerdotes agros & poſſeſſiones immobiles. Ager alteri venundatus revertebatur ad poſſeſſionem Sacerdotum in anno jubilæo (*e*) ſecundum primam legem. Ager ſimpliciter conſecratus ſtatim ſucceſſit in dominicam portionem, juxta ſecundam legem: ergo ſemper licuit Sacerdotibus & Levitis poſſeſſio terrenorum. Hæc eſt illa legalis trinitas*, quæ affirmative ſuo modo concludit quam licita ſit, quam non uſurpata poſſeſſio Clericorum.

* Confer cum ſupradictis paulo ſupra.

Joſve 21. 1. &c. — Levitæ poſſidebant ex Dei mandato. Joſve 21. 3. — Levit. 27. 19. — v. 28.

* trinitatem vocat tres legis textus adductos.

CAPUT XXXV.

De Levitis veteris legis, qui admiſerunt dotem de facto.

SYNOPSIS CAPITIS.

2. *Quod ex Scripturis ſanctis luce clarius oſtenditur, Sacerdotes & Levitas antiquæ legis terrenas habuiſſe poſſeſſiones.*
2. *Reſpondetur ad inſtantias Wicleffi: declaranturque illa verba*, Non habebunt Sacerdotes & Levitæ hæreditatem &c.

1. POſt hæc, quæ ex ipſo jure divino concludunt, ſi ad ſanctorum Levitarum facta pergamus, inveniemus Levitas, & Sacerdotes ſanctos poſſeſſiones habuiſſe terrenas, titulo multiformi: titulo *emptionis*, ut habuit Jeremias: titulo *oblationis*, ut ſupra in primo & ſecundo: & titulo ſuæ *uxoris*, ut Helcana: titulo etiam *poſſeſſionis externæ* (*f*), ſicut Joſeph Barſabas, Act. IV. Primo, de Jeremia ſupponendum, quod ſacerdos erat, & de genere ſacerdotum. Dicit enim Scriptura: *Verba Jeremiæ filii Helchiæ, de Sacerdotibus qui fuerunt in Anathot in terra Benjamin*. Et habet in *prologo* ſuper eumdem: HIERONYMUS. Jeremias „ propheta cui hic prologus adſcribitur, ſer„ mone quidem apud Hebræos Eſaja, & Oſee „ & quibuſdam aliis prophetis videtur eſſe ru„ ſticior, ſed ſenſibus par eſt, quippe qui in „ eodem ſpiritu prophetavit. Porro ſimplicitas „ eloquii ei de loco, in quo natus eſt, acci„ dit. Fuit enim Anatothites, qui eſt uſque „ hodie viculus, tribus ab Jeroſolymis diſtans „ millibus, ſacerdos ex ſacerdotibus, & in „ matris utero ſanctificatus. „ Hæc Hieronymus. Iſte Jeremias dicit cap. 32. „ Factum „ eſt verbum Domini ad me dicens: Ecce Anameel filius Sellum Patruelus tuus venit ad „ me, dicens: eme tibi agrum meum, qui eſt „ in Anatoth: tibi enim competit ex propin„ quitate, ut emas eum. Et venit ad me Ana„ niel filius patrui mei ſecundum verbum Do„ mini ad veſtibulum carceris, & ait ad me: „ Poſſide agrum meum, qui eſt in Anatoth „ in terra Benjamin: quia tibi competit hæ„ reditas, & tu es propinquus, ut poſſideas. „ Intellexi autem, quod verbum Domini eſſet, „ & emi agrum ab Anameel filio patrui mei, qui „ eſt in Anatoth, & appendi ei argenti ſeptem „ ſteteres, & decem argenteos: & ſcripſi in li„ bro & ſignavi, & adhibui teſtes, & appen„ di argentum in ſtatera, & accepi librum „ poſſeſſionis ſignatum, & ſtipulationis, & rata „ & ſigna forinſecus. „ Et in hoc loco dicit GLOS-

Act. 4. 36. — Jerem. 1. 1. — Hieronymus apud vulg. — Jerem. 32. 6.

(*a*) Familia Caath non Levitica, ſed Sacerdotalis erat, quippe quæ ab Aaron deſcendebat.
(*b*) Præterea Levitis omnes decimas, non tritici tantum & fructuum, ſed etiam pecorum univerſi Iſraelis Dominus aſſignavit, Num. 18. 21. E quibus tamen decimæ pro Sacerdotibus ſegregandæ erant. Decimæ autem ſolvendæ erant loco Primitiarum, quæ, juxta Legis præſcriptum, Domino offerebantur a Levitis.
(*c*) Radulphum Flaviacenſem Monachum, cujus Expoſitio in Leviticum a Sixto ſenenſi maxime laudatur. De eo in Præfatione Generali §. 5. jam ſatis.
(*d*) Huc ſpectant quæ ſupra habet Waldenſis lib. 2. cap. 56. & lib. 3. cap. 17.
(*e*) Jubilæum quolibet quinquageſimo anno apud Hebræos agebatur.
(*f*) Jure poterant Levitæ habere poſſeſſiones in *externis* regionibus ſeu extra Judæorum ditionem, ut revera habebat in inſula Cypri Joſeph Barſabas, paulo infra referendus.

GLOSSA: Propheta & Sacerdos emit poſſeſſionem, ſcribiturque in libro & teſtes adhibentur, & argentum diligenter appenditur, ut omnia venditionis & emptionis jura ſerventur: & ſit poſſeſſio certa ſtipulationibus & reſponſionibus roborata. „ Hæc ibi. Ecce mi Wicleff & quotlibet Wicleviſtæ: Scriptura plana eſt, quæ dicit Jeremiam ſacerdotem Domini & de genere Levitarum comparaſſe ſibi agrum ad ſeptem ſtateres, & decem argenteos. Poteſt ne aliter excuſari, niſi ſic nefarie, quod non erat ſacerdos Dei, ſed Baal, vel Belial*; ideo ad ipſum non attinent illæ tres leges? Si dixeris, *poteſt*, contra te tuliſti ſententiam, qui ſic contra clericos concluſiſti. Si non poteſt, jam conteſtor quod inter Patres legis damnaveris Jeremiam: ipſe enim dotationi cleri conſenſit, qui etiam dotem emit. Numquid & ille peccavit? Si peccavit Jeremias, peccavit & Dominus. Nam & Jeremias dicit: *Intellexi, quod verbum Dei eſſet, & emi agrum*. Quid dicis ad Abiathar Sacerdotem, de quo legitur III. Reg. II. quod ait Salomon Rex: „ Vade (inquit) in Anatoth ad agrum tuum: equidem vir mortis es, ſed hodie non interficiam te, quia portaſti arcam Domini Dei coram patre meo? „ Quid tibi videtur? Nonne Abiathar habebat agrum poſſeſſionis ſuæ, quem Scriptura dicit in Anatoth? Vir etiam Levites domum ſuam poſſedit in latere montis Ephraim, in quem reverſus eſt, Judic. XIX. Primi quoque Reg. I. Helcana de eodem monte Ephraim, Levita genere, decimas obtulit Domino, & hoſtias ſingulis diebus ſtatuto tempore. Et unde decimaſſet & obtuliſſet, ſi non haberet agros in proprietatem, & prædia? Beatus Auguſtinus hoc diſputans *de quæſtionib. novi & veteris teſtamenti* cap. XLII. in fine, dicit: AUGUSTINUS. „ Illud tractemus, quod dictum eſt de Helcana: quia *veniebat ex diebus in dies offerre munera ſua, & decimas*. Quomodo decimas offerebat qui nihil poſſidebat? Levitæ enim non acceperunt agros: quia de decimis, quæ a plebe dabantur, victum quærebant. Sed poteſt fieri, ut poſſeſſiones habuerit: quod ſic datur intelligi, quia potuit habere poſſeſſionem uxoris ſuæ: quia de aliis tribubus accipiebant uxores, non ſolum hi, ſed cæteri; ita ut Sacerdotes acciperent ſibi de aliis tribubus uxores. Nam Jojada magnus ſacerdos uxorem duxit de tribu Juda, filiam Regis Joram. „ Hæc Auguſtinus. Ecce quam palam loquitur Auguſtinus, affirmans Levitas potuiſſe habere agros, ſaltem jure uxorum. Quis ergo non obicem ſe ponens Scripturæ, & Doctoribus, hanc tolleret veritatem? Quod ſi ad tempora legis gratiæ accedamus, more tamen legis antiquæ, Joſeph Levita poſſeſſionem habebat in Cypro: de quo legitur Act. IV. quod „ Joſeph, qui cognominatus eſt Barſabas ab Apoſtolis, quod eſt interpretatum *Filius conſolationis*, Levites, Cyprius genere, cum haberet agrum, vendidit illum, & attulit pretium, & poſuit ante pedes Apoſtolorum. „ Quod ſi quis hæſitaret, quomodo poſſet habere agrum cum foret Levita, Doctores exploratores literæ * reſpondent, potuiſſe bene in externa regione, non ſic libere in Judæa, dicente Domino: *Nihil habebitis in terra eorum: nec habebitis partem inter eos*. Ecce quotlibet teſtimonia ſacræ Scripturæ quibus lex veritatis & fides affirmat Levitas & Sacerdotes Domini, (& non Baal vel Belial*) poſſeſſiones temporales etiam in ſua proprietate licite ſuſcepiſſe. Mirabar quippe non modicum, & adhuc miror, quomodo Wicleffus noſter tantæ, ut creditur, literaturæ magiſter, quaſi Scripturas non viderit, in primis textibus tam remiſſe protenſis*, arcum ſuum ad

Margin notes: ** Confer cum dictis ſupra a Wicleffo num. 2. cap. præced.* — *3. Reg. 2. 26.* — *Jud. 19. 2.* — *1. Reg. 1. 1. &c.* — ** Auguſtinus To. 3. quæſt. 46. pag. 1044.* — *2. Par. 22. 11.* — *Act. 4. 36.* — ** al. veritatis* — ** ut dicit Wicleffus ſupra num. 1. cap. præced.* — ** cap. præced. num. 2.*

A aurem uſque tenderit, ut ſagittet immaculatum tam fortiter in occulto: & ſibi ipſi de ſagittis ſequentibus non cavebat: maxime cum tot ſanctos Patres & Doctores legis gratiæ, imitantes Patres veteris legis, admiſſionem dotis probantes, ſagittis ſuis ex textibus credidit vulnerare per falſam impoſitionem criminis æſtimati. Sed vere *talia ſunt ſemper jacula veſtra* contra catholicos o Wicleviſtæ, quales omnino perito ſunt ſagittæ veſtræ præſentes ad terga ſanctorum. Nihil mihi ergo de plagis Wicleviſtarum de cætero: quia omnes tales in literis eorum ubique reperio: *Sagittæ enim parvulorum*
B *factæ ſunt plagæ eorum*.

Pſal. 63. 5. — *Pſal. 63. 8.*

2. Sed ſic arguunt: Ergo Deus fallaciter imperavit, cum dixit: *Non habebunt Sacerdotes & Levitæ hæreditatem in Iſrael*. Non imperavit Deus *fallaciter* quamvis tu *fallaciter* Scripturam jactaveris. Dixit Scriptura: *Non habebunt Sacerdotes & Levitæ hæreditatem cum reliquo populo Iſrael*, non tamen *in Iſrael*, ideſt, ſecundum gloſſam Ezech. XLIV. „ Non accipiet hæreditatem inter vulgus ignobile, ſed Sacerdotale: quia ipſe Dominus hæreditas ejus. Vulgus enim habebat hæreditatem ſuam præciſam in ſingulas portiones, & unaquæque Tribus aliam extra terminos ſuos excluſit. Sed Sacerdotalis hæreditas communicabat cum omnibus, ſicut & uxores habebant ex
C omnibus. Et idcirco dicit textus: *Ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Iſrael*, ideſt, in communi omnis Tribus partem & poſſeſſionem habens in omnibus, ut qualiter ego ſum communis Dominus omnium, & Levitæ mei communes miniſtri omnibus vobis; ita & hæreditas mea & poſſeſſio Levitarum ſine excluſione qualibet communicabit cum vobis omnibus. Et ad hanc formam hodie poſſeſſionem ſuam Eccleſia habet in omnibus regnis, cum tamen omne regnum præciſum ab alio, aliud tamquam extraneum claudat foras. „ Sic ergo non habebant Levitæ partem inter alios, nec hæreditatem
D cum reliquo populo Iſrael: habebant enim communiter cum ſingulis; quod reliquus populus non habebat. Et audite iterum quid magnus quidam Doctor (*a*) dixit: „ Abraham (inquit) poſſedit agrum cum ſpelunca duplici, quam emit ab Ephron, Gen. XXIII. Dixit tamen beatus Stephanus Act. VII. quod Deus non dedit ei hæreditatem ibi, nec ſpatium quidem pedis, ut ſcilicet inter dona Dei emptio humana locum non habeat: & ita omnis emptio, habitatio, vel humana poſſeſſio locum & nomen amittit, & quaſi non eſſe videtur ubi divini juris poſſeſſio ſubintravit. „ Et ſic utraque de cauſa Sacerdotes nihil poſſederunt in terra Iſrael: ſic nec Sacerdotes noſtri
E in terra chriſtianorum; ſed poſſident bene in domo Domini. *Ego hæreditas eorum, ego poſſeſſio eorum* cum dicat Dominus, jam non ſunt intelligendæ res terrenæ, vel ſæculi poſſeſſiones, quæ de ſæculo abſtrahuntur, ut ſunt divinæ. Ideo in libro *de contemplativa vita*, ubi maxime inſiſtit paupertati clericorum, dicit PROSPER. Quod propter incuriam laicorum Sacer- „ dos

Margin notes: *Gen. 23. 16.* — *Act. 7. 5.* — ** Proſper pag. 29. in app.*

(*a*) Cum in more habeat Waldenſis antiquos allegare Doctores, hunc innominatum adducit, quod, ut cenſeo, non ſit vetuſtate conſpicuus.

„ dos debet ſollicitare ſe circa poſſeſſiones Ec-
„ cleſiæ diſpenſandas, quaſi res Dei, non ſæ-
„ culi. „ Unde ibidem verſus finem dicit: Ideo
„ decimas, atque primitias frugum, primoge-
„ nita & ſacrificia pro peccato, vel vota quæ
„ ſibi Deus juſſit offerri, ſacerdotibus vel mi-
„ niſtris diſtribui debere conſtituit, ut devo-
„ tius populo vitæ neceſſaria miniſtrando, ipſi
„ Creatori ac Paſtori ſuo liberis mentibus mi-
„ niſtrarent, atque in ejus miniſterio ſine ulla
„ ſollicitudine corporali proficerent, ne terre-
„ nis occupationibus implicati, officio ſuo di-
„ gnas excubias ſtrenue curare non poſſint.
„ Nunc autem quia Chriſti ſacerdotes ma-
„ gis ſuſtinent quam curant poſſeſſiones Eccle-
„ ſiæ, vel in hoc deſerviunt Deo: quia ſi Dei
„ ſunt ea quæ conſeruntur Eccleſiæ, Dei opus
„ agunt, quia res Deo conſecratas, non alicu-
„ jus cupiditatis, ſed fideliſſimæ diſpenſationis
„ intentione non deſerunt. Quapropter poſſeſ-
„ ſiones, quas oblatas a populis accipiunt ſa-
„ cerdotes, jam non ſunt res mundi credendæ,
„ ſed Dei: quoniam ſi veſtes, ac vaſa, ac cæ-
„ tera quæ uſui miniſtrantibus erant, ſancta
„ vocabantur, nec in uſus humanos jam revo-
„ cari poterant divinis ſemel miniſteriis conſe-
„ crata: quomodo non ea, quæ conferuntur
„ Eccleſiæ, *ſacra* credenda ſunt, quibus non
„ ut ſæculi rebus luxurioſe, ſed ſancte ut Deo
„ conſecratis utuntur ad neceſſaria ſacerdotes? „
Hæc Proſper.

CAPUT XXXVI.

Recitat ex Wicleffo tria teſtimonia legis novæ contra dotationem Eccleſiæ: & ponit reſponſa clara ad eadem.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Verba illa,* Niſi quis renunciaverit &c. *non prohibent uſum rerum temporalium: & quod diſcrimen ſit inter renunciare & relinquere.*
2. *Apoſtolis cur a Chriſto præceptum fuit, ne ſecum peram, panem &c. ferrent.*
3. *Prælatos Eccleſiæ, ſive Monachos, habere uſum poſſeſſionum, quas in Chriſti pauperes diſpenſant, non eſt eos extolli ſupra Chriſtum, ſed potius humilitatem profiteri.*
4. *Eccleſiarum Paſtores non ſunt a religione Antichriſti inſtituti diſpenſatores corporalium eleemoſinarum: alioquin hoc idem de Apoſtolis dicendum eſſet.*
5. *Apoſtoli quamvis ſeptem Diaconos inſtituiſſent, qui menſis inſervirent; non tamen munus illud penitus abjecerunt.*

1. INducit poſt hæc prædicta noſter Wicleffus multa teſtimonia novæ legis, quæ ut clarius videantur, ſeriatim ut recitantur expediam. Dixit (inquit) Salvator Luc. XIV. *Niſi quis renunciaverit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* (*Luc. 14. 26.*) Non eſt ergo Epiſcopus, vel Monachus, vel Sacerdos proprietarius, Chriſti verus diſcipulus, quia jam poſſidet ſæculi facultates. Satisfecit huic quidam magnus Doctor, inferens Joſephum ab Arimathia, qui poſtquam diu fuerat Chriſti diſcipulus, ſcribitur eſſe dives. Unde Matth. XXVII. *Venit quidam homo dives ab Arimathia, nomine Joſeph,* (*Matth. 27. 57.*) qui & ipſe erat diſcipulus Jeſu. Et Lazarus & ſorores ejus divites erant & poſſeſſores Caſtelli. Vel ergo eſt neceſſe, ut dicat Wicleffus noſter, falſum eſſe Evangelium, quod iſtos divites dicit, & tamen Chriſti diſcipulos; vel ipſum male intel-

lexiſſe Domini Evangelium cum diceret: *Niſi quis renunciaverit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Et quod deterius eſt, cum ipſe ſit doctor grammaticus, pudendum eſt, quod in grammatica ſic deficit, non intelligens quid renunciatio eſt bonorum. Subveniat ergo A ipſi magnus Beda, qui IV. lib. *ſuper Luc.* cap. IX. exponens hunc textum, dicit: BEDA. Diſtat (*Beda To. 2. pag. 114.*)
„ ſane inter *renunciare* omnibus & *relinquere*
„ omnia. Paucorum enim perfectorum eſt re-
„ linquere omnia, curas mundi poſtponere, ſo-
„ lis deſideriis æternis inhiare: cunctorum au-
„ tem fidelium eſt renunciare omnibus quæ
„ poſſident, hoc eſt, ſic tenere ea quæ mundi
„ ſunt, ut tamen per ea non teneantur in
„ mundo: habere rem temporalem in uſu, æ-
„ ternam in deſiderio: ſic terrena gerere, ut
„ tamen tota mente ad cœleſtia tendant. „ Hæc
ille. Ecce jam quod ſanctus Beda exponens textum, B omnes fideles dicit eſſe renunciatores bonorum, ut omnes poſſit probare Chriſti diſcipulos. Quanto melior grammaticus Beda, quam Wicleffus, qui hoc male intelligens, idem ſcilicet eſſe *renunciare* omnibus & *relinquere* omnia, pene univerſos fideles Chriſti negabat eſſe diſcipulos?

2. Iterum ſecundo argumentatur WICLEFFUS. (*Wicleffus*)
„ Chriſtus (inquit) dixit Apoſtolis, ut neque
„ peram, neque panem, neque duas tunicas,
„ portarent, neque æs in zonis, cum profecturi
„ eſſent ad prædicandum Evangelium: multo
„ magis non deberent ſucceſſores Apoſtolorum
C „ intricare ſe cum amplis prædiis, quæ magis
„ ab expedita prædicatione retardant. „ Chriſtus dixit, quod tunc meſſis erat multa, operarii autem pauci: quia pene totus mundus fuit infidelium, & prædicatores erant pauciſſimi: (*Matth. 9. 37.*) ideo tunc hortandi erant ad dimittendum prædia, ut licentius poſſent longinquas perluſtrare provincias: quæ tamen prædicatione ſua completa, cauſa Eccleſiæ potuerunt juſte reſumere; ſicut in figuram hujus Moyſes dimiſit uxorem ſuam, dum inſtabat circa liberationem populi Iſrael de Ægypto: quo facto reſumpſit eamdem, & Ducatum retinuit. Unde Rhabanus exD ponens hunc textum Exodi XVIII. *Tulit Sephoram uxorem Moyſi:* RHABANUS. Quod Moyſes (*Exodi 18. 2. Rhabanus Similia habet To. 3. pag. 177.*)
„ liberaturus filios Iſrael uxorem dimiſit, & fi-
„ lios, quos poſtea in deſerto recepit, ſignifi-
„ cat, quod Prædicatores, cum mittuntur ad
„ opus prædicationis, debent ſe a ſollicitudine
„ temporali exonerare. Cum vero poſtea ad E-
„ piſcopatum, vel aliam quamlibet dignitatem
„ aſſumuntur, tunc pro ſibi ſubjectis ſollicitudi-
„ nem tam in ſpiritualibus, quam in tempo-
„ ralibus gerere debent. „ Hæc Rhabanus. Et
ultra hoc, ea de cauſa debebant tunc diſcipuli dimittere facultates, qua cuncti credentes JeE roſolymis omnia dimiſerunt, ſcilicet, ne chriſtianorum facultates ad manus cederent tyrannorum. Nec tamen ſequitur, quod exemplo eorum, omnes fideles habent jam dimittere cuncta quæ poſſident. Quare ergo arctabuntur Epiſcopi ad id faciendum, quod tunc certum eſt hac una ratione inter alias Apoſtolos tunc feciſſe?

3. Iterum tertio ſic inſtat WICLEFFUS. Non
„ eſt ſervus major Domino ſuo: neque Apo-
„ ſtolus major illo qui fecit illum, Matth. X.
„ Cum Chriſtus ſit magiſter optimus & Do- (*Matth. 10. 24.*)
„ minus dominorum, ac omnes Prælati de-
„ bent eſſe ſervi hujus Domini, atque diſci-
„ puli; patet quod non debent ſupra Chri-
„ ſtum extolli in dominio ſæculari. „ Ad hoc
motivum, ſi iſte de contradictione habet pudorem, ſufficeret dicere, quod prælatos vel Mo-

nachos habere poſſeſſiones Eccleſiæ in eleemoſinas Chriſti fidelium, non eſt majoritas, ſed minoritas; nec extolli ſupra Chriſtum, ſed magis humiliari ſub Chriſto: quia officium talis adminiſtrationis eſt officium vile & abjectum, & vilis portio ſervitutis. Sic enim ipſe Wicleffus affirmat in *dialogo* ſuo *de veritate & mendacio*, cap: xxx. dicens: „ Domini ſuperabundantes divitiis poſſunt per ſimilem adminiſtrationem ſibi ſervientium ſubtiliare redditus ſuorum pauperum egentium; vel alios fideles laicos ad iſtud officium limitare, licet non onerent ad iſtud *abjectum* officium Sacerdotes -- Et infra -- Domini ergo ſæculares debent exonerare clericos ab iſto *vili* officio. „ Vel ergo iſte repugnat Evangelio, vocans *abjectum* & *vile* officium, quod Evangelium ſub nomine majoritatis & honoris appellat; vel depravat Evangelium Jeſu Chriſti, retorquens ad aliud quam Chriſtus intendit. Hoc idem arguit quod aliunde Wicleffus adducit dixiſſe Chriſtum Apoſtolis apud Lucam: „ Quis major eſt? qui recumbit, an qui miniſtrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat. „ Ita nempe Prælati, & Religioſi dotati, ſunt virtute hujus officii, ſicut qui miniſtrant: pauperes vero, ſive clerici, ſive vulgares, quibus Rectores Eccleſiæ facultates diſpenſant, ipſi recumbunt. Nec debent Rectores plebis, & ſancti prædicatores indignanter ferre, quod ſe ſerviles perſonas Chriſti ſervis exhibeant, qui propter hoc explendum ſe *ſervos ſervorum* * audacter ſcribunt, & vocabulo profitentur. Beatus enim Gregorius in *Regiſtro* lib. 1. Epiſt. *ad Joannem Conſtantinopolitanum*, *Eulogium*, *Alexandrum*, *Gregorium* & alios: GREGORIUS. Jacob (inquit) Domino deſuper innitente, & uncto deorſum lapide, aſcendentes angelos vidit: quia ſcilicet prædicatores recti non ſolum ſurſum ſanctum caput Eccleſiæ, videlicet Dominum, contemplando appetunt; ſed deorſum quoque ad membra ejus miſerando deſcendunt. Hinc Moyſes crebro tabernaculum intrat & exit: & qui intus in contemplatione rapitur, foris infirmantium negotiis urgetur. Intus Dei arcam * conſiderat, foris onera carnalium portat. Qui de rebus quoque dubiis ſemper ad tabernaculum recurrit, coram teſtamenti arca Dominum conſulit: exemplum dans his qui dubitant, ut apud ſemetipſos intus ſacri eloquii paginas requirant. Hinc ipſa veritas nobis per ſuſceptionem noſtræ humanitatis oſtenſa, in monte orationi inhæret, miracula in urbibus exercet; imitationis viam bonis rectoribus ſtatuens *, ut ſi jam ſumma contemplando appetunt, neceſſitatibus tamen infirmantium compatiendo miſereantur: quia TUNC ALTA CHARITAS mirabiliter ſurgit, cum ad ima proximorum ſe miſericorditer attrahit: & quæ benigne deſcendit ad infima, valenter recurrit ad ſumma. „ Hæc Gregorius. Ecce quod boni Rectores & ſancti prædicatores debent aliquando altiora & ſimpliciter meliora deſerere, & in infimis proximorum curis etiam carnalibus inſervire, illis utique, de quibus dixit Apoſtolus: *Si nos ſpiritualia vobis ſeminavimus, magnum eſt, ſi carnalia veſtra metamus?*

[Margin: Wicleffus — Luc. 22. 27. — * Vide lib. 2. cap. 37. num. 2. — Gregorius To. 2. Epiſt. 25. pag. 512. Gen. 28. 12. — * M. arcana — * M. ſternens — 1. Cor. 9. 11.]

4. Sed dedignabundus Wicleffus iterum nauſeam indignationis ſuæ contra humile clericorum obſequium circa diſpenſationes rerum in uſus pauperum ſic eructat tam in IV. *Trial.* cap. XVI. quam in *Dialogo veritatis & mendacii*, cap. XXX. „ Superiores clerici non debent continue cum diſtributionibus hujuſmodi occupari, ut patet ex electione Apoſtolorum, qui deſerentes iſtud officium, ſeptem Diaconos ordinaverunt. Et Stephanus propter ejus imperfectionem, officium deſeruit. Quæ ergo religio Antichriſti obligaret Papam, Epiſcopos, & ſuperiores Eccleſiæ ad tales corporales eleemoſinas impertiendas? „ O tergiverſationem! O mendacium! Diſcipuli Chriſti fuerunt mandato ejus adſtricti accipere panes, multiplicatos impertiri & apponere turbis. Judas, volente Chriſto, portavit loculos in uſus pauperum jam exiſtens Apoſtolus, & per hoc epiſcopus. Quæ jam religio Antichriſti obligaret Apoſtolos ad tales corporales eleemoſinas partiendas? Bona ne tibi videtur interrogatio, & fidelis? Ulterius, Petrus Jacobus & Joannes qui videbantur eſſe columnæ, dextras dederunt Paulo & Barnabæ, ut in gentes irent, *tantum ut pauperum memores eſſent; quod etiam ſollicitus fui hoc ipſum facere*, dicit Apoſtolus ad Gal. II. Quam ſollicitudinem ipſe aperiens ad Rom. XV. „ Nunc (inquit) proficiſcar Jeruſalem miniſtrare ſanctis. Probaverunt enim Macedonia & Achaja collationem aliquam facere in pauperes ſanctos, qui ſunt in Jeruſalem -- Et ſequitur -- Hoc ergo cum conſummavero, & aſſignavero eis fructum, hinc proficiſcar per vos in Hiſpaniam. Scio enim quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Chriſti veniam. Obſecro ergo vos per Dominum Jeſum Chriſtum, ut liberer ab infidelibus, qui ſunt in Judæa, & obſequii mei oblatio accepta fiat in Jeroſolymis ſanctis, ut veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei, & refrigerer vobiſcum. „ Has collectiones fecit Apoſtolus, & diſperſit manibus propriis. Numquid ipſe tunc fuit de religione Antichriſti? Beatus Hieronymus in hoc loco *annotationum* ſuarum dicit iſtos pauperes Jeruſalem fuiſſe *perfectos*, ideſt, *religioſos*; ſicut & in lib. *de illuſtribus viris*. Et quod per ſe ſanctus Apoſtolus miniſtraverit illis, & ſic aliis pauperibus, dicit HIERONYMUS. Sancti erant in Jeruſalem, qui omnibus ſuis diſtractis & ante Apoſtolorum pedes depoſitis, orationi, lectioni, doctrinæque vacabant. Quales autem fuerunt, ex hoc cognoſcitur, quod ipſe Apoſtolus per ſe illis miniſtrare pergeret, & quod oblationem ſuam eſſe optat acceptam, ideſt, ut eam dignentur accipere, oſtendens hoc non tam prodeſſe accipientibus, quam dantibus. Hoc contra illos facit, qui gloriam perfectionis impugnant. „ Hæc Hieronymus. Vere ergo hoc contra nullum certius, quam contra Wicleffum, qui contra perfectionem pauperum religioſorum accipientium ſemper remordet, & perfectionem diſtribuentium Prælatorum depravat. Dicat etiam delirus iſte, dicat inſanus, an Titus, an Lucas, an Apollo fuerunt de religione Antichriſti, quia ad mandatum Apoſtoli adibant Corinthios pro perquirendo ſubſidio impertiendo pauperibus, ſicut ipſe ſcribit Apoſtolus II. Cor. VIII. cum tamen Titus Cretæ, Lucas Antiochiæ, Apollo, Corinthi primi poſt Paulum fuerint Epiſcopi? Videtis jam quam ſiniſtre, non tam ſuo, quam alieno periculo talis quod nondum perfecte Scripturas viderit, periculoſe diſpenſat inviſas. Apoſtoli enim in ſuo communi Concilio, quod eſt *de quinquaginta Capitulis* (*a*) ſic ſcripſerunt in

[Margin: Wicleffus — Act. 6. 5. — Matth. 14. 19. — Joan. 12. 6. — Gal. 2. 9. 10. — Rom. 15. 25. — * Hieronymus To. 11. pag. 897. — 2. Cor. 8. 2. 20. 23.]

(*a*) Intellige Canones Apoſtolorum per quinquaginta Capitula diſtributos.

Concilium Apoſtolicum apud Labbeum To. 1. pag. 14. Can. 37.

in capitulo XXXIX. CONCILIUM APOSTOLICUM. „ Omnium negotiorum Eccleſiaſticorum curam „ Epiſcopus habeat, & ea velut Deo contem„ plante diſpenſet: nec illi liceat ex his ali„ quid omnino contingere, aut parentibus pro„ priis quæ Dei ſunt condonare. Quod ſi pau„ peres ſunt, tamquam pauperibus ſubmini„ ſtret, ne, eorum occaſione, Eccleſiæ negotia „ deprædetur. „ Hæc ibi.

5. Beatus Ambroſius videtur de hac adminiſtratione menſarum dicere, quod Apoſtoli refutabant eam & vacabant diſpenſationi Scripturæ: quia utraque habebat tunc ſollicitudinem prægrandem; & non poterant accurate vacare primæ ſine detrimento ſecundæ: & in hoc caſu maximum fuit ſumendum, & minus minoribus committendum. Unde *ſuper Lucam* lib. V. cap. ultimo dicit: AMBROSIUS. Qui divi„ dit curam differt profectum. Ergo prius ſunt „ obeunda quæ maxima: nam & Apoſtoli ne „ occuparent ſtudium diſputandi, miniſtros pau„ peribus ordinaverunt. „ Hæc Ambroſius. Sed non leviter penſandum eſt quod etiam hoc loco Apoſtoli non abjecerunt hoc officium miniſtrandi penitus extra clerum, qualiter Wicleffus ſemper intendit; ſed de novo ad hoc inſtituerunt ſeptem Diaconos viros aliis ſublimiores. Unde ſuper hunc textum BEDA. Hinc jam „ decreverunt Apoſtoli, vel ſucceſſores Apoſto„ lorum, per omnes Eccleſias ſeptem Diaconos, „ qui ſublimiori gradu eſſent cæteris; & pro„ ximi circa aram, quaſi columnæ altaris aſſi„ ſterent. „ Hæc Beda. In quo ergo deviant moderni Prælati ab hac forma Apoſtolorum, cum clericos inferiores ad tuendas Eccleſiæ facultates ſubſtituunt, dum ipſi vel orationi, vel prædicationi, vel lectioni legis obtemperant? Vere tu magis contra Apoſtolicam formam inducis Epiſcopos, qui hortaris, ut totum miniſterium pauperum deſerant, quod Apoſtoli non fecerunt.

Ambroſius

Act. 6. 5. Beda To. 2. pag. 152.

CAPUT XXXVII.

Quod in primitiva Eccleſia Clerici & Epiſcopi fuere dotati in perſonis ſuis.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Wicleffus aſſerit Eccleſiam non habuiſſe rerum proprietatem per tria prima Chriſti ſæcula.*
2. *Ex canone Apoſtolorum, ex doctrina Pauli, & antiquiſſimorum Patrum deducitur, Epiſcopos ante dotationem Conſtantini res ſibi proprias habuiſſe.*

1. QUia ergo videtur ſibi non tute ſatis ſumpſiſſe motivum iſtud de loco iſto ſacræ Scripturæ, per quod inhiberet Epiſcopis, ne ullatenus haberent curam de miniſtrando pauperibus; idcirco pœnitentia ductus refert argenteos illos quos abſtulit de Eccleſia, concedens, quod negavit prius, Epiſcopos poſſe habere argenteos etiam ſuperfluos, & ex illis debere dare partem pauperibus. Dicit enim ſic in *Dialogo veritatis & mendacii*, cap. XXIX. WICLEFFUS. Debet concedi concluſio illa ulterius, „ ſcilicet, quod Epiſcopi poſſent vivere conti„ nue in paupertate Evangelica, & pauperibus „ diſtribuere fideliter quod ſupereſt de eleemo„ ſinis ſibi datis. Quod a probabili fecerunt „ Apoſtoli, qui erant Epiſcopi; & multi alii „ Epiſcopi in trecentenario illo *, in quo vi„ xerunt exproprietarie ante dotationem Ec„ cleſiæ. „ Nota hic *trecentenarium* Wicleffi, per quod vult, quaſi præſcribendo, deducere exproprietariam vitam generaliter per totam Eccleſiam Chriſti, ſaltem in clero; credens quod non accepiſſent dotem vel poſſeſſionem rei immobilis per totum illud tempus, etiam uſque ad tempora Conſtantini in quarto centenario. Unde in eodem libello cap. XII. dicit: „ Jam „ plus ditantur & gloriantur in ſæculo Cleri„ ci, & præcipue Sacerdotes, quam ditabantur „ & gloriabantur in ſæculo Scribæ & Phariſæi, „ vel principes Sacerdotum. -- Et ſequitur -- „ Numquid ratio concordat, quod hæc lex Chri„ ſti in ratione exemplari æterna ſit per tre„ centos annos tantummodo obſervata: & lex „ contraria in temporibus perquam periculo„ ſis ſit perpetua? Idem enim eſſet hoc dice„ re, & extollere diabolum ſupra Chriſtum, „ ac ſi infidelis innueret, quod lex Chriſti tam „ neceſſaria & ſalubris durabit ad horam ſub „ colore divini beneplaciti; ſed lex Antichri„ ſti plena veneno atque mortifera, duraret per„ petuo. „ Hæc Wicleffus.

Matth. 27. 3.

Wicleffus

* tribus primis Eccleſiæ ſæculis.

Wicleffus

2. Videtur, quod iſte jam cogit Eccleſiaſticos ad antiquas hiſtorias, quibus deduci poteſt, ſaltem ſi poteſt, dotatio clericorum. Quidquid autem ſit de Apoſtolis, qui jam voverunt altiſſimam paupertatem *, certum eſt Epiſcopos illorum temporum habuiſſe quiddam proprium; & hoc licuit eis eorumdem Apoſtolorum conſenſu & decreto communi. Unde in Concilio Apoſtolorum *de quinquaginta capitulis*, cap. IV. ſic habetur: CONCILIUM APOSTOLORUM. Sint „ manifeſtæ res propriæ Epiſcopi, ſi tamen ha„ bet proprias, & manifeſtæ Dominicæ: ut po„ teſtatem habeat de propriis moriens Epiſco„ pus ſicut voluerit, & quibus voluerit, relin„ quere: ne ſub occaſione Eccleſiaſticarum re„ rum, quæ Epiſcopi eſſe probantur, interci„ dant. „ Hæc ibi. Sub hac regula Philemon, cui beatus Paulus ſcripſit Epiſtolam, cum eſſet tunc Epiſcopus (*a*), patrimonium ſuum retinuit, cujus ſervus erat fugitivus Oneſimus (*b*), & ipſe Philemon dominus ejus: cum tamen magis eſt eſſe dominum hominis quam prædii, ſive ruris. Unde Anſelmus in gloſſa ſua ſuper illud Pauli ad Philemon. *Paulus vinctus Jeſu Chriſti & Timotheus frater Philemoni dilecto:* ANSELMUS. Hujus perſonam (inquit) cum ſit „ Epiſcopus, ideo non præponit, quia hic de „ familiari re agitur. Et coadjutori noſtro, ſci„ licet, in miniſterio prædicationis. „ Hæc Anſelmus ibi. Nec deſiit Philemon eſſe dominus ejus * jam Epiſcopatu adepto: quia in hac ipſa Epiſtola Apoſtolus obſecravit eum pro ſervo ſuo, dicens ſe velle habere eum ſecum in miniſterio Evangelii: non tamen ſine ejus conſenſu. Unde ſubjungit textus: *Sine conſenſu tuo nil volui facere, uti ne velut ex neceſſitate bonum tuum eſſet.* ANSELMUS. Quod tuum mihi „ ſervit, ſed voluntarium. Nec obviat, quod „ Paulus conſequenter dicit ad Philemonem: „ *Forſan ideo diſceſſit ad horam, ut in æternum* „ *eum reciperes jam non ut ſervum, ſed ut fratrem* „ *chariſſimum*, quia ſtatim ſequitur: *Maxime au-* „ *tem mihi: quanto autem magis tibi & in carne,* „ *& in Domino?* In carne quia ſervus tuus; in „ Do-

* Vide ſupra lib. 3. cap. 22.

Concilium Apoſtolor. cap. 39. Ap. Labbeum, pag. 31.

a

b Plus eſt dominari hominibus, quam prædiis.

Anſelmus Laudunen.

* Subaudi Oneſimi

Ad Philem. 14.

Anſelmus Laudunen.

(*a*) Fuit Epheſi conſecratus Epiſcopus poſt Timotheum; & tot virtutibus inſignitus, ut ſummis laudibus efferri meruerit a ſancto Ignatio Martyre in Epiſt. *ad Epheſios*.

(*b*) A domino ſuo Philemone Oneſimus ſervus aufugerat: ſed pœnitentem fugæ, & revertentem ad dominum ſuum Paulus Philemoni commendavit.

„ Domino, quia frater. „ Et in *annotationibus*
* Hieronymus *To. 11. pag. 1070.* ſuper eumdem textum, HIERONYMUS. In car-
„ ne & in Domino, cui & carnaliter & ſecun-
„ dum fidem obſequium debet: quia non ve-
a „ nit (*a*) Chriſtus conditiones mutare. -- Et
Epheſ. 6. 5. ſuper illud ad Epheſ. VI. *Servi obedite dominis*
carnalibus -- Ubi clare patet Epiſtola Pauli con- A
„ cepta, quod Philemon Epiſcopus tunc fuit
„ dominus civilis. „ -- Et item beatus Hiero-
nymus plane dicit, eum fuiſſe Evangeliſtam
Philem. 8. & coevangeliſtam Oneſimo, in *Commentario* ſuo
ſuper Epiſt. ad Philem. ſuper textum, *Propter*
quod multam fiduciam habens in Chriſto Jeſu:
„ Totum pro quo rogat tale eſt: Oneſimus ſer-
„ vus Philemonis fugam furto cumulans, quæ-
„ dam rei dominicæ compilarat -- Et ſequitur
„ in fine -- Qui rogatur, ut qui ex ſervo fugi-
„ tivo atque raptore, miniſter Apoſtoli factus
„ erat (quod autem aliud habebat Apoſtolus
„ miniſterium, niſi Evangelium Jeſu Chriſti?) B
„ jam non quaſi a domino, ſed quaſi a con-
„ ſervo & coevangeliſta ignoſceretur ei, qui
„ ſervus eſſet Chriſti ſimiliter & miniſter. „
Hæc Hieronymus. Ubique dominus Oneſimi
Philemon dicitur, & ubique Epiſcopus vel
Evangeliſta, & per hoc miniſter Eccleſiæ præ-
dicatur. Ulterius, ſi paululum exeamus de Scri-
pturæ palatio, & ad tuguria properemus Scri-
ptorum tunc temporis, inveniemus ab Hege-
ſippo, (qui ſecundum Hieronymum in *de il-*
luſtribus viris vicinus ſucceſſit Apoſtolis) con-
ſcriptos quoſdam Patres conſanguineos Chriſti
ſecundum carnem, poſſeſſores agrorum, quam- C
vis paucorum; in quibus, ut dicit idem Hegeſip-
pus ibidem, habebat Eccleſia Epiſcopos & du-
ces præclaros. Unde Euſebius lib. III. *Eccle-*
ſiaſt. hiſt. cap. XIX. recitans Hegeſippum dicit:
Euſebius *cap. 20. pag. 505.* EUSEBIUS. Adhuc autem vivebant quidam de
„ carnali Domini noſtri Jeſu Chriſti genere,
„ nepotes Judæ, ejus, qui ſecundum carnem
„ frater Domini dicitur: quos quidam detule-
„ runt tamquam ex David ſtirpe venientes.
„ Hos *Revocatus* quidam nomine, qui in hoc
„ miſſus fuerat, perducit ad Domitianum Cæ-
„ ſarem: & ipſe enim formidabat de adventu
„ Chriſti, ſicut & in initio Herodes. Interro- D
„ gati autem a Domitiano, utrum eſſent ex
„ familia David, confeſſi ſunt quod ſic. Tunc
„ quæſivit ab eis quantis poſſeſſionibus, vel quan-
„ tis eſſent facultatibus præditi: & illi reſpon-
„ derunt, quod utriſque non amplius eſſet in
„ bonis novem millibus denariis, ex quibus
„ ſingulis pars media pro portione deberetur:
„ nec hæc in pecunia conſiſtere, ſed in æſti-
„ matione terræ, quæ eis eſſet in quadraginta
„ minus uno jugeribus conſtituta, quam ſuis
„ manibus excolentes, vel ipſi alerentur, vel
„ tributa penderent -- Et paulo poſt -- Il-
„ li vero dimiſſi ab eo, vel martyrii meri- E
„ to, vel tantæ propinquitatis prærogativa, pa-
„ cis jam tempore duces effecti Eccleſiæ, uſ-
„ que ad Trajani tempora permanſerunt. Hæc
Epiſcopi & Prælati olim appellati *Duces.* Hegeſippus. Ubi ex hoc quod dicit eos fuiſſe
duces Eccleſiæ, patet eos fuiſſe Epiſcopos tunc
& Prælatos: ſic enim famoſe appellabantur
tunc in libris Doctorum, ſicut patet aſpicienti
libros Dionyſii *Eccleſiaſticæ Jerarchiæ*, ubi ap-
pellat Apoſtolos & Epiſcopos, *divinos duces*.
Per hæc ergo prædicta expropriеtatem Clerico-
rum, quam Wicleffus eis imponit, deſtruximus,
& oſtendimus in primævis ejus *Trecentenarii*
habuiſſe Epiſcopos & Chriſti diſcipulos pro-
prium perſonale etiam, & fuiſſe civiliter do-
minantes. Jam procedendo monſtrabimus, an
quid habebant in proprio jure communi illius,
cui præſidebant Eccleſiæ.

CAPUT XXXVIII.

Quod Eccleſia fuit in communi dives, & dotata a primitivis ſuis continue per totum trecentenarium Wicleffi.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Ex Apoſtolorum doctrina, & inductione ſanctorum Pontificum, qui ante Conſtantinum Eccleſiæ præfuerunt, oſtenditur Eccleſiam tunc habuiſſe poſſeſſiones, quarum adminiſtratio in Epiſcopis erat.*
2. *Hoc non proprio ingenio eos feciſſe putat beatus Hieronymus, ſed Apoſtolorum inductos exemplo: ut per diabolum male congregatæ divitiæ, per Apoſtolos ad Deum reverterentur.*

1. UT autem exordiamur a primis, notare Cum certum ſit Symbolum Apoſtolorum, certum quoque eſt eorum decretum.
poſſumus illud decretum, quod in com-
muni dederunt Apoſtoli, ut hinc eadem detur
fides Eccleſiæ, quæ datur & Symbolo, dummo-
do unus utriuſque habeatur magiſter & author,
concors ſcilicet Apoſtolorum conventus: & ſal-
tem ſi in hoc uno habeantur rei, in ſymbolo
fidei poſſint haberi ſuſpecti. Quod ſi in fide unde-
quaque ſereni, etiam in ſequela fidei de eo quod
agebatur communi conſilio omnium dicantur
eſſe ſecuri. Ibidem enim cap. XLIX. communi-
ter decreverunt Apoſtoli: DECRETUM APOSTO- Decretum Apoſtolicum. *cap. 41. ap. Labbeum pag. 51. to. 1.*
LICUM. Præcipimus (inquiunt) ut in poteſtate
„ ſua Epiſcopus Eccleſiæ res habeat. Si enim
„ animæ hominum pretioſæ illi ſunt creditæ,
„ multo magis oportet eum curam pecuniarum
„ gerere; ita ut poteſtate ejus indigentibus
„ omnia diſpenſentur per Presbyteros & Dia-
„ conos: & cum timore Dei, omnique ſollici-
„ tudine miniſtrentur. Ex his autem, quibus
„ indiget ad ſuas neceſſitates & peregrinorum
„ & fratrum uſus ipſe percipiat, ut nihil ei
„ omnino poſſit deeſſe. Lex enim Dei præ-
„ cipit, ut qui altari deſerviunt, de al-
„ tari paſcantur: quia nec miles ſtipendiis
„ propriis contra hoſtes arma ſuſtollit. „
Hæc ibi. Ubi apparet placere Apoſtolis, quod
Epiſcopi ſupra res Eccleſiæ habeant poteſtatem
pleniſſimam, diſpenſandi puta & ſibi & aliis.
Adhuc in illo primo Centenario Chriſti Pius
Papa, decimus a beato Petro, & ſupra Silve-
ſtrum vigeſimus, per computationem beati Au-
guſtini in Epiſtola *ad Generoſum*, inter Epiſtolas
CXXXIV. fertur dediſſe tale decretum: PIUS PA- * Pius Papa *Epiſt. 1. ap. Labbeum pag. 579. To. 1.*
PA. Prædia divinis uſibus tradita quidam hu-
„ manis uſibus applicant, & Deo noſtro, cui
„ tradita ſunt, ea ſubtrahunt, ut ſibi inſerviant.
„ Quapropter ab omnibus illius uſurpationis
„ contumelia depellenda eſt; ne prædia uſibus
„ ſecretorum cœleſtium dedicata, a quibuſdam
„ irruentibus vexentur. Quod ſi quis præſum-
„ pſerit, ut ſacrilegus judicetur. „ Hæc ibi.
Et quia jam de tempore diſputamus, notandum
eſt, quod iſte Pius ab Apoſtolorum temporibus
non

(*a*) Hæc verba *Quia non venit Chriſtus conditiones mutare* ſubduntur textui immediate ſequenti ad Epheſ. 6. Et quæ ſequuntur, *Ubi clare patet &c.* deſunt apud Editores Veronenſes.

non valde remotus erat: quia eo ſedente Papa annis undecim (*a*), venit Polycarpus Romam (*b*), & confutavit (*c*) Cerdonem (ſecundum quemdam) vel ſaltem diebus ſucceſſoris ſui Aniceti, ſecundum Euſebium lib. IV. *Eccleſ. hiſt.* cap. XIV. Qui etiam Polycarpus diſcipulus erat Evangeliſtæ Joannis, & ab ipſis Apoſtolis Smyrnæorum Epiſcopus inſtitutus. Et facto calculo, Pius ſedit Papa anno ab Incarn. Dom. CLIV (*d*). Calliſtus Papa, quintusdecimus a beato Petro, ſecundum Auguſtinum ubi ſupra *, de poſſeſſionibus Epiſcoporum dedit hoc decretum: CALLISTUS. Nullus Primas, nullus Metropolitanus, „ nullus reliquorum Epiſcoporum, alterius adeat „ civitatem, aut ad poſſeſſionem accedat, quæ ad „ eum non pertinet, & alterius Epiſcopi eſt „ Parochiæ ſuper cujuſquam diſpoſitione, niſi „ vocatus ab eo, cujus eſſe juris dignoſcitur, „ ut quidem ibi diſponat vel ordinet, aut ju„ dicet; ſi ſui gradus honore potiri voluerit. „ Si aliter præſumpſerit, anathema ſit. Et non „ ſolum ille, ſed & cooperantes, & eidem con„ ſentientes: quia ſicut ordinatio, ita & judi„ catio, & aliarum rerum diſpoſitio prohibe„ tur. „ Hæc Calliſtus in decreto ſuo ſecundo cap. III. multum infra. Et hic Calliſtus ſedit Papa anno Dom. CCXVIII (*e*). Urbanus Papa & martyr, ſucceſſor Calliſti, ſextusdecimus a beato Petro ſecundum Auguſtinum, * ſedens Papa anno ab incarnatione Dom. CCXXVI. & paſtor ſanctæ Cæciliæ, primo declaravit poſſeſſiones per ſummos Pontifices prædeceſſores ſuos, & alios Epiſcopos & Prælatos, & fideles Eccleſiæ introductas ad prædia & res immobiles, ratione vitæ communis Clericorum, & commodi uberioris Eccleſiæ. Unde in decretis ſuis, cap. I. ſic ſcribit: URBANUS. Urbanus Epiſcopus omnibus chriſtianis in ſanctificationem ſpiritus, in obe„ dientiam & aſperſionem ſanguinis Domini „ Jeſu Chriſti, ſalutem. Scimus vos non igno„ rare, quod hactenus vita communis inter bo„ nos chriſtianos viguit, & adhuc gratia Dei „ viget, maxime inter eos, qui in ſortem Dei „ ſunt electi, ideſt, clericos, ſicut in Actibus „ legitur Apoſtolorum, *Multitudinis autem cre„ dentium erat cor unum, & anima una:* nec „ quis eorum quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſ„ ſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. „ Videntes autem Sacerdotes ſummi, & alii, „ atque Levitæ, & reliqui fideles, plus utilitatis „ poſſe afferri, ſi hæreditates, & agros quos „ vendebant, Eccleſiis, quibus Epiſcopi præſi„ debant, traderent, eo quod ex ſumptibus eo„ rum, tam præſentibus quam futuris tempori„ bus, plura & elegantiora poſſent miniſtrare „ fidelibus communem vitam (*f*) ducentibus, „ quam ex pretio eorum; cœperunt prædia & „ agros, quos vendere ſolebant, matricibus Ec„ cleſiis tradere, & ex ſumptibus eorum vive„ re. „ Hæc ibi. Ubi ſatis liquet Epiſcopales Eccleſias tunc ſuſcepiſſe pene generaliter poſſeſſiones immobiles: & hoc maxime ad ſubventionem eorum, qui vivebant communiter. Non tamen ſuſcepit tunc primum Eccleſia poſſeſſiones & res immobiles: ſed diu ante hoc tempus eas habuit; ſemper tamen in diſpenſatione Pontificum. Unde ibidem cap. II. ſubjungit * URBANUS. Ipſæ vero res in diſpoſitione ſingu„ larum Parochiarum Epiſcoporum, qui locum „ tenent Apoſtolorum, erant, & ſunt uſque ad„ huc, & futuris ſemper debent eſſe tempori„ bus. Ex quibus Epiſcopi, & fideles diſpen„ ſatores eorum omnibus, communem vitam „ degere volentibus, miniſtrare cuncta neceſſa„ ria debent, prout melius potuerint, ut nemo „ in eis egens inveniatur. „ Hæc ibi. Fabia„ nus Papa & martyr, ſocius Sebaſtiani in officio Eccleſiæ, Papa decimusnonus a beato Petro, ſecundum Auguſtinum, ſedit Romæ circa an. Dom. CCXL. Circa cujus tempora ſurrexit Philippus primus Imperator chriſtianus, circa an. Dom. CCXLV. & iſte poſt ſuſceptam Chriſti fidem, multis prædiis & facultatibus dotavit Eccleſiam *. De quibus interrogati poſtea ſanctus Sixtus Papa, & Laurentius ejus Diaconus, ſub Decio Cæſare martyrio triumpharunt. De quo quidem Philippo ſic ſcribit GOTFREDUS in libro quem inſcripſit *Pantheon*:

Suſcipit Imperium populo plaudente Philippus.
Iſte Pius Cæſar voluit cognoſcere Chriſtum:
Qui dedit Eccleſiis prædia multa ſuis.

Lucius Papa a beato Petro vigeſimusprimus ſecundum Auguſtinum *, ſedens Papa anno Dom. CCLVIII. decretum edidit, in quo res & facultates Eccleſiæ a raptoribus defendere conabatur, dicens: LUCIUS. Qui Chriſti pecuniam „ & Eccleſiæ aufert, fraudat & rapit, homici„ da in conſpectu judicis juſti eſſe oportebit *. „ Hæc fieri Prophetæ, hæc Apoſtoli, hæc ſuc„ ceſſores eorum, & omnium catholicorum Pa„ trum vetant decreta; & tales præſumptiones „ ſacrilegia eſſe dijudicant. Quorum nos ſequen„ tes exempla, omnes tales præſumptores, „ & Eccleſiæ raptores, atque illius facultatum „ alienatores, una vobiſcum a liminibus ſan„ ctæ matris Eccleſiæ, anathematizantes, Apo„ ſtolica authoritate pellimus, atque damna„ mus, atque ſacrilegos eſſe judicamus. Et „ non ſolum eos, ſed & omnes conſentientes „ eis: quia non ſoli qui talia faciunt, rei ju„ dicantur, ſed etiam qui facientibus conſen„ tiunt. „ Hæc in decreto Lucii Papæ, cap. VI. Stephanus item a beato Petro vigeſimus ſecundus, ſecundum Auguſtinum, ſedens Papa anno Dom. CCLXII. de eodem ſic ſcribit in decreto ſuo, cap. I. STEPHANUS. Infames eas eſſe per„ ſonas dicimus, quæ pro aliqua culpa notan„ tur infamia, ideſt, omnes qui chriſtianæ le„ gis normam abjiciunt, & ſtatuta Eccleſiæ „ contemnunt. -- Et infra -- Similiter & in„ ceſtuoſos, homicidas, perjuros, raptores, „ maleficos, veneficos, adulteros, de bellis fu„ gientes, & qui indigna ſibi petunt loca te„ nere,

* *Epiſt. ad Generoſum*
* Calliſtus *Epiſt. 2. apud Labbeum, To. 1. pag. 631.*
* *Epiſt. ad Generoſum*
* Urbanus I. *Epiſt. 1. apud Labb. To. 1. pag. 636. 12. quæſt. 1. Scimus vos non ignor.*
Act. 4. 32.
* Urbanus I. *in ead. Epiſt. num. 2. apud Labb. To. 1. pag. 637.*
Philippus Imperator Eccleſiam dotavit.
* *Confer cum ſupradictis lib. 2. cap. 33. num. 4.*
Gotfredus *Viterbienſis.*
* *in Epiſt. ad Generoſum*
* Lucius *Epiſt. 1. apud Labb. To. 1. pag. 743. 17. q. 4. Qui rapit.*
* *Labb.* deputabitur
Rom. 1. 32.
* Stephanus *Epiſt. 1. apud Labb. pag. 750. To. 1. 6. q. 1. infame eſſe*
Theod. lib. 9. tit. 1. c. 11. Hadr. coll. 48.

(*a*) Sanctum Pium Papam ad novem uſque annos Pontificatum geſſiſſe, veterum eſt hiſtoricorum traditio. Forte anteverſus eſt Romanus numerus, ut XI. pro IX. ſcriberetur.

(*b*) Euſebius lib. 4. cap. 13. *Eccleſiaſt. hiſt.* Polycarpum tradit veniſſe Romam ſub Aniceto Papa, qui poſt Pium Eccleſiæ miniſterio præfectus eſt. Hanc non improbat Waldenſis ſententiam; ſed non ſpernit eam, quæ ſub deceſſore Pio id accidiſſe affirmat. Et revera nedum non ſpernenda, ſed & veriſimilior apparet. Siquidem Polycarpus Smyrnæ occubuit an. Chr. 167. ut martyrii ejus acta teſtantur. Anno autem 167. ex Platina, Palatio, & aliis adhuc Romæ ſedebat non Anicetus, ſed Pius. Videndus hac de re Ellies Dupin in *Biblioth. Eccleſ.*

(*c*) Cerdo ex Syria Romam profectus ibi ſuos evulgavit errores circa an. Chr. 155. Aſſerebat Deum non eſſe Patrem Domini Jeſu Chriſti: ipſum Chriſtum non fuiſſe a Maria genitum, & ſpecie tenus hominem extitiſſe: rejiciendum eſſe vetus Teſtamentum: Chriſtum e cœlo deſcendiſſe ut Conditoris tyrannidem everteret in mundo: ſolum Evangelium Lucæ recipiendum eſſe. Hæc de Cerdone tradunt S. Irenæus lib. 1. cap. 28. S. Epiphanius *hæreſi* 31. Theodoretus lib. 1. *hæreticarum fabularum*; S. Auguſtinus lib. *de hæreſib.*

(*d*) Annus iſte pro initio Pontificatus Hygini nunc communiter aſſignatur. Pius autem an. 158. ſucceſſiſſe dicitur Hygino: quo ſedente Cerdonem adventaſſe Romam inter alios aſſerit Clariſſimus Natalis Alexander Sæc. 2. hiſt. Eccleſ. cap. 2. Hinc a vero non aberrare eum cenſerem qui diceret, Polycarpum Romam petiiſſe ſub Hygino Papa, circa an. 156. ſaltem ſub Pio, circa an. 160.

(*e*) Platina Palatius, Labbeus & Natalis Alexander 221.

(*f*) *Vitam* ſcribit Gratianus, ſed *fidem* Labbeus.

„ nere, aut facultates Eccleſiæ abſtrahunt in-
„ juſte; & qui fratres calumniantur; aut accu-
„ ſant, & non probant. – Item in decreto ſuo
„ 11. c. 1. – Nullus Epiſcoporum dum ſuis
„ fuerit rebus ſpoliatus, aut a ſede propria,
„ qualibet occaſione pulſus, debet accuſari, aut
„ a quoquam ei poteſt crimen objici, priuſ- A
„ quam integerrime reſtauretur *: & omnia,
„ quæ ei ablata quocumque ſunt ingenio, le-
„ gibus redintegrentur, & ipſe propriæ ſedi &
„ priſtino ſtatui regulariter reddatur: ita ut o-
„ mnes poſſeſſiones, & cuncta ipſi injuſte ſu-
„ blata, atque fructus omnes ante cœptam ac-
„ cuſationem Primates & Synodus Epiſcopo, de
„ quo agitur, funditus reſtituant. „ Hæc ibi.
Idem etiam Stephanus in eodem Decreto, c. IX.
„ Laicis (inquit) quamvis religioſi ſint, nulli
„ tamen de Eccleſiaſticis facultatibus aliquid
„ diſponendi legitur unquam attributa facul-
„ tas. „ Hæc autem omnia ſi quis in ſuo ſon- B
te probare voluerit, adeat annoſum illum li-
brum Eccleſiæ, cui titulus *Decreta Pontificum*,
ubi videbit omnia ſuis locis & temporibus an-
notata, & per hæc ſic ſeriatim deducta ab ipſis
Apoſtolis uſque huc. Ubi quia nondum *trecen-
tenarium* Wicleffi complevimus, plane patet
eum de Patribus illius temporis feciſſe menda-
cium, quando dicit illos omnes in *trecentena-
rio* illo dumtaxat vitam exproprietariam obſervaſ-
ſe, quos jam plane audiſtis proprietatem poſſeſ-
ſionum in communi ſuo conſenſu Eccleſiis pro-
videre futuris.

Par. 753. 2. c. 2. *Nullus Epiſcoporum*

* *Conc. Rom. III & V. ſub Symmacho.*

Apoſtolorum exemplo dotata eſt Eccleſia.

2. Et putat Hieronymus hoc non feciſſe eos C
ingenio proprio, ſed magis Apoſtolorum indu-
ctos exemplis, per quos providit Chriſtus, ut
divitiæ male congregatæ per diabolum, per A-
poſtolos reverterentur ad Deum. Unde tractans
hunc textum Jeremiæ, *Clamavit perdix, congre-
gavit quæ non peperit: fecit divitias ſuas & non
in judicio: & in dimidio dierum ſuorum relin-
quet eas*, ſic ait: HIERONYMUS. Alii propter ſu-
„ periorem hiſtoriam, & propter alteram, qua
„ dicunt, perdicem eſſe pugnaciſſimum & im-
„ mundum, ita ut victum polluat, diabolum
„ ſub ejus nomine interpretantur quod alienas
„ divitias ſibi congregaret, dicens ad Domi- D
„ num: *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adora-
„ veris me*. Quem relinquent divitiæ ſuæ,
„ quæ male ab eo fuerant congregatæ, & per
„ Apoſtolos revertentur ad Dominum: & qui ſi-
„ bi videbatur eſſe prudentiſſimus, erit omnium
„ judicio inſipiens. Quod dicitur *clamavit per-
„ dix*, ad hæreticorum perſonam referendum
„ eſt, quod perdix ille diabolus clamaverit per
„ principes hæreticorum, & congregaverit ea
„ quæ non peperit, & deceptorum ſibi mul-
„ titudinem congregaverit, quæ poſtea dimit-
„ tet eum, ut omnium judicio ſtultiſſimus com-
„ probetur. „ Hæc Hieronymus. Et poteſt no- E
tari, juxta hanc expoſitionem, quod dixit præ-
cedens textus de divitiis illis, *In dimidio die-
rum ſuorum relinquet eas:* quia tempus aſcen-
ſionis Chriſti & prædicationis Apoſtolorum di-
citur in Scriptura ſacra *dimidium dierum*, jux-
ta illud, *In medio annorum notum facies*. Bene
ergo notavit * Propheta tempus, quo Eccle-
ſiam Chriſti mundi ſubintrarent divitiæ, per
Apoſtolos ſcilicet, qui in medio annorum no-
tum fecerunt Evangelium Jeſu Chriſti. Nullus
tamen intelligat me jam dicere Apoſtolos divi-
tes, quos ſupra probavi pauperrimos; ſed quia

Jerem. 27. 11.

Hieronymus To. 4. pag. 951.

Matth. 4. 9.

Quare ſæculi divitias Deus ſuæ Eccleſiæ applicaverit.

Abach. 3. 2.

* *al.* nominavit

Apoſtoli pauperes Eccleſiam ditabant.

ditabant Eccleſiam, quam regebant ipſi in ſe
ipſis pauperrime victitantes, qualiter exponit
Haymo hunc textum Apoſtoli, *Tamquam nihil
habentes & omnia poſſidentes*: HAYMO. Tam-
„ quam nihil habentes (inquit) erant, quia ni-
„ hil proprium habebant: omnia autem poſſi-
„ debant, quia erant illis omnia communia.
„ Sic debent & monachi eſſe, tamquam nihil
„ habentes proprium, & omnia poſſidentes com-
„ muniter. Vel tamquam nihil habebant, quia
„ non habebant prædia; non aurum, aut ar-
„ gentum; non ſervos aut ancillas: & tamen
„ poſſidebant omnia iſta in poſſeſſionibus eo-
„ rum, quos ſibi per prædicationis arma &
„ virtutem miraculorum ſubjugaverant. In poſ-
„ ſeſſionibus etenim omnia poſſidebant poſſeſ-
„ ſorum. Sicut enim quidam Dux Romanus
„ *Curius* (*a*) nomine, legatis cujuſdam gentis a
„ (*b*) aurum volentibus dare pro pace ac liber- b
„ tate, reſpondit, Romanos potius velle au-
„ rum poſſidentibus imperare, quam aurum ha-
„ bere, aut poſſidere; ita ſancti Apoſtoli ma-
„ gis deſiderabant poſſeſſores divitiarum per fi-
„ dem & doctrinam Chriſti poſſidere, quam
„ aliquid proprium habere. „ Hæc Haymo.

2. *Cor.* 6. 10.

Haymo

CAPUT XXXIX.

Quare Eccleſia non fuerit in primitivis dotata
terra ſancta. Et hic eripitur Conſtantinus de
tribus ſcandalis Wicleffi.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *In Judæa non fuit Eccleſia primo illo tem-
pore dotata prædiis, & cur.*
2. *Calumniam Conſtantino ſtruit Wicleffus ſuper
dotatione Eccleſiæ; ſed quam inepte hoc
faciat, oſtenditur.*
3. *Sicuti beatus Petrus & alii Apoſtoli accepe-
runt pecuniam ante pedes Apoſtolorum
oblatam, nulla oſtenſa Chriſti licentia;
ita Urbanus & alii ſancti Pontifices præ-
dia ſuſceperunt in proprietatem Eccleſiæ.*
4. *Principes ſæculares non ſine lege Dei, &
ipſius conſilio, Eccleſiam dotaverunt.*
5. *Conſtantini feſtum Eccleſia græca quotannis
celebrat: quod ſi etiam nullibi fieret, non
propterea ille non eſſet loco beati haben-
dus, contra Wicleffum.*
6. *Pie admodum pientiſſimus Imperator Conſtan-
tinus dixit, ſi videret Sacerdotem concum-
bere cum fœmina, chlamyde potius ſe vel-
le eos contegere, quam ſcandalizari de
crimine: neque factum Phinees arguit
oppoſitum.*

1. REmurmurat autem propter hoc ultimum
Eccleſiaſticis Prælatis litigioſus Wicleſ-
fus in ſupplemento *Trial.* dicens, Clericos no-
ſtros & Prælatos non eſſe ſectatores Chriſti, aut
Apoſtolorum, propter hoc, quod temporalia
non dimittunt ſicut Apoſtoli, niſi forte æqui-
voce. Unde dicit ibidem in principio, arguens
quod poſtmodum ſuſtinet tamquam verum:
„ Cum Clerus dotatus vivit de redditibus pro-
„ priis, ſicut domini temporales, videtur, quod
„ non ſint proprie Clerici, niſi forte nimis
„ æquivoce, in comparatione ad clerum prio-
„ rem. Et ſic forent hypocritæ, fungentes no-
„ mine, non virtute. „ Hæc Wicleffus. Sed
quan-

Wicleffus

(*a*) Marcus-Annius Curius Dentatus Romani Imperii Conſul, fortitudine & conſilio celeberrimus an. ab. U. C. 480. ante Chriſtum Salvatorem 274.

(*b*) Gentis nempe Samniticæ, quam bello devicerat, adepto ob eam victoriam ſolemni triumpho.

quantum ad hoc ultimum, ubi vult clericos noſtros non eſſe de priori clero, ſed appellat eos *clericos æquivocos*, quia in paupertate ſtrictiſſima non ſectantur Apoſtolos; quid dicam, niſi alludendo textui Apoſtoli ad Romanos IX. *Non omnes qui ex Iſrael ſunt, hi Iſraelitæ*; non omnes qui ex Apoſtolis ſunt, hi ſunt Apoſtoli? Multi Epiſcopi & fideles diſcipuli ab Apoſtolis inſtituti fuerunt; nec omnes illi erant in perfectione pares Apoſtolis; maxime in Eccleſiis gentium, ubi futura erat Eccleſia. Ideo ibi ſtatim quaſi ab exordio Epiſcopi & Clerici, ſicut in ſuperioribus * patet, cœperunt propria poſſidere: in Judæa vero non ſic, quia hinc Eccleſia migratura fuit. Unde Melchiades Papa prædeceſſor Silveſtri: MELCHIADES. „ Futuram (inquit) Eccleſiam (*a*) in gentibus Apoſtoli prævidebant: idcirco prædia in Judæa „ minime ſunt adepti, ſed pretia tantummodo „ ad fovendos egentes. At vero cum inter turbines & adverſa mundi ſuccreſceret Eccleſia, „ ad hoc uſque pervenit, ut non ſolum gentes, ſed etiam Romani principes, qui totius „ orbis monarchiam tenebant, ad fidem Chriſti & baptiſmi Sacramenta concurrerent. E „ quibus vir religioſiſſimus Conſtantinus, prius „ fidem veritatis patenter adeptus, licentiam „ dedit per univerſum orbem ſub ſuo degentibus imperio, non ſolum fieri Chriſtianos, „ ſed & fabricandi Eccleſias: & prædia conſtituit tribuenda. „ Hæc ille.

Rom. 9. 6. — ** cap. præced.* — Quare Eccleſia non fuit dotata in Judæa. — Melchiades *apud Labbeum To. 1. pag. 1562.* — a 12. q. 1. Futuram Eccleſiam

2. Sufficit mihi ad tantum commendationem inſtruere Conſtantini, quem Wicleffus noſter toto ore prophanat, maxime in duobus. Primo, quod attentavit per dotationem Cleri corrigere ſtatum Apoſtolicum ſupra Chriſtum. Secundo, quod Eccleſia uſque ad hæc tempora non audebat canonizare illum pro omni beneficio. Unde in *ſpeculo militantis Eccleſiæ* cap. „ IX. Juxta prædicta, erubeſcerent Antichriſtus & ſui maculare Sacerdotes Chriſti contra ordinationem, quam ipſe fecit. Et domini ſæculares & alii fatui, qui hic adjuvant Antichriſtum, erubeſcerent de ſic auxiliando, ſicut erubeſcent in finali judicio. „ Et iſte pudor erit major pro colore hypocriſis, quia dicunt in factis ſuis quod faciunt iſta ob honorem Chriſti, quia Chriſtus „ male inſtituit, & domini ſæculares emendant „ eum, ſicut Imperator Romanus quando fecit „ Sacerdotes ſuos dominos, ipſe correxit ſtatum „ Apoſtolorum ſuper ordinationem Chriſti. Sed „ totum iſtud ſapit blaſphemiam & opprimet „ iſtos Dominus: quia ſic ſtatus Imperatoris „ eſt minor pro hoc facto contra Chriſtum. „ Hæc Wicleffus. Qualiter autem Imperator & domini temporales fecerunt contra Chriſtum in dotando Eccleſiam ejus, non hic dicit, ſed declarat alibi, hac ratione: Quia ſcilicet non conſtat eis de conſenſu & beneplacito Chriſti ad hoc factum, qui eſt omnis boni temporalis Dominus capitalis. Unde in ſæpe dicto *Dialogo*, cap. XIV. dicit: Imperator & domini alii „ per regem ſuperbiæ ſunt ſeducti. Ideo expergiſcantur ſomno iſtius criminis ſoporati, & „ cognoſcant hoc principium clare demonſtrabile apud catholicos, quod in nullo valet „ humana conceſſio, niſi præhabita licentia a „ Domino capitali. Cum ergo non poſſunt docere, quod ad hoc domini habeant licentiam „ a Chriſto, patet, quod tam a lege divina, „ quam humana, eſt iſta dotatio ſtulta & hæretica. Vel ergo oportet ipſos negare blaſpheme Chriſto capitale dominium ſupra Cæſarem, vel concedere dotationem eſſe illicitam; vel tertio oſtendere ad hoc Chriſti licentiam ſpecialem. „ Hæc Wicleffus. Fateor, ex principio tuo *demonſtrabili*, ſicut dicis, per aſininum proceſſum concluſionem propagaſti ridiculam; & rogo, ut reſpondeat illi non eruditus quiſquam, non peritus logicus, ſed unus de populo. Hac ratione tua Rex non poſſet militi conferre libere prædium, quia non poteſt docere, quod ad hoc habeat licentiam a Chriſto Domino capitali. Nullus etiam popularis poſſet alienare bona ſua mobilia vel immobilia quocumque titulo, ſcilicet, donationis, venditionis, vel ſpecie aliqua commutationis, niſi prius doceret ſe habere licentiam a Chriſto, qui eſt omnium talium bonorum dominus capitalis.

Wicleffus — Wicleffus — A — B

3. Sed forſan incipies corrigere quod incaute protuleris, & dices, non oportere hoc, niſi quando clericis eſt facienda dotatio; quaſi tunc Chriſtus ſit Dominus abbreviatus, quando ſuis clericis debet ſubveniri de victu. Quare ergo non oſtendit beatus Petrus? Quare non alius Apoſtolorum oſtendit ſuam licentiam a Chriſto domino capitali, quando accepit facultates eorum, qui omnibus ſuis venditis, poſuerunt pretium ante pedes Apoſtolorum, cum Chriſtus non ſtatuerit venientes ad fidem debere omnia vendere & dare Apoſtolis, ſed dare pauperibus? Sed qualiter beatus Petrus tunc hoc diſpenſative commiſit concilio Apoſtolorum ex inſtinctu Chriſti latoris primæ legis, taliter hoc beatus Urbanus Papa & ſucceſſor Petri, etiam diſpenſative conſilio Eccleſiæ mutavit, quando ſine venditione immobilia prædia in proprietatem ſuſcepit Eccleſiæ. Quod ſi adhuc inſtas ut doceam, qua licentia Chriſti, vel conſilio hoc fecit; certe reſponderi poteſt, quod hoc ipſo quod Chriſtus ait: *Ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi*. Certe enim non omnibus diebus, nec uſque ad conſummationem ſæculi nobiſcum fuiſſet, ſi conſilio Eccleſiæ tantum interfuiſſet in diebus Petri, & non in diebus Urbani, vel Silveſtri. Quinimmo magis fuiſſet abſens quam præſens Eccleſiæ ſuæ, ſi tantum per *trecentenarium* tuum affuiſſet, & per undecies centenos annos defuiſſet, quibus ſine conſilio ſuo Eccleſia dotabatur, deſtituens omnes ſanctos Patres Eccleſiæ ſuo conſilio; & tandem in fine temporum rediens, ſoli miſerrimo Wicleffo ſanum daret de veritate conſilium, & de vitanda proprietate cautelam.

Act. 4. 35. — *Matth. 19.21.* — *Matth. 28.20.* — C — D

4. Veruntamen ſi iſta non ſapiant, accedo propius, & doceo dominos temporales habuiſſe iſtam licentiam a Chriſto, qui licentiam eis conceſſit tales leges condendi quibus dotaretur Eccleſia, ſicut & ipſe legibus ſuis permiſit. Audi jam beatum Auguſtinum fundare dotationem Eccleſiæ lege divina communiter, & humana lege, inſpirante Chriſto in ſpecie. Habet enim Auguſtinus ſic *ſuper Joannem*, Tract. VI. loquens de hæreticis: AUGUSTINUS. Modo deficientes ubique, quid nobis proponunt, non invenientes quid dicant? „ Villas noſtras tulerunt, fundos noſtros tulerunt. Proferunt teſtamenta hominum. Ecce „ ubi Gajus ejus donavit fundum Eccleſiæ cui „ præ-

Dotatio Eccleſiæ ex jure divino. — E — Auguſtinus *To. 3. pag. 340. num. 25.*

(*a*) Quæ hac Epiſtola de Conſtantini largitate erga Melchiadem & Silveſtrum ſcribuntur, vera eſſe, non hinc tantum, ſed etiam authoritate Optati Milevitani probatiſſimi Scriptoris lib. 1. cont. Parmen. firmiſſime confirmatur. Iſta autem conferenda ſunt cum dictis jam ſupra lib. 2. cap. 49. num. 5.

,, præerat Fauſtinus Eccleſiæ? Quid eſt Eccle-
,, ſia? Eccleſiæ dixi, cui præerat Fauſtinus. Sed
,, non Eccleſiæ præerat Fauſtinus, ſed parti
,, præerat. -- Et ſequitur -- Ecce ſunt villæ:
,, quo jure defendis eas? Reſpondeant: divinum
,, jus in Scripturis habemus, humanum jus in
,, legibus Regum. Unde quiſque poſſidet quod A
Pſal. 23. 1. ,, poſſidet? Nonne jure humano? Nam jure di-
,, vino, Domini eſt terra & plenitudo ejus.
,, Pauperes & divites Deus de uno limo fecit,
,, & pauperes & divites una terra ſupportat.
,, Jure tamen humano dicitur: hæc villa mea
,, eſt, hæc domus mea, hic ſervus meus: jure
,, ergo humano, jure Imperatorum. Quare?
,, Quia ipſa jura humana per Imperatores ſæ-
,, culi, & Reges ſæculi Deus diſtribuit generi
,, humano -- Et infra -- Leguntur enim leges
,, manifeſtæ, ubi præceperunt Imperatores, ut ji
,, qui præter Eccleſiæ catholicæ communionem
,, uſurpant ſibi nomen chriſtianum, nec volunt B
,, in pace colere pacis authorem, nihil nomi-
,, ne Eccleſiæ audeant poſſidere. Sed quid no-
,, bis & Imperatori? Sed jam dixi: de jure hu-
,, mano agitur. Et tamen Apoſtolus voluit ſer-
,, viri Regibus, voluit honorari Reges, & di-
1. Pet. 2, 17. ,, xit: *Regem reveremini*. Noli dicere, quid
,, mihi & Regi? Quid tibi ergo & poſſeſſioni?
,, Per jura Regum poſſidentur poſſeſſiones. Di-
,, xiſti, quid mihi & Regi? Noli dicere poſ-
,, ſeſſiones tuas, quia & ipſa jura humana re-
,, nunciaſti quibus poſſidentur poſſeſſiones. Sed
,, de divino jure ago, ais. Ergo Evangelium
,, recitemus; videamus quouſque Eccleſia catho- C
,, lica Chriſti eſt, ſuper quem venit columba, quæ
Joan. 1. 33. ,, docuit: *Hic eſt qui baptizat*. Quomodo ergo ju-
,, re divino poſſidet qui dicit, *Ego baptizo*;
,, cum dicat columba: *hic eſt qui baptizat*;
,, cum dicat Scriptura: *una eſt columba mea*,
M. matri ,, *una eſt matris * ſuæ?* Ergo fratres mei, ſi
,, ubique non habent quid dicant, ego dico
,, quid faciant. Veniant ad catholicam Eccle-
,, ſiam, & nobiſcum habebunt non ſolum ter-
,, ram, ſed etiam illum qui fecit cœlum &
,, ram. ,, Hæc Auguſtinus. Ecce quam plane
docet Auguſtinus licentiam divinam in dona-
tionibus Principum, quia in legibus ſuis tales D
donationes firmantur: quas leges Deus ipſe per
Principes hominibus adminiſtrat.

5. Addit contra Conſtantinum Wicleffus ſe-
Wicleffus cundam blaſphemiam libello ſuo *de Papa* c. IX.
,, Imperator ille fecit multa bona; ſed huc uſ-
,, que homines nunquam auſi ſunt eum honorare
,, in Eccleſia, ſanctificare diem ejus, & eum in
,, cœlo credere eſſe ſanctum. ,, Quid oportet
hic morari, & non ſtatim convincere iſtum de
perpetrato mendacio? Nam in Græcia ubi mo-
riebatur * Conſtantinus, ejus feſtum ſolemni- * Nicomediæ anno Chr. 337.
zant Eccleſiaſtici die XI. (*a*) menſis Maji, & a
in catalogo Sanctorum exponitur (*b*), ut notat b
Ceſtrenſis (*c*) in ſuo *Polychronicon* lib. IV. cap. XXVI. Conſtantinus Magnus inter Sanctos relatus.
Et Beatus Gregorius in *Regiſt*. Epiſt. ad Mau-
A ritium Auguſtum, quæ incipit *In ſereniſſimis*,
vocat eum *piæ memoriæ Conſtantinum* (*d*). Eſ- c
ſet autem non *piæ* ſed *impiæ* memoriæ, ſi non
poſſet jam credi eſſe ſanctus in cœlo. Nec ta-
men omnium, qui in cœlo ſunt, ſolemnizat in
particulari Eccleſia diem feſtum, veluti de pri-
mo Adam & Eva (*e*), de beato latrone (*f*), de d e
ſancto Joſeph (*g*), & ſimilibus. Et quamvis f g
hoc ſatis auderet Eccleſia, tamen non exercet
audaciam.

6. Tertia blaſphemia, quam inſtaurat Wicleſ-
fus contra Conſtantinum, eo quod dotavit Ec-
cleſiam, eſt iſta: ,, Non eſſent jam onerandi * * Subaudi Clerici.
B ,, cum feſtivitate ejuſdem Conſtantini, quam-
,, vis olim dixerit, quod ſi videret Sacerdotem
,, concumbere cum fœmina, potius vellet eum
,, tegere chlamyde, quam ſcandalizari de cri-
,, mine. Si iſte Imperator ſit in gloria, certe
,, non pro hoc facto: quia Phinees erat juſtus
,, Sacerdos, qui confodit virum & fœminam Num. 25. 8.
,, pro peccato contra Deum, ulciſcens divinam
,, injuriam. ,, Hæc Wicleffus ubi jam ſupra *. * In ſpeculo militantis Eccleſiæ cap. 9.
Forſan coram Pilato iſto jam Conſtantinus ta-
cet; ſed coram Chriſto, teſte conſcientia, lo-
quitur ad Wicleffum: *Oculus tuus nequam eſt*, Matth. 20. 15.
quia ego bonus ſum. Et iterum ad fautores ejus:
C *Poſuerunt adverſum me mala pro bonis, & odium* Pſal. 108. 5.
pro dilectione mea: pro eo quod celare volui quod
ſumme celatum eſſe deberet, magis quam prodere
occultum, unde ſcandalizetur populus per exem-
plum pernicioſum, & altus decidat Sacerdotii gra-
dus per facinus manifeſtum. Non jam ſumus in ca-
ſu Phinees, in quo audax peccator coram tota
multitudine fræna pudoris abjecit, & ſine pu-
blica vindicta publicus & inverecundus mœ-
chus * ad idolatriam, & turpe ſtuprum, Dei * al. læno
populum provocavit. In caſu iſto Phinees lo-
cum habet illud Apoſtoli, *Peccantem coram om-* 1. Tim. 5. 20.
nibus argue: in caſu Conſtantini illud Evange-
D lii, *Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum* Matth. 18. 15.
inter te & ipſum ſolum. Secus ergo eſt quando
peccat non *in te* ſolum, ſed *in multitudinem*,
& coram multis committit iniquum. Conſide-
ravit denique Imperator benignus, quod mere-
ri poſſet apud Dominum benedictionem Patris, Eccl. 3. 11.
ſi obſervaret reverentiam Sacerdoti. Poſuit an-
te oculos ſuos factum filiorum Noe, & timens
incurrere maledictionem Cham, qui verenda Gen. 9. 22.
patris vinolenti & fornicantis detexerat, magis
ele-

(*a*) Recentiores hiſtorici ſcribunt XXI. Maji.

(*b*) Id oſtendunt Græcorum Menologia. Porro Conſtantini nomen ex ſacris Dyptichis *inter ſacra Myſteria impretermiſſe commemoratur cum aliis Orthodoxis Imperatoribus, qui Eccleſiam Dei exaltaverunt*, inquit Nicolaus I. Pontifex Maximus in Epiſt. ad Michaelem Græcorum Imperatorem.

(*c*) Prius obtinuit *Creſcentius*, ſed *Ceſtrenſis* legitur in MSS. Codd. Vide in Præfatione generali §. 5.

(*d*) Ex his, aliiſque teſtimoniis colligi poteſt, quam falſum ſit Magnum Conſtantinum in Ariana perfidia defunctum fuiſſe, ut quidam ex Orthodoxis ſcriptoribus tradiderunt.

(*e*) Adami reſipiſcentiam docet Scriptura Divina Gen. 3. 17. 18. Sap. 10. 1. & de ejus ſalute loquitur Auguſtinus Epiſt. 163. tamquam de communi Eccleſiæ dogmate. Sed eadem Eccleſia abſtinendum cenſuit ab ejus memoria celebranda, referendoque Protoparente in album Sanctorum. Non tamen interdixit privatam quorumdam erga eum religionem. *Franciſcus Quareſimus* To. 2. lib. 5. narrat de ſacello, quod Adami memoriæ dedicatum fuit in Monte Calvariæ, quod ibi ſepultus crederetur. Teſtatur *Bollandus* ad diem 4. Febr. & 3. Aprilis, quod Græci Adamum & Evam cum cæteris juſtis V. T. adſcribant ad diem 19. Decembris, vel ad Dominicam proxime præcedentem Feſtum Natalis J. C. Legitur item ejus memoria in aliquibus Martyrologiis latinis ad diem 24. Aprilis. Denique creati & defuncti Adami mentio eſt in aliquibus aliis Martyrologiis ad diem 25. Martii; quaſi ſcilicet conciliare voluiſſent veterem Adamum cum Chriſto, quem natum & extinctum ipſa eadem die aſſerunt ex veteribus plurimi.

(*f*) Bonus Latro appellatus dicitur *Titus*; impius autem *Dumacus*. *Deman* & *Gestan* eos denominat Evangelium Nicodemi: *Vicinum* & *Juſtinum* Perſica quædam hiſtoria de geſtis Jeſu Chriſti: *Mathan* & *Jochan* Author Florum Bedæ nomine inſcriptorum. Orientales Chriſtiani primum appellant *Laas Jemin*, ſeu *Latronem dexteræ*. Hunc Sanctus Hilarius lib. 1. *de Trinit.* aliique Patres Martyris elogio decorarunt, & ſanguinis ſui baptiſmo initiatum prædicaverunt. Ejus memoria celabratur in Eccleſia Græca die 23. Martii, in Latina 25. ejuſdem Menſis, juxta veterem traditionem, quæ mortem Jeſu Chriſti cum ea die componit. Ædiculas etiam in ejus honorem extructas, ac ſacratas nomini S. *Dimas*, vel *Diſmas*, refert in ſuo Dictionario Biblico Auguſtinus Calmet.

(*g*) Feſtiva ſancti Joſeph & communis celebritas ineunte ſæculo XVI. invaleſcere apud Latinos cœpit, pium cultum promovente Virgine illa Hiſpana Thereſia, quæ tam ſancto Sponſo addictiſſima erat, eumque ſuis neceſſitatibus nunquam non opem tuliſſe teſtabatur. Hinc ad Carmelitas, quos illa ad primævam diſciplinam reduxit, hæreditaria ſuccedens devotio, id effecit ut plurima illorum Templa, eaque ſplendidiſſima, ſancto Joſeph ſacra extarent.

* Sem, & Japhet. elegit cum piis filiis * benedici venerando patrem, & apud ſe ſolum indicando commiſſum. Quod multum laudat Gregorius xxv. *Moral.* Job 34. 30. cap. xv. ſuper hunc textum Job, *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi :* Gregorius To.1.pag.808. num. 37. GREGORIUS. Subtilis etenim via tenenda eſt re- A
„ ctitudinis & humilitatis, ut ſic reprehenſibilia magiſtrorum facta diſpliceant, quatenus ſubditorum mens a ſervanda magiſterii reverentia non recedat. Quod bene de Noe e- Gen. 9. 21. briato exprimitur : cujus nudata verecunda boni filii averſi veniendo texerunt. Averſari quippe dicimur, quod reprobamus. Quid eſt ergo quod filii verecunda patris ſuperjecto dorſis pallio averſi venientes operiunt, niſi quod bonis ſubditis ſic Præpoſitorum ſuorum mala diſplicent, ut tamen hæc ab aliis occultent? Operimentum averſi deferunt, quia judicantes factum, & venerantes magiſterium, nolunt videre quod tegunt. „ Hæc B Gregorius. Magnum ergo pietatis indicium * Conſtantini fuit hoc decretum Cæſaris *, & Chriſti bonitati bene conforme, qui liberavit adul- Joan. 8. 11. teram. E diverſo vero objectum iſtud hæretici eſt indicium feritatis, & Phariſæorum ſapit furorem, & libidinem ulciſcendi. Et veriſimile eſt eum ab illo hanc accuſationis formulam accepiſſe, qui accuſat fratres noſtros die Apoc. 12. 10. ac nocte. Vere enim NIHIL SIC REPREHESIBILE EXISTIMO IN CHRISTIANO, quam ſemper accuſationibus & reprehenſionibus libenter inſiſtere, & ſtatim velle vindicare commiſſa. Unde Cæſarius in exhortationibus, *Collatione* C Pſal. 132. 1. XIX. quæ incipit, *Ecce quam bonum:* CÆSARIUS. Cæſarius in Bibliotb. Patrum Lugd. „ More (inquit) crudeliſſimæ feræ fratrum ſanguinem ſitientes fratres accuſant; CUM FRATRIS NON SIT FRATREM ACCUSARE, ſed potius fratris culpam celare, tamquam propriam; corrigendi ſcilicet affectione, non puniendi intentione. Illius eſt fratres accuſare, qui in Apocalypſi fratrum accuſator legitur, qui eos die ac nocte accuſat; non utique zelo juſtitiæ, ſed inſtinctu nequitiæ. Imitantur autem illum qui ſunt ex parte illius, & ſe quidem excuſant; alios vero inique accuſant, eorum non correctionem affe- D ctantes, ſed more diabolico pœnam ſitientes. Unde inſaniunt, frendunt, fremunt, & Pſal. 20. 10. intrinſecus ardent, quos jam poſuit Dominus ut clibanum ignis, etiam ante tempus vultus ſui. Quid enim ſunt verba furentium, niſi fumus rerum ardentium? Non ſolum ſunt cremandi, ſed etiam in infernum infe- rendi, niſi citius reſipiſcant. Jam enim infernum ſecum habent, & infernum ſecum portant: quia ipſi ſibi ſunt ſicut infernus. „ Hæc ille.

CAPUT XL.

Quod nullo modo licet principibus, vel aliis auferre invite bona, quæ contulerunt Eccleſiæ.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Hortatur Wicleffus principes, ut Eccleſiam rebus, quibus eam dotarunt, expolient : modumque eis præſcribit, quo id facile facere poſſent.*
2. *Quod in dotem Eccleſiæ ſemel oblatum eſt, amplius ad humanos uſus revocandum non eſſe, tum Scripturæ, tum Sanctorum Patrum authoritate probatur.*
3. *Principes quidam cum aliquando bona Eccleſiæ diripuiſſent, ea poſtmodum ſummi Pontificis terrore perculſi reſtituerunt.*

1. SIc ergo ſalvata innocentia Conſtantini, bene interpretantes factum principis, quod hæreticus gerens venenum aſpidum ſub labiis ſuis pervertit in malum ; redeuntes ad primum intentum, laudemus non tantum quod Pſal. 13. 3. fecerit, ſed perpetuitatem dotationis ejus probet ipſe qui poterit. Nam adverſarius ille Wicleffus, quanto poteſt conatu, ſemper inſiſtit, ut Principes tollant ab Eccleſia quod dederunt, & hortatur eos ad pœnitendum quia dederunt: & politiam & formam docet, qualiter ſine difficultate procedant. Unde IV. *Trialogi* c. XVIII. Wicleffus de Principibus loquens dicit: Nos autem dicimus illis, quod nedum poſſunt auferre temporalia ab Eccleſia habitualiter delinquente: nec ſolum quod licet illis hoc facere ; ſed quod debent facere ſub pœna damnationis gehennæ : quoniam debent de ſua ſtultitia pœnitere, & ſatisfacere pro peccato, quo Chriſti Eccleſiam taliter macularunt — Et in proximo cap. ſcilicet XIX. — Facilitatem autem faciendi hanc revocationem & debitum potes ſic convincere *. Conſtat ex Regalia * Ed.V. conjicere a (*a*) Regis Angliæ, quod decedente Epiſcopo vel Abbate, aut quocumque notabiliter dotato de Anglia, temporalia ejus, ad denotandum Regaliam Regis, cadere debent in manum ejus: & non procedetur ad electionem, niſi obtenta Regis licentia ; nec habebuntur ab electo mortificata regni dominia, niſi Rege noviter approbante. Contineat ergo Rex ab innovatione delicti maximi progenitorum ſuorum, & in brevi erit totum regnum purgatum a mortificatione ſtolida bonorum temporalium, quæ jam ſunt in manu mortua. „ Hæc Wicleffus. Quis expertus Scripturarum ſanctarum non crederet jam Simonem Beniami- 2. Mach. 3. 4. tam agere cauſam cupiditatis ſuæ penes Apollonium Phœniceum, ut Rex Seleucus qui templum primo dotabat, de redditibus ſuis magnis ipſum illuſtrans muneribus, Heliodorum ducem mittat ad templi ſpolia facienda, & diripienda victualia viduarum & pupillorum, & egentium depoſita perſonarum, abſque diſcretione ſexus vel loci, ut plane legitur in II. Machab. III. Quæ tamen vindicta ibi ſtatim circa prædictum fiebat Heliodorum, hic in templo Chriſti differri non poterit : ratio enim Scripturæ E tranſire non poteſt, quæ dicit ibidem, „ deci- 2. Mach. 1. 12. &c. pi eos qui credidiſſent loco & templo, quod per univerſum mundum honoratur pro ſui veneratione & ſanctitate impoſſibile (*b*) omnino eſſe. Eſt enim miſera commixtæ mul- b titudinis & magni Sacerdotis in agone conſtituti ſemper expectatio. Et hi quidem invocant omnipotentem Deum, ut credita ſibi, jis qui crediderant cum omni integritate ſerventur.

(*a*) *Regalia* dicitur Jus regium fruendi reditibus Eccleſiæ vacantis, & conferendi beneficia curam animarum non habentia, quæ ab Epiſcopo conferri ſolent, donec novus Epiſcopus juramentum fidelitatis Regi præſtiterit, & inveſtituram bonorum Eccleſiaſticorum ab ejus Majeſtate acceperit. Hoc jus in Regibus Angliæ valde antiquum aſſeritur ; & ipſis, ſicut & aliis Regibus conceſſum pro Eccleſiarum defenſione & cuſtodia. Fuſe ac dilucide hac de re Natalis Alexander ſæc. 13. Diſſert. 8.

(*b*) In Græco apertior eſt ſenſus: *Per injuriam autem fraudare eos, qui ſanctitati loci, & majeſtati templi confiſi eſſent, indignum eſſe, nec prorſus fieri debere.*

2. Verba Scripturæ ſunt hæc: quæ quidem ſi animum Wicleffi non perſorant, ſed Scripturam expectet audire, quæ directe mandet oppoſitum, audiat quid Scriptura dicat ubi jam pridem dotationem Eccleſiæ, quantum fieri poteſt, in Scriptura veteri diximus* eſſe fundatam.

* cap. 34. 35.

Dicit enim lex Domini immaculata Levit. ultimo:

Levit. 27. 28.

,, Omne quod Domino conſecratur, ſive ,, homo fuerit, ſive animal, ſive ager, non ,, vendetur, nec redimi poterit: quidquid ſe- ,, mel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum ,, erit Domino. ,, Hac enim lege in religione perfectorum profeſſi, aut clerici tonſurati redimi non poſſunt, quo minus impleant quod voverunt: nec ad ſæculum amplius revertentur. Et hac ipſa lege ſtringuntur & agri: *ſive ager* (inquit) *non vendetur, nec redimi poterit*. Nec mirum, quod non ſolum *ſanctum*, ſed & *ſanctum ſanctorum erit* quidquid ſemel fuerit Domino conſecratum, cum Oza jam retro cadat, ſi vel ſemel ad res ſacras manus violentas apponat.

2. Reg. 6. 7.

Propter hoc etiam res ſacerdotales *de manu mortua* appellantur, non ſolum in legibus Regum, ſed etiam in lege Dei. Unde ſupra in Levit. ſcribitur: *Omnis conſecratio, quæ offertur ab homine, non redimetur, ſed morte morietur;* quod de morte naturali non intendebatur: quia homines & domus conſecratæ offerebantur Domino: ſed moriebantur morte civili, ſecundum Nicolaum de Lyra: quia, quantum ad uſus ſæculi, erant quaſi non eſſent.

Levit. 27. 29.

Mors naturalis & civilis.

Et ne ficta reſponſio expelleret veritatem, dicendo, hoc eſſe mandatum veteris legis, & eſſe cæremoniale, non morale; vel tale quid: approbatio ejus in lege Evangelii ſtatim occurrit, ubi beati Petri ſententia Ananiam & Saphiram repentina morte peremit, quia facultates, quas ſemel Domino voto ſuo conſecraverant, ſubtrahere nitebantur.

C

Act. 5. 4.

Et Ambroſius lib. *de pœnitentia*, cap. IX. lib. II. tales offerentes & ſubtrahentes dicit eſſe ſacrilegos: AMBROSIUS. Sunt (inquit) qui opes ſuas dicantes tu- ,, multuario mentis impulſu, non judicio per- ,, petuo, ubi Eccleſiæ contulerunt, poſtea revocan- ,, das putaverunt: quibus nec prima merces gra- ,, ta* eſt, nec ſecunda: quia nec prima judicium ,, habuit, & ſecunda habuit ſacrilegium. Sunt quos ,, pœnituerit opes ſuas dimiſiſſe pauperibus: ſed ,, eos qui pœnitentiam agunt, hoc ſolum pœ- ,, nitere non debet, ne ipſius pœnitentiæ agant ,, pœnitentiam. Nam plerique futuri ſupplicii ,, metu peccatorum ſuorum conſcii pœniten- ,, tiam petunt; & cum acceperunt, publicæ ,, ſupplicationis revocantur pudore. Hi videntur ,, malorum pœnituiſſe pœnitentiam, agere bono- ,, rum. ,, Hæc Ambroſius.

Ambroſius To. 2. pag. 434. num. 85.

* M. rata

D

* M. petiiſſe

Et ſi praxim attendimus Synagogæ, in Exodo legimus cap. XXXV. quod omnis Iſrael, tam viri, quam mulieres, ſua ſponte *obtulerunt donaria ut fierent opera quæ juſſerat Dominus per manum Moyſi. Cuncti filii Iſrael voluntaria Domino dedicaverunt*.

Ex. 35. 29.

E

Et tandem paulo poſt principium capituli ſubinfertur: ,, Artifices vero compulſi dixerunt Moy- ,, ſi: plus affert populus, quam neceſſe ſit. ,, Juſſit ergo præconis voce Moyſes cantari, ,, ut nec vir nec mulier quidquam offerat in ,, opere Sanctuarii. Sicque ceſſatum eſt a mu- ,, neribus offerendis, eo quod oblata ſufficerent ,, & ſuperabundarent. ,, Hæc non inutiliter recitat Spiritus Sanctus, etſi non propter illos, propter nos; ne quod devotus populus, quod Principes ſponte offerunt, vel obtulerunt Eccleſiæ, non ſua ſponte ſubducant.

Exodi 36. 4.

Quod ſi videant ſuperabundate in hac Eccleſia vel illa divitias; non eorum eſt (qui tantum videntur eſſe artifices) vel auferre illa ſuperflua, vel remandare illa profutura. Sed Moyſes & Prælatus præconem divinæ legis emittat*, & ſua auctoritate donatores compeſcat, victui neceſſaria miniſtrorum diſpenſet, & ſuſtentationi conſulat ſingulorum; ita ut nec donatores fruſtrentur a merito, nec donatarii laſciviant in neceſſario alieno.

* Ed. V. præconi divinæ legis committat

A

Hoc ſolum penſandum ad præſens, quod ſolus Moyſes & Prælatus Eccleſiæ poteſtatem habet moderandi eleemoſinas populorum, & vel plus accipere, vel accipiendum negare. Non hoc opificibus, qui ſufficientiam explorant Eccleſiæ; nec offerentibus, quamvis ſponte, hoc licet. Idcirco beatus Auguſtinus ſtricta uſus ſententia eſt, ſicut recitat de eo Poſſidonius ejus diſcipulus, dicens: POSSIDONIUS. Quod quidam ex honoratis Hipponen- ,, ſium apud Carthaginem vivens, Eccleſiæ ,, Hipponenſi poſſeſſionem dare voluit, & con- ,, fectas tabulas, ſibi uſuſructu retento, ultro ,, eidem ſanctæ memoriæ Auguſtino miſit: cu- ,, jus ille libenter accepit oblationem, congra- ,, tulans ei, quod æternæ ſuæ memor eſſet ſa- ,, lutis. Verum poſt aliquot annos nobis forte ,, cum eodem cominus conſtitutis, ecce ille ,, donator literas per filium mittens, rogavit, ,, ut illæ donationum tabulæ ſuo redderentur ,, filio; pauperibus vero direxit erogandos ſo- ,, lidos centum. Quo ille Sanctus cognito, in- ,, gemuit, hominem vel finxiſſe donationem, ,, vel cum de bono opere pœnituiſſe. Et quan- ,, to potuit, Deo ſuggerente cordi ejus, cum ,, dolore animi de eadem refragatione dixit, ,, in illius ſcilicet increpationem & correptio- ,, nem: & tabulas quas ille ſponte miſerat ,, nec deſideratas nec exactas, confeſtim red- ,, didit, pecuniamque illam reſpuit; atque ,, ſcriptis eumdem, ſicut oportuit, & arguit & ,, corripuit, admonens ut de ſua ſimulatione, ,, vel iniquitate, pœnitentiæ humilitate Deo ,, ſatisfaceret, ne cum tam gravi delicto de ,, ſæculo exiret. ,, Hæc Poſſidonius Africæ Epiſcopus* de vita Auguſtini.

Poſſidonius in vita Sancti Auguſtini.

B

C

D

* Calamenſis in Africa.

Ex quo dicto Poſſidonii patet quod Wicleffus male recitavit Poſſidonium in *dialogo veritatis & mendacii* cap. X. dixiſſe eum ſcilicet, quod beatus Auguſtinus volebat cives Hipponenſes eas poſſeſſiones, quas ſibi dederant, rehabere. Quomodo enim volebat, jam audiſtis: nolens enim volebat plus quam volens, ut ipſi jam noſtis. De talibus etiam retrahentibus bona Eccleſiæ immobilia ſic habet ſanctus Urbanus Papa, qui diu præceſſit Silveſtrum: URBANUS. Hæc fratres ,, valde cavenda ſunt & timenda: quia res Ec- ,, cleſiæ non quaſi propriæ, ſed ut communes, ,, & Domino oblatæ, cum ſummo timore non ,, in alios, quam in præfatos uſus ſunt fideli- ,, ter diſpenſandæ, ne ſacrilegii reatum incur- ,, rant qui eas inde abſtrahunt ubi traditæ ſunt. ,, Et, quod pejus eſt, anathema maranatha (a) ,, fiant; & ſi non corpore, ut Ananias & Sa- ,, phira, qui mortui ceciderunt; anima tamen, ,, quæ potior eſt corpore, mortui & alienati ,, a conſortio fidelium cadant, & in profun- ,, dum barathri labantur. ,, Hæc Urbanus in decreto, cap. II. Et idem ibidem in fine: ,, Attendendum eſt omnibus & fideliter cuſtodien- ,, dum, & illius uſurpationis contumelia depel- ,, lenda, ne prædia uſibus ſecretorum cœleſtium ,, di-

Urbanus I. Epiſt. 1. apud Labbeum To. 1. pag. 637.

12. q. 2. Res Eccleſiæ.

E

a Act. 5.

17. q. 4. attendendum eſt

(a) De Syriaca voce iſta jam dictum eſt ſupra lib. 2. cap. 42. num 4. in n.

„ dicata, a quibuſdam irruentibus vexentur.
„ Quod ſi quis fecerit, poſt debitæ ultionis
„ acrimoniam, quæ contra ſacrilegos jure exer-
„ cenda eſt, perpetua damnetur infamia, &
„ carceri tradatur, aut exilio perpetuo detrudatur:
1. Cor. 5. 5. „ quoniam juxta Apoſtolum tradi oportet hujuſ-
„ modi hominem ſathanæ, ut ſpiritus ſalvus A
„ ſit in die Domini. „ Hæc ille. Item in ſex-
ta Synodo (*a*) apud ſanctum Petrum, præſidente
a Synodus VI. apud Labbeum To. 5. pag. 513. ibi Symmacho Papa: SEXTA SYNODUS. Hi
„ qui res Eccleſiæ juſſu vel largitione Princi-
„ pum, vel quorumdam potentum, aut qua-
„ dam invaſione, aut tyrannica poteſtate reti-
„ nuerint; & filiis, vel hæredibus ſuis, aut
„ (ut a quibuſdam jam factum audivimus)
„ quaſi hæreditarias reliquerint; niſi cito res
„ Dei, admoniti a Pontifice, agnita veritate
„ reddiderint, perpetuo feriantur anathemate. „
Hæc ille.

3. Terrore ergo tam multiformis & diræ ſen- B
tentiæ quidam Reges & Principes chriſtiani fa-
b cultates Eccleſiæ laudabiliter reſtituebant (*b*),
quas ante eos quidam ſacrilegi abſtulerant. Un-
Beda To. 2. pag. 116. & 117. de libro ſuo *de Temporibus* BEDA. Herebertus
„ (inquit) Rex Longobardorum multas Curtes*
c „ & patrimonia Alpium Coctiarum (*c*), quæ
* Ed. V. chartas „ quondam ad jus pertinebant Apoſtolicæ Se-
„ dis; ſed a Longobardis multo tempore fue-
„ rant ablata, reſtituit juri ejuſdem Sedis: &
„ hanc donationem aureis ſcriptam litteris Ro-
„ mam direxit. „ Hæc Beda ibidem. Item
* Sic Beda; ſed communiter nunc ſcribitur Luitprandus. ſubdit: „ Liutbrandus* Rex Longobardorum do-
„ nationem Alpium Coctiarum, quam Here- C
* Recentiores ſcribunt Aripertus. „ bertus * Rex fecerat, & ille repetierat, admo-
* ſupple ſecundi „ nitione venerabilis Papæ Gregorii * confirma-
„ vit. „ Hæc ille. Et iſta volui inſcribere, ut
ſciat Wicleffus, quod ſi aliquis ſatelles hæreti-
cus, ejus monitis inclinatus, facultates auſer-
ret Eccleſiæ, & alius poſt eum rapinas ejus, in-
ſtigante Spiritu Sancto, redimeret, juſte id face-
ret, reſtituens quod tyrannus, flagellans Eccle-
ſiam permiſſione divina, ſeditioſe diripuit: quia
ſcriptum eſt, quod non continebit Deus in ira
Pſal. 76. 10. ſua miſericordias ſuas. Simul & poſt hoc adim-
plendum non dubium, quod Spiritus Sanctus
per os David imprecatus eſt talibus: omnes D
Pſal. 82. 13. &c. principes eorum „ qui dixerunt, hæreditate
„ poſſideamus ſanctuarium Dei. Deus meus
„ pone illos ut rotam, & ſicut ſtipulam an-
„ te faciem venti. Sicut ignis, qui com-
„ burit ſylvam, & ſicut flamma comburens
„ montes, ita perſequeris illos in tempeſtate
„ tua, & in ira tua turbabis eos. „ Sævi-
ant, lacerent, ingraſſentur ut volunt, immo
quod poſſunt, ut interficiant hæredem; vere
non gaudebunt hæreditate pauperis Chriſti.

CAPUT XLI.

E Quod Eccleſiaſticæ perſonæ tenentur ſubvenire Principibus, & laicis perſonis de bonis Eccleſiæ, ubi exceſſiva adeſt egeſtas.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Eccleſia, imminente neceſſitate, bona ſua largitur, non ſolum jis a quibus ea accepit, gratitudinis memor, ſed illis etiam a quibus non accepit, & cur.*
2. *Eccleſiæ theſauros qua ratione oporteat exponere, ſanctorum Patrum authoritate demonſtrat.*

1. NOn tamen in prædictis intendit Eccle- A
ſia docere clericos ſuos retinacula cu-
piditatis, ita ut non liceat Eccleſiaſticis mini-
ſtrare Principibus, vel aliis laicis perſonis ad
ſuam neceſſitatem de bonis Eccleſiæ: ſed ne ad
libitum ſubtrahantur invita. Vult enim Eccle-
ſia laicas perſonas, cum neceſſe habuerint, par-
ticipare de bonis quæ contulerunt Eccleſiæ.
Immo, etſi nihil collatum ſit, priuſquam ſcan-
dalizari debeant, conſulit, ut exacta recipiant,
quemadmodum Chriſtus Matth. XVII. *Ut autem* Matth. 17. 26.
non ſcandalizemus eos, inquit, (*d*) *vade ad ma-* d
re &c. Multo magis ſcandalizaret Eccleſia ſæ-
culares, ſi ex his quæ libere contulerunt, quan-
B talibet neceſſitate conſtringente *, nullas bene- * al. ſtringente
ficii ſui vices reciperent. INHUMANUM ENIM
EST nimis, & amicitiæ legibus obvium, ubi
beneficentia & amicitia præterita, urgente * ne- * Ed. V. ve-
ceſſitate, amicum non habet propitium. Sed
quid ſic loquimur, cum non de talibus Eccleſia
criminatur? Quia ſic Wicleffus blaſphemat, ſic
eccleſiam ſcandalizat in libro ſuo Evangelico,
quem intitulavit *de ſerm. Dom. in monte*, Tra-
ctatu 11. cap. XIII. ubi tractat octuplex *veh*:
„ Non dubium (inquit) quin clerus noſter ho- Wicleffus
„ diernus iſto *veh* ſpecialiter irretitur, ut ma-
„ gnificans * ſacrilegium tamquam peccatum * Cod. Vat. cum magnificamus
C „ graviſſimum, & introducens * opinionem de
„ re ſacra, quod quidquid datum ſit, vel de- * Cod. Vat. introducimus
„ dicatum Eccleſiæ, illud eo ipſo eſt ſacrum,
„ & auferre illud a vocata Eccleſia, eſt ſummus
„ gradus ſacrilegii, ſicut dicunt. Et ſic bona
„ poſſunt per laicos conferri Eccleſiæ; ſed in
„ nullo caſu auferri ab ea. Et ita cumulantur
„ temporalia uſque ad putredinem, tam eorum,
„ quam clericorum occupantium: quia ſimile
„ eſt, ac ſi illa temporalia fuiſſent in tartaris
„ devorata: quia, ut aſſerunt, licet laicis val-
„ de meritorie dare illis bona tam mobilia,
„ quam immobilia; ſed poſtquam illa fuerint
D „ per illam donationem ſtolidam conſecrata,
„ non licet clero reddere illa bona, quantum-
„ cumque brachium ſæculare eguerit, & lex
„ Dei docuerit, quod non habeant illa bona:
„ quia, ut inquiunt, committerent grave ſa-
„ crilegium ſic reddendo. „ Hæc Wicleffus.
Quia ergo tale ſcandalum Wicleffus clericis im-
putavit, purget ſe clerus catholicus, & jam in
palam ducat quid ſuper hoc decreverint ſacer-
dotes. Chriſtus Jeſus declaravit Petro ſe non
debere dare tributum, quia filius Regis erat;
ne tamen ſcandalizaret exactores tributi, mi- Matth. 17. 26.
ſit Petrum ad mare, & de ſtatere invento in
E ore piſcis ſolvit didragma Matth. XVII. Super
quem textum dicit in *Commentario* HIERONY- Hieronymus
MUS. Dominus noſter & ſecundum carnem & To. 7. pag. 136.
„ ſecundum ſpiritum filius erat Regis, vel ex
„ David ſtirpe generatus. Ergo tributa, quaſi
„ Regum filius non debebat; ſed qui humili-
„ tatem carnis aſſumpſerat, debuit adimplere
„ omnem juſtitiam. „ Hæc Hieronymus. Et
clerici conformiter, quamvis ratione clericatus a
vectigalibus ſæculi debent eſſe immunes; tamen

(*a*) Eſt Romana ſexta Synodus ſub Symmacho Papa an. Dom. 504. celebrata.

(*b*) Prædictæ Romanæ Synodus decreto paruit Rex Theodoricus, uti videre eſt apud Caſſiodorum lib. 2. *Var.* Epiſt. 29. quoad bona Eccleſiæ Mediolanenſis intra Siciliam conſtituta; & lib. 4. Epiſt. 17. pro poſſeſſionibus Eccleſiæ Narbonenſis.

(*c*) *Alpes Cottiæ* Italiam ad occidentem a Gallis & Allobrogis ſeparant; ita olim dictæ a Rege *Cotto* ſeu *Cottio*, qui Secuſienſi in urbe reſidens illis dominabatur regionibus. Poſt *Cottii* obitum a Nerone Imperatore illud regnum in provinciam redactum fuit. Nunc ſub invictiſſimo Sardiniæ Rege avitæ ſuæ felicitati non invidet.

(*d*) Loquitur de tributo, quod Cæſari Chriſtus ſolvere non dedignatus eſt, etſi a Cæſare nihil ſubſidii temporalis unquam habuiſſet.

Clerici principibus debent fieri liberales.

quia homines SUIS PROXIMIS, MAXIME Principibus, debent fieri liberales, Hoc dico, ſi, quod præcipuum eſt, prædiorum fuerint poſſeſſores; non ſic ex debito, ſi fuerint cum Chriſto, & Apoſtolis, temporalibus deſtituti. Unde Ambroſius *ſuper Lucam* IX. lib. cap. IV. illius libri, tractans prædictum textum Matth. XVII. AMBROSIUS. (Ambroſius To. 1. pag. 1502.) Poſtulatus (inquit) didragma, quærit „ de imagine: alia enim imago Dei, alia „ imago mundi. Unde & ille nos admonet: „ *Sicut portavimus imaginem terreni illius, portemus imaginem hujus cœleſtis*. (1. Cor. 15. 49.) Imaginem Cæſaris non habet Chriſtus, quia imago Dei „ eſt. Imaginem Cæſaris non habet Petrus, „ quia dixit: *Reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te*. (Matth. 19. 27.) Imago Cæſaris non reperitur in Jacobo vel Joanne, quia filii tonitrui. (Marci 3. 17.) Sed reperitur in mari, ubi dracones illi ſunt contritis „ capitibus ſuper aquam; & ipſe draco major „ comminutus caput, datur in eſcam populis „ Æthiopum. (Pſal. 73. 14.) Si ergo non habuit imaginem „ Cæſaris, cur dedit cenſum? Non de ſuo dedit; ſed dedit mundo quæ erant mundi. Et „ tu ſi non vis eſſe obnoxius Cæſari, noli habere quæ mundi ſunt. Sed ſi habes divitias, „ obnoxius es Cæſari. Et ſi vis nihil Regi debere terreno, dimitte omnia tua, & ſequere „ Chriſtum. „ Hæc Ambroſius. Vides quam plane unus magnus Sacerdos jam cæteros docuit Sacerdotes in neceſſitate Cæſaris Cæſari debere eſſe obnoxios, *ſi* (quod Cæſaris imago eſt) *terrenorum fuerint poſſeſſores*. Ad idem lib. II. *de Sacramentis*, ſecunda parte cap. VII, HUGO. (Hugo To. 3. pag. 383.) Diligenter attendendum, quod Eccleſia, „ licet fructum terrenæ poſſeſſionis in uſum „ accipiat; poteſtatem tamen exercendæ juſtitiæ per Eccleſiaſticas perſonas, aut judicia „ ſæcularia exercere non poteſt. Poteſt tamen „ miniſtros habere laicas perſonas, per quas „ jura & judicia ad terrenam poteſtatem pertinentia, ſecundum tenorem legum, & debitum juris terreni exerceat. Sic tamen ut & „ ipſum quod poteſtatem habet, a principe terreno ſe habere cognoſcat; & ipſas poſſeſſiones nunquam ita a regia poteſtate elongari „ poſſe intelligat, quod ſi ratio poſtulaverit & „ neceſſitas, & illis ipſa poteſtas debeat patrocinium; & illi ipſæ poſſeſſiones debeant in „ neceſſitate obſequium. Sicut enim regia poteſtas, patrocinium quod debet, alteri non „ poteſt dare; ſic ipſa poſſeſſio, etiam ab Eccleſiaſticis perſonis obtenta, obſequium quod „ regiæ poteſtati pro patrocinio debetur, jure „ negare non poteſt (*a*); ſicut ſcriptum eſt, „ *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo*. (Matth. 22. 21.) „ Hæc Hugo.

2. Nec hoc ſolum; immo tanta largitate fulgent Doctores Eccleſiæ, ut non ſolum ad impenſas Principum; ſed etiam ad ſepulturas fidelium faciendas, Baſilicas fabricandas, captivitates hominum redimendas; ſi aurum deſit Eccleſiæ, frangendos dicunt calices, & quantacumque vaſa ſacra cum omni celeritate conflanda. Unde lib. II. *de officiis*, cap. XXVIII. verſus finem libri, AMBROSIUS. (Ambroſius To. 2. pag. 104. num. 141.) Laurentius qui „ aurum Eccleſiæ maluit erogare pauperibus, „ quam perſecutori erogare *, (* M. reſervare) pro ſingulari ſuæ „ interpretationis vivacitate ſacram martyrii „ accepit coronam. Numquid dictum eſt ſancto Laurentio: Non debuiſti erogare theſauros Eccleſiæ, & vaſa Sacramentorum vendere? Opus eſt ut quis fide ſincera, perſpicaci „ providentia munus hoc impleat. Sane ſi in „ ſua aliquis derivat emolumenta, crimen eſt: „ ſin vero pauperibus erogat, captivum redimit, miſericordia eſt. Nemo enim poteſt dicere; cur pauper vivit? Nemo poteſt queri, „ quia captivi redempti ſunt. (12. q. 2. cap. Aurum §. Nemo poteſt.) Nemo poteſt accuſare quia templum Dei eſt ædificatum. „ Nemo poteſt indignari, quia humandis fidelium reliquiis ſpatia laxata ſunt. Nemo poteſt dolere, quia in ſepulchris, aut in ſepulturis chriſtianorum requies eſt defunctorum. „ In his tribus generibus vaſa Eccleſiæ etiam „ initiata confringere, conflare, vendere licet. „ Hæc Ambroſius. Amplius etiam ad hoc idem habes in decretis c. XII. q. II. cap. *Aurum*. (Gratianus pag. 1147.) Hanc ſententiam Ambroſius docuit; & ſervavit in praxi egregius Auguſtinus, ut recitat de eo in lib. de vita ejusdem Antiſtes POSSIDONIUS. (Poſſidonius cap. 24. vita ſancti Auguſtini.) Interea (inquiens) dum Eccleſiæ pecunia „ deficeret, hoc ipſum populo chriſtiano denunciabat, non ſe habere quod indigentibus „ erogaret. Nam & vaſa Dominica quam plurima frangi & conflari jubebat (*b*), & indigentibus diſpenſari. Quod non commemoraſſem, niſi contra carnalem ſenſum quorumdam fieri providerem *. (* M. perviderem) Et hoc ipſum etiam „ venerabilis memoriæ Ambroſius * (* lib. 2. Offic. cap. 28.) in talibus „ neceſſitatibus indubitanter eſſe faciendum & „ dixit & ſcripſit. „ Hæc ibi. Ubi jam ſunt mendacia Wicleffi, qui dicit jam Eccleſiaſticos aſſerere, quod quantumcumque eguerit brachium ſæculare, non licet reddere clero illa bona? Jam audiſtis Eccleſiaſticos magnos & docuiſſe oppoſitum & feciſſe. Hoc tantum negant, quod ſint rapienda arbitrali voluptate prædonum.

CAPUT XLII.

Quod omnes Eccleſiaſtici ſunt pauperes; & de latitudine paupertatis eorum.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Plures eſſe gradus paupertatis declaratur, & quis prior ſit.*
2. *Secundus gradus paupertatis, quis.*
3. *Tertius gradus manifeſtatur.*
4. *Quartus gradus.*
5. *Quintus gradus.*
6. *Quomodo ex his Wicleffi argumentum perfunctorium facile ſolvi poſſit, oſtenditur.*

1 ORdo tandem invectionis hæreticæ hoc exigit importune, ut dicatur ex parte fidelium, quæ ſit paupertas Eccleſiæ, & quod ejus dominium: quia ipſe omnes Eccleſiæ clericos ſub una confuſionis imagine cogit ad altiſſimam Chriſti paupertatem, & Apoſtolorum ejus. Unde in *ſupplemento Trial.* cap. II. dicit WICLEFFUS. (Wicleffus) Videtur mihi propinquum fidei, ſi„ ve

(*a*) Plura de his videſis apud Natalem Alexand. Sæc. 9. cap. 5. art. 7. ubi *de immunitatibus & oneribus Clericorum*. Ibi memorantur annua dona Regi Chriſtianiſſimo a Clero Gallicano oblata; onera etiam quæ idem Clerus portabat ſuppeditandi militiam, manſionaticum, aliaſque cenſus Regi: porro decreta quibus docetur quod ab antiquo poſſeſſiones terrenæ a tributis immunes non fiebant, cum in jus tranſibant Eccleſiæ.

(*b*) Notat in præcedenti Editione Joannes Baptiſta Rubeus, quod idem ſuo tempore a Clero Neapolitano factum eſt pro redimendis a Saracenorum captivitate quinque millibus, quingentis & quinquaginta chriſtianis, qui omnes in civitatibus Surrenti & Maſſæ capti fuerant. Sed præter iſtud alia plura ſuppetunt Clericalis & Monaſticæ liberalitatis exempla. Clerus Gallicanus ſub Ludovico XIV. Magno, ſæpe ingentes pecuniarum copias ſponte contribuit, ut bellorum expenſis ſuppleret. Edmundus Martene *de monachorum ritibus* plura memorat Monaſteria, quæ in alendis pauperibus, iiſque per urbes quærendis & ſubveniendis magnas opes impendebant. Noviſſime poſt dirutam a terræmotu Ulyſſiponam, immenſis pauperum turbis annonam quærebant, porrigebantque Clerici & Monachi Luſitani.

„ ve fides, quod omnes clerici, & ſpecialiter „ Prælati Eccleſiæ, debent vivere exproprietarie „ ſicut Chriſtus; & per locum a majori, ſicut „ vixerunt Sacerdotes veteris teſtamenti „ -- Et damnans dominium patrimonii, dicit in *Dia-* „ *logo veritatis & mendacii*. c. XIX. -- Quantum „ ad rationem patrimonii Crucifixi, patet quod „ multiplicas blaſphemias contra clerum: quia „ magnum peccatum eſt ſic prævaricari in man- „ datum Domini *. Sed major blaſphemia eſt „ imponere Chriſto, quod ipſe approbat, & „ neceſſitat clericos ſic peccare. Sic enim tam- „ quam alter Adam nititur clerus ſuam culpam „ in Dominum retorquere: *Mulier* (inquit) „ *quam dediſti mihi &c.* Gen. III. Clerus au- „ tem mentitur minutive longe abjectius, quia „ dicit, quod Chriſtus in ligno fuerat crucifi- „ xus, ut clerus ſuus poſtmodum taliter domi- „ naretur. Sed quæ major blaſphemia, quam „ quod clerus Chriſti, virtute ejus paſſionis „ pauperis & humilis, debet ſic toto ſæculo „ dominari? „ Hæc Wicleffus. Hæc jam dicta Wicleffi, per infinita loca multiplicata voluminum ejus, duorum poſtulant fundationem expreſſam: quæ ſit paupertas clericorum, & dotatæ Eccleſiæ quantum ad primum; & quid ſit ejus dominium pro ſecundo; quia certum eſt nullum poſſe vivere *, nec debere vivere * de bonis Eccleſiæ, de patrimonio pauperis crucifixi, niſi ſub titulo paupertatis. Et iterum hæc ipſa bona non vagantur ſine domino; quia rerum dominia non debent eſſe incerta. Creditur ergo primo, multos eſſe gradus Eccleſiaſticæ paupertatis. Quidam enim ſunt pauperes per abdicationem omnis illiciti uſus rei temporalis ad turpe commodum, & propriam voluptatem; & etiam per abdicationem omnis affectionis rei temporalis illicitæ: & ſic omnes chriſtiani ſunt pauperes ex profeſſione baptiſmali, ſecundum illud, *Non concupiſces*; & illud, *Divitiæ ſi affluant, nolite cor apponere*. Quæ paupertas, quamvis compatiatur ſecum quantaslibet divitias ſecundum ſuam ſubſtantiam, de quanto tamen refrænat mentem ab illicito omni uſu, eſt paupertas: ſicut caſtitas conjugalis, eſt quidem caſtitas, quamvis compatiatur ſecum frequens exercitium officii conjugalis. Et ad hanc paupertatem intendebat Chriſtus obligare ſingulos chriſtianos, quando dixit in Evangelio: *Niſi quis renunciaverit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus*. Sic Apoſtolus Paulus dicit de Macedonienſibus, quod fuerint pauperes altiſſima paupertate, & cum hoc divites: quia quamvis tenues in ſubſtantia, divites tamen largo donationis affectu. *Altiſſima* (inquit) *paupertas abundavit in divitias ſimplicitatis eorum*, II. cor. VIII. Et hic eſt primus gradus paupertatis chriſtianæ.

* *Wicleffus ſic loquentem fingit Pſeudim, cui ſtatim reſpondet.*

Gen. 3. 12.

* al. deſerre
* al. deſerre

Quomodo Chriſtiani omnes ſint pauperes.

Ex. 20. 17.
Pſal. 61. 11.

Luc. 14. 26.

2. Cor. 8. 2.

2. Secundus gradus eſt quo alii addunt ſuper hoc, abdicantes omnem uſum ſæcularem rei temporalis, exponentes omnia ad Dei cultum, & opera pietatis; & ſi quid proprium habuerint, locant illud inter communia bona Eccleſiæ. Et ſic omnes clerici vi clericatus tenentur eſſe pauperes, & ſunt perfecte pauperes, eo quod omne bonum mobile, vel immobile, de communi Eccleſiæ, vel de ſuo patrimonio, vel peculio perſonali, non ad proprium commodum, nec ad actus ſæculares, ut negotiationes, terrarum procurationes, bella juſta, vel hujuſmodi; qualiter laici licite poſſent: ſed ad Eccleſiarum fabricationes, pauperum ſuſtentationes, & alios ſanctos uſus, quæ habent diſpenſant. Unde *de vita contemplativa* circa medium, Prosper. Expedit (inquit) facultates Eccleſiæ „ poſſidere, ut inde vivant qui non ſæculo, cujus „ gaudia repudiant, ſed Deo deſerviunt, cujus ineffabilia bona deſiderant. De talibus videtur di- „ cere Apoſtolus: *Qui in Sacrario operantur, quæ* „ *de Sacrario ſunt, edunt; qui altario deſerviunt,* „ *de altario participant*. Qui niſi hoc de con- „ temptoribus ſuarum facultatum vellet intel- „ ligi, nunquam ſecutus adjungeret: *Ita &* „ *Deus ordinavit iis, qui Evangelium denun-* „ *ciant, de Evangelio vivere*. De Evangelio „ vivunt, qui nec habere proprium volunt, „ nec habere concupiſcunt: nec ſunt ſuorum, „ ſed communium poſſeſſores. „ Hæc Proſper -- Item idem ibidem cap. XI. -- Itaque Sacerdos, „ cui diſpenſationis cura commiſſa eſt, non „ ſolum ſine cupiditate, ſed in omni laude „ pietatis accipit a populo diſpenſanda, & fi- „ deliter diſpenſat accepta: qui omnia ſua „ aut reliquit, aut Eccleſiæ rebus adjun- „ xit, & ſe in numero pauperum, paupertatis amore conſtrinxit; ita ut unde pauperi- „ bus ſubminiſtrat, inde & ipſe vivat tamquam „ pauper voluntarius. Clerici quoque, quos „ pauperes aut voluntas aut neceſſitas fecit, „ cum perfectione virtutis vitæ neceſſaria ſive „ in domibus ſuis, ſive in congregatione vi- „ ventes accipiant, quia ad ea accipienda non „ eos habendi cupiditas ducit, ſed cogit vi- „ vendi neceſſitas. „ Hæc ille.

Clerici omnes vi clericatus tenentur eſſe pauperes.

* Proſper *lib. 2. cap. 13. & 14. pag. 27.*

1. Cor. 9. 13.

Ibid. 14.

3. Sed ad incœpta revertamur, poſtquam expedivimus quæ a retro ſunt. Eſt adhuc tertius gradus pauperum, qui renunciant poſſeſſioni rei temporalis in proprio perſonali, ſed non proprio communitatis, ſive congregationis ſuæ; immo in communi intendunt poſſidere unde victum ſuſtentent: & in hoc gradu ſunt monachi & monachæ, & cæteri Religioſi, qui abdicant rem temporalem in proprio perſonali: intendunt tamen aliquid poſſidere in communi. Et inde eſt quod conſumptis bonis temporalibus ſui monaſterii, non tenentur ad obſervantias monaſteriales (*a*), ut creditur.

4. Quartus gradus eſt, quo quidam ardentius proficiſcentes, abdicant omne proprium perſonale cum intentione perſeverandi, etſi nihil habeant in communi: ſed ad relevandam ſuam inopiam ſponte potius eligunt mendicare pro Chriſto, quam quod voverunt ſemel omittere. Et in hoc gradu reputo FRATRES MENDICANTES, QUI DE FACTO IN SUO COMMUNI POSSUNT dotationem admittere; & ideo mendicare non profitentur, ut multi decepti putant, ſed in promptitudine animi potius habent mendicare pudice, quam quod profeſſi ſunt, impudice deſerere. Et hanc paupertatem optavit quandoque ſancta Paula pro Chriſto, ſicut dicit de ea ſanctus Hieronymus, quod teſtem invocaret Dominum, ſe pro illius nomine cuncta facere, & hoc habere voti ut mendicans ipſa moreretur *. Et hoc modo multotiens contingenter mendicabant Apoſtoli: & hæc paupertas quamvis quandoque non ſit in actu propter concurſum ſufficientiæ victus; in ipſo tamen habitu, & in præparatione animi habet magnum meritum, & perfectionis gradum;

Fratres Mendicantes non profitentur mendicare.

Hieronymus *To. 1. Epiſt. 108. pag. 700. n. 15.*

* *Vide ſupra cap. 6. hujus libri, num. 3.*

(*a*) Excipe obſervantias eorum, quæ ſunt voto promiſſa, aut ſimpliciter ad ſtatum monaſticum vel etiam ſacerdotalem pertinent; ut ſunt obedientia Prælatis, caſtitas, paupertas perſonalis, geſtatio habitus monaſtici, recitatio horarum Canonicarum, & ſimilia. Atque hic valet illud Waldenſis effatum ſupra cap. 16. num. 2. *Stricta neceſſitas mutat exercitium, non ſolvit promiſſum.*

dum; ſicut illæ perfectiones Evangelicæ de præbendo alteram maxillam, & relinquendo pallium (quæ ſecundum animi præparationem debent intelligi, & non ſolum ſecundum actum) ſecundum Auguſtinum *de ſerm. Dom. in monte* * ſunt perfectiones in habitu, qui radix eſt virtutum.

Matth. 5. 39.

* *To. 3. lib. 1. num. 57. 58. & 59.*

5. Alius eſt adhuc gradus paupertatis, & prædictis multo ſublimior, relinquendo omnia, quæ evenire poſſunt ad proprium uſum ſeparatim ab aliis, tam in proprio, quam in communi, & ſolum guſtando vel ſuſtinendo victum communiter cum aliis. Et alia quædam interponi debent, ſed præ altitudine rei non faciliter eam deſcribo; ſed hanc intendo, quam Chriſtus obſervavit in perſona ſua, maximus dominus, & infimus ſervus; immo præ exinanitione ſui pene nihil factus: non homo, ſed vermis, Dominus opulentus & mendicus macilentus ſecundum Fulgentium*. Qualis & quanta fuit iſta paupertas, neſcio; ſed hoc ſcio quod fuit ſumma, metrum & menſura omnium paupertatum; & quod per ſuperabundantiam dicitur uni ſoli, & ſoli Chriſto conveniens; & una particula religionis Chriſti perſonalis, quæ nullum alium a ſe ipſo profeſſorem admittit: ſed ſicut ſummus gradus qualitatis continet eminenter & intenſive omnem gradum inferiorem; ita paupertas Chriſti continet eminenter omnem paupertatem licitam chriſtianam: cui quæ magis accedit, de tanto eſt perfectior: nulla tamen eſt ejuſdem perfectionis, quia nec ejuſdem gradus: ſed paupertas primi gradus eſt bona, ſecundi gradus melior, tertii adhuc ſanctior, quarti autem omnibus inferioribus melior eſt.

Pſal. 21. 7.

* *Serm. de Nat. Dom.*

6. Jam ergo locus ſuppetit, ut ſophiſma Wicleffi ſolvatur, cum ſic invehit * IV. *Trialogi* cap. XVI. „Apoſtolus (inquiens) II. Cor. VIII. ſupponens ut fidem, quod omnes debemus ſequi Chriſtum in moribus, *ſcitis* inquit, *gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cum eſſet dives, ut illius inopia vos divites eſſetis*. Cum ergo non valeat negari, quin oporteat omnes fideles ſequi Chriſtum in moribus, patet, quod in gradu ſuo oportet clericos ſpecialiter in paupertate humili ſequi ipſum. Unde religioſi noſtri confitentur concorditer, tamquam ſubſtantiam religionis ſuæ, obedientiam obſervandam Chriſto, paupertatem, & caſtitatem, quam ſervabant virgines huic ſponſo (a). „ Huic argumento perfunctorio ſcit quilibet reſpondere ſenſatus. Moneo tamen arguentem primo, ut attendat qualiter hic ſubtiliter, operante Spiritu ſancto, ipſe plane redarguit ſemetipſum. Nam *propter nos Chriſtus egenus factus eſt, ut illius inopia nos divites eſſemus*, intelligendo hic egeſtatem corporalem, & conformiter divitias corporales oppoſitas: quia aliter contra divitias clericorum non militat. Sed hæc propoſitio Apoſtoli non eſt blaſphema, ſed ſincera veritas chriſtiana: ergo falſe concluſiſti ſupra in principio hujus capituli, quærendo „ quæ eſt major blaſphemia, quam quod clerus Chriſti, virtute hujus paſſionis pauperis, debet ſic in ſæculo dominari?„ Jam enim audiſti, quod inopia Chriſti, & egeſtate, nos divites facti ſumus. Propter hoc inops factus eſt; ſed non inopia ſpiritualium rerum. Nec tantum voluit nos divites eſſe divitiis eorum ſpiritualium, ſed & temporalium. Congregavit enim clerum chriſtianum ſuo ſanguine, & eodem ſanguine dedicavit terram, & vitæ eis ſubbdia comparavit; ut tamen ipſi pauperes cum Chriſto paupere paſcerentur. Et hæc eſt paupertas clericorum veriſſima, ut nihil poſſideant, niſi de Chriſti domo, ideſt, Eccleſia: nihil ad proprium uſum, nihil etiam de proprio: ſed omnia reportantes in promptuarium commune Chriſti, & omnia inde ſumentes, nihil exponant, niſi propter Chriſtum & Eccleſiam. Si enim præter iſtam formam aliquid quiſpiam poſſederit, extra Chriſtum poſſidet, & extra portionem dominicam, eoque ipſo exorbitat a clero chriſtiano. Et hoc eſt, quod dicit hom. XVI. *ſuper Geneſim* ORIGENES. Vis ſcire, „ quid interſit inter ſacerdotes Domini, & ſacerdotes Pharaonis? Pharao terras concedit ſacerdotibus ſuis: Dominus autem ſacerdotibus ſuis non concedit partem in terra, ſed dicit eis: *Ego ſum pars veſtra*. Obſervate ergo qui hæc legitis omnes Domini ſacerdotes, & videte quæ ſit differentia ſacerdotum; ne forte qui partem habent in terra, & terrenis cultibus ac ſtudiis vacant, non tam Domini, quam Pharaonis ſacerdotes eſſe videantur. Ille eſt enim qui vult ſacerdotes ſuos habere poſſeſſiones terrarum, & exercere agri, non animæ cultum, ruri & non legi operam dare. Chriſtus autem Dominus noſter ſacerdotibus ſuis quid præcipit, audiamus: *Qui non renunciaverit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus*. Contremiſco dicens hæc. — Et infra — Sed ex hoc ſaltem commoniti feſtinemus implere, feſtinemus tranſire e ſacerdotibus Pharaonis, quibus in terrenis poſſeſſio eſt, ad ſacerdotes Domini, quibus in terra pars non eſt, quibus portio Dominus eſt. Talis enim erat & ille qui dicebat: *Tamquam egentes, multos autem locupletantes: ut nihil habentes, & omnia poſſidentes*. Paulus hic eſt, qui in talibus gloriatur. Vis audire, quid etiam Petrus de ſe ipſo pronunciet? Audi eum cum Joanne pariter profitentem, & dicentem: *Argentum & aurum non eſt mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: in nomine Jeſu Chriſti ſurge & ambula*. Vides ſacerdotum Chriſti divitias, vides nihil habentes, quanta & qualia largiuntur. Iſtas opes largiri non poteſt terrena poſſeſſio. „ Hæc Origenes. Ad idem etiam in Epiſt. *ad Nepotianum* de vita Clericorum, HIERONYMUS. Clericus, qui Chriſti Eccleſiæ ſervit, interpretetur primum vocabulum ſuum, & nominis definitione prolata, nitatur eſſe quod dicitur. Si enim *Cleros* græce, latine *Sors* appellatur; propterea vocantur clerici, quia de ſorte ſunt Domini, vel quia Dominus ipſe ſors, ideſt, pars clericorum eſt. Et quia ipſe eſt pars Domini, vel Domini partem habet, talem ſe exhibere debet, ut ipſe poſſideat Dominum, & ipſe poſſideatur a Domino. Qui poſſidet Dominum, & cum Propheta dicit: *Pars mea Dominus*, nihil extra Dominum habere poteſt. Quod ſi quidpiam aliud habuerit præter Dominum, pars ejus non erit Dominus. V. g. ſi aurum & argentum, ſi poſſeſſiones, ſi variam ſupellectilem, cum iſtis partibus Dominus pars ejus fieri non dignatur. Si autem ego pars Domini ſum, & funiculus hæreditatis

* *Ed. V. ma chinetur Wicleffus*

2. Cor. 8. 9.

Qualiter Clerici debeant eſſe poſſeſſores temporalium.

Origenes To. 2. pag. 31.

Num. 18. 20.

Luc. 14. 33.

2. Cor. 6. 10.

Act. 3. 6.

Hieronymus To. 1. Epiſt. 52. num. 5. pag. 256.

Pſal. 15. 5.

Pſal. 72. 26.

Pſal. 104. 11.

(a) Vult hæreticus per authoritatem Apoſtoli Clericos obligari ad eam paupertatis perfectionem, quam Chriſtus in propria perſona ſervavit; quæ perfectio, ut dixit Waldenſis paulo ſupra, nulli mortalium eſt communicabilis. Sed redarguitur Wicleffus ex eiſdem Apoſtoli verbis, quibus Clero Chriſtiano divitias temporales prompti demonſtratur.

„ tatis ejus; nec accipio partes inter cæteras „ Tribus, ſed quaſi levita & ſacerdos vivo de „ decimis, & altari ſerviens, altaris oblatione „ ſuſtentor: habens victum & veſtitum, his „ contentus ero, & nudam crucem nudus ſe- „ quar. Obſecro itaque te, *& repetens iterum* „ *iterumque moneo*, ne officium Clericatus, „ genus antiquæ militiæ putes, ideſt, NE LUCRA SÆCULI in Chriſti quæras militia, ne „ plus habeas, quam quando clericus eſſe cœ- „ piſti; & dicatur tibi, *Cleri eorum non pro-* „ *derunt eis*. „ Hæc Hieronymus ibidem. Utrobique excluditur a clericis ne quidquam poſſideant extra communem portionem Eccleſiæ, quæ pars & portio Domini dicitur: nullibi excluditur eis ipſa Dominica portio, niſi per Wicleffum. Conceditur ergo quod clerici ſequi Chriſtum in moribus & in paupertate tenentur. Sed ſciant aliud eſſe ſequi Chriſtum, aliud cum Chriſto ire. Sequuntur eum Epiſcopi, Clerici, & Præbendati; immo, quamvis remote, ſequuntur eum quilibet chriſtiani. Vere autem nullus noſtrum tenetur cum eo æquo paſſu & gradu ire in paupertatis perfectione: quia nulli noſtrum eſt hoc poſſibile.

Ex Virg. Æneid. 3.

Jerem. 12. 13. ſecundum LXX.

Aliud ſequi Chriſtum, aliud ire cum Chriſto.

CAPUT XLIII.

Quod Eccleſiaſtici nullatenus ſunt domini Eccleſiaſticarum rerum.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Dominium continet in ſe proprietatem, & prærogativam finis.*
2. *Cum in dominio duo ſint conſideranda, alterum materiale, reliquum formale; inde fit, ut Prælati Eccleſiarum nulla de cauſa ſint domini Eccleſiaſticarum rerum.*

1. TAndem de dominio Eccleſiæ urget adverſarius loqui: quia videtur ipſi in nullo diſtare a dominio ſæculari. Dominantur enim Eccleſiaſtici ſuper ſervos, beſtias, theſauros, & prædia, ſecundum utrumque principatum, deſpoticum & politicum, ſicut & cæteri ſæculares, ut aſtruit. Sed videamus quid veritas aſſerit, quantum ipſa veritas prima dignatur nobis aſſiſtere. Revera, quantum ad radicem dominii, ipſum continet duo: proprietatem, & prærogativam finis. Primum eſt quaſi materiale in dominio, quia Dominus verus non eſt ſine hoc quod ſit ſuum proprium illud, cui dominatur. Secundum eſt formale, ſcilicet, quod ipſe dominus ſit finis rerum propriarum, ut omnia diſponantur ad commodum, & bonum domini. Sive enim ſervi comedant, non ad bonum ſuum comedunt, ſed ut validius domino laborent: ſive theſaurus ſervetur, ſive ager ſeratur, omnia principaliter ad bonum domini referuntur. Per hæc duo, probat artificioſe Apoſtolus dominium Chriſti ſuper fideles ad Roman. XIV. *Nemo* (inquit) *noſtrum ſibi vivit, & nemo ſibi moritur*, ideſt, finaliter & principaliter, propter commodum proprium: *ſive enim vivimus, Domino vivimus: ſive morimur, Domino morimur. Sive ergo vivimus, ſive morimur, Domini ſumus*. Ibi inducit proprietatem Chriſti in nobis, propter ea duo, quæ neceſſario concurrunt ad verum dominium.

Dominium quid contineat & quid ſit.

Rom. 14. 7. & 8.

2. Concorditer negatur a Clero, quod Prælati Eccleſiæ ſunt vere domini Eccleſiaſticarum rerum: Primo, propter carentiam prærogativæ finalis: quia omnia bona Eccleſiæ non ſunt propter Prælatos, ſed propter Eccleſiam fidelium. NEC IPSA ECCLESIA EST PROPTER PRÆLATOS, ſed Prælati propter Eccleſiam. Et ideo dicuntur *paſtores* & *miniſtri*, quaſi ideo ſint, ut *paſcant*, ut *miniſtrent*. Et hoc tollit eis rationem dominandi, ſecundum illud 1. Petr. v. *Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei*. Et ſequitur: *Neque ut dominantes in Clero, ſed forma facti gregis*. Et illud Chriſti ad Apoſtolos: *Reges gentium dominantur eorum: & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur: vos autem non ſic. Sed qui major eſt veſtrum, erit tamquam minor, & qui præceſſor eſt, tamquam miniſtrator. Et quis major eſt? qui miniſtrat, an qui recumbit?* Quaſi diceret: Grex Eccleſiæ eſt de diſcumbentibus: vos autem de miniſtris. Quod plane dicit Apoſtolus 1. Cor. IV. *Omnia* (inquit) *veſtra ſunt, ſive Apollo, ſive Paulus, ſive Cephas, ſive mundus, ſive vita, ſive mors, ſive præſentia, ſive futura: omnia enim veſtra ſunt: vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei. Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorum Dei*. Secundo, Prælati non ſunt vere domini propter carentiam proprietatis. Unde *ſuper Joan.* hom. VI. AUGUSTINUS. Columba Eccleſia eſt. Quid clamas? Non „ devoravimus villas: columba illas habet. „ Quæratur quæ ſit columba, & an ipſa habeat. Nam noſtis fratres chariſſimi, quod „ villæ iſtæ non ſunt Auguſtini: & ſi vos non „ noſtis, & putatis me gaudere in poſſeſſione „ villarum, Deus novit. Ipſe ſcit quid de villis ſentiam, vel quid ſufferam. Novit gemitus meos, ſi mihi aliquid de columba impertiri dignatus eſt. „ Hæc Auguſtinus. Ubi plane negavit Auguſtinus ſe poſſeſſorem eſſe, & habere proprietatem in villis, quamquam Eccleſia ſua multis villis erat dotata. Sed columba illas habet (inquit) ideſt, Eccleſia: ita quod proprietas & verum dominium reſideat penes communitatem Eccleſiæ, non Prælatos. Sed ideo fideliter dicitur, quod Prælati ſolum ſunt domini *extenſive*, diſpenſative * puta; & hoc a Scripturarum loquendi more non deviat. Nam ſanctus Joſeph ſic legitur fuiſſe dominus Ægypti, ipſo dicente: „ Non veſtro conſilio, ſed „ Dei voluntate huc miſſus ſum: quia fecit me „ quaſi patrem Pharaonis, & dominum univerſæ domus ejus, ac principem in terra Ægypti: „ cum tamen non eſſet dominus proprietarius totius Ægypti, ſed diſpenſator tantum, vel procurator ejus. In hoc ſtatu dominii ſunt Prælati Eccleſiæ, ſive majores, ut Epiſcopi; ſive religioſæ perſonæ, ſive etiam minuti Prælati, qui de decimis vivunt. Unde Epiſt. XXXI. quæ eſt *ad Bonifacium militem*, AUGUSTINUS. Si privatim quæ nobis ſufficiunt poſſidemus, non ſunt illa noſtra, ſed pauperum, „ quorum procurationem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis uſurpatione damnabili vindicamus. Quidquid ergo nomine „ Eccleſiarum partis Donati poſſidebant, chriſtiani Imperatores legibus religioſis, cum ipſis „ Eccleſiis, ad catholicam * tranſire juſſerunt. „ Hæc Auguſtinus. Et ſanctus Urbanus Papa, qui dotationem primus induxit (*a*): URBANUS. Ipſæ vero res (inquit) in ditione ſingularum Parochiarum Epiſcoporum, qui locum tenent Apoſtolo-

Bona Eccleſiæ, non ſunt propter Prælatos ſed propter Eccleſiam.

1. Pet. 5. 2. & 3.

Luc. 22. 25. & 26.

1. Cor. 3. 22.

1. Cor. 4. 1.

Auguſtinus *To. 3. pag. 340. num. 25.*

Proprietas & dominium bonorum Eccleſiæ reſidet penes Eccleſiam.

* *al.* diſpenſativi

Gen. 45. 8.

Auguſtinus *To. 2. Epiſt. 185. cap. 9. pag. 657.*

* *ſubaudi* partem

(*a*) Quomodo Urbanus Papa dotationem Cleri primus induxerit, declaratur ſupra cap. 38. Jam ſiquidem ante Urbanum primum dotata erat Eccleſia.

„ ſtolorum erant & ſunt uſque adhuc, & futuris
„ ſemper debent eſſe temporibus. Ex quibus
„ Epiſcopi & fideles diſpenſatores eorum, o-
„ mnibus communem vitam degere volentibus
„ miniſtrare cuncta neceſſaria debent, prout me-
„ lius potuerint, ut nemo in eis egens inve-
„ niatur. „ Hæc Urbanus in decreto, cap. 11. A
Et in Epiſt. *ad Nepotianum* de vita Clericor.
Hieronymus To. 1. Epiſt. 52. num. 7. pag. 260. HIERONYMUS. Epiſcopi ſacerdotes ſe eſſe ſciant,
„ non dominos: honorent clericos quaſi cleri-
„ cos, ut & ipſi a clericis quaſi Epiſcopis ho-
„ nor deferatur. Scitum eſt illud oratoris Do-
a „ mitii (*a*): *Cur te* (inquit) *habeam ut princi-*
„ *pem, cum tu me non habeas ut ſenatorem?* Quod
„ Aaron & filii ejus ſunt, hoc eſſe Epiſco-
„ pum & presbyteros novimus. Unus Domi-
„ nus, unum templum; unum ſit etiam Eccle-
„ ſiæ miniſterium. Recordetur quod Apoſto-
„ lus Petrus præcipiat Sacerdotibus dicens: *Pa-*
1. Pet. 5. 2. &c. „ *ſcite eum, qui in vobis eſt gregem Domini*, B
„ *providentes non coacte, ſed ſpontanee ſervis*
„ *Domini; neque turpis lucri gratia, ſed volun-*
„ *tarie; neque ut dominatores in clerum, ſed*
„ *forma facti gregis ex animo, ut cum apparue-*
„ *rit princeps paſtorum percipiatis immarceſſi-*
„ *bilem gloriæ coronam*. „ Hæc Hieronymus.
Et in Concilio Apoſtolorum, cui eſt titulus *de quinquaginta capitulis*, cap. XI. CONCILIUM APOSTOLICUM. Epiſcopus Eccleſiaſticarum rerum
Concilium Apoſtolorum apud Labbeum Tom. 1. „ pro diſpenſatione pauperum habeat poteſta-
„ tem. „ Nullibi exprimitur adhuc Apoſtolorum dominatio, ſed nec Epiſcoporum, qui ſucceſſores ſunt eis & hæredes; idcirco *quod morte* C
Hebr. 7. 23. *prohiberentur permanere*: ſed miniſterium, & diſpenſatio injuncta eſt; & hoc ipſi fatentur ſibi ſufficere, ſcientes quod non ſunt Patribus meliores. Et iterum: propinquius hæret poteſtati Pontificum verbum principis cœli, quam aurum principis hujus mundi, quia verbum Dei eſt principalis cultus in inveſtitura Pontificis; non ſic aurum, non prædia: ſed non eſt Dominus verbi, ſed diſpenſator, dicente
1. Cor. 9. 17. Apoſtolo: *Diſpenſatio mihi credita eſt, veh mihi ſi non evangelizavero:* vere ergo non creſcet poteſtas Epiſcopi ut dominetur in aurum, qui dominari non valet in verbum. Majorem enim D poteſtatem conceſſit Petro Chriſtus quam Cæſar: Petro autem non dimiſit aurum, ſed verbum; non prædiorum proprietates, ſed *paſce*
Joan. 21. 17. *oves meas*. Hoc igitur putet ſe eſſe magnus Sacerdos, quod ſibi dimiſit tamquam ſucceſſori legitimo ſanctus Petrus. Unde ad Papam Eugenium BERNARDUS. Non eſt locus otio, ubi
Bernardus To. 1. lib. 2. cap. 6. pag. 425. num. 10. „ ſedula urget ſollicitudo omnium Eccleſiarum.
„ Nam quid tibi aliud dimiſit ſanctus Apoſto-
„ lus? *Quod habeo* (inquit) *hoc tibi do*. Quid E
Act. 3. 6. „ illud? Unum ſcio: non eſt aurum & argen-
„ tum, cum ipſe dicat: *Argentum & aurum*
„ *non eſt mihi*. Cum tamen habere contingat,
„ utere non pro libitu, ſed pro tempore. Sic
„ eris utens illis, quaſi non utens. Ipſa qui-
„ dem quantum ad illud quod ad animi bo-
„ num ſpectat, nec bona ſunt, nec mala: u-
„ ſus tamen horum bonus, abuſio mala,
„ ſollicitudo pejor, quæſtus turpior. Eſto ut
„ alia quacumque ratione hæc tibi vendices;
„ ſed non Apoſtolico jure. Nec enim tibi da-
„ re ille quod non habuit, potuit. Quod ha-
„ buit, hoc dedit: ſollicitudinem, ut dixi, ſu-
„ per Eccleſias. Numquid dominationem? Au-
1. Pet. 5. 3. „ di ipſum: *Non dominantes*, ait, *in clero, ſed*
„ *forma facti gregis*. Et ne dictum ſola humi-
„ litate putes, non etiam veritate; vox Domi-
„ ni in Evangelio eſt, *Reges gentium dominan-* Luc. 22. 25.
„ *tur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper*
„ *eos, benefici vocantur*. Et infert: *Vos autem*
„ *non ſic*. Planum eſt: Apoſtolis interdicitur
„ Dominatus; ergo tu tibi ne uſurpare audeas
„ aut dominans Apoſtolatum, aut Apoſtolus
„ dominatum. Plane ab alterutro prohiberis:
„ ſi utrumque ſimul habere voles, perdes utrum-
„ que. — Et ſequitur — At ſi interdictum te-
„ nemus, audiamus edictum: *Qui major eſt* Luc. 22. 26.
„ *veſtrum*, ait, *fiat ſicut minor, & qui præceſ-*
„ *ſor eſt, ſicut qui miniſtrat*. Forma Apoſtoli-
„ ca hæc eſt: dominatio interdicitur, indici-
„ tur miniſtratio; „ Hæc Bernardus *de conſideratione ad Eugenium* lib. II. cito poſt principium.

CAPUT XLIV.

Quod per hoc ſine repugnatione profeſſores Religionis perfectæ poſſunt in Epiſcopatu ſubire officium diſpenſationis Eccleſiaſticæ.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Cum Eccleſiarum Paſtores non domini, ſed diſpenſatores ſint rerum Eccleſiaſticarum, non repugnat profeſſori paupertatis in Epiſcopum eligi.*
2. *Neque id eſt mittere manum ad aratrum & reſpicere retro: immo vero tunc erraret Religioſus, quando in Epiſcopum electus, ad monaſterii quietem rediret.*
3. *Si Chriſtus Judæ profeſſori paupertatis commiſit pauperum theſauros; cur moderni ejuſdem paupertatis profeſſores idem munus citra voti injuriam non ſuſcipient?*
4. *Profeſſoribus paupertatis non ſolum licet ſub infula Epiſcopali curam diſpenſandi ſuſcipere; verum etiamſi clauſtrum non exeant, eis licet vel ſuam, vel ſæculi hæreditatem diſtribuere, vel aliqua Fratribus in clauſtro diſpenſanda recipere.*

1. HAc ipſa ratione religioſi viri non ſunt prævaricatores profeſſionis ſuæ, ſi onus diſpenſationis Eccleſiæ legitima vocatione ſubierint. Nec ipſi metas excedunt paupertatis profeſſæ, quando per ſuſceptionem officii paſtoralis, non divitiarum poſſeſſores, ſed pauperum ſervitores extiterint. Pro modico reputatur pauperem eſſe vere: ergo pro minus modico pauperi tamquam Domino miniſtrare, dicente Domino ad Apoſtolos: *Quis major eſt? qui mini-* Luc. 22. 27.
ſtrat an qui recumbit? Et iterum: *Fidelis ſer-* Matth. 24. 45.
vus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, ut det illis cibum in tempore. Unde doctor Proſper in libello ſuo de facultatibus Eccleſiæ, movens quæſtionem alicujus, utrum *congregandis Fratribus, aut alendis, expediat Eccleſiæ facultates poſſideri, an perfectionis amore contemni*, reſpondet: PROSPER. Expedit facultates Ec- * Proſper in Append. pag. 24. cap. 9. de vita contempl.
„ cleſiæ poſſideri, & proprias perfectionis amore
„ contemni. Non enim propriæ ſunt, ſed communes Eccleſiæ facultates. Et ideo quiſquis
„ omnibus, quæ habuit, dimiſſis, aut vendi-
„ tis, fit rei ſuæ contemptor; cum Præpoſi-
„ tus factus fuerit Eccleſiæ, omnium, quæ ea
„ habet Eccleſia, efficitur diſpenſator. Dein-
„ de ſanctus Paulinus Epiſcopus (ut ipſi me-
„ lius

(*a*) Eſt L. Licinii Craſſi, qui Cn. Domitii Ænobarbi in Cenſura fuit collega, ut patet in 3. Ciceron. *de Oratore*. Unde legendum *Craſſi* pro *Domitii* monent Veronenſes Editores; & ſcribunt irrepſiſſe *Domitii* a Hieronymo ob memoriæ lapſum, ex eo quod cum *Craſſo* fuerit collega *Domitius*.

„ lius noſtis) ingentia prædia, quæ fuerunt
„ ſua, vendita pauperibus erogavit; ſed cum
„ poſtea factus eſt Epiſcopus, non contempſit
„ Eccleſiæ facultates, ſed fideliſſime diſtribuit.
„ Quo facto oſtendit & propria debere propter
„ perfectionem contemni, & ſine impedimen-
„ to perfectionis poſſe quæ ſunt Eccleſiæ com- A
„ munia poſſideri. Quid ſanctus Hilarius? Non-
„ ne & ipſe omnia ſua aut parentibus reliquit,
„ aut pauperibus vendita erogavit? Hic tamen,
„ cum merito perfectionis fieret Arelatenſis
„ Epiſcopus, quod illa Eccleſia tunc habebat,
„ non ſolum poſſedit; ſed etiam acceptis nu-
„ meroſis hæreditatibus fidelium ampliavit. Iſti
„ ergo tam ſancti viri, tam perfecti Pontifices
„ factis evidentibus dicunt poſſe & debere fie-
„ ri, quod ipſi fecerunt. Qui utique homines
„ tam divinarum, quam ſæcularium literarum
„ ſine ambiguitate doctiſſimi, ſi ſcirent res Ec-
„ cleſiæ debere contemni, nunquam eas debue- B
„ rant, qui omnia ſua reliquerant, retinere.
„ Unde datur intelligi, quod tales ac tanti vi-
„ ri (qui volentes fieri diſcipuli Chriſti, re-
„ nunciaverunt omnibus quæ habebant) facti
„ Epiſcopi, non ut poſſeſſores, ſed ut procu-
„ ratores, facultates Eccleſiæ poſſidebant. Et
„ idcirco ſcientes non aliud eſſe res Eccleſiæ,
„ niſi vota fidelium, pretia peccatorum, &
„ patrimonia pauperum, non eas vendicave-

Quomodo a clericis poſſint bona terrena & poſſideri & contemni.

„ runt in uſus ſuos proprios, ſed commenda-
„ tas pauperibus diviſerunt. Hoc autem eſt
„ poſſidendo contemnere, non ſibi, ſed aliis poſ-
„ ſidere: nec habendi cupiditate Eccleſiæ fa- C
„ cultates ambire, ſed eas pietate ſubveniendi
„ ſuſcipere. „ Hæc Proſper. Ubi quaſi omnes
veritates colliguntur ad unum acervum: quod
ſcilicet illi ſancti viri nolebant cenſeri *poſſeſ-
ſores*, ſed *procuratores* rerum Eccleſiæ: quod res
Eccleſiæ nulli ſunt propriæ, ſed communes to-
ti Eccleſiæ: quod Præpoſitus, qui prius omnia
ſua reliquit, omnium, quæ habet Eccleſia, ef-
ficitur *diſpenſator;* non dicit quod *dominus*: &

Res Eccleſiæ, vota ſunt fidelium, & pretia peccatorum.

quod RES ECCLESIÆ NIHIL ALIUD ſunt, quam vota
fidelium, pretia peccatorum. Unde propter iſta
ſimul non repugnat exproprietatis profeſſori, ut
ſub cura regiminis curam faciat diſpenſationis. D

2. Non eſt hoc ei mittere manum ad ara-
trum, & reſpicere retro: ſed magis ſi ab iſtis *Luc. 9. 62.*
ſugiatur, ut recondat ſe quis in monaſterio.
Unde ad Athanaſium Epiſcopum, & cæteros
omnes Epiſcopos, ſic ſcribit in Epiſt. ſua De-
cretali Papa LIBERIUS. Dominis ſanctiſſimis,
„ & Dominis amantiſſimis univerſis Epiſcopis
„ Liberius Epiſcopus in Domino, ſalutem. Sug-
„ geſtum nobis eſt, quod pro præteritis laboribus
„ & infeſtationibus, nonnulli veſtrum aſſignatas
„ ſibimet, & a Deo commiſſas relinquant plebes;
„ & in futurum plures relinquere velint eas, quas
„ tueri debent Eccleſias, & pro ovibus ſibi com- E
„ miſſis negligant laborare; & monaſteriorum ſe
„ contradere quieti feſtinent, & vacationem ab E-
„ piſcopatus laboribus eligere, & ſilentio atque
„ otio vitam ducere magis appetant, quam in iis,
„ quæ ipſis commiſſa ſunt, permanere; cum
„ dicat Dominus: *Beatus qui perſeveraverit uſ-*
„ *que in finem* -- Et ſequitur -- Ideo Fratres
„ chariſſimi non vos afflictionum amaritudo a
„ pio mentis veſtræ propoſito coarctet recede-
„ re, conſiderantes, quanta pro abſolutione
„ veſtri & liberatione Dominus creator, redem-
„ ptorque noſter pertulerit. „ Hæc ille.

* Liberius *apud Labbeum To.2.Epiſt.14. pag. 815. 7. 4. 1.* Suggeſtum eſt nobis.

Matth. 10. 22.

Thom. Wald. Tom. I.

3. Et mirum eſt, ſi homines periti legis Dei
faciant exinde conſcientiam, cum videant Chri-
ſtum potiſſime ſic feciſſe & Apoſtolos. Multos
diſcipulos habebat Chriſtus, puta Nicodemum,
Joſeph *, & alios, qui exproprietatem non vo-
verant, nec eis loculos commendabat. Petrus
& Apoſtoli jam voverant paupertatem, & ſe-
cundum Auguſtinum *potentiſſime* voverant *, &
uni eorum Judæ Chriſtus theſauros pauperum
demandavit. An ideo peccavit in hoc, quia
pauca diſpenſanda ſuſcepit; & moderni Prælati
plus peccant, quia plura cuſtodiunt, cum tamen
diſpenſatori ſuo olim Chriſtus promiſit, *ſuper*
pauca fuiſti fidelis, *ſuper multa te conſtituam:*
aut in quantitate cenſus æſtimatur quantitas cri-
minis, in pertinacia rem illicitam pertractan-
tis? Verum Auguſtinus dicit, loculos illos fuiſ-
ſe, quamvis tenues, quaſi initia & argumenta
loculorum majorum Eccleſiæ poſt futuræ: AU-
GUSTINUS. Exemplum (inquit) domini accipite
„ converſationis in terra. Quare habuit locu-
„ los, cui Angeli miniſtrabant; niſi quia Ec-
„ cleſia illius loculos habitura erat? Quare fu-
„ ri commiſit, niſi ut ejus Eccleſia, cum pati-
„ tur fures, toleret? „ Hæc Auguſtinus in ſerm.
de communi vita clericorum. Et ſimile habet *ſu-*
per Joan. hom. V. Et idem Auguſtinus ſuper il-
lum verſum Pſal. CXLVI. *Qui exoriri facis in mon-*
tibus fœnum: Fiſcus (inquit) ſaccus eſt publi-
„ cus. Ipſum habebat Dominus hic in terra,
„ quando loculos habebat: & ipſi loculi Judæ
„ erant commiſſi. Judam traditorem patiebatur
„ Dominus & furem, in ipſo oſtendens ubique
„ patientiam ſuam: tamen illi qui conferebant,
„ in loculos Domini conferebant. Niſi forte pu-
„ tatis, quia Dominus ibat & petebat, aut in-
„ digebat, cui angeli miniſtrabant; qui de quin-
„ que panibus tot millia hominum pavit. Qua-
„ re ergo egere voluit, niſi ut daret exemplum
„ montibus ut parerent fœnum, nec contra plu-
„ viam ſterilitatem redderent?„ Hæc Auguſti-
„ nus. In hoc dicto Auguſtinus videtur obvia-
re Wicleffo de mendicitate Chriſti: quia innuit
hic, quod Chriſtus petebat pecuniam ad locu-
los, eundo inter populos; quod eſſet mendica-
re oſtiatim, ſecundum Wicleffum *. Satisfit et-
iam argumento Wicleffi in oppoſitum: quia
cum eſſet Dominus omnium, cui angeli mini-
ſtrabant *; tamen egere voluit, *ut dares exem-*
plum montibus parere fœnum. Et tertio, quod
cum fuerit profeſſor altiſſimæ paupertatis; ta-
men voluit habere loculos, & procurare dena-
rios in ſubſidium pauperum. Quare ergo non
profeſſores paupertatis chriſtianæ modernæ?

4. Nec tantum licitum eſſe arbitror hujuſ-
modi profeſſoribus, ut curam diſpenſandi ſu-
ſcipiant ſub inſula Epiſcopali; ſed etiamſi
clauſtrum ipſum non deſerant, quod vel ſua
ſecundum ſæculi hæreditatem diſtribuant, vel ut
aliqua diſpenſanda fratribus alendis in clauſtro
ſuſcipiant, paupertati, quam ſpoponderunt,
non obviant: quia nunquam in his omnibus
ſibi ipſis, ſed Chriſti pauperibus theſaurizant.
Beatus ille Pater Hieronymus conqueritur, cur
hæreditatis ſuæ capax eſſe non potuit; & qua-
re aut ratione Clericatus, aut Monachatus,
promeruit talem legem. Unde in Epiſt. *ad Ne-*
potianum de vita Clericorum: HIERONYMUS.
„ Pudet (inquit) dicere; Sacerdotes idolorum,
„ Mimi, & Aurigæ, & ſcorta, hæreditates ca-
„ piunt: ſolis clericis & Monachis hoc lege (*a*)
Qqq „ pro-

* ab Arimathia *ſupple*

* *Vide ſupra lib. 3. cap. 12.*

Matth. 25. 23.

Auguſtinus *To. 5. pag. 1380.*

Auguſtinus *To.4.pag.648.*

Joan. 13. 29.

* *Confer cum dictis ſupra cap. 4.*

* *Ed. V.* ſerviebant

Hieronymus *To. 1. Epiſt. 52. pag. 258. num. 6.*

(*a*) Nimirum Conſtitutione Valentiniani Imperatoris ad Damaſum Papam: *Eccleſiaſtici, aut ex Eccleſiaſticis, vel qui continentium ſe volunt nomine nuncupari, viduarum ac pupillorum domus non adeant &c.* De hac etiam S. Ambroſius Epiſt. 18. num. 13. ad Valentinianum juniorem loquens, *Nobis* (inquit) *privatæ ſucceſſionis emolumenta recentibus legibus denegantur, & nemo conqueritur &c.* Et illa quidem poſtmodum abrogata eſt Marciani Imp. Novella, quæ habetur Codice Theodoſiano lib. 6. tit. 5.

„ prohibitum eſt, & prohibetur: non a perſecutoribus, ſed a Principibus chriſtianis. Nec de lege conqueror (a), ſed doleo cur meruimus hanc legem. Cauterium bonum eſt; ſed mihi quod vulnus, ut indigeam cauterio? Provida, ſeveraque legis cautio; ſed tamen nec ſic refrœnatur avaritia. „ Hæc Hieronymus. A Nec tamen ſuſpiceris, quod in hac querela votum proprietatis habebat beatus Pater Hieronymus, qui & clericus & monachus extitit; ſed forſan, quia non erat ei facultas vel ſua donandi pauperibus, vel ea Monaſterii publico ſacrandi *. [* Cod. Ferrar. ſociare] Beatus Auguſtinus tales religioſos, qui profeſſione paupertatis cuncta dimittunt, & poſtea hæreditates potentum aſſumunt, unde fratres ipſorum monaſterialiter viverent, *ſpirituales* viros appellat (b), Dei ſervos, & pauperes nidificantes in cedris, quas plantaverat Dominus. Super hunc verſum Pſalmi, *Saturabuntur ligna campi, & cedri libani,* B *quas plantavit: illic paſſeres nidificabunt:* [Pſal. 103. 16.] AUGUSTINUS. [Auguſtinus To. 4. Serm. 3. pag. 1160. num. 25.] „ Cedri (inquit) libani, potentiores ſæculi ſunt: & ipſi ſaturabuntur. Pervenit panis & vinum & oleum Chriſti ad Senatores, ad Nobiles, ad Reges: ſatiata ſunt ligna campi. Prius humiles ſatiati ſunt, deinde cedri Libani, ſed *quas plantavit* ipſe Dominus. Piæ cedri & Religioſi & fideles: tales enim plantavit Dominus. -- Sequitur -- [pag. 1161.] Jam audivimus, qui ſunt Cedri Libani, nobiles ſæculi, excelſi genere, opibus & honoribus: & ipſæ cedri ſatiantur; illæ tamen, quas ipſe plantavit. C In his cedris paſſeres nidificant. Pauperes ſunt quidam viri ſpirituales nidificantes in cedris, ideſt, quidam ſervi Dei, audientes in Evangelio, [Matth. 19. 21.] *Dimitte omnia tua, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlis, & veni & ſequere me.* Et non tantum hoc audierunt magni, ſed & parvi; & voluerunt hoc facere & parvi, & eſſe ſpirituales, & non jungi uxoribus, & non mœchari, non macerari cura filiorum, non habere proprias ſedes quibus deligarentur, ſed in quamdam ire vitam communem. Sed quid dimiſerunt iſti pauperes *? [* M. paſſeres] Minuti enim hujus ſæculi paſſeres videntur, quid dimiſerunt? D Quid magnum dimiſerunt? Alius ſe convertit ad Deum, dimiſit cellam patris ſui inopem, vix unum lectum, & unam arcam: convertit ſe tamen; factus eſt paſſer, quæſivit ſpiritualia. Bene, optime; non illi inſultemus, non illi dicamus: *Nihil dimiſiſti.* Non ſuperbiat qui multum dimiſit. Petrus ut ſequeretur Dominum novimus quod piſcator erat, quid potuit dimittere? [Matth. 4. 18. & 21.] Et frater ejus Andreas, vel filii Zebedæi Joannes & Jacobus, etiam ipſi piſcatores; & tamen quid dixerunt? [Matth. 19. 27.] *Ecce nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te.* E Non ei dixit Dominus: oblitus es paupertatem tuam, quid dimiſiſti, ut totum * [* M. totum mundum] acciperes? Multum dimiſit, fratres, multum dimiſit, qui non ſolum dimiſit quidquid habebat, ſed etiam quidquid habere cupiebat. Quis enim pauper non turgeſcit in ſpe ſæculi hujus? Quis non quotidie cupit augere quod habet? Iſta cupiditas præciſa eſt. Ibat in immenſum, accepit modum; & nihil dimiſſum eſt? Prorſus totum mundum dimiſit Petrus; & totum mundum accepit Petrus. A Quaſi nihil habentes, & omnia poſſidentes. [2. Cor. 6. 10.] Faciunt hoc multi: iſta faciunt qui parum habent, & veniunt & fiunt paſſeres utiles. Minuti videntur, quia non habent altitudinem dignitatis ſæcularis: nidificant in cedris Libani. Etenim & cedri libani nobiles & divites excelſi hujus ſæculi, qui cum timore audiunt, *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem.* [Pſal. 40. 2.] Attendunt res ſuas, villas ſuas, & omnes ſuperfluas copias, quibus videntur excelſi; & præbent illas ſervis Dei. Dant agros, dant hortos, ædificant Eccleſias, Monaſteria. Colligunt pauperes, ut in cedris B Libani nidificent paſſeres. Ergo ſatiantur *cedri Libani, quas plantavit* Dominus, & *illic paſſeres nidificabunt.* Attendite totam terram, ſi non ita eſt. „ Hæc Auguſtinus tam ſpatioſe ibidem. Non oportet hanc tam chriſtianam quam Evangelicam laudare ſententiam. Ipſamet ſe probat, fundando ſe paſſim ſupra Scripturæ ſanctæ firmiſſimam petram, contra quam quiſquis offendat hæreticus, comminuetur, non dubium. Ubi tamen notandum eſt, quod Petrus qui omnia dimiſit, nihil dimiſit, quia totum mundum dimiſit, & totum mundum accepit. Et ut ſcias Auguſtinum non laboraſſe in æquivocis de dimiſſis rebus, ſed eas C intelligere divitias temporales, *tamquam nihil habentes* (inquit) *& omnia poſſidentes;* quod de rebus ſæculi dictum eſt ad literam, tamquam ſcilicet nihil habentes in proprietate, & omnia poſſidentes in diſpenſatione, habituali ſcilicet, etſi non ſtatim actuali. Et ſic Petrus nihil dimiſit in veritate rei, ſed in modo poſſidendi. Dimiſit enim totum mundum, quantum ad proprietatem, & totum accepit habitualiter ad diſpenſationem. Et more * [* al. inſtar] ejus, minuti paſſeres, viri ſcilicet profeſſæ paupertatis in Monaſteriis victitantes, ſine læſione paupertatis promiſſæ, nidificant in cedris Libani, accipientes (c) D villas & agros, in diſpenſatione Præpoſitorum ſuorum ad communitatem vitæ perfectæ.

CAPUT XLV.

Quomodo diſpenſanda ſint bona Eccleſiæ, & qualiter multi errent in diſpenſando.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Ne hæreticus occaſionem arripiat blaſphemandi in Eccleſiam, debent Eccleſiaſtici ſua errata corrigere ad alicujus catholici viri conſilium.* E
2. *Cum quis theſaurum in clericatu congregat, facit Eccleſiam Dei ſpeluncam latronum.*
3. *Quid Concilium Antiochenum decreverit contra*

(a) Sicut mox de Ambroſio notavimus, ita pariter loquitur Hieronymus, nullam proferens querelam ob vetita ſibi temporalia; quod exemplo eſſe debet noſtri temporis Clericis monachiſque, ne nimis doleant & clamitent ob ſublata terrena lucra, cum ipſis ſola animarum lucra cordi eſſe debeant.

(b) Non tamen eos laudat Auguſtinus qui hæreditates aſſumebant in damnum pauperum parentum Teſtatoris. Immo plures hujuſmodi donationes & legata recuſavit, ut ipſemet teſtatur Auguſtinus Serm. 49. *de diverſis*, cap. 5. *Quicumque*, inquit, *vult exhæredato filio hæredem facere Eccleſiam, quærat alterum qui ſuſcipiat, non Auguſtinum; immo Deo propitio neminem inveniat. Quam laudabile factum ſancti & venerandi Epiſcopi Aurelii Carthaginenſis! Quidam enim cum filios non haberet, neque ſperaret, res ſuas omnes, retento uſufructu, donavit Eccleſiæ. Nati ſunt ei filii, & reddidit ei Epiſcopus, nec opinanti, quæ ille donaverat. In poteſtate habebat Epiſcopus non reddere; ſed jure fori, non jure poli.* Dignum quoque eſt ut Clericis alte inſideat quod ait Ambroſius in Luc. cap. 18. *Dices quod eras parentibus collaturus, Eccleſiæ malle conferre:* NON QUÆRIT DONUM DEUS DE FAME PARENTUM &c.

(c) Dignum quidem Clerico *accipere* ad diſpenſandum; ſed indignum ac turpe eſt *quærere* ad congregandum, præſertim laicos circumveniendo ut bona ſua dent Eccleſiæ. Hujus nefandæ avaritiæ reos damnat Concilium Cabilonenſe II. an. Chr. 813. ſtatuens Can. 7. ut Epiſcopi & Abbates, qui, laicos circumveniendo, res eorum non ſolum acceperunt, ſed etiam ſubripuerunt, pœnitentiæ Canonicæ, utpote turpis lucri ſectatores, ſubjaceant.

tra infideles diſpenſatores rerum Eccleſiaſticarum.

4. *Eccleſiarum Prælati abutentes bonis Eccleſiæ ſuperant Phariſæos, qui denarios ſanguinis Crucifixi noluerunt mittere in corbonam.*

5. *Clerici theſaurum de bonis Eccleſiæ congregantes, dum prætendunt excuſationem, dicentes ſe divitias ſervare ne pauperes deficiant, longe diſtant a Laurentio, & maxime conveniunt cum Juda.*

6. *Clerici in Eccleſia olim dotati ſunt a divitibus hujus ſæculi, ut eos reciperent in æternam ſalutem: At modo ubi ipſi divitiis abundant, faciant ſibi amicos pauperes religioſos, ut in eamdem ſalutem recipiantur.*

1. Cor. 4. 2. 1. SEd *jam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inveniatur:* quæritur (inquam) a multis multifarie. Quærunt hæretici, & blaſphemant: quærunt catholici viri, & condolent. Blaſphemat hæreticus Eccleſiam Chriſti, quod dotem admiſit; quod de decimis & oblationibus vivit; quod multos cupidos, & intemperatos * diſpenſatores admittit, ne dicam omnes. Sed mecum aſpiciat Wicleffus quid vult XXVIII. & XXIX. cap. *Dialogi*, librum etiam *de cura paſtorali*, ut ibi videat quanta invehat contra lautitias Epiſcoporum, laſcivias clericorum, avaritiam ſacerdotum, & lites & rapinas: librum etiam *de Papa*, maxime cap. X. ubi Abbatias & ſanctorum monaſteria *antra peccatorum* dicit, & *hoſpitia criminum*, *caſtra Antichriſti*. Et quæ jam ſupra * *nidos paſſerum ſpiritualium* dixerat Auguſtinus, ipſe appellat *nidos ſerpentum*, *ſpeluncas latronum*, *& familiares caſas viventium dæmonum*. Quæ omnia etſi propter veritatem, quam interdum habent, poſſent dici *correctoria verba;* tamen in ore immanis hæretici ſunt Eccleſiæ ſcandala, & ſacerdotum Chriſti aculeata flagella. Peccatori autem ſemel dixit Deus: *Quare tu enarras juſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum?* Et Eccleſiæ filius indignanter ferens hæreticorum correptiones acerrimas, *Corripiet me juſtus* (inquit) *in miſericordia, & increpabit me.* Sed audite me Patres Eccleſiæ, domini filiorum Chriſti ſerviles, & ſervi regnantes, diſpenſatores patrimonii Jeſu Chriſti; audite me dulciſſimi fratres: Si quis negotiator in templo Chriſti eſt, ſervus avaritiæ, aut amicus conviviorum, aut læuonum conſors habetur; ipſe a catholicis clericis corrigatur, aut chriſtianis flagellis ejiciatur de templo. Auferantur iſta hinc, quæ occaſionem præbent hæreticis occiſionis & ſcandali, malignationis & improperii; & noſtra ſententia ſine hæreticis fiet domus patris Chriſti expers omnis negotiationis. DEDIMUS OCCASIONEM OBLOQUENDI, fatemur; demus iterum cauſam corrigendi (*a*). Nulli ſit excuſandi licentia.

*(margin: * al. imperitos; * cap. præced. num. 4.; Pſal. 49. 16.; Pſal. 140. 5.; Joan. 2. 16.)*

2. Quando quis congregavit in Clericatu theſaurum, fecit Eccleſiam Chriſti ſpeluncam latronum. Et ideo Hieronymus ſuper Jeremiam lib. II. tractans hunc verſum, *Numquid ſpelunca latronum facta eſt domus illa?* HIERONYMUS. De hoc loco (inquit) in Evangelio aſ-

(margin: Jerem. 7. 11. Hieronymus To. 4. pag. 892. Matth. 21. 13.)

„ ſumptum puto, *Scriptum eſt: domus Patris*

„ *mei domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum;* ſive ut in „ alio Evangelio ſcriptum eſt, *domum negotiationis*. Eccleſia vertitur in ſpeluncam latro„ num, quando furta, homicidia, adulteria, „ perjuria, ſacrilegia, hæreſeos adinventio, &

A „ omnia in ea ſcelera verſantur: quando avaritiæ facibus principes inardeſcunt, & Regum quondam opes vile, aut certe non utile palliolum poſſidet. Unde & infert: *Ego ſum, ego vidi, dicit Dominus.* Mei oculi contemplati ſunt quod vos putatis occultum: tenebræ theſaurorum meam non fugiunt conſcientiam. Qui cum dives eſſet, pro nobis pauper effectus eſt, nunc in noſtris divitiis erubeſcit & dicit: *veh vobis divitibus, qui habetis conſolationem veſtram.* „ Hæc Hieronymus.

(margin: 2. Cor. 8. 9; Luc. 6. 24.)

B 3. Vultis audire quid de malis diſpenſatoribus Eccleſiæ Doctores catholici decreverunt, qui ea ſibi congregant quæ ſunt pauperum, & congregata diſſipant, non diſpenſant? Primo audite conſenſum omnium Prælatorum in Concilio Antiocheno (*b*) cap. XXV. cui interfuit magnus Athanaſius, & ſubſcripſit ſe: CONCILIUM ANTIOCHENUM. Epiſcopus Eccleſiaſticarum re„ rum habeat poteſtatem ad diſpenſandum er„ ga omnes qui indigent, cum ſumma reve„ rentia & timore Dei. Participet autem & „ ipſe quibus indiget, ſi tamen indiget, tam

(margin: b Concilium Antiochen. apud Labbeum To. 2. pag. 604. 12. 4. 2. Epiſcopus Eccleſiaſticarum.)

C „ ſuis quam fratrum, qui ab eo ſuſcipiuntur, „ neceſſariis uſibus profutura; ita ut in nullo „ qualibet occaſione fraudentur, juxta ſanctum „ Apoſtolum ſic dicentem: *Habentes autem victum & tegumentum, his contenti ſumus.* „ Quod ſi contentus iſtis minime fuerit, con„ vertat autem res Eccleſiæ in uſus ſuos do„ meſticos, & ejus commoda; vel agrorum fru„ ctus, non cum presbyterorum conſcientia „ Diaconorumque pertractet; ſed horum pote„ ſtatem domeſticis ſuis, aut propinquis, aut „ fratribus filiiſque committat, ut per hujuſ„ modi perſonas occulte cæteræ lædantur Ec-

(margin: 1. Tim 6. 8.)

D „ cleſiæ, Synodo Provinciæ pœnas iſte perſol„ vat. Si autem taliter accuſetur Epiſcopus, „ aut presbyteri qui cum ipſo ſunt, quod ea „ quæ pertinent ad Eccleſiam, vel ex alia „ qualibet Eccleſiaſtica facultate ſibimet uſur„ pent; ita ut ex hoc affligantur quidam pau„ peres: criminationi vero & blaſphemiis tam „ ſermo prædicationis, quam hi qui diſ„ penſant, taliter exponantur; & hos oportet „ corrigi, ſancta Synodo id quod decet appro„ bante. „ Hæc ibi. In hoc decreto tanguntur varii modi diſpenſationis malæ. Primo, ſi di-

E ſpenſator non contentetur ſimplici victu & veſtitu. Secundo, ſi convertat res Eccleſiæ in uſus ſuos domeſticos. Tertio, ſi in propria commoda, forſitan ad theſaurum damnabiliter colligendum. Quarto, ſi poteſtatem Eccleſiaſticarum rerum propinquis committat, unde pauperes lædantur Eccleſiæ. Et non tantum eſt hoc in Epiſcopis, ſed & in Presbyteris, de decimis & oblationibus habentibus poteſtatem, grande peccatum, dicente decreto: „ Si autem „ taliter accuſentur Epiſcopus aut Presbyteri qui „ cum ipſo ſunt, quod ea quæ pertinent ad Eccle-

(margin: Varii modi diſpenſationis malæ.)

 „ ſiam,

(*a*) Clericorum diſciplinam, ac etiam Monachorum, non parum collapſam eo tempore fuiſſe, ultro fatebantur viri Catholici. Immo plurimum egerunt ut neceſſaria morum reformatio induceretur: quod tandem Deo piorum votis annuente a Generali Tridentina Synodo adeo efficaciter & ſalubriter præſtitum eſt, ut jam de immutata utriuſque Cleri facie lætari poſſimus.

(*b*) Celebre eſt in Eccleſia ob ſaluberrimas piiſſimaſque ſanctiones Concilium Antiochenum an. Dom. 341. ſub Julio I. Romano Pontifice celebratum. Geminum autem Antiochiæ habitum hoc eodem anno Concilium pleríque exiſtimant eruditi viri. Et in eadem ſententia fuiſſe Waldenſem cenſeo: nam ſubdit quod huic Concilio ſubſcripſit Athanaſius. At in unico quod hoc anno exhibet Labbeus, nedum non ſubſcriptus, ſed damnatus ab Arianis ac depoſitus Athanaſius legitur. Videſis Labbeum To. 2. Concilior. & Emmanuelem a Schelestrate in libello ſuo de Antiocheno Concilio.

„ ſiam, vel ex alia qualibet Eccleſiaſtica facultate ſibimet uſurpent &c. „ Et in Canone Apoſtolorum, cap. XXXIX. CANON APOSTOLORUM. Omnem negotiorum Eccleſiaſticorum curam Epiſcopus habeat, & ea velut Deo contemplante diſpenſet. Nec illi liceat ex his aliquid omnino contingere, aut parentibus A propriis, quæ Dei ſunt, condonare. Quod ſi pauperes ſint, tamquam pauperibus ſubminiſtret, ne eorum occaſione Eccleſiæ negotia deprædetur. „ Hæc ibi.

Canon Apoſtolorum *apud Labbeum* To. 1. *pag.* 50. 12. q. 1. C. Sint manifeſta

4. Mirabiliter ergo Prælati & Presbyteri moderni quaſi per totum decipiunt Eccleſiam, qui poteſtative ſibi res Eccleſiæ vendicant, & jam vendicatas totas in uſus ſuos convertunt. Saltem penſata æqualiter portione proventus, TANTUM AD USUM PAUPERUM diſpenſat vir laicus de poſſeſſione ſua, cujus eſt merus dominus, quantum Sacerdos, qui ſolum miniſter eſt rerum Eccleſiæ, aut Ballivus (*a*). SIMILITER THESAUROS CUSTODIUNT Sacerdos & miles; ſimiliter pauperes torquent, ſimiliter veſtiuntur in mollibus, ſimiliter incedunt cum numeroſis familiis, ſimiliter auro fulgent in cingulis, ſimiliter bibunt in aureis phialis, ſive conchis(*b*). OMNIA SUA ESSE EXISTIMANT CLERICI: omnia propria vendicant, & in audacia temeraria ſuperant Phariſæos, qui denarios ſanguinis Crucifixi nulla licentia in theſaurum templi mittere conſenſerunt: *Non licet* (inquiunt) *mittere eos in corbonam, quia pretium ſanguinis eſt*. Et domini mei * econtrario dicunt: *immo licet mihi in corbonam meum mittere, & nihil ex eis facere in uſum pauperum, in ſepulturam peregrinorum. Nec eſt pretium ſanguinis Chriſti; ſed debitum eſt & pretium altaris mei*. Nonne qui deſerviunt, edendi obtinent poteſtatem, & non devorandi potentiam? edendi ſacram cœnam cum Chriſto & Apoſtolis, non devorandi oblata bona pauperum in uſus prophanos? Bernardus quaſi in conſcientia punctus, conqueritur de iis, dicens: BERNARDUS. Sane patrimonia pauperum ſunt facultates Eccleſiarum: & ſacrilega crudelitate eis ſurripitur quidquid ſibi miniſtri & diſpenſatores, non utique domini, ultra victum accipiunt & veſtitum. D Non enim ordinavit Deus iis, qui Evangelio deſerviunt, de Evangelio quærere divitias & ornatum; ſed ſumere, ut ait Apoſtolus, ex eo victum. Si ergo illi qui ex rebus ſuis pauperibus Chriſti non erogant, æterni judicis ſententia damnabuntur: quanto magis qui auferunt pauperibus quæ non dederunt? Hæc ille in Tract. *de colloquio Simonis & Jeſu*, cap. IX.

Cupiditas perſtringitur & mala diſpenſatio Clericorum.

Matth. 26. 6.

* *Subaudi* Prælati, & Clerici beneficiati

* Bernardus *To.* 2. *in append.*

1. *Tim.* 6. 8.

5. Sed excuſant excuſationes in peccatis. Et quidam dicit: „ Non aufero pauperibus, ſed obſervo ne deficiant in via; pro eis cautelam diſpenſationis exerceo; nec mihi, ſed pauperibus theſaurizo. „ O domine mi! O Sacerdos Chriſti! Quid ſic in vero Juda aſſimilas tibi Chriſtum? Quid in Decio * tyranno pingis tibi Laurentium? SI VERUS LAURENTIUS ES, PAUPERIBUS cum Laurentio divide facultates, non cum Decio rapias, nec detineas violenter. Judas traditor, inventor hujus ſacrilegii, ſecundum Evangelium, finxit cauſam pauperum; ſed hoc, *non quia de egenis pertinebat ad eum*, ideſt, non illi pauperum cura fuit, *ſed quia fur erat & loculos habens* (Chriſti) *ea quæ immittebantur portabat*. Videte, ne hoc idem in vobis clamet, quamvis rauca conſcientia, quidquid aliud fingat lingua. *In Dialogo* lib. III. cap. antepenult. Joannes CHRYSOSTOMUS. Ecce (inquit) puta aliquem, cui credita eſt diſpenſatio, quaſi ſtudio diligenti aurum plurimum congregare, & ipſum quidem nihil conſummere: verum nec iis qui egent, niſi paucis quibuſque tenaciter inde conferre: maximam vero partem ſollicitiſſime cuſtodire; & ſequenti perſecutionis tempore, facultates a perſecutoribus diripi; quantum hoc illius putas eſſe delictum? Multa ergo opus eſt miſericordia, multaque prudentia, ut nec efluat, nec atteratur Eccleſiæ facultas; ſed omnia quidem, quæ rediguntur, celeriter oportet dividi iis, qui indigent: theſaurum vero Eccleſiæ in eorum qui credunt pectoribus collocare. Hæc Chryſoſtomus. Timeo B mihi, & ſupra modum timeo, quod tales *Sæcularii* (*c*) facultatum Eccleſiæ, quidquid verbis prætendant, tamen apud ſemetipſos intus dicant: „ Diſpenſator pauperum nuncupor; placet vocabulum, ſed non habebit effectum *. Non erit mihi de egenis cura. Ut autem de rebus pauperum exerceam vera furta, loculos Chriſti non cum Petro, ſed cum Juda habeo, & ea quæ immittuntur porto & aſporto. „ Sed abſit a dominis meis tam immane delictum, tantumque ſacrilegium. Dicit autem de hac re HIERONYMUS. Amico rapere quidquam, furtum eſt; Eccleſiam fraudare, C ſacrilegium eſt; accepiſſe pauperibus erogandum, & eſurientibus plurimis, vel cautum velle eſſe, vel timidum; aut, quod apertiſſimum ſcelus eſt, aliquid exinde ſubtrahere, omnium prædonum crudelitatem ſuperat. Alter fame torquetur, & tu judicas quantum ventri ejus ſatis ſit? Igitur aut divide ſtatim quod accipis, aut ſi timidus diſpenſator es, dimitte largitorem, ut ſua ipſe tribuat *. Nolo ſub occaſione mea, ut ſacculus tuus plenus ſit. Nemo mea me melius ſervare poteſt. Ipſe quicumque (*d*) ſic facit, eſt optimus diſpenſator. „ Hæc Hieronymus *ad Nepotianum* de vita Clericorum, verſus finem.

Pſal. 140. 4.

* *Imperatore*

Joan. 12. 6.

Chryſoſtomus *To.* 4. *pag.* 443. *Ed. Pariſien.* 1556.

* *al.* officium

Hieronyn. *To.* 1. *Epiſt.* 52. *pag.* 267. *num.* 16.

M. diſtribuat

6. Bernardus vero dicit, Eccleſias eſſe dotatas ut donatores per ſuos admitterentur donatarios in æterna tabernacula. Sed ipſi Clerici *Mammoniſtæ* jam non poſſunt præ divitiis ſe ipſos inducere: quomodo ergo inducent ſuæ dotis patronos? Et in Tractatu prædicto, cap. VI. *de colloquio Simonis & Jeſu* idem BERNARDUS. Hinc eſt (inquit) quod donatas & ditatas videmus Eccleſias a potentibus & divitibus hujus ſæculi, qui in operibus bonis divites E juxta Chriſti admonitionem amicos ſibi faciunt de mammona iniquitatis, a quibus in æterna tabernacula reciperentur. Cur enim non ſperarent ab iis recipi, qui claves viderentur habere? Sed heu! data ipſa providentia in occaſionem carnis, & qui ſibi & aliis in cœlo tabernacula parare debuerant, in terra conjungunt domum domui, & copulant agrum agro. Quis rapuit ab ore Apoſtolorum hujuſmodi verbum gratiæ, fiduciæ verbum: *Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te?* Ecce ut populus ſic & ſacerdos. Similiter volunt divites fieri; immo & abundantius „ ſuam

Bernardus *To.* 2. *in append.*

Luc. 16. 9.

Matth. 19. 27.

(*a*) *Ballivi* appellantur præcipui Commendatarii in ordine Equeſtri.

(*b*) De his arguit Abbatem quemdam D. Bernardus in Apolog. ad Guillelmum S. Theodorici abbatem.

(*c*) Hic *Sæcularios*, paulo inferius *Mammoniſtas* congrue appellat Clericos avaros, quos validius hic in fine redarguit, ut corrigantur.

(*d*) M. *Optimus diſpenſator eſt qui nihil ſibi reſervat*.

Digitized by Google

„ ſuam hic percipiunt conſolationem. Similiter „ amicis egerent & ipſi, ut in aliena ſaltem tabernacula ſuſciperentur; utpote propria non habentes, ſicut pauperes ſpiritu, quorum eſt regnum cœlorum. „ Hæc Bernardus. Hoc jam ultimo dicit Bernardus, clericos divites egere pauperibus, qui eos ducant in æterna tabernacula, qualiter A patroni divites egebant eis, cum tunc pauperes erant, ad eumdem effectum. Ideo dicit beatus Hieronymus in Epiſt. *ad Damaſum* Papam, & ponitur in Canone XVI. q. I. cap. *Quoniam quidquid:* HIERONYMUS. Quoniam quidquid habent „ clerici (inquit) pauperum eſt, & domus illorum omnibus debent eſſe communes; ſuſceptioni peregrinorum & hoſpitum invigilare debent. Maxime curandum eſt illis ut de decimis, & oblationibus, Cœnobiis & Xenodochiis qualem voluerint & potuerint ſuſtentationem impendant. „ Hæc Hieronymus. Ipſi enim ſunt, quos Bernardus dicit ſpi- B ritu pauperes & propria non habentes, & clericos habere eorum amicitiam oportunam. Ipſi ſunt pauperes religioſi, quibus dicit Hieronymus, maxime a clericis eſſe curandum, ut de decimis & oblationibus eorum ſuſtentationem eis impendant.

Hieronymus *apud Gratianum 16. q. 1. pag. 1499.*

CAPUT XLVI.

Quod hoſpitium, & menſa Sacerdotum, non recte excuſant eorum diſpenſationem in pauperes debitam.

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *De proventibus Eccleſiæ quot partes faciendæ ſint.*
2. *Non debet Epiſcopus in gratiam laicorum Principum vel hoſpitum lautiorem, quam honeſtati clericali conveniat, parare menſam; ſed inſtar Auguſtini, frugali ſit contentus.*
3. *Multum peccant Presbyteri, qui vel hoſpitum, vel familiæ ſuſtentandæ gratia, omnes fere ſumptus & Eccleſiæ redditus ſive oblationes conſummunt, ſuam pauperibus debitam portionem haudquaquam reddentes.*
4. *De bonis Eccleſiæ tenentur Clerici id facere quod ſibi injunctum eſt, ſub pœna damnationis: quæ tamen bona illi non poſſident titulo puræ eleemoſinæ.*

1. RESTAT adhuc Præpoſitis cleri noſtri occaſio delinquendi, occaſio inquam accepta, non data, ut ſic licentius incidant in foveam, quam fecerunt. „ Hoſpitales (inquiunt) nos oportet eſſe juxta monitionem Apoſtoli, & Eccleſiæ inſtructionem. Unde cuncta, quæ ex offerentium voto ſuſcipimus, hoſpitibus procuramus. „ Sed in utroque teſtamento, tam veteri quam novello, legimus templum Domini calamo menſuratum *. Lege Ezechielem, & habebis templum dimenſum. Joannes etiam in teſtamento novello civitatem metitur arundine, quam ſub metaphora Eccleſiæ dicit in quadro ſitam. Et jam ante diu ſancti Patres arundine ſceptrigera crucifixi, quæ poteſtatis præſentis cleri tunc quando paſſurus erat Chriſtus figuram expreſſit, omnem penſam Eccleſiaſticorum proventuum quadrifarie dividebant: primam Præpoſito tribuentes, ſecundam clero, tertiam pauperibus, quartam Eccleſiis reparandis. Unde Auguſtino Anglorum Epiſcopo, quærenti quot & quantæ portiones

Pſal. 7. 16.

* *al.* dimenſum

Ezech. 40. 5.

Apoc. 21. 16.

Bona Eccleſiæ, quomodo diſpenſanda.

debeant fieri de iis quæ accedunt ad altaria ex fidelium oblationibus, reſpondet Gregorius, informans eum de doctrina Apoſtoli Pauli, & antiqua traditione Eccleſiæ: GREGORIUS. Qualiter Epiſcopus (inquit) agere debeat in Eccleſia, ſacra ſcriptura teſtatur, quam te bene noſſe non dubium eſt; & ſpecialiter beati Pauli ad Timoth. Epiſtolæ, in quibus „ eum erudire ſtuduit, qualiter in domo Dei „ converſari debuiſſet. Mos autem Apoſtolicæ „ Sedis eſt ordinatis Epiſcopis præceptum tradere ut ex omni ſtipendio, quod acceperint, „ quatuor fieri debeant portiones: una videlicet Epiſcopo & familiæ ejus propter hoſpitalitatem atque ſuſceptionem; alia clero, „ tertia pauperibus, quarta Eccleſiis reparandis. Sed quia tua fraternitas monaſterii regulis erudita, ſeorſum non debet fieri a Clericis in Eccleſia Anglorum, quæ authore Deo „ nuper adhuc ad fidem perducta eſt, hanc „ debet converſationem inſtituere, quæ in initio naſcentis Eccleſiæ fuit Patribus noſtris: „ in quibus nullus eorum ex iis quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat; ſed erant „ illis omnia communia. „ Hæc Gregorius ad interrogationem primam Auguſtini. Ecce jam menſura qua metiuntur proventus Eccleſiæ. Ergo ſi una portio omnes alias devoret, tunc ex quatuor portionibus facimus unam, & civitatem confundimus in quadro poſitam; & menſuram projicimus arundineam, primum a Chriſto, demum ab Angelo, ſcilicet, Præpoſito Ec- C cleſiæ conſtitutam.

Gregorius *To. 2. Epiſt. 7. 64. pag. 1150.*

12. q. 2. c. 30. Mos eſt Apoſtolicæ.

* *M.* vivere

2. PROPHANUM ENIM ARBITROR omnia emolumenta ſancti ſpiritus convertere in obſequium noſtri ventris. Eſca ventri, & Deus eſcis: Deus autem hunc confundet & illam. Non damno hoſpitalitatem clericorum, immo laudo, ſed moderatam, & Crucis arundine temperatam. NON BENE SUB LIGNO crucis locatur menſa divitis Epulonis. Quid ergo tractamus de pigmentorum generibus ſub myrratho calice paſſionis? Quod ſi talia omnino exigant hoſpites quos inducis, non ſunt illi pro quibus lauderis, quod illis dederis in tempore tritici men- D ſuram, quos nec paſcit triticum nec menſura. Beatus autem Hieronymus Nepotianum informans: HIERONYMUS. CONVIVIA (inquit) TIBI VITANDA ſunt ſæcularium, maxime eorum, qui „ honoribus tument. Turpe eſt ante fores ſacerdotis Domini crucifixi & pauperis, & qui „ cibo veſcebatur alieno, lictores conſulum, & „ milites excubare, judicemque Provinciæ melius apud te prandere, quam in palatio. Quod „ ſi obtenderis te facere hæc, ut roges pro miſeris atque ſubjectis; JUDEX SÆCULI PLUS DEFERT clerico continenti quam diviti, & magis ſanctitatem tuam veneratur, quam opes. E „ Aut ſi talis eſt, qui non audiat clericos pro „ quibuslibet tribulatis, niſi in phialis, libenter carebo hujuſmodi beneficio; & Chriſtum „ rogabo pro judice, qui magis poteſt, & citius ſubvenire: *Melius enim eſt confidere in* „ *Domino, quam confidere in homine. Melius eſt* „ *ſperare in Domino, quam ſperare in principibus.* „ Hæc Hieronymus ibidem. Et iterum idem ſuper *Michæam* lib. 1. tractans hunc textum, *Principes populi projicientur de domibus deliciarum ſuarum:* „ Eccleſiæ (inquit) principes, qui deliciis affluunt, & inter epulas atque laſcivias pudicitiam ſe ſervare credunt, „ propheticus ſermo deſcribit, quod ejiciendi „ ſunt de ſpatioſis domibus, lautiſque conviviis, „ & multo labore epulis conquiſitis; & ejiciendi ſunt propter malas cogitationes & opera „ ſua

1. Cor. 6. 13.

Epulæ Clericorum damnantur.

Hieronymus *To. 1. Epiſt. 52. num. 11. pag. 263.*

Pſal. 117. 8. 9.

Mich. 2.

Hieronymus *To. 6. pag. 457. num. 70.*

Matth. 22. 13.

De frugalitate graviter monentur prædicatores verbi Dei.

„ ſua. Et ſi vis ſcire quo ejiciendi ſunt, Evan-
„ gelium lege: *in tenebras* ſcilicet *exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium*. An non con-
„ fuſionis & ignominiæ eſt, Jeſum crucifixum,
„ magiſtrum pauperum, atque eſurientem far-
„ tis prædicare corporibus, & jejuniorum do-
„ ctrinam rubenti bucca, tumentique ore pro-
„ ferre? Si in Apoſtolorum loco ſumus, non
„ ſolum ſermonem eorum imitemur, ſed con-
„ verſationem quoque & abſtinentiam. Apoſto-
„ li, cum eſſet ſanctum utique miniſterium vi-
„ duis & pauperibus miniſtrare, *non oportet* (in-
„ quiunt) *dimiſſo ſermone Dei, miniſtrare nos*
„ *menſis*. At nunc non dico pauperes, non dico
„ fratres, & qui rurſum invitare non poſſunt
„ (ex quibus excepta gratia, nil aliud Epiſco-
„ palis ſperet manus) ſed militantes accinctos
„ gladio, & judices excubantibus fores ſuas
„ centurionibus & turbis militum, Chriſti Sa-
„ cerdos invitat ad prandium. Tota clerici ur-
„ be diſcurrunt: quærunt exhibere judicibus,
„ quæ illi in Prætoriis ſuis aut invenire non
„ poſſunt, aut certe inventa non coemunt. „

Act. 6. 2.

Hæc Hieronymus. Sed eſto, quod aliquando invitandi ſunt ad hoſpitium Sacerdotum potentes viri; cogit forſan neceſſitas, aut largitas chriſtiana præccurrit? Sed nulla neceſſitate regula Sacerdotalis vacabit, quin frœnum moderationis imponat, ut nec ſplendor inſit epulis, nec aliunde incenſio voluptatis. Magnus & egregius Auguſtinus, ut dicit in libello de vita ejus, POSSIDONIUS: Menſa uſus eſt frugali & parca,

Splendor & voluptas in Clericorum menſa improbatur.

Poſſidonius *apud Auguſtinum To. 10. in Append. pag. 272.*

„ quæ quidem inter olera, & legumina, etiam
„ carnes aliquando, propter hoſpites, vel quoſ-
„ vis infirmiores, ſemper autem vinum habe-
„ bat; quia noverat & docebat, ut Apoſtolus
„ dicit, quod omnis creatura Dei bona ſit, &
„ nihil abjiciendum, quod cum gratiarum a-
„ ctione Dei percipitur. Sanctificatur enim per
„ verbum Dei & orationem. Et ut idem Au-
„ guſtinus ſanctus in ſuis Confeſſionum libris
„ poſuit, dicens: *Non ego immunditiam cibi timeo,*
„ *ſed immunditiam cupiditatis*. Scio Noe omne
„ genus quod cibi eſſet uſui manducaſſe: Pro-
„ phetam Eliam cibo carnis refectum; Joan-
„ nem mirabili abſtinentia præditum, anima-
„ libus, hoc eſt, locuſtis (*a*) in eſcam ceden-
„ tibus non fuiſſe pollutum. Et ſcio Eſau len-
„ ticulæ concupiſcentia deceptum: & David
„ propter aquæ deſiderium a ſe ipſo reprehen-
„ ſum. -- Et ſequitur. -- De vino autem ſu-
„ mendo Apoſtoli extat ſententia ad Titum
„ ſcribentis, *Noli uſque adhuc aquam bibere,*
„ *ſed vino modico utere propter ſtomachum, &*
„ *frequentes tuas infirmitates*. Coclearibus ta-
„ men argenteis utebatur. Ceterum vaſa qui-
„ bus menſæ inferebantur cibi, vel teſtea vel
„ lignea vel marmorea fuerunt; non tamen ne-
„ ceſſitatis inopia, ſed propoſito voluntatis.
„ Sed & hoſpitalitatem ſemper exhibuit, & in
„ ipſa menſa magis lectionem vel diſputatio-
„ nem, quam epulationem potationemque di-
„ ligebat. Et contra peſtilentiam humanæ con-
„ ſuetudinis in ea ſcriptum habebat:

Quiſquis amat dictis abſentum rodere famam,
Hanc menſam vetitam noverit eſſe ſibi.

„ Pauperum enim ſemper memor erat, eiſ-
„ que inde erogabat unde & ſibi ſuiſque o-
„ mnibus ſecum habitantibus, hoc eſt, vel ex
„ redditibus poſſeſſionum Eccleſiæ, vel ex obla-
„ tionibus ipſis. „

1. Tim. 4. 3.

lib. 10. c. 31.

Gen. 9. 3.
3. Reg. 17. 6.

Matth. 3. 4.

Gen. 25. 32.
2. Reg. 23. 17.

1. Tim. 5. 23.

3. Hanc regulam Auguſtini ſequantur, non præcedant, ut hoſpitalitas gracilis, & clericis competens, ita cunctis ſit larga, ut tamen Chriſti pauperibus, maxime clericis, ſua ſubſtantia
A miniſtretur. Sciantque multum peccare Presbyteros, qui gratia hoſpitum, & ſuſtentandæ familiæ, fere omnes proventus, redditus, & oblationes conſummunt; & loco quartæ portionis debitæ pauperibus, vix dant conteſimam. INIQUUM EST NIMIS PAUPEREM a proprio tutore prædari, per proprium patrem tantam amittere portionem, cum qua hactenus, ut putamus, nec Deus diſpenſavit, nec canones. Sed ergo quanto gravius, ſi nec exhibeant hoſpitium, nec canonicam eis præbeant portionem, & laicis indignentur, ſi faciunt *, ad curias trahant, & uſque ad amiſſionem bonorum viribus inſe-
B quantur? Novit Deus quot tales ſunt, quos tamen in examine finali forſan non noſcet. Beatus Hieronymus, cui inter pauperes, pauperum experta fuerat injuria, de hac ipſa conqueritur, aſſimilans tales Presbyteros Diotrephe (*b*) Epiſcopo, qui nec pauperes ſanctos recepit, & recipientes ejecit: HIERONYMUS. An-

* *ſupple* hoſpitalitatem

b Hieronymus *To. 7. pag. 700.*

„ te omnia (inquit) hoſpitalitas futuro Epiſco-
„ po denunciatur. Si enim omnes illud de
„ Evangelio audire deſiderant, *Hoſpes fui &*
„ *ſuſcepiſtis me*, quanto magis Epiſcopus, cu-
„ jus domus omnium commune debet eſſe hoſ-
„ pitium? Laicus enim unum aut duos, aut
C „ paucos recipiens, implevit hoſpitalitatis of-
„ ficium; EPISCOPUS NISI OMNES receperit in-
„ humanus eſt. Sed vereor, ne quomodo Re-
„ gina Auſtri veniens de finibus terræ audire
„ ſapientiam Salomonis, judicatura eſt homi-
„ nes temporis ſui; & viri Ninivitæ, acta pœ-
„ nitentia ad prædicationem Jonæ, condemna-
„ bunt eos, qui majorem Jona Salvatorem au-
„ dire contempſerunt; ſic plurimi in populis
„ Epiſcopos judicent, ſubtrahentes ſe ab Ec-
„ cleſiaſtico gradu, & ea quæ Epiſcopo non con-
„ veniunt exercentes: de quibus puto & Joan-
„ nem ad Cajum ſcribere: *Chariſſime, fideliter*
D „ *facis quodcumque operaris in fratribus, & hoc*
„ *peregrinis, qui teſtimonium dederunt dilectio-*
„ *ni tuæ coram Eccleſia: quod optime facis, ſi*
„ *promiſeris Deo digne: pro nomine enim ejus*
„ *exierunt, nihil accipientes a gentilibus*. Et ve-
„ re, Sancto Spiritu in ſe loquente, quod fu-
„ turum erat in Eccleſiis jam tunc reprehen-
„ dit, dicens: *Scripſiſſem etiam Eccleſiæ, ſed qui*
„ *primatum agere cupit eorum non recipit nos.*
„ *Propterea cum venero admonebo opera ejus*
„ *quæ facit, malis verbis detrahens de nobis. Et*
„ *non ſufficit ei, quod ipſe non recipit fratres,*
„ *ſed & volentes recipere prohibet, & de Ec-*
E „ *cleſia ejicit*. Vere nunc eſt cernere quod præ-
„ dictum eſt, in pleriſque urbibus Epiſcopos
„ ſive Presbyteros, ſi laicos viderint hoſpita-
„ les, amatores bonorum, invidere, fremere,
„ excommunicare, de Eccleſia expellere, quaſi
„ non liceat facere quod Epiſcopus non faciat;
„ & tales eſſe laicos, damnatio Sacerdotum
„ ſit. Graves itaque eos habent, & quaſi
„ cervicibus ſuis impoſitos: & ut a bono ab-
„ ducant opere, variis perſecutionibus inquie-
„ tant. „ Hæc Hieronymus in *comment.* ſuper
Ti-

Matth. 25. 35.

Domus Epiſcopi communis eſſe debet.

Matth. 12.

* *M.* non conveniunt
3. Joan. 5. &c.

Invidia Epiſcoporum in ſanctos laicos.

(*a*) Bochartus in deſcriptione terræ ſanctæ ait, in Palæſtina *locuſtas* eſſe herbas eo nomine ad Jordanem, iiſque Monachos veſci conſueviſſe. Communior autem ſententia eſt, fuiſſe veras *locuſtas*, quibus ſale conditis multis in regionibus veſci pauperes teſtatur Plinius lib. 6. cap. 30. & lib. 7. cap. 2.

(*b*) In Cod. Vat. deſideratur *Epiſcopo*: & forte conſultius omittitur, quia quod Epiſcopus fuerit Diotrephes non bene liquet. Illud ſolum conſtat, Diotrephem miſſos a ſancto Joanne viros, neque ſuo ipſum hoſpitio recepiſſe, neque ab aliis recipi voluiſſe. Hæreticum fuiſſe Œcumenius, Beda, & recentiores aliqui credunt.

Ad Tit. 1. 8.

Titum, ubi exponit iſtum textum, *ſed hoſpitalem*, *benignum*, *ſobrium*. Huc uſque ergo Tractatum iſtum produximus, ut dotem Eccleſiæ in diſpenſatione Præpoſitorum laudemus, & probemus; & contra hæreſiarcham Wicleffum omni authoritate Scripturæ & veteranorum Patrum ſanctam prædicemus & ſolidam; ſic tamen ut non probemus, ſed damnemus abuſum.

Etiam in piis uſibus regulam Eccleſiaſticam obſervare tenentur Clerici beneficiati.

4. Sciant nihilominus Clerici chriſtiani, ſe diſpenſationi ſacrarum facultatum ſecundum ſuam exiſtimationem, etiam in pios uſus, ad faciendum quod eis placeat non eſſe liberos; ſed ad faciendum quod eis injunctum eſt, ſub pœna damnationis eſſe conſtrictos. NON EST TALIS CONDITIONIS, qualis eſt poſſeſſio laica, ſacra facultas, theſaurus pauperum; quæ * adhuc eſt in ſuo genere vera eleemoſina. Sed tamen ibi cavendus eſt error iſtius Wicleffi, qui dotem Eccleſiæ tam in redditibus, quam in oblationibus conſiſtentem, vocat *pure eleemoſinam*. Unde in libro ſuo *de cura paſtorali*, cap. v. dicit ſic: „ Ex iſtis elicitur, quod omnes Curati ſecundum legem Domini introducti, debent pure vivere de corporali eleemoſina ſubditorum. Si enim habent redditus, vel ſufficientes mundi divitias, debent illas relinquere. -- Et ſubdit poſtea -- Quantum ad corporalem eleemoſinam, patet quod Chriſtus cœpit eam de devotis fœminis & viris. Nam ſcribitur Luc. VIII. Maria Magdalena & Joanna uxor Cuzæ procuratoris Cæſaris, & multæ aliæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. Nec dubium, quin ſicut Chriſtus accepit noſtras miſerias atque pauperiem, ſic titulo eleemoſinæ hoc accepit. -- Et ſequitur -- Nemo ergo niſi rex ſuperbiæ puritatem illius tituli denegaret. Chriſtus autem licet habuerit titulum immenſitatis dominii, ac originalis juſtitiæ; quia tamen pro nobis factus fuit egenus & inops, patet de ratione, quod illo titulo acceperat illa bona. „ Hæc Wicleffus. Ubi quamvis incidenter, rationabiliter a quibuſdam objicitur, falſum eſſe quod Chriſtus dominanter exegit a ſuis bona ſua: (ut ipſe idem Wicleffus in IV. *Trial.* cap. XXIX. ſupponit: ibi quidem, ne Fratres Chriſti titulo mendicarent: hic autem ne Sacerdotes quidquam debite exigerent ob ſervitium * altaris:) quomodo enim hic dicit, quod Chriſtus non accepit *niſi pure titulo eleemoſinæ*, qui titulus dominativæ exigentiæ eſſe non poteſt, ſed maxime titulus dominationi oppoſitus *? Reſpondetur forſan, aut hic aut ibi errandi libidine ipſum eſſe ſopitum. Hoc tamen verum eſſe puto, quod titulus dotis, aut ſubventionis Eccleſiæ in redditibus, oblationibus, aut aliis, quamvis ſit ab olim, & uſque nunc eſſe non deſinit titulus eleemoſinæ; non eſt tamen titulus puræ eleemoſinæ. Intelligo *puram* & *meram* eleemoſinam, aut in ſuis adverbiis *pure* & *mere*, ſecundum quod in eis excluditur certitudo vel debitum rei petendæ. Ecce, vis intelligere bonam eleemoſinam, & ipſam ut ſic debitam? Pone aliquem pœnitentialiter eſſe confeſſum, injunctumque ipſi eſſe, ut primo occurrenti pauperi ad eleemoſinam donet denarium: occurratque Thomas primo; ipſi ſcis debitum eſſe injunctum denarium; & non minus eſt eleemoſina quod porrigit: quia ſic injunctum eſt ei, ut primo occurrenti pauperi ad eleemoſinam tradat denarium: ergo denarius, quem ex injuncto donavit peccator, & eleemoſina eſt ex ſuo genere, & debitum ex injunctione. Ita quodammodo quod a Principibus titulo eleemoſinæ ſubintravit, ut certis ſubſerviret Eccleſiis, ſive ratione dotis, ut poſſeſſiones & redditus; ſive decimæ, ut oblationes plebis, quæ ſunt tales apud populum, quales ſunt dominia & poſſeſſiones penes Principatum; habet a prima ſua origine quod ſit eleemoſina; & non minus ex aſſignatione facta tali Clero, quod ſit illi debita. Utrobique ergo placet Eccleſiæ & vendicare debitum & eleemoſinæ cognomentum. Sic enim dicit Canon XVI. q. 1. c. *Decimæ*, &c. *Quoniam*. *Quidquid habent clerici*, *pauperum eſt:* redditus Eccleſiæ & proventus eſſe eleemoſinas & fuiſſe. Cui dicto Canonis alludit etiam Scriptura, quæ dicit: *Deſudet eleemoſina in manu tua*, *donec invenias juſtum cui des* *: quam eleemoſinam dicit Magiſter hiſtoriarum eſſe decimationem primum Levitis debitam lege illa: quæ utique non effugit nomen eleemoſinæ, quamvis ab ipſa lege * Dei in pari decreto Legis debebatur ipſis Levitis. Et beatus Auguſtinus dicit eſſe biformem pauperem, cui danda eſt eleemoſina. Unus eſt, qui te quærat, puta pauper aliquis de vulgo: alius quem tu quærere debeas ad dandum illi eleemoſinam, ſcilicet, qui tibi ſervit in Evangelio, quem non expectabis ut petat. Unde ſuper illum verſum Pſalmi CXLVI. *Qui exoriri facit in montibus fœnum*, ſic habet: AUGUSTINUS. Eſtote (inquit) exactores veſtri, ne „ aliquid illi, qui vobis in Evangelio ſerviunt, non dicam petere cogantur (nam forte nec coacti petent); ſed ne ſilentio vos arguant. Unde ſcriptum eſt, *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem*. Cum dicit *qui intelligit ſuper egenum & pauperem*, eum dicit qui non expectat ut petat. Intellige ſuper illum. Alius te quærit indigens, alium tu debes quærere indigentem. Utrumque dictum eſt fratres mei: &, *omni petenti te da* modo lectum eſt. Et alio loco Scriptura dicit: *Sudet eleemoſina in manu tua*, *donec invenias juſtum cui des*. Alius eſt qui te quærit, alium tu debes quærere. Ne eum qui te quærit relinquas inanem, *omni petenti te da*. Sed alius eſt quem tu debes quærere. Sudet eleemoſina tua donec invenias juſtum cui des. „ Ubi plane dicit Auguſtinus eleemoſinam eſſe dandam Evangeliſtæ; cum tamen hoc ipſum donum, quod a donatoribus ſuſcipiunt Apoſtoli vel miniſtri Eccleſiæ, appellet Apoſtolus *poteſtatem* 1. Cor. IX. Et conformiter militat pro Sacerdotibus & altaris miniſtris, ſicut pro Evangeliſtis verbi Dei, quod ibidem habetur. Et ſic nihil obviat, quominus quod eſt in Evangeliſta vel altaris miniſtro eleemoſina ratione originis, ſit etiam poteſtas vel debitum ratione laboris cum concurſu Chriſti inſtitutionis: *Dominus*, (inquit Apoſtolus Paulus) *ordinavit his*, *qui Evangelium annunciant*, *de Evangelio vivere*.

* facultas

Wicleffus

Luc. 8. 2. & 3.

*al. ſervitutem

* Vide ſupra cap. 4.

Gratianus cauſ. 16. q. 1. c. Decimæ pag. 1497. & 1499.

* De hoc textu vide ſupra cap. 18.

* Deut. 12. 6.

Pſal. 146. 8.

Auguſtinus To. 4. pag. 1648. num. 17.

Pſal. 40. 2.

Luc. 6. 30.

1. Cor. 9. 12.

1. Cor. 9. 14.

CAPUT XLVII. & Ultimum,

Quod eſt licentiatorium & concluſivum operis de Perfectis (*a*).

SYNOPSIS CAPITIS.

1. *Explicat quomodo ſancti ſint ritus*, *& veſtes Religioſorum*.

2. *Re-*

(*a*) Editi: *Peroratio*, *& concluſio operis*, *præmiſſis nonnullis de veſtibus & ritibus Perfectorum*. *Ac tandem veniam petens*, *ſi quid minus bene in ſuperioribus dictum ſit*.

2. *Religioſos ad humilitatem, patientiam, ac paupertatem hortatur.*
3. *Suis auditoribus gratias agit, & ab eis, ſi quos injuſte læſerit, veniam petit.*
4. *Adverſantes hæreticos ſe auditurum promittit, dummodo argumenta ſua a Scripturis & Patribus ducant.*
5. *Pro contumacibus, ut tandem reſipiſcant, orationem ad Deum fundit.*

1. EXpediti a ſubſtantialibus hujus Opuſculi, de veſtibus & ritibus ſequeretur oratio, niſi quod ſatis de eis, ſaltem quantum res exigit, prætactum eſt. Sufficit enim, nec noviter, nec inutiliter eſſe repertos; &, ultra quod plures moderni exiſtimant, ſancti ſunt, ſacri ſunt; non ſanctitate meriti principalis, qualiter homo ſanctus eſt, aut Angelus; ſed qualiter Eccleſia materialis ſancta dicitur eſſe, & ſacræ veſtes Pontificis, & ſancta thuribula, ut Origenes in ſuperioribus* plane probavit; & adhuc ſi ſophiſtæ deſint, ſolet credere pia ſimplicitas chriſtiana.

* *lib. 3. art. 3. cap. 27. & 28.*

* *Lib. 2. cap. 36.*

2. His igitur deſertis, ad vos converto* me o fratres mei, quorum eſt jam profeſſio, quam me miniſtro indigno fundavit, aut, quod verius eſt, fundamenti ſoliditatem deſcripſit mater Eccleſia perfectorum: ſuiſque ut dignum eſt, extulit & munivit inſigniis contra adverſarium communem, & publicum hoſtem militiæ chriſtianæ. Attendite ergo Patres mei, ut humilitas per nos religionis excreſcat: quia hoc eſt religioni laudem dare perfectam. NON ENIM AUGETUR SUPERBIA, non ſermonum, non veſtium aut jurgiorum pompa proficit; ſed humilitate ſpiritus, patientia cordis, & rerum penuria. Gaudete ergo & probate quod talis ſit religio, quam cœpiſtis. Sed inde ſuperbire nolite, ne forte talis in vobis non appareat eſſe religio prædicata, qualis creditur in ſe ipſa.

* *Recole jam dicta in Admonitione ad hunc librum.*

Religio humilitate creſcit, patientia & paupertate.

3. Vobis autem, & cæteris omnibus o venerabiles Magiſtri, & Domini mei, retribuat omnipotens Deus vices humanitatis veſtræ, & ſupportationis benignæ, quam mihi homini indocto accomodaſtis, dum jam cauſam agerem religionis perfectæ. Et de cætero, Domini mei, ſi Deus dederit, in omnium noſtrum laborabo cauſa communi: in materia quandoque *de Sacramentis*, quandoque *de Legibus*, *de Sacerdotio*, *de clavium exercitio*, *de conſecrationibus Eccleſiarum*, *de privilegiis Indulgentiarum*, & cæteris talibus, ut occurrent. Si quos autem inhoc actu juſte, vel injuſte læſerim, humiliter veniam poſtulo.

4. Si quis autem contra iſta militare proponat, libenter auſcultabo. Sed rogo, ut illo paſſu incedat, quo ego uſque nunc ſemper inceſſerim. Poſtponat truſas, damnet blaſphemias, & contumeliarum aſpergines, quæ nihil ad rem faciunt, & tempus conſummunt: ſed innitatur Scripturis ſacris & planis expoſitionibus & aſſertionibus famatiſſimorum veterum profeſſorum, ut plana veritas intercedat, & omnibus litibus finem ponat.

5. Cæterum, ſi qui ſunt, quibus non placet veritas ſic declarata, ſed libentius manſiſſent in* errorum ſuorum antiquis cavernis & hæreſis latebris, quam ad Eccleſiæ catholicæ redirent ſanam & intemeratam ſententiam; pro eis in ſpeciali orationem fundo Auguſtini, quam ipſe pro Manichæis expreſſit, dum cum eis diſputaſſet *de natura boni* in fine libri: AUGUSTINUS. O
,, (inquit) Domine miſericors & miſerator, lon-
,, ganimis & multum miſericors & verax, qui
,, facis oriri ſolem tuum ſuper bonos & malos,
,, & pluis ſuper juſtos & injuſtos: qui non vis
,, mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vi-
,, vat: qui pertinaces corripiens das locum pœ-
,, nitentiæ, ut relicta malitia credant in te Do-
,, mine: quamvis multi, ſecundum duritiam
,, cordis ſui & cor impœnitens, theſaurizent
,, ſibi iram in die iræ & revelationis judicii
,, tui: qui etiam in quacumque die converſus
,, fuerit homo a nequitia ſua ad miſericordiam
,, & veritatem tuam, omnes iniquitates ejus
,, obliviſceris: præſta nobis, & da nobis, ut
,, per noſtrum miniſterium, quo execrabilem &
,, nimis horribilem hunc errorem redargui vo-
,, luiſti; ſicut multi jam liberati ſunt, & hi
,, liberentur, ſive per ſacramentum ſancti ba-
,, ptiſmi tui, ſive per ſacrificium contribulati
,, ſpiritus & cordis contriti & humiliati, in
,, dolore pœnitentiæ remiſſionem peccatorum
,, & blaſphemiarum ſuarum, quibus per igno-
,, rantiam te offenderunt, accipere mereantur.
,, Tantum enim valet præpollens miſericordia
,, & poteſtas & veritas baptiſmi tui, claveſque
,, regni cœlorum in ſancta Eccleſia tua; ut nec
,, de his deſperandum ſit, quamdiu in hac ter-
,, ra per tuam patientiam vivunt. Qui etiam
,, ſcientes quantum malum ſit talia de te ſen-
,, tire vel dicere, propter aliquam temporalis
,, & terrenæ commoditatis conſuetudinem, &
,, Adæ peccatum * in illa maligna pro-
,, feſſione detinentur: ſi ad tuam ineffabilem
,, bonitatem, ſaltem increpativis correptioni-
,, bus, fugiant, fac ut omnibus carnalis vitæ ille-
,, cebris cœleſtem vitam & æternam præpo-
,, nant.

Auguſtinus To. 8. pag. 518. cap. 47.
Pſal. 102. 8.
Matth. 5. 45.
Ezech. 33. 11.
Sap. 12. 2.
Rom. 2. 4. & 5.
Ezech. 18. 21.
Pſal. 50. 19.

* *M vel adoptionem.*

FINIS
TOMI PRIMI.

NOTÆ

NOTÆ FUSIORES
IN TOMUM PRIMUM DOCTRINALIS
THOMÆ WALDENSIS

Hæretici corporalibus pœnis juſte afficiuntur.

Ex Epiſt. nuncupat. ad Martinum V. P. M. Num. 2.

LEGIBUS CHRISTI NON POTEST: SED SOLA AUTHORITATIS SUÆ MOLE NOS OPPRIMIT CONTRA LEGEM. Contra Imperatores, immo contra Principes omnes ſæpe hæc obloquebantur hæretici, quoties per A
eorum edicta atque ſupplicia a ſuis evulgandis hæreſibus deterrebantur. Vetus erat hæc vox in ore Pelagianorum, ut notat Auguſtinus lib. 3. *contra Julianum;* vetuſtiſſima fuit in ore Wicleviſtarum, & demum prorſus rancida in ore Calviniſtarum aliorumque Novatorum, cum Regio enſe aut procul pellerentur, aut diris ſuppliciis mulctati eſſent. Dicebant ſiquidem non fore conſentaneum, ut ad fidem, quæ tota in propenſa obedientia conſiſtit, per vim cogantur homines: hoc maxime deviare a manſuetudine Chriſti, qui non armis pertinaces compulit in ſuum obſequium; ſed omnes blande allicere tentavit, ut illud impleret Iſaiæ vaticinium: „ Ecce ſervus meus

Iſai. 42. 1. 2. 3.

„ non vexabitur, neque contendet, neque in plateis
„ audietur ejus clamor, calamum quaſſatum non con- B
„ fringet, & Ellychinium fumigans non extinguet. „ Hinc veluti de monſtruoſa tyrannide queruntur de exiliis & pœnis, quibus interdum olim vexabantur; & qui de illis perempti ſunt, etſi ob enormia facinora, inter martyres adſcribere non erubeſcunt. Sed valde mirum, quod iſti ad tuendum errorem, tam lucidam in divinis Scripturis, & in Eccleſiaſticis Actis diſſimulant veritatem. Nonne dixit Paterfamilias ſervis ſuis: *Quoſcumque inveneritis cogite intrare?* Nonne Saulus ad cognoſcendum, credendumque Chriſtum magna vi compulſus eſt? Mitto alia Scripturæ documenta, ut unum dumtaxat de Rege Nabuchodonoſor perpendamus. De iſto Rege dicit Auguſtinus Epiſt. 93. *ad Vincentium;* „ Non invenitur exemplum in Evange-

Luc. 14. 23.

„ licis & Apoſtolicis litteris, aliquid petitum fuiſſe a C
„ Regibus terræ pro Eccleſia contra inimicos Eccleſiæ.
„ Quis negat non inveniri? Sed nondum implebatur
„ illa Prophetia: *Et nunc Reges intelligite, erudimini*
„ *qui judicatis terram, ſervite Domino in timore.* Ad-

Pſal. 2. 10.

„ huc enim implebatur quod in eodem Pſalmo ſupe-
„ rius dicitur: *Aſtiterunt Reges terræ, & Principes con-*
„ *venerunt in unum adverſus Dominum, & adverſus*
„ *Chriſtum ejus.* Verumtamen ſi facta præterita in
„ Propheticis libris figuræ fuerunt futurorum, in Re-
„ ge Nabuchodonoſor utrumque tempus figuratum eſt,
„ & quod ſub Apoſtolis habuit, & quod nunc habet
„ Eccleſia. Temporibus itaque Apoſtolorum & Mar-
„ tyrum, illud implebatur quod figuratum eſt, quan-
„ do Rex memoratus pios & juſtos cogebat adorare
„ ſimulachra, & recuſantes in flammas mittebat. D
„ Nunc autem illud impletur, quod paulo poſt in eo-
„ dem Rege figuratum eſt, cum converſus ad hono-
„ randum Deum verum, decrevit in Regno ſuo ut
„ quicumque blaſphemaret Deum Sidrach, Miſach,
„ & Abdenago, pœnis debitis ſubjaceret. Prius ergo
„ tempus illius Regis ſignificabat priora tempora Re-
„ gum infidelium, quos paſſi ſunt chriſtiani pro im-
„ piis. Poſterius vero tempus illius Regis ſignificavit
„ tempora poſteriorum Regum jam fidelium, quos
„ patiuntur impii pro chriſtianis. Sed plane in eis,
„ qui ſub nomine Chriſti errant ſeducti a perverſis,
„ ne forte oves Chriſti ſint errantes, & ad gregem
„ aliter revocandæ ſint, temperata ſeveritas, & ma-
„ gis manſuetudo ſervatur, ut coercitione exiliorum
„ atque damnorum tribulatione admoneantur conſide- E
„ rare quid, & quare patiantur. „ His accedit rationis evidentia: quia ſi Chore Datan & Abyron ob rebellionem quam fecerunt contra Moyſen & Aaron fuerunt a Deo tam horribili ſupplicio interempti; quomodo Eccleſiæ ſuæ non dedit Deus poteſtatem ad coercendos & puniendos rebelles, qui deficientes a vero Dei cultu univerſum populum pravis doctrinis ſeducunt? Præterea, blaſphemia juſte punitur extremo ſupplicio: quidni & hæreſis, quæ ſpecies quædam blaſphemiæ eſt? Audiatur iterum Auguſtinus alloquens Donatiſtas in Epiſt. cv. „ Non vultis, ut tale aliquid (ſententiam
„ ſcilicet extremi ſupplicii) contra vos jubeant Im-
„ peratores chriſtiani, cum ſciant a vobis in eis, quos
„ rebaptizatis, Chriſtum exſufflari? „ Idem porro abunde ſuadet perpetua praxis Eccleſiæ. Dioſcorus nondum a Patribus damnatus, in Concilio Chalcedonenſi de Euthychete ajebat: *Si Eutyches præter Eccleſiæ dogmata ſapit, non ſolum pœna dignus eſt &c.* Theodoſius & Valentinianus Impp. L. *Ariani* Manichæos e Civitatibus pelli, & *ultimo ſupplicio* tradi ſanxerunt. Marcianus & Valentinianus Impp. L. *Quicumque de hæreticis, & Manichæis*, adverſus Eutychianiſtas vel Apollinariſtas ita ſtatuunt: *Ultimo etiam ſupplicio coerceantur qui illicita docere tentaverint.* Theodoſius & Honorius Impp. L. *Si quis*, ne ſanctum baptiſma iteretur, pœnam etiam capitis in eos decrevere, qui baptiſmum a catholicis collatum iterabant. Manichæos capite plectendos Juſtinianus edixit l. *Manichæi*. Baſilium ſectæ Bogomilorum principem ab Alexio Comneno Imperatore flammis addictum Euthymius in Panoplia, Anna Comnena lib. xv. Alexiados, & Zonaras lib. 3. Annalium teſtantur. Robertum Regem chriſtianiſſimum igne damnaſſe *Stephanum & Liſojum*, alioſque hæreticos in urbe Aurelianenſi anno MXVII. referunt *Glaber Radulphus* lib. 3. hiſt. cap. 8. *Ademarus*, & Chronicon *S. Petri vivi* apud Senonas. *Petrum de Bruis* Hæreſiarcham in villa Sancti Ægidii combuſtum Petrus Cluniacenſis commemorat. *Arnaldum de Brixia* juſſu Friderici Imperatoris captum, a *Petro* urbis præfecto ad rogum Romæ damnatum eſſe, *Otho Friſingenſis* & *Guntherus* teſtantur. Ekbertus Abbas Sancti Florini, frater Sanctæ Eliſabethæ Schonaugienſis ſerm. VIII. adverſus Catharos refert *Arnoldum* quemdam ex eorum ſecta, una cum ſuis complicibus Coloniæ igni damnatum eſſe. Ex quibus omnibus comperrtum eſt, quam falſo *Philippus Camerarius* ſcriptor heterodoxus Centuria I. *operarum ſucciſivarum* cap. 58. de ſancto Dominico ſcripſerit: „ Dominicus author unius de quatuor Ordini-

Calumnia in Sanctum Dominicum repellitur

„ bus Mendicantium, primus incendia & uſtulatio-
„ nes inter Chriſtianos Religionis ergo invexit: ideo-
„ que ejus imitatores adhuc Inquiſitionem tamquam
„ peculiarem ſibi vendicant, & multis in locis ſevere
„ eam exercent. Tradunt autem matrem ejus jam
„ jam enixuram, ſomniaſſe ingentem canem ſe pa-
„ rere, qui ardentem torrem ore geſtaret. Qui tor-
„ ris deſignavit fortaſſe rogos, quibus in cinerem redacta
„ eſt infinita hominum multitudo. „ Hiſce concinunt quæ ſcribit Joannes Paulus Perrinus in *hiſt. Waldenſium*.

Mirum propterea, quod tam longæva & nuſquam interrupta Eccleſiæ conſuetudine victi hæretici, antiquas querelas moderni renovent, immo & ſparſis libellis, Principum & Magiſtratuum fidem, zelum, ac jura, calumniari audeant, ſi quando ab eis jure gladii coerceantur. Plura quidem, ut impunes relaxentur, ſolent objicere; ſed quæ eorum imperitiam atque perfidiam magis produnt. Audiatur *Michael Servetus*, quem valide refellit *Joannes Calvinus*. Ipſe objiciebat, Chriſtum capitaliter puniri nolle, niſi qui ſe deſperatos oſtendunt: quia adulteræ dixit, *Vade, & poſthac ne pecces*. At quæritur: Num Chriſtus, quia adulteræ veniam præſtat, ideo de adulteriis vindictam interdicit? Abſit. Alioquin nec hæreditates forent dividendæ, quia Chriſtus judex vel arbiter in tali diviſione eſſe recuſavit.

Prima objectio

Porro objiciunt imperiti: Regnum ſuum manu & armis conſtitui noluit Dominus, ſed ſpirituali Evangelii gladio; & ſuos hortatus eſt, ut parati eſſent proprium ſanguinem fundere: ut alienum funderent, nuſquam præcepit: Apoſtolos tamquam agnos in medium luporum emiſit, non inſtruxit carnis potentia.

Objectio Secunda

Reſpondetur, nuſquam Chriſtum ſuis mandaſſe ut furta, rapinas, adulteria, cædes, veneficia puniant. Numquid idcirco impune ferenda ſunt hæc omnia? Suntne ergo laxandæ ſceleratis habenæ: & quæ ſingulis præcipitur tolerantia, jure ne omnium legum ſanctiones poteſt evertere?

Tertia

Inſtant & dicunt, abſurdum eſſe, ſpirituale Chriſti regnum carnis potentia ſubniti.

Reſpondetur, indignum quoque eſſe fidem humana ſapientia fundari; & tamen docti & diſerti viri utiliter ſua doctrina & eloquentia eam ſulciunt. Quidni ergo Reges ad fidem vocati, eam potentia ſua vindicare non poterunt, & tueri?

Quarta

Adhuc inſtant & dicunt, nihil minus eſſe conſentaneum, quam ut ad fidem, quæ in propenſa obedientia conſtat, violenter cogantur homines.

Reſpondetur, quod Principum vocatio poſtulat, ne ab impuris ac petulantibus linguis lacerari Dei nomen permittant, ejuſque cultum peſſumdari. Privatus homo, qui vitæ & mortis poteſtatem non habet, ſi domum cui præeſt, ſacrilegiis pollui ſinat, culpa non vacabit: quanto ergo fœdior erit Principis ignavia, ſi tacitus impiorum exceſſus diſſimulet, & improbis diſſipandæ Eccleſiæ licentiam concedat?

Quinta

Objiciunt ex Scripturis illud Gamalielis Act. 5. ſuadentis Scribas ne ſæviant: „ Quia ſi ex hominibus „ conſilium hoc aut opus, diſſolvetur: ſi vero ex Deo „ eſt, non poterunt diſſolvere. „

Gamalielis argumentatio, non recta.

Reſpondetur, Gamalielem non recte deducere, nihil adhibendum eſſe conſilii, quia Deus quod ſuum eſt tuebitur; quod autem ab hominibus, diſſolvetur. Certe etſi Dominus unicus ſit Agricola, mittit tamen operarios in vineam ſuam: quamvis ſolus det incrementum, vult nihilominus eſſe qui plantent & rigent: quamquam templi ſui ſit architectus, miniſtros tamen opifices ſibi adjungit, qui in hoc ædificio laborent. Denique etſi Dominus vindex ſit operum ſuorum, homines tamen miniſtros adhibet.

Objectio ſexta

Item ex Scripturis illud jactant Chriſti Domini, qui juſſit Petro recondere gladium in vaginam: unde probari autumant quod Deo non placet violenta & armata Evangelii defenſio.

Sed reſpondetur, quod Chriſtus non ideo hoc jubet vel ut Magiſtratus exarmet, vel ut eos repellat a juſta Evangelii propugnatione: ſed quia Petrum tuere non vult præcipiti impetu extra vocationis ſuæ metas; nec morti ſuæ, qua reconciliandi erant homines Deo, quidquam moræ afferri.

Reliqua mitto, quæ ad ſibi vindicandam impunitatem congerunt adverſarii: nam ad prædicta referuntur.

Quam impudenter martyres ſuos ſibi vendicent hæretici.

Jam vero diſſimulandam eorum non cenſeo impudentiam, qua in albo Sanctorum Martyrum ponere conſueverunt quotquot ob hæreticalem pertinaciam extremo ſupplicio a Catholicis necati ſunt. Id nuper ad ſimpliciores in Patria mea decipiendos facere non erubuit quidam *Joannes Legerius* in ea quam condidit *hiſtoria Waldenſium*, qui in agro *Pinerolienſi*, & ulterius in vallibus *Lucernæ*, *Petruſiæ &c.* ad fines Pedemontis ac Delfinatus adhuc ſuperſunt. Ipſe quippe ingenti volumine; immo & per elegantes icones, interitum, ſeu, ut ipſe dicit, *glorioſum Martyrium*, narrat atque deſcribit conſectariorum ſuorum (inter quos erat Presbyter), qui aut jure belli, aut ob perduellionis facinus, catholico enſe interempti fuere. Sed quis effrontem ſcribentis non miretur audaciam, aut legentium atque credentium non horreat cœcitatem?

Joannis Legerii hiſtoria notatur.

Quid martyrem faciat.

MARTYREM (inquit Auguſtinus) FACIT CAUSA, „ NON PŒNA. Prius probent ſe non eſſe hæreticos, E „ vel ſchiſmaticos; tum demum de indignis pœnis „ ſuis lividam emittant vocem: tum demum ſe ſe „ audeant, cum aliquid mali patiuntur, veritatis martyres dicere ..... Non quiſquis in aliqua Religionis „ quæſtione fuerit ab Imperatore punitus, martyr efficitur. Neque enim vident, qui talia ſentiunt, in „ eum locum ſe progredi, ut ipſos etiam dæmones „ martyrum gloriam ſibi vendicare poſſe contendant: „ quia iſtam patiuntur perſecutionem per Imperatores „ chriſtianos, ut toto orbe terrarum eorum templa „ evertantur, idola comminuantur, ſacrificia ſubtrahantur; qui eos honorant, ſi deprehenſi fuerint, „ puniantur. Quod ſi dementiſſimum eſt dicere, non „ ergo ex paſſione, certa juſtitia; ſed ex juſtitia paſſio glorioſa eſt. Ideoque Dominus, ne quiſquam in „ hac re nebulas offunderet imperitis, & in ſuorum „ damnatione meritorum laudem quæreret martyrii; „ non generaliter ait: *Beati qui perſecutionem patiuntur*: ſed addidit magnam differentiam, qua vera a „ ſacrilegio pietas ſecernatur. Ait enim: *Beati qui* „ *perſecutionem patiuntur propter juſtitiam*. Nullo modo „ autem *propter juſtitiam*, qui Chriſti Eccleſiam diviſerunt.... *Sed*, inquiunt, *non hæc fecimus*. Videant ergo ex hac quæſtione ſe primitus liberari debere; & tunc audere, ſi quid moleſtiarum ſive pœ- A „ narum a Chriſtianis Imperatoribus patiuntur, vel „ deponere in querimoniam, aut aſſumere in gloriam. Hæc Auguſtinus lib. 1. *contra Epiſtolam Parmeniani* cap. XIX.

Si hæretici, dæmones quoque ſunt martyres.

Libri hæreticorum jure prohibiti.

Ex DOCTRINA VI.

AD *legendos libros ſuos* (hæretici) *vos provocant*. Sancta mater Eccleſia omni ſtudio a lectione librorum impiorum, præſertim hæreticorum, filios ſuos conatur avertere, ne ex venenato calice mortem ſibi propinent. Quod quam jure faciat, antiqua monumenta luculenter demonſtrant. Ac primo, refert *Valerius Maximus* lib. 2. cap. 1. quod cum Romæ reperti fuiſſent libri quidam, qui nonnihil videbantur ſolvere B Religionem, Prætor Urbanus ex authoritate Senatus, in conſpectu populi eos cremavit. Marcus Tullius lib. 1. *de natura Deorum* memorat quemdam *Protagoram Abderitem*, qui ob evulgatos quoſdam libros religioni noxios, ipſe extra urbem pulſus eſt, & illi publice concremati fuerunt. Si autem hæc ad inſanæ ſuperſtitionis tutelam cavebantur; quanto magis ab Eccleſia cavenda ſunt, ad veram Chriſti fidem ſartam, ut par eſt, tectamque ſervandam?

Libri impii a Romanis gentilibus cremati.

Hoc didicit a Patribus ſuis primævis Eccleſia. Habetur ſiquidem Act. XIX. quod multi ab Apoſtolis converſi libros curioſos, prophanoſque contulerunt, & coram omnibus combuſſerunt. Legitur etiam lib. 1. *Conſtit. Apoſtolicar.* cap. VII. Apoſtolos prohibuiſſe fidelibus libros Gentilium & falſorum Prophetarum. A C temporibus Apoſtolorum ſucceſſive ad noſtram uſque ætatem idem adverſus peſtiferos libros dimanavit zelus. Scribit enim Euſebius Dionyſium, qui Alexandrinum Epiſcopatum ſæculo tertio adminiſtrabat, graviter a fidelibus reprehenſum quod libros legeret hæreticorum. Porro, libros Arii a Concilio Nicæno I. flammis adjudicatos teſtatur Nicephorus: & Conſtantinum id executioni mandari juſſiſſe, propoſita etiam pœna capitis in eos, qui dicti Hæreſiarchæ libros occultaſſent, affirmat Socrates: qui etiam narrat, quod damnatus fuit Marcellus Ancyranus, eo quod ſuorum errorum libros igni tradere recuſaſſet: non enim recipiebantur ad pœnitentiam hæretici, niſi prius codices ſuos combuſſiſſent. Concilium Carthaginenſe IV. Can. XVI. permittit ſolis Epiſcopis in ſolo caſu neceſ- D ſitatis libros hæreticorum evolvere. Poſt damnatos in Synodo Epheſina Neſtorii errores, ejus quoque libri interdicti fuerunt, & a Theodoſio Imperatore exuri juſſi, ut Liberatus refert; & habetur etiamnum lex illa Theodoſii L. *Damnato*. C. *de hæreticis*. Per ea tempora lata quoque eſt illa lex Honorii atque Theodoſii, qua jubentur Mathematici omnes libros ſuos, in quibus aliquid eſt adverſum catholicæ fidei, ſub oculis Epiſcoporum cremare. L. *Mathematicos* C. *de Epiſcopali audientia*. Ex actione III. Concilii Chalcedonenſis liquet damnatos a Patribus Eutychetis libros: quos itidem ſeveriſſima lege, ne retinerentur, immo quantocyus cremarentur, ſtatuerunt Imperatores Valentinianus, & Marcianus L. *Quicumque* §. *Nulli*, & §. *omnes*, C. de hæreticis. Idem habetur in Synodo V. E de libris Anthymi, quos etiam, ſub pœna obtruncationis manuum in illorum exſcriptores, interdixit Juſtinianus Imperator in Novellis, Conſtit. XLII. In ſeptima Synodo act. V. vetantur, & comburi jubentur hæreticorum libri; & Can. IX. qui eos legunt excommunicatione feriuntur. Concilium Conſtantienſe ſeſſ. VIII. confirmat decretum Concilii Romani, quo interdicta fuerat lectio librorum Joannis Wicleffi. Denique Concilium Tridentinum indicem librorum hæreticorum fieri juſſit, ut omnes ſcirent, qui libri cavendi & exurendi forent. Hæc autem de proſcribendis libris hæreticis nedum in Conciliis, ſed in ſummo quoque Pontifice extat poteſtas. Hinc Anaſtaſius Papa interdixit libros Origenis, inſtante Marcella nobili Matrona, ut refert Cardinalis Noriſius. Item S. Leo in Epiſt. *ad Turbium* interdixit lectionem librorum quorumdam, & declaravit eos Epiſcopos, qui illos a fidelibus retineri tolerarent, hæreticos fore cenſendos. Paulo poſt Gelaſius in Concilio Romano, ut habetur Diſt. XV. cap. 3.

Ex a primævis Chriſtianis.

lib. 6. hiſt. cap. 6.

lib. 8. cap. 18.

lib. 1. cap. 6.

cap. 10. Breviar.

Legentes libros hæreticos excommunicantur.

lib. 1. hiſtor. Pelag. cap. 2.

Quid de Epiſcopis, qui tolerant legentes libros hæreticorum.

Re-

Romana indicem texuit hæreticorum, quorum libros a fidelibus vitandos eſſe monet.

Rationes prohibendi libros impios.

Nec ſine magna ratione cum Pontifices tum Concilia ad hanc exercendam poteſtatem adducebantur. Nam ſi colloquia hæreticorum ſunt periculoſiſſima, atque ideo procul vitanda; multo magis noxii ſunt eorum libri peſtilentes, atque vitandi. Certe oratio, quæ in libris exaratur, longe eſt artificioſior quam quæ in colloquiis uſurpatur: unde ad ſeducendum eſt aptior. Porro verba ore prolata mox tranſeunt; at verba in libris perpetuo immanent, & ſemper nobis adſunt; nobiſcum domi ſedent, nobiſcum peregrinantur in via. Denique quæ in libris ſcripta ſunt, magis dilatantur: poteſt enim male feriatus Scriptor per codices ſuos toti fere Orbi terrarum loqui; & multorum domos & cubicula penetrant libri, quos Author nunquam vidit, & ad quos forte nunquam admitteretur.

Diſplicebant hæc Wicleviſtis, ac etiamnum iis omnibus diſplicent, quibus pariter cordi eſt, ut ſui ſpargantur errores. Unde objiciunt primo: Multa bona in libris hæreticorum continentur; & ſtultum eſt, propter aliqua mala, privare ſe etiam bonis.

Objectio prima.

Hæc in citata Doctrina VI. objiciebant Wicleviſtæ: At reſpondetur, quod veritas ab hæreticis ſcripta non debet negari; ſed in eorum libris non debet legi: nam, ut ibi eſt, nocet, non prodeſt. Scribit quippe Beatus Gregorius lib. V. *Moral.* cap. XI. hoc eſſe proprium hæreticorum, ut veris falſa permiſceant, & bonis mala: Si enim mala ſolummodo & falſa venditarent, ab omnibus repellerentur: ſi ſola vera enunciarent & bona, hæretici non eſſent. Itaque omnia miſcent, ut ex malis bona inficiant; & per bona, mala ſua occultent, tamquam venenum in dulci eſca. Id cauſæ fuit, cur Chriſtus & Apoſtoli prohiberent dæmones vera dicere; ne ſcilicet per ea vera fidem ſibi conciliarent, & poſtea etiam falſa illis crederentur. Luc. IV. *Dominus non ſinebat dæmones dicere: Tu es Chriſtus filius Dei*. Et Act. XVI. Paulus prohibuit diabolum dicere: *Iſti homines ſervi Dei excelſi ſunt, qui annunciant vobis viam ſalutis*. Præterea omnino indecens eſt, ut veritas ſuſcipiatur ab hæreticis, qui hoſtes ſunt veritatis. Qua de re egregium penes Ethnicos nobis exemplum tradit Cellius. Narrat enim, quod cum apud Lacædemones de ſumma Reipublicæ agi contingeret, vir quidam diſertus & doctus, ſed improbus, optimam ſententiam dixit: quæ cum placeret omnibus, & juxta eam decernendum videretur: ne optimum conſilium turpitudine Conſiliarii fœdaretur, virum quemdam graviſſimum elegerunt, qui eamdem ſententiam diceret, & nullo prioris habito reſpectu, hujus ſententiam in decretum retulerunt.

Veritas in libris hæreticorum non legenda.

Hæretici per dolum falſis vera permiſcent.

Cur Chriſtus & Apoſtoli prohibuerunt dæmones vera dicere.

lib. 18. cap. 3. Exemplum Ethnicorum de non ſuſcipienda ab hæreticis veritate.

Objiciunt ſecundo: ſi in odium erroris exurendi ſunt libri, actum erit de multorum Sanctorum Patrum libris, qui erroribus non carent.

Objectio ſecunda.

Reſpondetur: Patres non ſunt hoſtes Eccleſiæ, & eorum errata non ſunt hæreſes, ſed humanæ infirmitatis lapſus. Porro errores Patrum ſunt extincti, & veluti mortui, qui nocere non valent: nam error nocet quando defenditur pertinaciter. Et revera Patrum errores non fuerunt detecti, dum Patres ipſi viverent (quia tunc vel ipſi eos retractaſſent, vel ab Eccleſia ejecti fuiſſent) ſed poſt eorum obitum detecti notatique fuerunt, & ab omnibus improbati; ſicut etiam ab ipſis improbarentur, ſi viverent.

Quid dicendum de erroribus in libris SS. Patrum.

Objiciunt tertio: Quare non ſunt tolerandi hæreticorum libri, cum Eccleſia toleret libros erroneos Gentilium, Judæorum, Turcarum, & omnium veterum hæreticorum, ut Origenis, Tertulliani, & aliorum?

Objectio tertia.

Reſpondetur: tolerabiliores ſunt, & melioris conditionis libri Turcarum, & Judæorum, quam libri hæreticorum. Illi ſiquidem ſunt hoſtes aperti Chriſtianorum, nec fallunt ſub nomine Chriſtiano, ut hæretici faciunt. Hinc etiam ſimpliciſſimi norunt diſcernere dogmata Judæorum & Turcarum a dogmatibus Chriſtianis: at diſcernere hæreſes a veritate catholica, nonniſi docti homines norunt. Præterea etiam Judæorum & Turcarum libri prohibentur, quando continent blaſphemias in Chriſtum, aut judicantur pernicioſi Chriſtianis, ut de Judaico *Talmud* patet exemplum.

Tolerabiliores libri Turcarum, quam libri hæreticorum.

Quando prohibeantur libri Turcarum, & Judæorum.

Ad illud de Origene, Tertulliano &c. reſpondetur, eorum libros permitti, quia hæreſes illæ ſuis jam deſtitutæ Patronis, extinctæ ſunt: & de cætero libri illi proſunt, propter antiqua quæ exhibent Eccleſiaſticæ traditionis monumenta.

Cur legi permittantur libri veterum hæreticorum.

Arguunt item ex Scripturis, & dicunt: Monet Paulus I. Theſſalon. V. *Prophetias nolite ſpernere, omnia probate: quod bonum eſt tenete*. Si quis ergo futura prædicet, vel Scripturas verbotenus aut ſcripto interpretetur; licitum eſt eum audire, & legere; ut, quod fidei conſonum eſt, recipiatur; quod diſſonum, repellatur.

Objectio quarta.

Reſpondetur, loqui Apoſtolum de prophetia & ſcriptis, quæ nondum conſtat an ſint bona vel mala; & recte hujuſmodi non vult rejici, niſi debito prius examine *probentur*. Sed quando ſcriptum jam ab Eccleſia examinatum conſtat eſſe malum; quid amplius opus eſt illud *probare?* Talia ſunt autem ſcripta omnia, quæ nobis prohibentur. Ea ſiquidem jam *probata* ſunt, examinata omnia; atque idcirco prohibita, quia mala reperta ſunt. Quamquam item Apoſtolus ad univerſam ſcribat Eccleſiam, non tamen vult omnia fieri ab omnibus; ſed ab iis qui idonei ſunt, & quibus incumbit: ſicut cum ad Univerſitatem aliquam mittuntur examinandi articuli aliqui ſuſpecti; non ad omnes, qui ſunt in Univerſitate, pertinet eos examinare; ſed ſolum ad Magiſtros. Itaque cum Apoſtolus jubet in Eccleſia examinari prophetias & Scripturarum interpretationes, certe non vult hoc fieri a mulierculis, a cæmentariis, a lanificibus, ſed ab Epiſcopis, & aliis doctiſſimis quos Epiſcopi ſibi adjungunt.

Senſus Apoſtoli de probandis omnibus.

Plura denique objiciunt ex teſtimoniis veterum Patrum, & ex Eccleſiaſtica hiſtoria. Ac primo de Dionyſio Alexandrino, qui, teſte Euſebio, cum argueretur quod libros hæreticorum legeret, reſpondit, ſe viſionem habuiſſe, qua ſibi dicebatur: *Lege omnia, quæ in manus tuas veniunt: valebis enim omnia expendere & probare*. Denique de Theophilo Alexandrino, qui cum reprehenderetur quod libros legeret Origenis, reſpondit, ut refert Socrates, ſe eos legere, ut quod bonum eſt excerperet, rejiceretque quod malum. Item de Hieronymo, qui in Epiſt. *ad Alexandrum & Minerium* dicit ſe legere hæreticorum libros, ut bona inde ſecernat, quamquam ſciat aliquos idcirco de ſe murmurare.

Objectio quinta. *lib. 7 hiſt. cap. 6.*

lib. 6. hiſt. cap. 15.

Reſpondetur nil aliud per hæc probari, niſi quod ſemper viguit in Eccleſia mos vitandi lectionem librorum hæreticorum; nam alioquin quis prælaudatos Patres de hujuſmodi lectione reprehendiſſet? Præterea: nuſquam negatum fuit ac etiamnum non negatur Epiſcopis, & aliis quamplurimis facultas legendi libros hæreticorum; & ideo nil mirum, ſi Dionyſius & Theophilus Patriarchæ, ſicut & Hieronymus doctiſſimus Presbyter, poterant pro ſuo munere omnes libros perluſtrare. Adde, quod tunc nulla forte erat in Eccleſia lex univerſalis, ſed dumtaxat conſuetudo abſtinendi a libris hæreticalibus (exceptis libris Arii aliique ſupra memoratis): at modo nedum conſuetudo, ſed & lex eſt univerſalis Eccleſiæ, cui omnino parendum eſſe, nemo niſi pervicax ac rebellis poteſt ambigere.

S. Cyrillus a Gennadii calumnia vindicatus.

Ex Lib. I. Cap. 18. Num. 7.

NEque (animæ) *cum corporibus ſeminantur, ſicut Luciferiani, & Cyrillus, & aliqui Latinorum præſumptores affirmant*. Hæc adverſus Divum Cyrillum intemperanti calamo ſcripſit *Gennadius* Presbyter Maſſilienſis in libro *de Eccleſiaſticis Dogmatibus*, ut ex *Patribus Maurinis* ſuo jam loco notavimus*: quamquam fateantur iidem Patres, quod citata verba, *& aliqui Latinorum præſumptores affirmant*, ſicut aliæ dicendi formulæ, potius *Gennadium Conſtantinopolitanum* Epiſcopum, vel alium Græcum redolent Scriptorem. Nos *Gennadium Maſſilienſem* firmiſſimis ducti argumentis, & omnium ſuffulti Eruditorum calculo, præfati libri Authorem, iterum aſſerimus. At nonnulla quæ inſtituti noſtri ſunt, hic diligenter inveſtiganda aggredimur, ut de *Cyrillo* noſtro impudens detegatur *Gennadii* obtrectatio. Et quidem primo, quid de ipſius Gennadii fide ſentiendum ſit. Secundo, de quo *Cyrillo*, ſcilicet, an de *Hieroſolymitano*, vel de *Alexandrino* Epiſcopo in citato loco ſit ſermo. Tertio, quare *Gennadius* ille tali accuſatorio ſtylo Cyrillum perſtringat. Ac demum quarto, quam inique carnalem illam turpemque animarum ſeminationem *Cyrillo* affingere auſus fuerit.

* *ſupra in citato cap. 18.*

A primo jam ducatur exordium. Quiſquis citatum Gennadii librum evolvat facili negotio animadvertet, Authoris animum Pelagianis erroribus fuiſſe addictum. Nuſquam enim in eo libro meminit peccati originalis, aut Infantium baptiſmatis in remiſſionem peccatorum: cumque multos nominet hæreticos nuſquam meminit Pelagii, aut catholici dogmatis

Gennadius Maſſilienſis, Semipelagianus.

matis contra eum prolati; ſed contra diligenter inculcat, animas non eſſe ex traduce, eo quod ſciret Pelagium inde ſuum dogma ſtatuere. Adhuc autem evidentius ſe prodit: in alio quippe quem evulgavit *de illuſtribus ſcriptoribus* libro, ſcripta Fauſti Semipelagianis erroribus ſcatentia ita laudat: *Edidit quoque opus egregium de gratia Dei*. Porro de Eucherio ſcribens, Caſſianum, qui in ſuis Collationibus præſertim, ſemipelagianorum venenum Monachis Lirinenſibus, ac Maſſilienſibus propinaverat, ita extollit: *Sed & ſancti Caſſiani quædam opuſcula lato tenſa ſermone, anguſto verbi reſolvens tramite, in unum coegit volumen*. Immo contra Proſperum Aquitanum invehitur, eo quod contra præfati Caſſiani opuſcula ſcripſerit, dicens: *Legi & librum adverſus opuſcula ſub perſona Caſſiani, quæ Eccleſia Dei ſalutaria probat, ille infamat nociva*. Sed præterea auſus eſt errorem, & vix non hæreſim Magno Auguſtino imputare, ſic de illo ſcribens: *Catholicus permanſit tamen, & error illius ſermone multo, ut dixi, contractus, lucta hoſtium exaggeratus, necdum hæreſis quæſtionem dedit*. Quibus verbis ſancti Auguſtini *de Prædeſtinatione* ſententiam citra dubium ſugillat, ait Card. Noriſius. Igitur ex Semipelagianorum laude, ex Proſperi & Auguſtini reprehenſione, fuiſſe illum Semipelagianum nullus jure inficias ibit.

cap. 85. collat. 36. cap. 36. cap. 38. lib. 2. hiſt. Pelag. cap. 16.

Quæ hactenus de Auctore citati libri diſſeruimus planam nobis ſternunt viam ad id quod ſecundo loco propoſuimus inveſtigandum; de quo ſcilicet *Cyrillo* in eo loco ſit ſermo. Satis quippe veriſimile ex jam dictis apparet, *Cyrillum Alexandrinum* a præfati Authoris telo configi. Non enim Jeroſolomytanus (cujus ætas Pelagii rumores non attigit) ſed Alexandrinus *Cyrillus* Pelagianorum ſibi iram concitavit, quod in Oecumenica Epheſina Synodo eos damnaſſet; & quod eis, ſicut ex cæteris illius ævi hæreticis, maxime ſemper infenſus fuerit: *Sicut enim* (inquit prælaudatus Eminentiſſimus Scriptor) *Auguſtinus in Occidente ita Cyrillus Alexandrinus in Oriente* Orthodoxam *Religionem ſartam tectam ſervavit, Pelagianis ac Neſtorianis toto catholico orbe proſcriptis*. Cum igitur hæretici omnes, ex veteri more, Catholicos, immo, & ſanctos ſuorum dogmatum everſores odio plus quam Vatiniano proſequantur, & qualibet habita occaſione conviciis calumniiſque eos ſtudeant dehoneſtare, ſicut in Arianis contra Athanaſium, in Manichæis contra Auguſtinum plura traduntur exempla; quis inoffenſum a Pelagianis, quorum fuit hoſtis acerrimus, Cyrillum Alexandrinum dicet?

Cyrillus Alexandrin. a Gennadio perſtringitur.

Card. Noriſ. lib. 2. hiſt. cap. 9. & cap. 12.

Hæretici Catholicorum oſores.

Atque ex his jam patet unde adverſus Cyrillum inſtimularetur Gennadius. Adhuc tamen exquirendum ſupereſt, cur illum de aperta ſeminali animarum propagine accuſaverit. Sed id cauſæ fuit, quod nihil Pelagianis frequentius, nihil familiarius ea ætate fuerit quam Catholicis hac de re improperare. Cum enim peccatum originale, & Baptiſmi neceſſitatem illi hæretici removere ſtuderent, Origenianam immo Platonicam animarum præexiſtentiam adoptarunt, ut eas ab Adami labe omnino extraneas eſſe probarent. Dicebant ergo animas hominum antequam corporibus unirentur præextitiſſe: & quia ab Adamo non ducunt originem, minime fuiſſe ab Adamo macula originali labefactatas. Hoc ſtrenue impugnabant Orthodoxi, veritatem Catholicam de peccato originali, ut fas erat, tuentes. De quo graviter Pelagii ſectatores indignati, clamabant, tonabant, in faciem Catholico cuique, ignominiæ cauſa illidebant, quod animas ab Adamo per traducem, & ſeminali coitu haberi dicere non verentur. Nihil unquam tale definiit ex Catholicis quiſpiam: unde Juliano hæc obiicienti Auguſtinus reſpondit: *Dicunt autem nos animarum traducem confiteri, quod in cujus libris legerint neſcio*. Cum ergo hæretici illi perfricta fronte id non ſcribentibus, neque aſſerentibus imputarent, quid mirum, ſi Cyrillum eorum hoſtem, nil tale ſomniantem, de eadem ſententia libera mordacitate irriderent? Et certe in quo Cyrilli libro Gennadius id legerit, plane neſcio. Immo a carnali animarum propagine prorſus diſſitum fuiſſe Cyrillum intelligo, eo præſertim in loco ubi dicit, quod *Chriſti anima ex eodem genere eademque ſubſtantia fuit humanarum omnium animarum*. Videſis item ejus adverſum Antropomorphitas Tractatum quæſt. VII. ubi de prævaricatione Adæ, de morte, & de maledictione ejus in filios derivata exacte diſſerit; nihil prorſus de afficta ei ſeminali animarum generatione reperies. Igitur Cyrilli noſtri gloriæ potius vertenda eſt toties præfata Pelagiani Scriptoris criminatio, qua nil aliud in ſancto viro detegitur, quam quod ob veritatis Catholicæ defenſionem, odium atque calumnias ſibi ab hæreticis concitaverit.

Pelagiani cur catholicos de carnali animarum propagine accuſarent.

Aug. 12. de Trinit. cap. 15.

op. imperf. cont. Julianum cap. 8.

lib. 12. ſup. Levit. verſus finem.

Thomiſtarum ſententia cum Thoma Waldenſi conciliata.

Ex LIB. I. CAP. 25. NUM. 7.

Annatus contra Thomiſtas.

A PEri uloſe, *ut mihi videtur, quidam magni viri neceſſitatem iſtam praecedentem ponunt in humanis operibus*. Pater *Annatus*, inſignis notæ Theologus, in libro ſuo pro defenſione Scientiæ Mediæ *Toloſæ* edito, Thomiſtas graviter hoc textu urget, ut contra eorum abſolutam Dei prædefinitionem noſtrorum actuum, *Scientiam Mediam* extollat, & ſemel pro ſemper invictam tutiſſimamque conſtituat. Nos qui in hujuſmodi litibus ab omni partium ſtudio abſtinemus, ea nunc ex *Joanne Baptiſta Gonet* recitamus, quibus *Waldenſem* noſtrum Thomiſtarum Scholæ (cui nos obſequentiſſimos eſſe decet) minime adverſum fuiſſe, qualitercumque oſtendatur. Accipe ergo quæ prælaudatus *Gonet* docto non minus, quam diſerto ſermone contra *Annatum* ediſſerit.

Tom. I. Clyp. Th. in Apolog. Thomiſt. art. 6.

Gonet contra Annatum reſponſio.

B „ Validius argumentum objici Thomiſtis videtur ab „ iis Authoribus petitum, quorum pietas & religio „ recuſare authoritatem vetat. Objicit itaque in primis Adverſarius (Annatus), quod antequam naſceretur Calvinus, THOMAS WALDENSIS Carmelitarum in Anglia Provincialis Tomo I. *Doctrinalis fidei* querebatur *magnos aliquos viros periculoſe* philoſophari in admittenda neceſſitate agendi, quæ foret citra hominis poteſtatem, & penes Deum: hi „ autem qui alii eſſe poſſent præter Thomiſtas, e „ quorum Schola circa illa tempora prodiit *Bravardinus* *, is cujus doctrinam tantopere, ac tam ſæpe „ laudat Twiſſius (Calviniſta) ſicuti jam tunc naſciturus faveret Calviniſtis?

* al. *Bradwardinus*

„ Reſpondeo (Inquit Gonet) THOMAM WALDENSEM magnum ſuæ Patriæ, & Familiæ Carmeliticæ „ ornamentum, præfato Libro *Doctrinalis fidei* diſputare contra Wicleffum, qui jam Calvino præludebat, dicebatque Dei præſcientia tolli liberum arbitrium, & omnia neceſſario neceſſitate abſoluta contingere. Unde ibidem conqueritur, magnos aliquos viros huic errori favere, eo quod illi etiam ex divino decreto neceſſitatem quandam abſolutam, & præcedentem in actus humanos inveherent. Sed quid hæc ad Thomiſtas? An forte eamdem neceſſitatem ex divinæ voluntatis, & motionis efficacia in actus noſtros derivari exiſtimant? Sæpius diximus, eſſe omnium Thomiſtarum ſententiam divina decreta & auxilia ita eſſe efficacia, ut tamen actualem voluntatis indifferentiam, ſeu abſolutam diſſentiendi potentiam, a voluntate non auferant. Et certe nuſquam exiſtimaſſe WALDENSEM Thomiſtas ſua de gratia efficaci ſententia favere Wicleffo, & neceſſitatem abſolutam, & præcedentem in actus humanos invehere, omnino convincit quod etiam ille in lib. *de Sacramentalibus* cap. VII. VIII., & IX. gratiam per ſe efficacem voluntati dominantem, & velle ac operari in nobis operantem, cum Auguſtino agnoſcat, illudque Auguſtini *de correptione, & gratia* in principio ſæpius repetat: *Non ſe itaque fallant qui dicunt, ut quid nobis prædicatur, atque præcipitur, ut declinemus a malo & faciamus bonum, ſi hoc non agimus; ſed id velle & operari Deus operatur in nobis? Sed potius intelligant ſi filii Dei ſunt, ſpiritu Dei ſe agi, ut quod agendum eſt, agant. Aguntur enim ut agant, non ut ipſi nihil agant*. Sed hic adverſarium ſui meminiſſe vellem dum innuit THOMAM WALDENSEM permagnos illos viros, quos *periculoſe* philoſophari ſcribit in admittenda neceſſitate agendi, quæ foret extra hominis poteſtatem, & penes Deum, intelligere phiſicæ prædeterminationis, & abſolutarum prædefinitionum aſſertores. Qui enim fieri poteſt, ut *Dominicus Bannes* primus fuerit phiſicæ prædeterminationis inventor, ut Theophylus Raynaudus, aliique ex *Societate* communiter dicunt, ſi jam tempore MARTINI V. & Concilii Conſtantienſis, quo WALDENSIS contra Wicleffum ſcribebat, ideſt, centum quinquaginta tribus annis ante evulgata *Bannis* opera, in quibus decreta, & auxilia efficacia, & prædeterminantia ſtatuit, WALDENSIS ipſe permagnos aliquos viros prædeterminationem docentes audiverit? Sane ut id conciliet Adverſarius, hoc unum ſupereſt, ut dicat WALDENSEM hac in parte prophetaſſe, & prævidiſſe

Waldenſis laus.

Tomo I.

Dominicus Bannes vindicatur.

C D E

Domi-

Antiquitatem phiſicæ prædeterminationis ex Waldenſi arguunt Thomiſtæ.

„ *Dominicum Bannem*, & poſt centum quinquaginta tres annos futurum audiviſſe. Nam THOMAS WALDENSIS ex Poſſevino obiit Anno MCCCCLXXX. Dominicus Bannes ſcribebat an. MDLXXXIII. ideſt centum quinquaginta tribus annis poſt ejus mortem. Alterum igitur ab Adverſario concedendum eſt, vel doctrinam de divinis prædefinitionibus, & phiſica prædeterminatione, antiquiſſimam eſſe, & a ducentis triginta ſex annis floruiſſe, atque a magnis, & doctis viris eo tempore fuiſſe propugnatam, non vero a *Banne* anno MDLXXXIII. excogitatam, ut Patres Societatis cauſantur, aut magnos illos viros, de quibus WALDENSIS Tom. 1. *Doctrinalis fidei* conqueritur, non eſſe divinarum prædefinitionum, ſeu phiſicæ prædeterminationis aſſertores, ut innuit hic Adverſarius. Quid horum electurus ſit, plane non video, ut illud Suſannæ locus ſit uſurpandi, *Anguſtiæ ſunt undique*. „ Ita *Gonet* in citata Apologia contra *Annatum* divinam actuum noſtrorum prædeterminationem tuetur. Si quis autem veram certamque in hac re THOMÆ WALDENSIS ſententiam perquirat, conſulat ea quæ ſuperius docet lib. 1. cap. XXV. & XXVI. Ibi enim quoad tanti myſterii obſcuritas patitur, plauſibiliter ultra multos Theologos omnia hujus quæſtionis arcana nobis reſerat; hinc vitans Pelagianam voluntatis noſtræ independentiam; hinc Wicleſſianam neceſſitatem tum ſenſu, tum voce rejiciens.

Hæretici ſanctos Patres ad ſuas hæreſes detorquere ſoliti.

EX LIB. 1. CAP. 34. NUM. 5.

M*Iror ergo, qua fronte impudica Auguſtinum dicit Patronum iſtius erroris*. Cum etiam Hæreticos aliquando pudeat traditas a Chriſto veritates ſuis novitatibus labefactare, optima ratione ſuarum temeritatem adinventionum putant obtegere, ſi verbis Sanctorum Eccleſiæ Patrum eas vel ſpecie tenus valeant incruſtare. Quod quam vetuſtum ſit penes hæreticos, non prorſus inutile erit advertere.

Hæretici ab antiquo falſitates ſuas Patrum authoritate fulcire ſtudebant.

Hoc de *Arianis* teſtatur in Epiſtola LXXVIII. Sanctus Baſilius, dicens: „ Convenit, ut ſuſcipiantur, ſi ſe juxta verba, quæ a Patribus noſtris Nicœæ ſunt expoſita, & juxta intellectum, qui ſane per verba illa ſignificatur, credere confiteantur. Sunt enim quidam, qui in hac fide ſermonem veritatis dolo invertant, & ad ſuam ipſorum ſententiam torqueant intellectum, & verborum mentem. „ Porro de *Pelagianis* hæc narrat Cardinalis Noriſius:

Lib. 1. hiſt. Pelag. Cap. 19.

„ Hæretici, ne omni prorſus veterum Patrum præſidio deſtituti viderentur, ſub Joannis Chryſoſtomi laciniis præſertim ſe ſe occultare conabantur. Hinc gravis de Chryſoſtomi ſententia Auguſtinum inter & Julianum diſputatio fuit, ut ex lib. 1. & 11. *contra Julianum* patet. Similiter *Euty.hiani* unicam tantummodo naturam in Chriſto Domino adſtruentes, Sancti Procli Conſtantinopolitani Patriarchæ propoſitionem *unus e Trinitate eſt paſſus* tamquam ſectæ teſſeram jactabant: immo cum a Catholicis arctius oppugnarentur, alteram, nempe famoſam illam Sancti Cyrilli *una natura Dei verbi incarnata*, ad ſuam hæreſim detorquentes, ad eam veluti ad ſacram anchoram confugiebant. Nec ultra in hac re progredi neceſſe eſt, cum nemo ignorat, quod etiam Diabolus cum Chriſtum tentaret, Divinæ Scripturæ verbis impietati ſuæ fucum facere conatus eſt.

Wicleffus Auguſtinum affectabat.

Hac igitur prædeceſſorum Hæreticorum arte uſus Wicleffus, ex antiquis Patribus unum præ cæteris Auguſtinum ſelegit, ut ſaltem magni Doctoris nomine ſua dogmata communiret. Auguſtinum ſemper in ore habebat; ſuum ubique jactabat, tantaque verſutia propriis Auguſtini verba infarciebat, ut ſectatores admiratione obſtupefacti, haud amplius *Joannem Wicleffum*, ſed *Joannem Auguſtini* antonomaſtice appellarent. Hoc de ſe prophetaſſe videtur Auguſtinus ipſe cum ea dixit, prorſus digna, ut Wicleffi, & cujuslibet talis hæretici fronte ſcribantur: *Numquid vim veritatis effugere poteris, quia nobis calumniando, importas ſocios falſitatis?*

lib. 5. Cap. 7. contra Julian.

Melchioris Cani adverſus Thomam Waldenſem cenſura refellitur.

EX LIB. 2. CAP. 19. NUM. 7.

C*Ertus ſum tamen, quod fides Eccleſiæ Symbolica teſtimonium laicorum fidelium non excludit, immo includit*. Quamquam tot virorum illuſtrium teſtimoniis celebratus fuerit WALDENSIS noſter; nonnullorum tamen, ut ſupra innuebam, cenſuras expertus eſt, qui ſublime licet ingenium, & doctrinæ præſtantiam de-

In præfat. generali §. 1.

mirati, nonnullas illius opiniones improbarunt. Sed magnus ac doctiſſimus Vir, nonniſi a magnis doctiſſimiſque impeti valuit; inter quos eruditionis fama, & dignitatis amplitudine princeps mihi videtur inſignis ille Fratrum Prædicatorum ſodalis, & Canarienſis Epiſcopus, omni honore nominandus, *Melchior Canus*: A quem doleo in Theologum laudatiſſimum fuiſſe aliquando minus æquum; ac tum maxime, ubi nullus reprehenſioni locus erat. Certe in hoc, quo de agimus, prorſus a Cenſuræ ſenſu aliena eſt WALDENSIS noſtri doctrina. Quod ſtatim liquidum fiet ſi utramque modo aperiamus. *Fallitur* (inquit Canarienſis Antiſtes) *niſi fallor ego*, THOMAS WALDENSIS, *cum aſſerit teſtimonium Laicorum fidelium etiam huc pertinere* Sed quare FALLITUR WALDENSIS Laicorum teſtimonium non excludens? Quia (ſubdit *Canus*) quæ ad fidem ſpectant, ſunt in duplici differentia: altera, quæ omnes fideles explicite credunt, ut Filium Dei humanam naturam ſuſcepiſſe: altera vero ſunt, quæ videlicet ſoli Majores credere tenentur explicite; populus autem implicite in Majorum fide; ut Patrem, B & Filium eſſe unum principium Spiritus ſancti. A populo igitur rudi in rebus fidei, quæ ſub priori genere continentur, jure *forſitan* teſtimonium poſtulaveris, quod earum rerum fides æque ad majores ac minores pertinet. At in his quæ ad alterum genus ſpectant, ſi qua quæſtio exoriatur, ineptiſſimum erit ut imperitum vulgus, delirus ſenex, garrula anus, ſutor indoctus conſulatur; idque maxime, ſi non ad Eccleſiam præſentem, ſed ad eam, quæ ſuperiorum fuit temporum, bujuſmodi quæſtiones ſint referendæ. Quod fieri oportere THOMAS ipſe WALDENSIS aſſeruit. Cum igitur fides de numero Canonicorum librorum explicita, non popularium ſit, ſed majorum, ad quos utique ſpectat, quinam ſint C Sacri libri, cognoſcere; fateamur neceſſe eſt in hujuſmodi quæſtione, quam modo verſamus, teſtimonium a plebe non eſſe requirendum, ſed a Doctoribus Eccleſiæ, quibus & plebs rudis debet credere. In hoc igitur (juxta *Cani* cenſuram) offendit, ſeu, ut verbis ejus utar, *fallitur* THOMAS WALDENSIS, quod ad fidem faciendam de numero Canonicorum librorum teſtimonium Laicorum admittit.

Lib. 2. de locis, cap. 7. Cenſura cani contra Waldenſem

Verus Cenſuræ ſenſus

Quid opus jam eſt aut munimina congerere, aut exerere vires, ut cum Reverendiſſimo Præſule pugnam hac de re inſtituamus? Omnem pugnam ipſe WALDENSIS dirimit, dum ipſemet pacem *Cano* exhibet, amicaſque porrigit manus. *Fallitur* quippe (quod humanum eſt) *Canus* ipſe, dum WALDENSI imputat, quod *ad fidem de numero Canonicorum librorum* teſtimo- D nium Laicorum admiſerit. Enimvero quandonam tale quid docuit, ubi nam ſcripſit, vel leviter innuit WALDENSIS? Ego quidem totum *Doctrinale* ejus manu mea exſcripſi, ſæpius illud diurno nocturnoque labore verſavi, ſæpiſſime intimum ejus ſenſum ſcrutatus ſui: & de teſtimonio Laicorum, ad fidem de numero librorum Canonicorum, nihil ullibi memini me legiſſe.

Sed integer jam proferatur locus WALDENSIS a præſtantiſſimo *Cano* laudatus, ut palam fiat, ſi quæ ibi lateat præfatæ criminationis ratio. „ Certus ſum (inquit WALDENSIS) quod fides Eccleſiæ Symbolicæ teſtimonium Laicorum fidelium non excludit, immo includit. Sed quia fidem illam, quam veriſſime E corde perceperunt, non ſciverunt ſub congruis terminis, liberis ab omni intricatione hæretica, ſucceſſorum ſuorum propinare memoriis, idcirco ad fontem Sanctorum Chriſti Antiſtitum & Doctorum conſuluit nos Auguſtinus recurrere, ubi hauſtus magnæ intelligentiæ poteſt haberi profundior, & potus ſincerior; & inde potare aquas fidei, unde fons veritatis primo manavit in rivulos. „ Quam in iis WALDENSIS noſter ab inflicta ſibi cenſura alienus ſit, nemo non videt. Ipſa porro diſputatio, quam in citato loco adverſus Wicleffum inſtituit, non eſt de libris Canonicis, non de Laicorum authoritate, quoad illos probandos; ſed in eo dumtaxat verſatur, ut contra hæreticum evincat, Eccleſiæ Prælatos & Doctores habere authoritatem definiendi in quæſtionibus fidei. Si igitur cum verba WALDENSIS, tum quæſtionis indoles, præfatæ cenſuræ repugnant, num ultra in eo *falſitatis* poteſt eſſe ſuſpicio?

Utique (inquies) quia WALDENSIS ibi ait: *Certus ſum, quod fides Eccleſiæ ſymbolicæ teſtimonium Laicorum fidelium non excludit, immo includit*. Quæ verba, cum indefinita ſint, ad fidem quoque de numero li-

brorum Canonicorum non incommode referri poſſunt.

Reſpondeo, quod ab hujuſmodi ſuſpicione ſuo ſe contextu tuetur WALDENSIS. Differit enim ibi de *Eccleſia ſymbolica*, quam ſuperius dixit eſſe *Congregationem vocatorum, catholica ſocietate junctorum*. Inſuper de fide hujus Eccleſiæ differens, addit quod etiam Laicorum hac ſocietate junctorum fides exhibet ſignatam Eccleſiam, quam omnes tute ſequi poſſint, ac debeant. Communis enim omnium conſenſus, communis profeſſio, & fides per omnia tempora & loca, teſtimonium reddunt Eccleſiæ veræ, veræque fidei: quæ igitur falſitatis in WALDENSI ſuſpicio, cum ad hanc communionem omnes fideles (etiam laicos) in Eccleſia exiſtentes admittit, ut cum univerſali Eccleſia teſtimonium perhibeant credendæ veritatis?

Melchiori Cano Waldenſis conſonat.

Si cui hæc non ſufficiant, videat jam, quam bene *Canarienſi* Epiſcopo concinat ibi WALDENSIS. Ille, ut ſupra recitavimus, prorſus ineptum judicat, ut imperitum vulgus, delirus ſenex, garrula anus, ſutor indoctus de ſubtilioribus fidei quæſtionibus conſulatur. Quid dicit WALDENSIS? Ipſe cap. xx. duplex docèt eſſe teſtimonium: *Principum* ſcilicet, & *Populorum*: teſtimonium *Principum*, ideſt, ſacrorum Antiſtitum, & Doctorum Eccleſiæ: teſtimonium *Populorum*, ideſt Laicorum fidelium. Primum teſtimonium eſt authoritatis; alterum unitatis fidei, conſenſionis, confeſſionis, & firmatæ commendationis. Primum excludit garrulam anum, delirum ſenem, ſutorem indoctum, vulgus imperitum: ſecundum omnes admittit. Præterea aſſerit doctiſſimus *Canus* in rebus fidei alia eſſe quæ plebs indocta credit explicite, ut Filium Dei humanam ſuſcepiſſe naturam; alia quæ implicite creduntur a populo, a majoribus autem explicite; ut Patrem & Filium eſſe unum principium Spiritus Sancti: & de his poſterioribus non a vulgaribus populi, ſed a primatibus Eccleſiæ, fidem eſſe explorandam. Optime: ſed numquid aliter WALDENSIS? Implicitam eam popularium fidem ipſe quoque fatetur, dum de iis ſcribit: *fidem quam corde perceperunt non ſciverunt ſub propriis terminis ſucceſſorum ſuorum propinare memoriis*. Explicitam item Majorum notat, dum ſubdit: *idcirco ad fontem ſacrorum Chriſti Antiſtitum & Doctorum conſuluit nos Auguſtinus recurrere, ubi hauſtus magnæ intelligentiæ poteſt haberi profundior*. Hiſce momentis penitus excuſſam *Cani* cenſuram unuſquiſque jam videt.

Non dubitandum quod laici poſſint reddere fidei teſtimonium. Act. 1. Gal. 1.

Nollem tamen a quoquam in dubium verti, an Laici fideles teſtimonium de iis, quæ explicite ab eis creduntur, reddere poſſint, eo quod dubitanter aſſerat clariſſimus Præſul: *a populo rudi in rebus fidei jure forſitan teſtimonium poſtulaveris*. Omnem jam ſuſtulit dubitationem Spiritus Sanctus, qui nedum Apoſtolis, ſed & cæteris credentibus dixit: *Eritis mihi teſtes*. Porro Angelus Joannem alloquens dixit: *Conſervus tuus ſum, & Fratrum tuorum habentium teſtimonium Jeſu*. Quid plura? Nullum Laicum excluſit Paulus aſſumens in robur, & teſtimonium fidei omnes fratres qui erant in Galatia. Idcirco non dubitanter, ſed pro certo ab omnibus tenendum eſt non fore excipiendos Laicos a reddendo teſtimonio fidei, quam explicite profitentur. Fruſtra alioquin laudatur ſymbolica illa Eccleſiæ, & fidei nota quæ in communi *omnium* conſenſu, & profeſſione conſiſtere, jam ſupra diximus. Fruſtra denique ſedebant in Conciliis etiam Laici, quos *ut teſtes* ſediſſe advertit Bellarminus. Quæ utique abſurdiora ſunt, quam ut a ſapientiſſimo Præſule valeant ulla ratione concedi.

lib. 1. de Conciliis cap. 15.

Altera Melchioris Cani adverſus Thomam Waldenſem criminatio rejicitur.

Ex LIB. 2. CAP. 19. NUM. 8.

NEc movere quemquam debet, quod talem concordem profeſſionem Patrum præpoſui decreto Generalis Concilii, etiamſi de toto orbe exiſtentes convenirent Epiſcopi. Hanc ſententiam laudat ſimul & improbat clariſſimus *Melchior Canus*. Laudat quidem dum ſic fatetur ſenſiſſe Irenæum lib. III. cap. III., & lib. IV. cap. LXIII. adverſus Marcionem; & Auguſtinum lib. XXXIII. Contra Fauſtum Manichæum, & lib. II. cap. VI contra Julianum Pelagianum, & lib. II. de Doctr. Chriſt. cap. VIII. & Epiſt. LXIII. Eamdem vero improbat, dum ſubdit: *Qua in re videtur mihi falſus* THOMAS WALDENSIS. At eum *falſum* in hac re dicit WALDENSEM cur non & *falſos* pronunciavit Irenæum, Tertullianum, atque Auguſtinum, quorum etiam ultro fatetur laudatam fuiſſe ſententiam?

Lib. 2. de locis, cap. 7. Hujus ſententiæ patroni.

Præſtat autem jam ſcire, cur in hac re *falſus Canarienſi Epiſcopo* videatur THOMAS WALDENSIS. Audiamus igitur qua nam ratione hanc falſitatem redarguat: „ Definitio (inquit) dubiorum, quæ circa fidem exoriuntur, ad præſentem Eccleſiam pertinet. „ Oportet enim judicem vivum in Eccleſia eſſe, qui „ fidei controverſias decidere poſſit; ſiquidem Deus „ in neceſſariis Eccleſiæ ſuæ non defuit. Si errores, qui ſanæ doctrinæ adverſantur, Eccleſia quæ nunc eſt condemnare nequit; profecto judicibus de medio ſublatis „ hæretici hujus ſæculi impune vivere, atque adeo regnare poſſunt -- Et infra -- Aliud eſt quærere, quid „ Eccleſia præſens definire poſſit, & quouſque habeat „ controverſias decernendi authoritatem; aliud vero „ inveſtigare qua nam via & ratione ad rectam, & „ firmam harum rerum definitionem valeat pervenire. Ac nos quidem ingenue fatemur, non eſſe nunc „ novas revelationes expectandas, ſive a ſummo Pontifice, ſive a Concilio, ſive etiam ab Eccleſia tota; ſed inquirenda potius majorum documenta, ac „ ſanctorum ſcripta, Apoſtolicas rurſum traditiones, „ ſacras etiam literas conſulendas, atque per hujuſmodi conquiſita media quæſtionem de fide propoſitam „ decernendam „ En jam in quo *falſus* a *Cano* dicitur WALDENSIS: in hoc ſcilicet, quod Eccleſiæ præſenti poteſtatem ſubtrahat definiendi in quæſtionibus fidei, ſolis Patribus qui nos præceſſerunt, eam adjudicans. Attamen neceſſe eſt, ut diſertiſſimus Præſul fateatur hac in re ſe *deductive* tantum *falſitatem* arguere, cum WALDENSIS textus nihil minus quam prætenſam *falſitatem* præſeferat. Nullibi enim, & nuſquam Eccleſiæ præſenti poteſtatem denegat decernendi in quæſtionibus fidei. Propius igitur accedamus, ut certius nobis innoteſcat an ſubſiſtat vel ruat arguentis Epiſcopi *deductio*; cum nihil de aſſerta *falſitate* in Waldenſis ſermone nobis occurrat.

Rationes Cani adverſus præfatam ſententiam.

Cenſura Cani in qua conſiſtat.

Textus Waldenſis eam non patitur.

Statim autem WALDENSI noſtro *deductio* favere conſpicitur: ex eo enim quod dicit præſentem Eccleſiam eum in quæſtionibus fidei debere ſervare modum, ut veritatem apud veteres Patres diligentiſſime exploret; optima ſtatim *deductio eſt*, WALDENSEM Eccleſiæ præſenti ad quæſtiones fidei reſolvendas poteſtatem aſſeruiſſe. Etenim ſi quis doceret Magiſtratum judicia ad veterum legum apices eſſe inſtituenda, numquid non poteſtatem judicandi in Magiſtratu ſupponeret, ac *deductive* affirmaret?

Sed WALDENSIS (inquies) excludit a præſenti Eccleſia *judicem vivum* controverſiarum fidei, ut ſupra *deducit* Canarienſis Epiſcopus: quia præſentis Eccleſiæ judicia a veterum Patrum judiciis deſumenda eſſe docet.

Reſpondeo, quod prorſus *falſa* evincitur iſta *deductio*. Nam Senatus non eſt judex mortuus, ſed vivus, quamquam judicia ſua juxta leges quas primævi Reipublicæ Patres ſanxerunt ſtudeat informare. Præterea docet WALDENSIS ipſe, quod Eccleſia præſens habet in ſe ipſa teſtimonium fidei: „ Qui credit (inquit) in „ filio Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. Cum ergo „ Eccleſia Chriſti Catholica, & Apoſtolica credat in „ Filio Dei, ipſa teſtimonium Dei habet in ſe. Ratione ergo qua Eccleſia eſt objectum neceſſarium fidei „ chriſtianæ, ſic facit teſtimonium abundanter de „ Chriſto cuilibet eam, vel ſecundum eam credenti. „ Et ad hoc non modicum facit quod Apoſtoli & primævi credentes, SICUT NUNC, ita TUNC dixerunt „ ſe teſtes Chriſti paſſim per Scripturas. „ Addit quod fideles præſentis Eccleſiæ habent teſtimonium Chriſti ſcriptum in cordibus ſuis. Unde ſubdit: „ Si lex naturæ certiſſima eſt, quam gerunt homines ſcriptam „ in cordibus ſuis; multo magis lex Chriſti habebit „ certiſſimum interpretamentum ſuum in cordibus fidelium, ſuccedentium ſibi ipſis ab initio naſcentis „ Eccleſiæ uſque in ſempiternum. „ Vides jam quam longe abſit a præfata *deductione* WALDENSIS; & quam *falſus* ſit qui de ablato a præſenti Eccleſia antiquo jure definiendi in dubiis fidei, eum criminatur. Quorſum etenim dicit habere Eccleſiam præſentem intimum teſtimonium Chriſti ſcriptum in cordibus fidelium; & habere certiſſimum legis interpretamentum, ſi *vivum judicem* in rebus fidei a præſenti Eccleſia omnino faceſſere velit? Ille qui dixit quod labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, judicem vivum in Eccleſia innuebat: quid aliud jam innuit Waldenſis dum teſtimonium fidei in cordibus fidelium cuſtodiri prædicat?

lib. 2. cap. 18. 1. Joan. 11. 10.

Waldenſis judicem vivum ab Eccleſia præſenti non excludit.

Occurret, ſcio, doctus Antiſtes, & dicet vel eſſe fru-

Inſtantia reſolvitur.

fruſtra poſitum hoc ſcriptum in fidelium cordibus *teſtimonium Chriſti, & certiſſimum interpretamentum*: quia nihilominus ſtatuit WALDENSIS, omnes præſentis Eccleſiæ definitiones in rebus fidei a veterum Patrum definitionibus eſſe exhauriendas. Vel ſi fruſtea oon ponitur, perperam in dubiis fidei ad definitiones veterum Patrum recurritur.

Reſpondeo, non fruſtra a WALDENSI poni illud ſcriptum teſtimonium Chriſti in coedibus fidelium &c. & *ſalſum* eſſe quod perperam ad veterum definitiones recurratur. Petrus & Jacobus Apoſtoli a Chriſto inſtituti habebant *teſtimonium fidei, & certiſſimum interpretamentum* ſcriptum in cordibus ſuis: & nihilominus, cum magna conquiſitio fieret de ceſſatione Legalium, „ uterque Apoſtolus (inquit WALDENSIS) recenſuit „ Prophetarum oracula, & antiquitatis hiſtorias, quæ „ valebant ad dubii ſolutionem: & qualiter videbant „ illos ſenſiſſe ab olim; ita, inquiunt, viſum eſt Spiritui Sancto & nobis, ideſt, Eccleſiæ. Dicat jam reverendiſſimus *Canus*: numquid perperam, numquid in caſſum ad veterum oracula recurrebant Apoſtoli? Noverint itaque fideles omnes, quod Eccleſia præſens in dubiis fidei exquirit veterum ſententias, non quia careat *vivo* controverſiarum *judice*, aut quia noo habeat æque ac primæva Eccleſia jus definiendi io cauſis fidei: ſed quia quidquid eam definire contingat, decet eſſe veritatem *unam*, *catholicam*, & *Apoſtolicam*.

Act. 15. 28.

Quare præſens Eccleſia debeat veterum Patrum definitionibus conformari.

Si quid enim, ut infra docet WALDENSIS, a præſenti Eccleſia definiretur nuſquam antea a primævis Patribus traditum, eſſet equidem verum, eſſet rectum, ſed non eſſet *catholicum*, non *unum*, non *Apoſtolicum*: non *catholicum*, quia non eſſet *univerſale* univerſalitate omnium retro temporum: non *unum*, quia non eſſet idem cum fide primævæ Eccleſiæ: non *Apoſtolicum*, quia non traditum ab Apoſtolis. Non ergo defectus, ſed prærogativa eſt Eccleſiæ præſentis recurſus ejus in dubiis fidei ad veterum Patrum ſententias. Exinde etenim Eccleſia præſens talis probatur eſſe, qualis in ſymbolo prædicatur, *una*, *Catholica*, & *Apoſtolica*. Judicet præclarus Epiſcopus, num iſta ſint perperam poſita, num *falſitatem* redoleant.

Alia inſtantia.

Dicet fortaſſis, quod *falſus* videtur WALDENSIS noſter in eo quod concordem profeſſionem veterum Patrum abſolute anteponat Synodo generali omnium Eccleſiæ præſentis Antiſtitum. Ex hoc ſiquidem *deduci* poſſe videtur quod ſolis primævis Patribus adfuerit Spiritus Sanctus; ſoli eam conſtituerint Eccleſiam, quæ doctrix eſt diſciplinæ Dei. Porro ex eo *deducitur* magoa differentia Eccleſiæ præſentis ab antiqoa, cum hanc ad illam, non illam ad hanc accedere neceſſe ſit.

Pluribus de cauſis præponitur Eccleſiæ præſenti Eccleſia Patrum.

lib. 2. cap. 19. num. 7.

Reſpoodeo, quod pluribus ac juſtis de cauſis concordem veterum Patrum profeſſionem Synodo generali præſentis Eccleſiæ anteponit. Primo, *multitudine*, quia ut ex Auguſtino habet WALDENSIS, ſi Epiſcopalis *ſynodus ex toto orbe congregaretur, mirum ſi tales poſſent illic facile tot ſedere*. Et mirum quidem: nam ſynodus præſentis Eccleſiæ conſtituitur ex Epiſcopis iſtius temporis: & concors profeſſio veterum Patrum conſtat Epiſcopis, ſanctitate, & doctrina clariſſimis, omnium Eccleſiæ ſæculorum: unde non illos ad nos, ſed nos ad illos accedere oportet. Secundo, *facilitate*, quia concoes veterum Patrum doctrina exhibet ex cunctis regionibus, cunctiſque temporibus Magiſtros fidei Chriſti *congregatos, non in locum quo navigare cogantur homines, ſed in librum qui navigare poſſit ad omnes. Qui utique certiores judices eſſe debent in cauſa fidei etiam quam ſynodus Antiſtitum generalis, eo quod tot ſapientes, & juſtos Patres, nec facile unus locus capit, ſed nec in uno tempore capiuntur ab orbe: ſed ad teſtificandum continue fidem Eccleſiæ, ſuc eſſive Deus dedit eos in orbem. Quos cum volumus conſulere valemus in arduis, & ad unum librum colligere, ut ſimul præſentes ſint in fidei teſtimonio, qui ſimul præſentes numquam aderant uni loco*. Tertio, *authoritate*: quia veteres Eccleſiæ Patres, ut viciniores Chriſto & Apoſtolis, aquas vitæ æternæ vel in ipſo fonte, vel non looge ab illo ebiberunt: immo ipſi ſunt domus Domini ædificatores; ipſi horti concluſi rigatores; ipſi gregis Chriſti paſtores; ipſi familiæ dominicæ nutritores: *talibus* (inquit WALDENSIS) *poſt Apoſtolos Sancta Eccleſia plantatoribus, rigatoribus, ædificatoribus, paſtoribus, nutrioribus crevit*. Procul igitur abeat inanis illa DEDUCTIO, quod ſolis primævis Eccleſiæ Patribus adfuerit Spiritus Sanctus; quod ſoli eam conſtitueriot Eccleſiam, quæ doctrix eſt diſciplinæ Dei. Numquid Spiritus Sancti lumine caruerunt ipſi Petrus & Jacobus, cæterique ſimul Apoſtoli, qui, ut quæſtionem de ceſſatiooe legalium definireot, veterum oracula coofuluerunt? Numquid non Eccleſiam magiſtram fidei conſtituerunt tot veterum Conciliorum Patres, præſertim illi in generali Conſtantinopolitana ſynodo adverſus Monothelitas congregati, de quibus narrat Beda, „ quod benigniſſime ſuſcepti a reverendiſſimo fidei catholicæ defenſore Conſtantino (Pogonate) juſſi ſunt prætermiſſis diſputationibus philoſophicis, pacifico colloquio de fide „ vera perquirere, datis eis ex Bibliotheca Coostantinopolitana cunctis antiquorum Patrum, quos petebant libellis?

Authoritas fontalis & derivata.

lib. 2. cap. 24.

Nec vim faciat clariſſimus Præſul in prælaudato WALDENSIS teſtimonio, quod ſcilicet veteres Patres *certiores judices ſunt in cauſis fidei*, quaſi inde conſequatur magna differentia Eccleſiæ præſentis ab antiqua. *Certiores* quippe *judices* ſunt veteres ob authoritatem quam habeot *fontalem*, dum cæteri poſt ipſos habeot derivatam, ſeu *translatam*, ut WALDENSIS loquitur. *Certiores* item *judices ſunt*: quia eorum teſtimonium probat Eccleſiæ præſentis doctrioam *unam catholicam*, & *Apoſtolicam*.

Differentia præſentis Eccleſiæ non variat ejus ſubſtantiam.

Cæterum hæc differentia oon adeo eſt magna, ut Eccleſiæ variet ſubſtantiam. Siquidem ex eodem fonte ſigoato una eademque ſubſtantialiter aqua, etſi purior quam in ſuis rivulis hauriatur in fonte; eadem ſubſtantialiter domus, etſi firmior in fundamentis, quam in tecto: eadem ſubſtantialiter arbor, etſi in radice vividior, quam in ramuſculis: idem ſubſtantialiter homo, quamquam plus vigeat in capite, & in corde, quam in reliquis membris.

lib. 2. cap. 3. 44. 45. & 46. cap. 42.

Sed quid plura? Nil frequentius, nihil apertius, quam Eccleſiæ præſentis authoritatem prædicat WALDENSIS: Eccleſiæ inquam præſentis, quæ eſt *una*, *catholica*, & *Apoſtolica*. Ob hanc potiſſimam cauſam Romani Pontificis authoritatem ſæpe attollit: ſæpius Wicleffum redarguit, quod noluerit *ad Romani Pontificis authoritatem in neceſſariis fidei habere recurſum*, omniumque fidelium Occidentalium ſimul, & Orientalium ſubjectionem, & obedientiam Romanæ Apoſtolicæ Eccleſiæ jure deberi probat.

De ſcriptorib. Eccleſ.

Denique ſummum Romanæ Eccleſiæ Pontificem judicem vivum in Eccleſia ſtatuit, & firmam authoritatem ad determinandas fidei veritates, cunctaſque hæreſes debellandas habere demonſtrat. Ex his jam nemo non videt, non *falſum* WALDENSEM ſed *falſiſſimam* eſſe doctiſſimi Præſulis *deductionem*; ne huc pertinere dicamus quod de eo ootat Philippus Labbe, *Canum* ſcilicet cavillationibus, & machinis nimis aliquando indulſiſſe.

Tertia Melchioris Cani adverſus Thomam Waldenſem accuſatio repellitur.

EX LIB. 2. CAP. 22. NUM. 5.

De augendis libris Canonicis.

lib. 2. de loc. cap. 7.

ECleſia *docet rationem, quam tu non das; & dicis, non poſſe jam augeri librorum* (Canonicorum) *numerum, quia lex Chriſti jam attigit ad perfectum*. Necdum ſtylum ſuum compeimit adverſus *Thomam Waldenſem* ſæpe a nobis laudatus Canarieſis Epiſcopus *Melchior Canus*.

Poſſe augeri contra Waldenſem adſtruit Canus.

Poſtquam etenim ſtatuit, quod præcipue ad Concilium univerſale pertinet *definire*, qui liber ſit Canonicus, ait: *Quam quidem propoſitionem æquo animo patior ab hæreticis non admitti: ſed illud tamen doleo vehementer, quod eam nonnulli fideles inficiantur, in quibus* THOMAS WALDENSIS *eſſe videtur*. Ut ingenue fatear, oon levis ſuboritur mihi ſuſpicio, quod inſignis Præſul nimio zelo abreptus plus ad carpendum, quam ad intelligendum WALDENSEM dederit opeeam. Quod non temere a me prolatum, facile ex mox dicendis ſuadetur.

Aliud eſt definire, aliud augere libros Canonicos.

Aliud quippe eſt quærere, an Concilium univerſale præſeotis Eccleſiæ jure poſſit *definire*, qui liber ſit Canonicus; aliud quærere, ao librorum Canonicorum numerum juee poſſit *augere*. Primum denotat *authoritatem* io præſenti Eccleſia ad quaſcumque decernendas quæſtiones, quæ de libris Canonicis poſſunt exoriri. Secundum novam ſupponit præſenti Eccleſiæ *revelationem*, quod præter jam traditos, & numeratos, talis inſuper ſit aliis libris Canonicis inſerendus. Sed doctus Antiſtes quæſtionem hanc prorſus indiſtioctam evolvens, ſe labi io eo oon animadvertit, quod *augere* libros Canonicos pro *definire* intelligat, atque ordioariam *authoritatem* cum nova *revelatione* apud WALDENSEM miſceat, atque confundat. Omnino itaque præ-

Utrumque confundit Canus.

fatæ

fatæ cenſuræ ſatisfactum erit, ſi WALDENSEM demonſtraverimus nuſquam præſenti Eccleſiæ authoritatem derogaſſe *definiendi* quoad libros Canonicos; & recte negaſſe illorum numerum eam *augere* nunc poſſe.

Canus falſe imponit Waldenſi.

lib. 2. cap. 20. num. 3.

Primo igitur doleo vehementer, Reverendiſſimum *Canum* tam falſe imponere WALDENSI, quod authoritatem *definiendi* de libris Canonicis præſenti Eccleſiæ A denegaverit. Quis non videat, quam plane, quam diſerte eam fateatur? „ Hoc eſt (inquit, WALDENSIS) „ ſecundum dictum glorioſum de Eccleſia, quod ſcilicet ipſa ſola eſt, cujus teſtimonium eſt tantæ authoritatis, & præconii, ut ipſos libros divinarum „ Scripturarum *taxare*, & de eorum Authoribus *certificare* poſſit fideles: nec fas erit tanto teſtimonio „ contraire. -- Et infra -- Incertum eſſe non poteſt, „ eos eſſe libros Canonicos, & habere pondus authoritatis ſuæ, quibus Eccleſia declarata per omnes „ gentes, & ab Apoſtolis derivata, teſtimonium certum reddit. -- Et paulo poſt -- Sine authoritate teſtificantis Eccleſiæ, non poteſt liber aliquis eſſe authoritatis Canonicæ. „ Hæc utique clariora ſunt quam ut quavis interpretatione fulciri poſſint; aut B aliis WALDENSIS teſtimoniis egeant roborari. Qua ergo ratione carpi poterat de ablata a præſenti Eccleſia authoritate definiendi libros Canonicos THOMAS WALDENSIS, qui tam expreſſe docet ad eam pertinere illos *taxare*, & *certificare*?

Inſtantia reſolvitur.

Hanc (inquies) definiendi authoritatem concedit WALDENSIS *Eccleſiæ*: non autem *Concilio univerſali*, cui illam expreſſe denegat. Et hoc eſt, de quo graviter a clariſſimo Antiſtite reprehenditur.

Reſpondeo, a WALDENSI non denegari Concilio univerſali authoritatem *definiendi* libros Canonicos, ſed dumtaxat *augendi*; quæ quam jure denegetur, paulo infra videbitur. Nolo autem vim facias in eo quod *Canus* Concilio *univerſali*; WALDENSIS Eccleſiæ eam authoritatem adjudicet: quia hoc eſſet certare verbis: C nam *Concilium univerſale* quamquam proprie non ſit *Eccleſia*; attamen univerſam repræſentat *Eccleſiam*, eſtque totius *Eccleſiæ*, ob promiſſam Spiritus Sancti aſſiſtentiam, interpres certiſſimus. Nil quippe novi in rebus credendis *Concilia* unquam ſuis definitionibus ſtatuunt; ſed fidem tantum ac traditionem produnt fidelium populorum: idque ex eo liquido patet, quod præfatæ *Conciliorum* definitiones authoritatem & robur acquirunt ab acceptatione credentis Eccleſiæ. Cenſendum igitur eſt, WALDENSEM Concilio univerſali eam non derogare authoritatem, quam Eccleſiæ concedit.

Alia diluitur inſtantia.

Dices: adhuc juſta apparet *Cani* reprehenſio: quia WALDENSIS nullam Eccleſiæ præſenti authoritatem definiendi in rebus fidei, (ut ſunt Canonici libri) D concedit; ſed totam primævæ Eccleſiæ Patribus eam reſtringit.

Reſpondeo: authoritatem iſtam non *reſtringit*, ſed immo *extendit* Waldenſis. Docet namque in primis, quod Eccleſia præſens eſt illa eadem ac individua quæ fuit in Apoſtolorum ac Patrum temporibus. Deinde hanc præſentem Eccleſiam vult eſſe *Catholicam*, ideſt *univerſalem*, non *loco* tantum, ſed etiam *tempore*. Hinc aſſerit, quod Eccleſia præſens *definire* poteſt, & debet res fidei juxta priſtinas Apoſtolorum, & veterum Patrum in fide ſententias, ut ſic *definitio* probetur *una*, *Catholica*, atque *Apoſtolica*. Talis quippe eſt Eccleſia, talis Chriſti fides: unde talis etiam, quotieſcumque de fide occurrit dubium, oportet ſit Eccleſiaſtica definitio: alioquin non erit definitio *una*, ſed diverſa; E non *univerſalis* omnium retro temporum, ſed peculiaris noſtræ tantum ætatis; non denique *Apoſtolica*, quia ab Apoſtolis non derivata: immo nec eſſet definitio *Eccleſiaſtica*, quia eſſet definitio, quæ *Eccleſiæ* unitatem, univerſalitatem, & Apoſtolorum authoritatem non præferret. Quamobrem ſi quæſtio reviviſceret de libris Judith, Eſther, Machabæorum, an ſint Canonici; poſſet equidem ac deberet Eccleſia quæſtionem *definire*, ſed habito reſpectu ad fidem, quam hac de re habuerunt Apoſtoli, ac primævi Patres, ut probetur hanc præſentem Eccleſiam idem ſapere, idem velle, quod *una* ab initio cum Apoſtolis credidit, & voluit *Catholica*, ſeu *univerſalis* Eccleſia. Hoc autem non eſt *reſtringere* Eccleſiæ authoritatem, ſed potius *extendere* ad omnem Eccleſiam, quæ omnes omnium temporum fideles, omniumque fidem comprehendit.

Nunc jam quod ſecundo loco propoſuimus, nobis occurrit, quod recte ſcilicet doceat WALDENSIS, non eſſe in Eccleſia poteſtatem *augendi* libros Canonicos.

lib. 2. de locis, cap. 7.

Eccleſia augere libros Canonicos non poteſt.

Paucis hoc expedire poſſumus, cum doctiſſimus *Canus* ultro fateatur, „ non eſſe nunc novas revelationes „ expectandas, ſed inquirenda potius Majorum documenta, Sanctorum ſcripta, Apoſtolicas traditiones, „ ſacras etiam literas conſulendas; atque per hujuſmodi conquiſita media quæſtionem de fide propoſitam decernendam. „ Quorſum igitur haberet Eccleſia authoritatem *augendi* libros Canonicos, ſi nova revelatio non eſt expectanda? Numquid Eccleſia præſens, Spiritu ſancto non revelante, poterit adjicere Scripturis Canonicis librum unum? Non ſane tale quid diceret *Canus*, probe ſciens, quod, amota divina revelatione, non eſſet fides *divina* in novo libro Canonico.

Tertia refellitur inſtantia.

Sed dices: Etſi nova non ſit expectanda revelatio, attamen ab Eccleſia, Deo ſic diſponente, poteſt haberi; quod non negat Canarienſis Epiſcopus. Porro qui abſolute aufert ab Eccleſia poteſtatem augendi libros Canonicos, facit eam impotentem, ideoque imbecillem; quod valde Eccleſiam dedecet, utpote quæ tota pulchra eſt, & turris fortiſſima, habens mille clypeos &c.

Reſpondeo, quod abſona prorſus, & indecens foret nova quæque revelatio Eccleſiæ in rebus fidei: quia in iis jam Eccleſia perfecta eſt, fortiſſima eſt, & undequaque pulcherrima. Unde quæ jam eſt omnino in rebus fidei perfecta, non poteſt ultra per novam revelationem perfici. Immo qui revelationem utcumque novam ſupponit, videtur dejicere Eccleſiam ad conditionem ſynagogæ, quæ ad ſtatum perfectionis nuſquam adducta per legem, diu expectavit perfici per Chriſti gratiam & fidem. Quid porro ingeris *impotentiam* & *imbecillitatem* Eccleſiæ in eo quod non amplius augere libros Canonicos poſſit? Si vel a longe vocum ſenſum ſcruteris, facile animadvertes, quod iſta in Eccleſia non eſt *impotentia*, vel *imbecillitas*, quæ imperfectionem ſonet; ſed vere *repugnantia eſſentialis* quæ perfectionem enunciat. Sic non impotens aut imbecillis, ſed perfectus eſt Chriſtus, qui ſemel paſſus & mortuus, eſt modo impaſſibilis & immortalis in gloria: ſic item Beati in viſione ſunt perfecti, non imbecilles, etſi cum poſſent peccare in via, jam non poſſint in termino. Intellige quæ dico: erat olim imperfecta Eccleſia ſub lege, quæ, ut ait Apoſtolus, *nihil ad perfectum adduxit*: erat item infans tempore Apoſtolorum; & Hebr. 7. 17.
tunc potuit perfici, & creſcere per adjectionem novorum articulorum fidei, librorumque Canonicorum. Adveniente autem plenitudine legis, & elapſo Apoſtolico tempore, non ſic amplius perfici potuit, non amplius ſic creſcere: quia ſuperfluis non delectatur Deus, ut rurſus perficiat, quod jam ſemel perfecit: & virum, qui in infantia ac adoleſcentia ſua creſcebat, poſtquam in plenitudine ætatis debitam proceritatem adeptus eſt, non ſane decet ultra creſcere uſque ad extremam ſenectam, ne, monſtruoſa ac inviſa altitudine, naturæ leges excedat, & debitæ perfectionis venuſtatem deformet.

Age itaque, & deinceps abſque ulla trepidatione illam WALDENSIS attollas ſententiam, quod ſcilicet Eccleſia præſens poteſt utique *definire* de libris Canonicis, ſi quod adverſus illos dubium exurgat; ſed nullo prorſus modo poteſt *augere* numerum librorum Canonicorum. Si autem cum excelſi ſubſellii viro *Melchiore Cano* oppoſitæ ſententiæ ſubſcribere malueris, cave, ne de te aliquando dicatur, quod cum Judæis plenitudinem imperfectæ legis expectes, Judaico ſub Meſſia.

Eccleſiæ authoritas divinis Scripturis ſubdita recte aſſeritur.

LOnge ergo diſtat authoritas Scripturarum, & eminet authoritati cunctorum Doctorum, etiam totius Eccleſiæ Catholicæ, quamvis ſuper earum authoritate, Catholica atteſtetur Eccleſia. Ex LIB. 2. CAP. 21. NUM. 2.

Hanc ſententiam ex Angelico Doctore ſe deprompſiſſe dicit WALDENSIS: quod utique debuiſſet illi ſufficere, ut omnem cenſoriæ dicacitatis morſum evaderet. Sed nonnullos effrœnis tenet mordendi libido. Unde jam pridem *Joannes Baptiſta Rubeus* nobilis Ravennas, ac totius mei Ordinis Generalis Moderator, iniquam ſtatuit compeſcere licentiam anonymi cujuſdam *Cenſoris*, qui laudatam ſententiam tanta veritatis luce fulgentem, importune arguere, & dicteriis carpere non eſt veritus. Quis ille fuerit, nos hic quærere non moramur, qui occultos obtrectatores contemnimus: ſed obtrectationem dumtaxat facili negotio exſufflabimus, non alia quidem ratione, quam genuinam

nam in primis WALDENSIS ſententiam exponendo, tum contra eum ineptas *Cenſoris* argutias reſellendo. WALDENSIS itaque authoritatem divinarom Scripturarum præfert authoritati Eccleſiæ. Sed quid nam per hoc Eccleſiaſticæ derogavit authoritati? Num id abſolute deſinivit? Num Eccleſiam omnino depreſſit? Id utique excogitavit *Cenſor*, ſed improbavit WALDENSIS. Ipſe quippe in hoc anteponit Scripturas Eccleſiæ, quod illæ ſunt verbum Dei, & teſtimonium perhibent de Eccleſia: ſed non ideo ad nihilum redigit authoritatem Eccleſiæ: quia in hoc eam attollit, quod de Scripturis teſtimonium reddat. Mulier Samaritana poſtponebatur Chriſto, in quem crediderant concives ejus; ſed non ideo authoritate expers fuit mulier: quia multi crediderunt in Chriſtum, propter verbum mulieris teſtimonium perhibentis. Imperator omnes præcellit milites; ſed permagni habendus eſt exercitus militum, qui eum in tam ſublimi ſede locarunt. Hujuſmodi exempla quæ ex Divo Thoma, & ex Auguſtino recenſet WALDENSIS, ſatis probant non abſolute authoritati Eccleſiæ a ſe præferri Scripturas, nec Eccleſiaſticam prorſus interimi authoritatem. In quo enim Eccleſia teſtimonium reddit de Scripturis, in eo eſt illis ſuperior: in quo autem Scripturæ ſunt verbum Dei, & teſtimonium perhibent de illa, in eo eſt ipſis inferior.

Joan. 4.

Sed prodit jam anonymus *Cenſor*, & dicit, eſſe prorſus ineptum ponere Eccleſiam ſimul ſuperiorem, & inferiorem Scripturis.

Reſpondeo quod *Cenſor* ſic arguens, non bene callet quod frequcoter uſu contingit, ut idem ex diverſis rationibus dicatur inferius & ſuperius. Nullus ignorat, quud Chriſtus Jeſus fuit Mioiſter & Magiſter, filius David & Dominus: quod ſummus Pontifex eſt Eccleſiæ caput & membrum, Dominus & ſervus. Qoid ergo ineptum in eo quod dicatur habere Eccleſiam authoritatem majorem & minorem, ſi ſub diverſis rationibus ad Scripturam conferatur? Certe Eccleſia habet authoritatem approbandi, declarandi, ac interpretandi Scriptoras Canonicas; atque in hoc *Major* prædicatur & eſt. Siquidem nullam Scripturæ habent in Eccleſia authoritatem, niſi ab eadem primo probentur. Unde vulgatiſſimum eſt illud Auguſtini effatum: *Evangelio non crederem, niſi me Eccleſiæ Catholicæ commoveret authoritas*. At vero, ſi cooſideretur Eccleſia, ut ſe ſubmittit ipſis Scripturis, eas tamquam Dei verbum, teſtimoniumque ejus fidele agnoſcens, proculdubio eſt illis in authoritate *inferior* Ipſæ quippe Scripturæ ab Eccleſia in ſuperiori Sede locatæ fuerunt, ut ex Auguſtino notat WALDENSIS: ipſæ ſunt regulæ fidei, & morum Eccleſiæ: ipſæ denique teſtimonium perhibent de illa, quod ſit ſponſa Chriſti, quod portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.

Iterum autem erumpit Anonymus *Cenſor* dicens: ſi ſemel quomodocumque concedatur, quod Scripturæ Canonicæ ſupra Eccleſiam emineaot, nulla amplius ratione poterit refutari Wicleffus, qui ſtatuit, quod in dubiis fidei non Eccleſiæ authoritas eſt conſulenda; ſed ant divina revelatio expectanda, aut Scripturæ oracula perquirenda.

Reſpondeo, ex doctrina WALDENSIS ſatis refutari Wicleffum ob tres præſertim rationes. Primo, quia juxta WALDENSEM, Eccleſia & divina Scriptura ſimul comparatæ, ut ambo a Spiritu ſancto procedunt, atque reguntur, ſunt paris, ejuſdemque authoritatis, ac poteſtatis. Eccleſia etenim, æque ac divina Scriptura, eſt objectum fidei Chriſtianæ; certum efficit teſtimonium de Chriſto; habet veram fidem de Deo; eſt coæva Scripturæ Canonicæ, & Legiſlatori Chriſto; immo eſt etiam divina quædam Scriptura, non quidem in codicibus, ſed in cordibus exarata fidelium. Secundo, quia probat, qnod quamquam Chriſtus, & Evangelium ejus recte loquantur, requiritur nihilominus teſtimonium ſanctorum, ſine quibus nec ipſi Chriſto, neque Evangelio Eccleſia nullatenus credidiſſet. Tertio, quia docet, quod ſicuti eſt perfidia divinæ Scripturæ reſiſtere, perfidia quoque eſt concordem Eccleſiæ in rebus fidei conſenſionem repellere. Nihil ergo *Cenſori* Anonymo timendum ſupereſt, quod WALDENSIS favorem Wicleffianis erroribus præbeat; cum tam nitide ex doctrina ejus appareat, quod etſi Scripturis divinis potiſſimam dederit authoritatem, nihil idcirco Eccleſiæ detraxit, quam ſemper & ubique vult eſſe regulam credendorum.

Vide cap. 21. a. 2. lib. 2.

Novum fidei articulum condere præſens Eccleſia non poteſt.

QUærunt aliqui: *Numquid Eccleſia Catholica poſſet modernis diebus creare in fide ſua & Chriſti, novum articulum? Dicendum ſicut prius de libris, quod cum Eccleſia jam creverit in perfectum, quamvis ſit æque potens, ut olim; non tamen datur ei creſcere, ut olim, ſecundum ſtaturam*. Quæſtionem hanc jam ſupra definivimus, ubi de augendis libris Canonicis adverſus *Melchiorem Canum* fuſe oportuit diſſerere. Sed alium præclarum Theologum *Dominicum Soto*, qui hanc ſententiam improbans, difficultatem refricat, inſalutatum nos præterire non decet. Proferemus igitur laudati ac vere laudandi Theologi argumentum, eique debita qua par eſt reverentia ſatisfaciemus.

Ex LIB. 2. CAP. 22. NUM. 1.

Arguit ſic in Relatione ſuper Canonem adverſus WALDENSEM præclariſſimus *Soto*: Docuit primæva Eccleſia ob emergentes hæreſes novum condere articulum fidei, ſicut Dei filium eſſe *conſubſtantialem* Patri, adverſus Arium; Mariam eſſe *Deiparam* contra Neſtorium; ergo & Eccleſia præſens, nova urgente hæreſi idem poteſt: quia Eccleſia ex ipſius WALDENSIS teſtimonio ſemper eſt, & erit æque potens ut olim.

Argumentum Soti.

Sed prorſus inanis hæc evincitur argumentatio, ſi vel terminorum amoveantur ambages. Aliud quippe eſt novum *definire* articulum fidei, aliud, & toto cœlo diverſum, novum *condere*. Si aliqua contingat fidei diſputatio, aut aliqua excurrat in plebe falſitas, ſtatim Eccleſia concordem veterum Patrum profeſſionem conſulens, poteſt *definire*, illud, de quo fervet quæſtio, & multorum hæret credulitas, eſſe articulum fidei, a Chriſto & ab Apoſtolis traditum. Sed novum *condere* fidei articulum, nuſquam nec expreſſe, neque implicite antea creditum; eſt quid omnioo abſonum ac repugnans. Tunc ſiquidem ille articulus de novo conditus non eſſet *Apoſtolicus*; immo neque *Eccleſiaſticus*, quia non foret ab Apoſtolis derivatus; neque eſſet *Catholicus*, ideſt omnibus coævus temporibus. Hinc Doctor Angelicus oportuna ſe diſtinctione coercens, dicit: „ quantum ad *ſubſtantiam* articulorum fidei, nullum factum eſt eorum augmentum, temporum ſucceſſione. Quantum vero ad *explicationem* crevit numerus articulorum. „ Sic docet Angelicus Doctor, ſolerter diſtinguendam eſſe *definitionem*, *declarationem* a nova *inſtitutione*, ab *augmento* articulorum fidei. Et mirum quod tam a ſe invicem diſſita uno involvat ſenſu præclariſſimus *Sotus*.

Reſponſio

2. 2. quæſt. 1. art. 7.

Dicendum igitur, quod poſt *definitos* primos fidei articulos, Patres Eccleſiæ novis exurgentibus hæreſibus, in Concilio Nicæno 1. *declaraverunt* per vocem *Homouſion*, *explicaverunt*, atque *firmarunt* articulum de *conſubſtantialitate* Filii. Porro in Concilio *Epheſino* vocem *Deipara* invexeruot, ut divinam *Maternitatem* in puriſſima Virgine *declararent*. Sed illi Patres ſcrutantes teſtimonium Scripturarum, & fidem Apoſtolorum, veteres quidem fidei articulos *definierunt*, *declararunt*, *explicarunt*, ſed nullum de novo *condiderunt*. Quod maxime liquet ex iis quæ ad Neſtorium, nomine Synodus Epheſinæ ſcribit Cyrillus, hortans eum, ut ſuſcipiat rectam fidem per beatiſſimos Apoſtolos, & Evangeliſtas Eccleſiis ab initio traditam; non dicit novam ab illa Synodo *conditam*. Sic Eccleſia præſens *æque potens, ut olim*, ſi quæ novæ laſciviant hæreſes, poteſt illas compeſcere per authoritatem, quæ illi inſidet, *definiendi declarandi explicandi*, quid ſit fide catholica amplexandum, quid hæretica ſit pravitate damnandum. At novum articulum præter illos ab initio vel explicite, vel implicite creditos, jam non poteſt *condere*: quia Eccleſia eſt Sponſa Chriſti, ſed *perfecta*, Sponſo ſuo coæva, informata a Spiritu ſancto, qui eam ab initio docuit omnem veritatem. Atque hic animadvertere quiſque poteſt quod impotentia hujuſmodi nihil perfectioni præſentis Eccleſiæ derogat: quia eſt impotentia non in cauſa, ſed in effectu, ex eo quod repugnat perfici id quod perfectum jam eſt: ſicut in homine repugnat creſcere uſque ad labentem ſenectam, poſtquam menſuram debitæ proceritatis attigerit.

In Epiſt. Synodica Epheſ. Concilii

Romani Pontifices a Wicleffi obtrectationibus vindicantur.

MAjoritatem inter Archiepiſcopos & Epiſcopos reperies in multis regnis Chriſtianiſmi: & iſta ſuperba hæreſis fecit diſſenſionem in Eccleſia militante. Verba

Ex LIB. 2. CAP. 32. NUM. 1.

ſunt inſulſi Wicleffi, qui per ea innuit ſchiſma Græcorum, ut ſic Romanæ improperet majoritati. At numquid Romanæ excelleotiæ culpa eſſe poterit aliorum ſuperbia? Numquid Chriſtus habebat dæmonium, quia Phariſæi illius famæ & ſanctitati invidebant? Sed pudeat Wicleffum Romanos Præſules ob majoritatem ſedis de *hereſi* inſimulare. Si namque ob vindicatam ſuæ Sedis *majoritatem* hæretici fuerunt Romani Pontifices, ſtatim ruit quod ipſe adſtruit, ſcilicet, poſt emenſum primum Chriſti Millenarium corroptam fuiſſe Eccleſiam, non antea. Quis enim neſciat, quod Græci adhuc primo ineunte *Millenario* conatus ſuos adverſus Romanum Primatum exerere cœperunt? Illi ſiquidem ab anno Dom. CCCLXXXI. Epiſcopum Conſtantinopolitanum, qui antea ne Patriarcha quidem erat, tribus Patriarchis Orientis anteponere, & ſecundum a Romano Pontifice inſtituere voluerunt, ut liquet ex Can. V. Concilii Generalis II. Deinde anno CCCCLI. eo Græci non contenti, Epiſcopum Coostaotinopolitanum Romano Pontifici parem efficere conati ſunt. Nam in ſynodo Chalcedonenſi Act. XVI. definierunt Græci Patres, non tamen ſioe fraude, & abſentibus legaris Romanis, Conſtantinopolitanum Epiſcopum ita ſecundum a Romano eſſe debere, ut tameo æqualia habeat privilegia. Neque hoc etiam contenti, temporibus Sancti Gregorii, ac Prædeceſſoris ejus Pelagii hujus nominis ſecundi, anno circiter DC. Epiſcopum Conſtantinopolitanum *Oecumenicum*, ideſt, orbis terræ, ſeu univerſalem Epiſcopum appelare cœperunt: cujus audaciæ teſtis eſt Sanctus Gregorius in pleriſque Epiſtolis, quas brevi tempore ſcripſit hac de cauſa ad Joannem Epiſcopum Conſtantinopolitanum, ad Imperatorem Mauritium, ad Imperatricem Conſtantiam, & ad cæteros Orientis Patriarchas. Tandem anno MLIV. aperte pronunciarunt, Romanum Epiſcopum propter additam in ſymbolo Conſtantinopolitano particulam *Filioque*, ex ſententia ſynodi Epheſinæ, quæ id prohibuerat, de ſuo gradu excidiſſe, & jam ſummum, ac primum Epiſcoporum omniom eſſe Pontificem Conſtantinopolitanum. Hæc eſt rerum ſeries: iſte Græcorum adverſus Romaoam *Majoritatem* proceſſus, in quo nullam ſupremi Antiſtitis hæreſim quiſquam dicet, niſi qui perfidia ac odio exoculatus, (ſicuti Wicleffus) veritatis lucem nequeat inſpicere.

D. Hieronymi ſententia de Epiſcopali dignitate rite a Waldenſi explicata.

Ex Lib. 2. Cap. 60. Num. 4.

Q*Uid iſto* (Hieronymi textu) *proferre conaris, quod idem fuit Presbyter qui Epiſcopus? Et nos concedimus unius ordinis, & ejuſdem appellationis participes. Promiſcue enim dicebantur Sacerdotes Epiſcopi, & omnes Epiſcopi Sacerdotes*. Hunc locum ſugillat Alphonſus a Caſtro, & dicit: THOMAS WALDENSIS *non recte interpretatur dictum Hieronymi de differentia inter Epiſcopum & Presbyterum*. Hæc quidem verba non ſatis mihi quid intendat præclarus Cenſor aperiunt. Quidquid autem velit; non inficiabitur puto, quod recte WALDENSIS Hieronymi verba interpretatus eſt, ſi nihil ex Hieronymo deducat quod fidei, aut traditiooi Eccleſiaſticæ non ſit omnino cooforme. Quam vero illius doctrina conformis ſit fidei Eccleſiæ ac traditioni, ipſa *Doctrinalis* lectio luculenter oſtendit. Etenim fides Eccleſiæ contra Aerium, Albigenſes, Waldenſes, Wicleviſtas, Calvinianos, & Lutheranos, docet Presbyteros eſſe Epiſcopis inferiores. Numquid contra hanc fidei doctrinam incedit Waldenſis? Ipſe quidem concedit fuiſſe Presbyteros & Epiſcopos *unius ordinis ejuſdemque appellationis participes*: ſed *appellatio* & *ordo* noo eos adhuc faciunt æquales; niſi tantummodo in *ordine*, & *appellatione*: quod fidei Eccleſiæ non repugnat. Nam Sacerdotis (quod idem eſt ac Presbyteri) nomen, Epiſcopis non ſemel peculiare eſt apud Authores Eccleſiaſticos. Sic Tertullianus lib. de Baptiſmo, *Sacerdos, qui eſt Epiſcopus &c.* Sic Saoctus Cyprianus Epiſt. LXIII. ad Rogatianum Epiſcopum: *Si qui alii tales extiterint, & contra Sacerdotem Dei fecerint*. Idem alibi ait, omnium ſchiſmatum fontem eſſe, quod Sacerdoti *Dei non obtemperatur, nec unus ad tempus Sacerdos, & ad tempus judex vice Chriſti cogitatur*. Sic Sanctus Ambroſius de ſe Mediolanenſi Epiſcopo, & de aliis ſibi ſimilibus pronunciat: *Claves illas regni Cœlorum in Beato Petro Apoſtolo cuncti ſuſcepimus Sacerdotes*. Sic denique in ſynodo Andegavenſi, cap. I. Epiſcopi promiſcue Sacerdotes dicuntur: „ Contra *Epiſcopale* judicium (inquit Synodus) clericis non „ liceat profilire; neque inconſultis *Sacerdotibus* ſuis ſæcu„ laria judicia expetere. Sed nec de loco ad locum ſine „ Epiſcopi permiſſione tranſire; nec ſine commenda„ titiis *Sacerdotum* ſuorum literis commeare. „ Multa hujuſmodi teſtimonia habeotur quidem poſt everſum Templum Jeroſolomytaoum. Non ſic antea: nam nomen *Sacerdotum* cum Evangelium, tum Apoſtoli conſulto reticebaot: quia vetus adhuc vigebat Sacerdotium Judæorum, & in Templo quotidie ſacrificabatur. Quamobrem oe coofunderent hæc invicem Sacerdotia, placuit interim pro Sacerdotibus Chriſti, aliis uti nominibus. Hinc eos aliquando *Presbyteros* aliquando *Miniſtros*, nonoumqoam *Epiſcopos* & *Paſtores* appellaſſe palam eſt, quoaduſque vetus Sacerdotium eſſet cum Templo funditus ſublatum. Ubi vero Templum everſum fuit, & abrogati veteres Sacerdotes paſſim ab omnibus noſtri Presbyteri *Sacerdotes* appellati ſunt. Id cauſæ fuit, quod tempore Apoſtolorum *Epiſcopus* vocabatur etiam *Presbyter*, ut colligitur ex illo Pauli Apoſtoli ad Titum I. „ Hujus rei cauſa reliqui te Cre„ tæ, ut ea, quæ deſunt corrigas, & conſtituas per „ Civitates Presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. „ Nomine autem Presbyterorum hic intelligeodos eſſe Epiſcopos, quales adulta habet Eccleſia, communis eſt Interpretum Græcorum ſeorentia, præſertim Chryſoſtomi Homil. in Epiſt. ad Titum, Oecumenii, & Theophylacti in eumdem locum: neque enim volebat Paulus inſulam totam uni Epiſcopo permitti, ſed unicuique Civitati Epiſcopum deputari. *Presbyteros autem vocat Epiſcopos*, inquit citatus Theophylactus. Et Chryſoſtomus Hom. XI. ſuper Epiſt. ad Timotheum, *Inter Epiſcopum* (inquit) *atque Presbyterum intereſt ferme nihil*. Quis ergo neget recte dictum Hierooymi interpretatum fuiſſe WALDENSEM, cum dixit, Presbyteros cum Epiſcopis ejuſdem fuiſſe appellationis participes? Non autem minus recte addidit, Presbyteros cum Epiſcopis, ejuſdem quoque ordinis fuiſſe participes. Nam omnes Epiſcopi ſunt Sacerdotes, quamquam non omnes Sacerdotes ſint Epiſcopi.

Dices: In quo igitur a Presbytero ſecernitur Epiſcopus? Si enim uterque Sacerdos; ſi idem utriuſque eſt ordo; omnimoda utriuſque probatur identitas.

Reſpondeo cum Divo Chryſoſtomo, & WALDENSI: A Presbytero ſecernitur Epiſcopus *inthronizatione*, & *poteſtate*. Ac primo *inthronizatione*, ideſt, *conſecratione*, ut Chryſoſtomum ioterpretatur WALDENSIS. Nam Sacerdotium Epiſcopi majori adhuc conſecratione, & pluribus unctionibus perficitur, quam Sacerdotium Presbyteri. Porro Epiſcopus longe aotecellit Presbyterum *poteſtate*: nam præter juriſdictionem quam habet ſuper Eccleſiam, cujus eſt Princeps, habet quoque aliam ex ſua conſecratione poteſtatem, ſcilicet, ordinandi Presbyteros inferiores, & ſibi pares conſecrandi Epiſcopos. Unde perbelle comparat WALDENSIS, & dicit: „ Epiſcopus comparatur ad Sacerdotem ſimpli„ cem, quemadmodum vir provectus, ad juvenem in „ humanitate. Juvenis enim homo eſt: ſed provectus „ vir, perfectus homo eſt: quia jam pervenit ad ter„ minum incrementi, & poteſt producere ſibi ſimile „ ad commodum ſpeciei. Sic Sacerdos ſimplex poteſt „ in Patrem Eccleſiæ conſcendere, ut factus quaſi vir „ Ordinis, plures per manus impoſitionem propaget „ Sacerdotes. Sed quia ejuſdem ordinis ſuot, electio „ perfectorum (Sacerdotum, ſcilicet, Epiſcoporum) „ poteſt convenire junioribus. „ Jam accedat Ariſtarchus quiſpiam, & ediſſerat, in quo non *recte* interpretetur dicta Patrum WALDENSIS: in quo ab Eccleſiæ fide, aut traditione reſiliat.

lib. 2. cap. 60. num. 3.

Hieron. in [illegible]

Non negamus magnam vim in prælaudato Hieronymi textu ab Heterodoxis fieri, (præſertim a *Blondello* *) ut evincant nullum ab initio fuiſſe inter Presbyteros, & Epiſcopos diſcrimen; ſed Waldenſis fidem vindicans & traditionem Eccleſiæ, Aerium talia præſumentem memorat, & Wicleffo improperat, qui Aerii inſaniam recoqoere ſua ætate viſus eſt. Hinc ſtatuit non differre nomioe & ordine Sacerdotali, ſed bene conſecratione poteſtate, & gradu, & quidem jure divino, ut legenti conſtat.

* *in libello Apoleg. Sancti Hieronymi*

Thomæ Waldenſis de Concilii generalis, & Summi Pontificis authoritate declaratur ſententia.

Ex Lib. 2. Cap. 60. Num. 7.

C*Ommuniter dicitur, Papam in Concilio præeſſe, non autem præeſſe Concilio: quia in communi debet Eccleſia*

cleſia regi. Duo jam hic diſcutienda occurrunt ad vindicandam ab obtrectatoribus Thomæ Waldenſis doctrinam: unum ſcilicet, quod ſcripſit de authoritate Concilii, alterum quod de Eccleſiæ Ariſtocratico ſubdit regimine. Quoad primum, nullus mihi labor, ut cunctis appareat, quod erga Romanam Sedem obſequentiſſimus Doctor, non adeo extulit Concilii Generalis authoritatem, ut quidquam adverſus Romanum Pontificem injurioſe vellet, aut ſcriberet. Quoad ſecundam partem, eum oſtendam a doctiſſimis & Catholicis non diſcrepare Scriptoribus, qui Eccleſiæ Monarchicum regimen non improbant, ſed Ariſtocratia temperatum commendant.

Primam partem in ſuis pro Thoma Waldenſi *vindiciis* jam diſcutere aggreſſus fuit Reverendiſſimus *Joannes Baptiſta Rubeus*, quem hic iterum honoris cauſa nomino. Sed ei in hoc quod affirmat Thomam Waldenſem de Conciliorum authoritate ſupra Romanum Pontificem ne vel *unquam ſomniaſſe*, omnino conſentire non audeo: quia mihi prorſus contrarium Waldenſis ſcripta denunciant. Nec probare poſſum quod ibi additur: *eam nimirum ſententiam hæreſis labem non effugere*: quia ſi juſtis ea arctetur limitibus, nedum non erronea, aut non hæretica, ſed nec prorſus improbabilis omni viro catholico ac ſemel indutis præjudiciis exuto videri poteſt; niſi forte (quod abſit) in hæreſis ſuſpicionem temere ac leviter evocentur doctrina & pietate ſpectatiſſimi viri Epiſcopus Cameracenſis & S. R. E. Cardinalis Petrus de Alliaco libro illo ſuo *de authoritate Eccleſiæ*, quem in Concilio Conſtantienſi elucubravit ac edidit; ejus diſcipulus Joannes Gerſonius lib. *de poteſtate Eccleſiaſtica*, Joannes Major Theologus Pariſienſis *Comment. in cap.* 18. *Matth.* Franciſcus Victoria O. P. Salmaticenſis Academiæ in Primaria Cathedra profeſſor, *Relectione 4. de poteſtate Papæ, & Concilii*: & ne plures memorem, ipſe Clerus Gallicanus in celeberrimo illo Conventu anno 1682. celebrato: cujus declarationem *de Eccleſiaſtica poteſtate* Ludovicus XIV. Rex Chriſtianiſſimus per univerſum Regnum, Ditioneſque ſuas promulgari ſtatuit ac juſſit edicto perpetuo & irrevocabili. Quibus ego permotus catholicum quidem & undequaque meritiſſimum *Rubeum* pro ſua erga Romanam Sedem devotione & reverentia plurimum laudo, immo & ſequor ipſe Romanæ Eccleſiæ filius & ſacerdos: ſed abſit ut pro hominibus deſeram veritatem, ne pro hominibus videar deſerere Deum. Hinc omni amota contradicendi libidine, omni ſtudio partium abjecto, pro ſolo veritatis amore nonnullas ſtatuo propoſitiones, quarum declaratio & Thomæ Waldenſis intemeratam doctrinam, & ſummam animi mei erga Chriſti Vicarium ſubjectionem probabit.

Sit ergo jam prima propoſitio. *Non eſt abſolute negandum, quod Thomas Waldenſis authoritatem Concilii Generalis ſupra Romanum Pontificem affirmaverit*. Hoc non indiget probari, quia manifeſte conſpicitur libro ejus ſecundo *de Eccleſia* cap. 27. num. 6. ubi quærens, quibus viis ſit incedendum ad inveniendam in dubiis fidei reſolutionem certiſſimam, ita ſine ulla terminorum ambage definit: *Videtis ſequendam eſſe in Eccleſia Catholica gradatim authoritatem multiplicem: Doctorum ſcilicet Catholicorum omnium: Antiſtitum ſanctorum magis: Eccleſiarum Apoſtolicarum potius; & ex eis amplius Romanæ Eccleſiæ: & abundantius his omnibus authoritatem Concilii generalis*. Idque reſumens num. 7. ait: *Ex his omnibus liquet authoritas generalis Concilii, quia illi cedunt cuncta ſcripta Pontificum & Doctorum &c.* Hinc nullus non videt, quod Thomas Waldenſis eminere quidem voluit authoritatem Romanæ Sedis ſupra omnes Doctores, & ſupra omnes Eccleſiarum, etiam Apoſtolicarum, Patres: ſed ſupra Romanam Eccleſiam eminere voluit authoritatem generalis Concilii: *abundantius his omnibus authoritatem Concilii generalis*. Quam vero noſtri Doctoris animo hæc firmiter inſideret opinio, facile colligi poteſt ex iis quæ docuit in præcedentibus Capitulis 17. 18. & 19. Ibi etenim, ſicut & locis aliis ſexcentis, docet quod *pro Eccleſia Catholica* quatenus eſt objectum fidei, quam profitemur dicentes in ſymbolo, *Credo in Sanctam Eccleſiam*, non aliud intelligi debet, niſi concors Patrum de rebus credendis teſtimonium a tempore Chriſti & Apoſtolorum, uſque ad tempus præſens. Hoc conſors Patrum teſtimonium, ſicut & unanimis populorum
Cap. 35. num. 5. & cap. 37. num. 3. consenſus, ab eo dicitur *Eccleſia Catholica*, quæ ſimul
cum Petro accepit a Chriſto æqualem poteſtatem li-
Cap. 2. num. 2. & 3. gandi atque ſolvendi: quæ eſt indefectibilis, infallibilis, coæva Chriſto & Scripturæ Canonicæ, immo ipſi in authoritate affinis; omnibus præficienda Eccleſiis, etiam *Romanæ*, ut pluries repetit, præſertim cap. 19. num. 1. & 7. Cum autem Concilium generale ex toto orbe legitime congregatum repræſentet potiſſime *Eccleſiam Catholicam*, ſeu *univerſalem* jam dictam, & ſit Chriſtianæ, Apoſtolicæ, & Eccleſiaſticæ doctrinæ, ex promiſſione Spiritus Sancti, certior interpres; jam pa-
A tet unde & quantum Thomæ Waldenſi perſuaſum fuerit quod ſupra Romanum Pontificem eminet authoritas Generalis Concilii. Atque hic libenter abſtineo a referendis Magni Concilii Conſtantienſis (cui Waldenſis interfuit) decretis ſeſſ. IV. editis, quæ idem luculenter definiunt, & quæ forte Waldenſem noſtrum in ſua opinione firmarunt. Si quis ea decreta vel a Patribus Baſileenſibus corrupta, vel de ſolo tempore ſchiſmatis intelligenda eſſe contendat, non ego inficias ibo: quippe qui non totius quæſtionis ſummam definire, ſed clariſſimi Doctoris mentem aperire atque ab omni impacta calumnia vindicare ſolummodo propoſuerim.

Secunda propoſitio. *Sententia Thomæ Waldenſis de authoritate Generalis Concilii ſupra Romanum Pontificem*
B *non derogat honori Chriſti Domini, cujus Romanus Pontifex eſt Vicarius in Eccleſia*. Immo pertinet ad laudem Chriſti, Deique gloriam, quod ſcilicet poteſtatem talem hominibus dederit in ædificationem, non in deſtructionem: & Eccleſiam ſuam ſuprema poteſtate muniverit, ſanctique Spiritus ſui aſſiſtentia ad finem uſque ſæculorum dirigat, & gubernet; unde fit ut juxta promiſſionem ſuam Portæ inferi non prævalebunt *Matth. 16. 18.*
adverſus eam.

Tertia propoſitio. *Sententia Thomæ Waldenſis de authoritate Generalis Concilii ſupra Romanum Pontificem, non officit authoritati Romanæ Sedis*. Siqui-
dem docet piiſſimus Doctor, quod Romanus Pontifex *Vide lib. 2.*
eſt ex jure divino ſummus in Eccleſia judex, habens *cap. 33.*
juriſdictionem ſuper univerſum orbem: quod cunctis *Cap. 44.*
C male potentibus debet eſſe terrori: quod ad ipſum ex *Cap. 50. nu. 8.*
inſtitutione Domini majores debent Eccleſiæ cauſæ *Cap. 45.*
referri; & appellationes ex toto orbe ad ipſum poſſe *Cap. 42. n. 10.*
fieri: quod poſſit ipſe canones temperare, delinquentes *Cap. 43. nu. 4.*
coercere, privilegia concedere; miniſtros Eccleſiaſti- *Cap. 46. nu. 7.*
cos a Poteſtatum juriſdictione abſolvere, ſubjectos con- *Cap. 49. nu. 7.*
firmare docendo, & cædendo: in hæretica pravitate *Cap. 47.*
diſcernere; duplicem adhibere gladium, ſpiritualem, *Cap. 34. nu. 8.*
& temporalem; in dubiis fidei & diſciplinæ conſulen- *Cap. 48.*
dus; habens eamdem poteſtatem quam accepit Petrus *Cap. 37. nu. 2.*
a Chriſto. Quid plura? Apud ipſum Romanum Pontificem ait Waldenſis incorrupta Patrum ſervatur authoritas; & quidquid Eccleſiæ datum fuit, Papæ eſt adminiſtrationi depoſitum. Accedant jam quotquot ſunt qui Romani Pontificis authoritatem ſupra Concilium
D attollunt; & ſi quid luculentius pro Romani Antiſtitis authoritate cupiunt, ediſſerant.

Quarta propoſitio. *Nihil derogat Thomas Waldenſis Romani Præſulis dignitati per hoc quod ſupra ejus authoritatem Generale Concilium poſuerit*. In quo enim im-
penſius laborat, quam ut cunctis ſuadeat Chriſti fide- *Vide cap. 33.*
libus quod Romanus Pontifex ex jure divino primatum habet ſuper omnes Orbis Epiſcopos? Nedum illum Petro comparat, ſed vult quod ſit identice Pe-
trus, non perſona, ſed officio. Nedum illum vocat *Cap. 35. nu. 3.*
Eccleſiæ univerſalis Paſtorem; ſed addit, quod ipſe
ſolus totam repræſentat Eccleſiam, & dona omnia pro *Cap. 37. nu. 3.*
Eccleſiæ ſtatu ſervando ipſe accipit a Chriſto: quod *Cap. 38. nu. 2.*
eſt virtute, & gratia ſtupendus, Primus Paſtor, & *Cap. 37. nu. 4.*
Paſtor Paſtorum, ſucceſſor & ſocius Piſcatoris: vena
E major militantis Eccleſiæ, Apotheca cœleſtium imbrium, & primum receptaculum ſublimium gratiarum. Et ne quid præteriret de ſummi Antiſtitis prærogativis, non omittit explicare qualiter Papa dici
poſſit *Deus*. Nihil porro exoptari poteſt ad ampliorem *Cap. 50. nu. 8.*
Romani Pontificis dignitatem, præter illa, quæ Waldenſis de Romana Eccleſia ab antiqua Patrum tradi-
tione deduxit. In ea, inquit, fulget Primatus authori- *Cap. 33. nu. 5.*
tate Chriſti & traditione Apoſtolica: ipſa ſupra ſe
Primatem, aut Metropolitanum habere non poteſt: *Cap. 39. nu. 3.*
ſuper ipſam univerſa conſtructa eſt Eccleſia: ipſa lo- *Cap. 45. nu. 5.*
cus eſt, unde fluxit ab exordio ſapientia Chriſtiana; *Cap. 48. nu. 3.*
& huc uſque in fide ſine labe permanſit: *immo niſi ipſa præ aliis conſtanter docuiſſet, roboraſſet, & defenſaſſet fidem Chriſti, defeciſſet fides Chriſti ab habitabili terra noſtra*. Quid ultra Waldenſis debuit dicere, & non dixit? Num illi quis imputabit ad crimen, quod ad extollendam Pontificiam dignitatem non item dixerit, quod Papa poteſt Reges exauthorare, orbis Chriſtiani

pacem

pacem turbare, bellis ac cædibus occaſionem dare, Canones pro arbitrio, & abſque cauſa ſolvere, diſciplinam Eccleſiaſticam evertere; alienas a Scriptura ſacra & traditione opiniones, veluti fidei oracula propugnare, & juvantibus aſſentatoribus obtrudere; quodlibet peccati genus committere cum impunitatis privilegio; Eccleſiam non audire, ſed ſpernere? De his (quis non ignoſcet?) altum ſervavit ſilentium Waldenſis, etſi erga Romanum Pontificem diſertiſſimus & obſequentiſſimus Doctor. Sed hæc in deſtructionem non in ædificationem dixiſſet Eccleſiæ. Neque hujuſmodi falſa præconia a Scriptoribus ambiunt Romani Præſules. Immo ſicut Deus O. M. viris Theologis non iraſcitur de ipſius poteſtate diſputantibus: quia ipſum nihilominus omnipotentem confitentur; ſincera fide ac religione ipſum colunt; & ad laudem potentiæ ipſius pertinet, quod ea ipſi negentur poſſibilia, quæ æternæ rationi, legi, Providentiæ, & ſanctitati infinitæ repugnant: ita iiſdem Theologis iraſci non ſolent Sanctiſſimi Pontifices de Eccleſiaſtica & Pontificia poteſtate differentibus: quia Sedis Apoſtolicæ Primatum jure divino inſtitutum nihilominus confitentur; eamdem Sedem & ſedentes in ea ut Chriſti Vicarios ſincera obſervantia venerantur, eiſque parendum quavis data occaſione prædicant: & quod Pontificiæ poteſtatis aliqua negant, ad laudem ipſius pertinet, ut ſcilicet non poſſit, niſi quæ ſancta ſunt, juſta, Scripturæ & traditioni conſentanea. Sapienter enim & digne laudatur, cum in laudem ejus ne quid nimis aſſeritur.

Quinta propoſitio. *Non eſt de novitate culpandus Waldenſis pro eo quod authoritatem Romani Præſulis Concilio generali ſubjecerit*. Ante editum Doctrinale Thomæ Waldenſis jam pro hac ſententia in Concilio Conſtantienſi diſceptatum fuerat: eaque nec tum nova aut temeraria viſa eſt. Sed diu ante Synodum Conſtantienſem habebat Waldenſis in Sanctis Patribus egregios ſuæ ſententiæ Patronos, quos recitat *Ludovicus Ellies Dupin* Diſſert. VI. Unum præ aliis ipſe adducit Auguſtinum, qui loquens de Africanis Epiſcopis qui in controverſia de rebaptizandis hæreticis definitioni Stephani Papæ acquieſcere noluerant; eorum nihilominus orthodoxiam tuetur, hac ſola fultus ratione: quod videlicet Papæ non acquieverant, quia nondum alicujus Concilii Generalis fuerat ea quæſtio definita. Similia paſſim refert Waldenſis ex Auguſtino in Donatiſtarum cauſa. Sed hujuſmodi ego libenter prætereo, ne videar opinionem hanc potius velle roborare, quam a ſiniſtra ſuſpicione, ut propoſitum eſt, vindicare. Non tamen prætereundum cenſeo, quod Thomas Waldenſis cupiens ſuum *Doctrinale* Apoſtolica authoritate fulciri, antequam illud evulgaret, Romam tranſmiſit, ut a ſummo tunc Eccleſiæ Præſule Martino V. diſtricto probaretur examine, ſicut factum eſt, & ſupra in limine *Præfationis generalis* jam dixi. Quid ergo quod præclariſſimis Examinatoribus hæc Waldenſis nec nova apparuit, nec abradenda de Summo Paſtore doctrina; immo a Summo ipſo Pontifice tam egregio, & fuſo diplomate inſignita eſt? Num dicet quis fuiſſe illos doctiſſimos viros aut nimis ſocordes quod non correxerint novitatem erroneam; aut nimis ignaros, quod non adverterint? Nuſquam hæc dici patientur quotquot ſunt Romanæ ſapientiæ, atque ſolertiæ periti.

Sexta Propoſitio. *Thomas Waldenſis rebelliones contra Summos Pontifices non fovit, nec appellantibus ad futurum Concilium ſuppetias attulit; quamquam Romani Præſulis authoritatem generali Concilio ſubeſſe affirmaverit*. Nec diſſimulo, quod Martinus V. Papa edita Conſtitutione ann. 1418. appellationes interdixit ad futurum Concilium: eaſque prohibuere Pius II. literis Mantuæ in Conventu Principum publicatis an. 1460. Julius II. & *Bulla in cœna Domini* quotannis Romæ legi ſolita, a Gregorio XIII. renovata. Sed quamquam Theologi Pariſienſes, quibus noſtri Waldenſis placuit ſententia, late hiſce reſpondeant, mihi tamen eorum doctrina nec utilis impræſentiarum eſt, nec neceſſaria. Siquidem ipſe Waldenſis licet ſupra Papam attollat Concilium, non ideo cuiquam concedit ut ab obedientia præcipientis aut definientis Papæ ſe ſe arroganter ſubducat. Quorſum enim Papæ concederet poteſtatem coactivam ad coercendos pertinaces; jus quoque cognoſcendi omnium inferiorum cauſas? Ad quid poſuiſſet in manu ejus gladium Petri, & jus diſcernendi ac judicandi in cauſa hæreſis? Ad quid dixiſſet quod Papa habet authoritatem firmiſſimam in cauſis fidei; & quod legitime citat fideles ad ſuum judicium? Cur denique Romanæ, & Apoſtolicæ Sedi maxima ſubjectione docuit eſſe parendum? Certe non aperit appellandi viam, qui Romano Summo judici cunctos addicit fideles.

Vide Cap. 34.

Cap. 47.

Cap. 52.

Septima propoſitio. *Thomas Waldenſis aliquo ſenſu ſupremam in Romano Pontifice authoritatem cognovit*. Cum univerſale Concilium univerſalem repræſentet Eccleſiam, ideo Thomas Waldenſis ipſi potiſſimam tribuit authoritatem, ut ſupra jam diximus *propoſitione prima*. Sed cum non ſemper generale Concilium expediat, aut poſſit congregari, ſummam rerum omnium in Romano Pontifice collocaſſe Waldenſem cenſeo. Videtur enim egregius Doctor ſupponere quod extra Concilium ſolus Papa ſit Gratiarum Apotheca, cauſarum judex, certus canonum interpres, & indefectibilis fidei Magiſter. Si Eccleſia Catholica claves poteſtatis accepit cum Petro; idem affirmat de Papa; immo dicit quod eſt identice Petrus. Et quod dicit de Concilio generali totam in eo repræſentari Eccleſiam, idem affirmat de Papa, *propoſitione quarta*. Dicit autem quod *in Concilio non præeſt Concilio*: quia in eo Summus Pontifex eſt quidem Caput, non vero corpus totum. Igitur extra Concilium, ne Eccleſia debito ac tuto fraudetur unquam regimine, tamquam Eccleſiæ univerſalis Paſtor & miniſter a Deo inſtitutus plenariam habet poteſtatem, quam cum in Concilio exercet, ſolemniori authoritate eam adhuc firmari neceſſe eſt: nam tunc preſente Eccleſiæ corpore, nedum capitis, ſed corporis Eccleſiæ vivam perhibet traditionem. Sed quia ægre fortaſſis concipitur quod ſummus Eccleſiæ Præſul ſumma in gregem ſibi commiſſum authoritate polleat, & nihilominus non præſit Concilio, doctiſſimum virum, ac ſacrum Epiſcopum inducam Alphonſum Toſtatum, qui ſuper librum Numer. cap. 48. & 49. cauſam hanc, quæ multis involuta viſa eſt, dilucide ſic exponit, atque definit: „Advertendum eſt, quod juriſdictio ſecundum „actum non poſſit cadere in Communitatem, ſed in „perſonam determinatam: quia juriſdictio requirit „actus, ut judicare, & imperare: Communitas autem (cum non ſit aliquid unum proprie, ſed per „accidens, ſicut acervus lapidum) non poteſt exercere actus aliquos: ideo impoſſibile eſt in Communitate eſſe juriſdictionem ſecundum actum. Eſt tamen juriſdictio ſecundum originem in communitate, & ſecundum virtutem: quia omnes perſonæ accipientes juriſdictionem, virtute Communitatis „accipiunt. Ita autem videtur de clavibus Eccleſiæ, „quia illæ datæ ſunt a Chriſto toti Eccleſiæ: quia „tamen non poterat Eccleſia diſpenſare illas, cum „non eſſet aliqua perſona, tradidit eas Petro nomine Eccleſiæ. Si tamen intelligeretur claves traditas „eſſe Petro ſpecialiter, non ſolum ſequeretur inconveniens quod inducitur, ſcilicet, quod alii Apoſtoli „non habuiſſent aliquam authoritatem clavium (quod „falſum eſt, quia illis data eſt poteſtas remittendi „peccata, ut patet Joan. 20. *accipite Spiritum ſanctum &c.*) ſed adhuc aliud inconveniens majus eſſet, ſcilicet, quod defuncto Petro, non manſiſſent claves: „quod neceſſe erat, ſi ſoli Petro datæ fuiſſent. Et „non ſolum ſi ipſi ſoli, ſed etiam ſi omnibus Apoſtolis datæ fuiſſent claves ſpecialiter tamquam determinatis perſonis, defunctis illis, non manſiſſent „claves in Eccleſia: quia iſti non habebant poteſtatem dandi aliis claves, faciendo eos ſucceſſores ſuos; „ergo non fuerunt claves illis datæ tamquam determinatis perſonis, ſed tamquam Miniſtris Eccleſiæ: „& tunc magis dabantur claves Eccleſiæ quam ipſis. „Et hoc modo nunquam poſſunt ceſſare claves in „Eccleſia, cum Eccleſia, quæ habet ipſas radicaliter, „nunquam moriatur. Tunc apparet, quomodo mortuo Petro ſuccederent alii Summi Pontifices in æquali poteſtate: quia illa poteſtas clavium erat in „Eccleſia; & quia non poterat Eccleſia eam diſpenſare, cum non eſſet una perſona; tradita eſt juriſdictio clavium Petro, tamquam perſonæ electæ ad „uſum juriſdictionis illius. Et quia mortuo Petro, „adhuc ſemper Eccleſia habet claves, poteſt ei eligere ſucceſſorem, & eligendo confert eamdem poteſtatem, quam habuit Petrus. Nec oportet, quod in „morte Petri Chriſtus iterum conferat claves ſucceſſori ejus; quod tamen neceſſe erat, ſi Petro datæ „fuiſſent claves ſingulariter, & non Eccleſiæ. -- Et „cap. 49. hæc addit: -- Eccleſia ſuſcepit claves a Chriſto, & Apoſtoli tamquam miniſtri Eccleſiæ: & „nunc Eccleſia illas habet, & Prælati etiam. Sed ali-

„ter

„ ter Eccleſia quàm Prælati : nam Eccleſia habet SE-
„ CUNDUM ORIGINEM, ET VIRTUTEM : Præ-
„ lati autem habent SECUNDUM USUM earum.
„ Dicitur Eccleſia habere *ſecundum virtutem* claves,
„ quia poteſt conferre illas Prælato per electionem.
„ Dicitur etiam habere *ſecundum originem :* quia PO-
„ TESTAS PRÆLATI NON ORIGINATUR A SE
„ IPSO, SED ORIGINATUR AB ECCLESIA PER
„ ELECTIONEM. Eccleſia enim, quæ ipſum elegit,
„ tribuit ei jurisdictionem illam. Eccleſia autem a
„ nullo ſuſcipit, poſtquam ſemel a Chriſto ſuſcepit :
„ ideo illas *per originem & virtutem* habet ; & quan-
„ do confert eas Prælato, non coofert eo modo quo
„ ipſa habet, ſcilicet, qoantum *ad originem & vir-*
„ *tutem ;* ſed quaotum *ad uſum*. In utroque tameo
„ integræ ſunt claves. „ Ex his docemur quod *eadem* ſumma poteſtas reſidet in Eccleſia & ſommo Pontifice ; *eadem* inquam, ſed *aliter :* nam in Eccleſia reſidet ſecundum *originem*, in ſummo Pontifice *ſecundum uſum*. Dignum porro eſt, ut doctiſſimi Epiſcopi ea perpendantur verba *: in utroque tamen integræ ſunt claves*. Cum etenim ſumma ſit clavium poteſtas, jam conſequitur quod Papa ſummam habet jurisdictionem & poteſtatem. Hanc utique agnovit Waldenſis, dicens quod ipſe ſolus totam repræſentat Eccleſiam *, ut dictum eſt ſupra *propoſitione quarta* : totam, inquam, Eccleſiam, cujus *integras* adminiſtrat claves. Sed eadem hæc poteſtas *aliter* eſt in Papa ac in Eccleſia, ſcilicet, quoad *uſum* : nam dicit : *quidquid habet Eccleſia, Papæ eſt adminiſtrationi depoſitum*.

* *cap. 37. num. 3. ubi notanter dicit, quod* jus commune ſervatur in ſuppoſito.

Hinc fit CONCLUSIO. Sapienter dicit Waldenſis qood *Papa præeſt in Concilio, ſed non præeſt Concilio* : nam præeſt quidem ob *uſum* jurisdictionis Eccleſiaſticæ, quem Eccleſia nec habet, nec habere poteſt. *Sed non præeſt Concilio*, quia Concilium habet quod majus eſt, ſcilicet, poteſtatem jurisdictionis Eccleſiaſticæ quoad *originem* & *virtutem*, quam Papa oec habet, nec habere poteſt. Cæterum, ut laudatus ait Abulenſis Antiſtes, in Papa æque ac in Concilio *integræ ſunt claves* regni Cœlorum ; ſed *integræ* in Papa quoad *uſum*, in Concilio autem *integræ* quoad *originem*. Hinc ſequitur 1. quod nullus mortalium poteſt claves illas Papæ minuere, vel auferre. 2. quod Concilium non poteſt condere ſtatuta contra Papam : quia hoc eſſet *uſus* jurisdictionis, quem Concilium ex ſe ſolo non habet : *Quidquid habet Eccleſia* (inquit Waldenſis) *Papæ eſt adminiſtrationi depoſitum* *. Nec obeſt quod Auguſtinus enarrat de Cypriano : nam Cyprianus & cum eo Africani Patres, com de conſuetudine rebaptizandi, vel non rebaptizandi eſſet quæſtio, non majorem *poteſtatem dignitatemve* in Concilio generali expectabant, ſed *amplius teſtimonium* : niſi velimus dicere optatum ab Afris judicium Concilij Generalis ob majorem ejus poteſtatem, habita ratione originis, & virtutis, non uſus & exercitii ; vel potius utriuſque. Siqoidem Concilium Œcumenicum legitime congregatum, cum ſit veluti corpus ſuo capiti, ideſt Romano Pontifici, immediate vel mediate conjunctum, utraque pollet poteſtate. Nec iterum obeſt, quod ſchiſmatum monſtra fuerint interdum Conciliorum authoritate perempta. Tunc enim concilia, quæ non erant acephala, *uſum* poteſtatis habebant in capite, quod ſibi eligebant. Nil ergo timendum cum reverendiſſimo *Rubeo* ex illo Waldenſis effato, *Papa non præeſt Concilio :* nam procul hinc ſunt ſcandaloſæ illæ deductiones, quas affectaot nonnolli Romanæ Sedis oſores : qui Clavigerum Papam non tantum odiſſeot, ſi plus ipſas claves diligerent.

* Et item : *jus commune ſervatur in ſuppoſito*, cap. 37. n. 3.

Supereſt, ut ſecundam partem rei propoſitæ breviter expediam. Certum eſt Eccleſiam eſſe jure divino Monarchicam, quia ſub uno Chriſto, uno Paſtore, una fide, uno baptiſmate, uno denique ſpiritu, & uno fine, qoi eſt Chriſtus, regenda eſt. Sed quia idem ſpiritus omnibus particularibos aſſiſtit Eccleſiis ; una fidei traditio multis communicatur Epiſcopis, unus Eccleſiæ ſpiritus in uno quidem corpore, ſed in multis viget membris ; idcirco ubi de reſarciendo corpore, vel de fidei traditione agitur, Ariſtocratia debet Monarchiam temperare. Porro cum Eccleſia ſit corpus ſapientiſſime compactum, debeot membra communicare cum Capite, ut ſic omnia membra uno regantur ſpiritu, una imbuantur doctrina ſcripta, vel tradita : quæ defectionem, aut alterationem minime ſuſcipiet, potiſſimum ſi aliquando per Conciliorum generalium ſaluberrimam conſuetudinem, uoiverſæ ſit Eccleſiæ ſuffragio confirmata. In hoc conveniunt omnes modo Doctores Catholici. Unde Cardinalis Bellarminus acerrimos Monarchiæ Eccleſiaſticæ aſſertor dicit : " Doctores Catho-
„ lici in eo conveniunt omnes, ut regimen Eccleſia-
„ ſticum, hominibus a Deo commiſſum, ſit quidem il-
„ lud Monarchicum, ſed temperatum ex Ariſtocratia
„ & Democratia. „ Atque huc ſpectat Pauli Germani Mildeburgii Sempronienſis Epiſcopi inſcriptio, qui libros ſuos de *recta Paſche celebratione* Leoni X. Pontifici Maximo dicatos ſic inſcripſit : *Ad ſummum Chriſtianæ Ariſtocratiæ Principem, Maximumque Sacrorum Antiſtitem Leonem X.* Eccleſiam enim Monarchicam eſſe deſignavit eum Leonem X. Summum ejus Principem appellavit, ſed Ariſtocratia tamen temperatam.

Celebriores Judæorum Sectæ recenſentur.

Ex Lib. 3. Cap. 30. n. 3.

R*Eligiones veteris teſtamenti Eſſæorum, Phariſæorum, & Sadducæorum*. Tam frequenter Judæorum ſectarios *Eſſenos*, *Phariſæos* ac *Sadducæos* memorat Waldenſis, ut nec importunum neque inutile videatur de illis breviter hic diſſerere.

Eſſæorum, ſeu *Eſſenorum* ortus, & nominis ethimologia ignoratur. Gentem fuiſſe a pluribus ſæculis abſque conjugio, & ſexuum commixtione tradit Plinius l. 5. c. 17. Auctor libri 4. Machab. ab Hircani Summi Sacerdotis ætate incœpiſſe perhibet anno Mundi 3894. ante Chriſtum 106. Alias de eis ſententias recenſet Serarius. Habitabant longe ab urbibus : Deum ſingulari cultu adorabant : jejuniis, orationi, contemplationi, ſcripturarum ſtudiis ſemper intenti ; ita ut ex græco *Oſios* appellarentur *Sancti*. Fuſe de eis ſcribunt Joſephus de Bello lib. 2. c. 12. & Philo lib. *quod omnis probus*.

Phariſæorum ſecta omnium ſpectatiſſima apud Judæos habebatur. Ex 4. Machab. c. 6. eorum initium circa an mundi 3820. ante Chr. 180. definiri poteſt. Nomen *Phariſæus* ex voce Hebræa, qoæ ſonat *diviſionem*, ſive *ſeparationem* derivatur : quippe qui religioſioris vitæ genere a cæteris Iſraelitis diſtinguerentur. Crebra jejunia, prolixas orationes, exactam decimarum ſolutionem, & largas eleemoſinas, ex ſola hypocriſi, & comparandæ famæ ſtudio, affectabant ; de quo a Chriſto ſæpiſſime increpabantur. Animæ immortalitatem fatebantur, ſed cujuſdam Metempſycoſis genus ipſi adjiciebant, juſtorum animas de uno in aliud corpus transſmigrare authumantes. Legi Dei ac veterum traditioni plura addebant inania, ſuperflua, ac nimis dura, quibus æque fidem ac reverentiam præſtari volebaot. Plura de eis Joſephus Antiq. lib. 13. c. 1. & 18. & lib. 18. c. 2.

Sadducæi, a Sadoc anno mundi 3740. inſtituti celebrem Judæorum ſectam conflarunt. Dogmata quædam peculiaria de anima aſſerentes, ejus immortalitatem negabant, nihilque proinde præmii, ſive pœnarum in altera vita manere. Quæ de Angelorum exiſtentia, & reſurrectiooe futura aſſeruntur, ut vana commenta ſpernebant. De eis Joſephus *de Bello* lib. 2.

Semper turbidæ, ſeditioſæ, ac feroces ſont hæreſes.

Ex Prologo Lib. IV.

T*Olerabilius eſſet inter Saracenos eſſe captivum, quam cum talibus incolis (hæreticis) chriſtianum*. Hæreſis, quæ inimica eſt Deo, nil mirum quod & humano generi ſit infenſa : & quæ contra Chriſtom turbas ſeducit, ut ejus ſubvertat Eccleſiam ; quid mirum, ſi & terrenam Rempublicam omni malorum colluvie penè opprimat, ac dejiciat ? Adeo cum religione regnum conjungitur, ut religionis mala clades ſint regnorum, & rerum omnium turbatio. Nam Donatiſtarum hæreſim plures refutarunt Eccleſiæ Patres, ſed ob ingentes hujus hæreſis calamitates tota ingemuit Africa. Manichæorum porro, Arianorum, Pelagianorum, Iconoclaſtarum, aliorumque fidei hoſtium dogmata, plurimorum quidem aures offenderunt, ſed quot fidelium ſanguinem effuderunt, quot urbes ſeditionibus, incendiis, rapinis, & omni ſævitiæ modo everterunt ? Atque utinam mitiores fuiſſent quæ ſecutæ ſunt hæreſes. Sed tale eſt hæreſis monſtrum, ut nomen quidem mutet,

tet, ſed nuſquam venenum amittat. Semper & ubique ærumnoſa eſt; ſemper & ubique ſæviſſima. Horrenda quidem ſunt quæ de Circumcellionum violentiis aliorumque flagitiis narrat Auguſtinus: ſed quid mitius poſterioribus ſæculis attulere Waldenſes, Albigenſes, Petrobuſiani, Lollardi, Wicleviſtæ, Huſſitæ, Calviniſtæ, ac Lutherani? Unum ego proferam quod quidam Proteſtans Joannes Schutz in ſuo *Serpente antiquo* c. 33. pag. 355. fatetur, dicens de conſodalibus ſuis: *duplices latrones ſunt: non enim ſufficit illis, quod falſis dogmatibus animas hominum occiderunt: verum ubicumque pacem externam turbare poſſunt, & efficere ut etiam corpora occidantur, nihil faciunt reliqui ad ſummam diligentiam &c.* Neque inter ſe mutuam noverunt pacem colere: immo eo excrevit odium, ut cum eadem urbs Lutheranos & Sacramentarios, ſeu Calviniſtas capere non poſſet, armorum vi, vel tota Calvino, vel tota Luthero potentiori cederet; atque nunc Calvini, ſi factio Calviniana prævaleret; modo Lutheri, ſi illa ſuccumberet, fidem ſuſciperet. Wittembergæ, Luthero pulſo, Calvinus olim obtinuit. Lutherani etiam a Lutheranorum mollium factione e ſex Germaniæ urbibus pulſi ſunt, ſcilicet, Goslavia, Heidelberga, Magdeburgo, Roſtochio, Veſalia, & Brema. Si ſic contra hæreticos hæretici agunt, quanam ſævitia præcipuos eorum hoſtes catho-
A licos aggredientur? Videndus Cochlæus in hiſtoria Bohemorum, quot horribilia crudelitatis facinora in illos Huſſitæ exercuerint. Utinam & Regibus honorem, ſi non præcepto divino, ſaltem humano territi gladio, præſtarent: ſed non novit hæreſis fidem, quam fregit Deo, ſervare Regi. Etiam Calviniſtas in Gallia perduelles fuiſſe narrat Nat. Alex. ſæc. 16. cap. 10. art. 10. Quæ omnia obiter innuere hic ultimo placuit, ut cuncti de cavendis hæreticis moneantur, ut nedum propriæ, ſed & publicæ conſulant felicitati. Porro maxi-
B me debet unumquemque adverſus hæreſes excitare illa Honorii & Theodoſii lex ab Auguſtino Epiſt. 201. relata: quod ſcilicet, *Una eademque eorum eſt culpa, qui hæreſi aut diſſimulando conniventiam, aut non damnando favorem noxium præſtant.*

SACRÆ SCRIPTURÆ LOCA
QUÆ EXPLICANTUR.

GENESIS Cap. 1. v. 1. *IN principio creavit Deus Cœlum & terram*. 42. e 65. d 66. a 88. e 266. a 291. b 608. c
6. 24. *Manſiunculas in arca facies*, 805. c
9. *Congregentur aquæ in congregationem unam*, 280. a
10. *Et vidit Deus quod eſſet bonum*, 800. b
2. 1. *Igitur perfecti ſunt cœli & terra*, *& omnis ornatus eorum*, 45. d
7. *Inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ*, 197. e
18. *Non eſt bonum eſſe hominem ſolum*, 196. a
5. 24. *Ambulavit Enoch coram Deo*, *& non apparuit ultra*, 705. b c
6. 21. *Tolle ergo tecum ex omnibus eſcis*, *quæ manducari poſſunt*, *& comportabis apud te*, 742. c
18. 32. *Si decem ibi invenero*, *parcam univerſæ civitati*, 79. a
19. 22. *Non poſſum facere quidquam*, *donec introeas illuc*, 94. d
28. 12. *Viditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram*, *& cacumen illius tangens cœlum &c.* 357. a 943. c
20. *Votum vovit*, *dicens*: *Si fuerit Deus mecum &c.* 774. b
46. 25. *Deſcendit Jacob in Ægyptum in animabus ſeptuaginta*, 213. e

EXODI Cap. 3. v. 14. *EGo ſum qui ſum. Sic dices filiis Iſrael*: *qui eſt*, *miſit me ad vos*. 57. c d a 58. a b c 59. c 61. e 62. e 67. d
5. 4. *Quare ſollicitaſtis populum &c.* 699. a
18. 2. *Tulit Sephoram uxorem Moyſi*, 942. d
24. 14. *Habetis Aaron & Ur vobiſcum*: *Si quid natum fuerit quæſtionis*, *referetis ad eos*, 529. c
25. 30. *Pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper*, 523. c d
28. 42. *Facies & fœminalia*, *ut operiant carnem turpitudinis tuæ &c.* 551. e
29. 21. *Aſperges Aaron*, *& veſtes ejus*, *& filios*, *& veſtimenta ejus &c.* 553. a
36. 2. *Et qui ſponte ſua obtulerat ſe ad faciendum opus*, 907. e &c.
4. *Artifices compulſi dixerunt Moyſi*: *plus offert populus &c.* 959. e

LEVIT. Cap. 7. v. 16. *SI voto*, *vel ſponte quiſquam obtulerit hoſtiam*, *eadem ſimiliter edetur die*, 775. a
22. 44. *Sancti eſtote*, *quoniam ego ſanctus ſum*, 759. a
27. 2. *Homo qui votum fecerit & voverit*, *& ſpoponderit Deo animam ſuam*, *ſub æſtimatione dabit pretium*, 779. c
28. *Omne quod Domino conſecratur*, *ſive homo fuerit &c.* 959. a
6. *Pro maſculo dabuntur quinque ſicli*, *& pro fœmina tres*, 752. a

NUM. Cap. 6. v. 23. *SIc benedices populum meum*, *& ego benedicam illi*, 555. b
15. 3. *Vota ſolventes*, *vel ſponte offerentes munera* 774. c 775. a
16. 3. *Sufficit vobis*, *quia omnis multitudo ſanctorum eſt*, 411. c 452. c
16. 5. *Mane notum faciet Deus qui ad ſe pertineant*, *& ſanctos applicabit ſibi*, 758. c
37. *Præcipe Eleazaro filio Aaron Sacerdoti*, *ut tollat thuribula &c.* 402. a
18. 1. *Tu & filii tui*, *& domus patris tui portabitis iniquitatem Sanctuarii*, 431. a
22. 38. *Numquid poſſum aliud loqui*, *quam Deus poſuerit in corde meo?* 162. d
21. 2. *Totus Iſrael vota ſe Deo obligans &c.* 775. a
23. 20. *Prohibere benedictionem non valeo*, 162. d
24. 17. *Orietur ſtella ex Jacob*, *& exurget homo ex Iſrael*, 660. a
26. 54. *Pluribus majorem partem dabis*, *paucioribus minorem*, 756. b c
27. 18. *Tolle Joſue filium Nun &c.* 507. d
30. 3. *Si quis virorum votum Domino voverit*, *aut ſe juramento conſtrinxerit*, *non faciet irritum verbum ſuum*; *ſed omne*, *quod promiſit*, *implebit*, 779. a
4. *Mulier ſi quidpiam voverit*, *& ſe conſtrinxerit juramento quæ eſt in domo patris ſui*, *& in ætate adhuc puellari &c.* 784. e
5. *Si cognoverit pater votum quod pollicita eſt*, *& juramentum*, *quo obligavit animam ſuam*, *& tacuerit*; *voti rea erit*, 784. a
6. *Sin autem*, *ut audierit*, *contradixerit pater*; *& vota & juramenta ejus irrita erunt*, *nec obnoxia tenebitur &c.* ibid.

DEUTER. Cap. 15. v. 4. *OMnino egens & mendicus non erit inter vos*, 824. c 850. c
19. 15. *Non ſtabit teſtis unus contra aliquem*, *quidquid &c.* 593. a
20. 8. *Formidoloſus & corde pavido non egredietur*: *vadat*, *revertatur &c.* 874. c
27. 16. *Maledictus homo*, *qui non honorat patrem ſuum*, *& matrem &c.* 593. a b
29. 5. *Non ſunt attrita veſtimenta veſtra*, *nec calceamentum &c.* 792. e
32. 7. *Interroga patres tuos*, *& annuntiabunt tibi*, 374. a 783. a 787. b
11. *Sicut aquila provocans ad volandum pullos ſuos &c.* 913. b
8. *Conſtituit terminum populorum*, *juxta numerum filiorum Iſrael*, 84. c
35. *Ad eſſe feſtinant tempora*, 57. b
39. *Ego occidam*, *& ego vivere faciam*: *percutiam*, *& ego ſanabo*, 200. c

JOSVE Cap. 1. v. 17. *SIcut obedivimus in cunctis Moyſi*, *ita obediemus & tibi*, 482. c d

I. REGUM Cap. 2. v. 27. *NUmquid non aperte revelatus ſum domui patris tui &c.* 569. e
30. *Loquens locutus ſum*, *ut domus tua*, *& domus patris tui &c.* 569. c
31. *Præcidam brachium tuum*, *& brachium patris tui*, *ut non ſit ſenex &c.* 569. d
2. 8. *Domini ſunt cardines terræ*, *& poſuit ſuper eos orbem*, 527. a
10. 5. *Cum ingreſſus fueris urbem*, *obviam habebis gregem Prophetarum &c.* 722. c
12. *Quic eſt pater eorum?* 605. c
15. 22. *Melior eſt obedientia quam victimæ* 782. b
23. *Idololatriæ ſcelus eſt nolle acquieſcere*, *& quaſi peccatum ariolandi repugnare*, 377. a 781. b
16. 11. *Reliquus eſt parvulus*, *& paſcit oves*, 667. d
21. 4. *Si tamen pueri mundi ſunt*, 562. b e
24. 6. *Poſt hæc David percuſſit cor ſuum*, *eo quod abſcidiſſet oram chlamydis Saul*, 596. c

III. REGUM Cap. 6. v. 7. *DE lapidibus dolatis atque perfectis ædificata eſt*, 736. a
18. *Omnia cedrinis tabulis veſtiebantur*, 737. c
36. *Ædificavit atrium interius*, 809. a
17. 10. *Da mihi paululum aquæ*, 852. a
11. *Affer tecum obſecro & buccellam panis*, ibid. b
19. 6. *Remanſi propheta Domini ſolus*, 714. a
21. 2. *Dinic Rex Achab ad Naboth*: *da mihi vineam tuam*, 833. e
3. *Non fiat hoc a Deo*, *ut dem tibi hæreditatem patrum meorum*, 826. a

IV. REGUM Cap. 1. v. 8. *VIr piloſus eſt*, *& zona pellicea accinctus renibus*. *Et ait Rex*: *Elias Thesbites eſt*, 794. a 795. a
2. 2. *Vivit Dominus*, *& vivit anima mea*, *quia non derelinquam te*, 784. c
12. *Pater mi*, *Pater mi*, *currus Iſrael & auriga ejus*, 438. c 605. e
23. *Aſcende calve*, *aſcende calve*, 698. d
6. 16. *Plures nobiſcum ſunt*, *quam cum illis*, 697. d
9. 11. *Quid venit inſanus iſte ad te?* 698. c d
20. 6. *Et addam diebus tuis quindecim annos*, 142. a

I. PARALIP. Cap. 1. v. 10. *ISte cœpit eſſe potens in terra*, 686. d
2. 55. *Hi ſunt Cynæi*, *qui venerunt de calore patris domus Rechab &c.* 708. a

II. ESDRÆ Cap. 4. v. 17. *UNa manu faciebat opus*, *& altera tenebat gladium*, 27. a

JUDITH Cap. 13. v. 7. *COnfirma me Domine Deus Iſrael in hac hora*, 481. e

ESTHER Cap. 8. v. 16. *JUdæis nova lux oriri viſa eſt*, 712. b
17. *Intantum ut plures alterius gentis*, *& ſectæ*, *eorum & religioni & cæremoniis jungerentur*, ibid.

JOB Cap. 6. v. 30. *NOn invenietis in lingua mea iniquitatem*, 542. a
12. 6. *Abundant tabernacula prædonum*, *& audacter provocant Deum*, 683. b
20. *Commutans labium veracium*, *& doctrinam ſenum auferens*, 625. d
16. 2. *Conſolatores mali omnes vos*, 587. b
19. 9. *Abſtulit coronam de capite meo*, 651. b
23. 13. *Ipſe ſolus eſt*, *& nemo poteſt avertere cogitationes ejus*, 150. e
24. 3. *Aſinum pupillorum abegerunt*, 859. c
30. 1. *Quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei*, 628. b 643. d a
3. *Egeſtate & fame ſterilis*, 367. b
4. *Radix juniperorum erat cibus illorum*, 634. c
5. *De convallibus iſta rapientes*, *cum ſingula reperiſſent*, *ad ea cum clamore currebant*, 637. c
25. *Compatiebatur anima mea pauperi*, 78. a
31. 19. *Si deſpexi prætereuntem*, *eo quod non habuerit indumentum*, d a
32. 13. *Ne forte dicatis*: *invenimus ſapientiam*: *Deus projecit eum*, *non homo*, 499. c
33. 32. *Si habes quod loquaris*, *reſponde mihi*, 18. a
34. 30. *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi*, 452. b 596. c 693. d
36. *Pater mi*, *probetur Job uſque in finem*, 605. c
36. 30. *Cardines quoque maris operiet*, 652. c d
42. 11. *Dederunt ei ovem unam*, *& inaurem auream unam*, 781. c 788. e

PSALM. Cap. 1. v. 1. *IN cathedra peſtilentiæ non ſedit*. 410. e
2. 2. *Aſtiterunt reges terræ*, *& principes convenerunt in unum adverſus Dominum &c.* 823. b

7. 15. Con-

7. 15. *Concepit dolorem, & peperit iniquitatem* 434. a
8. 6. *Minuiſti eum paulo minus ab angelis, gloria & honore &c.* 180. a
10. 4. *Vir juſtus autem quid fecit?* 304. d
21. 2. *Deus meus, ut quid dereliquiſti me?* 230. e 856. c
8. *Omnes videntes me, deriſerunt me,* 428. a
24. 10. *Univerſæ viæ Domini miſericordia & veritas,* 694. e
17. *De neceſſitatibus meis eripe me Domine,* 134. d
26. 12. *Mentita eſt iniquitas ſibi,* 694. e
34. 10. *Omnia oſſa mea dicent &c.* 210. d
35. 7. *Homines & jumenta ſalvabis Domine,* 694. e
38. 3. *Obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui a bonis,* 789. a
40. 2. *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem,* 864. d 931. e
48. 13. *Homo cum in honore eſſet, non intellexit &c.* 647. a
44. 9. *A domibus eburneis, ex quibus delectaverunt te filiæ regum,* 454. d
54. 13. *Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utique,* 288. b
57. 2. *Recta judicate filii hominum,* 195. a
58. 8. *Gladius in labiis eorum,* 459. c
44. 10. *Aſtitit Regina a dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate* 355. d
17. *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii,* 408. e 523. d
49. 5. *Congregate illi ſanctos ejus, qui ordinant teſtamentum ejus,* 373. e
60. 3. *Dum anxiaretur cor meum, in petra exaltaſti me,* 243. a
64. 2. *Tibi reddetur votum in Jeruſalem,* 763. a
3. *Ad te omnis caro veniet* 183. e 212. b
72. 28. *Annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion,* 640. d
73. 4. *Poſuerunt ſigna ſua ſigna, & non cognoverunt,* 790 e
75. 12. *Vovete & reddite Domino Deo veſtro,* 720. c 766. e 767. c e
77. 39. *Spiritus vadens ſunt, & non rediens, quia caro ſunt,* 191. e
57. *Quemadmodum patres eorum convertantur in arcum pravum,* 826. b
59. *Ad nihilum redegit valde Iſrael,* 112. c
71. 8. *Dominabitur a mari uſque ad mare, & a flumine uſque ad terminos orbis terrarum,* 327. c d
72. 1. *Defecerunt hymni David.* 655. d
73. 21. *Inops & pauper clamat ad Dominum,* 567. d
11. *Adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſervient ei,* 823. b
81. 1. *Deus ſtetit in Synagoga Deorum; in medio autem Deus diſcernit,* 508. d
84. 11. *Miſericordia & veritas obviaverunt ſibi,* 694. e
86. 3. *Glorioſa dicta ſunt de te, civitas Dei,* 344. a
6. *Dominus narrabit in Scripturis populorum & principum horum qui fuerunt in ea,* 346. e
88. 26. *Ponam in mari manum ejus, & in fluminibus &c.* 658. a
36. *Semel juravi in Sancto meo &c. ſemen ejus in æternum &c.* 658. a
37. *Semen ejus in æternum manebit,* ibid.
90. 6. *Ab incurſu & dæmonio meridiano,* 21. b
98. 4. *Honor Regis judicium diligit,* 644. c
5. *Adorate ſcabellum pedum ejus,* 232. e
6. *Moyſes & Aaron in Sacerdotibus ejus,* 252. e
101. 27. *Mutabis ea, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es,* 101. b c 251. b
102. 16. *Spiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet,* 193. d
103. 7. *Ab increpatione tua fugient, a voce tonitrui tui formidabunt,* 501. b
10. *Inter medium montium pertranſibunt aquæ,* 152. b a
16. *Saturabuntur ligna campi, & cedri libani quas plantavit,* 975. b
24. *Omnia in ſapientia feciſti,* 36. b
30. *Emittes ſpiritum tuum, & creabuntur,* 450. a
104 4. *Quærite Dominum, & confirmamini,* 772. a
106. 32. *In Cathedra ſeniorum laudent eum,* 506. a
108. 10. *Nutantes transferantur filii ejus, & mendicent,* 827. b
17. *Perſecutus eſt hominem inopem & mendicum,* 831. b 839. a
110. 2. *Magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates ejus,* 156. b 692. a 829. e
111. 10. *Peccator videbit, & iraſcetur,* 498. d e
112. 7. *De ſtercore erigens pauperem, ut collocet eum cum principibus populi ſui,* 453. e
113. 2. *Facta eſt Judæa ſanctificatio ejus,* 396. c
16. *Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum,* 687. a
118. 8. *Non me derelinquas uſquequaque,* 857. e
60. *Paratus ſum, & non ſum turbatus,* 153. e 154. a
126. 1. *Niſi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt &c.* 128. b
128. 2. 2. *Sæpe expugnaverunt me a juventute mea, dicat nunc Iſrael &c.* 697. a 698. a 820. b
131. 2. *Votum vovit Deo Jacob,* 775. b
11. *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam,* 659. a
132. 1. *Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum,* 303. a 307. e 713. d 720. a b 777. d
141. 4. *Tu cognoviſti ſemitas meas,* 318. a
146. 5. *Intelligentiæ ejus non eſt numerus,* 86. b 87 c
148. 5. *Ipſe dixit, & facta ſunt,* 92. a

PROV.

Cap. 5. v. 14. P*Ene fui in omni malo, in medio Eccleſiæ, & Synagogæ,* 280. a
8. 9. *Argue ſapientem, & diliget te,* 312. b
15. *Per me reges regnant, & tyranni per me tenent terram,* 693. c
22. *Dominus creavit me in initio viarum ſuarum,* 227. d
9. 7. *Qui erudit deriſorem, ipſe ſibi facit injuriam,* 428. a
13. *Mulier ſtulta & clamoſa, plenaque illecebris &c.* 628. a
18. 19. *Frater qui adjuvatur a fratre, quaſi civitas firma,* 680. a
21. 1. *Cor Regis in manu Domini,* 138. e
22. *Civitates munitas ingreſſus eſt ſapiens, & deſtruxit &c.* 24. b
29. *Multæ filiæ congregaverunt divitias,* 390. e
22. 10. *Ejice deriſorem, & exibit cum eo jurgium,* 627. a
26. 8. *Sicut qui mittit lapidem in acervum tritici,* 627. b

ECCLE.

Cap. 3. v. 1. O*Mnia tempus habent, & ſuis ſpatiis tranſeunt univerſa ſub cœlo,* 60. e
6. 9. *Melior eſt aſpectus oculorum ſuper ambulantem in anima,* 380. c
8. 8. *Non habet poteſtatem in die mortis homo,* 165. e
10. 6. *Vidi ſtultum in ſublimitatibus magnis,* 579. b
7. *Vidi ſervos ſuper equos, & principes ambulantes ſuper terram,* 579. c
8. *Qui diſſipat ſepem mordebit eum coluber,* 13. e
19. *In riſu panem faciunt,* 540. d e
12. 7. *Antequam confringatur rota ſuper ciſternam,* 10. d
11. *Verba ſapientium ſicut ſtimuli,* 374. c

CANT.

Cap. 1. v. 5. N*Igra ſum, ſed formoſa,* 290. e
5. *Filii matris meæ pugnaverunt contra me,* 289. a
ibid. *Poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodivi,* 455. c
7. *Ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum,* 288. d
2. 2. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias,* 322. a
15. *Capite nobis vulpes parvulas,* 26. e
3. 5. *Ne ſuſcitetis, neque evigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit,* 465. a b c d 919. a
4. 7. *Tota pulchra es amica mea,* 283. b
5. 17. *Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum?* 318. c
6. 7. *Sexaginta ſunt Reginæ, & octoginta concubinæ* 632. d
8. *Una eſt Columba mea,* 331. b d
9. *Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens?* 504. a
8. 8. *Soror noſtra parva eſt, & ubera non habet,* 680. a
9. *Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula, ſi oſtium &c.* 599. d
13. *Vinea mea coram me eſt,* 520. d e
14. *Fuge dilecte mi, & aſſimilare capreæ &c.* 522. a b

SAPIEN.

Cap. 6. v. 4. 5. D*Ata eſt vobis poteſtas a Deo, ſed cum eſſetis &c.* 694. a
7. 26. *Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula,* 46. a
8. 1. *Attingit a fine uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuaviter,* 108. b
11. 21. *Omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti,* 90. a
16. 20. *Panem de Cœlo præſtitiſti illis, omne delectamentum &c.* 48. e

ECCLI.

Cap. 1. v. 18. R*Eligioſitas cuſtodiet & juſtificabit cor &c.* 699. c
22. 4. *Da miſericordi, & ne ſuſcipias peccatorem,* 588. a
15. 14. *Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu conſilii ſui,* 127. e
27. 6. *Vaſa figuli probat fornax, & homines juſtos caminus tribulationis,* 695. a
39. 1. *Sapientiam omnium antiquorum exquirit ſapiens,* 344. b
40. 24. *Fratres in adjutorium in tempore tribulationis,* 680. a
48. 8. *Prophetas facis ſucceſſores poſt te,* 714. b

ISAI.

Cap. 3. v. 3. H*Onorabilem vultu, & conſiliarium admirabilem &c.* 529. b
14. *Vos depaſti eſtis vineam meam rapina pauperum &c.* 541. a
8. 16. *Liga teſtimonium, ſigna legem in diſcipulis meis,* 345. a
9. 7. *Multiplicabitur ejus imperium, & pacis non erit finis,* 657. b 659. a
19. 22. *Revertentur ad Dominum, & placabitur eis, & ſanabit eos,* 729. b
34 11. *Et perpendiculum in deſolationem,* 510. d
17. *Ipſe miſit eis ſortes,* 504. a
41. 11. *Confundentur & erubeſcent omnes, qui pugnant adverſum te,* 645. a
42. 16. *Ducam cæcos in viam, quam non noverunt,* 100. c
45. 1. *Hæc dixit Dominus Chriſto meo Cyro &c.* 686. b
6. *Ego Dominus, & non alter, faciens pacem, & creans malum,* 64. d
49. 6. *Poſui te in lucem gentium, ut ſis ſalus mea &c.* 452. b
20. *Dicent in auribus tuis filii quos perdidiſti: anguſtus mihi &c.* 504. c
23. *Erunt Reges nutritii tui &c. ſuper faciem terræ adorabunt te,* 500. b c

54. 1. *Lætare ſterilis, quæ non paris, erumpe &c.* 504. e
66. 21. *Quomodo ſi offerant filii Iſrael victimas mihi &c.* 444. c

JEREM. Cap. 1. v. 10. *EVellas & deſtruas, ædifices & plantes*, 729. a
3. 1. *Si dimiſerit vir uxorem ſuam, & recedens &c.* 479. c
3. *Species fornicariæ facta eſt tibi, irreverens in omnibus*, 328. c
4. *Saltem amodo voca me Pater meus: dux virginitatis meæ &c.* 549. b
5. 8. *Equi emiſſarii facti ſunt*, 672. d
24. *Non dixerunt in corde ſuo: metuamus dominum &c.* 687. d
6. 16. *State ſuper vias, & videte*, 358. d
26. *Filia populi mei accingere cilicio*, 532. d
7. 11. *Numquid ſpelunca latronum facta eſt domus illa?* 977. c
8. 16. *A Dan auditus eſt fremitus equorum ejus*, 531. c
13. 23. *Si alterabit Æthiops cutem ſuam, & pardus &c.* 94. c
15. 10. *Quare genuiſti me virum rixæ, qui judicer in univerſa terra?* 32. c
16. 5. *Non ingrediaris domum convivii &c.* 634. e
17. 5. *Confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum*, 23. c
6. *Diem enim hominis non concupivi*, 592. e
11. *Clamavit perdix, congregavit quæ non peperit*, 951. c
18. 6. *Numquid ſicut figulus iſte, non poſſum facere vobis domus Iſrael?* 127. c
22. 7. *Sanctificabo ſuper te interficientem virum*, 432. a
28. *Abjectus eſt Jechonias, ut vas &c.* 653. d 654. a
23. 25. *Dixerunt prophetæ prophetantes in nomine meo mendacium &c.* 336. e
26. *Uſquequo iſtud in corde prophetarum, vaticinantium mendacium &c.* 360. b
28. *Quid paleis ad triticum?* 277. d e
26. 6. *Noli ſubtrahere verbum, ſi forte audiant*, 239. d
27. 6. *Ego dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor*, 686. a
31. 33. *Ego ero illorum Dominus, & ipſi erunt mihi plebs*, 48. d
38. *Ædificabitur civitas Domino a turre Ananeel uſque ad portam anguli*, 522. d
35. 5. *Dixi ad eos, bibite vinum &c.* 708. a
19. *Non deficiet vir de ſtirpe Jonadab filii Rechab*, 708. b e 714. c

EZECH. Cap. 1. v. 4. *SPecies electri de medio ignis*, 898. e
19. *Quocumque ibant animalia, ambulabant pariter & rotæ*, 725. e
20. *Quocumque ibat ſpiritus, illuc eunte ſpiritu, & rotæ pariter levabantur*, 200. c
2. 10. *Scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ*, 285. c
13. 3. *Væ his qui prophetant de corde ſuo &c.* 378. b
14. 13. *Noe Daniel & Job, ipſi juſtitia ſua liberabunt animas ſuas*, 297. c &c.
33. 12. *Tu fili hominis dic ad filios populi tui: juſtus non poterit &c.* 128. d e

DAN. Cap. 2. v. 40. *REgnum quartum erit velut ferrum*, 453. d
3. 90. *Benedicite religioſi omnes Domino Deo Deorum*, 715. a

OSEE Cap. 1. v. 11. *COngregabuntur filii Juda, & filii Iſrael pariter, & ponent ſibi caput unum*, 452. a
8. 4. *Fecerunt ſibi regem, & non per me &c.* 450. d

AMOS Cap. 5. v. 9. *SUbridet vaſtitatem ſuper robuſtum*, 24. a

ABDIAS v. 2. *ECce parvulum dedi te in gentibus*, 26. d
21. *Aſcendent Salvatores montem Sion*, 265. b

MICH. Cap. 2. v. 9. *PRincipes populi ejicientur de domibus deliciarum ſuarum*, 982. e
7. 5. *Nolite credere amico*, 23. a

HABAC. Cap. 3. v. 2. *IN medio annorum notum facies*, 951. e

ZACHAR. Cap. 1. v. 16. *PErpendiculum extendetur ſuper Jeruſalem*, 510. e
2. 8. *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei*, 856. d
6. 13. *Sedebit, & dominabitur ſuper ſolio ſuo &c.* 506. c
14. 20. *Erit quod ſuper frænum equi eſt Sanctum Domino*, 672. c

MALACH. Cap. 2. v. 7. *LEgem exquirent de ore ejus, quia angelus domini eſt*, 692. a
3. 8. 9. *In quo configimus te? In decimis, & primitiis &c.* 583. b c
4. 5. *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam &c.* 2.

I. MACHAB. Cap. 12. v. 54. *NOn habent principem adjuvantem; nunc expugnemus eos*, 697. c

II. MACHAB. Cap. 5. v. 19. *NOn propter locum gentem, ſed propter gentem locum elegit*, 457. a

MATTH. Cap. 4. v. 6. *ANgelis ſuis Deus mandavit de te*, 22. a
5. 3. *Beati pauperes*, 823. c 825. a 894. c d
10. *Beati qui perſecutionem patiuntur*, 436. a

40. *Qui vult tecum contendere in judicio &c.* 582. a
44. *Diligite inimicos veſtros*, 810. c
45. *Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos &c.* 684. d 687. d 694. e
48. *Eſtote perfecti, ſicut Pater veſter cæleſtis perfectus eſt*, 736. e
6. 1. *Nolite facere juſtitiam veſtram coram hominibus, ut videamini ab eis*, 737. a
26. *Reſpicite volatilia cæli*, 932.
30. *Si fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit &c.* 108. a
33. *Primum quærite regnum Dei &c.* 857. b
7. 1. *Nolite judicare, & non judicabimini*, 595. a
9. 15. *Non jejunant filii ſponſi, quandiu cum illis eſt ſponſus*, 287. e
10. 5. *In viam gentium ne abieritis*, 218. a 625. a
10. *Manducate quæ ab ipſis ſunt, dignus eſt enim operarius mercede ſua*, 586. a
28. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus*, 194. d
38. *Qui non accipit crucem ſuam & ſequitur me, non eſt me dignus*, 7. a
11. 5. *Cæci vident*, 63. a
27. *Omnia mihi tradita ſunt a Patre meo*, 855. c
12. 7. *Miſericordiam magis volo, quam Sacrificium*, 683. d
24. *Hic non ejicit dæmonia, niſi in Beelſebub*, 143. a
25. *Omne regnum in ſe diviſum deſolabitur*, 180. d
13. 8. *Dabant fructum, aliud centeſimum, aliud ſexageſimum &c.* 750. a
12. *Omni habenti dabitur, & abundabit*, 744. c
24. *Simile eſt regnum cælorum homini ſeminanti bonum ſemen*, 275. a
31. *Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis*, 526. b c
41. *Mittet angelos ſuos, & colligent de regno ejus omnia ſcandala*, 656. a
47. *Simile eſt regnum cælorum ſagenæ miſſæ in mare*, 275. a c
15. 24. *Non ſum miſſus, niſi ad oves, quæ perierunt domus Iſrael*, 503. e
15. 6. *Cavete a fermento Phariſæorum*, 10. a
13. *Quem dicunt homines eſſe filium hominis?* 223. c
17. *Caro & ſanguis non revelavit tibi*, 210. d
18. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, 241. c 244. c 267. b
ibid. *Portæ inferi non prævalebunt adverſus eam*, 496. d
19. *Tibi dabo claves regni cælorum*, 429. a b c 430. a 435. b
ibid. *Quodcumque ligaveris ſuper terram &c.* 424. b
23. *Redi poſt me Sathana*, 525. b c
17. 4. *Domine, bonum eſt nos hic eſſe &c.* 457. b
27. *Aperto ore ejus invenies ſtaterem*, 262. e 263. a
18. 7. *Neceſſe eſt ut veniant ſcandala*, 144. a
10. *Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem patris mei*, 671. e
17. *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus*, 377. a
20. *Ubicumque duo vel tres congregati fuerint in nomine meo &c.* 376. c 385. e
19. 12. *Sunt Eunuchi &c. qui poteſt capere capiat*, 163. e 769. b c d
16. *Magiſter bone, quid boni faciam, ut habeam vitam æternam?* 604. c 610. d
17. *Quid me interrogas de bono?* ibid.
ibid. *Nemo bonus, niſi ſolus Deus*, 88. a 321. b
21. *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes &c.* 315. c 876. c 738. a 742. b c
23. *Amen dico vobis, quia dives difficile intrabit in regnum cælorum*, 873. b
26. *Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deum*, 264. d
27. *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te*, 777. b
28. *Vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cum ſederit &c.* 738. a 742. b c
29. *Quicumque reliquerit domum, aut agrum, aut uxorem &c.* 777. c
38. *Hic eſt hæres; venite, occidamus eum &c.* 502. a
22. 2. *Simile eſt regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias &c.* 275. b 321. b
21. *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo*, 589. a 670. c 671. a 690. b
23. 2. *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi*, 278. c 506. b 599. a
3. *Quod dicunt vobis facite; ſecundum opera eorum nolite facere*, 591. a 787. c
24. 26. *Si dixerint vobis, ibi eſt Chriſtus; aut, in deſerto eſt, nolite exire &c.* 12. a
40. *Duo in agro, unus aſſumetur, & unus relinquetur &c.* 302. a 304. b
25. 1. *Simile eſt regnum Cælorum decem virginibus*, 275. a
34. *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum &c.* 656. a
35. *Hoſpes eram, & ſuſcepiſtis me*, 572. c
26. 53. *An putas quia non poſſum rogare patrem meum &c.* 78. a b &c.
27. 3. *Tunc videns Judas qui tradidit eum &c.* 122. e
22. 17. *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus*, 377. a
26. 52. *Exemit gladium ſuum & percutiens &c.* 425. a
53. *An putas quia non poſſum rogare Patrem meum, ut exhibeat &c.* 79. a b &c.
69. *Et tu ex illis es, qui cum Jeſu Galilæo erant*, 59. d
27. 3. *Tunc videns Judas, qui tradidit eum*, 122. e
7. *Emerunt ex eo agrum figuli*, 933. e

28. 20. *Vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi*, 337. b 656. a 954. c

LUC. Cap. 1. v. 32. D*Abit ei Dominus ſedem David patris ejus*, 656. e 663. e
23. *Regnabit in domo Jacob in æternum*, 656. c d &c. 658. b c 663. e
2. 5. *Erat ſubditus illis*, 924. a
5. 4. *Duc in altum, & laxate ibi retia in capturam*, 456. a
8. *Exi a me, quia homo peccator ſum*, 395. d e
11. *Ex hoc eris homines capiens*, 396. a
6. 4. *Nemo propheta acceptus eſt in patria ſua*, 455. a
5. *Non poterat ibi Chriſtus ullam virtutem facere*, 94. d
40. *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum*, 593. d
7. 26. *Rogabat eum, ut dæmonium ejiceret de filia ejus*, 472. d
9. 1. *Dedit eis virtutem & poteſtatem ſuper omnia dæmonia &c.* 623. a
5. *Quicumque non receperint vos, exeuntes &c.* 584. c
24. *Qui perdiderit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam &c.* 176. a b
62. *Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro &c.* 769. e
10. 16. *Qui vos contemnit, me contemnit*, 789. e
40. *Domine, non eſt tibi curæ, quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare?* 919. d
42. *Unum eſt neceſſarium*, 918. e
11. 33. *Nemo lucernam accendit, & in abſcondito ponit*, 399. c
49. *Mittam ad vos ſapientes*, 312. b
12. 25. *Quis veſtrum cogitando poteſt adjicere ad ſtaturam ſuam cubitum unum?* 165. b
13. 34. *Dedit ſervis ſuis poteſtatem cujuſque operis*, 521. b
35. *Et janitori præcepit, ut vigilet*, 521. b
14. 26. *Niſi quis renunciaverit omnibus, quæ poſſidet &c.* 942. a
16. 9. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, qui &c.* 584. d 864. a
17. 7. 8. 9. *Quis veſtrum habens ſervum arantem &c.* 909. a
12. *Mementote uxoris Loth*, 767. b
34. *Erunt duo in lecto uno, unus aſſumetur, & unus relinquetur*, 298. e 299. c &c.
18. 35. *Cæcus quidam ſedebat ſecus viam mendicans*, 824. b
22. 27. *Quis major eſt? Qui recumbit, an qui miniſtrat?* 943. b
32. *Rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua*, 161. a 334. b
38. *Domine, ecce duo gladii hic*, 79. e 502. b
42. *Pater, ſi vis, transfer calicem iſtum a me*, 80. a
49. *Domine, ſi percutimus in gladio*, 425. c
23. 11. *Illuſum induit veſte alba*, 792. a
17. *Neceſſe habebat illis dimittere vinctum unum*, 164. a
43. *Hodie mecum eris in paradiſo*, 193. e
24. 16. *Oculi eorum tenebantur, ne eum agnoſcerent*, 344.
37. *Exiſtimabant ſe ſpiritum videre*, 191. a 192. c
39. *Spiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere*, 192. a
43. *Neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt de me.* 164. a
49. *Vos autem ſedete in civitate, quoadusque induamini &c.* 449. c 627. e

JOAN. Cap. 1. v. 1. I*N principio erat verbum*, 67. e 486. d
3. *Sine ipſo factum eſt nihil*, 114. b
4. *Quod factum eſt, in ipſo vita erat*, 36. a 38. a 46. e
6. *Inter natos mulierum non ſurrexit major*, 622. a
11. *In propria venit, & ſui eum non receperunt*, 664. d
12. *Quotquot receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*, 136. e d 161. b 167. e
2. 16. *Nolite facere domum patris mei domum negotiationis*, 422. d 423. a
3. 10. *Tu es magiſter in Iſrael, & hæc ignoras?* 608. c
41. *Qui de terra eſt, de terra loquitur; qui de cælo &c.* 674. d
4. 23. *Venit tempus, & nunc eſt, quando nec in monte hoc &c.* 455. b
42. *Jam non propter loquelam tuam credimus*, 349. d
5. 17. *Pater meus uſque modo operatur, & ego operor*, 106. c 107. c
22. *Omne judicium dedit Pater filio*, 647. e
6. 13. *Impleverunt duodecim cophinos ex quinque panibus*, 147. a
37. *Eum qui venit ad me, non ejiciam foras*, 781. d
45. *Eſt ſcriptum in prophetis: & erunt omnes docibiles Dei*, 607. c
71. *Nonne ego vos duodecim elegi, & unus ex vobis diabolus eſt?* 451. a
7. 7. *Non poteſt mundus odiſſe vos, me autem odit*, 163. c d
24. *Juſtum judicium judicate*, 595. a
8. 11. *Nec ego te condemnabo, vade in pace*, 484. b 591. e
15. *Ego non judico quemquam*, 591. c
24. *Niſi credideritis quia ego ſum, moriemini in peccatis veſtris*, 61. d
25. *Principium qui & loquor vobis*, 111. b
44. *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis*, 171. d
9. 39. *Lazarus dormit*, 661. a
10. 16. *Alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc ovili*, 283. a
37. *Si non fecero opera patris mei, nolite credere*, 591. c
38. *Si non creditis mihi, operibus credite*, 621. d
12. 39. *Non poterant credere, quia iterum &c.* 94. c 162. e
13. 2. *Cum diabolus miſiſſet in cor Judæ &c.* 132. d
10. *Qui lotus eſt, non indiget, niſi ut pedes lavet*, 777. b
6. *Quando autem venit ad Petrum*, 246. e
23. *Erat recumbens unus ex diſcipulis ejus in ſinu Jeſu*, 51. e
14. 2. *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt*, 742. a
15. 15. *Vos autem dixi amicos*, 66. a
16. *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos*, 250. c
24. *Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit &c.* 591. c d 621. d
26. *Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam &c.* 450. a
16. 7. *Mittam etiam in vos ſpiritum Paraclitum*, ibid.
17. *Veritatem dico vobis, expedit vobis, ut ego vadam*, 522. a
17. 10. *Pater, omnia mea tua ſunt*, 393. b
18. 11. *Converte gladium tuum in vaginam*, 502. a
36. *Regnum meum non eſt de hoc mundo*, 658. e 659. a c e
37. *Tu dicis quia Rex ſum, & ad hoc &c.* 661. a d
19. 11. *Non haberes poteſtatem in me ullam, niſi tibi datum eſſet &c.* 650. c
26. *Mulier ecce filius tuus*, 241. b
20. 13. *Tulerunt Dominum meum*, 211. b 213. e
23. *Accipite Spiritum Sanctum*, 450. a
21. 22. *Domine hic autem quid?* 461. b
24. *Scimus quia verum eſt teſtimonium ejus*, 332. c

ACT. Cap. 1. v. 14. E*Rant perſeverantes unanimiter in oratione cum mulieribus*, 718. e
26. *Dederunt ſortes eis*, 449. d
29. *Obedire oportet Deo magis quam hominibus*, 471. a
3. 6. *Argentum & aurum non eſt mihi*, 860. c
4. 1. *Supervenerunt Sacerdotes & Magiſtratus templi*, 599. a
8. 22. *Pœnitentiam age, ſi forte remittatur tibi*, 832. d e
9. 7. *Surge & ingredere civitatem, & ibi dicetur tibi quid te &c.* 786. e
31. *Eccleſia quidem omnes per totam Judæam &c.* 332. c
13. 1. 2. *Erant autem in Eccleſia, quæ erat Antiochiæ &c.* 599. b
14. 17. *Poſt annos plurimos eleemoſinas facturus in gentem meam veni &c.* 862. a
15. 10. *Propter quod ego judico non inquietari eos &c.* 261. c
28. *Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis*. 337. d 752. c 808. d
17. 28. *In ipſo vivimus, movemur, & ſumus*, 38. a
19. 7. *Erant autem omnes viri fere duodecim*, 329. c
20. 18. *Vocavit majores natu Eccleſiæ*, 383. a
24. *Non facio animam meam pretioſiorem, quam me*, 196. e
24. 17. *Eleemoſinas facturus in gentem meam veni, & oblationes & vota &c.* 931. c
35. *Beatius eſt dare magis quam accipere*, 867. e 869. a &c.
25. 10. *Ad tribunal Cæſaris ſto*, 675. d e

ROM. Cap. 1. v. 8. G*Ratias ago Deo meo, quia fides veſtra annunciatur univerſo mundo*, 496. b
11. *Deſidero videre vos, ut aliquid impertiar vobis gratiæ ſpiritualis &c.* 274. a 363. d 378. c
4. 17. *Vocat ea quæ non ſunt, tamquam ſint*, 114. d
5. 3. *Gloriamur in tribulationibus*, 857. a
7. 15. *Non quod volo bonum hoc ago*, 134. d
8. 6. *Prudentia carnis inimica eſt Deo*, 179. a
20. *Expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei expectat &c.* 219. b
29. *Quos prædeſtinavit, hos & vocavit*, 135. c 141. b
9. 6. *Non omnes, qui ex Iſrael ſunt, hi iſraelitæ*, 953. a
16. *Neque volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei*, 136. b 158. a
20. *Numquid dicit figmentum ei qui ſe finxit, quid me feciſti ſic?* 75. d
28. *Verbum conſummans & brevians in æquitate*, 319. e
10. 13. *Juſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti*, 163. a
15. *Quomodo prædicabunt, niſi mittantur?* 629. c
11. 33. *Incomprehenſibilia ſunt judicia ejus &c.* 73. e
36. *Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia*, 53. e 74. c
12. 19. 20. *Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. Si eſurierit &c.* 684. a b
13. 1. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*, 182. c 183. b 690. d
7. *Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum &c.* 690. c
14. 7. *Nemo noſtrum ſibi vivit, & nemo ſibi moritur*, 969. c
10. *Tu quid judicas fratrem tuum?* 595. b
15. 5. *Deus autem pacis det vobis idipſum ſapere in alterutrum*, 385. d
26. *Probaverunt Macedonia & Achaja collationem aliquam facere &c.* 519. e

1. COR. Cap. 1. v. 12. E*Go ſum Pauli, ego Apollo &c.* 250. e
2. 12. *Ut ſciamus quæ a Deo donata ſunt nobis*, 688. c
15. *Spiritualis dijudicat omnia, & ipſe a nemine judicatur*, 669. d
3. 6. *Ego plantavi, Apollo rigavit: Deus autem incrementum dedit*, 302. b
4. 3. *Mihi autem pro minimo eſt, ut a vobis judicer*, 278. e 592. d 595. b
15. *In Chriſto Jeſu per Evangelium ego vos genui*, 331. b
17. *Miſi ad vos Timotheum, qui eſt filius meus chariſſimus*, 642. d c

5. 3. *Jam judicavi ut præſens eum, qui ſic operatus eſt*, 280. c
6. *Modicum fermentum totam maſſam corrumpit*, 10. a
6. 1. *Audet aliquis veſtrum habens negotium adverſus alterum &c.* 574. c
5. *Sic non eſt inter vos ſapiens quiſquam &c.* 574. d 582. b 591. a
7. 4. *Mulier poteſtatem ſui corporis non habet, ſed vir &c.* 669. c
9. *Melius eſt nubere quam uri*, 769. e
34. *Virgo cogitat quomodo ſit ſancta*, 781. a
40. *Beatior erit, ſi ſic permanſerit &c.* 437. a 767. b 768. e

2. COR. Cap. 3. v. 2. *Epiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in cordibus veſtris*, 333. a
6. *Litera occidit, ſpiritus autem vivificat*, 15. a
8. *Nocte & die operantes, ne quem veſtrum gravaremus*, 903. e
5. 16. *Si cognovimus ſecundum carnem Chriſtum, jam nunc non novimus*, 189. d
20. *Pro Chriſto legatione fungimur, obſecramus &c.* 568. c 594. e
6. 10. *Tamquam nihil habentes, & omnia poſſidentes*, 952. a
9. 7. *Quis gregem paſcit, & de lacte ejus non comedit?* 582. b
12. *Non ſumus uſi hac poteſtate*, 842. a 907. b
19. *Cum ſim ab omnibus liber, omnium ſervum me feci*, 650. e
24. *Omnes quidem currunt*, 136. b
11. 5. *Omnis mulier orans aut prophetans non velato capite deturpat caput ſuum*, 722. e
27. *Vir non debet velare caput, quoniam imago & gloria Dei eſt*, 650. a
19. *Oportet & hæreſes eſſe*, 568. c 616. d
12. 4. *Diviſiones gratiarum ſunt &c.* 285. a 805. d
12. *Membra corporis cum ſint multa, unum corpus ſunt &c.* 319. e 567. a b
14. *Corpus non unum membrum eſt, ſed multa*, 306. b c
18. *Poſuit Deus membra, unumquodque eorum &c.* 306. d
21. *Non poteſt dicere oculus manui: opera tua non indigeo &c.* 265. e
23. *Quæ putamus ignobiliora membra corporis, his honorem &c.* 552. a
27. *Vos eſtis corpus Chriſti, & membra de membro*, 292. e 397. b
28. *Quoſdam poſuit Deus in Eccleſia, primo Apoſtolos &c.* 568. e
31. *Imitamini autem dona meliora*, 750. b c
13. 3. *An experimentum ejus quæritis, qui loquitur in me Chriſtus?* 347. a
14. 22. *Linguæ in ſignum ſunt, non fidelibus, ſed infidelibus*, 623. c
34. *Mulieres in Eccleſia tacere debent &c.* 638. e
15. 9. *Ego ſum noviſſimus Apoſtolorum &c.* 249. b
10. *Plus omnibus laboravi*, 757. a
28. *Sibi ſubjecit omnia, ut ſit Deus omnia in omnibus*, 47. d 48. b e &c.
37. *Non corpus quod futurum eſt ſeminas, ſed nudum granum*, 66. d 108. a
44. *Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale*, 192. b 196. c
50. *Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt*, 215. d
8. 8. *Non quaſi imperans dico, ſed &c.* 519. d 843. d
9. *Chriſtus propter vos egenus factus eſt, ut illius inopia vos divites eſſetis*, 718. c
14. *Veſtra abundantia ſiat ad illorum inopiam*, 909. d
11. 13. *Pſeudo apoſtoli, operarii iniquitatis, transfigurantes ſe &c.* 620. c 621. e
29. *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* 580. a
12. 12. *Signa Apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos*, 622. a

GALAT. Cap. 1. v. 1. *Paulus Apoſtolus non ab hominibus, neque per hominem*, 622. a
2. *Omnes fratres Eccleſiæ Galatiæ*, 312. a
5. *Sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt &c.* 625. e
8. *Si quis vobis evangelizaverit præter quod accepiſtis, anathema ſit*, 710. e
2. 1. *Deinde poſt annos quatuordecim iterum aſcendi Jeroſolymam*, 273. a
2. *Contuli cum illis Evangelium*, 254. b
6. *Mihi enim qui videbantur eſſe aliquid, nihil contulerunt*, 249. a 255. a b
11. *In faciem ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat*, 255. e
14. *Quomodo gentes cogis judaizare?* 130. e 257. b
3. *Sic ſtulti eſtis, ut cum ſpiritu cœperitis, carne conſummemini?* 673. d
26. *Quicumque in Chriſto baptizati ſumus &c.* 391. c
4. 7. *Abba Pater*, 438. d
5. 17. *Caro enim non concupiſcit adverſus ſpiritum*, 174. d
19. *Manifeſta ſunt opera carnis*, 210. d

EPHES. Cap. 1. v. 22. *Omnia ſubjecit pedibus ejus, & ipſum dedit caput &c.* 294. d e
2. 14. *Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum*, 512. d
20. *Eſtis cives & domeſtici Dei, ædificati &c.* 268. c 330. d
4. 5. *Unus Deus, una fides*, 494. e
11. *Quoſdam autem paſtores & Doctores ad conſummationem Sanctorum*, 597. c
5. 27. *Ut exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam*, 284. a 285. d 286. e 512. e
30. *Nemo umquam carnem ſuam odio habuit*, 205. e

PHILIP. Cap. 1. v. 12. *Scire autem vos volo fratres &c.* a b e &c.
18. *Quid enim? Dum omni modo, ſive per occaſionem, ſive per veritatem Chriſtus annuncietur*, 628. e 631. a c d &c.
3. 15. *Unum tamen ad quod pervenimus, ut idem ſapiamus &c.* 316. d
4. 2. *Evodiam, & Syntichen deprecor*, 640. b
12. *Scio abundare, & ſcio penuriam pati*, 823. a
14. *Bene feciſtis communicare neceſſitatibus meis*, 585. d

COLOSSEN. Cap. 3. v. 11. *Omnia eſt in omnibus Chriſtus*, 396. c

1. THESSAL. Cap. 5. v. 12. *Rogamus fratres, ut noveritis eos, qui laborant inter vos*, 925. a b
23. *Integer ſpiritus veſter, & anima & corpus &c.* 173. a b 177. e 178. a

1. TIMOTH. Cap. 2. v. 12. *Docere mulieri non permitto &c.* 638. c d 639. c d e 722. e
3. 1. *Si quis epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat*, 482. d
2. *Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe*, 560. b 570. a
4. 14. *Noli negligere gratiam, quæ in te eſt &c.* 562. a
5. 12. *Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt*, 767. b 769. c d 776. e e
17. *Qui bene præſunt preſbyteri, duplici honore digni*, 500. a 581. b
6. 10. *Radix omnium malorum eſt cupiditas*, 133. a
16. *Qui ſolus habet immortalitatem*, 59. e
20. *Depoſitum cuſtodi, devitans profanas vocum novitates &c.* 34. e 713. b

2. TIMOTH. Cap. 1. v. 10. *Per Evangelium in quo poſitus ſum ego prædicator &c.* 606. a
2. 13. *Ille fidelis permanet: negare ſeipſum non poteſt*, 163. a
24. *Servum Domini non oportet litigare*, 35. a 40. a b 42. e 43. d
3. 12. *Omnes qui pie volunt vivere in Chriſto, neceſſe eſt, ut perſecutionem patiantur*, 695. a

PHILEM. Cap. v. 1. *Paulus vinctus Jeſu Chriſti, & Timotheus frater Philemoni*, 942. d
14. *Ne velut ex neceſſitate bonum tuum eſſet*, 130. e 946. e

TIT. Cap. 1. v. 2. *In ſpem vitæ æternæ, quam promiſit Deus ante tempora ſæcularia*, 65. a
5. *Reliqui te Cretæ, ut conſtituas per civitates preſbyteros*, 561. c 570. a
7. *Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe*, 561. d 562. a
2. 13. *Expectantes beatam ſpem, & adventum gloriæ*, 436. b
3. 4. *Apparuit benignitas & humanitas ſalvatoris noſtri Dei*, 241. a
10. *Hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correptionem devita*, 788. a

HEBR. Cap. 5. v. 1. *Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus &c.* 524. d
4. *Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur a Deo &c.* 641. b
7. *In diebus carnis ſuæ preces ſupplicationeſque &c.* 523. e
9. *Factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis*, 524. a
12. *Cum deberetis magiſtri eſſe propter tempus*, 606. b
7. 7. *Quod minus eſt, a meliore benedicitur*, 556. a b
12. *Translato Sacerdotio, neceſſe eſt ut legis translatio fiat*, 855. a
10. 16. *Teſtamentum, quod teſtabor ad illos, dando leges meas in cordibus eorum*, 333. c
11. 13. *Juxta fidem defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis repromiſſionibus &c.* 718. d
37. *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis &c.* 695. a 794. a 796. b
12. 24. *Contemplantes, ne quis deſit gratiæ Dei*, 718. b

JAC. Cap. 1. v. 5. *Dat omnibus affluenter*. 687. d
13. *Nemo cum tentatur dicat quoniam a Deo tentatur*, 121. e 131. e 132. b
17. *Omne donum perfectum deſurſum eſt &c.* 667. a

1. PET. Cap. 2. v. 17. *Deum timete, Regem honorificate*, 644. b 670. e
3. 15. *Chariſſimus frater noſter Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis*, 255. e &c. 257. a
5. 13. *Salutat vos ea, quæ in Babylone eſt Eccleſia &c.* 271. d 272. a 273. e 642. c

1. JOAN. Cap. 2. v. 13. *Scribo vobis patres, quoniam agnoviſtis eum, qui ab initio eſt*, 357. b
15. *Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo ſunt*, 582. a
19. *Exierunt ex nobis, ſed non erant ex nobis*, 291. d 292. b 293. e
24. *Quod audiſtis ab initio, in vobis maneat*, 354. b
4. 18. *Perfecta charitas foras mittit timorem*, 811. a
5. 2. *In hoc cognoſcimus quia diligimus filios Dei*, 392. e
8. *Tres ſunt qui teſtimonium dant in terra &c.* 778. d
10. *Qui credit in filio Dei, habet teſtimonium Dei in ſe*, 332. d

APOCAL. Cap. 1. v. 16. *De ore ejus gladius utraque parte acutus exibat*, 669. b
2. 5. *Movebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi &c.* 691. a
14. *Docuit Balac mittere ſcandalum coram filiis Iſrael*, 262. d
4. 4. *Super thronos viginti quatuor ſeniores*, 529. a
6. 10. *Vindica Domine ſanguinem ſanctorum tuorum*, 206. b
21. 12. *Habebat murum magnum & altum*, 736. a
16. *Menſus eſt Civitatem de arundine aurea, per ſtadia &c.* 353. b
27. *Non intrabit in eam aliquid coinquinatum*, 283. e

INDEX

INDEX
RERUM ET SENTENTIARUM.

Litera *n.* Notas indicat.

A

AARON primus in lege ſacerdotale nomen accepit, 401. *a.* Fuit Summus Sacerdos, ideſt Epiſcopus *ibid. e.* 508. *a* Ejus Sacerdotium figura erat Sacerdotii Chriſtiani, *ibid.* Aaroni ſucceſſit Petrus in lege nova, *idid. c* Quam bene Petro comparatus, 403. *b* Sicut Aaron moriturus ceſſit Eleazaro, ſic Petrus moriturus ceſſit Clementi, 402. *c d* Filii Aaron figuram Presbyterorum gerebant, 401. *b* 508. *a* Soli permittebantur tangere vaſa ſanctuarii, & ad altare accedere, 460. *e*

ABBAS JOACHIM inter hoſtes Romanæ Eccleſiæ recenſetur, 412. *a.* excuſatur, *ibid.* in *n.* ejus vaticinium de Eccleſia, 531. *d e*

Abbates, de obedientia Epiſcopis laudati, 463. *b.* in *n.* eorum ſubtractionem ab Epiſcoporum juriſdictione improbat S. Bernardus, 464. *a* Ciſtercienſes Abbates obedientiam Epiſcopis profitebantur, *ibid.*

Abdias Eliæ diſcipulus, & vir mulieris Sunamitidis, 846. *a b.* in *n.*

ABRAHAM, ejus nuptiæ cœlibatui comparatæ, 704. *b*

Abuſive, quo ſenſu interdum accipiatur a SS. Doctoribus, 609. *c*

Actus meritorius, ex quo penſetur apud Deum, 758. *d* Bonus ex genere ſuo non poteſt eſſe tam bonus, quantum fieret, ſi ex voto procederet, *ibid.*

Academia, V. Univerſitas.

ACHAB rex quomodo mendicavit, 823. *e*

ADAM potuit non peccare per ſui arbitrii poſſibilitatem, 127. *c* 156. *a* 157. *e* Non neceſſitate, ſed voluntate peccavit, 164. *b* 146. *a* 156. *a* Si neceſſitate peccaſſet, non eſſet reus, 157. *c* Quomodo fuerit neceſſarium ejus peccatum, 164. *a* Illius delicto uſus eſt Deus ad majorem gloriam humanitatis redemptæ, 156. *b* Quomodo adhuc peccet in nobis, 134. *e* in *n.* in martyrologiis Eccleſiæ Adami memoria recolitur, 956. *a.* in *n.* ſacellum ipſi dicatum, *ibid.*

ADAM CARDINALIS, refellitur ejus opinio, qua regiam poteſtatem a Papali deduxit, 665. *a* &c.

ADELINUS monachus, 603. *d* in *n.*

ADULATIO Jeroſolymis potens, 838. *e* 839. *a*

Adnihilatio & creatio ſunt mutationes primæ, 102. *b* Quid de adnihilatione ſenſerint veteres Philoſophi, 100. exempla adnihilationis, 101. *d* Perfecta adnihilatio quæ ſit, 112. *c*

ADRIANUS I. Papa Conſtantinum Græcorum Regem deſtituit, 679. *e*

Ægyptii talpas, & veſpertiliones adorabant, 52. in *n.*

AERIANI hæretici ab Aerio, 559. *e* Eorum error, *ibid.*

AERIUS ob ambitionem Epiſcopatus in hæreſim lapſus, 559. e Ejus error, *ibid.* 802. *a*

ÆTITES lapis, 913. *a* in *n.*

Agatho Papa mittit legatos ſuos Conſtantinopolim pro convocatione Concilii, 343. *a*

AGNELLUS Cardinalis, 530. *e* 531. *a b*

AGNOSTICI hæretici, unde ſic appellati, 303. *b*

AGRIPPINUS Cypriani Epiſcopi deceſſor, 323. in *n.* primus baptiſmum ab hæreticis collatum abdicavit, *ibid.*

ALACENUS ſcriptor Anglicus, 512. *c* in *n.*

ALBIGENSES hæretici unde ſic dicti, 4. in *n.* Quando graſſari cœperint, *ibid.* In Anglia capti, & combuſti, 4.

ALCUINUS doctiſſimus, 603. *d* Caroli Magni præceptor, *ibid.* Prælatus Monaſterio S. Martini Turonenſis, *ibid.* ſapientiæ ſtudium de Roma tranſtulit Pariſios, *ibid.* *e*

ALEXANDER Macedo, ſolus dominari cupidus, 307. in *n.*

Alpes Cottiæ, unde ſic dictæ, 961. c in *n.*

Altare, quid ſignificet, 747. *b* Neceſſario ab Epiſcopo conſecrandum, 550. miniſtrare altari, & in ſacrario, quid ſit, 915. *e*

AMBROSIUS hæreticus, Origeni familiaris, 491. *d* in *n.*

AMBROSIUS Mediolanenſis Epiſcopus, *apocryphus* a Wicleffo appellatur, 4. *d* Valentiniano Imperatori obſiſtit, ne cauſa Eccleſiaſtica ad laicorum deferatur judicium, 673. *d e* Profert legem Imperatoris qua inhibetur cauſas Eccleſiæ ab alio, quam ab Eccleſiaſtico judice, definiri, *ibid.* & 674. *a* Non patitur Imperatorem intra cancellos Eccleſiæ manere, 305. *d*

Amici prudentiores, non formoſiores optandi, 557. *a*

AMMON, ſeu Jupiter, 659. *b* in *n.*

Amoræus qui, 386. *d.* in *n.* 829. *a.* Amoræorum ſententia, negans quod Chriſtus non fuit mendicus, refellitur, *ibid.* *b c.* &c. alia item qua dicunt conſilium Chriſti de renunciando omnibus intelligendum eſſe in affectu tantum, non in effectu, 870. *d e* &c.

ANABAPTISTÆ hæretici, qua ratione Paſtoribus decimas inficiantur, 581. *a.* in *n.*

Ananias & Saphira voto paupertatis ſe obſtrinxerant, 584. *b* 719. *e*

Anachoritæ qui ſint, 721. *a.* Imitantur Eliam, & Joannem Baptiſtam, *ibid. a.* dicuntur cor in corpore Eccleſiæ, 306. *d*

Anathema, quid ſignificet, 775. *a* 776. in *n.*

ANGELI non fuerunt ab æterno, 41. *e* Conditi fuerunt ſimul cum mundo corporeo, 56. in *n.* Eorum charitas non eſt cohibitoria, 754. *a.* Ligati ſunt munere confirmationis altiſſimæ, 771. *e* Quomodo ſint teſtes fidei, 395. *a.* quomodo poſſint peccare, 123. *c.* in *n.* in principio omnes fuiſſe pares, non eſt abſonum ſcripturis, 289. *a.* ſunt meliores anima hominis, 199. *c* Angelus poteſt dici principium creaturarum, 266. *a* Primus angelus non aſpiravit ad identitatem divinæ eſſentiæ, ſed voluit tunc digniſſima reputari creatura, 52. *c* Non fuit neceſſitatus ad crimen, 137. *a.* Angeli mali ante ruinam erant filii cœleſtis Jeruſalem, 289. *a*

ANGLIA primogenita Eccleſiæ filia, XIII. num. 4. Nullo ipſi prædicante Apoſtolo, ultro Chriſti fidem ſuſcepit, 3. Ab exordio Eccleſiæ habuit principes, paſtores, & plebejos chriſtianiſſimos, *ibid.* A paganis ſubacta non potuit in fide proficere, *ibid.* Ad vocem ſui Apoſtoli Auguſtini ad fidem priſtinam rediit, *ibid.* annuos cenſus Papæ ſolvebat, 518. *b* Nullus rex terræ illius poſt ſuſceptam fidem, aut hæreticus fuit, ut hæreticorum fautor, 3. Contra Pelagianos petiit auxilium a Gallicanis Epiſcopis, 4. Pelagianos a ſuis finibus ejecit, *ibid.* Non eſt culpanda, quod impium Wicleffum protulerit, 3.

Angulus, unde ſic dictus, 511. *c* Porta anguli quid ſignificet, *ibid. d e.* Quidquid a Deo Patre ad nos venit, per angulum venit, 512. *b c.* Chriſti fidelis debet eſſe in angulo, 512. *d*

Anima ex eo vocatur quod animat corpus ad vivendum 173. *b* Non eſt homo, ſed hominis, 229. *d* Spiritus & anima ejusdem ſunt ſubſtantiæ, 175. *d* 176. *a* 195. *c* Spiritus ad ſubſtantiam dicitur, anima ad vivificationem, 176. *a* 177. *b* Ejuſdem ſunt eſſentiæ, ſed proprietates ſunt diverſæ 176. *a* 177. *c d* 178. a 195. *c* Omnis anima eſt ſpiritus, ſed non econtra, 177. *c* Secundum quod intelligentia eſt, dicitur ſpiritus, 177. *d* Anima intellectiva, quæ ſit, 179. *d* Eam Wicleffus dicit eſſe complete & per ſe hominem, 179. *d* 188. *e* Refellitur hujuſmodi error, 180. *a* Anima pars hominis eſt, 182. *c* & pars melior, 183. *b* 171. *b* Qua ratione poſſit dici homo ſeparata a corpore, 182. *c* Eam eſſe totum & completum hominem, dixerunt prius Plotinus, Scipio Tullianus, & Hermes Triſmegiſtus, 185. *a b d* Recta Varronis ſententia de anima, 186. *a* Varii modi ſumendi animam, 195. *a* Mens & anima diſtant officio, non natura, 195. *c* Aliquando pro voluntate ſumitur, 779. *c* Qua ratione dicatur ſpiritus, ſenſus, animus, mens, ratio, memoria, voluntas, 177. *b c* Anima, animus, ſive mens, idem ſunt quod ſpiritus, 170. *c* Anima & animatio non eſt bina natura in homine, 172. *b* Præter ſpiritum non eſt alia anima in homine, 174. *e* Non diſtinguuntur animus & anima ſicut ſpirituale & corporale, uti dicebant Ariani & Apollinariſtæ, 170. *b* De origine animarum dubitarunt Eccleſiæ Patres, 188. *b* Animæ creantur, cum infunduntur, 107. *a b* Non fuerunt ſimul creatæ ab initio, *ibid.* Cum corporibus non ſeminantur, *ibid.* Earum creationem ſolus novit creator omnium, *ibid.* Origenis error de præexiſtentia animarum, 226. *e* Duplex anima in homine ponitur a Wicleffo, una ſpiritus immortalis, alia corruptibilis, ſimilis animæ beſtiarum, 169. *a* 174. *a* Idem effutiebant Manichæi, *ibid. d* Anima commutari in corpus non poteſt, 175. *a c* &c. eſt totus ornatus hominis, etiam in patria 197. *e* Quod eſt melius anima, Deus eſt, 199. *c* Intelligit Deum, *ibid.* Perfectio animæ eſt, quod immediate uniatur corpori, 176. *c* Eſt motus naturalis animæ ad corpus, 198. *d* & vinculum naturale ad illud, 202. *b c* Animas vagari de uno corpore in aliud, cenſuit Wicleffus, 203. *b* Quomodo hunc errorem Porphyrius temperaverit, 203. *c* Nihil mediat inter Deum & corpus, niſi anima, 176. *c* 199. *b* Anima dominatur corpori, 196. *a* Quomodo perdenda anima, ut cuſtodiatur in vitam æternam, 176. *b* Veteres Philoſophi, quomodo devenerint in cognitionem animæ, 200. *c* Animæ bru-

torum

torum naſcuntur, & moriuntur ſimul cum carne eorum, 193. *b.* eas rationales putarunt Plato & Alexander 193. *b.*

Animatio, ſecundum Wicleffum, eſt actus primus corporalis ſpiritus, 174. *a.* eſt ejuſdem rationis cum aliis formis materialibus, *ibid.* præter corpus & ſpiritum ponitur a Wicleffo in homine animatio, ſeu anima materialis, 169. *a.* hanc probare nititur ex Scripturis, 172. *c* 173. *a* Idem effinxit Vincentius Donatiſta, 172. *d* 174. *c* Addit Wicleffus, ſpiritum & animationem eſſe duas formas diſtinctas per naturam, 174. *a.* quod animatio participat nomen hominis & perſonam, 179. *d* Hanc animationem, ſeu animam materialem pariter finxerunt Manichæi, 174. *d.* Dicit Wicleffus quod anima materialis non potuit ſeparari a corpore Chriſti, 193. *b* Quare hunc errorem adoptaverit, 198. *b*

Antichriſtus eſt una ſingularis perſona, non unum thronum, ſeu regnum tyrannicum, 497. *a* Ejus proprietates a Wicleffo deſcriptæ, 498. *a* 499. *a* 500 *a* 501. *c* Capitulum Antichriſti quos comprehendat, ad mentem Wicleffi 526. *e*

Antiocheni contra primatum Romani Pontificis inſurgunt, 456 *b c*

ANTIPATER, quomodo regno potitus, 654. *c d*

ANTISTENES paupertatis profeſſor, 705. *e*

ANTROPOMORPHITÆ hæretici quare erraverint, 215. *c*

APOLLINARIS hæreſiarcha animam corruptibilem in Chriſto non negavit, 170. *e* Ejus in diſſimulandis erroribus vafrities 490.

APOLLINARISTÆ hæretici, 170. *d.* ſolam carnem, non ſpiritum concedebant in Chriſto, 211. *e*

APOSTOLI cur ſic appellati, 618. *d* 619. *e* Apoſtolorum quatuor genera, 620. *a* Apoſtoli Chriſti ſunt Patres Eccleſiæ, 338. *c* 408. *e* 409. *a* Magiſtri fidei, 605. Erant Epiſcopi, 536. *c.* vice Chriſti in Eccleſia poſiti, 568. *c.* ſunt Petræ Eccleſiæ, 269. *a.* erant cæci mendicantes juxta viam, 840. *b c.* renunciarunt omni juri poſſidendi, 842. *d.* ex inſtitutione Chriſti fuerunt mendici, 841. *c d* &c. electi ignobiles fuerunt, & quare, 275. *e* Non in abſcondito, ſed publice a Chriſto electi, 404. *d* Duplex Apoſtolorum poteſtas, ſuaſoria, & coactiva, 424. *b c* Cum Petro erant pari conſortio honoris & poteſtatis 404. *b.* omnes æquales poteſtate & honore, 248. *c.* non authoritate, 249. *d.* omnes filii ſponſi, 288. *a.* ſuper omnes fortitudo ſolidatur Eccleſiæ. 248. *c.* nec inde ſequitur, quod ſint omnes æquales, *ibid.* Sunt in Eccleſia Chriſti, quod erant Patriarchæ in veteri lege, 331. *a* Totam imbuerunt Eccleſiam, *ibid.* Quare illis præceperit Chriſtus, ut renunciarent omnibus, 942. *c.* pauperes Eccleſiam ditabant, 951. *e* Putarunt carnem non poſſe reſurgere, 191. *c.* Ipſis poſt reſurrectionem apparuit Chriſtus, ne crederent, quod ipſe non eſſet homo ſecundum carnem, *ibid. c.* Inſpirante Domino per ſortes diviſi ſunt in varias mundi regiones, 504. *a* Quare ſermonis ornatum non magnifacerent, 623. *a* Ipſis non ſcribendi, ſed prædicandi munus a Chriſto injunctum 333. *a.* in *n.* Quas ſcripſerunt Epiſtolas non ſcripſiſſent, ſi occaſio ſcribendi defuiſſet, vel præſentes fuiſſent ji, ad quos ſcripſerunt, *ibid.* In eorum ſcriptis authoritas viget canonica, 347. *c.* Eorum ſermones, ſi ſcripti eſſent, de canone eſſent ſcripturarum, 363. *e.* Magna cautela communionem vitabant hæreticorum, 635. *d e* Quare levia præcepta primis fidelibus impoſuerint, 740. *a.* voverunt continentiam & paupertatem, 777. *c d.* alios docuerunt idem vovere, *ibid.* Laudatores fuerunt prædicationis Pauli 255. *a.* ab ipſis commendantur traditiones, 363. *c* Quid contra Apoſtolos dixerit Wicleffus, 276. *e* 277. *a* 262. *b* Apoſtoli ſunt qui in Eccleſiaſtica poteſtate legitima procreatione ſuccedunt, 620. *d.* quam ſtultum ſit dicere quod illud ſolum nobis liceat agere quod fecerunt Apoſtoli, 845. *a* Pſeudoapoſtoli qui ſint, 620. *a b c*

APOSTOLICI hæretici, 855. *d* 934. *a*

APULEJUS dicebat homines ſemper fuiſſe, 56. *e*

Appellatio illicita ad terrenum principem poſt judicium Epiſcoporum, 672. *a b* &c. 678. *b c* &c. In cauſa hæreſis nulla toleranda appellatio, 678. *d e* Jus appellationum ad ſedem Romanam a Conciliis non conſtitutum, ſed confirmatum, 420. *c* in *n.*

ARATUS poeta, ejus opinio de Deo, 37. *d*

Arca Noe figurabat Eccleſiam, 299. *c*

Arbitrium dicitur ab arbitrando, vel diſcernendo quid eligat, 155. *e* Dicitur liberum, quia habet poſſibilitatem agendi quid velit, *ibid.* tale fuit in homine protoplaſto, *ibid.* ejus poteſtas ad quæ ſe extendat, 166. *d e* Deſcribitur, 155. *e.* eſt cauſa immediata actuum humanorum, 128. *c* Ejus electioni derogare non poteſt divinum decretum, *ibid.* Ita ejus libertas reſervanda eſt, ut omnibus excellat gratia Dei, *ibid. a*

Archidiaconi ſunt majores Diaconi 572. *d.* ſuccedunt levitis majoribus, qui erant in lege Moſaica, 572. *b* Ab Apoſtolorum inſtitutione ſumpſerunt initium, *ibid.* eorum munus, 573. *a b c.* fugere debent a fœminatum conſortio, 572. *e*

Archiepiſcopus ſic dictus tamquam princeps Epiſcoporum, 533. *b.* tenet vicem Apoſtolicam, *ibid.* Archiepiſcoporum ſubtractionem a juriſdictione Patriarcharum & Primatum improbat S. Bernardus. 464. *a*

Archipresbyteri, 573. *c*

Argumentum negativum, raro validum, tutum nuuquam, 253. *d*

ARIANA hæreſis ubi inceperit, & quando, 3. ſæva adverſus catholicos, *ibid.* ejus author Arius, *ibid.*

ARIANI Scripturarum corruptores 363. *c.* judicium Dei contemnunt, 486. *c.* 487. *a* Nolebant credere quod Spiritus Sanctus ſit omnipotens, 363. *c* Adverſus Romanæ Eccleſiæ Primatum extollebantur, 412. *a* Vexabant catholicos de voce homouſion, 442. *e* Quid ad hoc reſponderit Auguſtinus, 443. *a* Eorum odium in monachos, 695.

ARIUS, ex quo Ariani, 3. ejus error, 12. in *n.* Athanaſium accuſavit, quod judicem magicis artibus feciſſet inſanum, 680. *a* Scidit Eccleſiam contra S. Alexandrum, 478. b Turpi morte per viſcerum effuſionem a Deo punitus, 486. *c d* Crepuit ſicut Juda, quia ſimilis Judæ, *ibid.* e

ARMACHANUS docuit quod Chriſtus errare potuit, 125. *c* Quod ſit fallibilis Dei præſcientia, *ibid.* quod divina operatio immanens dependeat a futuro opere creaturæ, 150. *c.* ejus argumentum de Dei præſcientia, 158. *b.* Eum accuſavit Wicleffus, quod docuerit Chriſtum errare potuiſſe, *ibid.* Vota diſſuaſit, 765. *c.* ſola vota deſiderii admiſit, vota promiſſionis excludens, *ibid. b.* ejus opinio de regno Chriſti rejicitur, 653. &c. Non fuit amicus Thomæ Waldenſis, 125. *c* Quo ſenſu eum dicat Waldenſis ſegregatum a catholicis, 126. *d* in *n.*

Avaritia quid ſit, ſecundum Auguſtinum, 133. *a*

AVERROES, 99. *b* in *n.*

AUGUSTSNUS, principium converſionis ejus ad Chriſtum 812. *e* &c. potius acceſſit, quam ſucceſſit Valerio Epiſcopo, 403. *r.* ſacer inter omnes, & columnaris Epiſcopus, 488. *c* A ſancto Paulino laudatus, 403. *d* A quibus teneretur in Eccleſia Chriſti, 321. *a* 349. *a* 407. *e* Qua via uſus ſit in quærenda vera religione, 338. *e* Concilio generali maxime deferi, 380. *a.* correctioni Summi Romani Pontificis libros ſuos ſubmittit, 488. *d c* 489. *a* Non Sacerdotibus ſibi ſociis, ſed ſanctimonialibus ſcripſit Regulam, 301. in *n.* Quomodo contra hæreticos pugnare ſolitus, 2. Sanctos Patres quærit in teſtes, 16. *a.* ejus liber de immortalitate animæ quare non ſatis authenticus, 85. *b* in *n.* admittit cum Ariſtotele continuum ex diviſibilibus in infinitum 85. *b c* &c.

AUGUSTINUS monachus, Britanniæ Apoſtolus, 3. in *n.*

AUGUSTINUS DE ROMA, ejus error de Chriſto, 208. *b* in *n.*

AUGUSTUS, V. Cæſar Auguſtus.

Authoritas rationi in diſſerendo præferenda, 2. Ethnicorum in diſputando de fide non inutilis, *ibid.*

AUXENTIUS contra Ambroſium ſcidit Mediolanenſem Eccleſiam, 418. *b* Ipſi cedere noluit Ambroſius, *ibid. c d*

B

BAccalanrei in Eccleſia primitiva, 600. *e.* eorum munus, 601. *b*

BARBATION & Sarmation vercellenſis Eccleſiæ perverſores, 310. *b*

S. BARNABAS a pluribus electus Apoſtolis, 445. *c.* a Petro ordinatus, 260. *b*

BARNABAS quidam Sacerdos ab Auguſtino laudatus, quod villam Eccleſiæ dederit, 614. *d*

BAPTISMUS initium regni Dei, 285. *d.* facit nos membra Chriſti, 391. *b c d e* 567. *a b c.* & chara membra Chriſti, 568. *e.* alii ejus fructus 390. *e.* ab initio ſumebatur cum voto fidei, 777. *a.* omnibus communis eſt baptiſmus; ſed non omnibus gratia baptiſmi, 292. *a.* Extra Eccleſiam ſuſceptus non prodeſt ad ſalutem, 281. *b*

Baſilieæ ab Epiſcopo conſecrandæ, 550. *a*

BASILIDES hæreticus, 12. *a.* ejus errores *ibid.* in *n.*

Beatitudo quid ſit, 435. *d.* cum carne glorioſa perficitur, 206. *c*

Beatus dicitur, quaſi *bene auctus*, 436. *c.* alius in ſpe, alius in re beatus 436. *a.* quomodo beati qui perſecutionem patiuntur, *ibid.* quam recte beati dicantur qui fidelium populis præſunt, *ibid. beati* dici poſſunt fideles in Chriſti pace viventes, *beatiores* in perfectionis culmine perſiſtentes, *beatiſſimus* ſummus Pater Eccleſiæ 437. *a.* *Beata* habens maritum, *beatior* vidua, *beatiſſima* virgo, *ibid.* quomodo religioſus beatus magis accipiendo quam dando, 869. *a b* &c. 872. *c d e* 876. *c d*

Benedictio juſſa a Domino Moyſi ſub Sacramento trinæ invocationis, 555. *b.* in ea exprimebatur Trinitas perſonarum, *ibid.* Non cenſetur benedictus in Chriſto, qui hoc non eſt ordine benedictus, ibid. *c* Quo ſenſu benedictio Melchiſedech præferri debeat benedictioni Abrahæ, 556. *d e.* differentia benedictionis Chriſti a benedictione ſimplicis hominis Sacerdotis, 557. *d e.* verba benedictionis non unicuique licet immutare, 558. *a* Unde ortum habeat, quod Præſules ſolemniter populum benedicunt, 555. *d e* Benedictio duplex, qua Epiſcopi populum benedicunt, 554. *c* Quare benedictio ſub ſigno crucis ab Apoſtolis non expreſſe ordinata, 555. *a* Unde ha-

Y y y

habeat initium, 554. *e* 555. *a* Epiſcopo benedicente reficiuntur fideles benedictione Chriſti, & inſtaurantur benedictionibus omnium veterum Patriarcharum, 556. *a* Non poteſt virtus benedictionis deficere, etſi nolit Sacerdos benedictionis munus largiri, 557. *e* benedictiones Epiſcopales a Wicleffi obtrectationibus vindicantur, 556. *b c* &c. non ſpernenda eſt benedictio, etſi Sacerdos vel Epiſcopus in benedicendo recitent barbariſmos, *ibid. e* 557. *a b* Non homo, ſed Deus ibi agit Sacerdotis officia, *ibid. b*

Benedictus x. Pſeudopapa, a quibus intruſus, 445. *e* in *n.*

Beneficia Dei quomodo peccatoribus noxia, 684. *e*

Berengarius ab Eccleſia damnatus, 366. *e* ejus errores, 3. in *n.*

Birrus, 798. *f* in *n.*

Bonosus hæreticus perpetuam negavit Deiparæ virginitatem, 362. *d* in *n.*

Bonum ſummum, quale ſit, 435. *d.* bona in omnibus imitanda, etiam in inferioribus, 598. *d* bona Eccleſiæ mixti juris ſunt: jure poſſeſſionis ſunt Eccleſiæ; jure tributi ſunt Cæſaris, 671. *a* Vetus error eſt, quod tantum bonis bona, & malis mala tantum det Deus, 694. *d* Deus non dat juſtis bona terræ, ut eis conferat bona cœleſtia, 689. *e*.

Boni ſoli nuſquam ſunt niſi in cœlo, 275. *d* boni in Eccleſia frumenta ſunt, 278. *b* In omni ſtatu boni inveniuntur & mali, 302. *a* in bonis fit Deus omnia in omnibus, 275. *e*.

Brachiatorium, veſtis monaſtica, 776. *a*

C

Cæsar Augustus, Ipſi dedit Deus mundi dominia ad Chriſti nativitatis dedicanda primordia, 692. *e*

Cæcilianus a Donatiſtis damnatus a Melchiade Papa abſolutus, 677. *b* in *n.*

Cajani hæretici, 616. *a* Eorum errores, *ibid.* in *n.*

Cain filius Adam, non *Caim* ſcribendus, ſed *Cain*, 615. *e* interpretatur *poſſeſſio*, ſeu *acquiſitio*, *ibid.* & 616. *a* Item interpretatur *lamentatio*, *ibid.* non caſtra, ſed civitatem primus extruxit, *ibid. e* Non ideo regnum Cain defecit, quod a Sacerdote non illud acceperit, 668. *a*

Canon Scripturarum non poteſt amplius creſcere in pluralitate librorum, 348. *b* Qui adhuc credunt Scripturarum Canonem imperfectum, & poſſe augeri ab Eccleſia, cum Judæis plenitudinem temporis expectant, *ibid.* Canoni Scripturarum ſubmitti debent libri omnium Doctorum & Eccleſiarum, 348. *e* &c.

Caiphas fuit verus Epiſcopus, 483. *e*

Campenses hæretici, 495. *e* in *n.*

Canonici idem ac monachi, 303. *d.* argumentum Wicleffi contra eoſdem, 301. *c d*

Caprasius monachus, 912. *b* in *n.*

Cardinales, unde ſic dicti, 526. *e.* neceſſarii ſunt ad regendam Eccleſiam, *ibid.* & 537. *e* jam erant antiquitus, *ibid. a b* Eorum tituli diviſi ab Evariſto Papa & aliis, *ibid.* etiam ab antiquo unus eorum eligebatur in Papam, *ibid. b e* Cardinales tempore erant ſancti Petri, *ibid. c d* Cardinalium nomen ante tempora ſancti Gregorii Papæ uſitatum, *ibid. a* vocabantur etiam Romani Presbyteri, Romanæ ſedis Diaconi, Clerici, 528. *b* eorum officia, 727. *a* 529. *e* In vigintiquatuor ſenioribus deſignantur, 529. *a* eorum numerus, *ibid.* in *n.* quamdam habent juriſdictionem ſuper univerſam Eccleſiam, 530. *d* in *n.* ipſis incumbit facere judicium & juſtitiam in terra, & orbis Pontificem præmunire conſiliis, 529. *b* in officio prædicandi conjunguntur Epiſcopis, 530. *e* locum ſupplent primatum Epiſcoporum, 445. *a* Collegium Cardinalium vices agit Metropolitani pro Romana Eccleſia, 528. *a.* contra Cardinales calumniam intentarunt Pelagiani, 528. *e.* ipſis jus eligendi ſummum Pontificem aſſeritur 445. *d* 446. *a* &c. orant dum eligunt bonum & bene Papam, 448. *a* propter peccata populi eligunt quandoque malum, 451. *a* non propter hoc eſt eorum criminoſa electio, *ibid.* neceſſaria olim diſpenſatio, ut cardinalitias infulas ſimul cum Epiſcopatu retinerent, 529. *c* in *n.* Qualis eorum vita eſſe debeat, 530. *d* in *n.* rubris capitiis ornati, 529. *b* in *n.* Quid eorum ſandalia ſignificent, 530. *d* Cardinales clericos non ſola habebat Romana Eccleſia, *ibid. e* in *n.* etiam Donatiſtæ ſuos jactabant Cardinales, *ibid. b*.

Carmelitæ Anglici quolibet ſecundo vel tertio anno veſtes mutabant, 792. *d*

Caro glorioſa perficit beatitudinem, 206. *c.* eſt in Chriſto & in nobis ejuſdem rationis, & ejuſdem virtutis, 210. *e.* ex parte perſonæ, quæ illam habet unitam, eſt longe majoris virtutis in Chriſto, quam in nobis, *ibid.* nomine carnis figurate intelligitur homo, *ibid. d* 211. *d.* ſine anima non concupiſcit, 174. *c.* quomodo concupiſcat adverſus ſpiritum, *ibid. d.* refellitur error Wicleffi dicentis, quod caro hominis homo eſt, 180. *e* &c. eſt homo per participationem, 189. *b* Caro ſpiritualis non repugnat in cœlo, 196. *c.* Quare ſit bona, & valde bona, 204. *c.* non eſt mala, neque ex bono & malo compacta, 205. *a.* arbitrio animæ efficitur bona vel mala, non mutatione ſubſtantiæ, ſed executionis mercede, *ibid.* ipſa ſtabit ante tribunal Chriſti, *ibid.* carnis ſubſtantiam, non corruptelam laudabant ſancti Patres, 207. *a.* quomodo ſit diligenda caro, 206. *a*

Carpocrates hæreticus, 203. *b* in *n.*

S. Cassianus a Caſſiodoro laudatus 796. *b*

Cassiodorus cum Agapito Papa agit, ut ſcholaſtica & chriſtiana ſtudia Romæ inſtituantur, 603. *b c.* ejus teſtimonium de orthodoxa fide Euſebii Cæſarien. 17. *b*

Caſtitas ad jejunium reduci poteſt, 737. *b* Sacerdotibus Chriſti injuncta eſt, 552. *e.* enituit in religioſis primitivæ Eccleſiæ 723. *e* 724. *a* Eam ſervabant Sacerdotes legis ad horam, 552. *b.* eam ſervant Sacerdotes Chriſti, tam intra, quam extra oblationis horam, *ibid.*

Castor Epiſcopus, humilitatis ac religionis exemplar, 442. *b*

Cataphrygæ hæretici, 336. *d* in *n.*

Cathari hæretici, 548. *a* in *n.*

Cathecumeni, quomodo ſint teſtes fidei, 394. *e.* quomodo ad Eccleſiæ ordinem ſpectent, 564. *b* in *n.*

Cathedra peſtilentiæ quæ, 411. *b* Moyſi cathedra excelſa fuit, 506. *a.* erecta fuit pro doctoribus legis, *ibid.* cathedra Pontificia eſt ex inſtitutione divina, *ibid. b* Cathedræ Moyſi ſucceſſit cathedra Chriſti, 248. *e*

Cauſa fidei ad laicorum non deferenda judicium, 673. *d.* eſt culpa gravis id facere 678. *b.* cauſæ Dei ſunt cauſæ Eccleſiaſticæ, 669. *e.* in jis non licet appellare terrenum judicem poſt judicium Epiſcoporum, 672 *a b.* lex Imperialis, ne cauſa Eccleſiæ ab alio, quam ab Eccleſiaſtico judice definiatur, 673. *e* Epiſcopalem ſententiam coram terrena poteſtate reducere, idem cenſetur ac regale decretum coram oppidano judice retractare, 674. *b.* in cauſa fidei de Imperatoribus Epiſcopi, non Imperatores de Epiſcopis judicare ſolent, *ibid. d.* cur aliquando in cauſis Eccleſiaſticis laici judicaverint, 677. *a* 679. *a.* ſi Epiſcopus ſit hæreticus, confugiendum eſt ad Papam; ſi Papa ſit corruptus, ad generale concilium, 678. *e*

Cauſæ ſecundæ reſervatur operatio propria, 128. *b*

Cephas quid ſignificet, 246. *b*

Charitas eſt tota vitæ chriſtianæ ſubſtantia, 754. *a.* major in religioſis quam in ſæcularibus, 737. *e.* habenti charitatem, aliæ dabuntur virtutes, 744. *d.* in charitate illud eſt majus quod melius, 745. *a.* charitas generat filios Dei, & Eccleſiæ, 393. *b*

Childebertus Rex Francorum, monaſterii Arelatenſis fundator, 461. *d*

Chriſma a presbyteris non conficiendum, 549. *d*

Chorepiſcopi in veteri Eccleſia, 543. *b.* in *n.* ipſis illicita conſecratio altaris, 544. *e*

Chryſoſtomi elogium, 727. *c*

Christiani, quomodo ſint filii Dei, 391. *c* ſunt Chriſti membra per fidem, ſpem, & charitatem, 390. *e*

Christus chriſmate unctus, 226. *e* ab æterno fuit Deus, temporaliter Chriſtus Jeſus, *ibid. d.* non eſt creatura, neque factura, 118. *e.* proprium nomen Chriſti eſt, ut ſit creator, 119. *a.* eſt creatura ſecundum humanitatem, 220. *a* Non eſt ſua humanitas, *ibid. c.* id non docuit Anſelmus, 221. *a b.* eſt Deitas, caro, & ſpiritus conjunctim, neutrum diviſim 222. *a b.* in ipſo duæ naturæ, ſed una perſona, 226. *a* 228. *c d.* eſt de diſtantibus naturis una *copulatione*, non disjunctione perſona, 223. *a.* quomodo eſt unus homo anima & corpus, ſic unus eſt Chriſtus verbum & homo, 168. *e* 217. *b* 170. *c.* eſt homo ex anima conſtans & carne, *ibid. d.* totus homo eſt in Chriſto, *ibid.* dicere Chriſtum eſſe creatum ſpiritum eſt hæreſis a Chriſto damnata in Apoſtolis, 191. *e.* eſt etiam hæreſis injurioſa Chriſto, 192. *a.* nullus ſpiritus eſt perſona Chriſti ſecundum hominem, *ibid.* eſt omnia in omnibus, quia pacificavit omnia, 49. *d* Quare in Nazareth non poterat virtutes multas facere, 94. *e.* cur tantum pro ſe, & pro Petro ſolvit tributum, 263. *a.* non eſt trium naturarum incommunicantium quælibet, ſed in qualibet, 214. *e.* operabatur ſecundum utramque naturam, 225. *d e.* operabatur in ratione ſuppoſiti, 226. *a.* in eo operabatur utraque natura in ratione formalis principii, *ibid.* quo ſenſu dici poſſit creatura, 227. *c d.* creavit omnia, non autem ſe ipſum, 218. *e.* demiſſe loquitur de ſe ipſo, 223. *b.* vere Chriſtus primitiæ dormientium, 229. *c.* in quantum totus Criſtus, non eſt ejuſdem ſubſtantiæ nec cum patre, nec cum matre, 217. *b.* matrem reliquit, deſerendo ſynagogam, 286. *a.* eſt caput Eccleſiæ, 294. *d* omnes ibi habet ſubjectos, *ibid.* Apoſtolos ſuos voluit appellari Salvatores mundi, 265. nolebat ſolvere quos judices ſynagogæ ligaſſent, 484. *b.* magiſterii ejus materia & forma, 263. *d.* totum ſe tranſtulit in Petrum & Joannem, 241. *b* arguitur Wicleffus quod dicat Chriſtum eſſe tres naturas ſeparabiles, & earum quamlibet, 208. *d.* & quod neget in Chriſto potentiam, quæ non reducatur ad actum, 235. *b.* quare Chriſtus votum non emiſerit, 754. *b.* loco voti habuit inſtinctum ex ſpeciali illapſu Deitatis, unitæ, *ibid. c.* loco fidei viſionem, & loco ſpei intuitionem immediatam, *ibid.* quare baptizatus a ſervo, 761. *c d*

Christi incarnatio potuit aliunde fieri quam de ſtirpe primi Adam, 77. *b.* 234. *d e.* potuit Chriſtus aſſumere carnem ſuam de coſta, vel de alio membro virginis, 76. *d.* nihil in noſtra natura plaſmavit,

mavit, quod non aſſumpſerit 208. *e*.poſt incarnationem non eſt aliud, ſed alius, 226. *e* eſt aliud copulatim propter naturas, ſed unus in perſona, *ibid.* quare de genere Adam aſſumpſerit humanitatem, 234. *e*. ſi aſſumpſiſſet aliam humanitatem, eſſet quidem alius homo, ſed non alia perſona, 235. *a*. potuit aliter liberare nos, quam naſcendo ex fœmina, 81. r 236. *e*. in alieno natus eſt, non ſecundum poteſtatem, ſed ſecundum noſtram naturam, 664. *d*. eum quæſierunt Magi non tam ut hominem, quam ut Deum, 660. *a b*

Chriſti humanitas non eſt totus Chriſtus, ſe l pars Chriſti, 217. *b*. periculoſum eſt dicere, quod humanitas Chriſti ſit totus Chriſtus 218. *a b e*. ſola humanitas Chriſti communes actus perſonales non exercuit, ſed Chriſtus in humanitate, 225. *e d* &c. Deitas ſine humanitate non eſt Chriſtus, nec humanitas ſine divinitate, 226. *d e* 227. *a*. refellitur Wicleffus, dicens, quod humanitas Chriſti propria perſonalitata dimiſſa, cultu latriæ ſit adoranda, 233. *d*. non eſt alius homo a Chriſto, 224. *e*. eſt alind pro diſcretione ſubſtantiæ, non alius pro unitate perſonæ, *ibid.* 226. *c*. quare expediens fuit, ut corporaliter abeſſet ab Ecclesia 521. *c* 522. *a* 523. *b e*. nobiſcum eſt Chriſtus per ſe ſecundum Deitatem, & per ſuum vicarium, ſecundum humanitatem, 520. *d e*. in nobis tribulatur, 391. *a*.aſperrimum ſibi vivendi modum elegit, 820. *c*. duplicem aquam petiit a Samaritana, *ibid.* r. petiit aquam ab illa ut ſolveret legem de non comedendo vel bibendo cum gentilibus, 831. *a*. nihil exegit dominanter per totum tempus vitæ ſuæ ad uſum ſuæ humanitatis ab hominibus, ſed ſolummodo mendicanter, 834. *d*. fuit legaliter ſubjectus judicio hominum, *ibid.*

Chriſti humilitas, 834. *e*. paupertas, 835. *d*.836. *b* 837. *e* 838. *a* &c. ſolemniter ingreſſus Jeroſolymam nullum invenit hoſpitem, quia nulli adulatus fuit, 838. *d*.bonitatis ejus fuit ſignum mendicitas, 839. r. eſt via juſtorum, 840. *c*.*d*.frequenter renunciavit his, quæ erant ipſi debita, 842. *d*. in domo parentum laborabat manibus, 924. *a*

Chriſti caro fuit Chriſtus tantum per ſynecdochen in tempore triduanæ ſepulturæ, 212. *a b*. caro Chriſti ſepulta non fuit Chriſtus, ſed pars ejus, 114. *a* 228. *b*. quid eſſet caro & ſpiritus Chriſti in tempore triduanæ ſepulturæ, 229. *d*. caro Chriſti ſcabellum pedum ejus, 232. *e* qua ratione adoranda, 233. *d*. arguitur Wicleffus, concedens, quod corpus Chriſti erat Chriſtus pro tempore triduanæ ſepulturæ, 183. *a*. eſt caro incorruptibilis, 194. *b*. Chriſti paſſio ad ſolam carnem pertinuit, 194. *a b*. quod ſemel aſſumpſit, nunquam dimiſit, *ibid.* corpus Chriſti in ſepulchro non fuit homo, 230. *d*

Chriſti paſſio ad ſolam carnem pertinuit, 194. *a b*. in paſſione non indigebat Chriſtus Apoſtolorum auxilio, 79. *d* Qualis fuerit calix, quem Chriſtus a ſe transferri poſtulavit 80. *a*. potuit ſubvenire mundo aliter quam moriendo, 78. *a* Chriſti vulnera potuerunt ſanari, ne cicatrices apparerent, 77. *b*. ſponte mortuus eſt, 139. *a*. per mortem ſuam deſtitit Chriſtus eſſe hominis perſona, 231. *b*. poſt mortem fuit adhuc perſona Chriſti, *ibid.* *e*. in cœna prius lavit pedes Judæ, quam Petri, 246. *e*. ſine anima fuit in ſepulchro 193. *d*.recte potuit dici Dominus gloriæ crucifixus, *ibid.* *e*. fuit triſtis ſecundum animam 194. *e*. ſimplex mors ejus profuit duplici morti noſtræ, *ibid.* *e*. voluit poſt reſurrectionem diſcipulis ſuadere quod eſſet homo, 191. *a*. qualiter verum ſit, quod Chriſtus crucifixus eſt, ut clerus ejus diteſceret, 518. r. bona Eccleſiæ quare dicantur patrimonium crucifixi, *ibid.* *d*

Chriſti regnum duplex, 655. *e*. non fuit temporale, 653. &c. 657. *d e*. &c. non carnale, ſed ſpirituale, 656. *b* Chriſti regnum eſt Eccleſia 656. *a*.non fuit Chriſtus rex temporalis nec jure nec facto, *ibid.* *b c*.ipſi ſoli promiſſum fuit regnum æternum, *ibid.* *d*. Chriſto regnum temporale omnes veteres Patres negabant, *ibid.* *e*. quare Chriſtus acceperit ſedem David, 657. *a b*. quam ſedem David Chriſtus ſederit, *ibid.* *e* non aliud fuit regnum ejus niſi quod Salomon & omnes poſteri David ſedere non poterant, 658. *d*.661. *e*.fuit regnum æternum, 659. *a b* &c. 676. *b e* Non habuit jus ſoli, ſed poli, 663. *e* 664. *b c*. periculoſa eſt opinio de Chriſti regno temporali 655. *b*

Chriſti Sacerdotium in duplici ſtatu, 523. *e*.primus eſt ſtatus carnis, *ibid.* ſecundus eſt ſtatus conſummatus in regno, *ibid.* Ne deperiret ſuum Sacerdotium, retinuit Chriſtus ſecundum, & primum ſuo in terris vicario commiſit, 524. *a*. bis ejecit Chriſtus vendentes de templo, 423 *a*.tunc functus eſt vice oſtiarii, 422. *e*.habuit poteſtatem coactivam, 423. *e*.habuit juriſdictionem ſuper omnem terram, 503. *e*. fuit ſimul mendicus & potens, 423. *e*. miſſus fuit primo ad oves Iſrael, ſed etiam ad gentes, *ibid.* *d e*. ſua innocentia lavit peccata Eccleſiæ 395. *c*.juſtos præferens, peccatores non renuit, *ibid.* *e*. quando exibit a nobis, 396. *a*.aſt plenus magiſter, 609. *e* A Deo & non ab hominibus poſitus eſt caput Eccleſiæ, 452. *b*. eſt angulus, 512. *b*. in eo ambo populi concordaverunt, *ibid.* *e* Eccleſiæ ſemper curam habet, 520. *e*. omnia fere nomina ſua diſcipulis tribuit 268. *d*.eſt petra, 267. *e*. 268. *e*. quomodo a vulgaribus eſſet diviſus, 311. *a*. nunquam abeſt, nec aberit a multitudina fidelium, 386. *d*

Chriſti corpus myſticum quam male dicatur genus vel ſpecies a Wicleffo, 319. *d* quomodo aſſimiletur corpori naturali, 320. *e*

Circumcelliones hæretici monachis infenſi, 695.

Circumciſio, cur allegorice vocetur paries, 308. *d*. in *n.*

Claves dominicas in petro tota ſuſcepit Eccleſia, 248. *e*.per claves quas Dominus Petro conceſſit, non docuit diſcernere reprobos ab electis, 276. *a*

Clemens a Petro in romano Epiſcopatu deſignatus ſucceſſor, 403. *b* r. potius acceſſit Petro, quam ſucceſſit, *ibid.* *d* ſi Petro non immediate ſucceſſit, ſaltem fuit a Petro immediate inſtitutus, 405. *b*. &c. tempore Sancti Hieronymi communis erat Latinorum opinio, quod in Romana Sede ſecundus poſt Petrum fuerit clemens, 405. *e*. quare Linus & Cletus ante Clementem ſcribantur, 406. *b*

Clerici nomen unde derivetur, & quid ſignificet, 304. *a*.968. *e*.qui clerici ſint ad paſtorale officium promovendi, 580. *a* ſunt a judice ſæculari exempti, 469. *b* nec gratis nec pratio a laicis Eccleſiam accipiant, 578. *e*. ii perſtringuntur qui in Sacerdotali officio plus cogitant de pingui beneficio, quam de Sancto officio, 579. *d e*. legibus debent ſubmitti civilibus, 670. *e*. in *n.* ſed contra eas delinquentes ab Eccleſiaſtica ſunt poteſtate puniendi, *ibid.* locum ſenſuum tenent in corpore Chriſti myſtico, 320. *e* clericorum & monachorum officia quomodo differant, 304. *d*. illi redarguuntur, qui hæreticos improbant, ſi eis decimas, aut alias oblationes vel in minimo inficientur; laudant autem, approbant, ac adjuvant, ſi contra religioſos inſurgant, 821. *d*. e clericos avaros terrere debet dictum S. Iſidori Peluſiotæ, 847. *c*. in *n.* neceſſario jam eſt illis commendanda paupertas, 850. *a*. illi arguuntur, qui ſpontaneos operarios recuſant, 906. r. 908. *b* r. præſertim religioſos, 915. r *d*.in caſu egeſtatis debent clerici de bonis Eccleſiæ ſubvenire principibus, & aliis laicis, 962. *a b*. &c. vi clericatus tenentur omnes eſſe pauperes temporalium, 968. *a*. non ſunt domini rerum temporalium 969. *d e*. &c. eorum cupiditas & mala diſpenſatio arguitur, 979. *b*. &c. eorum damnantur epulæ, 982. r. frugalitas ipſis commendatur, 983. *a b*

Clerus quare illum ditaverint reges & principes, 518. *d*. Qualiter verum ſit, quod Chriſtus crucifixus eſt, ut Clerus diteſceret, 518. *e*. Argumentum Wicleffi contra clerum, & monachos, 301. *b*

Cletus a Petro ordinatus Epiſcopus omne Sacerdotale miniſterium Romæ vivente Petro exhibebat, 403. *a*.

Cœleſtius non Epiſcopus, ſed Presbyter, 489. *a*. in *n.*

Cœlestinus I. Papa Perigenem inſtituit Corinthiorum Epiſcopum, 548. *d* Et Proclum Conſtantinopolitanum, 549. *a*

Coactio libertatem non tollit omnino, 130. *e d* r. 131. a

Cœlum dicitur primus angelus, 52. *e* quomodo ſit cauſa temporis, 60. *e*. hoc nomine vocabatur materia, quam primo Deus creavit, 66. *a*

Cœnobitæ, primum monachorum genus, 719. *a* imitantur Apoſtolos, 721. *a*. eorum antiqua converſatio deſcribitur, 728. *a b*.&c.

Collegia Eccleſiarum Cathedralium, Univerſitatum atque Studiorum quam rite & laudabiliter inſtituta, 612. *a*. ab Apoſtolis normam accepere, *ibid.* ea ædificare laudabile eſt, 614. *c*. iis hortatur Auguſtinus eleemoſinas dare, *ibid.* calumniæ paganorum contra collegia chriſtianorum, 613. *b*.refelluntur a Tertulliano, *ibid.* *e*

Colobium veſtis monaſtica, 795. *d*

Collyridiani hæretici fœminis ſacra faciendi poteſtatem dabant 637. *a*. in *n.*

Commune eſſentialiter deterius eſt minus communi, 743. *b*

Communio malorum non maculat participatione Sacramentorum, ſed conſenſione factorum, 325. *a*. quare nemo a communione omnium gentium juſte ſeparare ſe potuit, 321. *e*.prima ratio, qua quis a communione Sacramentorum exciderit, eſt quia ab ejus unitate excaſſit, 322. *d*

Concilia quotannis celebranda, 382. *e*.ipſis adeſt ſpiritus Sanctus, 376. *c*. 381. *e* 382. *a b* &c. ſaluberrima eſt eorum authoritas, 377. *d*.quid in conciliis faciant, & quid ſint dyſcoli, 376. *d*.ibi paucorum eſt invenire quod proderit, multorum autem eſt conſentire, ut robur habeat res inventa, 378. *d e* &c. 383. *c*. cauſæ convocandi concilii, 379. *e* 382. r 380. *e*. in *n.* durante perſecutione non poterant Eccleſiæ Patres ad concilia convenire, 381. r.reddita pace tot ſuffocabantur hæreſes, quot celebrabantur concilia *ibid.* *d*. chriſtianitas in plures hæreſes ſciſſa eſt quando Epiſcopi non poterant convenire ad concilia, *ibid.* concurſus multorum in conciliis dat plenitudinem authoritatis, 382. *d*. in multitudine non conſenſus, ſed præcipue teſtimonium attenditur, 13. in *n.* non legitur quod Apoſtoli laicos ad concilia vocave-

caverint, 382. a. poſſunt vocari laici, ſi fidei negotio videatur expedire, 383. a. quomodo diſcernenda a pſeudoconciliis, 14. a. A fidelibus ſunt credenda, ibid. S. Paulus concilii authoritatem exquirit, ibid. Quid nunc præſtent concilia, 353. e

Concilium generale eſt imago Eccleſiæ catholicæ, 376. b. eſt Eccleſiæ conſimile in authoritate, ſed diſpar in pondere, ibid. conciliorum generalium probatur authoritas contra Wicleffum & modernos hæreticos, ibid. c d. concilia generalia præferuntur aliis in authoritate, 381. e. concilium generale diſceptationem Patrum Africanorum finivit, 384. a. conciliis generalibus cedunt provincialia in authoritate, ibid. e. concilia generalia priora quomodo poſſint a ſubſequentibus generalibus emendari, ibid. 385. a. ipſis cedunt cuncta ſcripta Pontificum & Doctorum, ibid. quo ſenſu S. Gregorius quatuor prima concilia comparet Evangeliis 348. c. concilia generalia non ſunt Eccleſia ſymbolica, 341. a. repræſentant Eccleſiam, ſed non ſunt proprie Eccleſia catholica, 376 a. 334. e. in n. non ſemper dant teſtimonium fidele, 334. b. ea aliquando erraſſe conſtat, ibid.

Concilium Apoſtolorum de ceſſatione legalium, 260. d. fuit proprie primum concilium, ibid. f. in n. concilium Melitenſe a Paulo celebratum figuram geſſit concilii provincialis, 383. a. concilium Nicœnum majus pondus authoritatis habet ſuper omnia concilia, citra Apoſtolica, 17. e. 420. e. damnavit Arium, Sabellium, Photinum, eorumque ſequaces, 439. e. declaravit antiquum conſubſtantialitatis articulum, non creavit de novo, 353. e. crux & nomen Jeſu in numero Patrum Nicæni concilii deſignantur, 382. a. concilium Ariminenſe, 334. f. in n. in quo erraverit, ibid. Conſtantinopolitanum quiniſextum cœlibatum damnavit, aliaſque romanæ Eccleſiæ veteres obſervantias, ibid. g. in n. Epheſinum ſecundum in quo erraverit, ibid. h. in n. Carthaginenſe II., 441. a. 492. c. in n. Milevitanum, 11. f. in n. Carthaginenſe III. 382. c. Toletanum IV. 460. c. concilii Conſtantienſis decretum de authoritate generalis concilii, 385. a. in n. concilium Londinenſe contra Wicleffum, 618. e. in n. Gallicanum contra Pelagianos, 4. concilium Nicœnum Trhaciæ, 14. in n. concilium terræmotus, quare diceretur a Wicleffo concilium Londinenſe, 473. b. in n. concilium Sardicenſe, 189. e. in n

Concupiſcentia origo omnis prævaricationis 131. d. 137. c

Congregatio eſt propria creaturarum irrationalium, 280. a b

Conjugati ſignificantur in Job, 298. a. ſic agendum cum conjuge, ſicut Chriſtus cum Eccleſia, 323. a

Conradus Tremonius Waldenſi perpetuo ſe addicit, XVI. n. 10.

Conſecratio Joſve a Moyſe non Sacerdote cur facta, 508. a. &c. quæ requirantur in conſecratione principis, 507. d. conſecrationes Eccleſiarum ſolis incumbunt Epiſcopis, 550. c. ex veteri teſtamento habent originem, ibid. e.

Conſtantinopolitani Epiſcopi primatum frequenter uſurpabant, 418. e. hujus ambitionis ortus, proceſſus & exitus, 419. a. in n.

Constantinus Imperator, quot bona Eccleſiæ contulerit, 501. a. ejus edicta pro Eccleſia Deus formavit, ibid. quando mortuus, 507. a. in n. cum ex neceſſitate cauſam Eccleſiaſticam judicaſſet, veniam petiit, 680. b. dedit licentiam chriſtianis libere congregari, 381. d. quam falſo eum accuſet Wicleffus 953. e. &c. inter ſanctos relatus, 9 6. a

Conſtantius electus Mediolanenſis Epiſcopus 548. b. pro eo ordinando ſcribit ſanctus Gregorius Magnus, ibid. c.

Conſules, unde ſic dicti, 529. b

Contemplari beneficia divina eſt præcipua gratia, 718. e. ne iſta gratia deeſſet Eccleſiæ Chriſti, religioſi viri inſtituti ſunt, ibid.

Contemplativi a labore manuum ſunt eximendi, 918. a b. &c.

Continentes ſignificantur in Daniele, 298. a.

Continentia conjugalis eſt fructus trigeſimus in grano Evangelico, ſexageſimus vidualis, centeſimus virginalis, 750. b. 752. a. tempore Apoſtolorum erant qui continentiam vovebant, 776. e. 777. a.

Continuum ex partibus diviſibilibus in infinitum ponit Auguſtinus, 86. b, c. &c. ex finitis indiviſibilibus illud facit Wicleffus, ibid. a

Convocatio eſt proprie creaturarum rationalium, 280. a. b

Cornelius centurio ante baptiſmum non fuit membrum Eccleſiæ, 282. e. ad Petrum jubetur mittere propter doctrinæ unitatem, 322. d.

Cornelii Papæ Epiſtolæ ad diverſos recenſentur a Hieronymo, 475. c.

Corpus quid ſit, 175. a. eſt locus naturalis ſpiritus rationalis 198 r. templum ſpiritus ſancti, 206. d e. componitur ex partibus infinitis, non actu, ſed potentia tantum, 89. d. mutari poteſt in corpus, non in animam, 83. b. r. in ſpiritum mutandum fore in reſurrectione cenſuit Origenes, 192. a. in n. & Euthychius, ibid. non eſt homo, ſed hominis, 229. d. corporis humani prærogativæ, 207. a. in corpore mortuo remanet forma corporis quanti & qualis, non forma vitalis, 200. e. forma corporis mortui eſt forma completa, ibid. vinculum naturale inter corpus & animam, 202. b c. corpus magnum, ſeu eſſentia corporea a Wicleffo effiсta, 88. c. membra corporis paria in natura, diſtincta in officio, 319. e. corporis pulchritudo in quo conſiſtat, 195. e.

Correctio Sacerdotalis longævior, quam regalis, 471. b.

Corruptio non eſt adnihilatio, 112. b.

Creatio quid ſit, 110. b. non eſt productio de puro eſſe intelligibili, 99. b. 110. d. 111. a. eſt productio de omnino nihilo, 99. e. 100. a. 107. 113. e. 114. c d. Deo tantum competit, 110. b. creatio & adnihilatio ſunt mutationes primæ, 102. b. creationi neceſſarium eſt habere poſſe adnihilationem, in ratione mutationis oppoſitæ, ibid. e. ad creationem individui non requiritur, quod nova ſpecies creetur, 107. b. concurſus Dei cum creatura eſt ſecunda creatio, ibid. c. 112. b. creationes quotidianæ ſecundum ſuppoſita, 109. d. novam ſpeciem poſt diem ſeptimum Deus non creavit, 109. d.

Creatura eſt in potentia Dei productiva, ſecundum omnem gradum eſſentiæ ſuæ poſſibilis, 53. d. creaturarum cauſa in ſola mente divina, 88. d. quomodo creatura ſit in Deo, 37. e. 40. a b. & quomodo vita in Deo, 36. b c. &c. 37. c. Paulus cavebat dicere eſſe Deum quamlibet creaturam, 37. d. non eſt ejuſdem ſubſtantiæ cum Deo, ibid. nullo modo eſt Deus, 39. e. quomodo vivat in Verbo, 40. a b c. non eſt coæterna Deo, etſi in eſſe intelligibili ſit ipſi coæterna, 42. a. &c. 44. b c. habet eſſe diminutum in Deo, & quomodo, 45 a c d. quomodo in Deo habeat eſſe completum, 46. a b. ſubjective in Deo ſunt creaturæ imperfectæ, 46. d. omnes ſunt æternaliter, & ſecundum quamlibet rationem vita in Deo, 53. e. quomodo eſſent, antequam fierent, 56. a. omnis creatura habet eſſe per participationem a Deo, 69. a. magis participat quæ eſt perfectior, ibid. triplex eſſe creaturæ in ordine ad Deum, 74. b. ejus eſſe obedientiale ad maſſam figuli comparatum, 75. d. Deus ſtatuit numerum creaturarum, 84. e. eſſe creaturæ intelligibile, potentiale, exiſtens, 64. a. hoc triplex eſſe comitatur triplex non eſſe, ibid. 67. e. quomodo hoc triplici eſſe abuſus fuerit Wicleffus, ibid. creaturæ habent neceſſariam dependentiam a Deo, 103. a. duplici ſunt modo producibiles, 75. c d. 76. a. in æternitate ſimpliciter non erant, 41. c d. &c. quomodo intelligendum dictum Auguſtini, quod creaturæ in eſſe cognito erant & non erant creaturæ, 44. b c. ut creatura vere ſit, non ſufficit quod ſit Deo præſens, 61. b c.

Creatura in ſe tunc habet verum eſſe quando eſt in ſtatu exiſtentiæ 45. a. 61. b. 66. e. creaturæ in eſſe ſuo intelligibili ſimpliciter non ſunt 65. e. 67. a. etiam in ſtatu exiſtentiæ habent admixtum non eſſe, ibid. c. 62. a. non habent verum eſſe, quia mutabiles ſunt, 58. a. 67. d. 69. a. creata natura procedit de imperfecto ad perfectum, 45. d. nulli competit eſſe vere ſimpliciter, 59. b. omnes creaturæ tendunt in non eſſe, ibid. d. ſunt mutabiles in eſſentia ſua, 62. d. creatura non eſt comparabilis cum creatore, 218. e. quomodo poſſit cognoſcere Deum, 73. c. in n. quomodo includat non eſſe, 103. a. ex creatione ſua habet mutabilitatem ſuam, 102. a c. 116. a. etſi adnihiletur, nihil derogatur divinæ bonitati, 103. b. omnes virtute Dei manent, atque ſubſiſtunt, 112. d. illa eſt melior, quæ nulla inobedientia deſerit Deum, 137. b. nulla ad id cogitur, ibid.

Creatura quælibet eſt Deus, dicebat Wicleffus, 34. a. eſt blaſphemia horrenda, 37. b. id dixerunt Aratus & Virgilius, ibid. d. refelluntur alii errores Wicleffi, præſertim quod fuit creatura antequam incœpit eſſe, 41. b. &c. ipſe Wicleffus nolebat prædicari, quod creatura ſit Deus, 51. a.

Crux figurata in numero trecentenario Patrum Nicæni Concilii, 382. a.

Cuculla quid ſit, 795. c. quid ſignificet, ibid.

Cupiditas eſt improba voluntas, 133. a.

S. Cyprianus ceſſiſſet in quæſtione de rebaptizandis hæreticis, ſi tunc jam a concilio generali definita fuiſſet, 380. a.

Cyrus habuit a Deo regna terræ, 686. b. ut de idololatra fieret cultor veri Dei, 692. c. quare erga Judæos bene affectus, ibid. d.

Cyrus Monothelita, 476. b. in n. damnatur a Papa Martino, ibid. e.

D

Dæmones ſunt teſtes fidei confeſſione, non profeſſione, 394. e

S. Damasus a Caſſiodoro laudatus, 478. a. ad illius fidem cogebant hæreticos catholici Epiſcopi, 490. e A Wicleffo dictus Cæſareus, 369. e

Daniel vir ſanctus & caſtus in deſideriis 302. d. per eum ſignificantur religioſi amatores quietis, ibid. e

Dantes quomodo accipientibus beatiores, 667. e

Datio non facit ſtatum, ſicut nec acceptio, 667. e

David imago Dei & Chriſti, 650. a. in eo

boni

boni ſubditi deſignantur, 596. *a.* ejus regnum in Jechonia habuit excidium, 653. *d.* ejus ſolium figura regni Chriſti, 657. *c.* ſemen David æternum in ſolo Chriſto, 658. *a.* unctus quidem Rex per hominem, ſed Dei juſſu, 667. *d.* ipſi præbebat inſolentiæ cauſas nobilitas, 657. *a.*

Decani unde ſic dicti, 897. *d.* ſupplent vices Epiſcopi, 573. *c.* unde ortum habeant, *ibid.*

DECIMÆ ſolvi debent paſtoribus Eccleſiæ, & illi juſte eas exigunt, 581. *b c d.* &c. quantum peccent qui illas ſubtrahunt, 583. *a c.* bona temporalia decimantibus a Deo promiſſa, *ibid. b c d.* etiam cum cenſuris, & afflictione exigendæ, 584. *a b c.* Chriſtus eas tacitus exigit, *ibid. d.* decimas non dans res invadit alienas, *ibid. e.* neque debent retineri in uſus pauperum, 585. *a.* Paſtores non debent eas exigere propter ſuum commodum, ſed propter honorem Dei, & meritum decimantis, *ibid. c d e.* tenentur eas exigere, 586. *a b.* dandæ ſunt paſtori etiam malo & delinquenti, 587. *b c d e.* &c. 589. *a b.* &c. dominus decimæ Deus eſt, *ibid.* Phariſæi decimas dabant, *ibid. d.* duplex error de decimis, 581. *e*

Dedicatio ſanctitatem auget Eccleſiæ, 551. *a b c d*

Definitio quomodo recte inſtituatur, 180. *e*

Denarius S. Petri quid, xxv. *e* in *n.* ſub Rege Eduardo III. non abrogatus, *ibid.*

Detractio falſa ſervis Dei auget mercedem, 617. *a*

Detractores caveant, ne contra ſervos Dei linguam exerceant, 617. *a b c d*

DEUS nihil vere dicitur, niſi quod ipſe eſt per eſſentiam, 35. *c.* quod dicitur Deus ſecundum eſſe cognitum, non eſt ſimpliciter talis, *ibid.* quod eſt ſimpliciter Deus uno modo, talis eſt omni modo, *ibid. d.* quod non eſt ſimpliciter uno modo Deus, nullo modo eſt Deus, *ibid.* Hoc ſolo Deus eſt, quo ſubſtantialiter eſt, 39. *e.* Deus nec eſt creatura, nec habet creaturam intrinſecam ſibi, 53. *b.* vere eſſe ſibi ſoli appropriavit, 57. *c d.* 61. *e.* 62. *b* 63. *a.* illi ſoli convenit, *ibid.* 58. *a b* 66. *d e.* ſolus vere eſt, quia incommutabilis eſt, 58. *b.* 59. *c d.* in eo non fuit materia æterna, 65. *c d.* tranſcendit eſſe æternum creaturarum, 68. *c.* in Deo quomodo ſint creaturæ, 37. *e.* non minus eſſet Deus, etſi per impoſſibile non eſſet ipſi filius, 39. *d.* & ſi non eſſet ipſi creatura, *ibid.* quid in eo importet eſſe principium creaturæ, *ibid.* erit omnia in omnibus in ſtatu finali poſt reſurrectionem, 47. *d.* 48. *a b.* erit omne bonum, quod poteſt ab hominibus concupiſci, *ibid. d* 49. *a b.* non inde eſt rerum finis, unde eſt principium, 48. *e.* apud Deum omne præſens eſt, 61. *a.* contra illum omnes pugnant hæretici, 31. *e.* Dei cauſa cæteris præponenda, 32. *c.* Dei injuria nullatenus diſſimulanda, *ibid. d.* error Wicleffi refellitur, quod quodlibet ſit Deus, 37. &c. id viſum eſt Arato & Virgilio, *ibid. d.* hoc dogma prædicari vetabat Wicleffus 51. *a.* id dicere cavebat S. Paulus, 37. *d*

Deus quod ſit tres perſonæ non eſt in ſcripturis definitum expreſſe, 362. *b.* nec quod Pater ſit ingenitus, nec quod filius ſit homouſion, *ibid. c.* Deus Pater potuit a Chriſto transferre calicem paſſionis, 80. *b c d.* quare Pater alium non genuerit filium, 97. *e.* quod de ſe genuit, creaturæ non æquavit, 116. *a* Dei filius non eſt prædeſtinatus ad eſſe, 117. *e*

Dei voluntas regula omnium credendorum, & agendorum, 316. *d.* eadem voluntate facit Deus res eſſe, qua prius fecit non eſſe, 64. *e.* non perdendos, ſed emendandos homines jubet, 27. *b.* in Deo voluntas una, ſed effectus diverſi, 691. *e.* non ſit præter ejus voluntatem quod contra ejus ſit voluntatem, 692. *b.* qui Dei voluntati obviant in vivendo, ſæpe conveniunt in regendo, *ibid. c.* anima Dei voluntas ejus eſt, 779. *c.* voluntas Dei non poteſt ſibi ipſi eſſe contraria, 83. *a.* quæ ſunt in potentia cauſarum ſecundarum non inferunt neceſſitatem in Deo, *ibid. c d.* Dei voluntas non prædeterminat numerum damnandorum, 127. *d e.* &c. eſt cauſa rerum factibilium, & quomodo, 128. *b*

Dei omnipotentia cum ejus actuali creatione non æquatur, 71. &c. impotens eſſe nequit, 72. *d.* fatendum eſt Deum aliquid poſſe, quod nos inveſtigare non poſſumus, 73. *d.* multa poteſt facere quæ non facit, 74. *a.* &c. 77. *d e.* &c. quidquid facit, optime facit, 73. *a.* omnipotens eſt, non potentia temeraria, ſed ſapientiæ virtute, 75. *e.* falſum quod nihil niſi utilius & melius poteſt facere Deus, 77. *a c d.* potuit creare unum alium mundi redemptorem, 77. *c.* potuit omnia creare una die, vel biduo, *ibid.* potuit etiam quod non voluit, 78. *a* 82. *e.* quædam non facit de juſtitia, quæ poteſt facere de potentia, 78. *e.* potuit facere, ne Chriſtus taliter pateretur, 79. *b c d.* grandis blaſphemia negare Deo quod conceditur creaturæ, *ibid. e.* potuit aliter nos redimere, 81. *a b.* &c. modus quo nos redemit, fuit bonus & congruus, 80. *e.* 81. *a.* non ſufficit in Deo poteſtas, ſed debet eſſe æquitas poteſtatis, 81. *e.* ad omnipotentiam Dei pertinet multa poſſe producere quæ non producet, *ibid. d.* omnipotentia Dei falſe a Wicleffo deſcripta, *ibid. e.* vere ab Auguſtino explicata, 82. *a.* non omne producibile producit, 81. *e* 82. *a. b.* quomodo Dei potentia & voluntas ſint principium fiendorum, *ibid.* res dupliciter fluunt a potentia primæ cauſæ, *ibid. e.* ſic Deus eſt omnipotens, ut nunquam ſuæ rationis inſtituta convellat, 83. *e.* ſtatuit numerum creaturarum, 84. *e.* numeris potentiam ſuam non alligavit, *ibid.* ſpiritus ejus ſuperferetur mundo, non corporalibus locis, ſed excellentia poteſtatis, *ibid.* quamvis mundum creaverit, potuit non creare, 92. *b.* Dei poteſtas quantum a Wicleffo deprimatur, *ibid. e.* non eſt invidus, quamvis mundum non omni qua potuit perfectione creaverit, 95. *e.* poteſt etiam id quod capere non valemus, 97. *e.* quidquid facit eſt minus quam ſua poteſtas, *ibid. d.* omne poteſt, quod non includit peccatum, 98. *a.* poteſt utraque contradictoriorum, *ibid.* hoc ſolum non poteſt, quod ſi poſſet, eſſet impotens eo ipſo, *ibid.* poteſt adnihilare quod fecit, 100. *d e.* &c. nihil per hoc derogatur ejus bonitati, 103. *b.* de facto redigit ad nihilum ſubſtantiam aliquam, 101. *b e.* quomodo uſque nunc operetur, 107. *e.* continue creat, 108. *b e.* non creavit res ex præjacente materia, 109. *b.* nec ex prævio exemplari, 111. *b.* ſolus omnia fabrefecit, 115. *d.* quomodo poſſit adnihilare totum ſine partibus, 113. *a b.* poteſt malos ſalvare & perdere, 167. *d.* mirabilia recenſentur omnipotentiæ Dei, 197. *e.* refellitur Wicleffus, negans in Deo potentiam quæ non reducatur ad actum, 235. *e*

Dei ſapientia ſola continet cauſas rerum, 88. *d.* non omne quod comprehendit eſt finitum, 87. *e.* aliqua finita ſunt Deo, quæ in ſe ipſis, & noſtris aſpectibus ſunt infinita, 88. *b* eſt liber æternus, 104. *e*

Dei bonitas, hominum ſalutem quantum procuret, 120. *a.* vult ſanctificationem & ſalutem hominum, *ibid. e* 121. *a.* ejus electio & vocatio vim non inferunt, 122. *c d.* miſeretur & dividit iis, qui cum eo in deſerto permanent, 154. *b.* morienti homini Deus accurrit, ut ſpiret ad ſalutem, 147. *b.* Dei beneficia, quomodo peccatoribus noxia, 684. *c.* dona Eccleſiæ ſuæ ſtatui confert accomoda, 435. *e*

Dei præſcientia ſcit peccatores vitio proprio perituros, 129. *e.* neminem cogit ad peccandum, 130. *a.* non omnium quæ Deus præſcit, author eſt, *ibid.* quorum non eſt malus author, juſtus eſt ultor, *ibid. b.* nefas eſt negare Deum præſcium futurorum, 138. *a* 158. *c.* præſcit infallibiliter, qualitercumque res eſt futura, 144. *a.* non alia præſcientia, quam neceſſaria, ſpeculatur, 144. *e.* in futuris contingentibus non aliud intuetur, quam quomodo res contingens contingenter ad unam partem determinate perveniet, *ibid. e.* non inducit neceſſitatem, *ibid.* hæreticum eſt & blaſphemum dicere, quod Deus fallere, aut falli poſſit, 158. *c.* eſt oculus æternitatis, 159. *d.* ſic eſt præſcius omnium futurorum, ut nos tamen velimus quod volumus, 160. *a.* præſcius eſt voluntatis noſtræ, *ibid.*

Dei providentia neminem vult neceſſitari ad bonum, ne mercedem voluntatis amittat, 130 *e* 136. *e* 158. *e.* nullum neceſſitat, & neminem tentat, 131. *c* 137. *c* in bonis operibus pertractator eſt Deus, in malis inventor eſt diabolus, 131. *c* 158. *e.* non eſt author tentationis Judæ, 132. *c* non neceſſitat ad malum, 133. *e.* 137. *e.* volebat Judam a perditione ſubtrahere, 136. *e.* non autem neceſſitare, 137. *a.* non eſt Deus author peccati, ſed naturæ creator, 146. *a.* qua ratione ſit laudabilis in peccatis noſtris, 155. *d.* ſinit fieri malum, quia omnipotens poteſt de malo facere bonum. 156. *b.* non eſt catholicum dicere, quod Deus a propoſito & volitione directa præordinavit tale peccatum fore, *ibid.* nemini mandavit impie agere, 157. *e.* concurrit ad malum permittendo, ad bonum jubendo, 165. *a* non eſt injuſtus, ut diſpar meritum æquali mercede compenſet, 249. nomina ſua hominibus tribuit, 265. *b.* poſtquam priores rerum formas inſtituit, taliter & talia faciendi de cætero aliis creaturis curam injungit, 444. *a.* Imperatoris Conſtantini pro Eccleſia ipſe formavit edicta, 501. *a b.* omnes paſcit, 684. *d.* peccatorem quare paſcat Deus, *ibid. e.* quomodo bene utatur malis, 692. *a.* vetus error quod tantum bonis bona, & malis mala det Deus, 694. *d*

Deuthorenſes libri, 607. *b.* in *n.*

Diabolus plures habet prædicatores ad ſpargendas hæreſes, quam vera fides ſtrenuos laudatores, 642. *a.* profert ſcripturam, ut certet contra fidem, 12. *a.* quam ſolerter hæreticos decipiat, 22. *b.* bonam malis tribuit vitam ad decipiendos bonos, *ibid.* ſine ſuperbia non cecidiſſet, & non eſſet diabolus, 119. *b.* divina præordinatio eum non fecit diabolum, *ibid. c.* quomodo concurrat ad peccata hominum, 120. *e.* inter homines malos & dæmones, quæ differentia, 125. *a.* dæmones in æternum non convertentur, *ibid.* diabolus non eſt reus proditionis Judæ, 132. *c.* etiam dæmones ſunt ſubjecti Chriſto, 194. *c*

Diaconi non ſorte, ſed pura electione a diſcipulis electi 449. *e.* quomodo ordinandi, 547. *c.* quale eorum munus 572. iis fugiendum fœminarum conſortium, *ibid. e.* abſente Archidiacono, vices ejus ſupplent, 573. *a.* Diaconus nihil abſque proprii licentia Epiſcopi agat, 624. *b*

Diaconiſſæ ad quid in Eccleſia inſtitutæ, 613. *a.* in *n.*

Didragma, tributum, quod a capite familiæ exigebatur, 262. *a*

DIDYMUS accuſatus quod in ſubſtantia hominis præter animam & corpus ponat ſpiritum, 172. *a.* vindicatur, *ibid. b* in *n.*

Dignitates impiis & ſtultis ſæpe collatæ, abjectis piis & doctis, 579. *b c.* dignitas epiſcopalis nullis poteſt comparationibus adæquari, 647. *a.* &c.

DINA figura politiæ Eccleſiaſticæ, 679. *a. b c.*

DIOGENES paupertatis profeſſor, 705. *e.* 706. *a.*

S. DIONYSIUS Galliarum Apoſtolus, 3.

DIOSCORUS Alexandrinus, 189. *d.* in *n.*

Diſpenſatio quomodo facienda, ut ſit fidelis, 464. *c. d.* ratio diſpenſationum Eccleſiaſticarum, 466. *b c*

Diverſitas numeralis in Eccleſia Chriſti non recedit ab unitate Eccleſiæ, 314. *a.* in fide nulla debet eſſe diverſitas, ſed in converſatione vitæ, 316. *a.*

Divinitas in morte Chriſti deſeruit hominis perſonam & formam ſervi, 230. *e.* 231. *a b.*

Diviſiones gratiarum, miniſtrationum, & operationum, 285. *a.* ſecundum diviſiones gratiarum, habemus partes Eccleſiæ, *ibid.*

Dociles qui dicantur, & qui docibiles, 607. *b.*

Doctores apud hebræos quomodo vocati, 599. *b.* eorum exemplo doctores in Eccleſia inſtituti, *ibid.* diſtincti ſunt a paſtoribus, 600. *a.* doctores Antiochiæ, & Alexandriæ, 599. *b.* 600. *a.* ab Epiſcopo docendi facultatem obtinebant, 601. *c.* nomen Doctoris olim grammaticis & poetis commune, 607. *d.* juriſperitis tarde conceſſum, *ibid. c.* ſic vocabantur omnes ſancti Patres, 608. *a.* dicuntur canes, & cuſtodes gregis Chriſti, 628. *b.* ſunt oculi Eccleſiæ, 306. *c.* ſunt veluti montes, 152. *b.* quomodo adverſus hæreticos diſputare debeant, 28. *a.* 35. *a.* quomodo docere & publice loqui, 210. *a b.* doctores omnes citra primum millenarium improbat Wicleffus, 14. *d.* de eorum libris caute judicandum, 351. *d. c.* veriſimile eſt eam eſſe definitionem univerſalis Eccleſiæ, cui multi ſancti doctores in una fide conveniunt, 352. *a. b.* locum tenent in Eccleſia poſt paſtores, 597. *c.* doctores & magiſtri rite inſtituti ſunt in Eccleſia, 598. *a b e d c.* &c. optimus doctor ſimul cum ſcientia influit charitatem, 606. *c.* præceptores theologiæ recte vocantur doctores, 607. *a b.* &c. eorum duo munia, 27. *a.*

Doctrinæ uniformitas in Apoſtolis magnum prodigium, 329. *d.*

DOCTRINALE Thomæ Waldenſis cur ſic inſcriptum, 2. non evulgatum quin prius a Summo Pontifice probaretur, *ibid.* antiquam exhibet Eccleſiæ traditionem, 25. *c.*

Dominium quid ſit, 969. *c.* civile per ſe non includit neceſſario peccatum, 682. *c. d.* plus eſt dominari hominibus, quam rebus, 946. *d.*

DOMINUS etſi ſit in peccato mortali, vere adhuc dominatur, 683. *b c d e.* &c. 686. *a b c d c.* &c.

Dona proprie ſunt Dei, munera hominum, 688. *a.* ea confert Deus bonis & malis, *ibid. c.* quare nec ſolis bonis, nec ſolis malis dona ſua det Deus, 688. *e.* 689. *a.*

Donatio quid ſit, 688. *a. ibid.*

DONATISTÆ hæretici unde ſic dicti 12. in *n.* dicti quoque *Montenſes*, & *Campitæ*, 3. in *n.* eorum errores. 12. in *n.* Africæ & Romæ infeſti, 3. in *n.* quando exorti, *ibid.* Romæ habere Epiſcopum ambierunt, *ibid.* maxima eorum ſuperbia in eo quod ponerent Eccleſiam ſuam ex ſolis prædeſtinatis, 277. *c.* ex eo damnantur, quod in ſola Africa apud ipſos conſiſtere Eccleſiam dicerent, 329. *a.* 334. *b.* in cauſa ſuæ hæreſis appellarunt ad Cæſarem, 677. *b.* ab eo damnati, ejus contempſerunt edictum, *ibid. c.* cæſarem accuſarunt, 485. *b*

Dos temporalis paſtoribus Eccleſiæ non vetita, 539. *c d.* &c. eam habebant Sacerdotes veteris legis, 757. *c.* dominium rerum temporalium in Eccleſiaſticis non eſt ſuperbiæ, ſed humilitatis argumentum, 943. *a b c.* eorum adminiſtratio non eſt clericis inconveniens, 944. *a b.* &c. refellitur Wicleffus aſſerens non fuiſſe dotem in Eccleſia per tria prima ſæcula, 946. *a b.* &c. quare Eccleſia non fuerit dotata in Judæa, 953. *a.* Dotatio Eccleſiæ ex jure divino, 954. *d e.* quæ a laicis conſecrata ſunt Eccleſiæ, non debent ab ipſis iterum reſumi 959. *a.* &c. in caſu magnæ egeſtatis debet ſubveniri principibus & laicis perſonis de bonis Eccleſiæ, 962. *a b.* &c.

E

ECCLESIA græce, latine dicitur proprie *Convocatio*, 280. *e.* 289. *d.* eſt congregatio omnium vocatorum, catholica ſocietate junctorum, 280. *a.* ſub obedientia legitimorum paſtorum, *ibid. b.* populus Dei dicitur Eccleſia ob meritum fidei, & ſcientiæ majoris, *ibid. a.* eſt congregatio non electorum tantum, ſed omnium vocatorum, *ibid. b.* eſt prædeſtinatorum univerſitas, dicebat Wicleffus, 274. *e.* 276. *b c.* idem docent moderni hæretici, *ibid.* in *n.* ſic Wicleffus ſtravit viam dyſcolis ad rebelliones, *ibid.* ſicut & Donatiſtæ 277. *c.* quare Wiclevitæ ex ſolis dicant prædeſtinatis conſtare Eccleſiam, 278. *e.* ſocietas catholica neceſſaria Eccleſiæ, 280. *e.* omnis non renatus alienus eſt ab hac Eccleſia, 281. *e.* 285. *d.* quo ſenſu virgo ſit & caſta, 283. *d.* fuit ab initio mundi, 285. *c.* dicitur glorioſa, quia aquæ lavacro regenerata, *ibid. d.* quia præparatur ut talis ſit 286. *b.* &c. dicitur catholica, quia univerſalis, 289. *d.* vocabula ſummæ laudis intelligi debent de ſola Eccleſia glorioſa, 294. *a.* extat quædam Eccleſia omnium electorum, 285. *c.* Eccleſia prædeſtinatorum ſuper nos eſt, 274. *e.* quare vocetur regnum cœlorum, 276. *b.* Dei tantum Eccleſia eſt, 671. *a.* Eccleſiæ politia Dinæ comparata, 679. *a b c.* Eccleſia veluti navis, 577. *c d.* arca Noe 525. *a.* granum ſinapis, 526. *b.* Beata virgo figura Eccleſiæ, 522. *d.* ex paupertate contendit ad gloriam, ex divitiarum cupiditate a dignitate deſcendit, 521. *e.* poteſt conſiderari ut habens maculam, & non habens maculam, 609. *d.* credere Eccleſiam quid ſit. 345. *b*

Eccleſia corpus Chriſti individuum 307. *a.* 320. *a.* individuatur a ſuis Sacramentis, *ibid. c.* anima Eccleſiæ Spiritus Sanctus, 321. *a.* clerici locum tenent ſenſuum a ſurſum uſque ad humeros, 320. *e.* ſecundum locum in pectore tenent monachi, *ibid.* tertium laici a pectore uſque ad talos *ibid.* caput eſt Sacerdos, infirmi ſunt pedes, 266. *a.* qui ſint pes, manus, oculus, os, cor, collum, lumbi præcincti, 306. *c d c.* humores mali ſunt non ſoli præſciti, ſed etiam prædeſtinati perverſi, 293. *b.* &c. nervi, venæ & arteriæ ſunt fides, ſpes, & charitas, 320. *c.* cibus lex Chriſti, 221. a Eccleſia ſanctorum eſt corpus Chriſti, ſecundum ſuam excellentiam, 290. *a b.* erat infans in veteri teſtamento, 346. *c.* poſt tempora Apoſtolorum non potuit amplius creſcere, & quare, *ibid. d.* 353. *a.*

Eccleſiæ partes tres facit Wicleffus, male eam dividens in militantes, gaudentes & dormientes, 284. *c.* 295, *c.* tres partes Eccleſiæ ſunt & gradus, ſecundum diviſiones gratiarum, 285. *a.* in primo gradu ſunt electi ſine crimine, *ibid.* in ſecundo electi peccatores, *ibid. b.* in tertio flagitioſi atque præſciti, *ibid.* horum trium una præſens eſt Eccleſia, *ibid.* ſine firmis & infirmis non eſt Eccleſia, 244. *d.* majoritas & minoritas in Eccleſiæ ordinibus probatur, 249. *a b.* diviſio Eccleſiæ, quam facit Wicleffus in clericos milites & vulgares, refellitur, 296. *a.* &c. recenſentur quinque ſtatus Eccleſiæ juxta Hugonem 297. *c.* adæquata partium Eccleſiæ diviſio in tres ſtatus, in paſtores, continentes, & conjugatos, 297. *c.* probatur hæc diviſio, 298. *a b c.* &c. in omni Eccleſiæ ſtatu miſcetur reprobus cum electo, 299. *c.* alia Auguſtini diviſio in tres partes, nempe rectores, monachos, & plebejos, 302. 303. *e.* 304. *c.* tres in Eccleſia ordines, orantium, agricultorum, & defenſorum, 305. *a.* flagitioſi ſunt in Eccleſia, non autem qui unitatem diſſipant Eccleſiæ, 221. *d.* 222. *a.*

Eccleſiæ membra juxta Wicleffum non poſſunt in peccatum finalis impœnitentiæ cadere, 276. *b.* Eccleſiæ membra ſunt reprobi quamdiu aut ſocietatem non exeant, aut ab ea non ejiciantur, 280. *b.* electi extra ſocietatem catholicam non ſunt infra Eccleſiam, *ibid. c.* ejectus ab Eccleſia, non propter hoc deſinit eſſe electus, *ibid. d.* ita reprobos ſuſtinet, ut eorum improbitatem non admittat, 283. *e.* Eccleſiæ membra diſtinguuntur ſecundum diverſitatem bonorum operum, 306. *b.* Eccleſiæ caput eſt Chriſtus, 294. *d.* 307. *a.* non omnes prædeſtinati ſunt membra Eccleſiæ, 394. *b.* prædeſtinatus non eſt membrum Eccleſiæ ante baptiſmum, 393. *b.* membra Eccleſiæ generat charitas, *ibid.* triplex genus membrorum Eccleſiæ, 389. *c.* 393. *d.* fideles baptizati ſunt membra Eccleſiæ non reputative tantum, ſed vere, 390. *a.* 392. *a.* probatur quod non ſoli prædeſtinati ſunt membra Eccleſiæ, 389. *d. c.* 390. 391. &c. qui ſunt membra poſſunt non eſſe membra, ſi ſe præſcindant per hæreſim, aut finale delictum, aut ſi authoritate Eccleſiæ præſcindantur, 392. *a.* 394. *a.* membrum putre Eccleſiæ quale ſit, 392. *d.* membrum Chriſto conjunctius eſt qui non tantum fide, ſed & charitate eſt præditus, 392. *e.* membrum conjunctiſſimum eſt qui non ſola fide, ſed ſpe, & perſeverantia finali Chriſto jungitur, 393. *b.* omnis fidelis eſt membrum de primo membro Petro, 397. *b.*

Eccleſiæ filii ſunt etiam mali, 288. *c.* non omnibus, qui intra Eccleſiam ſunt, conveniunt præconia filiorum, 294. *a.* omnes Eccleſiæ filii fundant civitatem ſpiritualem 616. *c.*

Eccleſiæ unitas noſtro ſacrificio commendatur, 307. *a.* unitas eſt prima ratio individuationis Eccleſiæ, 322. *d.* Eccleſiæ unitas loquitur omnium linguis, 354. *e.* ſolius catholicæ Eccleſiæ prærogativa quod idem ſemper & ubique docuerit, 404. *a.* ab una Chriſti Eccleſia cæteræ derivantur, 396. *d.* Eccleſia Chriſti una eſt, non unica, 313. *d.* ſeptem Eccleſiæ una ſunt Eccleſia catholica, 317. *c.* una Eccleſia ex omnibus, 318. *d.* quomodo ſit una, 332. *b.* ex unitate dicitur columba, *ibid. d*

Eccleſia catholica quæ ſit, 327. *c.* quare ita vocetur, 326. *d e* 329. *c* 332. *c.* quomodo poſſit cognoſci, 328. *a.* eſt catholica per extenſionem tam loci, quam temporis, 327. *b.* recte ſignificatur vocabulo lunæ, *ibid.*

ibid. c. non eſt nova, 328. *e* eſt coæva Chriſto & ſcripturæ, 351. *a.* non habet proprios libros ſed in cordibus fidelium inſcribitur, *ibid. b.* extra illam nulla ſalus, 369. *b.* tradit omnia quæ ſunt de neceſſitate ſalutis vel explicite vel implicite, 370. *a*, eſt ſponſa Chriſti, 371. *b*

Eccleſiæ authoritas non poteſt augere numerum librorum canonicorum, 348. *b.* ſufficit gloriæ Eccleſiæ quod hoc olim potuerit, *ibid. c.* ſine Eccleſiæ authoritate non poteſt aliqua ſcriptura legi, aut haberi pro certa, 349. *a.* in excellentia Scripturarum dignoſcitur Eccleſiæ authoritas, 350. *e.* in quo authoritas Eccleſiæ accedat authoritati ſcripturarum, 351. *c.* veriſimile eſt eam eſſe definitionem univerſalis Eccleſiæ, cui multi ſancti Doctores in una fide conveniunt, 352. *a b.* Eccleſia præſens eſt æque potens ut olim, 353. *a.* teſtimonium Eccleſiæ eſt objectum fidei, 351. r. ut eſt objectum fidei, præponitur, Epiſcopis & conciliorum tractatibus, *ibid. a.* ſubjicitur libris Scripturæ Canonicæ, 349. *e* 350. *a.* &c. 351. *a.* &c. non poteſt augere numerum articulorum fidei, 353. *a.* &c. Probatur, quod præter Scripturas attendenda eſt Eccleſiæ authoritas, 362. *a.* &c. quare non ſemper reſpondeat hæreticis, 366. *e.* teſtatur Scripturas eſſe veriſſimas, 371. *b.* penes ſe habet multa, quæ in Evangelio non ſunt deſcripta, 372. *d.* pugnantes contra Eccleſiam confringuntur, 373. *d.* gradus attendendi in authoritate Eccleſiaſtica, 384. *b.* Eccleſiæ præſenti obediendum eſt ſub pœna contumaciæ atque perfidiæ, 384. *e* 385. *a b.* Scipturæ canonicæ, & Eccleſiæ ſymbolicæ authoritas, omnibus præponenda, 384. *c.* non poteſt novam cudere doctrinam a Chriſto, a Scripturis, ab Apoſtolis non traditam, 328. *e* a Chriſto poteſtatem accepit ſimul cum Petro, 429. *a b.* cum Eccleſia excommunicat, in cœlo ligatur excommunicatus, *ibid.* claves accepic regni cœlorum ſimul cum Petro, 435. *b*

Eccleſia templum Dei, 747. *b*

Eccleſiæ regnum, medium eſt inter regnum tranſitorium, & regnum cœleſte, 656. *a.* in regnum Eccleſiæ, tamquam in finem ſingula regna reſolvuntur, 655. *c.* eſt regnum Chriſti, 656. *a.* eſt regnum ſpirituale, & veritas, in quam reſolvitur Judæorum regnum carnale, *ibid. a b.* per judicium atque juſtitiam multiplicatur in orbe, 657. *b c.* quo ſenſu Eccleſia reducenda ſit in monadem, 669. *b.* votum eſt Spiritus ſancti, ut juriſdictio Eccleſiæ dilatetur per totum orbem, 504. *d c.* ejus regimen non monarchicum excludit, ſed ariſtocratia temperatum commendat Waldenſis, 251. *a.* in *n.* quare vocetur regnum cœlorum, 275. *b.* ut Eccleſia regnet cum Chriſto, ſufficit quod in ſuis regnet electis, 294. r. pro merito populi datur rector Eccleſiæ, 450. *e.* quando Eccleſia cœperit eſſe domina gentium, 498. *c.* terrena gloria ei tribuitur, ut multiplicius ad cœleſtia provehatur, 499. *e.* non eſt uno loco contenta, ſed totum occupat mundum, 504. *b* Non ſoli electi præficiendi in regimine Eccleſiæ, 276. *a.* non ſoli a cenſuris ſervantur immunes, *ibid.*

Eccleſiæ bona, quare dicantur patrimonium Chriſti, 518. *d e.* quæ offeruntur Eccleſiæ habent rationem debiti, & ſpontanei, 519. *d e.* Eccleſia ante Urbanum I. Papam poſſidebat agros & domos, 407. r 930. *a.* in *n.* & ante Conſtantinum 408. *a.* Bona Eccleſiæ mixti juris ſunt: jure poſſeſſionis ſunt Eccleſiæ, jure tributi ſunt Cæſaris, 671. *a.* a maxima paupertate paulatim crevit ad divitias, 823. *a.* non reprobatur a Deo, etſi temporalibus affluat, 499. *d c.* ad quem uſum ſuſceperit dotem, 930. *c.* bona Eccleſiæ recte dici poſſunt *ſanctia*, 933. *a.* ſunt de jure divino, 936. *d.* quare ſæculi divitias Deus Eccleſiæ ſuæ dederit, 951. *d.* in caſu egeſtatis debet ſubveniri principibus, & laicis perſonis de bonis Eccleſiæ, 962. *a b.* bona Eccleſiæ non ſunt propter Prælatos, ſed propter Eccleſiam, 970. *a.* eorum dominium & proprietas reſidet penes Eccleſiam, 970. *c.* quomodo diſpenſanda, 977. *b.* &c.

Eccleſia Romana eſt univerſalis Eccleſia, 458. *b c.* ſuper ſe Metropolitanum habere non poteſt, 445. *a.* ſacri Canones ſuæ interpretationis authoritatem Romanæ Eccleſiæ reſervant, 463. *b.* ipſi obedit omnis occidens, 471. *a.* in *n.* ipſi a Domino tradita eſt ſummarum diſpenſatio cauſarum, 480. *a b r d.* ſuper ipſam univerſa Eccleſia conſtructa eſt, *ibid.* eſt locus, unde fluxit ab exordio ſapientia chriſtiana, 493. r. tota per orbem confitetur Eccleſia, quod Romana Sedes hucuſque intemerata permanſit in fide, *ibid. d.* quid ſit Eccleſia Romana, & quomodo non poſſit deficere, *ibid.* in *n.* niſi conſtantius cæteris Eccleſiis fidem docuiſſet & defenſaſſet, defeciſſet fides Chriſti ab habitabili terra noſtra, 494. *c.* in doctrina Chriſti eſt impeccabilis, *ibid. e* Hæretici de fuco ſaltem Romanæ fidei ſuas hæreſes colorare ſoliti, 475. *e.* unde ſuam habeat authoritatem, 496. *a b.* fides Romanorum eſt fides annuncianda mundo, *ibid.* eſt plus quam fides Jeroſolomytanorum, *ibid.* per eam ſubditur orbis Deo, 496. *c.* ſuper omnes Eccleſias immaculata manet, *ibid. e.* omnium obturat ora hæreticorum, 497. *a.* contra eam portæ inferi non prævalebunt, 496. *d.* ſigna gerit certiſſima, quod ſit primæva proles, & hæres majoris Eccleſiæ, 531. *b.* ob hæreſes plus aliis Eccleſiis affligitur, *ibid.* mater eſt omnium Eccleſiarum, 472. *d.* ratio ſpecialis hujus maternitatis, *ibid. c.* non ſola Occidentalis, ſed Orientalis quoque natio Romanæ Eccleſiæ olim ſubjecta, 473. *b.* &c. Pontifices Romani, qui in Orientali Eccleſia juriſdictionem exercuerunt, 474. &c. Græci a tempore converſionis ſancti Pauli fuerunt Romanæ Eccleſiæ ſubjecti, 476. *a.* ſe fatentur membra propria Romanæ Eccleſiæ, *ibid. c. d.* Romana Eccleſia ab ipſo Domino primatum obtinuit, 252. *a.* 416. *d c.* non ab Apoſtolis, 332. *a.* ex ſingulari privilegio dicitur Apoſtolica, 331. r. primatum inter Apoſtolicas tenet, 342. *a.* in *n.* ipſius præceptis obtemperandum, *ibid. d.* a Domino & non ab alio eſt conſtituta, 332. *a.* Romana Eccleſia non eſt Eccleſia catholica ſymbolica, 341. *a.* ejus primævi hoſtes recenſentur, 411. *d.* 412. *a b* r. eſt vertex Eccleſiarum, 413. *d.* ſublimis facta eſt ex authoritate Petri, 414. *a.* etiam miraculis authoritatem vindicavit, *ibid. b.* eam Petrus & Paulus ſuo martyrio conſecrarunt, 416. *c.* ad ipſam cauſæ difficiliores referendæ, *ibid. d.* 417. *a b.* &c. 420. *b.* 425. *c.* 439. *c d.* mater eſt Eccleſiarum, 417. *d.* 420. *b.* accuſatur a Niceta & Willelmo, quod primatum uſurpaverit, 419. r *d.* primatus in ea ſemper viguit authoritate Chriſti, & traditione Apoſtolica, 421. *a.*

Eccleſia militans fundatur in petra, ut patiens ſit doloris, 243. *a.* ſuper Apoſtolos & prophetas, 268. *c.* variæ ejus figuræ, 275 *a.* conſtat ex reprobis & electis, *ibid. b.* 277. *a.* 278. *a.* 286. *c.* 287. *d.* &c. ſola ſpe nunc gaudet, & 275. *e.* Eccleſia prædeſtinatorum non ſola eſt, quam ſuper Petram Chriſtus fundavit, 276. *a.* in ea boni frumenta ſunt, mali palea, 278. *b.* claves dominicas ipſa in Petro ſuſcepit, 248. *c.* Arcæ Noe comparatur, 281. *b.* quomodo intra Eccleſiam militantem etiam futuri diaboli continentur, 289. *b.* in hac una Eccleſia plures ſunt Eccleſiæ, 317. *d.* 318. *a.* magna eſt Eccleſia de omnibus aſſumendis & relinquendis, 300. r. Eccleſia intra Eccleſiam de aſſumendis tantum, *ibid.* Eccleſia perfectorum, & imperfectorum, 312. *a. b.* Eccleſia eſt quælibet congregatio religioſorum, aut chriſtianorum in nomine Chriſti, 317. *e.* ſeptem Eccleſiæ Aſiæ in ſeptem ſtellis figuratæ, *ibid. b.* Eccleſia præſens una eademque cum primæva, 13. in *n.* eam cecidiſſe in primo Millenario dicunt recentiores hæretici, 14. *c.* in *n.* quo ſenſu dicatur pulcherrima, 318. *c.* quare ſancti Patres eam dixerint Apoſtolicam, 330. *a.* ipſam ſolam Spiritus Sanctus inſpirat, *ibid.* in ipſa ſola poſſunt laxati peccata, *ibid. b.* exurgente hæreſi ad Eccleſiam Apoſtolicam recurrendum, 331. *b.* tota Eccleſia nominatur Apoſtolica, *ibid. c.* Eccleſiæ etiam particulares, in quibus corporaliter reſederunt Apoſtoli, Apoſtolicæ nominantur, 331. *c.* quæ ſint Eccleſiæ Apoſtolicæ, 363. *d.* erat infans in veteri teſtamento, 346. *c.* poſt tempora Apoſtolorum non potuit amplius creſcere, & quare, *ibid. d.* 353. *a.* eſt civitas tribus dimenſionibus conſtans, *ibid. b.* latitudo ejus charitas, altitudo ſpes, longitudo fides, *ibid.* r. eſt indefectibilis, 360. *b.* in *n.* eam eſſe nunc debiliorem ſcientia & virtute effutiebat Wicleffus, 388. *a.* ſuper quo fundent hæretici quod Eccleſia ſit inviſibilis, *ibid. c.* in *n.* Eccleſiæ peccata lavit Chriſtus, 395. *c.* ratio cur etiam mali ſint & dominentur in Eccleſia, *ibid. b* r. navis eſt Chriſti, 396. *b.* contra eam hæretici non prævalebunt, 412. *d e* Eccleſia orat ut ſummus Pontifex ſummam habeat ſanctitatem, 427. *a.* in Petri ſoliditate firmatur, 430. *a.* debet in commune regi, 563. *c.* ſingulis Eccleſiis præficiendus Sacerdos, 550. *a b d.* Eccleſiæ ſtatus duplex: unus ſub regibus perſequentibus, alius ſub regibus obſequentibus, 498. *a.* quando fuerit egena, *ibid. b c.* electi ante baptiſmum non pertinent ad Eccleſiam militantem, 281. *c.* ſi præciſi ſint ab Eccleſia, non ſunt in Eccleſia, ſed publici ſunt antichriſti 292. *a.*

Eccleſia Græca hæreditas eſt Romanorum Pontificum, 478. *c.* ſuper eam Romanus Pontifex habet juriſdictionem originaliter juſtam, 479. *a* tamquam ſponſa fraudata & mœrens ſub adultero per ſe ipſam iter repetit ad maritum, *ibid. b.* ab initio obediebat ſummo Pontifici, *ibid. e.* Eccleſiam occidentalem ſupra orientalem valde laudat Hieronymus, 495. *a b.*

Eccleſia Symbolica quæ ſit, 333. *d.* 341. *a.* in *n.* ut eſt objectum fidei facit abundanter teſtimonium de Chriſto, 332. *d.* habet teſtimonium Dei in ſe, *ibid.* non poteſt deeſſe ejus teſtimonium alicui ſecundum eam credenti, *ibid. c.* eſt ejus teſtimonium infallibile, 333. *a* ante ſcriptum Evangelium illud erat Evangelium ſcriptum a Chriſto, & ab Apoſtolis in cordibus hominum, *ibid.* teſtimonio illius ſtare debet omnis fidelis, *ibid.* ex ipſo judicari debet an ſcriptura recte a fideli aſſumatur, vel ab hæretico ſubvertatur, *ibid* Eccleſia ſymbolica fidem habet indefectibilem, 334. *b.* ſola continet veram fidem, teſtimonium fide-

dele, ſapientiam, & ſtabilem veritatem, *ibid.* in dubiis fidei præter Scripturam & revelationem, requiritur hujus teſtimonium Eccleſiæ, 337. *a b c.* &c. 340. *b.* &c. Eccleſia ſymbolica Patres continet, Prophetas, & Apoſtolos, 338. *c.* 339. *a b.* &c. teſtimoniom laicorum in rebus fidei non excludit, ſed includit, 340. *d.* Eccleſia Romana non eſt Eccleſia ſymbolica, 341. neque Concilium generale, *ibid.* Eccleſia ſymbolica eſt certior judex in cauſis fidei, quam ſynodus generalis, 342. *b.* eſt civitas glorioſa propter antiquitatem, 344. *a.* ab initio Eccleſia Patrum vocabatur in teſtem., *ibid.* de libris, quos teſtatur canonicos, iocertitudo eſſe nequit 345. *c.* veram fidem habet, & vera ſacramenta, 394. *a.*

Eccleſia ſeu Templum oportet quod conſecretur, 550. *a.* non ab alio qoam ab Epiſcopo, *ibid. c.* poſt conſecrationem habet majorem ſanctitatem, 551. *a b.* &c.

Eclanum urbs, 20. r. in *n.*

Electio Dei non eſt coactiva, ſed hortativa, 122. *c.* jus electionis canonicæ in ſcriptura & ratione fundatur, 444. *a b c.* jus eligendi ſummum Pontificem Cardinalibus aſſertum, 445. *d.* patienter ferendus ſi errante judicio eligatur malus, 446. *d. e.* electio Papæ per Cardinales quam ſit antiqua, 447. *a.* in *n.* ſolvuntur argumenta Wicleffi contra electionem Papæ, 448. *a b.* &c. in electionibus humanum judicium Deus oon improbat, *ibid. c.* præſtantius eſt jus electionis quam partus, 449. *a.* Deus quandoque eligit præpoſitum ad malum plebis, 450. *c.* quandoque ad utilitatem, quandoque ad correptionem, 451. *b.* electio Papæ quomodo in ſcriptura fundetur 452. *a b.* electiones canonicæ ad quid proſint, 566. *e.* quideas irritet, 570. *a.* præſcieotia Dei non irritat electionem, *ibid. d.* a turbis nonſacienda electio eorum, qui ſunt ad ſacerdotium promovendi, 578. r.

Eleemoſina validis quoque pauperibus eroganda, 861. *b.* etiam ignotis, 863. *d. c.* quibus eam deneget Apoſtolus, 865. *e.* potius facienda religioſis, quam aliis, 861. *b. c.* &c. 864. *a b.* etiam Hebræi viros a mundo ſegregatos publicis eleemoſinis ſuſtentabant, 862. *b c.*

ELEUSINUS quis, 614. *f.* in *n.* fundum ad conſtruendum monaſterium donavit, 614.

ELIAS propheta eadem ſemper & peculiari veſte indutus, 794. *a.* mendicavit a muliere ſarephtaoa, 851. *a b.* propagavit religionem perfectorum, 714. *a c.* cujus voti fuerit profeſſor, 754. *b.*

ELISÆUS propheta non fuit inobediens Eliæ, ut delirat Wicleffus, 784. *c. d*

Encoma quid, 249. *a.* in *n.*

ENOCH religioſus veteris legis 705. *b*

Eos analogum quomodo ſervetur, adnihilato ſuppoſito, 100. *d.* quomodo ſubjiciatur Deo, 101. *a.* intelligibilitas non eſt paſſio entis ſimpliciter, 45. *b*

Epicuræorum error, 686. *e*

Epiſcopatus ordo non eſt alius a Sacerdotio, ſed gradus ſummus in ordine Sacerdotali, 563. *c.* interdum vocatur alius ordo a Sacerdotali diſtinctus, *idid. d.* poteſtas gradus Epiſcopalis ad juriſdictionem refertur, *ibid. e.* Epiſcopatus eſt terminus perfectionis in ordine clericali, 423. *c.* ordo Epiſcopatus tripartitus eſt in Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, 533. *a.* diſtinctio nominum in ordine Epiſcopali quando orta, *ibid.* in *n.* multi Epiſcopi ad unum rediguntur Primatem, 534. *c.*

EPISCOPUS nomen eſt quod ſignificat ſapientiæ maturitatem, 565. *a.* eſt conſummatus Sacerdos, 423. *c.* Epiſcopi dicuntur ſancti per excellentiam, 433. *a.* dicti etiam Beatiſſimi, 437. *b.* & Papæ 441. *d c.* 442. *a.* &c. columnæ, 413. *d.* fundati ſuper petram, *ibid.* dicti etiam duces, 947. *c.* in ipſis ooo geoeratio carnis, ſed merita attenduntur, 404. *c.* ſucceduot Apoſtolis, *ibid. b.* 564. *c. d.* 565. *d.* 568. *a.* 578. *a.* poſt Apoſtolos plantaverunt, & rigaverunt Eccleſiam, 342. *a.* Epiſcopus eſt imago Chriſti, 690. *c.* angelus, 691. *b.* ejus profeſſio eſt ponere vitam temporalem pro grege, 751. *c.* non minus quam a tribus Epiſcopis ordinandus, 259. *e.* 547. *a.* Epiſcopi a Chriſto inſtituti 536. r. 537. *a.* 801. *d* r. Deus inſtituendo Sacerdotiom in communi, inſtituit quoque Sacerdotiom Epiſcopale, *ibid. c.* Epiſcopum ſubrogari anteceſſore ſuperſtite, novus mos fuit temporibus Auguſtini, 403. r. poſſunt libere appellare ad ſedem Apoſtolicam, 417. *a.* &c. ab Apoſtolica Sede defendi jubentur, *ibid.* ooo pretio, ſed teſtimooio ſunt eligendi, 452. r. Epiſcopi Cardinales locnm tenent Primatum Epiſcoporum, 445. *a.* monachi exemptiones petierunt ab Apoſtoliea Sede, & privilegia, quod ab Epiſcopis plus æquo gravarentur, 463. *b.* in *n.* 465. *c.* 469. *d.* Epiſcoporum ſubtractionem a juriſdictione Archiepiſcoporum improbat Sanctus Bernardus, 464. *a.* Epiſcopus oon judicandus a laico, 466. *b.* Epiſcopus, Presbyter & Diaconus, non meritorum ſunt nomina, ſed officiorum, 482. *d.* etiam Epiſcopi mali, ſunt veri Epiſcopi, 483. *a. b.* Metropolitanos qui, 533. *b c.* ubi ferociores eraot populi, illuc ſapientiores mittebantur olim Epiſcopi, 537. *b.* non ſunt vocandi *Cæſarei*, 539. *a.* Epiſcopi potius Wicleviſtæ dicendi ſunt *Cæſarei* & *Palatini*, 539. *b c.* qui rales etiam ſint inter catholiccs, 541. *e.* ſunt oeceſſarii Epiſcopi propter Confirmationes, Conſecrationes, & Ordines, 542. r. 543. *a. b.* 548. *a.* ad munus Chorepiſcopatus aliquando aſſumebantur, 544. *b.* in *n.* Epiſcopum presbyteri non ordinabant tempore Apoſtolorum, 561. *b.* ſub nomine presbyteri intelligebantur olim Epiſcopi, *ibid. c d.* quando & cur unus presbyter aliis ſit prælatus, 562. *a b.* 563. *a.* Epiſcopos habet ſibi proprium quod ratione gradus teoet, *ibid. d.* quod habet ratione ordinis, hoc cum ipſo commune habent omnes presbyteri, *ibid.* probatur quod rite eliguntur & inſtituuntur ab hominibus Epiſcopi, 566. *a.* &c. etiam reprobus & præſcitus eſt apud Deum Epiſcopus, 569. r. 570. *b c.* 571. *a.* in Epiſcopo eligeodo quæ requirantur, 570. *a b.* non in modica civitate conſtituendus, 578. *b c.* Epiſcoporum ordinationes quomodo celebrandæ, 259. *c*

Epiſcoporum dignitas nullis poteſt comparationibus adæquari, 647. *a.* Regi ſupereminet, *ibid. b.* 648. *a b.* 650. &c. ſunt Eccleſiæ membra ſuprema 568. *a* opulentia & paupertas nec ſublimiorem, nec inferiorem Epiſcopum faciunt, 458. *c.* Epiſcopi ab antiquo Reges coronis & unctionibus inſigniebant, 507. *b c.* ex divina lege habent ſuper alios ordines diviniores ſanctitates, 543. *c.* Epiſcopus pater eſt & genitor ordinarius cleri & chriſtiani populi, 556. *a.* probatur eminentia Epiſcopi ſupra ſimplices ſacerdotes, 559. *e.* 560. *a.* &c. Epiſcopi ſunt Eccleſiæ principes, *ibid. b.* in quo tranſcendant Presbyteros, *ibid. d.* ejuſdem ſunt ordinis Epiſcopus & Presbyter, *ibid.* 562. *b.* comparatur ad Presbyterum in eodem ordine, ſicut vir provectus ad juvenem in humanitate, 560. *e.* quare Epiſcopi electio poſſit convenire inferioribus, *ibid.* in quo Epiſcopi ſint æquales Papæ; 564. *c.* æque ut Papa habeot poteſtatem a Chriſto, *ibid. a.* Epiſcopus imago Chriſti, 649. *c.* 690. *c.* a Chriſto ſunt ioſtituti, 801. *d.* ab ioitio Epiſcopus idem erat nomine cum Sacerdote, ſed diſtinctus gradu & officio, 802. *c.* prælatio Epiſcoporum a temporibus Apoſtolorum, 251. *b*

Epiſcoporum munera ſunt benignitas & charitas erga omnes, 571. *c.* 984. *b.* magna diformitas ſi Epiſcopus non ſit hoſpitalis, *ibid. b.* domos Epiſcopi debet omoium eſſe receptaculum, *ibid. c.* ſi oon omoes recipiat, inhumanus eſt, *ibid.* qui io neceſſitate poſitis non ſuccurrit, vacnum Epiſcopi nomen tenet, *ibid. c.* quantum ipſi incumbat laborare pro populo, 573. *c.* quando Epiſcopi agant vicem Chriſti, 574. *b.* quas debeant cauſas ſuſcipere, 575. *c.* ad ipſos ſpectat inſtitutio paſtorum inferiorum, 577. *a b c.* &c. nihil miſerabilius, quam Epiſcopum non ſaoctam vitam ducere, 571. *a.* in ſuis Eccleſiis jubentur reſidere, & quare, 568. *d.* in adjutorium miniſtros habeot Sacerdotes, 574. *a.* eis non licet dimittere Eccleſiam ſuam, ut alteri ſe ambitus caoſa conjungant, 479. *d.* Provinciales Epiſcopos ſcrutari quidem Epiſcopi cauſam, ſed non defioire licet, 480. *d.* idololatris comparantur qui hæreticos conſentiont prædicare 627. *b.* debent in commune Eccleſiam regere, 251. *a.* debeot meminiſſe, qood magis conſuetudioe, quam diſpenſatiooe dominica ſuot majores presbyteris, *ibid.*

Epiſcoporum authoritas ſumma prædicandi verbum Dei, 626. *c.* Epiſcoporum authoritati maxime obtemperandum, 368. *a.* eorum præſertim, quorum eccleſiæ vel Apoſtolos, vel Apoſtolorum literas recipere meruerunt, *ibid. d.* eamdem habent authoritatem, quam Apoſtoli, 801. r.

Epiſcoporum jura quæ ſint Epiſcopis jure divino reſervata, 543. *c d e.* non eſt ex cupidine temporalium quod ſibi reſervarunt confirmationes, collationes ordinum, & conſecrationes locorum, 545. *c.* ipſi ſoli poſſunt conſecrare altaria, baſilicas, veſtes ſacras, ac benedicere Virgines, 547. *a b.* &c. 550. *a.* alia Epiſcopis reſervata, 549. *c d.* 554. *a.*

Epiſcoporum benedictiones ſuper populum, 554. *c.* unde habeat initium ritos benedicendi per ſignum crucis, *ibid.* 555. *a.* Epiſcopo benedicente, fideles reficiuotur benedictione Chriſti, & inſtaurantur benedictionibus omnium veterum Patriarcharum, 556. *a.*

Eremus, venire ad eremum ſumma perfectio, non perfecte vivere in eremo ſumma damnatio, 754. *b*

Eſſe importat ſubſtantiam & præſentiam, 57. *a.* ſoli Deo appropriatur, *ibid. b.* quod mutatur, aut mutari poteſt, non habet verum eſſe, 58. *a.* eſſe vere & ſimpliciter nulli competit creaturæ, 59. *b.* perfectum eſſe eſt eſſe in ſe, 60. *c.* ſolus Deus habet in ſe verum eſſe, 61. *a b.* &c. triplex eſſe creaturæ, intelligibile, potentiale, & exiſtens, 64. *a.* quomodo eo abuteretur Wicleffus, *ibid.* hoc triplex eſſe comitatur triplex non eſſe, *ibid.* res non fuerunt priuſquam eſſe cœperunt, 64. *c. d.* &c. non eſſe comitatur eſſe creatum intrinſece, 68. *b.* eſſe obedientiale creaturæ ad maſſam figuli comparatum, 75. *d e.* ſummum eſſe, ſummum eſt bonum, 115. *a.* quod eſt, bonum eſt, *ibid.* quidquid intelligitur eſt, dicebat Wicleffus, 56. *b.* ejus eſſe æternum officit prædeſtinationis articulo, 117. *b.* eſſe ſecundum quid non

eſt verum eſſe, 35. e. eſſe purum intelligibile non eſt ſimpliciter eſſe, 42. a. cum illo ſtat vere non eſſe, *ibid.* prolixum eſſe Wicleffi, 55. e

Eſſeni qui, 1018.

Ethniei Wieleffo præluſerunt in eo quod dixit creaturam quamlibet eſſe Deum 34. d. in n.

ETHELBERTUS Britanniæ Rex ab Auguſtino fide chriſtiana imbutus, 3. poteſtatem prædicandi eidem Auguſtino dedit, 418. d

EVANGELIA ſcripta ſunt ad memoriam poſterorum, 333. b. Evangelium in quo a gentilibus irrideretur, 26. d. ipſi creditur per authoritatem catholicorum, 621. b. Evangelium Joannis poſt alia editum, 346. a. Evangelium ſecundum Thomam ab Eccleſia reprobatum, 371. d. 446. c. in n. Dominus in Evangelio ſuo locutus eſt, ut omnes eum intelligerent, 347. a. Evangelia Thomæ & Bartholomæi non poſſunt nunc habere authoritatem canonicam per definitionem Eccleſiæ, *ibid.* e. quatuor Evangeliis quo ſenſu quatuor concilia compararet ſanctus Gregorius, 348. e

Evangeliſtæ eximendi ab opere manuali, 912. c. &c. ipſis etiam non petentibus dandum, 914. e

EVARISTUS Papa titulos Cardinalium in urbe diviſit, 527. a. ſeptem Diaconos prædicanti Pontifici aſſiſtere inſtituit, 528. a

EUCHODIA fœmina religioſa, 640. b

EUNOMIANI hæretici, 538. b. in n.

Euſebius Vercellenſis monaſticæ profeſſioni primus in occidente clericalem vitam adjunxit, 310. b d

EUTYCHIANI hæretici ſub authoritate Procli Conſtantinopolitani ſuas hæreſes honeſtare curabant, 186. b. in n.

EUTYCHES hæreticus, 189. c. in n. humanam in Chriſto carnem negavit, 190. a

EUTYCHIUS Patriarcha C P. ejus error de corpore mutando in ſpiritum, 192. a, in n.

F

FABIANUS Papa omnibus Epiſcopis orientalibus annuam confectionem chriſmatis indicit, 474. e

Fatum quid ſit juxta veteres Aſtrologos, & Stoicos, 137. c. in n. tollit arbitrii libertatem, *ibid.* e

FAUSTUS Manichæus, ejus hæreſis, 215. e

Fermentum Phariſæorum hæretica ſignificat dogmata, 10. a

Fideles omnes unum templum ſunt, 318. b, & ſinguli ſingula templa, *ibid.* fidelis titubans in fide per ſolam ignorantiam, conſequetur doctrinam rectam, 323. c. quomodo omnis fidelis ſit ſanctus, 432. c. omnis fidelis eſt membrum Eccleſiæ de primo membro Petro, 397. b. omnes fideles cupiunt per totum mundum fidem Chriſti diffundi, 504. c. omnes prædeſtinati ſunt eſſe membra Eccleſiæ ad miniſterium, 568. d. chriſtiani unde dicantur fideles, 768. a. pauciores ſunt fideles quam infideles, 756. e

FIDES Eccleſiæ una eſt, etſi quandoque circumſtantiæ diverſæ, 355. a b c d. non eſt fides catholica, quæ non ab Apoſtolis derivata, tarde volat in poſteris, 364. a. docetur quo ordine in dubiis fidei ſit incedendum, ut certa via perveniatur ad infallibilem catholicam veritatem, 355. e 356. a. &c. qui gradus in fide ſervandi, 365. b Fides non ita eſt in libero arbitrio, ut divino non egeat adjutorio, 161. a. eſt neceſſaria ad beatitudinem conſequendam, 209. c. eſt Eccleſiæ fundamentum, 242. a. ab ea terrores dæmonum expelluntur, 269. d. ubi modica fides, ibi turbatio, *ibid.* e. eſt omnibus chriſtianus regula una, 315. e. in ſola fide ſpes animarum, *ibid.* in fide nulla diverſitas eſſe debet, 316. a. fides ſpes & charitas nos ligant cum Chriſto, 320. c. etiam vir doctus errans in fide abſque pertinacia, merebitur veniam, 324. a. quæritur quæ ſit Eccleſia, quæ in dubiis fidei debeat definire, 338. a. in dubiis fidei debemus inquirere quid ſenſerunt Apoſtoli, & ſucceſſores eorum, & quid poſt eos catholici Doctores uſque nunc, *ibid.* e 339. a. &c. certiſſimum iter ad fidem conſenſus populorum, gentium opinio firmiſſima, & famæ celebritas, 340. a. teſtimonium laicorum non excludit, ſed potius includit, *ibid.* d. firmata eſt fides, quia prædicta ſunt a Patribus omnia quæ contingebant in Chriſto, 345. a. veriſimile eſt eſſe definitionem univerſalis Eccleſiæ id, in quo multi ſancti Doctores in una fide conveniunt, 352. a b Eccleſia non poteſt nunc augere numerum articulorum fidei, 353. a. &c. ſi aliquis adderetur articulus, ille poſſet eſſe fidelis, ſed non catholicus, *ibid.* d Fides deducta ab Apoſtolis per ſeriem ſanctorum Patrum habet indubiam authoritatem ad omne dubium reſolvendum, 354. a Qui ab unitate fidei Petri ſe ſegregat, non poteſt intrare in regnum cœlorum, 429. c. infirmare perfidiam magnam confert fidei firmitatem, 481. e Fides noſtra a Paganis quidquam non didicit, 599. a. plures habet diabolus prædicatores ad ſpargendas hæreſes, quam vera fides ſtrenuos laudatores, 642. a Wicleviſtæ pro unica regula fidei recipiunt ſcripturam, 362. a 366. d

Fides Romanorum præſtantior fide Jeroſolomytanorum, 496. b. eſt fides annuncianda mundo, 496. b. per eam debet ſubdi orbis Deo, *ibid.* c. ſervari non poterat, niſi in unitate, 534. b

Fidei cauſæ ſine culpa grandi non poſſunt ad Regem, & principem terrenum devolvi, 678. c

Filii Dei multi dicuntur ſecundum prædeſtinationem, 282. c

FLAMINES Sacerdotes Romanorum, 535. a. in n.

FLORINUS ſancti Polycarpi diſcipulus, 205. d. in n. ejus errores, *ibid.*

Fœminæ Anglicanæ jus ſibi arrogabant prædicandi, 619. b. Londini ſuper ſellas elevatas publice legebant, & docebant ſcripturas, 638. a. quædam diſcipula Wicleffi docuit B. Virginem corruptam fuiſſe poſt partum, 362. d. fœminas non licet docere in Eccleſia, 638. b c. &c. fœmina cum docuit a ſapiente æternitatem ſeparavit, *ibid.* d. per vocem & ſpeciem ſuam ſeducit, *ibid.* e. fœminis ſacra faciendi poteſtas ab hæreticis tradita, 362. d 637. b. in n. fœmina ſi loquitur, magis ad luxuriam irritat & irritatur, 639. a. quare fœminæ aliquando dominabantur in populo iſrael, *ibid.* ſi fœmina dominaretur, facilius ſeduceret, *ibid.* c. omnis doctrina ejus reduci poteſt ad genus amicabilis tractatus, *ibid.* d. fœmina poteſt docere privatim pueros & puellas, 640. a b. publice non poteſt docere, nec poteſt teſtis eſſe, nec fidem docere, nec prædicare, nec imperare, 641. a

Fœmoralia Sacerdotis inter ſacras veſtes honorifice collocata, 551. e 552. a. quare pro Sacerdotibus Chriſti ab Eccleſia non fuerunt inſtituta, *ibid.* b c

Fons caballinus, 602. d. in n. fons caſtallius in parnaſo, *ibid.* f. in n.

Forum deſcribitur, 760. a b

FORTUNATUS Pauli diſcipulus, 613. a

FRATICELLI hæretici, 581. a. in n. eorum error de decimis, *ibid.*

Fratres mendicantes idem ſunt ac monachi, 303. d. argumentum Wicleffi contra illos, 301. b c. &c.

S. FRONTO Petragoricenſium Apoſtolus, 3.

G

GELASIUS Papa libris canonicis non contulit authoritatem, ſed eam tantum declaravit, 348. b c

Generatio ſimplex motus de non eſſe ad eſſe 100. a

GENNADIUS fidem ſuam Papæ Gelaſio exponit, 491. d

Gentiles fœminis ſuis ſacra faciendi poteſtatem tribuebant, 627. a. in n. eorum virtutes exhortationes ſunt chriſtianorum, 709. b

Gerardus Segarellus hæreticus, 412. b

S. GERMANUS Antiſiodorenſis Epiſcopus in Angliam miſſus contra Pelagianos, 4. in Angliam iterato vocatus, *ibid.*

Gladius diſcipulorum Chriſti quid ſignificet, 80. a.

Gloriæ mundanæ deſiderium, error fuit diſcipulorum Chriſti, 264. a

GNOSTICI hæretici fœminis ſuis poteſtatem ſacra faciendi indulgebant, 637. a. in n. ſe cæteris doctiores prædicabant, 16. d. in n.

Graduatio ſcholaſtica prius apud Hebræos quam apud Gentiles, 598. e

Græci diviſi ſunt a Latinis ob ſuperbiam Romanorum Pontificum, dicebat Wicleffus, 478. e. curaverunt reunionem cum Eccleſia latina, 479. a. ipſis prodeſſe nequit deobedientia injuſta, 481. a

Gratia Dei facit concordiam inter carnem & ſpiritum, 169. c. Chriſtus cum addit præceptum, addit & gratiam, 811. a

S. GREGORIUS Papa ſcribit pro conſecratione Conſtantii Epiſcopi Mediolanenſis, 548. c. pro electione Epiſcopi Ravennatenſis, *ibid.* pro electione & conſecratione Epiſcopi Contronenſis, *ibid.* d. Epiſcopum inhoſpitalem redarguit, 741. d c. concedit privilegia Abbati ſancti Medardi, 650. e 961. a. non permiſit Maximum Salonitanæ Eccleſiæ arreptorem, Imperatoris expectare judicium, 673. b. primus ſe ſervum ſervorum Dei inſcripſit, 434. c. in n. 650. c. citavit Romam Epiſcopum Salonitanum, 517. c.

GULIELMUS Bevuſu, 7. in n.

GULIELMUS DE SANCTO AMORE, 386. d. in n.

GULIELMUS HUESIUS præceptor Wicleffi, negat Petrum fuiſſe Romæ, 271. a. ejus primatum impugnat, 266. d

GULIELMUS SARTOR Wicleviſta, 621. a. in n.

GULIELMUS OCHAM ſacerdotali regiam præfert poteſtatem, 666. a. 665. b. in n.

H

HÆRESIS dicitur eſſe illa mulier ſtulta & clamoſa, quam deſcribit Sapiens, 628. a. nulla niſi propter gulam ventremque conſtituitur, 634. d. citra idololatriam nil pejus hæreſi, 21. e 627. c. creſcit ad modum malæ herbæ, 636. e. omnes hæreſes ſeditioſæ, 783. a. hæreſis non habet teſtimonium miraculorum, 622. c. cathedram prædicationis uſurpat, 628. a. comparatur terrenæ philoſophiæ, 622. c. omnis hæreſis vult nominari Eccleſia, 328. a. nec mater eſt, nec ſponſa, *ibid.* b c d. multæ hæreſes ortæ ex mala intelligentia ſcripturarum, faciendo de tropo proprietatem, 215. c d. omnes ſunt ſeditioſæ, 783. a. in n. omnes ſemper potenter opprimit ſapientia, 699. a. diabolus plures habet prædicato-

catores ad ſpargendas hæreſes, quam vera fides ſtrenuos laudatores, 642. *a.* cauſa hæreſis ad laicorum non deferenda tribunal, 673. *d.* in cauſa hæreſis non caret ſuſpicione taciturnitas 626. *d*

Hæreſis Ariana divino, non humano judicio damnata, 382. *a.* Eutychiana a concilio Calcedonenſi configitur, 381. *e.* Macedoniana a concilio Conſtantinopolitano 381. *e.* Naſtoriana ab Epheſino, *ibid.*

HÆRETICI matrem habent ſuperbiam, 33. *b*, in *n.* omnes contra Deum pugnant, 31. *e.* omnes hæreſim ſuam ex ſcripturis probare conantur, 12. *a* 186 *b.* in *n.* 335. *c.* 336. *e.* ideo ſunt hæretici, quia pertinaciter ſubvertunt ſcripturas ad ſenſus ſuos, 335. *e.* 363. conantur inducere oblivionem traditionis, & Dei, 360. *a.* cur omnis hæreticus currat ad literam ſcripturæ canonicæ, 360. *c.* ſunt loquaces, contentioſi, & inſidioſi, 366. *a.* imitantur Phariſæos & Sadducæos, *ibid. b.* minus docti pertinaciores eſſa ſolent, 367. *e.* ſomniatores ſunt facientes errores ſuos Domini prophetiam, *ibid. a* quare Patrum interpretationem rejiciant, 358. *a.* 360. *d.* *v.* 361. *a.* conantur evertere unitatem Eccleſiæ catholicæ, 494. *a.* de hoc ſolum gloriantur, quod poſſint contra Eccleſiam inire certamen, 366. *e* &c. etiam recentiores hæretici famam quærunt diſputationis, quia multitudinis non habent, 367. *b.* in *n.* docti putari magis quam eſſe cupiunt, *ibid. d.* hæratici declarantur, qui de fidai articulis aliter ſentiunt, quam Romana ſentiat Eccleſia, 493. *b.* in *n.* præſignati ſunt in Chore, Datan, & Abiron, 452. *e d.* in filiis Cham, 616. *e.* quomodo utiles ſint Eccleſiæ, *ibid. d.* hæretici moderni quara induxerint ſpiritum privatum, 370. *b.* in *n.* cum novam prædicant doctrinam urgentur ut nova faciant miracula, 623. *r. d.* 624. *a.* fruſtra tentarunt ea facera, 622. *c.* lupis comparandi, 672. *e.* ab eis audiendis avertera ſa debent fideles, 22. *b.* 635. *a b c d e.* recentiores hæretici a Wicleviſtico fonte ſuos hauſerunt errores, 2. in *n.* melius quam catholici intelligunt libros hæreticorum, & quare, 18. *c.* niſi omnes prædicarent Chriſtum, non deciperent ſub nomine Chriſti, 20. *d.* ſunt dæmones meridiani, 21. *b.* plus nocet hæreticus bonæ vitæ, quam malæ, 22. *a.* contemptibiles ſunt dum alios contemnunt, 16. *d.* cavendi ſunt cum ſcripturas exponunt, 13. *b.* hæreticorum venti plus petram ſolidant, quam confundant, 242. *b.* paci Eccleſiæ confert eos a prædicatione amovere, 627. *a*

Hæreticorum mores apparenter rigidi, 20. *b.* in *n.* 22. *a.* per ſophiſmata pugnara conantur, 24. *b.* etiam antiquiores ex ipſis cum damnarentur ſolebant dicere Epiſcopos non eos intellexiſſe, 18. *e.* colunt potentes & magnates, & eos ſtudent ad partes ſuas erahere, 7. in *n.* ſe cæteris doctiores præſumunt, 15. *d.* veterum Patrum traditionem ſolent contemnere, *ibid.* parvipendunt ſimplicitatem Eccleſiæ, 16. *d. e.* ſuperbia extolluntur, *ibid.* queruntur ſola authoritate ſe opprimi, 1. mori magis eligunt, quam converti, 2. Authorem ſuæ ſectæ ſummis æquant Eccleſiæ Patribus, 186. *c.* in *n.* excipiunt contra Prælatos, non quia judices ſunt, ſed quia catholici 485. *b. d.* etiam contra principes inſurgunt, cum eos habent adverſos, *ibid. b.* nec hominum nec Dei judicio cederent 486. *a b c d.* 487. *d.* non ſanantur, quia nolunt accipera medicinam, 673. *a.* judices Eccleſiaſticos fugiunt, & quare, 484. *e.* 677. *a.* non judicium apud laicos quærunt, ſed ſubterſugium, 678. *b.* ipſis familiare eſt inobedientiam ſuadere, 783. *b.* omnis hæreticus eſt ſchiſmaticus, non econtra, 808. *d.* interdum fingunt ſe veram fidem ſequi, 490. *e.* hæreticus hæreticum impugnat, 830. *b.* pene omnes inſenſi contra monachos, 695. vetus aorum mos, eum deſunt rationes in rebus, litem excitare de nomine, 442. *c.* præcipui illorum, ſaltem de fuco romanæ fidai ſuas hæreſes colorare gaudebant, 495. *e.* quia ſe vident deſpectos, famam Eccleſiæ lacerare contandunt, præſartim ob temporalium poſſeſſionem, 499. *c d.* ſunt divitiarum avidi, 501. *a.* ob divitiarum cupidinem, affectant in verbis hypocriſim, & in tractatibus ſimultatem, *ibid.* ut lupi oderunt paſtorem, 523. *e.* ipſis familiare aſt perverſa nomina imponere catholicis, 538. *a.* ſolent facere ſibi ſubterraneas vias, & doloſos cuniculos ad evadendum, 541. *d.* ſolent alia aperte dicere, alia in occulto ſentire, *ibid. e.* contra Eccleſiam invehuntur, ut hæreditatem ejus rapiant 501. *a.* hæretico acervus rationum non ſufficit, 80. *d.* quare electiones canonicas rejiciant, 568. *e.* ſeipſos ultro ad Epiſcopatum evehunt, 569. *a*

Hæreticorum fautoribus mala minatur Deus 822. *a*

Hæretici a catholicis patienter ſunt docendi, & modaſte corripiendi, 35. *a.* forma Apoſtolica, qua contra illos agendum, 34. *e.* lenitar ſunt arguendi, 28. *a b.* quibus armis eos dabellaverint Auguſtinus & Waldenſis, 2. nihil ipſis objiciendum, niſi quod non ſunt catholici, 617. *b.* appellatio in materia hæreſis dabet deferi, 678. *d.* domini terreni non cradant hæreticis eos appellantibus, 681. *a*

Hebræi, quare in ſynagogam detrectarunt Chriſtum recipere, 512. *d. e.* quare abſtineant ab eſu nervi, 511. *a.* in *n.* quare hebræi vocarentur aliquando chriſtiani, 308. *e.* in *n.*

Helcana, quomodo Annæ pluſquam decem filii, 49. *a.*

Heli cum domo ſua ad Sacerdotium electus a Domino, 569. *c. d.* pro filiorum iniquitate damnatus, *ibid. e.*

Helicon quid, 602. *g.* in *n.*

HELIU caput tropicum hæreticorum, 18. *a.* præſertim in arrogantia, *ibid.*

HELVIDIUS hæreticus, 362. *d.* In *n.*

HENRICUS V. Angliæ Rex regni ſui primordia zelo fidei dedicavit, 4. ajus lax in Wicleviſtas 486. *a.* ab eis dictus *princeps Sacerdotum*, *ibid.*

HERIBALDUS, ſeu Heriboldus Epiſcopus Altiſſiodorenſis, 3.

HERODES filius Antipatri non fuit generi Judæorum affinis, 654. *d.* ſcripturas Judæorum incendit, *ibid. e.*

Herodiani qui, 589. *a*

HIERODULUS quis, 554. *c.* in *n.*

Hieronymus Praganſis libros Wicleffi ex Anglia in Bohemiam defert, 355. *e.*

S. HIERONYMUS Stridonenſis Romæ baptizatus, 369. *a.* in *n.* ejus erga romanum Pontificem reverentia, 369. *b.* vitæ intemeratæ & glorioſiſſimæ famæ, *ibid. c.* non fuit cardinalis, 528. *d.* in *n.* fidei ſuæ ſymbolum judicio Damaſi Papæ ſubmittit, 490. *c d.* Barabbam Judæum præceptorem habuit, 606. *e.* Didymi fuit auditor, *ibid. c.* prius ſanctæ Paulæ paupertatem improbat, deinde dicta ſua retractat, & mendicitatem ejus commendat, 846. *a b c.*

Holocauſtum unde ſic dictum, 763. *a.* in quo differat a Sacrificio, 762. *a*

Homo fuit antequam eſſet, dicit Wicleffus, 40 *r.* habet verius & perfectius eſſe in Deo, quam in genere proprio, 46. *b.* potaſt eſſe ſine peccato, 96. *c e.* 142. *d.* non tamen, præter Mediatorem, fuit, eſt, aut erit, *ibid. b c.* homines non naſcuntur, ſed fiunt boni vel mali, 120. *b.* inter homines malos & dæmones quid interaſt, 125. *a.* primus homo habuit poſſibilitatem non peccandi, 127. *e.* habet homo in poteſtate voluntatis ſuæ bonum & malum, *ibid. d.* multa poteſt quæ nec fuarunt, nec ſunt, nec erunt, 142. *d.* quædam habet in poteſtate ſua ad libertatem, quædam ad neceſſitatem, 165. *a.* homo eſt tres naturæ, ſecundum Wicleſſum, ſcilicet, ſpiritus, corpus, & animatio corporalis, 169. *a.* duas animas ponit in homine idam hæreticus, unam ſpiritum immortalem, aliam corruptibilem, *ibid.* traxit hunc errorem a Plotino, 169 *f.* in *n.* totus homo eſt in Chriſto, 170. *d.* conſtat anima tantum & carne, 172. *a.* 184. *b.* 229. *a.* Wiclaffus, quia in Chriſto reperit tres naturas diſtinctas in uno ſuppoſito, ſtatuit pariter tres naturas diverſas in humano compoſito, 169. *d.* refellitur hæc trinitas naturarum, 173. *b c.* &c. hanc eamdem trinitatem effinxit Vincentius Donatiſta, 172. *d.* homo ſignificatur a parte totus, 183. *b.* 187. *c.* quomodo intelligandus Auguſtinus, ponens animam mentem & corpus in una perſona hominis, 194. *e.* omnis creatura in homine eſt, 195. *a.* homo exterior & homo interior non eſt unum, ſed unus homo, 202. alius Wicleffi error, quod homo perficitur per corporis depoſitionem, 204. *c.* alius error, quod homo eſt tres naturæ ſeparabiles, ſcilicet, ſpiritus, corpus, & animatio corporalis, & earum quælibet, 208. *d.* homo per intelligentiam brutis anteſertur, 215. *d.* non alius homo corpus, alius animus, 229. *a.* homo aut eſt in ſe complatus homo, aut omnino non eſt, 230. *b.* animal & rationale non perficiunt hominem, niſi unita, *ibid. e.* quomodo homines poſſint vocari Dii, 508. *d.*

HOMOUSIANI ab hæraticis dicebantur catholici, 538. *a*

HONORIUS I. Papa damnatus in ſynodo Conſtantinopolitana, ab hæreſi vindicari poteſt, 343. *b*

Hoſpitales ſunt manus Eccleſiæ, 306. *e.*

Hoſpitalitas Epiſcopis commendatur, 571 *b c d.* in hoſpitalitate omnia opera pietatis corporalis continentur, *ibid.*

HUSSITÆ a Wicleffo progeniti, 2. in *n.* nolebant vocari doctores, nec magiſtri, 597. *a.* in *n.*

Hyle materia æterna non fuit in Deo, 665. *c d*

I

S. JACOBUS Alphæi, quare frater Domini nuncupatus, 258. *d e.* 259. *a.* 457. *c.* ille cenſetur, qui relicta ſyndona nudus paſſionis tempore auſugit, 457. *d.* in *n.* a Petro, Jacobo, & Joanne Apoſtolis ordinatus epiſcopus Jeroſolymorum, 259. *b.* 547. *c.* Petro anteſertur a Wicleffo, 258. *a.* poſt Petrum viſitatur a Paulo, *ibid. c.* ob virtutes egregias quandoque inſcribitur anta alios Apoſtolos, *ibid. d.* cedit majoritatem Petro, 259. *b.* non fuit author decreti de ceſſatione legalium, 261. *b.* ſed tantum conſenſit ſentantiæ Petri, *ibid. e*

JACOBUS Baradæus Jacobitarum in Oriente parans, 172. *c.* in *n.* ejus error de anima, 172. *b*

Jaſpis fidei ſymbolum, 269. *c.* terrorem phantaſmatum expellit, *ibid.*

Ideæ Wicleffi, V. rationes ideales.

Ido-

Idola Sidoniorum, 360. *c.* in *n.*
JEPHTE votum ſuum ſolvit, 780. *d*
Jeremiæ ſanctificatio in utero, quomodo poſſit intelligi, 282. *b. e*
Jeroſolyma magis infidelis poſt aſcenſionem Chriſti, 455. *b*
Jeruſalem varia nomina, 375. *a*
JESUS nomen quid ſignificet, 221. *a c.* hoc nomen Jeſus quomodo in Sacerdotibus Nicœni concilii ſignatum, 382. *a.* Jeſus verus dux populorum, princeps Sacerdotum, & Dominus Pontificum, 508. *a*
JESUS filius Nave miſſus prædicator a Deo per hominem, 620. *b c*
JETRO cognatus Moyſi ſapiens & religioſus, 716. *a.* non erat Iſraelita, *ibid.* primus author religionis Rechabitarum, *ibid.* refellitur Doctor de Lyra, dicens quod Jetræi eſſent proſelyti & fideles Judæorum, 757. *a b.* &c.
IMPERATOR munus ad altare offerre ſolebat, 305. *c.* etiam imperatores dicti *beatiſſimi* 437. *b* Imperator a Deo eſt, 668. *c.* nihil honorificentius, quam ut Imperator filius ſit Eccleſiæ, 675. *a.* eſt infra Eccleſiam, non ſupra Eccleſiam, *ibid.*
Infantes ex baptiſmo dicuntur fideles, 373. *a*
Infinita ſunt quædam nobis, & in ſe, & Deo finita, 88. *b*
Immortalitas vera quæ ſit, 59. *c d.* ſoli Deo convenit, *ibid.*
Impoſſibilitas ſumpta aliquando in ſcripturis pro nolitione, 94. *b c d*
Imperfecti in primitiva Eccleſia, qui, 307. *d*
Individuum quid proprie dicatur, 180. *d.* individuæ rei nequit eſſe diviſio, *ibid.* individuum per ſe ſolum non ſignificat hypoſtaſim, 224. *a*
Infirmorum tres ſtatus, 921. *e*
Injuria nobis illata patienter toleranda, Deo autem illata non diſſimulanda, 32. *c* Innocentius III. Papa, quæ egerit contra Othonem Imperatorem, 680.
Innocentius IV. adminiſtrationem Regni Portugalliæ comiti Balovienſi commiſit, 680. a
Inſpiratio non ſufficit ut quis licite doceat in Eccleſia, 602. *c d.* &c.
Intelligentia Dei quid ſit, 178. *c.* reſpicit poſſibilia, 145. *c*
Intelligibilitas non eſt paſſio entis ſimpliciter, 45. *b*
JOACHIM quem in principio Daniel memorat, non eſt idem cum Joachin, de quo in exordio Ezechielis ſcribitur, 615. *c*
JOANNES BAPTISTA, cujus voti fuerit profeſſor, 754. *b*
JOANNES DE BACCONE, ejus opinio de Chriſti regno a Waldenſi improbata, 653. *c*
JOANNES DE CASTRO VETERI, arte bellica illuſtris, 4. conſpirationem fover contra Angliæ Regem, *ibid.* plura a Wicleviſtis ſe didiciſſe jactat, 21. *a*
JOANNES Evangeliſta quo tempore mortuus, 250. *b.* palam docebat doctrinam Chriſti, 51. *b c.* primus Epheſiorum Epiſcopus, 51. in *n.* ex paupertate meruit eſſe cuſtos Virginis Mariæ, 842. *a*
JOANNES Hus Codices Wicleffi ex Anglia in Bohemiam defert, 355. *c.* ab ipſo Wicleviſtæ dicti ſunt Huſſitæ, *ibid.*
JOANNES JEJUNATOR Patriarcha Conſtantinopolitanus primatum in univerſa Eccleſia affectavit, 419. *a.* in *n.*
JOANNES LEOERIUS Rogatiſtico ſpiritu ductus, 398. *d.* in *n.*
JOANNES MARREY Carmelita, 49. in *n.*
JOANNES PORTUENSIS Epiſcopus Legatus Agathonis Papæ, 343. *a*
JONNES PURVEY diſcipulus Wicleffi, 33. *a.* in *n.*
JOB deſignat fideles vulgares, 302. *c.* in tentatione divinum amorem præponens, non ceſſit, 132. *c*
JONADAB poſt Jetro religionem Rechabitarum inſtauravit, 716. *b.* non fuit ejus primus author, *ibid.*
JOSEPH AB ARIMATHIA a Philippo Apoſtolo in Angliam prædicator miſſus, 3. in *n.*
S. JOSEPH Mariæ Sponſus votum continentiæ cum conjuge emiſit, 776. *b.* in hoc probavit ſe verum ſponſum, & dominum ſponſæ, *ibid. d.* in *n.* feſtivam ejus celebritatem ſancta Thereſia promovet, 956. *g.* in *n.*
JOSUE typus Salvatoris Jeſu, 830. *c.* quare a Moyſe non Sacerdote conſecratus, 508. *a*
Jovinianiſta hæreticus Hieronymum ſugillat, quod magiſtri ſui libros non intelligat, 18. *b* Jovinianiſtæ ſoliti reſpondere pugnis, ubi argumenta deeſſent, 706. *c*
JOVINIANUS hæreticus ponebat in baptizatis neceſſitatem ad bonum, 123. *a.* alii ejus errores, *ibid.* in *n.* omnem differentiam gradualem in ſacris negabat ordinibus, 248. *d.* & perpetuam Deiparæ Virginitatem, 362. *d.* in *n.*
IPHIGENIA Virgo a S. Matthæo conſecrata, & pluſquam ducentis præfecta Virginibus, 722. *c*
S. IRENÆUS diſcipulus ſancti Polycarpi, 474. *c*
JSAJAS a ſolo Deo miſſus prædicator, 620. *b c*
JUDAS Gaulonita, 689. *a.* in *n.*
JUDAS Scarioth divinitus electus in Apoſtolum, 569. *b.* Fiſcum habebat Chriſti, 589. *b.* ipſi prædicanti credi volebat Chriſtus, 394. *d.* Judas ſignificat corpus malorum, ſicut Petrus bonorum, 395. *d.* non per imprudentiam, ſed per providentiam electus Apoſtolus, 446. *d.* electus eſt ad opus tentationis, & quare, 451. *c* 569. *b.* verus fuit Apoſtolus, 482. *c* 483. *b.* cum eligeretur a Chriſto, non ſine merito fuit, *ibid. c d.* potuit Jeſum non tradidiſſe, 123. *b.* avaritiæ conſentiendo decidit, 132. *b.* ante Petrum elegit diſcubitum in cœna, 246. *c.* non ideo fuit proditor quia prophetæ prædixerunt, ſed talis fuit ex nequitiæ ſuæ propoſito, 143. *d.* poterat eſſe ſimilis Petro & Joanni, ſi voluiſſet, *ibid.* perverſam ejus voluntatem prævideruut Prophetæ, *ibid.* quare electus a Domino, 276. *a.* filius fuit ſponſi, 288. *a.* unus ex Apoſtolis numero, non merito, 291. *c.* ei dedit Deus poteſtatem veram filium Dei fieri, 161. *c.* ſi elegiſſet filius Dei fieri, quomodo adhuc eſſet infallibilis præſcientia Dei, 161. *d.* Chriſtus in cœna prius lavit pedes Judæ quam Petri, 246. *c*
Judæi primi ſunt qui cœperunt inſtar monachorum habitare in unum, 308. *b c.* quare ipſis primo annunciatus eſt Chriſtus, 615. *b.* in ſuo Talmud jubent damnificare Chriſtianos, 683. *c* 684. *a.* quos gentiles ſecum commanere non permitterent, 716. *a.* manum tantum & non animum cohibent a peccato, 871. *a c.* Judæorum regnum poſt Jechoniam nullus tenuit, 655. *a* 664. *a*
Judex ſine intermiſſione pro populo laboret, 341. *c.* ſeptuaginta judicibus a Moyſe inſtitutis alii ſucceſſerunt, uſque ad tempora Chriſti, 599. *a.* illi dolebant, quod ad audiendos Apoſtolos multitudo conflueret, 599. *a b.* tria in Judice ſpectanda, 341. *c.* judicibus potius quam litigatoribus credendum, 485. *c d.* magnum delictum non credere judicibus Eccleſiaſticis & ſæcularibus, 486. *b.* quando liceat Eccleſiaſticis judices laicos petere, 677. *a*
Judicium de præſcitis & electis ante tempus non licitum, 278. *c.* 279. *a b.* 281. *c.* confitetur de omnibus qui ſe ſubterfugere judicium dilationibus putat, 672. *c.* Epiſcopalem ſententiam coram terrena poteſtate reducere idem eſt ac regale decretum coram oppidano judice retractare, 674. *b.* cur aliquando laici de cauſis Eccleſiaſticis judicaverint, 677. *a.*
JUDITH in extremo periculo Sacerdotum docuit, non officio, ſed ſubventionis affectu, 639. *b.*
JULIANI Eclanenſis tractatus ſuper cantica legentibus noxius, 19. *d.*
JULIANUS Pelagianus ſeducebat ſub ſpecie pietatis, 22. *c d.* aliqualiter ſanctos Patres venerabatur, 15. *c.* queritur Epiſcopale ſibi examen, & judicium denegari, 345. *b.* catholicos vocabat *Maniacos*, 471. *c.*
Jugum Chriſti, V. Onus Chriſti.
JUPITER ſub ſpecie arietis cornigeri adoratus, 659. *b.* in *n.*
Juriſconſulti quando cœperint vocari Doctores, 607. *e.*
S. JUSTINUS philoſophus laudatur, 493. *a.*
Juſtus, in quo a Sancto differat, 432. *b*
Juvenculæ Londoniis miſſas celebrant & Dei verbum prædicant, committentibus Wicleviſtis, 296. *d.*
Juvenis in ſæcularibus utilis, ſenex inutilis, 250. *d.*

L

LAboritium manuale, V. Opus manuale.
Laicus idem ac popularis, 303. *c.* laici a Deo facti ſunt in ordine poteſtatum, 469. *c.* non ſe debent immiſcere clero, 577. *c d e.* cur aliquando de cauſis Eccleſiaſticis judicaverint, 677. *a*
LAMPETIANI hæretici, 792. *b*
Latro Evangelizans cavendus, 630. *b.* latrones Evangelici abundant, *ibid. d.* deſcribuntur, *ibid.* bonus latro fuit cum Chriſto Deo in triduo ſepulturæ, 193. *c.* quale ejus nomen, 956. *f.* in *n.* ejus dies feſtus, *ibid.*
LEONTIUS qui, 442. *c.* in *n*
LEPORIUS presbyter ab Auguſtino laudatus, 614. *a.* Xenodochium & Baſilicam extruxit, *ibid*
Levitæ a præliorum tumultibus exempti, 460. *d.* habebant poſſeſſiones immobiles, 540. *a b.* 337. *a.* &c.
Lex in Chriſto perfectionem accepit, 718. *c.* lex Chriſti in quo differat a lege Moyſi, 717. *d.* lex vetus animali comparata, 912. *a.* probatur non eſſe illicitum addere aliquid legi Dei, 709. *a b c.* 710. *d e.* 802. *c.* 803. *a b.* licet addere legi Chriſti, non autem citra facere, 710. *c.* lex Theodoſii Imp. de ſententia mortis non ſtatim exequenda, 652. *b.* lex Anglicana pro excommunicatis, 671. *c.* lex de contractibus repudiata, 774. *c.*
Liberalitas bonorum ſpiritualium potior quam carnalium, 869. *c.* duplex genus liberalitatis, *ibid. b*
Libertas viæ alia a libertate termini, 136. *c.* læditur a neceſſitate externa, undecumque ea inferatur, 155. *c.* Deo minus placet laxa quam ligata libertas, 771. *d.* equus eſt gratiæ Dei, *ibid.*
Libri omnium doctorum & Eccleſiarum ſubmitti debent authoritati ſacri Canonis, 350. *a.* &c. *c.* ſunt teſtes, *ibid.* de libris quos Eccleſia ab Apoſtolis propagata teſtatur eſſe canonicos, incertitudo eſſe nequit, 345. *c.* ſine authoritate teſtificantis Eccleſiæ non datur liber canonicus, 346. *a.* non poteſt augeri in Eccleſia numerus librorum Canonicorum, *ibid. c.* &c. quid requiratur ut libri recipiantur in authoritatem ſacri canonis, 348. *a.* ſumma præſumptio foret

ret eos nunc libros probare, quos certa ratione Patres reſpuerunt, *ibid.* non poteſt canon creſcera in pluralitate librorum, *ibid. b.* caute de Doctorum libris judicandum, 351. *d.* in libris divinis ratio omnis & ſermo continetur, 356.*d.* quos libros admitterent religioſi ſancti Marei, 623. *d.* liber Auguſtini de immortalitata animæ, quare non ſatis authenticus, 85. *b.* in *n.*

Libri hæreticorum non legendi, 19. *b c.* vix prudentibus Theologis non noxii, *ibid.* ji libri ſunt legendi cum quibus poteſt ſecure prædicari, 26. *b.* libri Origenis olim ab Ecleſia interdicti, *ibid.*

Linus & Cletus a Petro ordinati Epiſcopi omne ſacerdotale miniſterium Romæ Petro adhuc vivente exhibebant, 407. *a* quare Linus & Cletus ante Clementem numerantur 406. *b. c*

Literæ communicatoriæ in uſu olim apud Eccleſiam, 421. *a.* in *n.* quibus competeret jus illas concedendi, *ibid.* cur dicerentur *literæ formatæ*, *ibid.*

Locus ſanctior utiliori non præponendus, 457. *b.* naturaliter unumquodque petit locum ſuum, & quodlibet perficiens ſuum perfectibile, 198. *c*

Locutiones figuratæ in Scriptura, 211. *a.* 212. *b.* &c. cavendum eſt ne figurata locutio ad literam accipiatur, 215. *d.* veterum Patrum locutiones non ſemper a nobis imitandæ, 216. *b.* regulæ pro publica locutiona, 210. *a b*

Lollardi aſſueti reſpondere pugnis ubi argumenta deeſſent, 706. *c* Unda ſic dicti, xxvs.

Lucas ab Apoſtolo Paulo laudatus, 566. *b c.* electus ab Ecclaſi:s ad miniſtarium Dei, *ibid.*

Lucius Arianus ſcindit *Eccleſiam* contra S. Athanaſium, 478. *b*

Lucius Brittanniæ Rex ab Eleutherio Papa inſtrui petit in Chriſti fide, 3.

Lucius Papa duos presbyteros & tres diaconos Epiſcopo aſſiſtere decrevit, 528. *a*

Luna figuram gerit Eccleſiæ, 289. *b.* poteſtatem bumectandi non habet a Sola, 668. *c*

S. Lupus Trecenſis Epiſcopus in Angliam adverſus Pelagianos miſſus, 4.

M

Macedoniani hæretici, 111. *a.* in *n.* Macharius Antiochenus Monothelita, 342. *c.* depoſitus a Concilio Conſtantinopolitano, 343. *b*

Maſortes quid, 796. *a*

Major a minore non benedicitur, 259. *b* 260. *b*

Majoritas in Eccleſia potius luctus quam gloriæ eſt, 264. *a.* V. Prælatio.

Maledictio beata quæ ſit, 853. *a b*

Magi Chriſtum quæſierunt non tam ut hominem, quam ut Deum, 660. *a b.* parvulum non adoraſſent, ſi tantummodo parvulum crediſſent, *ibid.* quam cauti in quærendo Chriſto apud Judæos, *ibid.*

Magiſterium primum & ſummum ſoli Chriſto ſervatum, 606. *b.* ſecundarium & vicarium cæteris indulgetur, *ibid.* Magiſtarium Chriſti in tribus conſummatur, 263. *d.* forma magiſterii Chriſti fuit minoritas, ſervitus & miniſtratio, 263. *d*

Magiſtri & doctores rite inſtituti in Ecclaſia, 598. *a b c.* &c. doctores catholici licite vocantur magiſtri, 605. &c. non dedignentur admonitiones majorum, *ibid. d.* in comparatione Chriſti nemo magiſter, 606. *b.* non ex arrogantia hoc nomen a doctoribus aſſumitur, 610. *b* quara vetuit Chriſtus diſcipulos dici magiſtros, *ibid. c d*

Mala ſine bonis eſſe non poſſunt, 101. *a.* non ſunt facienda mala, ut veniant bona, 156. *c.*

Mali quare a Deo ſublimentur ad regimen, 692. *c e.* 693. *c d.* vetus eſt error, quod tantum malis mala, & bonis bona dat Deus, 694. *d.* in malis hominibus, qui ſocietatem Eccleſiæ non violarunt, ſupplebit Chriſtus quod deficit, 323. *b.* communio malorum non maculat aliquem participatione ſacramentorum, ſed conſenſione factorum, 325. *a* propter bonos tolerandi ſunt mali, *ibid. d.* cur ſint & dominentur in Eccleſia Chriſti, 395. *b c d.* &c. non nocent Eccleſiæ, 407. *a b.* etiam malis obediendum, 482. *d e.* 483. *a.* 484. *a.* mali ſoli nullibi ſunt, niſi in inferno, 275. *d.* mali dicendo bona non obſunt auditoribus, 278. *c.* in Ecclaſia ſunt paleæ, *ibid. b.* quouſque præciſi non ſunt, membra ſunt Eccleſiæ, 292. *b c.* &c.

Mandata multa ſunt & unum, 316. *c.* multa per diverſitatem operum, unum in radice charitatis, *ibid.*

Manes Manichæorum parens, 472. cœpit vocari Manes quando ajus cœpit prædicari doctrina, *ibid. a* antea vocabatur Urbicus, *ibid.* dictus Manes a diſcipulis, quaſi manna ſundens, *ibid.*

Manichæi in Græcia nati, 3. qua ratione probarent quod Chriſtus animam aſſumpſit, non carnem, 189. *d.* dicebant Chriſtum veniſſe ad animas, non corpora liberanda, *ibid. c.* quod Chriſtus mortem & reſurrectionem mentitus eſt, *ibid.* A *Mania*, ideſt, inſania Manichæi derivatum aſt nomen, 472. *a.* ſolis ſuæ ſectæ mendicis dandam aſſe eleemoſinam dicabant, 683. *c.* 859. *b.* vitam in lapidibus, parietibus &c. ponebant, 36. *c.* dicebant quod nihil eſt aliquid, 104. *a.* quod Judas non potuit ſervare Apoſtolatum, propter malam naturam, 122. *c*

Manna quomodo haberet omna delectamentum, 48. *c*

Maranatha quid ſignificet, 460. *a.* in *n.*

Marcellus Ancyranus, 18. *c.* damnatus ab Arianis, *ibid. f.* in *n.* certum non eſt aum fuiſſe hæreticum 19. *a.* in *n.* abſolvitur a Julio I. *ibid.*

Marcellus Papa titulos Cardinalium in urbe Roma conſtituit, 527. *b*

Marcion hæreticus, 10. *b*

Marcus a S. Petro Alexandriam miſſus, 642. quare filium ſuum eum dicat Patrus, *ibid.* primus fuit Alaxandriæ Epiſcopus, 804. *b.* authoritata Petri ſuum ſcripſit Evangelium, 254. *d.* 492. *a* Romam petiit ſub Claudio cæſare, 272. *a.* Petro mittenta detulit Evangelium in Ægyptum, 273. *b*

Maria Magdalena in primitiva Eccleſia legitur prædicaſſe, 639. *b.* Deo gratior converſatio Mariæ, quam Marthæ, 762. *c*

Maria Virgo non mandicavit vinum a Filio in convivio nuptiarum Canæ Galilææ, 665. *a.* docuit Apoſtolos poſt Chriſti aſcenſionem, 639. *c.* ipſam famoſa pars Eccleſiæ prædicat abſque originali culpa conceptam, 664. *e.* vovit Deo perpetuam continentiam, 775. *d.* etiam poſt votum licite matrimonium contraxit, *ibid. b.* in *n.*

Marinianus Epiſcopus Ravannatenſis a S. Gregorio corraptus, quod monaſtaria non defendat, 469. *c.*

S. Martialis Lemovicenſium Apoſtolus, 3. confunditur cum Petro Apoſtolo, *ibid.* in *n.* & 256. *d.* in *n.*

S. Martinus Epiſcopus monaſticam vitam cum clericatu conjunxit in Gallia, 310. *x.* in *n.*

S. Martinus I. Papa Sergium, Pyrrhum, & Paulum damnat hæreticos, 475. *c*

Martinus V. diuturnum ſchiſma ſuſtulit, 4. Otho Columna anta Pontificatum dictus, *ibid.* univerſalis concilii ſuffragio electus, *ibid.* in *n.*

Martyrium eſt gradus ſupremus in latitudine perfectionis chriſtianæ, 750. *d.* religionem martyrum profitebantur Apoſtoli, & communicatur nunc Epiſcopis, 751. *e*

Materia æterna non fuit in Deo 65. *c d.* de nihilo facta vocata eſt primo cœlum & terra, 66. *a.* eraata aſt ante cœlum & terram, *ibid.* non appetit novas formas, 61. *c.* de nihilo facta eſt, 108. *c.* 115. *b*

Matrimonium improbatum a Manichæis, 54.

Mattarii de ſecta Manichæorum, unde ſic dicti, 22. *e.* in *n.* ſeducebant ſub ſpecie pietatis, 22. *d*

S. Matthias a pluribus Apoſtolis electus, 445. *c.* ante adventum Spiritus Sancti, 449. *b.* quare ſorte alectus, *ibid. d.* & quare anta Pentecoſtes, *ibid. e*

S. Matthæus publice electus Apoſtolus, 404. *d.* ſanctam Iphigeniam conſecravit, & pluſquam ducentis præfecit virginibus, 722. *c*

Maximianistæ hæretici, 367. *a.* in *n.* 484. *b.* quare illis axaminatio & reſponſio a catholicis denegata, *ibid.* famam diſputationis quærebant, quia multitudinis non habebant, *ibid.*

S. Maximinus Maſſiliæ Apoſtolus, 3.

Maximinus Arianus, 95. in *n.*

Maximus arreptor Salonitanæ Eccleſiæ, 548. *a b.* A S. Gregorio M. ſuſpenſus, *ibid.* non permiſſus Imperatoris expectare judicium, 673. *b c*

Maximus Epiſcopus Valentinus in Gallia, 672. *a.* a Bonifacio Papa provocavit ad judices ſæculares, *ibid.* de hæreſi Manichæorum accuſatus, *ibid.*

Mel in omni ſacrificio reprobatum, 73. *c.*

Melchiades Papa non vicaria, ſed ordinaria poteſtate cauſam Cæciliani judicavit, 677. *c.* in *n.*

Melchisedech quis fuerit, 375. *a.* 556. *c.* in *n.* non fuit proprie ſacerdos, 400. *d e.*

Meletiani, 465. *e.* in *n.*

Meletius Nicœnæ fidei ſincerus defenſor, 487. *d.* in *n.* ſchiſmati Antiocheno finem imponere ſtudet, 487. *b.* ai reſtituitur Eccleſia Antiochena, *ibid. c*

Melotes veſtis monachorum, 796. *b*

Membra corporis paria in natura, diſtincta in officio, 319. *c.*

Memoria quid ſit, 177. *c.*

Mendicitas ſancta quæ ſit, 823. *c.* &c. quæ ſit illaudabilis, 824. *b c.* quæ prophana, *ibid. c.* non eſt petitio alicujus rei, quam alius daturus ſit ſolo charitatis intuitu, 826. *b c* non aſt petitio rei corporalis titulo miſericordiæ, *ibid.* falſum probatur quod Chriſtus non potuerit propria mendicare, *ibid. c.* &c. hæretici qui ſanctam mendicitatem impugnarunt, 825. *a.* in *n.* vera mendicitatis definitio, 827. *c.* redarguitur Wicleffus inſtans ut probetur, quod Chriſtus mendicavit, 827. *c.* &c. Chriſtum mendicaſſe negant Amoræi, 829. *a.* concedit Wicleffus, ſed nutu, non ore, *ibid. c d.* reprobatur hæc ficta mendicatio, *ibid. c.* &c. probatur quod Chriſtus mendicavit, 830. *b. c.* &c. optabilius eſt mendicara, quam ſervitute proſtarni, 837. *d.* non mendicare, ſed mendicanti non dare verecundia eſt, 835. *c.* adhuc licita eſſet religioſis mendicitas, etſi Apoſtoli non mendicaſſent, 846. *a.* non ideo eſt illicita, quia contradicat ſtatui innocentiæ, *ibid. c d.* honori non derogat Eccleſiaſtico, 848 *c d.* reſpondetur Wicleffi objectionibus contra mendicitatem, 850. &c. 853. &c. 856. &c.

&c. mendicitas etſi ſit ex peccato, non eſt tamen peccatum, 852. *d.* ſi olim fuit maledictio, nunc eſt benedictio, 855. *a.* etiam mendicis validis eſt eroganda eleemoſina, 860. *a.* &c. mendicitatem non vetat S. Paulus, 865. *d. e* 866. *a*

Mens quid ſit, 177. *b* 178. *a.* eam coaleſcere ex ſpiritu & anima dicebat Vincentius Donatiſta, 177. *d.* ab ipſo non longe diſcrepat Wicleffus, *ibid.* eſt principale hominis, 264. *e*

Mercenarius Evangelicus qui ſit, 630. *a.* eſt tolerandus, *ibid. b* 631. *b* 632. *a.* Paulus vix invenit unum paſtorem inter multos mercenarios, 643. *a*

MESSALIANI hæretici, 581. *b.* in *n.* eorum contra ſacerdotes arrogantia, *ibid. e*

Meſſis Evangelica quid ſignificet, 662. *e*

Metropolis mater civitatum, 533. *b*

Metropolitanus Epiſcopus, 533. *b*

Milites in Eccleſia inter populares locandi, 305. *d*

Miniſter proprie qui ſit in Eccleſia, 306. *c* 466. *a*

Miracula ſemina ſunt fidei, 622. *b.* per ea veri probantur Apoſtoli, *ibid.* fruſtra ea tentarunt hæretici, *ibid.* in *n.* miraculis fides in ſuis primordiis nutrienda erat, 623. *b.* urgentur hæretici ut miraculis prædicationem ſuam probent, *ibid. c.* miracula rata omnes mirantur, non ſolita, 147. *a*

Miſſas celebrare fœminis permiſit Wicleffus, 296. *d.* idem alii permiſerunt hæretici, *ibid. c.* in *n.*

Molendinum deſignat plebes, 302. *b*

MONACHI nomen unde ortum, 303. *b* 304. *a* 308. *c* 721. *b c.* monachi in ſecundo Eccleſiæ gradu locantur, 303. *c.* omnes monachi dicebantur Canonici, *ibid.* non debent dedignari vocari *fratres*, *ibid. a.* in *n.* collum ſunt Eccleſiæ, 306. deſcribuntur a Philone, 308. *c.* & ab Iſidoro, 897. *b c.* eorum philoſophia, 309. *c.* inter optimos monachos flagitioſi interdum miſcebantur hæretici, *ibid. e.* propter monachos falſos pia non perit fraternitas, 302. *a* 309. *d.* argumentum Wicleffi contra Monachos, 301. *b c d.* eos damnare pluſquam diabolicum eſt, 309. *d.* monaſticæ vitæ profeſſores in veteri teſtamento, 310. *e* 713. *e.* quare in ipſos ſæviant hæretici, 695. Monachorum origo ex Scriptura deducitur, 703. *d e* 720. *a b.* &c. pluſquam quinque millia monachorum in una Ægypti eremo, 726. *d.* quam multos monachi habeant amicos, 727. *a b.* pro univerſo orant orbe terrarum, *ibid.* a Chryſoſtomo laudati, *ibid.* veteres cæremoniæ in receptione monachi, 798. *a.* explicantur, *ibid. d.* lugenda eſt modernorum monachorum a veteribus diſparitas, 729. *a*

Monachi ab initio diffuſi ſunt per Aſiam, 726. *d.* per Africam, 729. *e* 730. *a b.* &c. in quo præcipue ſint ſæcularibus perfectiores, 744. *a.* ritus tondendi monachos quam antiquus, 798. *a.* quid monaſtica tonſura ſignificet, *ibid. d.* Aliqui monachi a S. Marco normam vivendi acceperunt, 804. *b* Monachi primævi mendicabant, 823. *c* 848. *a b.* a S. Dionyſio Areopag. & ab Origene præferuntur populo vulgaris ſectæ, 311. *c d e.* a ſacerdotali officio non excludendi, 916. *d.* hortandi ad labores clericorum, 917. *a.* dignius illis conveniunt miniſteria ſacerdotalia, 917. *a.* in *n.* ipſis commendatur opus manuale, 923. *c d.* &c.

Monachi officium non docere eſt, ſed lugere, 641. *b.* propter gravamina Epiſcoporum quæſierunt exemptionem ab Apoſtolica ſede, 465. *e* 469. *d.* vix hæreticum unum reperire eſt, qui monachos non oderit, 695. monentur, ut patienter ferant perſecutiones, 696. monachus, qui de ſimulata infirmitate convinci nequit, Deo eſt dimittendus, 920. *c.* monachis nobilibus non eſt labor coacte imponendus, 921. *a b.* ignobiles a monachatu non rejiciendi, 926. *d*

MONASTERIA unde orta, 308. *a.* olim dicta ſacraria, 309. *a.* ſicut non meliores quam qui in monaſteriis profecerunt, ſic non pejores quam qui in monaſteriis defecerunt, 617. *c* Quæ bene exempta a D. Bernardo cenſeantur, 464. *d* Monaſterium quid ſit, 897. *b*

Monaſterium Arelatenſe a Rege childeberto fundatum, 461. *d.* privilegiis a Vigilio Papa & Gregorio munitur, *ibid.*

Monaſterium S. Medardi caput Monaſteriorum Galliæ, 467. *e*

Monaſterium Caſtellienſe, 470. *c.* in *n.* contra gravamina Epiſcopi illud tuetur S. Gregorius Papa, 470. *b c*

MONTANUS hæreticus, 335. *d.* in *n.* fœminis ſacra faciendi poteſtatem dabat, 637. *a.* in *n.*

MONTENSES hæretici, 407. *b.* in *n.*

Mors noſtra in carne & in anima, in anima propter peccatum, in carne propter pœnam, 194. *c.* naturalis & civilis, 959. *b*

Mortuorum memoria in communicatione corporis Chriſti, 297. *a*

Motus animæ eſſentia ſua eſt, 198. *d.* ad motum quando neceſſaria inſtrumenta, *ibid.* quid movet corpus poſt egreſſum ſpiritus immortalis, 200. *b c.* induxit veteres philoſophos in cognitionem animæ, *ibid.* opinio philoſophorum de motu cœli, *ibid.*

MOYSES figuram Chriſti gerebat, 508. *a* 529. *c.* quare Moyſes non ſacerdos conſecraverit Joſve, 508. *a.* qualiter fuerit Deus Pharaonis, 509. *a*

Mulier Samaritana figura Eccleſiæ quoad reddendum teſtimonium de Scripturis, 349. *d.* velum mulieris ſignum ſubjectionis, 264. *e*

Multitudo in Conciliis non ſpernenda, etſi paucorum ſit inventio veritatis, 383. *c.* raro multi conveniunt fideles, niſi in Chriſto conveniant, 385. *c.* a multitudine fidelium non abeſt, nec aberit veritas quæ eſt Chriſtus, 386. *d.* diſtinguitur inter multitudinem oneroſam, & multitudinem ſanctorum, 383. *c.* multorum in una re conſenſus plurimum valet, 379. *c.* argumenta Wicleffi contra hanc veritatem, 383. *b.* 385.

Mundus non eſt ex atomorum complexione factus, aut conſiſtens, 88. *d.* potuit non creari, 92. *b.* priuſquam fieret, Deus potuit illum facere *ibid.* Mundus eſt Deus, dicebant Varro & Plato, *ibid.* Ægyptii ac Stoici putabant eum eſſe quoddam animal ſenſibus ac membris præditum, 148. *b.* in *n.* non poſſe a Deo majorari, nec minorari, dicebat Wicleffus, 84. *b.* vertitur ſicut mola, 302. *c*

MUTIUS Valerius Conſul in magna paupertate defunctus, 847. *a d*

N

NABOTH propriam vineam mendicavit ab Achab, 826. *e* 827. *a* 834. *a*

NABUCHODONOSOR habuit a Deo poteſtatem regnandi, 685. *e*

NARCISUS libertus Claudii Cæſaris, 612. *e*

Natio barbarica Occidentalis, nata dæmoniaca, 476. *d* facta de cane ovis per fidem, 472. *d*

Natura quæ corrumpi non poteſt, ſummum bonum eſt, 101. *e.* natura creata quomodo communicatur ſuis inferioribus, 105. *b c.* &c. ſola natura divina omni modo eſt tota in omni ſuo ſuppoſito. *ibid. c.* non eſt radix omnium malorum, 133. *b.* natura rationalis creata eſt libera, non ſerva, 157. *c.* naturaliter non diligitur quod nocet naturæ, 205. *d.* eſt perfecta in indiviſibili, 230. *b*

Neceſſarium poteſt eſſe principium varii & oppoſiti contingentis, 149. *a.* ex mixtione neceſſarii & contingentis ſequitur contingens varium, *ibid.* neceſſarium ſumitur aliquando pro impoſſibili in Scriptura, 163. *e.* aliquando pro debito, 164. *c.* non omne neceſſarium eſt ubique tale, *ibid. e.* idem poteſt eſſe neceſſarium ex parte paſſi, & contingens ex parte principii, 165. *e*

NECESSITAS extranea, quæ non eſt in poteſtate voluntatis, tollit libertatem, 138. *a* 155. *e.* ſic etiam neceſſitas præcedens, 138. *a d.* periculoſe ea ponitur in actibus humanis, *ibid.* conciliari nequit cum libero arbitrio, 139. *b.* eam tamen ponebant veteres quidam Scholaſtici, 152. *a.* Deum neceſſitare creaturas ad malum dicebant quidam tempore S. Jacobi, 121. *e* ſicut & Pagani 122. *c* Manichæi, 123. *a* Prædeſtinati *ibid. c.* Jovinianus, *ibid. a.* In Deo neceſſitatem ponere auſi non ſunt veteres hæretici, ſed ſolus Wicleffus, 124. *c.* neceſſitatem voluntatis ad malum omnes damnant philoſophi, 125. *e.* omnes Doctores catholici, 126. *a.* neceſſitates eſſentiales eſſentiam perficiunt, 125. *a.* in *n.* præveniens opponitur libertati, 130. *e* 136. *a.* neceſſitas tractionis vel inclinationis operantem perficit aliquando vel promovet, 131. *c.* neceſſitates peccandi impropriæ recenſentur, 134. *d.* ubi neceſſitas, ibi nec damnatio nec corona, 136. *a.* neceſſitas fati tollit arbitrii libertatem, 137. *e*

Neceſſitas præcedens deſtruit Dei omnipotentiam, 152. *b.* rationes Wicleffi pro neceſſitate futurorum eventuum, *ibid. d e.* tunc ſolum eſt admittenda neceſſitas, quando voluntas, & productum per eam ſunt ejuſdem naturæ, 160. *e.* unde decepti ſint qui neceſſitatem prævenientem in omni futuro concedunt, 161. *e*

NEMBROTHITÆ hæretici, 686. *d e*

NESTORIUS ſpernens SS. Patrum traditiones incidit in hæreſim, 15. *d*

Nicetas de ignorantia arguit Romanos Pontifices, 419. *d.* quomodo excuſet Græcam Eccleſiam, quod ſemper abundaverit hæreticis, *ibid.*

NILUS Theſſalonicenſis Latinorum hoſtis, 255. *a.* in *n.*

NOBILIS nummus Anglicus, 819. *b.* in *n.*

NOE ſignificat rectores Eccleſiæ, 302. *d*

Nomen non addit ſuper eſſentiam, 50. *a*

Nomina Patriarcharum in ſuperhumerali quid ſignificent, 375. *e*

NOVATUS factus hæreticus ob dolorem amiſſi Epiſcopatus, 934. *b*

NOVATIANI hæreſim ſuam verbis S. Petri colorare ſtudebant, 832. *d*

Novitates quæ ſint vitandæ, 713. *b*

O

OBedientia ad orationem reducitur, 737. *c.* obedientiæ votum eſt ſuper omne votum, 781. *e.* obedientia patribus & ſenioribus ab adoleſcentibus præſtanda, 783. *a.* religioſis commendatur, 785. *b e* 786. *b c d e.* &c. etiam prælato reprobo præſtanda, 787. *b e.* &c. reſpondetur ad ea quæ Wicleffus contra obedientiam oppoſuit, 788. *c.* &c. obedientiæ intuitu relinquendum eſt opus quodcumque magis bonum, *ibid. d e.* una obedientia plus valet quam omnes virtutes, 790. *a.* ſine obedientia infidelis convincitur etiam fidelis, 781. *d.* præfert religioſum omni ſæculari, 762. *a* &c. victimis præponitur, 781. *c.* nihil magis præcipitur, quam obedientia, 779. *e.* ejus laudes, 781. *b c.* obedientia Deo præſtita major eſt in virtute & diuturnior tempore

pore ea quæ impenditur regnorum Imperiis, 471. *a*

Ocham, V. Gulielmus.

Oculos pingendi uſus in Afriea, 197. *a*. in *n.*

Onesiphorus ſervus Philemonis, 577. *a*

Onus Chriſti, quomodo leve 810. *d e*

Operarius bonus meretur vitam, malus demeretur, 305. *a*

Opes terrenæ ſpiritualem militiam impediunt, 875. *a*

Obſervantiæ in Eccleſia non a Domino præceptæ, quæ ſint rejiciendæ, quæ retinendæ, 811. *e* 812. *a b*

Opera externa colorare poſſunt ſinceros & fictos, 621. *d*

Ophiant hæretici, 205. *b.* in *n.*

Opus manuale cur primo apud Ægyptios monachos invaluerit, 895. *d.* illud injungunt S. Benedictus monachis, S. Albertus Carmelitis, 896. *a b c.* omnibus Apoſtolus, *ibid.* *d.* duo errores quoad opus manuale recenſentur, & refutantur, 898. *d e.* &c. explicantur præcepta de opere manuum in ſcriptura, 902. *a b.* &c. Inter Monachos qui ſint eximendi ab opere manuali, 905. *d e.* arguuntur clerici, qui ſibi ſolis eleemoſinas arrogant plebis, 906. *c. d.* operariorum duo genera, 908. *a* A religioſis illiteratis opus manuale non deferendum, 925. *d*

Oratio eminentior eſt pars religionis perfectæ, 701. *e.* non eſt vox ad aures Dei ſine animi affectu, 557. *a.* orationes & preces ſolemnes ab Eccleſia ordinatas immutare unicuique non licet, 558. *b*

Ordinationes Epiſcoporum quomodo celebrandæ, 259. *e*

Ordo ſacerdotalis in veteri teſtamento ab Aaron inceptus, 400. *d.* in novo a Petro, 404. *a.* majoritas & minoritas in Eccleſiæ ordinibus probatur, 249. *a b.* &c. ordo Epiſcopalis tripartitus, 533. *a* Miniſtrorum & Poteſtatum in Eccleſia duo ordines laterales, 466. *a.* plures ordines in religione Chriſti recte dici poſſunt, 805. *a d e*

Ordo monaſticus, 301. *b.* ordo orantium, 305. *a* Agricultorum & defenſorum, *ibid.* ordines Equeſtres, 306. *b.* in *n.* Ordines Mendicantium in quo ſint exempti a juriſdictione Epiſcoporum, in quo eis ſubditi, 463. *b.* in *n.*

Origenes magnus magiſter Eccleſiarum poſt Apoſtolos, 491. *b.* 608. *a* A Demetrio Epiſcopo docendi officium ſuſcepit, 601. *c.* eum hæretico neque orare conſenſit, 636. *b.* Baccalaureorum inſtitutor, 601. *a b* A Fabiano Papa de male a ſe ſcriptis veniam petit, 491. *d* Ejus diſcipuli, *ibid.* *e* Cum in cæteris libris omnes vicerit, in Canticis Canticorum ipſe ſe vicit, 608. *a*

Origenes fons Arianorum dictus, 74. *d.* contrarium ejus aſſertum notatur, *ibid.* *a.* argumentum pro ejus defenſione, 117. *a.* in *n.* dicebat peccatores homines in alio mundo poſſe diabolos fieri, 119. *a.* ejus error de corpore vertendo in ſpiritum, 192. *a.* in *n.* de præexiſtentia animarum, & contra Chriſti incarnationem, 226. e

Otium maxime tentat clauſtrales, 899. *c*

Oves, gentium nationes, 283. *a.* oves & hædi ſub uno paſtore paſcuntur in Eccleſia Chriſti, 277. *a*

P

S. Palladius Scotorum Apoſtolus, 3.

S. Pantænus, V. Pantheus.

Pantheus philoſophus Alexandriæ Doctor, 600. In Indiam miſſus, *ibid.* inſtituit doctores pro ſe ſcholaſtice regentes, *ibid.* *d*

Papa unde ſic dictus, 438. *b c d.* non eſt nomen omnino extra fidem Scripturæ, *ibid.* non eſt nomen a Cæſara inventum *ibid.* *e.* &c. in hoc nomine nec ambitio nec adulatio notari debet, 441. *c.* Electus Papa, etſi ob aliquem caſum inthronizari nequeat, authoritatem habere debet regendi Romanam Eccleſiam, 445. *b.* juſte eligitur a Cardinalibus, *ibid.* *c.* &c. Cur Romæ reſideat, 453. *d e* 457. *a.* non ideo damnandus Papa, quia Sedes Romana diſpliceat, 454. *b* Non Romæ tantum, ſed magis eſt totius orbis Antiſtes, 458. *b.* Dicitur Summus Pontifex non merito, ſed magiſterio, 427. *c.* Non de novo vocatur *Sanctiſſimus Pater* 432. *c d* &c. recte dicitur *beatiſſimus* 435. *e* 436. *a* &c. 437. *b c.* Quare *Apoſtolicus* aliquando dictus, 438. *d* 481. *b.*

Papa eſt virtute & gratia ſtupendus, 438. *c.* totam repræſentat Eccleſiam, 435. *c.* eſt ſucceſſor & ſocius Petri 435. *d.* eſt quaſi identice Petrus, 427. *d.* eſt Petrus ipſe in ſucceſſore Petri, 397. *a.* ejus prærogativæ, 435. *d.* in ipſo omnia bona ſpiritualia Eccleſiæ militanti accomoda, *ibid.* *e.* etſi perverſus in perſona, adhuc in officio eſt beatus, 435. e. in apparatu regio ſuccedit Conſtantino, non Petro, 505. *d.* incedens cum circumſtrepente familia, non eſt Chriſto contrarius, 506. *a.* Si princeps terrenus delinquat, non debet illius temporalia adminiſtrare, 669. *e.* poteſt regiam poteſtatem judicare, non præjudicare, 670. *a.* quomodo poſſit abſolvere ſubditos a fidelitate erga ſuos principes, 679. *c.* in *n.*

Papa plus habet authoritatis ut Papa Eccleſiæ, quam ut Epiſcopus Urbis, 458. *d.* inter miniſtros Eccleſiæ præſidet, 466. *a.* poteſt diſpenſare ordinem Miniſtrorum a juriſdictione Poteſtatum, ſecundum quid, *ibid.* ipſi omnis Eccleſiaſticus ordo obtemperare debet, 481. *b.* inter omnes mortales ſingillatim acceptos licet petera Papam, 488 *a.* Ejus deciſio habet authoritatem infringibilem in cauſis fidei & hæreſis, *ibid.* A catholicis Epiſcopis cogebantur hæretici ad fidem Papæ, 490. e. hæretici quandoque fingebant ſe ejus fidem ſequi, *ibid.* *e* Eſt ſuper omnes Epiſcopos in juriſdictione, 368. *a* 563. *c* 564. *a* In quo Epiſcopi ſint æquales Papæ, *ibid.*

Papa quomodo a Chriſtianis poſſit adorari, 500. *b c.* eminebat Papalis authoritas etiam tempore perſecutionum, 501. *d.* duplicem habet gladium, ſpiritualem & temporalem, 502. *a.* ipſi convenit duplex honor, officii ſcilicet & doctrinæ, 500. *a.* Ab ipſo Papa confluit in totum corpus Eccleſiæ duplex ille honor, *ibid.* cathedra Papæ eſt ex conſuetudine Scripturæ, 506. *b.* quid ſignificet, *ibid.* *c.* Ejus uſum habet ante Conſtantinum, *ibid.* *d.* quo ſenſu poſſit vocari *Deus*, 508. e. Præeſt in Concilio, ſed non præeſt Concilio, 563. *c.* legitime citat fideles ad ſuum judicium, 516. *c. d.* &c. Papalis authoritatis teſtimonium ex Irenæo, 374. *b.* Papæ creſcit authoritas ex acceſſu omnium Eccleſiæ Patrum in generali concilio, 379. *a*

Papa debet ſupplere Epiſcopis in pia cura religioſorum, 465. *d.* gladius temporalis ab ipſo non manu, ſed nutu evaginandus, 502. *a b.* gladius temporalis pro Eccleſia, ſpiritualis ab Eccleſia exercendus, *ibid.* cunctis male potentibus debet eſſe terrori, 509. *b.* qualem ſe cunctis debeat exhibere, *ibid.* Regius apparatus eſt ab ipſo tolerandus, non affectandus, 505. *d.* quales hominum cauſas debeat ſuſcipere, 575. *a b*

Papa quibus ſit ridiculus, 428. *a.* non eſt antichriſtus, 498. *b.* &c. 503. &c. oportet in Eccleſia eſſe Papam, etſi Chriſtus perpendiculariter reſideat ſuper omnes fideles, 510. *c.* &c. dementia eſt ſpernere Papam, 513. *a.* ipſi annuos cenſus ſolvebant chriſtianorum regna, 518. *b.* expediens fuit eſſe Papam Chriſti vicarium, 520. *d e* 524. *b c* Maledicta Wicleffi contra Papam, 397. *d* Papam Wicleffus ponit abſconditum, 398. *a.* refutatur ille Papa abſconditus, 398. *d e.* &c. 666. *b*

Parnaſus biceps, 602. *c.* in *n.*

Parochi ad vitam inſtituendi, 578. *a.* V. Paſtores ſecundi ordinis.

Pastor qui ſit, 630. *a.* virgam poteſtatis nunc ferre debet, nunc omittere, 251. *e.* non reprehendendus ab ovibus, niſi a fide deviaverit, 481. *a.* in paſtoribus Eccleſiæ non generatio carnis, ſed merita attenduntur, 404. *c.* non licet ſubditis temere judicare de vita paſtoris, 590. *d. e.* &c. 594. *a*

Paſtores ſecundi ordinis in commune cum Epiſcopis laborent, 576. *b.* debent inſtitui ab Epiſcopis, non a dominis ſæcularibus, 577. *a.* &c. abſque permiſſu Epiſcopi, nihil in ſua parochia debent agere, *ibid.* *c*

Pater dicitur quaſi magiſter, 605. *b. c*

Patres Eccleſiæ unde ſic dicti, 357. *a.* omnes erraſſe dicit Wiclaiſus, 14. *e.* concors eorum ſententia temporum ſucceſſione firmata tenet locum fidei, *ibid.* tenet locum Eccleſiæ catholicæ & Apoſtolicæ 385. *a b.* ipſi obediendum ſub pœna perfidiæ, *ibid.* 359. *d.* eſt menſura omnium tractandorum, *ibid.* ipſi ſe conformant concilia, ut regulæ, 341. *d.* Patres Eccleſiæ a temporibus Apoſtolorum ſunt certiores judices in cauſa fidei, quam ſynodus generalis, 342. *b. c d.* ad teſtificandam fidem Eccleſiæ eos ſucceſſive dedit Deus in orbem, *idid.* ſunt liber qui navigare poteſt ad omnes, 341. *d.* ſola antiqua Patrum fides ſcripturis dedit interpretationem juſtiſſimam, & litibus finem, *ibid.* Eccleſia Patrum ab initio vocabatur in teſtem etiam de geſtis & promiſſis Dei, 344. *a.* &c. Chriſto non crediſſent diſcipuli ſine teſtimonio patrum, *ibid.* *d.* firmata eſt fides quia prædicta ſunt a patribus omnia quæ contingebant in Chriſto, 345. *a.* ſanctorum Patrum libri cum omni diligentia & reverentia perquirendi, 352. *b.* regula pro eis legendis, 216. e. in *n.* vir pius plus eligit fateri non intelligere, quam illis erroris notam inurere, 352. *c.* illi ſunt aptiores in materia fidei, qui Chriſti & Apoſtolorum temporibus viciniores erant, 357. *c.* poſt authoritatem ſcripturarum eos ſequi neceſſe eſt, *ibid.* *c d e.* &c. Quale eorum munus, *ibid.* *b.* omnes patres antiquos fuiſſe ex conſuetudine peccatores, dicit Wicleffus, 358. e. 370. *d.* Quid faciendum cum in materia fidei occurrat perverſum alicujus patris teſtimonium, 359. *a.* Divi Auguſtini obſequium erga SS. Patres, 367. e. debent a chriſtiano cum timore & reverentia audiri, 368. *a.* Si quis patrum doceat contra authoritatem Majorum, eſt quidem relinquendus, ſed non ſpernendus, 384. *c.* 385. *a.* cur antiqui patres ſub tabernaculis ſolitudinem incolebant, 718. *d.* patres Eccleſiæ Africanæ qui docuerunt rebaptizationem hæreticorum, non amiſerunt ſocietatem Eccleſiæ, 324. *a.* 382. *b.* 384. *a*

Parentes primi erant in numero prædeſtinatorum, 280. e.

Parmenianus Donatiſta Conſtantinum Cæſarem accuſat, 485. *c*

Patriarchæ qui ſint, 532. *a.* in *n.* figurantur in Patriarchis veteris teſtamenti, 533. *a.* nomen patriarchæ quid ſignificet, *ibid.* patriarcharum privilegia *ibid.* *a.* in *n.* patriarcha Antiochenus, 333. *a.* in *n.* 534. *c.* in *n.* Aquilejenſis, *ibid.* *e.* in *n.* Conſtantinopolitanus, *ibid.* *d.* in *n.* Ro-

n. Romanus, 333. a. in n. Alexandrinus, ibid. Gradenſis, 534. c. in n. patriarchæ ad unum ſe convertunt ſummum pontificem, 534. c. quatuor patriarchæ pro quatuor mundi partibus, ibid. c. veteres patriarchæ non erant proprie ſacerdotes, 400. e. nomina eorum in ſuperhumerali quid ſignificent, 375. c

PATRICIANI hæretici, 205. c. in n.

PATRIPASSIANI hæretici, 205. d.

S. PATRITIUS Hybernorum Apoſtolus, 3.

S. PATROCLUS Arelaten. Epiſcopus Concilii Gallicani adverſus pelagianos præſes 4. in n.

Patronus eſt eunctis fidelibus unus, 317. a.

S. PAULA optabat in mendicitate mori, 846. b. voti compos effecta, ibid. c

S. PAULINUS, 495. c. in n.

S. PAULUS a pluribus Apoſtolis electus, 445. c. d. non præferendus petro, etſi petri dextrum latus in picturis teneat, 238. in eo quod ſe humiliat oſtendit poſſe Apoſtolos alios eſſe majores, alios minores, 249. c. non unius provinciæ, ſed totius orbis prædicator, 253. c. Evangelium ſuum magis confert cum petro quam cum aliis Apoſtolis, 254. a. authoritatem prædicandi habuit a petro, ibid. ab eo ordinatus eſt Apoſtolus gentium, 255. a. 260. b. laudatus ab aliis Apoſtolis, 255. a. non derogavit petro, cum eum charitative correxit, ibid. c. non par petro licet petri reprehenſor, ibid. 256. a. in Apoſtolatu non inferior petro, ibid. eſt inferior in comparatione culminis, ibid. b. non eodem loco occiſus cum petro, 270. c. ad fidem eſt converſus eodem anno quo eſt paſſus Chriſtus, 273. a. petrus & paulus quare uno die, unius tyranni ſententiam ſubierunt, ibid. c.

S. Paulus quare romanos videre deſideraret, 363. d. venit Romam ut confirmaret fideles jam a petro converſos, 378. c. Galatas convertit ad fidem, 379. a. non erat membrum Eccleſiæ quando perſequebatur Eccleſiam, 394. b. ſed tunc jam erat prædeſtinatus, ibid. ejus ſimplex prædicatio irridebatur, 592. c. quare allegaret fratres in teſtes fidei, 379. b c d. Apoſtolatum ſuum miraculis probat, 622. a. quare ad Ananiam miſſus, 786. c. A miniſtro cæſaris appellavit ad cæſarem, 675. d. appellavit forte etiam a ſacerdotibus veteris legis, non a ſacerdotibus Chriſti, ibid. quomodo eum affligerent falſi fratres, ibid. c. aliqui prædicabant fidem Chriſti, ut Neronem accenderent contra Paulum, 676. a b. magis eum torquebat dolus domeſticorum, & ruina debilium, ibid. d c. Theclam virginem inſtituit, 722. c d. multas alias fœminas conſecravit ibid. quare ſe laudaverit apud Corinthios, 726. a b

S. Paulus cavebat dicere quod omnis creatura eſt Deus, 37. d. Manichæi dicebant eum retractaſſe ſententiam ſuam de Chriſto nato ſecundum carnem, 189. e ad ſeptem ſcripſit Eccleſias, 317. c

Paulus Monothelita a Martino Papa damnatus, 475. e

Paulus Samoſatenus hæreticus, 233. c

Pauperes ſpiritu qui ſint, 823. c. 825. a b. 894. d. qui ſint mali pauperes, 864. b c. parentibus pauperibus primo tribuendum, 875. c. pauperes alii ſunt qui nos quærunt, alii, quos nos ipſi debemus quærere, 932. a. quomodo omnes chriſtiani ſunt pauperes, 965. c

PAUPERTAS voluntaria ad eleemoſinam reducitur, 737. b. non eſt ſignum malum in eo, qui eam profitetur, 739. d c. eam profiteri magna eſt perfectio, 739. d c. &c. eam Chriſtus docuit 740. d. paupertas clauſtralis perfectior ea, quæ extra clauſtrum ſervatur, 751. b. votiva altioris eſt meriti quam libera, 763. c. martyrii genus eſt, 764. a. paupertas honeſta, egeſtas turpis, 894. c. varii paupertatis gradus, 965. c d. &c.

Paupertas quantum diligenda, 835. d c. Evangelicam ſemper oderunt hæretici paupertatem, 836. a. quæ paupertas ſit dignior, 845. c. &c. grano Evangelico comparatur, 848. d. in n. romana deficiente paupertate, & romanum regnum cœpit decreſcere, 849. c d e. plus nunc clericis quam antiquis romanis commendanda, 850. a. magnum eſt bonum, 854. d. rejicitur gloſſa Wicleffi, dicentis, quod conſilium Chriſti de renunciando omnibus datum fuit in remedium avaritiæ, 874. c d. &c.

Pax quam bona ſit, in diſſidiis cognoſcitur, 479. a. pax otioſa, periculoſa eſt fidei 7. a.

Peccator quo ſenſu induratur, & excæcatur a Deo, 153. c. peccatores non pertinent ad Eccleſiam ſanctorum, ſed ad Eccleſiam vocatorum, 287. a. 292. b c. &c. peccatoribus benefaciendum, 587. c d e. &c. ipſis ſtipem non negavit Chriſtus, 588. c. quare illos paſcat Deus, 684. c. illis Dei beneficia ſunt noxia, ibid.

PECCATUM nulli imputatur, niſi volenti, 133. c. 154. c. originale non infert neceſſitatem, 134. c. in peccato ſola accuſanda voluntas, ibid. c. &c. neceſſario contrahi dicebat Wicleffus, 153. b. peccati tres gradus, 131. d. nullus peccat in eo quod vitare non poteſt, 155. c d. contra voluntatem Dei crimina perpetrantur, 156. a b. ſed non præter ejus voluntatem, ibid. peccatum volente Deo mutatur in bonum, ibid. c. nullo modo eſt peccatum, ſi non ſit voluntarium, ibid. d c.

Peccatum cordis, & peccatum ſpiritus, 378. b. vita præſens non eſt ſine peccato, 682. d.

Pecuniam nec habere nec amare tutius eſt, 873. b c

PELAGIANI hæretici quando exorti, 4. in n. querebantur de legibus Imperatorum, qui eos coercebant, 1. irridebant catholicorum ſimplicitatem, 16. d. ſeveriorem prædicabant diſciplinam, 20. b. in n. Deum faciebant authorem peccati, 122. b. ſub Chryſoſtomi authoritate ſe tueri conabantur, 186. b. in n. arguebant papam Zozimum de prævaricatione, 485. a

PELAGIUS natione Britannus, profeſſione monachus, 4. in n. ab ipſo pelagiani, 12. in n. damnatus ab Innocentio, Zozimo, & Bonifacio pontificibus, 489. b. benedictiones Epiſcopales improbabat, 554. c d.

PEPUZIANI hæretici, 335. c. in n. fœminis munus docendi in Eccleſia tradiderunt, 362. c. in n. & libere prædicandi, 637. d. dicebant Chriſtum revelatum in ſpecie fœminæ, ibid. e. fœminas ſacerdotio honorabant, ibid. d. dicti etiam Quintillani ibid. e.

Perfecti chriſtiani in primitiva Eccleſia, 307. d. perfecti Ariſtotelica definitio rejicitur, 736. c. perfecti & carnales a primordio Eccleſiæ, 809. a b c.

Perfectio militiæ chriſtianæ in eleemoſina, oratione, & jejunio, 737. a. ad eam ſeptem gradus, 749. b c d. 756. a. perfectio vulgi eſt fructus centeſimus & infimus in grano Evangelico, 750. a. clauſtralis eſt intenſive melior perfectione vulgi, 751. a b. &c. in ſuperiori gradu perfectionis pauci ſunt, 757. a.

PERIGENES Corinthiorum Epiſcopus a Cœleſtino Papa inſtitutus, 548. d

Peripſema quid, 660. c. in n.

Perpendiculum in Scripturis quid myſtice ſignificet, 510. c

Perſecutio ab iniquis utilis, 7. a.

Perſecutores noſtri non homines, ſed dæmones, 820. b c d

Peſtilentiæ effectus, 411. b. quæ ſit cathedra peſtilentiæ, ibid.

Petra quomodo intelligatur ab hæreticis, 244. d. in n. omnes Apoſtoli ſunt petræ, 269. a. omnes etiam imitatores Chriſti, ibid.

PETRUS ABAELARDUS hæreticus, 3. in n. ſeducebat ſub colore pietatis, 22. d. ejus errores, 71. b. in n. & 72. a. magiſter Wicleffi, 370. c Apoſtolos & Apoſtolicos viros venerabatur, ſed non alios doctores, 371. a

PETRUS Apoſtolus cognominatur a petra, 244. d. primatum habuit inter Apoſtolos, ibid. c. idem fatetur Wicleffus, 247. c. 252. b c d e. habuit primatum, non tempore, ſed prælatione, 245. a c 251. c. in Bethſaida ortus, ibid. b. ſeptem annis Epiſcopus in Antiochia, 246. a. ſecundo Neronis anno petiit Romam ad expugnandum Simonem Magum, 245. a. ejus præeminentia deſignatur ex nomine Cephas, 246. b. varia petri nomina quid ſignificent, ibid. c. eſt vertex collegii Apoſtolici, ibid. d. 258. c. & Eccleſiæ, 247. a Paulus aſcendit videre eum præ aliis, & quare, ibid. d. antequam eſſet Romanus Epiſcopus, jam erat primas & caput Eccleſiæ, 248. b. duplex ejus primatus, 256. b. major eſt Paulo, 258. c 261. a. eſt magiſter orbis terrarum, 259. a. in ſcripturis regulariter antefertur aliis Apoſtolis, 260. a. ordinat alios Apoſtolos, non ordinatur ab aliis, ibid. b

Petrus & Joannes primi inter Apoſtolos, 341. b. ille Eccleſiæ ſponſæ curator, iſte virginis matris tutor, 241. a. in eos totum ſe tranſtulit Chriſtus, ibid. b. petrus quia ſenior erat, prælatus eſt Joanni, 250. a. petrus Joannes & Jacobus honoratiores in Apoſtolis, 249. b. petrus primus Apoſtolus, 257. a. primus in Concilio Apoſtolorum, 260. c. eſt author decreti de ceſſatione legalium, 261. a. Deo gratior converſio petri quam Nicodemi, 762. c. quomodo intelligendum, quod non haberet aurum, nec argentum, 861. a

Petrus Evangelium Marci probavit, 254. d. ejus coactiva poteſtas initio Eccleſiæ dormiebat, 251. c. ordinat paulum Apoſtolum gentium, 255. a. correptus a paulo nihil authoritatis amiſit, ibid. c. minoris correctioni ex humilitate ſuccubuit, ibid. majoritas & humilitas in Petro conjunctæ, ibid. d. 256. c. authorizat Epiſtolas pauli, 255. d. non minus in Apoſtolatu, quam in humilitate primus, 256. a. in Epiſtolis pauli laudavit etiam quod reprehenſus fuit, 255. a. ejus excellentia donorum, ibid. c. omnia dona ſua a memoria repulit, ut unum humilitatis donum teneret, 256. d 257. a. ob multum amorem contradicebat Chriſto, 259. a. ex timore prævaricatus eſt, 261. c. fuit conjunctus Chriſto in ſolutione tributi, 262. c 263. a. omnium fuit virtutum magiſter, ibid. c. figuram geſſit Eccleſiæ quando Chriſtus ei dixit: *rogavi pro te Petre* &c. 334. b

Petrus eſt perſonaliter, non tropice petra Eccleſiæ, 267 a. &c. quare Eccleſiæ fundamentum dicatur, 242. a. conſtitutus a Chriſto caput Apoſtolorum, & caput Eccleſiæ, 264. c d 265. a. quod ſit caput Eccleſiæ non derogat Chriſto, 264. c. in ejus fide tamquam in petra fundavit Chriſtus Eccleſiam, 269. a. fide omnes præceſſit Apoſtolos, ibid. d. fidelior evaſit poſt lapſum, ibid. c. pœnitens majorem gratiam invenit, quam amiſit, ibid.

ibid. petra dictus pro ſoliditate Eccleſiarum, 270. *a.* non eodem loco occiſus cum paulo, *ibid.* *c.* plura de ejus primatu teſtimonia, *ibid.* *b.* in *n.* non negandus ejus adventus Romam, 271. *a.* laudes Petri ex Euſebio, 271. *d.* nocte per muros Roma egreſſus vidit ſibi Chriſtum occurrere, 272. *c d.* quando martyrio coronatus, *ibid.* *e* Romæ vigintiquinque annis Epiſcopatum geſſit, 273. *b* Quod Romæ fuerit, ex ſcripturis etiam probatur, *ibid.* *d.* convertit Romanos, antequam ſanctus Paulus ad eos ſcriberet, 274. *a.* primam ſuam epiſtolam Romæ ſcripſit, 271. *d* 272. *a.* triplex potentia Chriſti petro collata ſuper univerſam Eccleſiam, 263. *d* 399. *a.* petrus ſignificat corpus bonorum, ſicut Judas malorum, 395. *d.* quando negavit Chriſtum non credendus membrum Eccleſiæ, 394. jam tunc erat prædeſtinatus, *ibid.*

Petrus ſucceſſit Aaroni in ſummo ſacerdotio, 401. *c.* ab ipſo cœpit ordo ſacerdotalis, 400. *c* 404. *a.* primus prædicatione ſua populum ad fidem adduxit, *ibid* ſicut Aaron moriturus ceſſit Eleazaro, ſic Petrus moriturus ceſſit Clementi, 402. *c d.* 403. *b.* princeps Apoſtolorum, 402. *c.* ejus ſacerdotium non omnino idem cum ſacerdotio Chriſti, 404. *c.* fuit ſolum pontifex, non rex, *ibid.* *e.* non in abſcondito, ſed palam fecit eum Chriſtus caput Eccleſiæ, *ibid.* *c.* firmitatem mentis traxit ex nomine, 413. *e.* ipſi & ejus ſucceſſoribus conceſſa poteſtas moderatiſſime coactiva, 422. *c.* poteſtatem quam accepit Petrus, acceperunt ſucceſſores, 425. *a.* 428. *c.* &c. quando Petrus poteſtatem exercuerit coactivam, 425. *a.* gladio Petri funguntur petri ſucceſſores, *ibid.* *c.* a Chriſto poteſtatem accepit Eccleſia ſimul cum Petro, 429. *a.* Petrus quando claves accepit, ſanctam Eccleſiam ſignificavit, 429. *b.* 435. *a b.* quare ſpecialiter Petrus claves accepit, *ibid.* *c.* qui ab unitate fidei & ſocietatis Petri ſe ſeparat, non poteſt intrare in regnum cœlorum, *ibid.* in Petro ſucceſſores petri allocutus eſt Chriſtus, *ibid.* *d.* Petrus in ſuis ſucceſſoribus perſeverat, *ibid.* *e.* agebat perſonam Eccleſiæ, 435. *a.* claves accepit in perſona totius Eccleſiæ, *ibid.* *b.* quare vocatus Romam, 453. *d.* Roma plus quam Romulum honorat petrum, 454. *d.* in Petro honoratur Chriſtus, *ibid.* quare Jeroſolymis non ſtatuerit ſedem pontificiam, 455. *a.* Antiochia utilitatis cauſa translatus Romam, *ibid.* *d.* non univerſitatem, ſed Jeroſolymam tantum Jacobo Petrus conceſſit, 457. *a.* in *n.* ceſſit Jacobo Jeroſolymam ex Apoſtolorum conſenſu, 457. *c* ob humilitatem fugit Jeroſolymorum primatum, 458. *a.* divinæ generationis primus confeſſor, 496. *a.* tres ſedes erexit, 507. *a* Petrus & Paulus montes erant, 501. *b.* Petrus quare dictus ſathan a Chriſto, 525. *a b.* in quo fuerit contrarius Chriſto, *ibid.* ex privilegio confeſſionis habuit ut eſſet petra, *ibid.* *d.* quia erat petra, erat caput Eccleſiæ, *ibid.* quomodo voluerit præcedere Chriſtum, *ibid.* *c.* in petro ſacramentum Eccleſiæ, 395. *d.* gradiens ſuper aquas unicum ſe Chriſti oſtendit vicarium, 396. *c.* in Chriſti corpore eſt membrum, a quo cætera membra dimanant, 397. *b.*

Petrus Clericus Wicleviſta provocat Thomam Waldenſem ad diſputandum, 8.

Petrus Joannis hæreticus, 412. *a*

Petrus Payne diſcipulus Wicleffi, 33. *a.* in *n.*

Phariſæi qui, 1014.

Pheben matrona, 613. *a.*

Philippus Imperator Chriſtianus, 418. *d.* liberam dedit prædicandi licentiam, *ibid.* a communione ſuſpenditur, 652. *c.* Eccleſiam dotavit, 950. *a*

Philo Judæus, 723. *a.* inter Doctores Eccleſiæ adſcriptus, 725. *a b*

Philoſophi de divina lege ſuam hauſerunt peritiam, non autem fides noſtra a philoſophis didicit, 599. *a.* ſimilitudinem quamdam attigerunt religionis perfectæ, 705. Pythagorici ſolitudinem incolebant, 706. *a.* Platonici in templorum veſtibulis aſſidue morabantur, *ibid.* *b*

Philoſophia monachorum, 309. *c.* philoſophia terrena ſolis verbis non virtuti ſtuduit, 622. *c.* ei comparatur hæreſis, *ibid.*

Phocas Imperator ſtatutum edidit de primatu Romanæ ſedis, 418. *b.* quomodo intelligendum hoc ſtatutum, *ibid.* *e*

Photinus hæreticus, 11. in *n.*

Pilatus quomodo chriſtianus, 660. *e.* 661. *a.* ejus poteſtatem Chriſtus declaravit, 690. *b c*

Plato hæreſum condimentarius, 31. Deum commendat mundum numeris fabricantem, 90. *a.* dixit mundum eſſe Deum, 92. *b.* in *n.* rationales animas in brutis cenſuit, 193. *b.* ideas voluit ſecundum rerum principium, 111. *a.* materiam æternam extitiſſe dixit, *ibid.* corpus imperficere animam, 205. *c.* a paucis intelligitur, 347. *a*

Polycarpus de balneis exilivit, quia ibi hæreticum Cherintum deprehendit, 635. *d.* quid Marcioni reſponderit, *ibid.* A S. Joanne ſuper omnes Eccleſias Aſiæ conſtitutus, 474. *c*

Pontificum ſucceſſio in utroque teſtamento probatur, 400. *d.* &c. 402. *a.* &c. ſeries romanorum pontificum ex Auguſtino, 406. *d.* hæc ſeries certitudinem facit doctrinæ Chriſti, 407. *d.* omnes ſpernit Wicleffus, præſertim ab Urbano 1. 407. *c.* primævi Pontifices probarunt dotem Eccleſiæ, 408. *a.* pontificis ſtatus dependet a promiſſione Salvatoris, 413. *a.* regnat romanus Pontifex ſuper omnes præpoſitos orbis terræ, *ibid.* gerit vices Petri, *ibid.* *e.* probatur illius primatus, 414. *d.* 415. *a b.* 416. &c. poteſtatem ſuam non habet a Cæſare, 418. *a b.* &c. eſt jure divino omnium Epiſcoporum primus, & Chriſti vicarius, 420. *c.* in *n.* eſt illi conceſſa poteſtas moderatiſſime coactiva, 422. *c.* &c. Eccleſia orat, ut ſummus Pontifex ſummam habeat ſanctitatem, 425. *a.* Unde romanus pontifex dicatur *ſummus*, 427. *c.* ejus prærogativæ, *ibid.* *e.* habet in eccleſia Græca juriſdictionem originaliter ſuam, 479. *a b.* &c. unus eſt doctor ad ſervandam fidei unitatem, 494. *c.* ad eum confugit Hieronymus pro addiſcenda veritate contra Arianam perfidiam, 495. *a.* apud ſolos romanos pontifices incorrupta patrum ſervatur authoritas, *ibid.*

Porphyrius dicebat ſe poſſe fieri Deum, 52. *e.* corpus officere animæ beatitudini, 205. *c.* ſtulta ejus calumnia contra Evangelium Matthæi, 615. *e.*

Poſſibilitas per manum deſignatur, 127. *c.* eſt prima gratia qua Adam poterat non peccare, *ibid.* non omne falſum eſt impoſſibile, ſicut nec omne poſſibile eſt verum, 143. *a b.* 135. *c.* non poſſe pro non velle in Scripturis uſurpatum, 162. *d.* 162. *a c d.* cui Deus non dat pœnitentiam, poſſibilitatem pœnitendi non aufert, 153. *d.*

Potentia non decipitur, niſi circa proprium objectum, 144. *a.* omnis potentia rationalis valet ad oppoſita, & multo magis divina, 157. *c.*

Poteſtas eſt quando voluntati adeſt facultas, 91. *c.* per voluntatem exequentem non conſtituitur, ſed manifeſtatur poteſtas, 92. *a.* quomodo poteſtas in Deo ſuam præcedat voluntatem, *ibid.* *b c.* poteſtas pro voluntate in ſcripturis aliquando ſumitur, 94. *b. c.* quod in noſtra poteſtate non eſt, nec in noſtra libertate erit, 155. *a b.* ex præſcientia Dei certior fit, 160. *a.* agendæ ſunt gratiæ, quia data eſt poteſtas, 161. *b.* hæretici ponunt poteſtatem ad talem actum, ſed negant ad oppoſitum, 161. *b.* refellitur hæc lapidea poteſtas, *ibid.* *c.*

Poteſtas ſumma non eſt ſumma virtus, 427. *d.* poteſtas ligandi ac ſolvendi non ſoli petro, ſed & Apoſtolis data, 429. *b.* etiam nunc datur Epiſcopis & Presbyteris, *ibid.* duplex Apoſtolis conceſſa poteſtas, 424. *b c.* huic non derogat mala vita, 427. *b*

Poteſtates in Eccleſia, qui ſint, 466. *a.* omnes in lege veteri derivantur a Moyſe; in nova a Chriſto, 508. *a.* poteſtas Sacerdotii in temporalia, qualis ſe habeat, 645. *d.* in *n.* 647. *a.* in *n.*

Poteſtas regalis non habet originem a poteſtate ſacerdotali, 666. *a.* 667. *c d e.* eſt ſecunda poſt Sacerdotalem, 666. *a b.* Poteſtates ſacerdotalis & regia, velut duo luminaria in mundo, 666. *a. b.* ſunt ambo poteſtates primæ, *ibid.* neutra ab altera ſecundum originem, & una alteri ſubjecta ſecundum perfectionis dignitatem, *ibid.* utraque major altera, ubi intervenit ratio debitæ ſervitutis, *ibid.* *c.* prima ſua origine a Deo eſt, *ibid.* *d.* 668. *b c.* &c.

Poteſtas ſpiritualis ſæcularem poteſtatem honore & dignitate præcedit, 669. *c.* judicare poteſt poteſtatem terrenam, ſi bona non fuerit, *ibid.* ſpiritualis poteſtas, ſi deviet, a ſolo Deo judicari poteſt, *ibid.* *d.* ſine miniſterio ſacrorum Antiſtitum, terrena poteſtas eſt regnum putridum & extinctum, 671. *b.* ex charitate, non ex authoritate debet laica poteſtas ſacerdotali ſuccurrere, 680. *a*

Prædeſtinatio eſt de re quæ nondum ſit, 117. *b.* ille qui eſt, deſtinatur, non prædeſtinatur, *ibid.* *c.* errores veterum circa illam, 121. 122. *a c e* 123. *a c.* non eſt mutabilis, 158. *c.* quomodo intelligendi patres, dicentes, omnino ſalvari non poſſe quos Deus prædeſtinavit ad pœnam, 167. *c.* ſola prædeſtinatio non facit Chriſti corpus Eccleſiam, 282. *e*

Prædeſtinati hæretici, 123. *c*

Prædicare quid ſit, 640. *d.* prædicare prædicatione, quæ conſequitur poteſtatem Eccleſiaſtici ordinis, quid ſit, 641. *a.* nullus id ambiat, niſi vocetur a Deo, *ibid.* *b.* publice prædicare nec monacho convenit, nec novitio expedit, nec non miſſo licet, *ibid.* *c.* nec licet Sacerdotibus, niſi per ſuperiorem mittantur, *ibid.* prædicare monachus non debet ſine Epiſcoporum conſenſu, 624. *b.* cauſæ ob quas Epiſcopi impedire poſſunt prædicationem, 625. *b.* qui ſint a Deo ſuſpenſi, *ibid.* *c. d*

Prædicatio non cuilibet permittenda, 627. *d. e.* &c. ab ea amovendi ſunt hæretici, 627. *a b.* 631. *d.* juvenes quoque & imperfecti, 627. *d.* hæreticis ab Apoſtolo non permiſſa, 628. *c.* in officio prædicationis diligendus eſt paſtor, tolerandus mercenarius, fugiendus latro, 630. *b.* potius Judæ quam hæretici audienda prædicatio, 633. *c.* fœminis non licet, 641. *a*

Prædicatores ſunt Apoſtoli, 619. *e.* debent mitti a Deo, ſed per hominem, 624. *a.* in primitiva Eccleſia presbyteri multi, prædicatores pauci, 643. *b.* ridiculum eſt prædicare populo quod prædicator non facit, *ibid.* *d.* quare ab Apoſtolo præponantur paſtoribus & doctoribus, 618. *d*

Præſcientia Dei, quamquam ſit certa & infal-

infallibilis, adhuc evantus ſunt contingentes, 125. *b.* eſt infallibilis, quamquam effectus ſini contingentes & varii, *ibid.* 144. *a.* 167. *b.* ſententia Armachani de Dei præſcientia, 125. *c.* præſcientia Dei non magis hominem cogit ad peccandum, quam quis memoria ſua aliquid cogat eſſe præteritum, 129. *c* ſi certa non prænoſcit, nulla eſt, *ibid.* non eſt tantum præcognitio rei futuræ, ſed præcognitio rei cum applicatione odii vel amoris, 141. *a b c d.* eſt ſicut ſol, 148. objectum adæquatum divinæ præſcientiæ eſt futurum de certo, 141. *c.* 143. *c.* 144. *b.* futura de poſſibili ſunt proprie intellecta, non præſcita, 141. *c.* ſimplex intelligentia dicitur abuſive præſcientia, *ibid.* ſcopulus in quem frequenter impingunt loquentes de divina præſcientia, 143. *c. a.* tota ratio infallibilitatis ejus eſt certa futuritio contingentis, non cauſaliter, ſed objective, 144. *c.* quomodo ſit præſcientia rei tantum poſſibilis, 145. *b.* 151. *c.* quorumdam ſcholaſticorum doctrina de præſcientia Dei perſtringitur, 152. *a.* Calviniſtis præluſit, *ibid.* *b.* in *n.* fallibilem adſtruebat Armachanus, 152. *c.* in *n.* ſi reus mutet vitam, poteſt Deus dare præmium, etſi præſciverit ad pœnam, 157. *b. c.* ratio Armachani contra Dei præſcientiam, 158. *b. c.* argumentum hæreticorum de Dei præſcientia non eſt novum, ſed vetus 160. *d.*

Præſcitus ad pœnam ſalvari non poteſt, dicit Wicleffus 119. *d.* ejus damnatio quomodo ſit contingens, & de certo futura, 145. *d.* in poteſtate illius eſt vitare peccatum finale, *ibid.* 149. *d.* non poteſt quis eſſe ſimul præſcitus & prædeſtinatus, 145. *c.* &c. quomodo poſſit prædeſtinari ad gloriam qui eſt præſcitus ad pœnam, 147. *a. b.* &c. 149. *c. d.* 151. *a* nemo poteſt facere, ne Deus præſciat; poteſt tamen facere unde ſic præſciatur, 150. *c.* judicium de præſcitis Dominus vetuit, 278. *c.* 388. *d c.* &c. præſciti poſſunt ſe facere membra Eccleſiæ electorum, 300. *c.* etiam præſcitis & damnandis benefaciendum, 587. *d.*

Prælatio in Eccleſia quid ſit, 264. *a*

Prælatus increpatus a ſubditis, nihil authoritatis amittit. 255. *c.* etiam malus rite judicat in Eccleſia, 483. *a.*

Præpoſiti deſignantur in Noe, 298. *a*

Presbyter quid ſignificet, 565. *a.* idem ac ſenior, 382. *c.* 545. *c.* ſub nomine presbyteri intelligebantur olim Epiſcopi, 561. *c d.* ſucceſſores ſunt ſeptuaginta diſcipulorum, 564. *c d.* 578. *a.* eorum munia, 564. *d.* tempore Apoſtolorum Epiſcopum non ordinabant, 561. *b.*

Primates qui, 334. *b.* in *n.* multi primates ad unum reducuntur patriarcham, 534. *c.* 536. *a.*

Primatus romanæ ſedis vindicatur, 410. *d.* 416. &c. primi hoſtes hujus primatus, 411. *a c.* contra illum inſurrexerunt Antiocheni, 456. *b.* quæ ſint ejus jura 251. *d*

Princeps quando & quomodo in cauſis Eccleſiæ ſe miſcere licite poſſit, 679. *c.* ſi occurrat neceſſitas id faciendi, humiliter & reverenter facere debet, 680. *b* quamquam ſit in peccato mortali, vere adhuc dominatur, 682. *b c.* &c.

Priscillianistæ hæretici, 3.

Privilegium unde ſic dictum, 459. *d.* quid ſit, 462. *b.* 465. *a.* quibus de cauſis concedatur, 460. *a d.* privilegia monaſteriorum nec auferenda, nec immutanda, 461. *c.* 462. *a.* *b.* 470. *b.* privilegia monaſterii Arelatenſis a S. Gregorio confirmata, 461. *d.* aliis monaſteriis conceſſa, 462. *c d c.* 463. *a.* 466. *d.* 467 *c d.* &c. qualiter neceſſario concedenda, *ibid.* privilegium non derogat legi communi, *ibid.* *c.* qui ſint oſores privilegiorum papalium, *ibid.* *c.* in quo potiſſimum fundatur privilegiorum utilitas pro religioſis, 465. *b c.*

Probus judex inter Arium & Athanaſium, 681. *a*

Proclus juſſu Cœleſtini Papæ inthronizatus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, 549. *a*

Pronomina quam vim habeant penes Wicleffum, 50. *c d.*

Prophetæ patres Eccleſiæ, 338. *c.* 331. *a.* qui ſint prophetæ qui non vident, 378. *c.* quare dicti os Domini, 509. *a.* quaſi imperare videbantur in populo, 461. *a.* filii prophetarum monachi veteris teſtamenti, 713. *c*

Providentia divina immutabilis in ſe, mutabili ſubvenit creaturæ, 147. *c.* conatui noſtro non ſubjacet, 391. *a*

Prudentia carnis, & prudentia ſpiritus in eadem anima, 179. *a*

Publicani hæretici, 4. quomodo ab Anglia expulſi, *ibid.*

Pueri a parentibus oblati ad caſtitatem ſervandam, 806. *c*

Pulchritudo corporis, quid ſit, 195. *c*

Purvey doctor Wicleviſta, 619. *a.* ejus liber, *ibid.* & 637. *a.* omnibus laicis chriſtianis, ac etiam fœminis munus prædicandi concedit, 619. *b.* 637. *a.* dicit omnes Sacerdotes teneri ad prædicandum ſub pœna peccati, *ibid.*

Pyrhus monothelita, 475. *a d c*

Q

QUæſtiones contentioſæ in materia fidei ſunt vitandæ, 366. *a.* inanes diſputantur ab orthodoxis propter hæreticos, 235. *c*

Quantitas aliquando eſt de genere activorum, 551. *a*

R

RAtio quid ſit 177. *b.* dominatur corpori, 196. *a.*

Rebaptizatio hæreticorum, nova fuit quæſtio in diebus Cypriani, 324. *c.* quibus in conciliis ſancita, *ibid.* *c.* in *n.*

Rechabitæ laudantur a Deo, 708. *a b.* eorum genealogia, 707. *d.* inſtitutio, *ibid.* *c.* eorum religio ab homine fundata, a Deo confirmata, 708. *d. c.* primo a Jetro ortum habuit, 716. *a b.* permiſſi ſunt cum Judæis commanere, quamquam eſſent gentiles, *ibid.* *c.* eorum religio vetuſtior, ac diſtincta a monachatu prophetarum, *ibid.*

Regalia, quid ſit 957. *a.* in *n.*

Regnum Sacerdotio ſubjicitur, 647. 648. reſpondetur ad contraria argumenta, 649. &c. duo Chriſti regna, 653. *b.* regnum David in Jechonia finem habuit, *ibid.* *d.* poſt Jechoniam nullus illud tenuit, 655. *a* regnum Judæorum figura regni cœleſtis, *ibid.* *b.* adveniente veritate debuit aboleri, *ibid.* regnum Chriſti, regnum æternum, 659. *a.* &c. 656. *b. c.* non ideo regnum Cain defecit, quod a Sacerdote datum non fuerit, 668. *a.* ſine miniſterio ſacrorum Antiſtitum, terrena poteſtas eſt regnum putridum & extinctum, 671. *b.* non ſolis juſtis, ſed & flagitioſis regna dat Deus, 686. *c.* 687. *a.* 688. *a.* 694. *c.* ſolus Deus verus poteſt dare regna, 687. *a*

Regula Chriſti eſt fides, 315. *c.* charitas, 316. *b.* voluntas Dei, *ibid.* incommutabilis eſt, *ibid.* *d.* in una regula Chriſti multæ regulæ, 314. *a.* &c. omnes conveniunt in unam regulam charitatis, 316. *b. c.* 318. *c.* regula pro libris divinæ ſcripturæ, 383. *c.* pro præceptis quæ in ea leguntur, 901. *d.*

Religio dicitur a religando, 754. *a.* religio Judæorum cunctis olim prælata 712. *b*

Religio Chriſti in perſona ſua nulli alteri fuit communicata, 711. *c.* 753. *c.* vocatur religio hypoſtatica, 751. *c.*

Religio martyrum in quo conſiſtat, 751. *c.* ea fuit religio Apoſtolorum, & nunc eſt Epiſcoporum, *ibid.*

Religio chriſtiana extra catholicos non quærenda, 320. *d.* votum fidei in baptiſmo conſtituit religionem Chriſti communem, 755. *a.* ſuper omnes abundat legibus & cæremoniis, 810. *a.* religio vulgaris omnium Chriſtianorum eſt omnium infima, 752. *b.* explicatur quæ ſit religio Chriſti vulgaris, *ibid.* dicitur religio neceſſitatis, & quare, 756. *a.* varii gradus religionis chriſtianæ recenſentur, *ibid.*

Religio perfectorum, quæ ſit, 700. *a b.* definitur, 754. *a.* A Seth habuit initium, 703. *d c.* duo religionis principia, poſitivum & negativum, *ibid.* in ſecundo continentur tria vota, 704. *a.* adhuc infans non habebat omnia tria vota, *ibid.* in lege naturæ adumbrata, 705. 706. in Rechabitis, 707. *a.* in Cynæis, 707. *d.* non eſt nova, 713. *a b* 714. *c.* fundatur in Scriptura quoad rem, 712. *a.* licet non quoad nomen, 713. *a.* argumenta Wicleffi contra eamdem, 701. *a b.* &c. religio perfectorum pene defecit tempore Achab, 714. *a* A tempore Samuelis duravit uſque ad Eliam, *ibid.* propagata eſt ab Elia, *ibid.* ab Elia duravit uſque ad adventum Chriſti, *ibid.* *c*

Religio perfectorum ſub Chriſto cœpit in templo, non in agro, 718. *c* 720. *d c.* figurabatur in vita primorum fidelium, 718. *c* 719. *a.* ab initio diffundebatur per Aſiam, 726. *d c.* &c. per Africam, 729. *c* 730. *a.* &c. per Europam, 731. *b c.* probatur quod eſt fundata in Scriptura, 734. *c.* &c. per humilitatem & patientiam creſcit, 987. *c.* in perfectione aſſimilatur altari, 747. *b.* leoni in viribus, *ibid.* *c.* conſtituitur per votum ſtrictæ abrenunciationis diabolo & cunctis temporalibus, 755. *b.* diu præceſſit religionem vulgarem, *ibid.* *c*

Religiones diverſæ in primitiva Eccleſia, 808. *c d c.* quid ſit Chriſtum approbare aliquem ſtatum religionis, 806. *c.* diviſiones operationum generant diverſitatem religionum, 306. *d.* eas damnare pluſquam diabolicum eſt, 309. *d.* omnis varia profeſſio in manu Prælati, & in facie Eccleſiæ, variat religionem, 754. *b.* religionum diverſitas non confundit unitatem religionis Chriſti, 307. *c.* &c. 313. *b.* &c. varii ritus variant religionem particularem, ſed non communem, 733. *c.* a religionibus anferendum eſt vitium, non inſtitutum, 730. *c.* quam male a Wicleffo dicantur *ſectæ*, 713. *d.* decem gradus quibus aſcenditur ad religionem perfectam, 894. *a*

Religioſæ fœminæ in primitiva Eccleſia, 722. *a* 724. *a* per Africam propagatæ, 730. *a*

Religiosus comparatus ad clericum eſt quidem aliud membrum Eccleſiæ, non alia natura a corpore, 320. *a.* religioſi veteris legis non ſervabant omnes omnia tria vota, 704. *a.* dicebantur tamen religioſi, & quare, *ibid.* eis conveniunt religioſi moderni, 710. *d* r. religioſi erant in primitiva Eccleſia ſub voto, 719. *d c.* ab Apoſtolis inſtituti, 722. *b.* dicti olim cultores, 723. *a* 733. *b* A S. Marco propagati, *ibid.* eorum converſatio, *ibid.* *c d.* &c. ab antiquo religioſi erant habitantes in urbibus, 631. *d.* quare ab initio deſerta incolerent, *ibid.* *b.* eorum opus manuale, *ibid.* *d.*

Religioſi propagati a ſanctis viris ad propagandam chriſtianorum ſanctitatem, 723. *b.* magis Deo providente inter iniquiores populos abundabant, 632. *b.* nunc ſunt veri religioſi etſi a veteribus in aliquo diſſimiles, 733. *b.* eorum inſtitutio quantum utilis, 736. *b.* tres errores contra ſtatum religioſum, *ibid.* *c d.* &c. major charitas in religioſis, quam in

in ſæcularibus, 737. *c d.* religioſus quando fit Apoſtata, 755. *e.* non eſt apoſtata ſi ad Epiſcopatum aſſumatur, *ibid. d.* religioſi ratione voti excedunt in perfectione ſæculares, quamvis in factis ſint pares, 761. *a d e.* &c. eorum veſtes non ſunt ſuperſtitioſæ, etſi non varientur, 792. *b e d.* eorum ritus & ſigna ad quid ſerventur, 793. *b e.* &c. quando laudabiliter poſſint exire de clauſtro, 893. *a b.*

Religioſi licite habent rerum dominia, 823. *b.* ſunt beatiores accipiendo quam dando, 769. *a b.* &c. quomodo ſint alii aliis perfectiores, 868. *e.* eos perſequi in damnum cedit totius Reipublicæ chriſtianæ, 697. eorum perſecutores qui ſint, 698. *b.* a tempore Eliſæi contemnebantur, *ibid. e.* maledicta hæreticorum adverſus religioſos, 699. *a b c.* in religioſos pia cura a paſtoribus exhibenda, 461. *b.* Papa debet ſupplere Epiſcopis in pia cura religioſorum, 465. *d.* eorum privilegiorum utilitas, *ibid. b c d.*

Religioſi quatuor ordinum Mendicantium quam inſulſe *Caimitæ* dicantur a Wicleffo, 615. *b e.* &c. eorum neceſſitatibus ſubveniendum a fidelibus, 928. *e d.* &c. non profitentur mendicare, 966. *e*

Relinquere omnia, & renunciare omnibus, non ſunt idem, 870. *e.* 942. *a*

Renunciare omnibus eſt perfectio, non imperfectio, ut dicit Wicleffus, 874. *e.* &c.

Reprobi etiam ſunt membra Eccleſiæ, 283. *b. e.* ſunt in Eccleſia per gratiam baptiſmalem, 292. *a.* non ſunt in Eccleſia per prædeſtinationem, *ibid.* neutro modo ſunt, ſi ſint præciſi, *ibid.* ſunt in Eccleſia, & de Eccleſia, 299. *b.* quidam ſunt reprobi, qui non inveniuntur, niſi in fine, *ibid. d*

Rex imago Dei eſt, 690. *c.* dupliciter imago Deitatis, 649. *e.* eſt vicarius Chriſti in temporalibus, 521. *b.* in ipſo ſecernenda dignitas a perſona, *ibid. e.* reges quare a Græcis dicti *Baſilei.* 666. *e.* dicebantur etiam *tyranni*, *ibid.* 667. *a.* unctio Regum per Epiſcopos antiqua, 507. *b.* eorum conſecratio cur aliquando a prophetis facta, 508. *b.* rex a Chriſto conſtitutus Vicarius ut humana diſpenſet, ſicut Papa ad diſpenſanda cœleſtia, *ibid. b.* quare etiam malos aſſumat Deus ad regnandum, 692. *e e* 693. *e d.* reges in ſolius Dei poteſtate ſunt, 668. *c.* ſunt a Deo ſecundi, *ibid.* poſt Deum primi ante omnes, *ibid.* virtutes regis præcipuæ juſtitia & pietas, 666. *e.* quid ſuper eos corona ſignificet, *ibid.*

Rex & Sacerdos impermixtas continent poteſtates, 669. *b.* poteſtas regia a Deo eſt, *ibid. a.* 670. *d* 671. *b.* a rege communicatur in inferiores, 668. *e.* ad poteſtatem regiam pertinent quæ terrena ſunt, 669. *c.* eam ſpiritualis poteſtas judicare habet, ſi bona non fuerit, *ibid.* ſolvitur argumentum ex authoritate Hugonis, quo poteſtatem regiam a Sacerdotali quidam nituntur deducere, *ibid. d e.* ſi rex delinquat, non debet ſummus Sacerdos temporale regnum adminiſtrare, *ibid.* poteſtas terrena ſub annulo fidei deſponſatur ad regnum, 670. *a.* ad quemquam ſupra regem non reducitur, niſi ad ſolum Chriſtum, *ibid.* terrena poteſtas quod ſpirituali debetur, nunquam ſine culpa uſurpat, *ibid.* ſi Rex agros Eccleſiæ deſiderat, poteſtatem habet vendicandorum, *ibid. e.* eſt infra Eccleſiam, non ſupra Eccleſiam, *ibid.* quomodo debeat uti gladio a Deo ſibi dato, 649. *e d.* poteſtas Regum quoad romanam Eccleſiam fuit ſolum tutoria, 418. *e.* quid faciendum a Dei ſervo, ut a regibus honoretur, 509. *a*

Rex quamvis ſit in peccato mortali, vere adhuc dominatur, 682. *b c.* &c. 685. *e* 686. *a b.* &c. 690. *b e.* &c. reges idololatræ juſtiſſime regnabant, 686. *a b.* hæreticis familiare eſt dominos ob lethale peccatum a jure dominii dejicere, 691. *e.* nec favore ſunt nimis erigendi, nec odio indebite deprimendi, 644. *e.* ſtatutum pro conſtituendis regibus Gothorum, 460. *e*

Rationes ideales perperam a Wicleffo introductæ, 47. *e d.* &c. 49. &c. non habent eſſe ſimpliciter, 65. *e* 67. *a b e d.* 68. *d.* 69. *a b.* non fundantur in ſcriptura, 47. *e.* &c. neque in SS. Patribus, 51. *b*

Rhabanus Germaniæ corruptor, qui ſit, 3. in *n.*

Robertus de Sorbona, 604. *f.* in *n.*

Robertus Sariſbertenſis Epiſcopus, 580. *b.* in *n.*

Rogatistæ hæretici, 355. *e.* ſe ſolos catholicos eſſe jactabant, 398. *d*

Rogerius Dymmock 665. *a.* in *n.*

Roma dicta tropice *Babylon* 271. *d.* in *n.* 273. *e* 274. *a.* dicta etiam antonomaſtice *regnum*, 453. *d.* ejus dignitas perennis, 456. *a.* ſuprema ſedes ibi juſſione Domini conſtituta, *ibid. e.* electa a Domino propter gentem romanam, 457. *a.* eſt præcipue ager, in quo Chriſtus ſeminavit granum ſinapis, 526. *b.* Romam Deus auxit & defendit, quia Chriſtus civis romanus fieri deſignaverat, 693. *a*

Romani ex quo in paupertate cœperunt decreſcere, eorum cœpit decreſcere imperium, 849. *c d e.* quæ fecerunt & paſſi ſunt pro ampliatione ſuæ civitatis terrenæ, movere debent nos chriſtianos, 847. *e*

Ruffinus magnus interpres, 491. *a.* fidem ſuam exponit Anaſtaſio Papæ, *ibid.* ejus laudes ex Gennadio, & quid de eis ſentiendum, *ibid.* in *n.*

S

Sabellius hæreticus, 11. in *n.*

Sabinus hæreticus, 17. *a*

Sacerdos angelus eſt, 591. *b* 691. *b.* illi duplex honor debitus, 581. *b c.* fiſcus eſt Chriſti, 589. *b.* Sacerdotes quando inſtituti a Chriſto, 801. *c.* eorum officium ab Aaron, 400. *d.* ordo Sacerdotalis a Petro cœpit, *idid. e.* multi Sacerdotes ad unum rediguntur Epiſcopum, 534. *c.* a proprio Epiſcopo ſunt ordinandi, & quomodo, 547. *c*

Sacerdotes & Levitæ veteris legis habebant poſſeſſiones immobiles, 540. *a b.* 757. *e.* differentia Sacerdotum Chriſti a Sacerdotibus veteris legis, 595. *e.* Sacerdotes veteris legis ſervabant caſtimoniam ad horam; Sacerdotes Chriſti eam ſervant intra & extra ſacrificii horam, 552. *b.* Sacerdotes Ægyptii ſemper in templo morabantur, nec cum mulieribus miſcebantur, 706. *b*

Sacerdotes non debent ſæcularibus dominari, ſed præeſſe, 645. *a.* principes debent eis tamquam paſtoribus obedire, *ibid.* eorum dignitas, 647. 648. qui vere Sacerdotes reputentur, 910. *a.* comparatio regis ad Sacerdotem, 649. *b e d e.* præferuntur regibus, 649. &c. eos contra ſuum populum placitare non decet, 582. *e.* licite poſſunt exigere decimas, *ibid. e.* &c. ab omnibus ſunt obediendi & metuendi, 595. *e d e.* 596. *a.* &c. propter bonos honorandi ſunt etiam mali, *ibid. b d.* tolerandi ſunt qui verba benedictionis ignoranter pronuntiant, 557. *a.* non ſe ingerant ad prædicandum invitis, aut non mittentibus Epiſcopis, 641. *e.* omnes Sacerdotes æquales faciebat Wicleffus, 248. *e*

Sacerdotium Judæorum figura ſacerdotii chriſtiani, 322. *b.* ſacerdotii chriſtiani duplex ſtatus, 523. *e.* non ſubjicitur poteſtati regiæ, 645. *a.* &c. in ſacerdotio duplex gradus, dignitatis & ſtatus, 752. *a.* quoad dignitatem eſt ſuper omnes, quoad ſtatum inter continentes locatur, *ibid.*

Sacrificium in quo differat ab holocauſto, 762. *a.* ſacrificia in ſolis locis ſacris peragenda, 550. *d e.* 553. *a*

Sadducæi, qui, 1014.

Samuel unus fuit ex religioſis Moſaicæ legis, 712. *b.* inſtituit conventus religioſorum, 712. *c d.*

Sanctimonialis debet diverſiformem veſtem gerere a muliere vulgari, 797. *e.* ſtatus ſanctimonialium nec improbus eſt, nec novus, nec inutilis, 806. *d e.* 807. *a b*

Sanctitas in ſolitudine, 759. *b e.* citius obtinetur in clauſtro quam in ſæculo, 760. *c*

Sanctum dicitur a ſanciendo, 430. *e.* ſancta ſunt quæ ad cultum Dei pertinent, 430. *e.* 432. *b.* ſancti dici poſſunt homines a ſanctitate officii, 430. *e* 431. *a.* ſancti dici poſſunt peccatores qui ſe Deo voverunt, 431. *c.* ſancti etiam in lege dicebantur ſanguine purificati, 431. *e.* quare ſancti dicti ſint viri reprobi ac prophani, 432. *a.* diſtinguendum eſt inter ſanctum & juſtum, *ibid.* quomodo omnis fidelis ſit ſanctus, *ibid. b.* ſanctum Domini quid ſignificet, 495. *b.* in *n.* dicitur quaſi *ſine terra*, 760. *a.* etiam devote vivens non eſt ſanctus niſi per votum abrenunciationis ſe ſeparaverit a medio hujus mundi, 758. *e* 759. *a*

Sandalia in Epiſcopis & Cardinalibus quid ſignificent, 530. *d*

Sanguis ſedes eſt animæ, 778. *d*

Sarmation & Barbation Eccleſiæ Vercellenſis ſeductores, 310. *b*

Sathan quid ſignificet, 525. *a*

Saul rex datus ad correptionem populi, 451. *a.* in ipſo omnes mali rectores deſignati, 596. *a*

Schiſma contra Urbanum VI. 477. *a.* quid de eo Wicleffus, *ibid. b.* in *n.* ſchiſma non eſt ultio Dei in pœnam obedientiæ erga Romanum Pontificem, *ibid. d e.* &c.

Scientia nil eſt niſi veritas, 142. *b.* ſcientia humana eſt circa ea quæ non poſſunt aliter evenire, 144. *d.* cauſatur a rebus, quæ curſu naturæ falli non poſſunt, *ibid.* Scientia divina non eſt a rebus, etiam contingentibus, *ibid.*

Schola V. Univerſitas.

Scipio Africanus, 53. *a* 185. *b*

Scriptores in aliorum citandis textibus diligentes eſſe oportet, 2. Scriptoribus invident & inſidiantur otioſi, 26. *a b.*

Scriptura Sacra Wicleviſtis & aliis hæreticis unica fidei regula, 5. *c.* 11. *b.* litera Scripturæ ſine ſpiritu Chriſti non accipienda, 15. *a.* in ſpiritu Wicleffi mortifera, *ibid.* vitalis in ſpiritu SS. Patrum, *ibid.* Scripturæ Sacræ libri non amplius poſſunt augeri, 347. *e* 348. *a.* &c. adhuc ſine Eccleſiæ authoritate nec legi poteſt nec haberi pro certa ſcriptura aliqua, *ibid.* ſupra authoritatem Eccleſiæ eſt authoritas Scripturæ Canonicæ, 349. *a b.* &c. Scripturæ Canonicæ habent authoritatem divinam, *ibid. c d.* ſuperant authoritatem omnium Doctorum, & totius Eccleſiæ Catholicæ, 350. *c. d.* ſcriptura ſacra prima eſt via perveniendi ad indubiam veritatem, 356. *c.* per expoſitiones Doctorum perveniendum eſt in cacumen ſcripturæ, *ibid. e.* error hæreticorum contra hanc doctrinam, *ibid.* in *n.* Unde dignoſcenda ſcripturæ corrupta interpretatio, 358. *b.* &c. ſcripturæ non ſunt omni legenti perſpicuæ, 357. *a.* in *n.* verus ſenſus ſcripturarum in ſola Eccleſia, 360. *d.* Probatur, quod præter ſcripturas attendenda eſt Eccleſiæ authoritas, 362. *a b.* &c. ſolam ſcripturæ literam ſequi aperit viam hæreſibus, 362. *e.* regula pro libris divinæ ſcripturæ, 383. *e.* ſcripturæ & Eccleſiæ Symbolicæ authoritas omnibus præponenda, 384. *e*

Sedes romana duplici authoritate coruſcat, Epiſcopali illius loci, & Papali per orbem, 458. *e d.* illius privilegia, 459. *a.*

habent

habent ſua privilegia etiam ſedes Patriarcharum, & omnium Epiſcoporum, 460. *a.* ſedes Romana poteſt contra generalia decreta, ſpecialia condere privilegia, 463. *b.*
Senior idem ac Presbyter, 382. *e.* in ſenectute virtus clarior, virilitas illuſtrior, 250. *d*
Senſus quid ſit, 177. *b*
Servitus Chriſti omni libertate nobilior, 650. *d*
Servus domino ſuo etiam pagano fidelis eſſe debet, 787. *e.*
SERGIUS monothelita, 475. *b.* in *n.* a Martino Papa damnatus, *ibid. e*
SETH, ejus filii quare tarde cœperunt generare, 704. *a.* erant religioſi, *ibid.*
SETHIANI hæretici, 205. *a.* in *n.*
Signa exteriora in veſtibus & ritibus ad quid Deus inſtituit, 793. *b c.*
SIMON SUTHBERY Archiepiſcopus Cantuarien. a Wicleviſtis trucidatur, XXVII.
SIRICIUS Papa monaſticam vitam in Clero propagavit, 310. *k* in *n.*
Societas Catholica neceſſaria Eccleſiæ, 280. *e* 281. *a.* in veſte nuptiali ſignata, 321. *c.* quiſquis eam non abjicit ab Eccleſia vocatorum uſque ad ventilationem ultimam non recedit, *ibid. d* 323. *a. b. c.* quare nemo a ſocietate omnium gentium juſte ſeparare ſe potuit, 321. *e.* ſocietas & unitas eſt prima ratio individuationis Eccleſiæ, 322. *d.* ſumma arrogantia eſt ſeparare ſe a ſocietate fidelium, ſub prætextu quod mali ſint, 325. *c.*
Sors quid ſit, 448. *c*
Spiritus hominis non eſt per ſe totus & completus homo, 45. *b* 180. &c. ſpiritus & anima non res diverſæ, ſed diverſa nomina, 173. *c.* ſpiritus calceatus a Wicleffo adinventus, 174. *b.* alii ejus errores de ſpiritu hominis, *ibid. b c* 175. *c.* unus & idem ſpiritus ad ſe ipſum dicitur ſpiritus, & ad corpus dicitur anima, 176. *a.* proprie dicitur ſpiritus illud quo ratiocinamur, & intelligimus, 178. *a.* dividitur in partem ſuperiorem & inferiorem, 178. *d.* Si ſpiritus hominis eſt per ſe homo, fruſtra Chriſtus carnem aſſumpſit, 189. *a.* ſpiritus unius hominis, ſi alteri donaretur, animandi neſciret officium, 204. *b.* per carnem imperfici ſpiritum dicebat Wicleffus, *ibid. e.* quantum iſte error deroget reſurrectionis articulo, 205. *b.* eſt error deſumptus a Platone & Porphyrio, *ibid. c.* nihil facit concordiam inter carnem & ſpiritum niſi Dei gratia, 169. *c.* peccatum cordis & peccatum ſpiritus, 378. *b.*
Spiritus privatus hæreticorum, 356. *d.* in *n.* quare ab illis introductus, 370. *b.* in *n.* refellitur hujuſmodi ſpiritus, 380. *c*
Spiritus Sanctus munus divinum, 320. *c.* anima Eccleſiæ, 321. *a.* in dubiis fidei nunquam deeſt Eccleſiæ, 337. *e.* aſſiſtit in Conciliis, 381. 382. *a b.* & definit de fide, *ibid. c.* non accipit, ſed accipitur a creaturis, 433. *a.* ipſe eſt, qui ſanctificat, *ibid. e.* diſtinctio inter miſſionem & dationem Spiritus Sancti, 450. *a.* impulſus ſpiritus in pluribus eſt incertus, 378. *b.* 380. *d.*
STEPHANA nobilis matrona, 613. *a.*
Studium literarum edomat carnem, 911. *a*
Subdiaconi inter majores Clericos recenſentur, 573. *c.* in *n.* eorum munus, *ibid.* eis injuncta obligatio recitandi horas canonicas, *ibid.*
Subditus non debet de vita Paſtoris ſui temere judicare, 591. *b c.* &c. ſed poteſt judicare de doctrina, 593. *a.* boni ſubditi in David deſignati, 596. *a*
Subſtantia in natura ſua non recipit magis & minus, 230. *b*
Superbia mater omnium hæreticorum, 33. *b.* in *n.* eos reddit indociles, *ibid.*
Synagoga ſignificat conventum populorum, 280. *a*
Synecdoche quid ſit, 184. *a.* male a Wicleffo deſcripta, 112. *e.* bene a Hieronymo & Iſidoro, 213. *a b*
SYNTICEN mulier religioſa, 640. *b.*
Templum Jeroſolymæ typus Eccleſiarum Cathedralium, 612. *d.* templum Dei Eccleſia eſt, 747. *b*
Tempus magnum a Wicleffo excogitatum 56. *a b.* tempus omnino præſens eſſe dicebant philoſophi, 57. *b.* tempus non eſt quaſi forma permanens, 60. *d e.* illius eſt per ſe extendi, *ibid.* eſt prima ratio omnibus extendendi & dividendi, *ibid.* quomodo cœlum ſit cauſa temporis, *ibid.* dimenſiones temporum a motu Syderum, *ibid.* apud Deum non eſt niſi præſens, 61. *b.* futurum nobilius quam præteritum, 62. *c.* tempus quomodo ſit per animam, 63. *a.* in *n.* futurum dicitur improprie eſſe, 66. *c.* antequam Deus faceret tempora, non erant tempora, 111. *d.* tempus intelligibile non eſt tempus, 112. *a.* temporis plenitudo in diebus Chriſti & Apoſtolorum, 346. *d.* 348. *a*
Teſtes alii ſunt confeſſione, alii profeſſione, 394. *e*
Teſtimonium Eccleſiæ, V. Eccleſia. Aliud ſunt teſtes, aliud teſtimonium, 351. *b.*
THARSENSES hæretici, 495. *f.* in *n.*
THEMISTIUS philoſophus Valentem Imperatorem a perſecutione catholicorum revocat, 494. *b*
THEODORUS Papa Pyrrhum damnat hæreticum, 475. *e*
THEODOSIUS Imperator, jubente Ambroſio legem edidit, ut ſententia mortis nonniſi poſt triginta dies executioni mandetur, 652. *a b*
THEOPHANIUS Abbas de ſicilia Macbario ſubrogatus, 343. *b.*
THERAPEUTÆ qui, 721. *c*
THOMAS Arundellius Archiep. Cantuarien. 21. *c.* in *n.*
THOMAS PALMERIUS, 665. *a.* in *n.*
THOMAS Waldenſis, ejus patria, parentes, profeſſio, ac ſtudia, XIII. 1. 2. ſacras literas Oxonii docet, munus prædicandi ad Regem & clerum ſuſcipit, fama virtutis clareſcit, *ibid.* n. 3. & 4. ejus cognomen *Netter*, quid ſignificet, *ibid.* hæreticos diſputationibus aggreditur, & omni modo eos exterminari curat, *ibid.* mittitur ad Piſanam ſynodum, eligitur ſuæ Provinciæ Præſul, Bibliothecam auget, Anglorum Regi funeratur, XIV. 6. 7. Henrico V. fit a confeſſionum ſecretis, prodigium videt de Euchariſtia, XV. 7. eligitur totius Angliæ inquiſitor generalis fidei, mittitur ad generale Conſtantienſe Concilium, ad Poloniæ Regem, *ibid.* 8. 9. ejus ibi præclara geſta, *ibid.* A Judæis quædam audit de eorum confeſſione vocali, *ibid.* 9. in Lithuania fidem prædicat & Carmelitas inſtituit, XVI. 9. ipſi ſe addicit Conradus Tremonius, *ibid.* 10. ſcribit Waldenſis contra Thomam Scropæum, Henricum V. in Galliam comitatur, ipſique morienti adeſt, *ibid.* n. 11. Sanctimoniales Carmelitas in Anglia velat, *ibid.* 12. Doctrinale ſuum Martino V. nuncupat, *ibid.* Gallias repetit cum Rege Henrico VI. Rothomagi moritur, XVII. ejus ſcripta, *ibid.*
THOMAS WALDENSIS non fuit auditor Wicleffi ſed diſcipulorum ejus, 1. in *n.* ſtupebat adoleſcens, cum audiret Wicleviſtica dogmata tot fucata coloribus, 1. & 23. *a.* ejus erga ſummum Pontificem pietas, 4. refutavit Joannem de Caſtro veteri, 21. *a.* Regem, Clerum, & populum anglicanum contra hæreticos urget, 8. ejus humilitas, 24. *c* 26. *a.* traditionem promit Eccleſiæ, 25. *e.* quare antiquatas aliquas invehat quæſtiones, 3.
TIBERIUS, ejus poteſtatem confirmavit Dominus, 690. *b*
TRADITIO ab Apoſtolis commendatur, 363. *c.* 374. *b.* omnes veterum Patrum traditiones ad unum rediguntur librum 342. *b.* in *n.* 341. *d.* traditionum neceſſitas, 362. *b c.* &c. 363. *a.* &c. 364. *c.* 371. *b.* 372. *a.* &c. ſermones Apoſtolorum non ſcriptos per traditionem ſervat Eccleſia, 364. *a.* etiam hæreticus, ut ſeducat, traditione indiget, 372. *a.* plura recenſentur non ſcripta, ſed tradita, *ibid. d.* ſola via eſt ad compeſcendas omnes hæreſes, 375. *d*
Traditio in ſcriptura includitur, & quomodo, 15. *b.* in *n.* traditionis præconia, 238. ſine ipſa erratur in ſcripturis, 5. *c.* ab ea nullus fidelis recedere poteſt, 6. *a.* nec Papa, nec generale concilium, *ibid.* eam tenens non ponit ſpem ſuam in homine, 23. *c.*
Tributum cur tantum pro ſe & Petro ſolvit Chriſtus, 263. *a*
Trialogus Wicleffi theologis Pragenſibus non videtur antiquam continere doctrinam, 623. *e.*
Tribulatio neceſſaria Dei ſervis, 857. *d e.* non debilitat, ſed confirmat ſanctum propoſitum, *ibid. a.*
TULLIUS certam Dei præſcientiam negavit, 137. *b.* in *n.* Scipionem Africanum Deum eſſe prædicavit, 53. *a*
Tyranni græce iidem latine ac Reges 666. *e.* tyrannus, ſive intruſus non habet abſolutam regnandi juſtitiam, quamvis a juſto Deo acceperit poteſtatem regnandi, 694. *e.*

V

VALENS Imperator, 494. *c.* in *n.* quomodo revocatus a perſecutione catholicorum, 494. *b*
VALENTINUS hæreticus, 10. in *n.*
Valetudinarius quis ſit, 921. *e*
VARRO dicebat mundum eſſe Deum, 92. *b.* in *n.* ejus recta ſententia de anima, 186. *a.* in quo ſummum bonum locaverit, *ibid. c.*
Vaſa ad divinum cultum deſtinata conſecrari debent, 553. *c. d.*
VERBUM non recte vocatur Chriſtus ante incarnationem, 226. *e.* potuiſſet aſſumere carnem ſine anima, ſi voluiſſet, 198. *b.* non eſt inconveniens dicere bis hominem aſſumptum a Verbo in unitatem perſonæ Chriſti, 229. *e.* quomodo Verbum ſit vita creaturæ, 40. *a b c.* differentia inter verbum creatum, & increatum, 58. *d.* Verbum & homo, eſt Verbum anima & caro, 170. *d*
Veritas Chriſtus nunquam abeſt, nec aberit a multitudine fidelium, 386. *d.* nulla major probatio veritatis, quam ipſa virtus, 622. *b.* media eſt inter hæreſes, 666. *c.* ad veritatem tendenti tutius eſt aliorum viam tenere, 339. *b.* &c. veritas in intelligentia reſidet, 195. *e.*
Veſtis nuptialis quid ſignificet, 321. *c.* veſtes ſacerdotales ab antiquo conſecrabantur, 553. veſtis inconſutilis Chriſti, 792. *c*
Via quæ eſt Chriſtus in duplici proprietate exponitur, 840. *d.* 841. *a*
VICTOR Papa, an excommunicaverit Aſiaticos, 474. *e.* in *n.*
VIGILANTIUS hæreticus paupertatem Evangelicam improbat, 739. *c.* ſubtrahebat eleemoſinas a monachis Jeroſolomytanis, 861. *e.*
Virga Aaron quid ſignificet, 646. *e*
Virgines in corpore Eccleſiæ ſunt lumbi præcincti, 306. *e.* virginum conſecratio ad Epiſcopos ſpectat, 549. *b c d.* virgines ideo laudatæ, quia Deo dicatæ, 760. *d e.* ubi paucæ virgines, ibi etiam homines pauciores, 807. *b*
Virginitas ſi ſit profeſſa eſt ſummus gradus in latitudine chriſtianæ religionis, 750. *a*

750. a. in clauſtro perfectior ea eſt quæ in ſæculo ſervatur, 751. a. 773. a b

Virtus Dea credebatur a Paganis, 427. a. in n. virtutes Regis præcipuæ quæ ſint, 666. e

Vita mala poteſtati non derogat, 427. b. quomodo omnes creaturæ ſint vita in Deo, 36. b c. &c. eam in lapidibus, & cæteris inanimatis ponebant Manichæi, ibid. vita creata quomodo ad vitam creatricem pertineat, 55. a. vita contemplativa, quæ ſit, 918. a

Unanimitas quantæ ſit virtutis, 385. e. 386. a b

Unctio Regum, quo ſenſu vocetur ſacramentum, 508. b. in n. reges ungere & coronis inſignire non ſero Epiſcopis eſt commiſſum, 507. b

Unitas & ſocietas eſt prima ratio individuationis Eccleſiæ, 322. d. Eccleſiæ unitas loquitur omnium linguis, 354. e. 373. b. omnia ad unitatem ordinantur, 756. c.

Univerſitas Pariſienſis, 598. b. in n. Oxonienſis, ibid. c. in n. ante conditas Univerſitates, ſcholæ erant in monaſteriis celebertimæ, ibid. Univerſitates authoritate docent ſummi Pontificis, 601. c. Paulus Apoſtolus approbavit ſcholas more Gentilium inſtitutas, 603. a

Vocatio primum beneficium, quod ſancti a Deo ſuſcipiunt, 279. a. in n. vim non infert, 122. d.

Voluntas quid ſit, 177. c. bona voluntas eſt donum Dei, 158. a. interdum reputatur pro facto, 922. a. mala voluntas omnium malorum cauſa, 133. b. 138. a. non tendit in bonum, niſi præveniente voluntate divina, 154. a. ſola voluntas perverſa auctrix eſt culpæ, ibid. a nullo cogitur ad malum, ibid. d. non poteſt eſſe voluntas, ſi in poteſtate non eſt, 160. a b. nimia voluntatis ſuæ fiducia quoſdam extulit in ſuperbiam, quoſdam nimia diffidentia dejecit in negligentiam, 161. a

Votum eſt cultus latriæ 786. b. in Jerarchia terreſtri correſpondet confirmationi angelicæ in Jerarchia cœleſti, 772. a. votum deſiderii, & votum promiſſionis, 766. b. ſolum votum deſiderii admittit Armachanus, ibid. vota promiſſionis diſſuadet, ibid. e. 770. c d. votum includit promiſſionem, & obbligat voventem, 766. a. vota affirmativa & vota negativa in baptiſmo, 767. e. 768. a. votum corde emiſſum obligat, etſi non ore prolatum, 769. e. vovere promiſſive auget meritum ſic voventis, 770. d. e. &c. votum eſt frænum, quo religioſus ligatur & decoratur, 777. e. obligatio voti naſcitur ex ſenſu verborum, etſi non dicatur expreſſe ſpondeo, promitto, 774. b. Patres veteres ſolum votum promiſſionis ſolebant emittere, ibid. d. dicitur abuſive votum, quod promiſſionem non includit, ibid. b. votum non habet affinitatem cum perjurio, ibid. tempore Apoſtolorum conſuetudo erat emittendi vota, 777. a. tria vota religioſorum in ſcriptura fundantur, 779. e. 780. a. fuerunt in Rechabitis adumbrata, 707. c. quare Chriſtus votum non emiſerit, 754. b

Votum fidei in baptiſmo conſtituit religionem Chriſti communem, 755. a. votum ſtrictæ abrenunciationis diabolo & dominio temporalium conſtituit religionem perfectam ibid. b. ratione voti religioſus excedit ſæcularem, 761. e d. &c. votum paupertatis reſpicit res exteriores, continentiæ corpus, obedientiæ voluntatem 778. c. votum obedientiæ nihil reſervat poteſtati voventis, 780. b.

Votum Nazaræi perfectius omnibus, 780. e. vota filiorum ſubjiciuntur voluntati Patris, 784. e. nomine filiorum intelliguntur etiam inferiores qui degunt ſub cuſtodia Majorum, ibid. 785. a. ſubditi vovere non poſſunt ſine Prælati licentia, 785. a

S. Ursinus Bituricenſium Apoſtolus, 3.8.

Waldensis V. Thomas Waldenſis.

Waldenses hæretici, 619. c. 412. c. 482. d.

Wicleffus, ejus patria, inſtitutio, ac doctrina, xxiii. A præfectura collegii Cantuarienſis dejicitur, ibid. ad Epiſcopatum Wigornienſem inhiat, & rejicitur xxiv. hæreſim machinatur, ibid. miſera illorum temporum facies, ibid. artes quibus errores ſuos inſinuare conatur, ibid. ejus libri prohibentur, xxv. ejus errores in ſynodo Lambethana & Romæ damnati, ibid. A regni muniis Epiſcopos amovere facit, ibid. ſummi Pontificis authoritatem in Anglia minuit, ibid. ſuas hæreſes late diſſeminat, ibid. ab Oxonien. Academia ejus damnantur errores, xxvi. & a ſynodo Londinenſi, ibid. ſilentium illi indicitur, ibid. Moritur, ibid. ejus ſectarii quare dicti Lollardi, ibid. Wicleffi corpus exhumatum & combuſtum, ibid. præcipui ejus ſectatores, ibid. & xxvii. ejus libri xxix. ejus errores a Concilio Conſtantien. damnati xxxi. etiam mortuus Anglicanam non ceſſavit exagitare Eccleſiam, 33. a. A ſuis diſcipulis de inſania notatur, 472. b. c. non eſt doctor Evangelicus, quia non intelligitur, 347. b. propter ambitionem Epiſcopatus, in hæreſim prorupit, 560. a. errorum ſuorum nec in fine vitæ eum pœnituit, 632. e. Joannes Auguſtini a ſuis ſectariis vocatur, 186. c

Wicleffus plus cunctis primævis hæreſiarchis deſipuit, 3. de antiquatis erroribus renovavit pluſquam octingentos, ibid. Potentes regni excitat ad exprobrandum catholicis, ibid. e. omnium jura in Eccleſia temerat, 25. a. ſuperbia ejus notatur, 377. a. pejor ethnicis 56. d. & Manichæis, 54. b. per ſuum eſſe ideale idololatriam confirmat, 52. d. novus Judas, 31. b. e.

Wicleffus contra Deum, Sacramenta, & Sacramentalia, 25. b. c. dicit quamlibet creaturam eſſe Deum, 31. d. 34. a. 51. a. 55. b. limitat Dei omnipotentiam, 32. a. 71. d. 93. a. negat Deum poſſe quidquam adnihilare, ibid. mundum poſſe minorare vel majorare, 84. b. 91. a. 98. e. 99. a. animas ultra certum numerum creare, ibid. res infinitas a Deo non poſſe produci affirmat 87. a. quod non poſſit quidquam adnihilare, 98. e. quod non poſſit in pure nihil, 113. a. Deum neceſſitare creaturam ad quemlibet actum ſuum, 118. d. & hinc præſcitum ad perditionem ſui, ibid. peccatorem etiam ad formale peccati, 120. d. neceſſitatem quoque inducit in divinis perſonis, 124. c.

Wicleffus dicit humanitatem Chriſti totum eſſe Chriſtum Deum, 31. d. quod Chriſtus limitavit ſuam jurisdictionem in Judæa, 503. a. quod Chriſtus unum ſolum inſtituit ordinem, & quod alios non vult addi, 802. c. quod vixit vita non ſimpliciter perfectiori, quam vita popularis moderna, 809. d

Wicleffus, Eccleſiam ponit abſconditam, 400. a. vult quod Eccleſia præſens ſit prædeſtinatorum univerſitas, 274. e. quod in ſcientia & virtute debilior ſit quam præcedens, 388. a. raros in ea eſſe prædeſtinatos, ibid. b. bona Eccleſiæ non recte appellari patrimonium crucifixi, 518. a. In dubiis fidei revelationem ſpiritus Sancti, non concilii definitionem expectandam, 334. detrahit antiquis Eccleſiæ Patribus, 358. d. omnes Eccleſiæ Doctores citra primum millenarium rejicit, 14. d. Ambroſium vocat apocryphum, ibid. omnes Patres & doctores dimittendos dicit, 15. a. c. ſolam ſcripturam recipit pro regula fidei, 362. a. 366. d. 370. c. 378. a. negat ſtandum eſſe conciliis generalibus, 376. c. 377. b d e. ſpiritum privatum in juſte viventibus ſtatuit ad inveniendam infallibilem veritatem, 378. a. multitudinem teſtium ſpernit, 383. b. audacter judicat de reprobis & electis, 388. a.

Wicleffus, nomen Papæ & Cardinalis ſugillat, 438. a. 442. d. improbat electiones cardinalium a Papa, 446. c. calumnioſas cauſas aſſignat cur Romæ & non in Bethleem Papa reſideat, 453. c. 455. a. invehitur contra privilegia Papalia, 459. c. d. 464. b. contra obedientiam Romanæ ſedi præſtitam, 471. c. inſinuat defectionem a romano Pontifice, 473. c. d. ſchiſma contra Urbanum vi. dicit exortum fuiſſe in vindictam ſuperbiæ & cupiditatis Romani Pontificis, 477. a. magnum bonum ex eo proveniſſe, ibid. b. idem affirmat de ſchiſmate Græcorum, 478. e. Dicit Papam & Cardinales ineptos eſſe ad judicandum de hæreſi, propter eorum pravos mores, 482. b falſum definit quidquid nunc Romana Eccleſia determinat, 493. d c. dicit Papam eſſe Antichriſtum, 497. c. 499. a b. 502. e. 503. a. 505. b. 507. a. 516 a b. Eccleſiaſticos ob dotem temporalem ineptos ad cœlum, & gloria privandos, 499. b. 500. a. e. malignatur contra Conſtantinum Cæſarem, eo quod Eccleſiam dotaverit, 501. d. docet quod non eſt neceſſarius Papa, quia Chriſtus directe, ſine ipſo, gratiam ſuam fidelibus communicat, 510. a. b. c. citationes ad Romanam ſedem redarguit, 516. a b. adſtruit non fore expediens quod ſit Papa, 520. c. ejus maledicta adverſus Papam, 397. d e. 400. b. e. 410. a b. omnes ſpernit Romanos Pontifices ab Urbano I. 407. c. Papæ negat primatum, 410. a. eum dicit a Cæſare derivatum, 415. e. 416. a. negat eſſe in ſummo Pontifice poteſtatem coactivam, 422. b. c. unum admittit papam abſconditum, 398. a b. ſed non talem eſſe niſi qui imitatur petrum in moribus, 426. c. Papam negat eſſe ſummum Pontificem, 428. a. & quod poſſit vocari ſanctiſſimus, 430. d. aut beatiſſimus 434 d.

Wicleffus negat Petrum eſſe caput Eccleſiæ 243. e. negat ſequi ex verbis Chriſti, quod Petrus fuerit Papa, 524. e quod plures Apoſtoli fuerunt caput Eccleſiæ, ſecundum plures virtutes, 262. b. viam ſtravit dyſcolis ad rebelliones, 276. a.

Wicleffus hortabatur fideles, ut ſe a Prælatis Eccleſiæ ſepararent, 324. d. 326. e. eos vocat diabolos incarnatos, 324. d. 388. a. dicit, quod ſi Papa, vel Epiſcopus eſt membrum Eccleſiæ, repugnat eum in peccatum finalis impœnitentiæ cadere, 326. c. 387. d. non eſſe verum Epiſcopum in Eccleſia, niſi prædeſtinatum, 388. a. primus omnium dixit prælatos eſſe cæſareos, 539. a. Sacerdotes poſſe a quolibet Sacerdote conſecrari, 544. a. Epiſcopos reſervaſſe ſibi confirmationes, collationes ordinum, & conſecrationes locorum, propter cupiditatem temporalium, 545. d. quemlibet ſacerdotem poſſe æque ordinare Epiſcopos, ſicut Papa, 546. e. Addit, quod locus per conſecrationem non recipit majorem ſanctitatem, 550. b. improbat benedictiones Epiſcoporum, 554. b 556. b. c. docet quod omnes Sacerdotes ſunt Epiſcopi, 559. c 564. b. in locum Apoſtolorum ſuccedere Sacerdotes, & in locum ſeptuaginta diſcipulorum Diaconos, 564. b. non prodeſſe electiones Epiſcoporum, quia non per electionem ab hominibus, ſed per prædeſtinationem a Deo fiunt membra Eccleſiæ, 565. e. Duos tantum ordines admittit, reliquos dicit ſuperfluos, 574. c. paſtores inferiores Eccleſiis

cleſiis providere regibus & dominis ſæcularibus dicit incumbere, 576.*d.* Sacerdotibus male viventibus decimas non eſſe ſolvendas, 580.*e* 586.*e* 593.*c.* dicit quod Curatus non debet eas exigere pœnis Eccleſiaſticis, 581.*a.* cuilibet de vulgo concedit judicare de vita paſtoris, 590. *c d.* dicit quod non licet Epiſcopis prohibere Sacerdotes ne prædicent, 618. *e.* 624. 625. *a.* Sacerdotium omnimode ſubjici poteſtati regiæ, 644. *d e.* licere appellare regem terrenum in cauſis Eccleſiæ & fidei, 671. *e.* ſtatum civilis dominii includere neceſſario peccatum, 682.*b.* Deum non approbare quemquam civiliter dominari, vel civiliter judicare, *ibid. e.* nihil præſtandum vel donandum peccatori, dum cognoſcitur talis, 683. addit, quod virtus præcellens eſt ratio ſufficiens plebi, ut aliquem ſibi regem conſtituat, 685. *d*

WICLEFFUS omnem damnat Doctoratum & gradum ſcholaſticum, 597.*d e.* dicit ſufficere inſpirationem ad rite docendum, abſque gradu Doctoratus, 602,*a.* licite non poſſe quemquam vocari *magiſtrum*, 604. *d e.* titulum *doctoris* theologis negat, & ſolis juriſperitis imponit 606. *c.* collegia omnia improbat, 611. *b. e.* munus docendi in Eccleſia etiam fœminis tradidit, 362. *d.*

Wicleffus fratres quatuor ordinum mendicantium vocat Caimitas, 615. *a.* in nomine Caim ſignificari dicit, nempe in *c.* carmelitas, in *a.* auguſtinianos, *i.* jacobitas, *m.* minores, *ibid. b.* religioſos ordines per multa Eccleſiæ ſæcula dicit non extitiſſe, 724. *e.* eorum fundatores irridet, 734. *e.* & monachorum inſtituta, 310. *a.* ſanctum Eliſæum de inobedientia notat, 784. *a.* religioſos dicit oneroſos regno, 818. *a b c.* mendicitatem & divitias in ipſis improbat, 823. *a.* ipſis eleemoſinas denegat, 859. profeſſionem paupertatis ad malum ſignum trahit, 739. *b. c.* 874. *c.*

Wicleffus docet quod erat tempus quando non erat tempus, 40. *c.* hominem fuiſſe, antequam eſſet homo, *ibid.* quod quidquid intelligitur, exiſtit, 56. *c.* quod nihil ſit aliquid, 114. *a.* vult omnia ex neceſſitate evenire, 118. *b.* judam non fuiſſe membrum Chriſti, eo quod eſſet præordinatus ad pœnam, 118, *e.* omnes præſcitos, antequam ſint in natura, ex æterna Dei præordinatione eſſe diabolos, 118. *e.* neminem poſſe melius facere quam facit, 121. *b.*

WICLEVISTÆ cunctis catholicis ſe doctiores jactant, 16. *b.* magiſtrum ſuum Wicleffum cunctis præferunt Doctoribus & patribus, 7. *c.* catholicos vocant idiotas, 16. *c.* 17. *c.* provocant fideles ad legendos libros ſuos, 19. *b.* alliciunt per ſanctas prædicationes, 20. *c.* etiam bonis detrahunt, dicentes, quod non ſunt prædeſtinati, ſi eos ſibi videant adverſos, 278. *a.* ſunt proditores Dei & Regis, 4. edictum contra illos a totius regni comitiis, *ibid.* inſtant ut fidei & morum judicia apud ſæculares remaneant, 485. *e.* inſultant Henrico V. angliæ regi, 486. *a.* eorum Epiſcopi Cæſarei ſunt & palatini, 539. *b. c.* pſeudo apoſtoli, 620. *d. e.* eorum dogma a Pragenſi univerſitate pro antiquo non probatur, 623. *e.* offerunt ſtipendia, ut ſuæ prædicentur novitates, 634. *a.* ærarium Londini conſtant, unde ſtipendia ſuis prædicatoribus erogent, 634.*a.* deficiente ſtipendio pariter deficiebant eorum prædicatores, *ibid.* cuidam fœminæ Londoniis prædicare committunt, 296. *d.*

Wicleviſtæ griſeis & luridis utebantur veſtibus, 792. *d.* unus eorum offert regi angliæ pecuniam pro occidendis catholicis, 819. *a.* catholicos, & præſertim religioſos, torquent, 819. *d. e.* 820. *a.* ſuppliciorum terrore fugantur, 4. in Bohemiam ſecedunt, *ibid.*

Willhelmus Hueſius negat in Chriſto & in rom. pontifice poteſtatem coactivam, 422. *a.* ejus rationes de uſurpato a rom. pontificibus primatu, 419. *c.*

Z

ZACHARIAS Papa quid in Childericum regem francorum egerit, 680. *a*

ZENAS legiſperitus, 577. *c.* in *n.*

ZOZIMUS Papa lenius egit cum Cœleſtio, & quare, 485. *a.* ejus lenitas cum Cœleſtio fuit ſuaſio correctionis, non approbatio pravitatis, 489. *c*

ADDENDA, ET CORRIGENDA.

Pag. 107. *a.* Nam beatus Auguſtinus --- Nam dicit beatus Auguſtinus.

Pag. 123. *c.* Prædeſtinatorum hæreſis -- Adde in notis -- Hæc hæreſis anno Chr. 417. emerſit, dicens, 1. laborem humanæ obedientiæ divinæ gratiæ non eſſe jungendum. 2. poſt primi hominis lapſum ex toto arbitrium voluntatis extinctum. 3. quod Chriſtus Dominus Salvator noſter mortem non pro omnium ſalute ſuſceperit. 4. quod præſcientia Dei hominem violenter compellat ad mortem, vel quod Dei pereant voluntate qui pereunt, 5. quod poſt acceptum legitime baptiſmum, in Adam moriatur quicumque deliquerit. Hæc habentur ex Authore *Prædeſtinati* a Sirmondo edito, ex Arnobio juniore in expoſitione Pſalterii, Gennadio Maſſilienſi in Append. catalogi Auguſtiniani de hæreſibus, Ennodio Ticinenſi Epiſt. *ad Conſtantium*, Sigeberto Gemblacenſi Monacho ad an. Chr. 415. ex Fauſto denique Rejenſi, qui præfatos errores ex decreto Arelatenſis Concilii propoſuit. Præter Arelatenſe Concilium a Leontio adverſus hanc hæreſim celebrato, aliud item fertur circa an. Dom. 475. Lugduni a Patiente Epiſcopo celebratum. Sed his non obſtantibus hæreſim hanc Prædeſtinatianam nullam unquam fuiſſe nonnulli propugnant; & ſub *Prædeſtinatorum* nomine, diſcipulos ſancti Auguſtini invidioſe a quibuſdam fuiſſe traductos. Ita Janſenius Yprenſis Epiſcopus, ejuſque Apologiſtæ, Uſſerius, Gilbertus Mauguinus in *Prædeſtinatione fabulæ confutatione*, Cabaſſutius in *Conciliorum Notitia*, & alii. Stant ex adverſo Eminentiſſimus Cardinalis Baronius, Spondanus, Alvarez, Sirmondus, & Natalis Alexander, qui adverſarios egregia Diſſertatione perſtringit.

Pag. 205. in *n.* De ſecta Sethianorum -- Hoc nomen ſortiti ſunt ex eo quod Seth filium Adam ex matre cœleſti genitum dicerent, ipſique peculiares honores tribuerent. -- Dogma porro de Chriſto in ſerpentem verſo illis non tribuit in ſuo libro *de hæreſibus* Damaſcenus.

Pag. 350. in *n.* Quare non debita utrique ſervanda eſt dignitas? -- Adde -- Vide *Notas ſuſiores*.

Pag. 352. in *n.* Gulielmo Abbati ſancti Theodorici hunc libellum (de corpore & ſanguine Dom.) reſtituit. -- Alii autem pluribus argumentis Ruperto Abbati Tuitienſi adjudicant.

Pag. 386. in *n.* Innuit Gullielmum Wideford -- Falſum hic excidit: nam non Gullielmus Wideford, ſed Thomas Waldenſis *faſciculum edidit Zizaniorum*. Unde delenda ſunt hæc verba, & legendum: -- Innuit librum cui titulus, Faſciculus &c. in quo Waldenſis Wicleffi detexit falſitates.

Pag. 520. in *n.* Birretum rubrum Cardinalibus &c. Pileum autem purpureum primus Cardinalibus conceſſit Innocentius IV. circa an. 1250.

Pag. 530. in *n.* cæteræ quoque Eccleſiæ ſuos habebant Cardinales &c. -- Eccleſiæ Ravennatenſis Cardinales anno Dom. 1541. abrogavit Paulus III. P.M.

Pag. 697. *d.* *Deuthorenſes* Græca vox *δευτερώσεις* non *Deuthorenſes*, ſed *Deuteroſes* ſonat. Sunt autem conſtitutiones Judæorum oretenus traditæ, de quibus D. Hieronymus in tertio comment. Iſaiæ, in quæſtione ad Algaſiam decima, & in tertium caput Epiſt. ad Titum. Videndus hac de re Sixtus lib. 2. Biblioth. ſanctæ, V. *Traditiones*.

In principio Epiſtolæ Nuncupatoriæ ad Reverendiſſimum Joachimum Mariam Pontalti, *Ordini noſtro cooptatus*, hujus dictionis exemplum quidem extat in Svetonio, ut videre eſt apud *Marium Nizolium* in ſuo *Theſauro latinæ linguæ*. Sed juxta optimorum oratorum uſum, rectius dicendum eſt: *in Ordinem noſtrum cooptatus*.

Pag.	3. articulis	*legendum*	articulos
	5. locum		lacum
	65. reſpondet		reſpondebat
	676. quemdam		quamdam
	678. rogeretur		rogaretur
	774. ſpontanea		ſpontanea
	793. eum		eum
	785. Iſael		Iſrael

Digitized by Google

Digitized by Google